ădvĕnio, ădvēni, ădvēntūm. *ădvĕnĭĕt tēmpŭs, &c.* —— *Tўrĭăm qui ădvĕnĕrit ūrbĕm*, Virg. Æn. 1, 392. SYN. Vĕnio, āllābŏr, āccēdo, pērvĕnio, dēvĕnio, ădvēnto, ădĕo, pĕto, cōntingo. PHR. ūndĭquĕ cōnflŭĕrĕ. Cōncūrsū āccēdĕrĕ măgnō. *Aliquò* grădūm flēctĕrĕ: pĕdēm fērrĕ, rĕfērrĕ; cūrsūm vērtĕrĕ. V. *Eo.* VERS. ōptātās sēdēs nŏvŭs ădvĕnit hōspĕs. Prŏpĕrāns ădvēntăt in ūrbĕm. Tăcĭtis hūc grēssĭbŭs ācti pērvĕnĭūnt. Dēvĕnĕrĕ lŏcūm. Quĭbŭs Hēctŏr ăb ōris ēxpēctātĕ vĕnis? Pĕr pătris hōspĭtium, ēt tērrās quās ădvĕna ădisti. Jāmquĕ prŏpinquābānt pōrtis. ingēntēm cŏmĭtum āfflūxissĕ nŏvōrūm invĕnio ădmīrāns nŭmĕrūm. ēt tăndem Eūbŏĭcis Cūmārum āllābĭtŭr ōris. Fit prŏpiŏr, tērrāsquĕ cĭtă rătis āttĭgit aūră. Pōrtūsquĕ pătēscit jăm prŏpiŏr. V. *Navem appello.*

‡ ădvēntītĭŭs. SYN. ăscītŭs, ăccērsītŭs, ēxtērnŭs, pĕrēgrīnŭs, ălĭēnŭs.

ădvēnto, ās. *Jāmquĕ fĕre ēxtrēmō spătĭō fēssīquĕ, sŭb ipsŭm Fīnem ădvēntăbānt.* Virg. 5, 327: *ădvēntăt ăd ūrbem.* ib. 11, 514.

ădvēntŭs, ūs. *Phўllĭdĭs ădvēntū nōstræ nĕmŭs ōmnĕ vĭrēbit*, Virg. Ecl. 7, 59. SYN. ăccēssŭs. EPITH. Jūcūndŭs, lætŭs, faūstŭs, fēlix, ōptātŭs, tārdŭs, sērŭs, inspērātŭs, inŏpīnŭs, sŭbĭtŭs, cĕlĕr.

ădvērsārĭŭs. *ădvērsārĭŭs ēst frātĕr, lăcŭs Ădrĭă, dōnĕc*, Hor. Ep. 1, 18, 63. SYN. Æmŭlŭs, ădvērsŭs, ŏppŏsĭtŭs, inĭmīcŭs, hōstis. V. *Hostis.*

ădvērsĭtās, ātis. *adversa fortuna.* SYN. Ærūmnă, clādēs, dāmnūm, ădvērsŭs cāsŭs. EPITH. infēstă, cōntrārĭă, sinistră, inīquă, fūnēstă, ăcērbă, tristis. V. *Infortunium.*

ădvērsŏr, āris. *nōn ădvērsātă pĕtēnti ānnŭit*—Virg. 4, 127. SYN. Rĕpūgno, ōbsisto, rĕlūctŏr: sūm hōstis, inĭmīcŭs, ădvērsārĭŭs. V. *Resisto.*

ădvērsŭs, ă, ūm. *intĕr se ădvērsis lūctāntŭr cōrnĭbŭs hædi.* Virg. G. 2, 526. SYN. Cōntrārĭŭs, ŏppŏsĭtŭs, inĭmīcŭs, hōstis. V. *Hostis.*

ădvērsŭs, *vel* ădvērsūm, *Præp. isque ŭbi tēndēntem ădvērsūm pĕr grāmĭnă vīdit*, Virg. Æn. 6, 684. SYN. Cōntră, in *cum Accusativo.*

ădvērto, is, ti, sūm. *ĕt gĕnŭs, aūdītique ădvērtĭtĭs æquŏrĕ cūrsūm*, V. Æn. 7, 196. SYN. Nŏto, ānnŏto, ōbsērvo, ănĭmādvērto, vĭdĕo, cōgnōsco, pērspĭcio. V. *Observo.*

‖ ădūlātio, ōnis. SYN. ăssēntātio, blāndĭtĭæ, illĕcĕbræ. EPITH. Mŏllĭă, blāndă, præblāndă, pērnĭcĭōsă, insĭdĭōsă, mēllītă, pērfĭdă, mēndāx, fāllāx, lŏquāx, vērbōsă, imprŏbă, ōccūltă, ābdĭtă, dŏlōsă. PHR. Dūlcĭă vērbă. Blāndă dictă. Blāndæ vōcēs. Mītĭssĭmă vērbă. Blāndĭtĭæ mōllēs, aūrēsquĕ jŭvāntĭă vērbă. Mūrmŭr blāndæ linguæ. V. *Blanditiæ.*

ădūlātŏr, ōris. *Cæcŭs ădūlātŏr, dīrŭsque ā pōntĕ sătēllĕs*, Juv. 4, 116. SYN. ăssēntātŏr. EPITH. vīlis, pērfĭdŭs, imprŏbŭs, mēndāx, fāllāx, blāndŭs, blāndĭlŏquŭs, lĕvis, pērnĭcĭōsŭs, vērsūtŭs, mēllĕŭs, fictŭs, sūbdŏlŭs: fŭgiēndŭs, gārrŭlŭs. PHR. Dūlcĭbŭs instrūctŭs vērbis. Bўssĭnă vērbă lŏquēns. Fāllāci ōrĕ, sūbdŏlă linguă blāndĭēns. Blāndă lŏquēns: ōmnĭă dīlaūdāns vērbis cōmpŏ-

Digitized by Google

ſitis. Dāns blāndă vērbă. Mēllītis fāllērĕ vērbis dŏctŭs. VERS. Blæsŭs ădūlătŏr mēllītō mūrmŭrăt ōrĕ.

*Descriptio Adulatoris.*

Quid? quòd adulandi gens prudentissima laudat
Sermonem indocti, faciem deformis amici.
Natio Comœda est. Rides? majore cachinno
Concutitur: flet, si lacrymas aspexit amici;
Nec dolet. Igniculum brumæ si tempore posces,
Accipit endromyden: si dixeris, æstuo; sudat. *Juv. Sat.* 3, 86.

ădūlŏr, ārĭs. *āgmĕn ădūlāntūm mĕdĭā prōcēdĭt ăb aūlā*, Ov. M. 14, 46. SYN. Blāndĭŏr, āssēntŏr. PHR. Blāndă lŏqui, Bȳssĭnă vērbă. Dīcĕrĕ blānditĭās. Ōrĕ mēllītō fāllĕrĕ. Dārĕ blāndă vērbă. Sūbdŏlă vērbă lŏqui, fūndĕrĕ. Flēctĕrĕ blānditĭīs. VERS. Nēc blāndæ mūrmŭrĕ linguæ dēcĭpĭmŭs. Prīncĭpĭbūs făctō nōvĕrăt ōrĕ lŏqui. Vēndēntēs vānōs circūm pălātĭă fūmōs. Sē cōmpōnit ăd ōmnēm Mājŏris nūtūm, vitĭīsque impērtit hŏnēstă Nōmĭnă virtūtūm.

ădūltĕr, ĕri. *ōbrŭtŭs insānis ēssēt ădūltĕr ăquis.* Ovid. Ep. 1, 6. SYN. Mœchŭs. EPITH. Tūrpis, ōbscœnŭs, nōctūrnŭs, sēcrētŭs, ōccūltŭs, lāscīvŭs, lūbrĭcŭs, impūrŭs, nĕfāndŭs, imprŏbŭs, dŏlōsŭs, sōrdĭdŭs. PHR. Thălămi sŏcĭālĭă fœdĕră rūmpēns. Aūsŭs thălămōs vĭŏlārĕ jŭgālēs. Cōncŭbĭtū pōllūtŭs ădūltĕr. Nūptās, nūptārūm fĭdēm sōllĭcĭtārĕ, tēntārĕ aūsŭs. VERS. Fūrta in rĕcēssu ĕt ōbscūrō imprŏbŭs quærit cŭbīlī. *Iamb.* Vĕnĕris qui fūrtă nĕfāndæ sēctātŭr, thălămōsque incēstō pōllŭit aūsō. V. *Adultero.*

ădūltĕră, æ. *Fœdŭs ădūltĕrĭō, seū mātĕr ădūltĕră gēntis*, Mant. SYN. Mœchă. EPITH. Tūrpis, impūră, ōbscœnă, impĭă, nĕfāndă. PHR. Cōnjŭx infĭdă mărītō. Fĭdĕi jŭgālis ōblītă. V. *Adultero.*

ădūltĕrĭŭm. *Quique ŏb ădūltĕrĭūm cæsi quique ārmă sĕcūti.* Æ. 6, 612. SYN. stūprūm. EPITH. ārcānūm, sēcrētūm, nōctūrnūm, nĕfāndūm, impūrūm. PHR. Fūrtă tŏri. Fūrtūm Vĕnĕris. Fūrtivi fœdĕră lēcti.

ădūltĕro, ās; *(Plaut.) vel* ădūltĕrŏr, ārĭs. *ădūltĕrētŭr ĕt cōlūmbă mīlvĭō. (Iamb. pur.)* Hor. Epod. 16, 32. SYN. Mœchŏr, stūpro, ās. *Metaphoricè*, cōrrūmpo. PHR. Fāllĕrĕ jūră tŏri. Thălămōs vĭŏlārĕ jŭgālēs. Tĕmĕrārĕ cŭbīlĕ. Vĕtitūm sōllĭcĭtārĕ tŏrūm. Cōnjŭgis fāllĕrĕ fĭdēm. Fūrtivæ Vĕnĕri indūlgērĕ. Thălămi sŏcĭālĭă fœdĕră frāngĕrĕ, vĭŏlārĕ, tĕmĕrārĕ, fāllĕrĕ. VERS. Aūsŭs ĕs hōspĭtĭī tĕmĕrātis ădvĕnă sācris, Lēgĭtĭmām nūptæ sōllĭcĭtārĕ fĭdēm? ān mĕtŭis Vĕnĕrēm tĕmĕrārĕ mărītām? Cāstāquĕ lēgĭtĭmi fāllĕrĕ jūră tŏri? Tūrpitĕr īllă virūm cōgnōvit ădūltĕră virgo. ārcānō tū cōnnūbĭālĭă jūră Vērtis ădūltĕrĭō. V. *Adulter.*

ădūltŭs.—*spēm gēntis ădūltōs, &c.* V. G. 4, 162. V. *Adolescens.*

ădūmbrātŭs. *ārtis ădūmbrātæ mĕrŭit seū sēdŭlă laūdēm*, P. SYN. ēffīctŭs, dēscrīptŭs.

ădūmbro. SYN. ēffīngo, dēscrībo, ēxprĭmo.

‖ ădūnco, ās. SYN. Cūrvo, rĕcūrvo, flēcto.

ădūncŭs ——*nāsō sūspēndis ădūncō*, Hor. Sat. 1, 6. 5. SYN. Cūrvŭs, rĕpāndŭs, flēxŭs, rĕflēxŭs, incūrvŭs.

‖ ădūno, ās. SYN. Jūngo, cōnjūngo, cōngrĕgo, cōgo in ūnūm.

ădvŏcātŭs. *Quis Dĕŭs tĭbi nōn bĕne ădvŏcātŭs?* (Phal.) Catul. 38, 5. SYN. Caūsĭdĭcŭs, pătrōnŭs. EPITH. Dīsērtŭs, pĕrītŭs, fācūndŭs, dōctŭs. V. *Causidicus.*

ădvŏco. *ădvŏcăt ĕt rāmis vāstisquĕ mōlārĭbŭs instăt*, V. Æ. 8, 250. SYN. Vŏco, āccērso, cōmpēllo, ās. V. *Voco.*

ădvŏlo, *ădvŏlăt, haūd ălĭa ēst Tūrni vĕnĭēntis imāgo*, V. Æ. 10. 4, 6. SYN. Vŏlo, *Metaphoricè*, Fēstino, prŏpĕro, āccūrro. V. *Festino.*

ădvōlvo, is, ădvōlvi, ădvŏlūtūm. *ădvōlvērĕ fŏcis ūlmōs, ignīquĕ dĕdērĕ.* Virg. G. 3, 378. SYN. Vōlvo, sūbvōlvo, āddūco, trăho. PHR. Vōlvēndo dūcĕrĕ. Mănĭbŭs sūbvōlvĕrĕ sāxă.

ădvōlvŏr gĕnĭbŭs. PHR. Vōlvi āntĕ pĕdēs. VERS. Gĕnŭa āmplēxŭs gĕnĭbūsquĕ vŏlūtāns, Hærēbăt. Nēc mōrŏr āntĕ pĕdēs prōcŭbŭissĕ tŭōs. Ēt gĕnŭa āmplēctēns āffātŭr tālĭă sūpplēx. ādmōvĕt īllă mănūm gĕnĭbŭs. āntĕ pĕdēs jăcŭit sūpplēx. V. *Genua flecto.*

ădvŏlūtŭs. *Flēs ădvŏlūtă, quid*, &c. Iamb. SYN. Jăcēns, prōstrātŭs, fūsŭs, prōcūmbēns, sūpplēx.

Digitized by Google

ădūro, is, ussi, ustum.—*Aūt Bŏrĕæ pĕnĕtrābĭlĕ frīgŭs ădūrāt*, Virg. Geo. 1. 93. SYN. ūro, ēxūro; sicco, exsicco, indūro.

ădўtŭm. *Tālĭbŭs ēx ădўtō dīctīs Cūmæă Sĭbўllă*. Virg. Æn. 6, 98. *Græcè* ἄδυτον. SYN. Tēmplŭm, sacrŭm, săcēllŭm, pĕnētrālĕ, pĕnētrālĭă. EPITH. Tērrĭfĭcŭm, lătēns, vĕnĕrābĭlĕ, sūblĭmĕ, inclўtŭm, grāndĕ, ingēns, pīctŭm, aūgūstŭm, āltŭm, ēxcēlsŭm, aŭrĕŭm, sānctŭm, fūlgĭdŭm, sacrātŭm. VERS. Ætērnūmque ădўtis ēffērt pĕnĕtrālĭbŭs ignēm. Sēcrētōque ădўtō gaūdēnt ēt cœlĭbĕ tēctō. ēx ădўtō sōrtēs aūdīrĕ prŏfūndō. V. *Templum*.

Æă. *bārbărŭs in pătrĭīs sēctātŭr mōntĭbŭs Æūm Phāsĭs ămōrĕ fŭrēns*, Val. Flacc. 5, EPITH. Clāră, nŏbĭlĭs.

Æăcĭdēs, æ. m. *Sævŭs ŭbi Æăcĭdæ tēlō jăcēt Hēctŏr, ēt ingēns*, Virg. *Nomen commune filiis ac nepotibus Æaci, ut Achilli, Pyrrho, &c.*

Æăcŭs, i. *Æăcŭs in pœnīs ingĕnĭōsŭs ĕrīt*. Ovid. in Ibin. 187. *Jovis filius ex Æginâ, filiâ Asopi: Rex tantâ justitiâ præditus, quòd inferus Animarum Judex à Plutone delectus fuerit, cum Minoë et Rhadamantho*. SYN. Jūdēx, ārbĭtĕr ōrci. Āsōpĭădēs. EPITH. jūstŭs, jūrĭdĭcŭs, Tārtărĕŭs, Stўgĭŭs, trĕmēndŭs, æquŭs, immītis, mĕtŭēndŭs, vĕnĕrāndŭs, ātĕr, dīrŭs, sŭpērbŭs, tērrĭbĭlĭs, vĕrēndŭs. tōrvŭs, nīgĕr, dūrŭs, lēthālis, infērŭs, Āvērnālis, sĕvērŭs. VERS. Jūră sĭlēntĭbŭs ūmbrīs rēddit. ūrnām Tārtărĕīs mŏvĕt Æăcŭs ūmbrīs. Cōntĭnŭō ăd pœnām jūstŭs vŏcăt Æăcŭs ūmbrām.

Ææă, vel Ææē. *infērnīquĕ lăcūs, Æææque insŭlă Circēs*, Virg. 3, 886. *Insula in mari Tyrrheno in quâ Homerus Circen habitâsse refert*.

Æās, āntis. *Āpĭdănūsquĕ sĕnēx, lēnisque Āmphrўsŏs, ēt Æās*, Ov. Met. 1, 580. *Fluvius qui ex Macedoniæ montibus ortum ducit, et in mare Ionium illabitur*. Pūrŭs in ōccāsūm pārvi sēd gūrgĭtis Æās Īŏnĭō flūit indĕ mări. (*Luc.*)

ædēs, ĭŭm. *ædĭbŭs in mĕdĭīs, nūdōquĕ sŭb ætherĭs āxĕ*, Virg. Æn. 2, 512. SYN. Dŏmŭs, tēctŭm, ātrĭă, hōspĭtĭŭm, pĕnātēs, sēdēs, lărēs, căsă, rēgĭă, līmĕn, *vel in sing.* Tēmplŭm. EPITH. āltă, ārdŭă, ēxĭmĭă, sŭpērbă, māgnĭfĭcă. VERS. Mĕdĭīsquĕ rĕsĭdūnt ædĭbŭs. Stābăt in ēxĭgŭā lignĕŭs ædĕ Dĕŭs. ēt Dĕă mārmŏrĕă cūjŭs in ædĕ sŭmŭs. ædēs ēmit Āpĕr, sēd quās nēc nōctŭă vēllĕt ēssĕ sŭās ædēs nigră vĕtūsquĕ căsa ēst. V. *Domus, vel Templum*.

ædĭfĭcātŏr. *ædĭfĭcātŏr ĕrāt Cēntrōnĭŭs*, Juv. 14, 86. SYN. Cōnstrūctŏr, ēxstrūctŏr, cōndĭtŏr. EPITH. Dīvĕs, sŭpērbŭs, prōvĭdŭs. PHR. Rōmānæ cōndĭtŏr ārcis.

ædĭfĭcātŭs. *ædĭfĭcātă mănū; jăcĕt īllŭd nōbĭlĕ tēmplŭm*, Pr. Apoth. 513. SYN. Cōnstrūctŭs, ēxstrūctŭs, cōndĭtŭs, ērēctŭs.

ædĭfĭco. *ædĭfĭcārĕ dŏmōs lārĭbŭs cōnjūngĕrĕ nōstrīs*, Juv. 15, 153. SYN. ēxtrŭo, strŭo, cōndo, cōnstrŭo, mōlĭŏr, fabrĭcŏr. PHR. Mœnĭă, mūrŏs, mūrōrŭm mōlēs āttōllĕrĕ, ērĭgĕrĕ, dūcĕrĕ, mōlīri, fīgĕrĕ, jăcĕrĕ, cœlō ēdūcĕrĕ; ūrbēm, tēmplŭm, dŏmŭm stătŭĕrĕ, pōnĕrĕ, mōlīri, cōnstĭtŭĕrĕ. Tēmpli, dŏmŭs, ūrbis tēctă ēxstrŭĕrĕ, lŏcārĕ, fīgĕrĕ. Fūndāmĭnă lŏcārĕ, jăcĕrĕ, pōnĕrĕ. Mœnĭă prīmă fūndārĕ. Cingĕrĕ mūrīs ōppĭdă. Mōlīri āggĕrĕ mūrōs. ūrbēm mœnĭbŭs cingĕrĕ. VERS. Quid prŏhĭbēt mūrōs jăcĕre, ēt dărĕ cīvĭbŭs ūrbēm? Ibiquĕ mĕmēnto Prīmă lŏcārĕ mănū mōlīrique āggĕrĕ tēctă. Tēmplŭm dĕ mārmŏrĕ pōnām. Cōndĕrĕ cœpērūnt ūrbēs, ārcēmquĕ lŏcārĕ. instānt ārdēntēs Tўrĭi, pārs dūcĕrĕ mūrŏs, Mōlīrique ārcem ēt mănĭbŭs sūbvōlvĕrĕ săxă: Pārs āptārĕ lŏcūm tēcto ēt cōnclūdĕrĕ sŭlcō. Hic āltă thĕātris Fūndāmēntă lŏcānt ălĭi, immānēsquĕ cŏlūmnās Rūpĭbŭs ēxcĭdūnt. ūrbēm prǣclārām stătŭi, mĕă mœnĭă vīdi. Fātālēs mūrōrūm āttōllĕrĕ mōlēs, Săxăquĕ sūbvēctāre hŭmĕrīs Trōjānă jŭvābit. Rōmŭlŭs ætērnæ nōndūm fūndāvĕrăt ūrbis Mœnĭă. Tēmplă Dĕi săxō vĕnĕrābĭlĕ strūctă vĕtūstō. Nōn cœptæ āssūrgūnt tūrrēs. Strūctă rĭgēnt sŏlĭdō stăbŭlōrŭm mœnĭă săxō. Strūctis ēxūrgūnt ōppĭdă mūris. Sūb tērrā fŏdĕrĕ lărēm, *à fodio*. Prīmŭs ŭbi cōndĕrĕt ārcēs. Pŏsŭēre in mōntĭbŭs ūrbēm. ūrbēm cōnstĭtŭi lātēquĕ pătēntĭă fīxī Mœnĭă, fīnĭtĭmis invĭdĭōsă lŏcis. Trōjāmquĕ vĭdētis, quām vēstræ fēcērĕ mănŭs. Hōc Īlĭum, ēt hæc lŏcă Trōjæ ēssĕ jŭbēt. ipse hŭmĭli dēsignăt mœnĭă fōssā. Pārjĕtĭbūsquĕ prĕmūnt ārctis, ēt quātŭŏr āddūnt, Quātŭŏr ā vēntis, ōblīquā lūcĕ fĕnēstrās. ædĭfĭcăt sēmpĕr, mōdŏ līmĭnă pōnit. Nūnc fŏrĭbŭs clāvēs āptāt, ēmitquĕ sĕrās: Nūnc hās, nūnc illās mūtāt rĕfĭcitquĕ fĕnēstrās.

ædīlis. *Sūffĭcĭūnt tūnĭcæ sūmmis ædīlĭbŭs ălbæ*, Juv. 3, 179.

ædĭtŭŭs. *quālēs ædĭtŭōs hăbĕăt*. Hor. Ep. 2, 1, 230. SYN. Tēmpli cūstōs.

ăēdōn, ŏnis. *Vōcālēm sŭpĕrēt si dīrŭs ăēdŏnă būbo*, Calph. Ecl. 5, 8. Gr. Ἀηδών. EPITH. Suāvis, trīstis. V. *Philomela*.

ædōnĭŭs. *Sīc ĕt ăēdŏnĭā sŭpĕrāntŭr vōcĕ cĭcādæ*, Ov. ad Pison. 207.

Æētēs, vel Æētă. *Dīxĕrăt Æētēs, mœstī cōnsūrgĭtĭs ōmnēs*, Ov. Ep. Med. ad Jas. 51. *āccĭpĭt hōspĭtĭō jŭvĕnēs Æētă Pĕlāsgōs*, Ov. Ep. Med. ad Jas. 20. *Colchorum Rex, Solis ex Perse filius: frater Circes; Medeæ et Absyrti pater. In Martis luco Vellus aureum servabat, quod ei Phryxus Athamantis filius dederat. Hoc Medea cum Jasone rapuit; à Medeâ filiâ proditus, vellere et duobus insuper filiis spoliatus est.* EPITH. Sōlĭgĕnă, sōlĕ sătŭs. Ææŭs, *ab Ææ, urbe Colchidis*, fĕrŭs, Phāsĭăcŭs, *à Phasi, Colchidis fluvio.*

Ægæōn, ōnis. *aūgŭstām cēntēni Ægæōnĭs ūmbrām*, Stat. *Ægæōnă sŭis īmmānĭă tĕrgă lăcĕrtĭs*, Ov. M. 2, 10.—*Gigas centimanus, filius Titani et Terræ.* SYN. Brĭārĕŭs, *trissyl.* EPITH. Cēntĭmănŭs, cēntūmgĕmĭnŭs, impĭŭs. PHR. Gĭgās cēntĭmănŭs. V. *Briareus.*

æger, ægră, ægrŭm. *Vāstōs quătĭt ægĕr ănhēlĭtŭs ārtŭs*, Virg. Æn. 5, 432. SYN. Mŏrbĭdŭs, ægrōtŭs, invălĭdŭs, infirmŭs, lānguĭdŭs, lānguēns. PHR. Mōrbō lānguēns, āffēctŭs, grăvĭs, dēcūmbēns, squāllēns, tēntātŭs, āfflīctŭs, prēssŭs, ōpprēssŭs, lānguĭdŭs, lānguēscēns, frāctŭs. Lānguĭdă mēmbră trăhēns, ōră būxō pāllĭdĭōră gĕrēns. Mōrbī crŭcĭātĭbŭs ūstŭs. Mēmbrĭs ægĕr. ārtŭs invălĭdī. invălĭdūm cōrpŭs. ōssă mōrbō cōllāpsă. Quēm lānguŏr hăbēt. Prōxĭmŭs Ōrcō, lēthō. VERS. Jām prŏpĕ dēpŏsĭtŭs, cērtē jām frīgĭdŭs ægĕr. Quēm tēmpŏrĕ lōngō Tōrrēt quārtă dĭēs, ōlĭmquĕ dŏmēstĭcă fēbrĭs. Cōntĭnŭō ēst ægrĭs ălĭŭs cŏlŏr, hōrrĭdă vūltūm Dēfōrmāt mācĭēs. Quēmquĕ mŏvēnt pŏsĭtæ fāstīdĭă mēnsæ. Quēm nēc Cĕrĕrĭs nēc tāngĭt cūră Lyæī. ād mĕdĭcūm spēctō vŏlŭīs fŭgĭēntĭbŭs ægĕr. ūltĭmă pārs ănĭmæ dūm mĭhĭ rēstăt, ădēs. Nōn ēst in mĕdĭcō sēmpĕr rĕlĕvētŭr ŭt ægĕr; intērdūm dōctā plūs vălĕt ārtĕ mălūm. V. *Moribundus, Ægroto.*

Ægĕrĭă. *Ilia, ĕt Ægĕrĭa ēst; dō nōmĕn quŏdlĭbĕt īllī*, Hor. S. 1, 2, 126. *Nympha culta in saltu Aricino, cum quâ Numa Pompilius, alter Romanorum Rex, connubium & colloquium de Religione ac Deorum cultu habere se noctu simulabat.* EPITH. Pōmpĭlĭă, nōctūrnă, Rōmŭlă. VERS. Ægĕrĭa ēst quæ præbĕt ăquās, Dĕă grātă Cămœnis. Illă Nŭmæ cōnjūx, cōnsĭlĭūmquĕ fŭĭt. Ov.

Ægĕŭs, sive eŏs. *Ægĕā sic Thēsĕŭs, sic Pēlĕă vīcĭt Ăchīllēs*, Ov. Met. L. 15, 856. *Linquēntēm gnātūm vēntīs cōncēdĕrĕt Ægeŭs*, Catul. 64, 213. *Pandionis filius, Rex Athenarum, Thesei pater; in mare se projecit, cùm in nave Thesei ex Cretâ redeuntis velum nigrum prospexisset. Edixerat nempe gubernatori, ut velum candidum expanderet, si Theseus à Minotauro victus non esset: quod cùm ille imprudens neglexisset, filium interiisse Ægeus arbitratus est.* EPITH. Mĭsĕr, infēlix.

Ægĭălē, ēs. f. *Quēsta ēst Ægĭălē, quēsta ēst Mĕlĭbœă rĕlinquī*, St. Syl. 3, 5, 48. *Diomedis uxor infamis; quam Venus à viro ejus in bello Trojano vulnerata, tantâ adulteriorum involvit turpitudine, ut Diomedes ad eam in patriam redire recusaverit. Est etiam una ex Gratiis, aliter* Thalia.

Ægĭpān, ānis. V. *Pan, Satyri.*

Ægĭs, ĭdis. f. *Prō dŭcĭbŭs nōstrĭs ægĭdă sēmpĕr hăbĕ*, Ov. Fast. 3, 848. *Scutum Palladis, ex pelle capræ Amaltheæ, quod ei Jupiter dederat. Hujus in medio Pallas Medusæ caput serpentibus cinctum affixit, quod qui intuebantur, primo aspectu lapidescebant.* EPITH. Hōrrĭdă, sŏnāns, tērrĭfĭcă, crŭēntă, fūlvă, tērrĭbĭlĭs, crūdă, Pāllădĭă, sŭpērbă. VERS. Prīmă cŏrūscānti sīgnūm dĕdĭt ægĭdĕ virgo. ēt sērpēntĭgĕrām quătĭēns vēnĭt ægĭdă Pāllās.

Ægŏcĕrŭs, ōtis, vel Ægŏcĕrŭs, i. *Quŏ pāctō æstīvīs ē pārtĭbŭs Ægŏcĕrōtĭs*, Lucr. 5, 614. SYN. Căprĭcōrnŭs. EPITH. Ūdŭs, hūmĭdŭs, frīgĭdŭs, cĕlĕr, cŏrnĭgĕr, nĭvōsŭs. V. *Capricornus.*

ægrē. *Cærŭlă quām gĕnĭtrīx ægrē sōlātă dŏlēntēm*, Ov. 1, 365. SYN. Vīx, mŏlēstē, dīffĭcŭltĕr.

ægrēsco. *ēxŭpĕrāt măgĭs ægrēscītquĕ mĕdēndo*, Virg. Æn. 12, 46. SYN. ingrăvēsco. V. *Ægroto.*

ægrĭtūdo, ĭnis. *Sōlātŭr sĕnĭūm ægrĭtūdĭnēmquĕ*, (Phal.) SYN. Mōrbŭs, lānguŏr. V. *Morbus, vel* ānxĭĕtās, cūră, sōllĭcĭtūdo. V. *Cura.*

ægrōto. *Quām mĭhĭ dās ægrō, dăbĭs ægrōtārĕ tĭmēnti*, H. E. 1, 7, 4. SYN. Lānguĕo, dēcūmbo, lānguēsco, dŏlĕo. PHR. Mōrbō, mōrbĭs lăbōrārĕ, lānguērĕ, lānguēscĕrĕ, dēcūmbĕrĕ, cōnfĭcī, ēxērcērī, tēntārī, āffīcī, prĕmī, vēxārī, tōrquērī, crŭcĭārī, cōnflīctārī, squāllērĕ, ātrōcī prēssūm dēcūmbĕrĕ mōrbō. Grăvĭbŭs



Digitized by Google

mōrbī crŭcĭātĭbŭs ūrī. Trīstēs incēssūnt pēctŏră mōrbī. Mēmbră frāctă, lēssōs ārtūs insōmni tŏrō vērsārĕ. Gĕmĭt mōrbō mŏrĭtūrŭs ĭnērtī. ĭmă lăbōrānt contĭnŭis crŭcĭātĭbŭs ōssă. Tābĭfĭcŭs cōrpŏră lānguŏr hăbĕt. Ægrō sūm cōrpŏrĕ. Ægrūm trăhĕrĕ cōrpŭs. Tōtūm cōrpŭs ingēnti lānguōrĕ jăcēt sinĕ vīrĭbŭs ægrūm. Trīsti lānguēbānt cōrpŏră mōrbō. Sŭbĕūnt mōrbī, trīstisquĕ sĕnēctūs. Ægră trăhēbānt cōrpŏră. Pāllĭdă vix cŭbĭtō mēmbră lĕvārĕ pŏtēst. Vīs mōrbī, distrāctă pēr ārtūs, Tūrbāt ăgēns ănĭmām. Pāllĭdăque ēxāngui squāllēbānt cōrpŏră mōrbō. Mōrbŭs mēmbră pŏpŭlātŭr. Mōrbŭs dēcērpit cōrpŏrĕ vīrēs. Fŭrit ātque ārtūs dēpāscĭtŭr āridă fĕbris.

Ægrōtŭs. *Ægrōtō dŏmini dēdūxit cōrpŏrĕ fĕbrēs*, Hor. Ep. 1, 2, 48. SYN Ægĕr, invălĭdŭs, infirmŭs, lānguĭdŭs, lānguēns, mōrbĭdŭs. PHR. Mōrbō, mōrbis grăvis, tēntātŭs. V. *Æger*.

Ægyptŭs, *vel* ŭs. *Dīcĭtŭr Ægȳptŏs căruīssĕ jŭvāntĭbŭs ārvă*, Ov. Rem. Amor. 777. *Æ Africæ pars, versus Asiam, Nilo irrigata, cujus aquæ regionem totam fœcundant, loco imbrium.* SYN. Phărŏs, Cănōpŭs. EPITH. Dīvĕs, tŏrrĭdă, fœcūndă, fērtĭlĭs, ēxŭstă, āntīquă, mĕtāllĭfĕră, sĭtĭbūndă, văstă, ŏpīmă, hōrrĭdă, cāllĭdă, ārdēns, ūstă, ădūstă, gēmmĭfĕră. PHR. Tēllūs Nīlĭăcă, Nīlōtĭcă, Mēmphĭtis, Mēmphĭtĭcă, *à Memphi urbe Ægypti primariâ*, agri, trāctūs Phărĭi, ārvă Mărĕōtĭcă, *à Mareotide lacu*. Pēlūsĭăcă, *à Pelusio oppido*. Sōlūm Părætŏnĭūm, *à Paratonio oppido*. Īsĭăcă tēllūs, *ab Iside ibi cultâ*. ōræ, plāgæ Nīlĭăcæ. Nīlō fœcūndă rĕgio.

Ægyptĭăcŭs. *Quōs Ægȳptĭăcŭs sēmpĕr rĕnŭīstĭs ăb ævō*, Calc.

Ægyptĭi. 3, *brev.* 4, *longa*. *Nēscĭō quis tĭtŭlōs Ægȳptĭŭs ātque Ărăbārchēs*, Juv. 1, 130. SYN. Nīlĭgĕnæ, Phărĭi, Nīlĭcŏlæ. EPITH. ūsti, cāllĭdi, ingĕnĭōsi, săgācēs, ātri, dŏcti, ăcūti, prūdēntēs, vēntōsi, cālvi. PHR. Gēns Phărĭă, Īsĭăcă, Nīlōtĭcă, Pēllæi gēns fōrtūnātă Cănōpi, *à Pellâ urbe Ægypti*.

Ægysthŭs. *Quærĭtĭs Ægȳsthŭs quārĕ sit fāctŭs ădūltĕr? in prōmptū caūsă ēst, dēsĭdĭōsŭs ĕrăt*. Ov. Rem. Amor. 161. *Thyestæ filius ex Pelopeiâ. Avunculum Atreum, ac deinde cognatum Agamemnonem, maritum Clytemnestræ, quâ abutebatur, interfecit. Sed Orestes, patris ultor, Ægysthum occidit.* SYN. Thȳēstĭădēs, Thȳēstæ prōlēs: Thȳēstĕ nātŭs. EPITH. ădūltĕr, dēsĭdĭōsŭs.

Āellō, ŭs. f.—*ēxtērrŭĭt ālēs Ăellō*, Ov. M. 13, 710. V. *Harpyia*.

Ælūrŭs, i. m. *illīc ælūrōs vĕnĕrāntŭr*. SYN. Fēlis.

Æmŏnĭă, æ. f. *Pēlĭŏn, Æmŏnĭæ mōns ēst, &c.*—Ov. SYN. Thēssălĭă.

Æmŭlātŏr. *Vīvēntis ātrēs æmŭlātŏr hōstĭæ*. (Iamb.)

Æmŭlŏr, āris. *ipsĕ mĕās sōlŭs, quŏd nīl ēst, æmŭlŏr ŭmbrās*, Pr. 2, 34, 19. SYN. imitŏr, invĭdĕo, sēctŏr. V. *Imitor*.

Æmŭlŭs. *Æmŭlŭs ēxcēptūm Trītōn, sī crēdĕrĕ dīgnūm ēst*, V. Æ. 6, 173. *innūptæque æmŭlă Phœbēs*, O. M. 1, 476. *æmŭlă nĕcdūm tēmpŏrĭbŭs gĕmĭnis cānēbāt spărsă sĕnēctŭs*, ib. 5, 416. SYN. imitātŏr, *vel* invĭdŭs, ădvērsārĭŭs, cōntrārĭŭs.

Æmŭs, i. *Æmăthĭam, ēt lātŏs Æmi pinguēscĕrĕ cāmpōs*, Virg. Geo. 1, 492. *Mons Thraciæ, ab Æmo, Boreæ & Orithiæ filio, sic dictus, in quo fabulantur poetæ domicilium Martis fuisse.* V. *Hæmus*.

Ænēās, æ. *Ænēās ignārŭs ăbēst: nūnquămnĕ lĕvāri?* Virg. Æn. 10, 25. *Anchisæ filius ex Venere, Trojanus princeps, Virgilii carmine notissimus, Priami gener, ac deinde Regis Latini. Ex priore uxore Creûsâ Iulum seu Ascanium habuit, urbis Albæ conditorem in Italiâ. Altera uxor fuit Lavinia, Turno priùs desponsata, quem Æneas vicit, ac regno Latini successit.* SYN. Ănchīsĭădēs, Dārdănĭdēs, Lāŏmĕdōntĭădēs, *à Dardano, Laomedonte, Trojæ Regibus*. Dūx *vel* hērōs Phrȳgĭŭs, Īlĭăcŭs, Trōĭŭs, Trōjānŭs, Dārdănĭŭs, Lāŏmĕdōntĭŭs, Cȳthĕrēĭŭs, Vĕnĕris fīlĭŭs, Ănchīsæ sŭbŏlēs, Ănchīsĕ gĕnĕrātŭs, gĕnĭtŭs, sātŭs. EPITH. Māgnănĭmŭs, Dārdănĭŭs, pĭŭs, Trōjānŭs, Trōĭŭs, cāstŭs, prŏfŭgŭs, fūctĭvăgŭs, Phrȳx, Phrȳgĭŭs, inclȳtŭs, fŭgĭtīvŭs, fōrtis, impăvĭdŭs, bēllāx, ădūlāx, bŏnŭs, gĕnĕrōsŭs, Dārdănĭdēs, fātālis, Cȳthĕrēĭŭs, Īlĭăcŭs, Rhœtēĭŭs, *à Rhœteo Trojæ promontorio*. PHR. Trōs Ănchīsĭădēs. Dūx Ănchīsĭădēs. Teūcrōrūm, *seu* Teūcrōrūm, *vel* Dănăūm dūx, pătĕr, dūctŏr, Rēx pĭĕtātĕ insīgnis ĕt ārmis. Pātĕr Ænēās, Rōmānæ stirpis ŏrīgo. Vir māgnŭs bēllō, nūlli pĭĕtātĕ sĕcūndŭs. VERS. Trōjānæ dūx inclȳtĕ gēntis. Glōrĭă, spēsquĕ Phrȳgūm, quō nēc pĭĕtātĕ nēc ārmis, Mājŏr in ōrbĕ fŭit. Rēx ĕrăt Ænēās nōbis, quō jūstĭŏr āltĕr, Nēc pĭĕtātĕ fŭit, nēc bēllō mājŏr ĕt ārmis. Cūm fŏrĕt Ænēæ cērvix sŭbjēctă părēnti, Dīcĭtŭr ipsă vĭrō flāmmă dĕdīssĕ lŏcūm.



Digitized by Google

Ænēis, ĭdŏs. *ēt tămĕn illĕ tŭūs fēlix Ænēĭdŏs aūtŏr*, Ov. Tr. 2, 533. *Ænēĭdŏs sūmmæ grāndĕ fŭissĕt ŏnŭs*, Ovid.

Ænēĭŭs, ă, ŭm. *Hōspĭtĭa haūd illi stābūnt Ænēĭă pārvō*, Virg. Æn. 10, 494.

ænĕŭs, ă, ŭm. *Lætĭŭs ŭt in circō spătĭērĕ, aūt ænĕŭs ŭt stēs*, Hor. Sat. 2, 3, 183. SYN. ăhēnĕŭs. V. *Aheneus.*

ænigmă, ătis. *qui jūris nōdōs ĕt lēgum ænigmătă sōlvăt*, Juv. 8, 50. EPITH. ŏbscūrŭm, diffĭcĭlĕ, dŭbĭŭm, cæcŭm, Thēbānŭm, tĕnebrōsŭm, ăncĕps, ăbdĭtŭm, rĕcōndĭtŭm, ărcānŭm, Œdĭpæŭm, invōlūtŭm, lătēns, lătĭtāns, sēcrētŭm.

Æŏlĭă. *Æŏlĭa excĭtŏs, aūt āctām nūbĭbŭs Īrim*, Virg. Æn. 10, 38. EPITH. Văstă, nimbōsă, circŭmflŭă, ŭdă, rigŭă, æquŏrĕă. PHR. Æŏlĭŭm, Hippŏtădæ rēgnŭm. Vēntōrŭm dŏmŭs, cărcĕr. V. *Æolus.*

Æŏlĭdēs, æ. m. *ēt Clўtĭum Æŏlĭdēn, ĕt ămīcŭm Crētĕă Mūsis*, Virg. Æn. 7, 774. VERS. Cŏmĕs ădditŭr ūnă Hōrtātŏr scĕlĕrum Æŏlĭdēs. Misēnum Æŏlĭdēn quō nōn præstāntĭŏr ăltĕr, ærĕ ciērĕ virōs, Mārtĕmque āccēndĕrĕ cāntū. (*Virg. Æn.* 6, 529.)

Æŏlŭs. *Æŏlĭām vēnit. Hic vāstō Rēx Æŏlŭs āntrō*, Virg. Æn. 1, 56. *Jovis filius ex Sergestâ Hippotæ filiâ, Rex ventorum appellatus, quòd ventorum flatum multò antè prædiceret.* SYN. Hippŏtădēs. EPITH. impĕrĭōsŭs, mĭnāx, vēntĭpŏtēns, īnsānŭs, trĕmēndŭs, fŭrēns, tŭrbĭdŭs, hōrrĭsŏnŭs, frĕmēns, fŭrĭōsŭs, trĕmēns, hōrrĭdŭs, sĕnĕx, trŭx, plŭvĭŭs. PHR. Æŏlĭŭs tўrānnŭs. Rēx tēmpĕstātŭm. Vēntōrŭm rēx, pătĕr, princēps. Vēntōs cărcĕrĕ, vinclis, frænāns, cōmpēscēns, cŏhĭbēns. Nimbōrŭm pŏtēns. Æquŏrĕis vēntōs qui frænăt in āntris. Qui vēntis vim īncŭtit. Cui vēnti pārēnt. VERS. Qui mūlcērĕ pŏtēst flūctūs, ĕt tōllĕrĕ vēntōs. Qui cărcĕrĕ fōrtēs cōntĭnĕăt vēntōs, ĕt cūm vĕlit æquŏră plācĕt. Claūsĕrăt Hippŏtădēs ætērnō cărcĕrĕ vēntōs. Tŭm vēntis pŏsĭtŭs cūstōs cui flāmĭnă cărcĕr impĕrĭō cōmprēssă tĕnĕt. Tĕnĕt ille īmmānĭă sāxă; Vēntōrŭmquĕ dŏmōs. Claūsō vēntōrŭm cărcĕrĕ rēgnăt.

*Æoli et Æoliæ descriptio.*

Nimborum in patriam, loca fœta furentibus Austris,
Æoliam venit. Hîc vasto rex Æolus antro
Luctantes ventos, tempestatesque sonoras,
Imperio premit, ac vinclis et carcere frænat.
Illi indignantes magno cum murmure montis
Circum claustra fremunt: celsâ sedet Æolus arce,
Sceptra tenens, mollitque animos, & temperat iras.
Ni faciat, maria ac terras, cœlumque profundum
Quippe ferant rapidi secum, verrantque per auras.
Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris,
Hoc metuens; molemque & montes insuper altos
Imposuit, regemque dedit, qui fœdere certo
Et premere, & laxas sciret dare jussus habenas. *Virg. Æn.* 1, 56.

æquābĭlĭtās.——*Nēc ĕnim dē æquābĭlĭtātĕ mŏvēbŏr*, Mant. SYN. æquālĭtās; *vel* cōnstāntĭă, æquă mēns.

æquævŭs. *ŭt Rēgem æquævŭm crūdēli vŭlnĕrĕ vīdi*, Virg. Æn. 2, 561. SYN. æquālis.

æquālis. *ĕt nūnc æquālī tēcŭm pūbēscĕrĕt ævō*, Virg. Æn. 3, 491. SYN. æquābĭlis, æquŭs, păr, cōmpăr, sĭmĭlis; *vel* æquævŭs.

æquālĭtĕr. *Jăm vēnti pōnŭnt, strātăque æquālĭtĕr ūndă*, Ov. Ep. 7, 49. SYN. æquē, pārĭtĕr.

‖ æquănĭmis, *vel* æquănĭmŭs. *æquănĭmŭs fĭăm, tē jūdĭcĕ, sīvĕ lĕgēndă*, A. SYN. Mŏdĕrātŭs, pătĭēns, tŏlĕrāns.

æquātŏr, ōris. *ūltra æquātōrem gēns ēst ăspērrĭmă bēllō*, Nat. C.

æquē.—*æquē jŭvĕnēmquĕ măgistri*, Virg. Geo. 3, 118. SYN. Pārĭtĕr, sĭmĭlĭtĕr, æquālĭtĕr, nōn sēcŭs, haūd sēcŭs, nōn ălĭtĕr, haūd ălĭtĕr.

æquidĭēs, *vel* æquidĭŭm.—*æquātŏr sōlēm stătĭōnĕ rĕflēctit, Æquidĭēmque fācit, &c.* Archith. *Æquidĭŭm dŭplex, pācātō frīgŏrĕ, ĕt æstū*, Mant. V. *Æquinoctium.*

‖ æquĭlĭbrĭŭm. SYN. æquābĭlĭtās, æquālĭtās. VERS. Jūstă pări prĕmĭtŭr cūm pōndĕrĕ lĭbră: Prōnă nĕc hāc plūs pārtĕ sĕdēt, nĕc sŭrgit ăb illā.

Digitized by Google

æquīnōctĭālĭs. *Jām cœlī fŭrŏr æquĭnōctĭālĭs*, (Phal.) Catul. 44. 2.

‖ Æquĭnōctĭŭm. *Cùm dies nocti æqualis est, quod semel accidit, quando Sol est in signo Arietis, mense Martio: Iterumque cùm Sol est in principio Libræ, mense Septembri.* VERS. Nŏx ēst æquă dĭēī. æquă dĭēs cūm nŏctĕ rĕcūrrĭt. Quæ mŏră mētītŭr lūcēs, mētītŭr ĕt ūmbrās, ĕt lūx bĭs sēnĭs tŏtĭdēm nŏx claūdĭtŭr hōrĭs, æquālēsquĕ făcĭt cūm nŏctĕ tĕnĕbrās.

*æquinŏctĭŭm Vernum, mense Martio.* Blāndī cūm nūncĭă Vĕrĭs hĭrūndo ādmŏnĕt æquālēs nŏctĭbŭs ēssĕ dĭēs. Cūm Ărĭēs tēmpŏră nŏctūrnĭs æquă dĭūrnă făcĭt.

*æquinŏctĭŭm Autumnale, mense Septembri.* Cūm Lĭbră dĭēs nŏctēsque ĕxămĭnĕ jūstō Tēmpĕrăt. Æquăt ĕt aūtūmnŭs fŭrvās cūm lūcĭbŭs ūmbrās. Lĭbră dĭē sōmnĭquĕ părēs ŭbĭ fēcĕrĭt hōrās, ĕt mĕdĭŭm lūcī ătque ūmbrĭs jām dīvĭdĕt ŏrbēm. *Ubi nota genit.* die *pro* diei.

æquĭpăr, ăris. *Bis sēnās pārtēs quĭs cōntĭnĕt æquĭpărēs? ăs*, Aus. SYN. Păr, nōn impăr.

æquĭpărābĭlĭs.—*vĕlŭt æquĭpărābĭlĕ quĭcquăm*, Prud. Hym. 79. SYN. Cōnfērrī dīgnŭs.

æquĭpăro.—*Sōlum æquĭpărās sĕd vōcĕ măgĭstrūm*, Vir. Ecl. 5, 48. SYN. Cōmpăro, cōnfĕro; *vel* æquo, exæquo, ădæquo. V. *Comparo.*

æquĭtās, ātis, 2 *brevis.* SYN. æquŭm, jūs. V. *Justitia.*

æquĭvălĕo. *Nūllă pŏtēst mŏdŭlĭs æquĭvălērĕ tŭĭs*, Ovid. de Philomel. SYN. ‖ Æquĭpōllĕo. PHR. Tāntūm vălĕo, pōllĕo. Tāntī sūm prĕtĭī. Păr sūm prĕtĭō.

æquo, ās. *Pārtĭbŭs æquābăt jūstĭs, aūt sōrtĕ trăhēbăt*, Virg. Æn. 1, 508. SYN. ădæquo, exæquo: păr, æquālĕ rĕddo, făcio, ēffĭcio. PHR. Pārtĭbŭs jūstĭs æquo. Nūllō dīscrīmĭnĕ hăbērĕ. VERS. Quātŭŏr ĭn pārtēs dīvīsūm mēnsĭbŭs æquĭs. ĕt pĕdĭbŭs sūmmās æquābĭs ărēnās. Jūstă părī prĕmĭtŭr vĕlŭtī cūm pōndĕrĕ lībră. Prōnă nĕc hāc plūs pārtĕ sĕdēt, nĕc sūrgĭt ăb īllă.

æquŏr, ŏris.—*vāstūm măris æquŏr ărāndūm*, Virg. Æn. 2, 780. SYN. Mărĕ, ăltūm, prŏfūndūm, pōntŭs, frĕtūm, sălūm, cærŭlă, pĕlăgŭs, mărmŏr, ŏcĕănŭs Nēptūnĭŭs; Nēptūnĭă ărvă. V. *Mare, vel* plānĭtĭēs, cāmpŭs ăpērtŭs, lātŭs. V. *Planities.*

æquŏrĕŭs. *Stērnĭt ĕt æquŏrĕās æquŏrĕ nātă vĭās*, Ov. Ep. 19, 190.

æquŭs. *Vīctŏr ĕrăt quămvĭs, æquŭs ĭn hōstĕ fŭĭt*, Prop. 3, 19, 28. SYN. Jūstŭs. PHR. ōbsērvāntĭssĭmŭs æquī. Jūstĭtĭæ faūtŏr. Jūrĭs, *vel* æquī dēfēnsŏr. V. *Justus.*

æquūm ēst. *Vīrtūtĕ ēxsŭpĕrās tāntō me īmpēnsĭŭs æquum ĕst*, Virg. Æn. 12, 20. SYN. Fās ēst. Păr ēst. Fās ĕt jūră vŏlūnt.

āĕr, āĕris. *Prŏxĭmŭs ēst āĕr īllī lĕvĭtātĕ, lŏcōquĕ*, Ovid. 1, 28. SYN. Æthēr, æthră, văcŭūm, ĭnānĕ, Jūpĭtĕr, aūră, āstră, dĭūm. EPITH. Lĭquĭdŭs, pătēns, īmmēnsŭs, tĕnŭĭs, hūmĭdŭs, tĕnĕr, pūrŭs, spīrābĭlĭs, rōrĭfĕr, mĕābĭlĭs, ăgĭtātŭs, cīrcūmflŭŭs, ūdŭs, rōscĭdŭs, aūrĭcŏmŭs, līmpĭdŭs, īgnĭfĕr, fūlgēns, mūtābĭlĭs, sĕrēnŭs, nīmbōsŭs, rārŭs, prŏcēllōsŭs. PHR. āĕrĭs ŏræ. āĕrĭī trāctŭs. āĕrĭī cāmpī. āĕrĭă plăgă. āĕrĭæ ŏræ, dŏmūs, plăgæ, aūræ. īnānĭă cœlī. Cœlī spīrābĭlĕ nūmĕn. Sĭnĕ nūbĭbŭs āĕr līmpĭdŭs. Călīgāns nūbĭbŭs āĕr. Jūpĭtĕr hūmĭdŭs Aūstrĭs, cœlī ĭn rĕgĭōnĕ sĕrēnă. āĕrĭs ĭn cāmpĭs lātĭs. VERS. Ĭn æthĕrĭās vŏlŭcrĭs sē sūstŭlĭt ŏrās. Vēctŭs pĕr īnānĭă cūrrū. Lăpĭs văcŭūm pĕr ĭnānĕ vŏlūtŭs. Nĕc ĭn văcŭūm pŏtĕrūnt se ēxtēndĕrĕ rāmī. Lāxĭs pĕr pūrum īmmīssŭs hăbēnĭs. āĕră pĕr văcŭūm fērrī, ătque āssūrgĕre ĭn aūrās. ĭn nūbēm cōgĭtŭr āĕr. Plŭvĭŭs tērrĭs īrāscĭtŭr āĕr. Trĕpĭdūm vŏlŭcrēs cōncēntĭbŭs āĕră pūlsānt. Līttŏră plāngūnt īrātō flūctū pūlsātă, ĕt nūbĭlŭs āĕr īntŏnăt. Tūrgēt vēntĭs nĕbŭlōsŭs āĕr. Nūbĭlă sī fūlgēnt, ĭn tēmpŏră vērtĭtŭr āĕr. V. *Cœlum, Æthra.*

ærārĭūm. *Rēgālēs ŭt ŏpēs, ĕt săcra ærārĭă sērvēnt*, Man. SYN. ŏpēs pūblĭcæ: fĭscŭs.

ærātŭs. *Ærātæquĕ mĭcānt pēltæ, &c.* Virg. Æn. 7, 743. SYN. Ærĕ tēctŭs, ōbdūctŭs, mūnītŭs, īnstrūctŭs, ărctātŭs, grăvĭs.

ærĕŭs, ă, ŭm. —*mĭcăt ærĕŭs ēnsĭs*, Virg. Æn. 7, 743. SYN. ăhēnŭs, ăhēnĕŭs, ærātŭs.

ærĭfĕr, ă, ŭm. *Ærĭfĕræ cŏmĭtūm cōncrĕpŭērĕ mănūs*, Ov. Fast. 3, 780.

ærĭpēs, ĕdis. *Fīxĕrĭt ærĭpĕdēm cērvūm lĭcĕt.* Virg. Æn. 6, 802. SYN. Lĕvĭs, cĕlĕr, vēlōx, *vel* fōrtĭs, sŏlĭdŭs.

āĕrĭŭs. *Nĕc gĕmĕrĕ āĕrĭă cēssābĭt tūrtŭr ăb ūlmō*, Virg. Ecl. 1, 50. SYN. Æthĕ-



Digitized by Google

riūs, *vel* æthĕrĕūs, cœlēstis, sȳdĕrĕūs, *vel* āltūs, sūblimis, ēdĭtūs, ărdŭūs, cēlsŭs, prōcērūs.

Ăĕrŏpē, ēs. *Atrei uxor, quæ duos filios peperit ex Thyeste, Atrei fratre. Hos Atreus Thyesti comedendos apposuit, quod facinus Sol exhorruit.* Sī nōn Ăĕrŏpēn frātĕr scĕlĕrātŭs ămāssĕt, āvērsōs Sōlis nōn lĕgĕrēmŭs ĕquōs, *Ovid.* 2, *Tr.* 2, 391.

ærūgo, inis. *Sī rĕddăt vĕtĕrĕm cūm tōta ærūgĭnĕ fōllĕm*, Juv. 13, 61. SYN. Rubigo. EPITH. Scabră, nigră, tūrpis, viridis. V. *Rubigo.*

ærūmnă. *Ærūmnis lāssūs dūm nŏctū stērtĭt, ăd ăssēm*, Hor. Ep. L. 2. E. 2, 27. SYN. Mœrŏr, dŏlŏr, *vel* pōndŭs, ŏnŭs. EPITH. Grăvis, mălă, dūră, lūctĭfĭcă, tristis, crūdēlis, lūgubris. V. *Mœror, Miseria.*

ærūmnōsŭs. *ærūmnōsiquĕ Sŏlōnēs*, Pers. S. 3, 79. SYN. īnfēlix, misĕr, īnfōrtūnātŭs. V. *Miser.*

æs, æris.——*nōn æris ăcērvŭs ĕt aūri*, Hor. Ep. 1, 2, 47. SYN. Æris mĕtāllŭm. V. *Metallum*, *vel* pĕcūniă, nūmmŭs. V. *Pecunia*, *vel* tūbă, būccină, lĭtŭŭs, cōrnū clāssicŭm. V. *Tuba*, *vel* lōrică, gălĕă, ārmă. V. *Arma*, *vel* stătŭă, sĭmūlācrŭm, *ex ære.* EPITH. Dūrŭm, sŏlidŭm, splĕndidŭm, grăvĕ, Cŏrinthiŭm. VERS. ărgĕnti rivōs, ærisquĕ mĕtālli ŏstĕndit vĕnis tĕllūs. Tinnŭlăque æră sŏnānt. ărgūtă clāvis tinnitibūs æră. Cūm bĕllicŭs ærĕ cănōrō Signă dĕdit tŭbicĕn. Nēxæ ærĕ trăbēs. ēxcūdĕnt ălii spīrāntiă mōllius æră. Nōnnūnquām grăvis ærĕ dŏmŭm mihi dĕxtră rĕdībăt, *id est, pecunia.*

Æsăcŭs, i. *Æsăcōn ūmbrōsă fūrtim pĕpĕrīssĕ sŭb Īdā*, Ov. M. 11, 762. *Priami filius, qui Hesperiæ, quam deamabat, mortem impatienter ferens, in mare se projecit, ubi à Thetide in mergum mutatus.* VERS. Thĕtis misĕrātă cădēntĕm mōllitĕr ēxcēpit, nāntēmquĕ pĕr æquŏră pēnnis Tēxit.

Æschylŭs, i. *Quid Sŏphŏclēs, ĕt Thēspis, ĕt Æschўlŭs ūtĭlĕ fĕrrĕnt*, Hor. Ep. 2, 1, 163. EPITH. Dŏctŭs, sŏlērs.

Æsculāpiŭs. *Plăcĕt săcrātŭs ăspis Æscŭlāpii*, (Iamb. pur.) Prud. *Apollinis filius ex Nymphâ Coronide. Deus Medicinæ, cultus Epidauri, in specie serpentis seu draconis; cùm etiam Pergami, in Asiâ. Qui medicam artem vel laude, vel opere ampliavit, ob eamque rem in Deorum numerum receptus fertur.* SYN. Ĕpidaūriŭs: Cŏrōnĭdē nātŭs: Phœbigĕnă. EPITH. Sălūtĭfĕr, Phœbēiŭs, Pĕrgămĕŭs. PHR. Mĕdicinæ rĕpērtŏr. *(Æsclepius.)* ārtĕ mĕdēndi clārŭs.

æscŭlĕŭs, ă, ŭm. *Vīcĕrăt, æscŭlĕæ căpiēbăt frŏndis hŏnōrĕm*, Ov. M. 1, 449. SYN. Quĕrnŭs, quĕrcĕŭs, ilicĕŭs, īlignŭs, īlignĕŭs, rōbŏrĕŭs.

æscŭlŭs, i. f. *Æscŭlŭs in primis, quæ quāntŭm vērtice ăd aūrās*, Virg. Geo. 2, 29. SYN. Quĕrcŭs, ilĕx, rōbŭr. EPITH. Glāndifĕră, frŏndēns, prōcēră. V. *Quercus.*

Æsŏn, ŏnis. *Victĭmă vōtă cădit, sĕd ăbēst grātāntibŭs Æsŏn*, Ov. Met. L. 7, 2, 4. *Crethæi filius, frater Peliæ Regis Thessaliæ, Pater Jasonis. Illi juventutem reparavit Medea.* PHR. Cui rĕpărātă jŭvēntŭs.

Æsōpŭs. *Quæ grăvis Æsōpŭs; quæ dŏctŭs Rōsciŭs ēgit*, Hor. Ep. 2, 1, 82. *Philosophus, natione Phryx, conditione servus Xanthi, tempore Crœsi Regis Lydiæ, cui fabulas suas dicavit.* EPITH. Jŏcōsŭs, fingēndi dŏctŭs.

æstās, ātis. *Quālis ăpēs æstātĕ nŏvā, pĕr flŏrĕă rūră*, Virg. Æn. 1, 434. *Hâc anni parte Sol percurrit signa Cancri, Leonis, et Virginis. Mense Julio Canicula magnos excitat calores. Æstati Cererem præesse fingunt Poëtæ, ut frugum Deam.* SYN. Æstivŭm tĕmpŭs. EPITH. ignĕă, călidă, fērvēns, fērvĭdă, sĕrēnă, inērs, sitiēns, mŏrbōsă, lāscivă, fērtilis, lætă, jūcūndă, flōrēns, ŏptātă, spĕrātă, pigră, pēstifĕră, flāmmĕă, siccă, sălūbris. PHR. Æstivi, æstifĕri diēs. Siriŭs ārdŏr. æstivă tĕmpĕră. Pārs fērvēntiŏr ānni. Călidissimă sōlibŭs æstās. Fōrmōsă mēssibŭs æstās. Spicĕă sērtă gĕrēns. Findēns Phœbēis ignibŭs ārvă. Vēstiēns, ōrnāns cūlmis Cĕrĕālibŭs āgrōs. Tēmpŭs quō tŏrridŭs æstŭăt āĕr.

*Æstatis tempore.* Cūm tērris incūbăt æstās tŏrridă. Cūm tērræ ārdŏrĕ dĕhiscūnt. ārvă călōribŭs hiānt. ārvă hiūlcă siti rūmpūntŭr: ārēnt hērbæ. ūrūntŭr grāmină cāmpis. Dēnsæ tŏrrēntŭr ăristæ. Cūm grăvis ēxūstŭs æstŭs hiūlcăt āgrŏs. Cūmque ēxūstŭs āgĕr mŏriĕntibŭs æstŭăt āĕr. Cūm sitiūnt hērbæ, ĕt pĕcŏri jām grātiŏr ūmbra ēst. ūbi pūlsam hўĕmĕm Sōl aūrĕŭs ēgit, Sūb tērrās cœlūmque æstivă lūcĕ rĕclūsit. Cūm pĕr sūmmă pŏli Phœbŭm trăhit āltiŏr æstās. ārēntēs cūm findit Siriŭs āgrōs. Cūm siccās insānă Cănicūlă mēssēs Tŏrrĕt, cŏquit. Cūm călĕt, ĕt mĕdiō Sōl ēst āltissimŭs ŏrbĕ, āridă cūm sitiēns ēxcŏquit ārvă Lĕo. Cūm

cŭlmis ăgrōs vēstit Cĕrĕālibŭs æstās. Cūm siccŭs Cāncĕr ădūrit ăgrōs. Cūm lætæ tŭrgēnt in pălmitĕ gĕmmæ. Spicĕă cāmpis cūm mēssis inhŏrrŭit. Glēbāsquĕ jăcēntēs Pŭlvĕrŭlēntă cŏquit mātūris sŏlibŭs æstās.

æstifĕr, ă, ŭm. *Æstifĕræ Libyæ visō lĕō cōminŭs hōstĕ*, Lucan. 1, 206. SYN. Fērvidŭs, æstivŭs.

æstimātŏr, ōris. *Rērum æstimātŏr, si tămĕn tēcum ĕxigŭs*, (Iamb.) Sen. SYN. Jūdēx. EPITH. Æquŭs, jūstŭs, iniquŭs. V. *Judex*.

æstimo. *Quō rĕdit ădfāstŏs, ĕt virtūtem æstimăt ānnis*, Hor. Ep. 2, 1, 48. SYN. Jūdĭco, ĕxistimo, cēnsĕo, *vel* cōnsidĕro, *vel* măgni, pārvi făcio, pēndo.

æstivo. *Ămnibŭs, ĕt nūdō jŭvăt æstivārĕ sŭb Æmō*, St. Theb. 5, 16.

æstivŭs. *Sōlibŭs hybērnis, æstivā grātiŏr ūmbrā*, Ov. M. 13, 793.

æstivă, ōrūm.—*sĕd tōta æstivă rĕpēntĕ*, Virg. G. 3, 427. SYN. æstivă lŏcă.

æstŭo, *ĕt cum ĕxūstŭs ăgĕr mŏriēntibŭs æstŭăt hĕrbis*, V. G. 1, 107. SYN. Fērvĕo, flagro, ĕxæstŭo; *vel* flŭctŭo, ăgitŏr.

æstŭōsŭs. *Grăgem æstŭōsă tŏrrĕt impŏtēntiă*. (Iamb.) Hor. Ep. 16, 62.

æstŭs, ūs. *Tyrrhēnŭsquĕ frĕtis immittitŭr æstŭs Ăvērnis*, Virg. G. 2, 164. SYN. Călŏr, ārdŏr, fērvŏr; *vel* flūctŭs, mōtŭs. EPITH. Flāmmifĕr, sidĕrĕŭs, ūrēns, mălignŭs, fērvidŭs. VERS. ĕxŭpĕrānt flāmmæ, fŭrit æstŭs ăd aūrās. Prăpiŭsque æstŭs incēndiă vŏlvūnt, ūndisŏnō mōtūm mărĕ flūctŭăt æstū. Æstŭs ĕrăt, māgnŭsquĕ lăbŏr gĕmināvĕrăt æstūm. āspĕrquĕ siti ātque ĕxtĕrritŭs æstū. Lāssŏs æstū fērvēntĕ lăcĕrtŏs. Cūm grăvis ĕxūstŏs æstŭs hiūlcăt ăgrŏs. æstibŭs āc mĕdiis ūmbrōsam ĕxquirĕrĕ vāllēm. Prŏfŭit incēnsŏs æstŭs āvērtĕrĕ fĕbris. Văriō mărĕ flūctŭăt æstū. V. *Fluxus maris*.

ætās, ătis. *ĕt mŏnĕt ætātis spĕciĕ, dūm flŏrĕăt, ūti*, Ov. F. 5, 353. SYN. ævūm, sæcŭlūm, ævi spătiūm; *vel* vită, ānni tĕmpŭs, vitæ tĕmpŭs. EPITH. Fŭgitivă, irrĕvŏcābilis, præcĕps, prŏpĕră, cită, instābilis, irrĕquiētă, cădūcă, præpĕs, fāllāx, fŭgiēns, rĕvŏlūbilis, lūbrică, prætĕrită. PHR. Citŏ pĕdĕ fŭgiēns. Singŭlă vĕrtēns. VERS. ōmniă fĕrt ætās. ūtēndum ĕst ætātĕ: citŏ pĕdĕ lābitŭr ætās. Vĕniĕt lūstris lābēntibŭs ætās. Singŭlă răpidō cūrsū cōntĕrit ætās. Lābitŭr ŏccūltĕ, fāllitquĕ vŏlātilis ætās. Ætās dēstrŭit, ĕt dŭbiæ sūbmittit cūnctă rŭinæ. Nōstră brĕvis vălŏxque ætās ĕt plēnă lăbōrūm. Cūm mātūra ădŏlēvĕrit ætās. ŭbi quārta ăccēssĕrit ætās. ānnŏs vixit bis cēntūm, nūnc tērtiă vivitŭr ætās. V. *Pueritia, Adolescentia, Juventus, Virilis ætas, et Senectus.* ætatis aureæ *descriptionem vide apud Virg. Geo.* 1. *& Ovid.* 1 *Met.*

æternitās, ātis.—*ætērnitātis jānŭās*, (Iamb. Dim.) Prud. Per. 2, 464. EPITH. Lōngă, pĕrēnnis, mūtābilis. PHR. Tēmpŭs finĕ cărēns, ævūm pērpĕtŭūm. Vită pĕrēnnis. ævūm ætērnūm. ĕxpĕrs principii. Finĕ cărēns. Nēsciă finis. VERS. Quæ sēmpĕr ădēst, sēmpĕrquĕ fŭit, sēmpĕrquĕ mănēbit. Cui nĕquĕ principium ĕst ūsquām nĕc finis. Quæ spătiō nōn claūditŭr ūllō.

ætērnūm. *sĕdĕt ætērnūmquĕ sĕdēbit*, Virg. Æn. 6, 617. SYN. Sēmpĕr, pērpĕtŭō, ūsquĕ, nūnquām nōn: ōmni tĕmpŏrĕ, ævō. V. *Semper*.

ætērnŭs, ă, ŭm. *Tūm pătĕr ætērnō fătŭr dēvinctŭs ămōrĕ*, Virg. Æn. 8, 394. SYN. Pērpĕtŭŭs, pĕrēnnis, cōntinŭŭs, sēmpitērnŭs, immōrtālis. PHR. Finĕ cărēns. Sinĕ finĕ. VERS. His ĕgŏ nĕc mētās rērūm, nĕc tēmpŏră pōno: impĕriūm sinĕ finĕ dĕdi. Ætērnūm nōstrŏs lūctŭs ĕxtēndit in ævūm. Nōbis cērtă fidēs ætērnæ in sæcŭlă laūdis, immōrtālĕ dĕcŭs tribŭit. Mănĕt ætērnūmquĕ mănēbit. V. *Immortalis, semper, æternitas.*

æthĕr, ĕris. *indĕ măre, inde āĕr, inde æthĕr ignifĕr ipsĕ*, Lucr. 5, 499. SYN. Cœlūm, pŏlŭs, Ŏlympŭs. V. *Cœlum*: *vel* āĕr, ĭnānĕ. V. *Aer*. EPITH. Lĕvis, răpidŭs, rĕvŏlūbilis, nitidŭs, liquidŭs, sĕrēnŭs, vāstŭs, signifĕr, săcĕr, ignĕŭs, cærŭlĕŭs, stēllātŭs, cūrvŭs, incūrvŭs, ōmnipŏtēns, aūrĕŭs, lūcidŭs, lætŭs, cōnspicŭŭs, pūrpŭrĕŭs, cāndēns, ārdēns, pictŭs. VERS. Rŭit ārdŭŭs æthĕr. Grăvĕs ūdō fūndūntŭr ăb æthĕrĕ nimbi. Lætificŭsquĕ diēs ĕrăt ōmnibŭs; æthĕrĕ pūrō.

æthĕrĕŭs, *vel* rĭŭs.—*æthĕrĕās tēlūm cōntōrsit in aūrās*, V. Æ. 3, 520. SYN. āĕriŭs, *vel* cœlēstis.

Æthiŏpēs. *Æthiŏpūm vĕrsēmŭs ŏvēs sŭb sidĕrĕ Cāncri*, Virg. Ecl. 10, 61. EPITH. Nigri, ūsti, ātri, tŏrridi, nūdi, hŏrridi, dēfōrmēs, fūsci, văgi, ĕxūsti, tōsti, fĕrōcēs.

Æthōn, ōntis. *Ovid. Met.* Intĕrĕă vŏlŭcrēs Pyrŏis Eōŭs ĕt Æthōn, Sōlis ĕqui quārtŭsquĕ Phlĕgōn, hinnitibŭs aūrās Flāmmifĕris implēnt, Ov. Met. 2, 153. *Fuit item equus Pallantis filii Regis Evandri, qui in exequiis domini collacrymans*



Digitized by Google

*mĭsse fertur.* Pŏst bĕllātŏr ĕquūs pŏsĭtīs īnsīgnĭbŭs Æthōn ĭt lăcrȳmāns, gŭttīsque hūmēctāt grāndĭbŭs ōrā, Virg. 11, 89.

æthră, æ. *Nāmquĕ vŏlāns rūbrā fūlvūs Jŏvĭs ālĕs ĭn æthrā,* V. Æ. 12, 247. SYN. Cœlūm, æthĕr, pŏlŭs, Ŏlȳmpŭs. V. *Cœlum: vel* āĕr, īnānĕ, aūræ. V. *Aer.*

Ætnă.—*Hōrrĭfĭcīs jūxtā tŏnăt Ætnă rŭīnīs.* Virg. Æn. 3, 571. *Mons Siciliæ, circa radices multis fontibus et fruticibus amœnissimus; vertice autem globos igneos quandoque longiùs emittens, qui vicinos agros devastant. Fabulantur Poëtæ Gigantes à Jove sub hunc montem fulmine dejectos: Vulcanumque ibi cum Cyclopibus arma fabricari.* SYN. Mōns Trīnācrĭŭs, Sĭcŭlŭs. EPITH. Fērvĭdă, ārdēns, īgnĭfĕră, īgnĭvŏmă, Vūlcānĭă, Trīnacrĭs, Trīnăcrĭă, Sĭcŭlă, Tȳphōĭs, *à Typhoë Gigante hic fulminato,* flăgrāns, īgnĕă, sūlphŭrĕă, hōrrĭfĭcă, tōrrĭdă, fūmāns, flāmmĭvŏmă, rĕsŏnāns, căvă, sŏnāns, călĭdă; fūmōsă, văpōrĭfĕră, mōnstrĭfĕră, răpĭdă, fĕră. Ēncĕlădi tŭmŭlŭs, sĕpūlchrūm, būstūm. Rūpēs Trīnăcrĭă, Vūlcānĭă, Caūtēs Trīnăcrĭdŏs Ætnæ sūlphŭrĕās ērŭctāns ĭn āstră făvīllās. Sūlphŭrĕīs ārdēns fōrnācĭbŭs Ætnă. VERS. Cūrvīs īmmūgĭt Ætnă căvērnīs. āltă jăcēt sŭpĕr ōră Tȳphōĕŏs Ætnă. Vīdĭmŭs ūndāntēm rūptīs fōrnācĭbŭs Ætnām, Flāmmārūmquĕ glŏbōs, lĭquĕfāctăquĕ vōlvĕrĕ sāxă. Gīgāntæīs īnjēctă faūcĭbŭs Ætnă.

*Descriptio Ætnæ.*

——— Horrificis juxtà tonat Ætna ruinis.
Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem,
Turbine fumantem piceo & candente favillâ,
Attollitque globos flammarum, & sidera lambit;
Interdum scopulos, avulsaque viscera montis
Erigit eructans, liquefactaque saxa sub auras
Cum gemitu glomerat, fundoque exæstuat imo. *V. Æn.* 3, 571.

Ætnæŭs. *Ætnæi Cȳclōpĕs, ĕt hūc ādvērtĭtĕ mēntēm,* Virg. Æn. 8, 440. SYN. Trīnăcrĭŭs, Sĭcŭlŭs.

ævūm. *Tāntum ævi lōngīnquā vălĕt mūtārĕ vĕtŭstās,* Æ. 3, 415. SYN. Vītă, ætās: ævi spătĭūm. EPITH. āngŭstūm, brĕvĕ, mĭsĕrābĭlĕ, ānnōsum, vŏlāns, lūbrĭcūm, præpĕs, lōngūm, fŭgĭēns, cădūcūm, făllāx, lābĭlĕ, īncērtūm, flŭĭdūm, lāmēntābĭlĕ. PHR. āngŭsti tērmĭnŭs ævi. ævi vĕnĭēntĭs ĭn ōrbēm. VERS. Tūrpĭs ĭnōpsquĕ sĭmūl mĭsĕrābĭlĕ trānsĭgĭt ævūm. Vărĭŭsquĕ lăbŏr mūtābĭlĭs ævi. V. *Ætas.*

Āfĕr, āfri. *ārmĕntārĭŭs Āfĕr ăgĭt; tēctūmquĕ lărēmquĕ,* Virg. Æn. 3, 344. EPITH. dĭscĭnctŭs, rĕbĕllĭs, sævŭs, tĕnŭĭs. V. *Africa, Afri.*

āffābĭlĭs. *Nĕc vīsū făcĭlĭs, nĕc dīctu āffābĭlĭs ūlli,* Virg. Æn. 3, 621. SYN. Cōmĭs, mītĭs, plăcĭdŭs, bĕnīgnŭs, ūrbānŭs, hūmānŭs.

‖ āffabrĕ. SYN. Pūlchrĕ, sōlērtĕr, bĕllĕ, pĕrītĕ, ēlĕgāntĕr.

āffāri. *Tūnc sīc āffāri, ĕt cūrās hīs dēmĕrĕ dīctīs,* V. Æ. 2, 775. V. *Affor, aris.*

āffātim. *āffātim plēnĭs, quĭbŭs īmbŭātŭr.* (Sapph.) SYN. ăbūndē, lārgē, mūltūm.

āffātŭs, ûs. *Aūdĕăt āffātū, quæ prīma ēxōrdĭă sūmăt,* V. Æn. 4, 284. SYN. āllŏquĭūm, sērmo.

āffātŭs, ă, ŭm. *Sīc trīstēs āffātŭs ămīcōs,* Hor. Od. 2, 7, 24. SYN. āllŏcūtŭs.

‖ āffēctātŏr, ōrĭs. SYN. Cŭpĭdŭs, āppĕtēns, stŭdĭōsŭs.

āffēctātŭs. *Nōn tāntūm pĭĕtās sĕd prōtĭnŭs ārdŭă vīrtŭs, āffēctātă tĭbi.* Stat. S. 5, 2. SYN. ēxquīsītŭs, quæsītŭs, āccērsītŭs.

āffēcto. *Pēr pŏpŭlōs dăt jūră, vĭāmque āffēctăt Ŏlȳmpō,* Virg. Geo. 4, 562. SYN. Cŭpĭo, āppĕto, ēxquīro, āmbĭo, aūcŭpŏr, dēsīdĕro.

āffĕro, āttŭli, āllātūm. *āffĕrĕt, īmprīmīs, vălĕās bĕnĕ, nām vărĭæ rēs,* H. 2, Sat. 2, 71. SYN. Fĕro, dēfĕro, pōrto, āddūco.

āffēctŭs, ûs. *Hæc dăbĭt āffēctŭs, īlle ēxclūdētŭr ămīcŭs,* Juv. 6, 215. SYN. Stŭdĭūm, mōtŭs ănĭmi, mēntĭs, pēctŏrĭs. EPITH. Vĕhĕmēns, tūrbĭdŭs, vĭŏlēntŭs.

āffēctŭs, ă, ŭm. *Jūpĭtĕr āffēctæ tāndēm mĭsĕrērĕ pŭēllæ,* Prop. 2, 28. 1. SYN. Cōmmōtŭs, vēxātŭs, *vel* īnfīrmŭs, lānguĭdŭs.

āffĭcĭo, ēci, ēctūm. *Sĕd pŏtĭŭs lārgĭs āffĭcĕ mūnĕrĭbŭs,* Catul. 64, 92. SYN. Cōmmŏvĕo, mŏvĕo, tūrbo, vēxo, pērtūrbo, āfflīgo, tōrquĕo.

āffīgo, xi, xūm. *Cōncrētūm pătĭtŭr rādīcem āffīgĕrĕ tērræ,* Virg. G. 2, 318. SYN. Fīgo, īnsĕro, ādnēcto, cōnnēcto, jūngo, ādjūngo, cōnjūngo.

Digitized by Google

‖ āffingo, finxi, fictūm. SYN. Fingo, āssimŭlo, sĭmŭlo.

āffinis. *Jūs ălĭquŏd făcĭūnt āffīnĭă vīncŭlă nōbīs*, Ovid. SYN. Cŏgnātŭs, cōnsānguĭnĕŭs, āgnātŭs, prŏpĭnquŭs, sānguĭnĕ jūnctŭs, *vel* æquālis, sĭmĭlis; *vel* prŏpĭnquŭs, vīcīnŭs.

āffirmo. *Quĭs tămĕn āffirmăt, nīl āctum īn mōntĭbŭs, aūt īn*, Juv. 6, 58. SYN. Āssĕro, āssēvēro, ăio, *vel* aio, *dissyl.* cōnfirmo, jūro.

āffixŭs. *āffīxūs lătĕrī, jăm quærĭt sīdĕra, ŏpācæ*, Virg. Æn. 10, 161. SYN. Fixŭs, dēfixŭs, ānnĕxŭs, jūnctŭs, ādjūnctŭs.

āfflāmĕn, ĭnis. *Divinæ vōcis cōmplētæ āfflāmĭnĕ sānctō*, Juv.

āfflātŭs, ă, ūm.—*āfflāta ēst nūmĭnĕ quāndo*, Virg. Æn. 6, 50. SYN. Impūlsŭs, ăgĭtātŭs. PHR. Nūmĭnĕ āfflātŭs.

āfflātŭs, ūs. *Fūlmĕn ăb ōrĕ vĕnit, frōndēs āfflātĭbŭs ārdent*, Ov. M. 8, 287. SYN. Flātŭs, instīnctŭs, ānhēlĭtŭs, impĕtŭs.

‖ āfflictio. SYN. Cāsŭs, mĭsĕrĭă, mălūm, ādvērsă fōrtūnă. V. *infortunium.*

āfflictŭs. *āfflīctūs vītam īn tĕnĕbrīs lūctūquĕ trăhēbām*, V. Æ. 2, 92. SYN. Prōstrātŭs, jăcēns, ōpprēssŭs; *vel* infēlix, misĕr, ānxiŭs. PHR. Fātis jāctātŭs ĭnīquis. Fātis ūsŭs ăcērbis. ōbrŭtŭs innūmĕris cūrārūm flūctĭbŭs. V. *Curis angi. Infelix.*

āffligo, xi, ctūm. *Flēxit, ĕt āssuētūm spŏlĭīs āffligit ĕgēstās*, Claud. SYN. Vēxo, ăngo, *vel* prōstērno, dēprĭmo, dējĭcio, pēssūndo. PHR. Dŏlōrĭbŭs, mălis vēxo, prēmo, cōnfĭcio, ūrgĕo. VERS. Clādĭbŭs innūmĕris mĭsĕrām vēxāvit. insōntem ōpprēssit fātōrūm mōlĕ. Fātis nōn cēssāt vēxārĕ crŭēntis. indŏmĭtōs ănĭmōs ĕt cōrdă sŭpērbă Clādĭbŭs āfflixit.

āfflo, ās. *Fūlmĭnis āfflāvit vēntīs, ĕt cōntigit ignī*, Virg. Æn. 2, 649. SYN. inspīro. *Metaph.* ăgĭto, impēllo.

āfflŭo, āfflūxi. *ātque hīc ingēntēm cōmĭtum āfflūxīssĕ nŏvōrūm*, Virg. Æn. 2, 796. SYN. ăbūndo; *vel* āccūrro, cōncūrro. V. *Abundo, Concurro.*

āffŏr, āffāris. *ērgo hīs ālĭgĕrūm dīctīs āffātŭr Ămōrēm*, V. Æ. 1, 667. SYN. āllŏquŏr, cōmpēllo, ās. PHR. Vōcĕ, vērbis, dictis cōmpēllo. Dictis āggrĕdĭŏr. VERS. ăd Sŭpĕrōs tālĭă dictă dĕdit. His Ænēām cōmpēllāt vōcĭbŭs ūltrō. Dictis āffātŭr ămicis. Tālĭbŭs āggrĕdĭtūr Vĕnĕrēm Sātūrnĭă dictis. V. *Alloquor.*

āffūlgĕo, si. *āffūlsit pŏpŭlō, grātĭŏr ĭt dĭēs*, Hor. Car. 4. Od. 5, 7. SYN. Rĕfūlgĕo.

āffūndo, ūdi, *unde*

āffūsŭs. *Spārgitŭr āffūsō cōrnŭă, Bācchĕ, mĕrō*, Ov. F. 1, 360. *āffūsæquĕ jăcēnt tŭmŭlō*. Ov. M. 8, 539.

Āfri, *ab* Āfĕr. *Tūm mĕ scīndāt văgŭs Āfĕr ărātrō.* Sil. EPITH. Sitĭēntēs, văgi, sævi, fĕrōcēs, ātri, tōrrĭdi, bārbări, trŭcēs, ădūsti, fērvēntēs. VERS. sic finxit Gāllōs ācrēs nātūră, bĭlīnguēs Āfrōs, ēt mēndāx Græcĭă făctă fŭit.

Āfrică. *Sŭb quōrūm tĭtŭlīs Āfrĭcă tāntă jăcēs*, Prop. 4, 12, 38. *Una ex quatuor Orbis partibus, calidissima, et monstrorum ferax. Ab oriente Ægypto et Nilo fluvio, ab occasu, Oceano Atlantico terminata; à Meridie Oceanum Australem, et à Septentrione mare Libycum spectans. Elephantibus etiam, leonibus, et marmore abundat.* SYN. Tērră, tēllūs *vel* plāgă Lĭbÿcă, Gætūlă, Mārmărĭcă, Māssÿlă, Maūrūsĭă, *à variis regionibus Africæ*, tēllūs Năsămōnĭă, Gărămāntĭcă, Pūnĭcă, *à variis populis:* Bārbără tēllūs, *à Barbariâ, hujus parte:* ōræ Lĭbÿcæ, ārvă Pœnōrūm. Nŏmădūm tēllūs, i. e. *Numidarum, qui populi sunt Africæ.* Lĭbÿæ agri, dēsērtă, ōræ, rēgnă, ārvă. Lĭbÿcūm līttŭs. EPITH. ārĭdă, ūstă, dīvēs, gēmmĭfĕră, ēxūstă, fĕră, ărēnōsă, incūltă, inhōspĭtă. PHR. Dīvēs ărēnis ōră. Æstĭfĕræ Lĭbÿēs ārvă. Lĭbÿæ sitĭēntis ărēnæ. Quæ tōrrĭdă sēmpĕr Sōlĭbŭs, hūmānō nēscit mānsuēscĕrĕ cūltū. ōccĭdŭis hăbĭtātă Maūris rēgio. Mōnstrōrūm fĕrāx. impătĭēnsquĕ sŏlūm Cĕrĕris.

Āfricŭs. *Āfrĭcŭs, ĕt văstōs vŏlvūnt ăd sīdĕră flūctŭs*, V. Æn. 1, 90. *Ventus à meridie versùs occidentem spirans, ab Africâ nomen sumpsit.* EPITH. Præcēps, pēstĭlēns, cĕlĕr, nĭgĕr, hūmĭdŭs, nimbōsŭs, călĭdŭs, pēstĭfĕr, ăquōsŭs, imbrĭfĕr, ignāvŭs, inērs, pĭgĕr, ēxĭtĭālis, nūbĭlŭs, ūdŭs, plŭvĭŭs. PHR. Nūbĭfĕr vēntŭs, crēbĕrquĕ prŏcēllis. Frētă cōncŭtĭēns, tūrbāns. Flūctŭs tōllĕrĕ pŏtēns. Qui frētă cōncĭtăt ācĕr Āfrĭcŭs. Nūbĭfĕr Aūstrālī prōrūmpēns Āfrĭcŭs āxĕ.

Ăgămēmnōn, ŏnis. *Quō fĕrŭs injūstō pĕtĭit Ăgămēmnŏnă fērrō*, Ov. M. 13, 444. *Atrei filius ex Aerope. Atreus porrò filius erat Pelopis et Tantali nepos. Agamemnon Mycenarum et Argivorum Rex fuit, et ad Trojanam expeditionem Dux electus cum fratre Menelao. Clytemnestram habuit uxorem Tyndari filiam,*

Digitized by Google

*quæ absente viro, adulterii consuetudinem cum Ægystho iniit. Redux Agamemnon ab Ægystho, suadente Clytemnestrâ est interfectus.* SYN. Tāntălĭdēs, Atrīdēs, dŭx Mȳcēnæŭs, Ăgămĕmnōn. EPITH. Græcŭs, strēnŭŭs, gĕnĕrōsŭs, pŏtēns, măgnănĭmŭs, intrĕpĭdŭs, aūdāx, bēllātŏr, vĭgĭl, clȳpĕātŭs, tērrĭfĭcŭs, Mārtĭŭs. PHR. Trōjæ pŏpŭlātŏr. Dănăūm dūctŏr. Māllĕ dŭcūm dūctŏr. Tēllūris dŭctŭs Ărgŏlĭcæ. Tȳndărĕi, *seu* Tȳndări, gĕnĕr. Jŭgŭlātus cōnjŭgis āstū. Vīctĭmă cōnjŭgis. VERS. ipsĕ Mȳcēnæŭs măgnōrŭm dūctŏr Ăchīvūm. *Iamb.* Cūjŭs impŭlsūm mănū Cĕcĭdit dĕcēnni Mārtĕ cōncŭssum Īliŭm.

Ăgănippē, ēs. *ūllă mŏrām fēcērĕ, nĕque Āŏnĭă Ăgănippē,* Virg. Ecl. 10, 12. *Fons Bœotiæ, Apollini et Musis sacer, juxta Heliconem montem et Permessum fluvium. Hunc Poëtæ fabulantur Pegasi, equi alati, ungulâ esse factum.* SYN. Hĭppŏcrēnē, Fōns Căbāllīnŭs, Ăgănippēŭs, Hĕlĭcōnĭŭs, Pērmēssĭŭs, Hȳāntēŭs, *vel* Hȳāntĭŭs, Āŏnĭŭs, *à Bœotiâ quæ olim Hyantis & Aonia dicta est.* Āŏnii lătĭcēs. Pēgăsēŭs fōns, ūndă Ăgănippēă. EPITH. Bœōtĭcă, dŏctă, dūlcĭs, grātă, ămœnă, Pērmēssĭă. PHR. Dŏctŭs āmnis. Săcĕr Ăpōllĭni, Mūsis dĭcātŭs. VERS. ūngŭlă Gōrgŏnĕi quēm cāvă fēcit ĕqui. Quēm Pēgăsŭs ālātŏ fēcit pĕdĕ. Nēc fōntĕ lābră prŏlŭi Căbāllīnŏ. Grātă Mĕdūsæi sīgnă tĕnētis ĕqui.

Ăgănippēŭs. *Pār Ăgănippēæ lūdĕrĕ dŏctă lyræ,* Prop. 3, 20. SYN. Căbāllīnŭs, Āŏnĭŭs.

Ăgănippis, ĭdŏs. *Dīcĭtĕ quæ fōntēs Ăgănippĭdŏs Hippŏcrēnēs,* Ov. Fast. 5, 7.

ăgāso, ōnis. *ŭt mŏdŏ, si pătĭnām pēnĕ lāpsūs frāngăt ăgāso,* H. S. 2, 8, 72. SYN. ăgĭtātŏr ăsēlli.

Ăgăthȳrsi. *Crētēsquĕ, Drȳŏpēsquĕ, frĕmūnt, pĭctīque Ăgăthȳrsi,* V. Æn. 4, 146. *Populi Scythiæ qui corpus & capillos variis coloribus pingere solebant.* EPITH. Picti, dĕpicti.

Ăgāvē, ēs. *Quid? căpŭt ābscīssūm dēmēns cūm pōrtăt Ăgāvē,* Hor. S. 2, 3, 303. *Filia Cadmi ex Hermione, uxor Echionis, mater Penthei Regis Thebarum, quem cum Mænadibus dilaniavit, quòd ob vini odium, Bacchi sacra vellet abrogare.* EPITH. Cādmēă, Thēbānă, pērfĭdă, crŭēntă, fŭrēns. PHR. Fīlĭă Cădmi. Pēnthēĭă mātĕr.

ăgĕ. *Dic ăgĕ, nām cūnctis ĕădem ēst aŭdīrĕ vŏlūntās,* Ov. M. 12, 177. SYN. ăgĕdūm, ăgĕsis, ējă ăgĕ.

ăgēllŭs. *Quŏd nūnquām vērĭtī sŭmŭs, ŭt pōssēssŏr ăgēlli,* V. Ecl. 9, 8. V. *mox Ager.*

ăgĕr, agri. *Huic ăgĕr illĕ mălŭs, dūlcēsque ā fōntĭbŭs ūndæ,* V. G. 2, 243. SYN. Cāmpŭs, ărvūm, jūgĕră, tērră, sōlūm, rūră, tēllūs, hŭmŭs, ăgēllŭs. EPITH. Pinguĭs, dīvēs, frūgĭfĕr, lætŭs, fœcūndŭs, lūxŭrĭōsŭs, fĕrāx, hērbōsŭs, vĭrēns, ămœnŭs, bĕnīgnŭs, stĕrĭlĭs, ingrātŭs, vēstītŭs, trĭtĭcĕŭs, ārĭdŭs, vērnāns, lăpĭdōsŭs, grāmĭnĕŭs, mōllĭs, pătŭlŭs, hērbĭfĕr, hūmĭdŭs, rĭgŭŭs, irrĭgŭŭs, ălmŭs, cūltŭs, mădĭdŭs, ūbĕr, fērtĭlis, bŏnŭs, ŏpĕrōsŭs, ūdŭs, sīccŭs, incūltŭs, lātŭs, pătēns, vītĭfĕr. Cĕrĕālĭs, flāvēns, flāvŭs, pōmĭfĕr, sāxōsŭs, spīnōsŭs, flōrēns, ŏlēns, āprīcŭs, ăpērtŭs, līmōsŭs, ăquōsŭs. PHR. Dīvĭtĭs ūbĕr agri. Jūgĕră tērræ. Cāmpōrūm æquŏr. ăgĕr ŏnĕrātŭs mēssĭbŭs. Grāmĕn hăbēns. Vēstītŭs mēssĭbŭs. Rĕnŏvātŭs ărātrŏ. Frūgēs cūm fœnŏrĕ rēddēns. Fērtĭlĭs ūbĕrĕ cāmpŭs. Ămœni jūgĕră cāmpi. Cōnsĭtŭs ărbŏrĭbŭs. Flāvēns mēssĭbŭs. Lætŏ grāmĭnĕ vērnāns. Dēprōmēns vărĭis grāmĭnă pĭctă nŏtis. Rēddēns sătă lætă. ăd sĕgĕtēs ingĕnĭōsŭs ăgĕr. VERS. ăgĕr mēssēs fērt pinguĭs ŏpīmās. Præbĕt pōmă bĕnīgnŭs ăgĕr. Pārtŭrĭt ālmŭs ăgĕr. Stērnit ăgrōs, stērnit sătă lætă, bŏūmquĕ lăbōrēs. Vĭrĭdēs nām sūggĕrĭt hērbās Mōllĭs ăgĕr. ēt sēgnēm pătĭĕrĕ sĭtū dūrēscĕrĕ cāmpūm. Hūmēctăt, *vel* irrŏrăt, *vel* fœcūndăt flāvēntĭă cūltă Gălēsŭs. V. *arvum.*

ăgĕsis. *Nūnc ăgĕsis, quŏnĭām dŏcŭi nīl pōssĕ crĕāri,* Lucr. 1, 266. SYN. ăgĕdūm, ējă ăgĕ.

ăggĕmo, ŭi. *ăggĕmit ēt nōstris ipsă cărīnă mălis,* Ov. Tr. 1, 4, 10. V. *Adgemo.*

āggĕr, ĕris. *āggĕrĭbūs sēptām circum, ēt flŭvĭālĭbŭs ūndis,* V. Æ. 9, 70. SYN. Vāllūm, mūnīmĕn, prōpūgnācŭlūm: tērră āggēstă: tērrĕă mōlēs. EPITH. Tērrĕŭs, hērbōsŭs, lăpĭdōsŭs, grāmĭnĕŭs, incūrvŭs, tērrēnŭs, fīrmŭs, cērtŭs, sēcūrŭs, inēxpūgnābĭlis, āltŭs, cēlsŭs, ēxcēlsŭs, ārdŭŭs, bēllĭcŭs, Mārtĭŭs, sūblīmis, ingēns, vălĭdŭs, insŭpĕrābĭlis, sŏlĭdŭs. VERS. Vāstŏ sēptās vīdĕt āggĕrĕ tērrās. Sŭbĭtŭs rūpti mūnīmĭnĕ cēspĭtĭs āggĕr. Præbĕt sēcūrŏs intră tēntōrĭă sōmnŏs. V. *Munimen.*

āggĕro, ās, *vel* is. *incēndĭtque ănĭmūm dictis, ātque āggĕrăt irās,* V. E. 4, 197.

SYN. Cōngĕro, cŭmŭlo, ăgglŏmĕro, ăccŭmŭlo; *vel* aŭgĕo. VERS. āggĕrĭtŭr tŭmŭlō tēllūs, stānt mānĭbŭs āræ. V. *Accumulo.*

āgglŏmĕro, ās. *ĕt lătĕri āgglŏmĕrānt nŏstrō, &c.* Virg. Æn. 2, 341. SYN. Implĭco, ādjūngo.

āgglūtĭno, ās. *Plaut.* SYN. Glūtĭnĕ nēcto, ādnēcto, jūngo, cōnjūngo, cōnnēcto, cōpŭlo.

āggrăvo. *īllă mĕūs cāsūs āggrăvăt, īllă lĕvăt,* Ovid. SYN. Dēprĭmo, ŏnĕro, grăvo, ōpprĭmo, ōbrŭo.

āggrăvēsco. *Ter.* SYN. Dēprĭmŏr, āggrăvŏr, ōpprĭmŏr, ōbrŭŏr.

āggrĕdĭŏr, ĕrĭs, āggrēssŭs. *Hīs vātem āggrĕdĭŏr dīctīs, &c.* Virg. Æn. 3, 358. SYN. Invādo, lăcēsso, prŏvŏco, ōppūgno, prĭŏr īrrŭo, ădŏrĭŏr. V. *Irruo, vel* ŏrdĭŏr, sūscĭpĭo, īncĭpĭo. V. *Incipio.* PHR. In hŏstēm fērri, rŭĕrĕ, tēndĕrĕ. fērrō īnvādĕrĕ, āggrĕdi. VERS. Dēnsŭs fērtŭr mŏrĭtūrŭs īn hŏstēs. Dēnsīs īncŭrrĭmŭs ārmīs. Tālĭbŭs āggrĕdĭtŭr Vĕnĕrēm Sātūrnĭă dīctīs. Fērtŭr īn ădvērsōs. V. *Hostem invado.*

āggrĕgo. *āggrĕgăt, ĕt sēcŭm pĕtŭlāns āmēntĭă cērtăt,* Claud. SYN. Cōngrĕgo, cŏllĭgo, cōgo.

ăgĭlĭs. *Lāssābānt ăgĭlēs āspĕră bēllă vĭrōs,* Ov. Fast. 1, 516. SYN. Lĕvĭs, cĕlĕr, prōmptŭs, ēxpĕdĭtŭs, vēlōx, vŏlŭcĕr, ălăcĕr, pērnix, cĭtŭs. V. *Velox.*

‖ ăgĭlĭtās, ātĭs. SYN. Lĕvĭtās, vēlōcĭtās, mōbĭlĭtās.

Āgis. *Rex Lacedæmoniorum à subditis interfectus quòd Lycurgi leges servari juberet.* EPITH. Jūstŭs. PHR. Indīgnā mŏrtĕ pĕrēmptŭs.

ăgĭtābĭlĭs. *Tērră fĕrās cēpĭt; vŏlŭcrēs ăgĭtābĭlĭs āĕr,* Ov. Met. 1, 75.

ăgĭtātŏr, ōrĭs. *ĕt ĕquōrŭm ăgĭtātŏr Ăchīllĭs,* Virg. Æn. 2, 476.

ăgĭtātŭs. *incūrsānt rāmĭs ăgĭtātăquĕ rōbŏră pūlsānt,* Ov. Met. 2, 303. SYN. Jăctātŭs, vērsātŭs, āctŭs.

ăgĭto, ās. *Cūm quĭbŭs īllă chŏrōs lūcĭs ăgĭtābăt ĭn āltĭs,* Virg. Geo. 4, 533. SYN. Jācto, ăgo, vērso, vēxo, tŭrbo, dīstŭrbo. VERS. Cūrsū tĭmĭdōs ăgĭtābĭs ŏnāgrōs. īntōnsōs ăgĭtārēt Ăpōllĭnĭs aūră căpīllōs. Sæpĭŭs vēntĭs ăgĭtātŭr ĭngēns Pīnŭs. Pēr sōmnōs ăgĭtātŭs ĭmāgĭnĕ fălsā. ēxtīnctŭs ŭmbrās ăgĭtăt īnfēstŭs mĕās.

Āglăĭă, *vel* Āglăīĕ. *Cīnthĭūs ĕt Mūsæ, Bācchŭs ĕt Āglăĭē,* Cal. V. *Gratiæ.*

Ăpōllo, ĭnis.——*Dēxtrō făcĭātĭs Ăpōllĭnĕ cārmĕn*, Ov. Tr. 5, 215. *Jovis et Latonæ filius, natus in Insulâ Delo. Accepisse fertur citharam à Mercurio, et postmodum Musis præfuisse. Habitus est autor Carminis, Musicæ, ac Medicinæ, Vaticiniorum præses, et sagittandi peritissimus. Sol in Cœlo dicitur. Colebatur præsertim in insulâ Delo, ubi Cynthus mons; in insulis Claro et Tenedo; Cyrrhæ et Delphis in Phocide: Pataræ in Lyciâ: Thymbræ, Sminthæ, et Chrysæ, in Phrygiâ: Terapnis, in Laconiâ: in oppido seu nemore Grynæo apud Ionas. Ut Musicæ, et Carminis præses, dicatum habuit sibi Parnassum, Heliconem, Pindum, Pierum montes.* V. Musæ. *Gestamina ejus, Lyra, et Sagittæ. Sacra eidem Laurus inter arbores, Corvus inter aves. Ipsi perpetua juventus, et crines attribuuntur.* SYN. Phœbŭs, Cȳnthĭŭs, Dēlĭŭs, Pȳthĭŭs, *à Pythone serpente occiso:* Tītān, Sōl. EPITH. ārcĭtĕnēns, fōrmōsŭs, pūlchĕr, īntōnsŭs, făcūndŭs, fātĭdĭcŭs, vērĭdĭcŭs, cĭthărœdŭs, pūlchrĭcŏmŭs, laūrĭgĕr, dōctŭs, crīnītŭs, aūgŭr, rŏsĕŭs, fātĭcĭnŭs, dīvīnŭs, săgāx, sōlērs, ĕphēbŭs, Mūsĭcŭs, Mĕdĭcŭs, ŏpĭfĕr, Lātōnĭŭs, *à matre:* Dēlĭŭs, Cȳnthĭŭs, Clărĭŭs, Cȳrrhæŭs, Dēlphĭcŭs, Pătăræŭs, Lȳcĭŭs, Thȳmbræŭs, Smīnthæŭs, Chrȳsæŭs, Tĕrāpnæŭs, Grȳnæŭs, *à locis in quibus colebatur.* Pārnāssĭŭs, Hĕlĭcōnĭŭs. PHR. Mūsārŭm præsēs. Cārmĭnĭs aūtŏr. Lātōnĭă prōlēs. Crīnĭbŭs īnsignis. Cĭthăræ pūlsātŏr Ăpōllo. Inclȳtŭs ārcū. Mĕdĭcīnæ invēntŏr. VERS. Qui cĭthărām nērvis, qui nērvis tēmpĕrāt ārcŭm. Cui Dēlphĭcă tēllŭs, ēt Clărŏs, ēt Tĕnĕdŏs, Pătăræăquĕ rēgĭă sērvit. Mihi flāvŭs Ăpōllo Pōcŭlă Cāstălĭă plēnă mĭnīstrăt ăquā. Māgnăm cui mēntem, ănĭmŭmquĕ Dēlĭŭs īnspīrāt vātēs, ăpĕrītquĕ fŭtūră.

ăpŏlŏgŭs, i. m. *ăpŏlŏgŏn aūdi, lēctŏr, ēt vērŭm pŭtā*, (Iamb.)

Ăpēnnīnŭs, i. *Cōllĕ sĕdēns Ăpĕnnīnŭs tērrĭs ŭbĭ fūmĭfĕr ārĭt*, Lucan. 7, 193. *Fons haud*

Digitized by Google

*longè à Patavio, cujus aquæ calidæ et salutares.* EPITH. Călĭdŭs, sălūbrĭs, ămœnŭs.

‖ ăpophthēgmă, ătĭs. EPITH. Scītŭm, ăcūtum.

ăpŏstătă. *Tūnc vĭr ăpŏstŏlĭcŭs, nūnc vīlĭs ăpŏstătă făctŭs,* Sed. Hinc ăpŏstătĭcŭs.

Ăpŏstŏli.——*Nĭsĭ Dŏctŏr Ăpŏstŏlŭs ŏmnēm,* Prud. *Duodecim à Domino electi ad fidem publicandam, Matthias Judæ loco successit: Paulus ad hos accessit, et Barnabas.* PHR. Bis sēni cŏmĭtēs Christi. Bis sēnī prŏcĕrēs. Cœtŭs Ăpŏstŏlĭcŭs. Tūrbă dŭŏdēnă. Bis sēnă vĭrūm vis. Christi cŏmĭtēsquĕ viæ, tēstēsquĕ lăbōrūm. VERS. Nōmĭna Ăpŏstŏlĭci fŭlgēnt bis sēnă Sĕnātūs, Bis sēnōs sibĭmēt Christūs dēlēgĕrăt ōmni ĕx nŭmĕrō. Ăpŏstŏlĭci dŭŏdēnŭs hŏnōris Fŭlgēt ăpex.

Ăpŏstŏlĭcŭs. *ŏris Ăpŏstŏlĭci tēstĭs sēntēntĭă prōdĭt,* Prud. Hym. 522.

ăpŏthēcă, æ. f. *Aūt ăpŏthēcă prŏcŭl intăcta ēst, &c.* Hor. Sat. 2, 5, 7.

ăppărātŭs, ūs. *Pērsĭcŏs ōdī pŭēr ăppărătŭs.* (Sapph.) Hor. Od. 1, 38, 1. EPITH. Sŭpērbŭs, măgnĭfĭcŭs.

ăppārĕo, ŭi. *ăppārēnt rārī nāntēs in gŭrgĭtĕ văstō,* Virg. Æn. 1, 122. SYN. Vĭdĕŏr, cŏmpārĕo, ŏrĭŏr, ĕxŏrĭŏr, sŭrgo, ĕxŭrgo.

ăppārĭtŏr, ōrĭs. *ăppārĭtŏrēs sĕd fŭrēntī suggĕrānt.* (Iamb.) SYN. Sătĕllĕs, lĭctŏr, stĭpātŏr. EPITH. Clāmōsŭs, sævŭs, pēllĭtŭs, trŭx, răbĭdŭs, rĭgĭdŭs.

ăppăro. *dăpēs inēmptās ăppărĕt,* Hor. Ep. 2, 48. SYN. Păro, cŏmpăro, ōrno, ădōrno, præpăro.

ăppēllo, ās. *Sōlem Ăsiæ Brūtum ăppēllăt, stēllāsquĕ sălūbrēs,* Hor. S. 1, 7, 24. SYN. Vŏco, nōmĭno, cŏmpēllo, ās. PHR. Nōmĭnĕ dico, Nōmĭnĕ clāmo. Rĕfĕro nōmĕn. V. *Voco.*

ăppēllo, is, ăppŭli, ăppūlsūm. *Aūt quis te ignărūm nŏstrĭs Dĕŭs ăppŭlĭt ōrĭs,* Virg. Æn. 8, 338. SYN. ădmŏvĕo, ăpplico. V. *Navem Appello.*

‖ ăppēndix, ĭcĭs. EPITH. Părvă, lĕvis.

‖ ăppēndo. SYN. Sŭspēndo, *vel* pŏndĕro.

‖ ăppĕtītŭs, ă, ūm. SYN. Pĕtītŭs, ĕxpŏsĭtŭs, ŏptātŭs.

ăppĕto, tĭi, tĭtūm. *Pŏssim, quin ŏcŭlŏs ăppĕtăt illă mĕŭs,* Tib. 1, 6, 70. SYN. Cŭpio, ĕxŏpto, ĕxpĕto, pĕrŏpto.

ăpplaūdĭtŏr. *ăpplaūdĭtŏrēs, clāncŭlārĭi mœchi.* (Scaz.) SYN. ăpplaūsŏr.

ăpplaūdo, *vel* ăpplōdo. *Plaut.* V. *Plaudo.*

ăpplĭcĭtŭs. *Prŏxĭmŭs ăpplĭcĭtō săxōsĭs ăggĕrĕ sylvis,* Sil.

ăpplico, ās, ŭi, ĭtūm.—*Quæ vis immānĭbŭs ăpplĭcăt ōrĭs?* V. Æn. 1, 620. SYN. Jūngo, ădjūngo, ăddo, ăttĕxo, ădmŏvĕo.

ăppōno, pŏsŭi, pŏsĭtūm. *Căptăt, ĕt ăppōnit: mĕŭs ēst, ămŏr, &c.* H. S. 1, 207. SYN. ăffingo, ăscribo, jūngo, ădjūngo, ădmŏvĕo, jŭxtă pōno.

ăppŏsĭtŭs. *Tē măgis ăppŏsĭtis dēlēctăt, &c.* Hor. Sat. 2, 3, 17. SYN. Pŏsĭtŭs, *vel* cŏnvĕniēns, ăptŭs.

ăpprĕhēndo, *poēt.* ăpprēndo.—*nisūsque ăpprēndĕrĕ prīmŏs.* Sil. SYN. ăpprēndo, prĕhēndo, prēndo, căpio, ărrĭpio, ăccĭpio.

ăpprimē, *vel* ăpprimă. *Flōs ăpprimă tĕnāx, ănĭmās, ĕt ŏlēntĭă Mēdi,* Virg. Georg. 2, 134.

ăpprŏbo. *Dūm pūrām cŭpis ăpprŏbārĕ cūnctis,* (Phal.) SYN. Prŏbo, cŏmprŏbo, ănnŭo.

ăpprŏpĕro.——*Rătĭs ăpprŏpĕrēmŭs, ŭt hŏstĭs.* Sil. SYN. Prŏpĕro, fēstino, cĕlĕro, ăccĕlĕro, ădvŏlo, cūrro, mātūro, ăccēdo, grădūm ŭrgĕo. V. *Propero.*

‖ ăpprŏpinquo. SYN. Prŏpinquo, ăccēdo, ădvēnto. VERS. Fit prŏpĭŏr, tērrāsquĕ citā rătĭs āttĭgit aūrā. Pŏrtŭsquĕ pătēscit jām prŏpiŏr. Rēspicit instāntēm tērgo, ĕt prŏpĭŏră tĕnēntēm. Jāmquĕ prŏpinquābānt pŏrtĭs. V. *Advento.*

ăpprŏximo.—*Tĕpĭdōque ăpprŏxĭmăt Aūstrō,* Mant. V. *Appropinquo.*

ăprīcŏr, ārĭs. *āprīcāntŭr, hŭmŭs vĭrĭdēs jām cŏgĭtăt hērbās,* M. PHR. In ăprīcō spătĭŏr, ămbŭlo, sĕdĕo, quiēsco.

ăprīcŭs, ă, ūm. *ĕt tērris immittit ăprīcis,* V. Æn. 6, 312. *Dūrĕrĕt ăprīcis in cŏllĭbŭs ūvă cŏlōrēm,* Virg. Ecl. 9, 49. PHR, Sōli ĕxpŏsĭtŭs, *vel* ĕxpŏstŭs, pătēns, ŏbnŏxĭŭs, *vel* ă vēntis, ā frīgŏrĕ tūtŭs, dēfēnsŭs.

Aprīlis. *Aprīlēm mĕmŏrānt ăb ăpērtō tēmpŏrĕ dictūm,* Ov. Fast. 4, 89. *Mensis ab* Aperiendo *dictus, tunc enim omnia se ad fœtum et germina aperiunt. Illo Sol intrat signum Tauri.* PHR. Mēnsis Cўthĕrēĭŭs. VERS. Aprīlēm Vĕnĕri săcrūm fēcērĕ Quĭrītēs. Cūm lætis dĕcŏrāntŭr flōrĭbŭs hōrti. Cūm jām gărrīrĕ

Digitized by Google

vŏlŭcrēs incĭpĭŭnt. Quō mēnse ārbŏr hăbēt frōndēs, ĕt pābŭlă tēllūs. Mēnsis quō vēr cūncta ăpĕrit. *Lucr.*

aprīnŭs, *vel* aprūgnŭs, ă, ŭm. *Sūmĭnă te, ātque ămĭcæ, nē dīcām, vīscŭs ăprūgnŭm,* Lucil.

ăpsis, īdis. V. *Absis.*

āptē. *Sēmpĕr in his āptē nārrāntĭă vērbă rĕsīstūnt,* Ov. Ep. 13, 121.

āpto, ās. *Mīlĕs ĕt ārmĭfĕrās āptāt ăd ārmă mănūs,* Ov. Amor. 1, 13, 12. SYN. ăccŏmmŏdo, cŏmpōno, ădāpto, *vel* instrŭo, ōrno, păro. PHR. āptāri cĭthăræ mŏdīs. ēnsēm hăbĭlēm vāgīnā āptārāt ĕbūrnā. Nērvōquĕ āptārĕ săgīttās. āptāt sē pūgnæ. ănĭmōs āptēnt ārmis. Lătĕri ăccŏmmŏdāt ēnsēm. āptōs jūngĕ părēs.

āptŭs. *Vēntŭs ĕrāt naūtīs āptŭs, nōn āptŭs ămānti,* Ov. E. Laodam. ad Prot. 11. SYN. ăccŏmmŏdātŭs, ăppŏsĭtŭs, cōnvĕnĭēns, cōngrŭēns, cōngrŭŭs, *vel* cōnnēxŭs, cŏhærēns, *vel* cōmmŏdŭs, ĭdōnĕŭs, *vel* ōrnātŭs. VERS. Nēc pĕcŏri ŏppŏrtūnă sĕgēs, nēc cōmmŏdă Bācchō. Hăbĭlis lătĕri clÿpĕŭs, lōrīcăquĕ tērgo ēst.

ăpŭd. *Scævŏlă, tū cœnās ăpŭd ōmnēs, nūllŭs ăpŭd tē,* Mant. SYN. Pĕnĕs, jūxtā, in.

Āpūlĭă, *vel* Āppūlĭă. *Incĭpit ēx illō mōntēs Āpūlĭă nōtōs,* Hor. S. 1, 577. *Italiæ regio, versus mare Adriaticum, in regno Neapolitano.* EPITH. Sĭccă, sĭtĭēns, sĭtĭcŭlōsă. VERS. Vēndit ăgrōs, sēd mājōrēs Āppūlĭă vēndit.

ăquă. *Quærit ăquās in ăquis, ĕt pōmă fŭgācĭă cāptāt,* Ovid. SYN. Lÿmphă, ūndă, lătēx, hūmŏr, lĭquŏr, flūmĕn, rīvŭs, flŭvĭŭs, fōns. EPITH. Dūlcis, tōrrēns, flŭvĭālis, sălĭēns, fōntānă, strĕpēns, æquŏrĕă, prŏpĕrāns, cănōră, vīvă, clāră, ămœnă, plăcĭdă, frīgĭdă, gĕlĭdă, flŭēns, lĭquĭdă, cœnōsă, lŭtōsă, cōrrūptă, dēsēs, quĭētă, pūră, immōtă, jăcēns, līmōsă, pălūstris, irrĭgŭă, līmpĭdă, sŏnōră, prōsĭlĭēns, stāgnāns, răpĭdă, plŭvĭālis. PHR. Tērræ circūmflŭŭs hūmŏr. Cōntrārĭŭs īgnĭbŭs hūmŏr. Lĭquōrēs gĕlĭdi. Flūmĭnĕi lătĭcēs. ăquă dē flūmĭnĕ sūmptă; fōntĭbŭs haūstă. Mōlli lāpsū pēr săxă sŏnāns. Rīvŭlŭs sērpēntis lēnĭtĕr ăquæ. Fōns pūrŭs ăquis lēntē sŏnāntĭbŭs. Plăcĭdŭsquĕ sŏnōræ Lāpsŭs ăquæ. VERS. Tēllūrĕ rĕfōssā ŏccūltōs lătĭcēs, ābstrūsăquĕ flūmĭnă quærūnt. Mănĭbŭs lĭquĭdōs dānt ōrdĭnĕ fōntēs. V. *Lympha, Unda.*

ăquālĭcŭlŭs. *Pinguis ăquālĭcŭlŭs prōpēnsō sēsquĭpĕdĕ ēxtāt,* P. SYN. ālvŭs, vēntĕr.

ăquālis.——*Quīdăm quŏque ăquālĭbŭs ūnŭm,* Fill. SYN. Pōcŭlŭm, văs.

Āquārĭŭs. *Piscēs ēxōrtŭs vĭcĭnŭs Āquārĭŭs ūrgĕt,* Man. *Signum, quod Sol ingreditur mense Januario. Poëtæ fingunt hunc esse Ganymedem, quem Jupiter in cœlum rapuit, ut aquam sibi ministraret.* SYN. ūndĕcĭmŭm sīgnŭm. Gănÿmēdēs, ūrnĭgĕr. EPITH. Frīgĭdŭs, hūmĭdŭs, rădĭāns, lĭquēns, gĕlĭdŭs, irrĭgŭŭs, ūdŭs, trīstis, ūrnĭgĕr, nimbĭfĕr, nimbōsŭs, plŭvĭōsŭs, hūmēns, frīgēns, pūlchĕr, flŭvĭālis. PHR. Fūsŏr ăquæ pŭĕr Īlĭădēs. Sÿdŭs Āquāri. Jŭvĕnis gēstātŏr ăquæ. Jŭvĕnis sīgnă rĕgēntis ăquās. VERS. inflēxām diffūndit Āquārĭŭs ūrnām. Phrÿx pŭĕr īnflēxā lÿmphās ēffūndit ăb ūrnā. Gĕlĭdōs pōrtēndit Āquārĭŭs imbrēs.

ăquātĭcŭs. *Nēc sōlvit ăquātĭcŭs Aūstĕr,* Ov. Met. 1, 853.

ăquātĭlis. *Nÿmphās nătāntēs, incŏlāsque ăquātĭlēs,* (Iamb.)

ăquātŏr, ōris. *Ād Tārtēssĭăcŭm vēnit Indŭs ăquātŏr Ībērŭm,* S.

ăquĭlă. *Chāŏnĭās dīcūnt, ăquĭlā vĕnĭēntĕ, cŏlŭmbās,* Virg. Æn. 9, 13. *Volucrum Regina, quòd altissimè volat, et Solem fixis oculis intueatur. Jovis armiger fingitur. Probat ad Solem pullos suos, quem si sustinere nequeant, ut degeneres abjicit.* SYN. Jŏvis ārmĭgĕr ālĕs, Jŏvis ālĕs ădūncŭs. EPITH. Rēgĭă, præpēs, fĕrōx, flāmmĭgĕră, fūlvă, āltĭvŏlāns, sūblīmis, rēgālis, prædātrix, ădūncă, vēnātrix, bēllātrix, vēlōx, nūbĭvăgă, gĕnĕrōsă, impăvĭdă, cĕlĕris, præcēps, āĕrĭă, cĭtă, māgnănĭmă. PHR. Jŏvis āltĭsŏni pēnnātă sătēllēs. Cūstōs fūlmĭnis ālēs sācră Jŏvi. Fīdă mĭnīstră Jŏvis. Tŏnāntis ārmĭgĕr, ālĭtŭŭm rēgĭnă. Rēgnātŏr vŏlŭcrŭm. Prædātŏr Jŏvis ālĕs. VERS. Phœbēā dŭbĭōs ēxplōrāt lāmpădĕ fœtŭs. Sōlem ăspēctū nōn cālīgāntĕ tŭētŭr. Jŏvis quæ fūlmĭnă cūrvis Fērrĕ sŏlēt pĕdĭbŭs. Vēnātrix prædām rōstrō mĕdĭtātŭr ădūncō. ācrēm intēndēns ăcĭēm rădĭāntis lūmĭnă Sōlis Sūspĭcit, ōbtūtūque ŏcŭlōs fixa hærēt ăcūtō.

ăquĭlă, *pro signo. Victrīcēs ăquĭlās ălĭŭm lātūrŭs in ōrbem,* Lucan. EPITH. Mārtĭă, tērrĭbĭlis. VERS. Stānt bēllātrīcēs ăquĭlæ, sævīquĕ Drăcōnēs. infēstis ōbvĭă sīgnis sīgnă, părēs ăquĭlās, ēt pīlă mĭnāntĭă pīlis. Rōmānæque ăquĭlæ sīgnĭfĕr hōstis ĕrāt.

ăquĭlĕx, ĕgis. *In Dĕŭs ipse ăquilex, cæcis, &c.* Mill. EPITH. Dēxtĕr, sōlers.
ăquĭlīnŭs. *Nisi sit milvinis ĕt ăquĭlinis ŭngŭlis.* (Iamb.) Plaut. SYN. ūncŭs, ădūncŭs, rĕcūrvŭs.
Ăquĭlo, ōnis. *Aut āctŭm cœlō māgnis Ăquĭlōnĭbŭs imbrĕm,* Virg. Geo. 2, 234. *Ventus à Septentrione spirans, ferox ac turbulentus.* SYN. Bŏrĕās. EPITH. nĭvālis, nūbĭlŭs, iniquŭs, rigĭdŭs, sĕrēnĭfĕr, gĕlĭdŭs, glăcĭālis, sŏnōrŭs, ălgĕns, tĕrrĭbĭlis, mĭnāx, prŏcēllōsŭs, Gĕtĭcŭs, Thrēĭcĭŭs, Rĭphæŭs, Scӯthĭcŭs, Bŏrĕālis, sævŭs, raūcŭs, ăcūtŭs, hōrrĭfĕr, nĭvōsŭs, insānŭs, præcēps, ēffrænŭs, sălūtĭfĕr, pūrŭs, pēstĭfŭgă. PHR. Vīs, răbiēs, impĕtŭs Ăquĭlōnis. ăb āxĕ hȳbērnō fŭrēns. Nĭvēs spārgēns. Gĕlĭdă bācchātŭs ăb ārctō. ārmātŭs tūrbĭnĕ. Cōncrētŭs grāndĭnĕ pēnnās. VERS. Qui gĕlĭdām Scӯthĭcō spārgit ăb āxĕ nĭvĕm. Frīgĭdŭs ĕt sȳlvis Ăquĭlō dĕcŭssit hŏnōrĕm. Quālis Hȳpĕrbŏrĕis Ăquĭlō cūm dēnsŭs ăb ōris incŭbŭit, Scȳthĭæque hȳĕmēs, ătque ărĭdă diffĕrt Nūbĭlă. āĕrĭŭs răpĭdō pērvērtĕns tūrbĭnĕ cāmpŏs. Cūm dēfōrmis hȳĕms răpĭdis Ăquĭlōnĭbŭs hōrrĕt. Cūm glăcĭālis hȳĕms Ăquĭlōnĭbŭs ăspĕrăt ūndās. Tālĭă jăctānti strīdēns Ăquĭlōnĕ prŏcēllă Vēla ădvērsă fĕrit, flūctūsque ăd sȳdĕră tōllit. Tāntăquĕ cōmmōti vis ēst Ăquĭlōnis, ŭt āltās Æquĕt hŭmō tūrrēs, tēctăquĕ răptă fĕrăt. Frīgĭdŭs ŭt Bŏrĕās ōbstŭpĕfēcit ăquās. ită fērtŭr ŭt āctă Præcĭpĭti pīnŭs Bŏrĕā. Cūm grăvis ārmātŭr Bŏrĕās glăcĭēquĕ nĭvāli Hĭspĭdŭs. Cūm Bŏrĕās Scӯthĭcā strīdŭlŭs ārcĕ fŭrit. Bŏrĕās incēndĭă mĭscĕt, Flāmmārūmque æstūs tōllit vĭŏlēntŭs ăd aūrās. Rēsŏnānt Bŏrĕa insūltāntĕ rŭdēntēs. ātră mĭhi vis ēst, hāc trīstĭă nūbĭlă pēllo. *Aquilo inducitur sic loquens :* Hāc frētă cōncŭtĭo, nōdōsăquĕ rōbŏră vērto, indūrōquĕ nĭvēs, ĕt tērrās grāndĭnĕ pūlso. Tāntō mōlīmĭnĕ lūctŏr, ŭt mĕdĭŭs nōstris cōncūrsĭbŭs intŏnĕt æthĕr. ēxcŭssit pēnnās, quārūm jăctātĭbŭs ōmnis Āfflāta ēst tēllūs, lātūmquĕ pērbōrrŭit æquŏr. V. *Ventus.*
Ăquĭlōnĭŭs, ă, ŭm.—*frātrēs Ăquĭlōnĭă prōlēs,* Sil.
Ăquĭtānĭă. *Gāllĭă queis frŭĭtŭr, gĕmĭnōque Ăquĭtānĭă lātō,* Aus.
ăquŏr, āris. *Sed circŭm tūtæ sūb mœnĭbŭs ūrbis ăquāntŭr,* V. G. 4, 193. SYN. ăquām haūrio, trăho, ēxtrăho, *vel* ădăquo : ăd ăquām dūco. Pōtŭm dūco. ăquās mĭnistro, præbĕo. Flŭvĭŏs mĭnistro.
ăquōsŭs. *Dūm pĕlăgō dēsævit hȳĕms, ĕt ăquōsŭs Ŏrīōn,* Virg. Æn. 4, 52. SYN. Hūmĭdŭs, plŭvĭŭs.
ără. *Fūmĭdă cingātŭr flōrēntĭbŭs āră cŏrōnis,* Ov. Tr. 3, 13, 15. SYN. āltārĕ, fŏcŭs. EPITH. sōlēnnis, pinguis, flagrāns, fūmōsă, fŭlgēns, vĕnĕrābĭlis, māgnĭfĭcă, splēndĭdă, invĭŏlābĭlis, sānctă, sacră, pĭă, mārmŏrĕă, ŏdōră, frāgrāns, fūmāns, ērēctă, rŭtĭlă, fēstă, vōtīvă, thūrĭcrĕmă, thūrĭfĕră, sacrĭfĭcă, ārdēns, cŏrōnātă. PHR. Flāmmis lūcēns. imbūtă crŭōrĕ. Mūltō quæ fūmăt ŏdōrĕ. Frōndĭbŭs ōrnātă : frōndĕ cŏrōnātă. Sērtis rĕdŏlēntĭbŭs hālāns. Tĕpĭdō taūrōrŭm imbūtă crŭōrĕ. Fūmāns sacris ignĭbŭs. āris impōnĕrĕ dōnă. VERS. Sūrgit ŏdōrātis sūblīmis fūmŭs ăb āris. Cēntūmquĕ Săbæō thūrĕ călēnt āræ. V. *Sacrificio, Victima.*
Āræ, ārŭm. *Scopuli subter aquas inter Sardiniam et Africam, ubi fœdus à Romanis et Carthaginiensibus initum.* Săxă vŏcānt Ĭtăli, mĕdĭis quæ in flūctĭbŭs, Ārās, Virg. 1, 113.
Ără, æ. *Locus Lugduni, ubi Caligula certamina eloquentiæ instituerat, ita ut qui victi forent, scripta sua cogerentur linguâ delere, aliàs in Rhodanum projicerentur.* Aūt Lūgdūnēnsēm Rhētŏr dictūrŭs ăd ārām, *Juven.* 1, 44.
Ărăbēs, ŭm. *Nām mŏdŏ thūrĭlĕgŏs Ărăbēs, mŏdŏ dēspĭcit Īndŏs,* Ov. F. 4, 559. V. *Arabia.* SYN. Săbæi. EPITH. Mōllēs, ŏdōrāti, pīcti, pălmĭfĕri, gēmmĭfĕri, bārbări, ēŏi, dītēs, nigri, ŏpŭlēnti, ēxtrēmi, fēlīcēs, rĕmōti, mitrāti. PHR. innŭmĕri dīvēs ŏdōris Ărābs. VERS. Ŏdōrēs, quōs tĕnĕr ē tērrā dīvĭtĕ mittit Ărābs.
Ărăbĭă. *ĕt dŏmŭs intāctæ tē trēmit Ărăbĭæ,* Prop. 2, 10, 16. *Pars Asiæ, gemmis, thure, balsamo et palmis abundans. Triplex est, Felix, seu Panchaia, ubi urbs Saba : Petræa, aliter Nabathæa : et Deserta, Nomadum regio. Regio inter Judæam et Ægyptum ; ab Arabo Apollinis ex Babylone filio.* SYN. Pānchāïă. EPITH. Dīvĕs, thūrĭfĕră, pălmĭfĕră. PHR. Pānchæă, Pānchāïă, Pānchāĭcă tēllūs, Ărăbŭm, rĕgio, plăgă, tērră, tēllūs. Săbæi dīvĕs ŏdōris. ārvă Săbæă, Năbăthæă rēgnă. Pānchāïă rūră, ārvă. ŏdōrŭm tērră fĕrāx. Rĕgio thūris ăbūndāns.
Ărăbĭcŭs, *vel* Ărăbĭŭs, ă, ŭm. *Nēc si quă Ărăbĭō lūcĕăt bōmbȳcĕ pŭēllă,* Prop. 2, 3, 15. SYN. Pānchæŭs, Săbæŭs, Năbăthæŭs, Pānchāĭŭs, Pānchāĭcŭs.

Digitized by Google

|| ărābĭlĭs. PHR. Cŏlĕndo, *vel* ărāndo, făcĭlĭs.

Ărăchnē, ēs. *ēx ŏlĕō nĕcti vĕstis dēbēbăt Ărăchnēs*, Ser. *Idmonis filia, Lydia patriâ. Ausa est de lanificio certare cum Minervâ, quod ægrè ferens Dea, Arachnen radio percussit, et in tantum animi dolorem compulit, ut illa se laqueo suffocaverit, in araneam deinde mutata.* EPITH. ŏpĕrōsă, sōlĕrs, aūdāx, ănĭmōsă, sŭpērbă, dōctă, Mæŏnĭă, Lȳdă, Lȳdĭă, pĕrītă, ămbĭtĭōsă. PHR. Virgo Mæŏnĭă, Idmŏnĭă. Pāllădĭs æmŭlă, invisă Minĕrvæ. Rădĭō pĕrcūssă Mĭnĕrvæ, Pātĕr cui Cŏlŏphōnĭūs Idmŏn, i. e. *Ionius seu Lydius.* VERS. Cūjūs ŭt ăspĭcĕrēnt ŏpŭs ădmīrābĭlĕ sæpĕ Dēsĕrŭērĕ sŭās Nȳmphæ Pāctōlĭdĕs ūndās. Tĕr, quătĕr Idmŏnĭæ frōntēm pĕrcūssĭt Ărăchnēs. Nōn tŭlĭt infēlix, lăquĕōque ănĭmōsă lĭgāvit Gŭttŭră, pĕndĕntēm Pāllās mĭsĕrātă lĕvāvit. *Ovid.*

Ărānĕă. *in fŏrĭbŭs lāxōs sūspĕndĭt ărānĕă cāssēs*, Virg. Geo. 4, 247. SYN. ărānĕŭs. EPITH. Văgă, pēndŭlă, sūblīmis, dōctă, ărĭdă, ingĕnĭōsă, ărtĭfex, ēxīlis, vĕnēnĭfĕră, indūstrĭă, sūbdŏlă, āĕrĭă, sūspēnsă, pēndēns, tūrpis, vĭgĭl, stŭdĭōsă, tŭmĭdă, ŏpĭfex, pērvĭgĭl. VERS. Tĕnŭi stāmĕn dē pĕctŏrĕ dūcĭt. Pĕdĕ quæ grăcĭlī dēdūcit ărānĕă fīlŭm, ĕt lĕvĕ dēsērtā sŭb trăbĕ fīgit ŏpŭs. Sūmmō pēndĕt ărānĕă tignō. incāūtās fīgit ărānĕă mūscās. Āntīquās ēxērcĕt ărānĕă tēlās. V. *Arachne.*

ărānĕŏlŭs. *ātque ŭt ărānĕŏlī tĕnŭēm fōrmāvĭmŭs ōrsūm*, Virg. in Cul.

ărānĕōsŭs. *ărānĕōsō tūrpis ĕt squāllēns sĭtū.* (Iamb.)

ărānĕŭs, i. *Nĕc cīmĕx, nĕque ărānĕŭs, nĕque īgnis*, Catul. 23, 2. (Hendec.) V. *Aranea.*

Ărăr, *sive* Ărăris. *Aūt Ărărim Pārthŭs bĭbĕt, aūt Gērmānĭă Tīgrim*, V. Ecl. 1, 63. *Fluvius Galliæ, Burgundiam alluens, et in Rhodanum defluens ad Lugdunum.* EPITH. Sēgnĭs, lēnis, tăcĭtŭs, pĭgĕr, tărdŭs, lēntŭs, lōnginquŭs, fĕrāx, Găllŭs. VERS. Cærŭlĕŭs plăcĭdis pĕr vădă sērpit ăquis.

ărātŏr, ōris.——*quæ cūrvŭs ărātŏr hăbērĕt*, Virg. Ecl. 3, 42. SYN. Cŏlōnŭs, ăgrĭcŏlă, rūrĭcŏlă, rūstĭcŭs, agrēstis, cūltŏr ăgrōrum, vīllĭcŭs. VERS. Rōbūstŭs quŏquĕ jām taūris jŭgă sōlvit ărātŏr. V. *Agricola, rusticus.*

ărātrŭm. *āspĭce; ărātră jŭgō rĕfĕrūnt sūspēnsă jŭvēnci*, Virg. Ecl. 2, 66. Ab Arando. SYN. Vōmĕr. EPITH. Flēxŭm, incūrvŭm, dēprēssŭm, ōblĭquŭm, ŭncŭm, vălĭdŭm, trăctābĭlĕ, mōrdāx, fērrĕŭm, ŭtĭlĕ, ădūncŭm, dūrŭm, prēssŭm, rūstĭcŭm, sōrdĭdŭm. PHR. Cūrvi pōndŭs ărātri. inflēxi grăvĕ rōbŭr ărātri. Dēns vōmĕris. Tērrām rĕnŏtāns, scindēns. Glēbās vērtēns. Sŭlcō āttrītŭs vōmĕr. VERS. Prīmŭs ărātră mănū sōlērti fēcit Ŏsīris: ēt tĕnĕrām fērrō sōllĭcĭtāvit hŭmŭm. V. *Aro.*

Ărāxēs, is.——*ĕt pōntem indīgnātŭs Ărāxēs*, Virg. Æn. 8, 278. *Armeniæ fluvius, super quem Alexander Magnus et Augustus Cæsar pontes struxerunt.* EPITH. Bărbărŭs, Ărmĕnĭŭs, gĕlĭdŭs, văgŭs, implăcātŭs, răpĭdŭs, nĭvĕŭs, flŭĭtāns, Scȳthĭcŭs, Mēdŭs, fĕrŭs. V. *Fluvius.*

ărbĭtĕr, itri. *ărbĭtĕr ēs fōrmæ; cērtāmĭnă sīstĕ Dĕārŭm*, Ov. Ep. 16, 69. SYN. Jūdēx. EPITH. Æquŭs, jūstŭs, ămīcŭs, sĕvērŭs, inīquŭs, injūstŭs. PHR. Quēm pĕnēs ărbitrĭŭm ēst. VERS. Rēs ēst ărbitrĭō nōn dīrĭmĕndă mĕō. V. *Judex.*

ărbĭtrārĭŭs. *Nūnc pĕlăgō pĕrĭī cērto, haūd ărbĭtrārĭō*, (Iamb.) Pl. Pœn. 3, 5, 42.

ărbĭtrĭŭm. *Quēm pĕnēs ărbĭtrium ēst, ĕt jūs, &c.* Hor. A. Poët. 73. SYN. Vŏlūntās, jūdĭcĭŭm, sēntēntĭă. EPITH. Æquŭm, jūstŭm, inīquŭm, injūstŭm, ămīcŭm, sĕvērŭm.

ărbĭtrŏr, ăris. *Tēstēs fāctōrŭm stāre ărbĭtrābĕrĕ Dīvōs.* Sil. SYN. Pŭto, jūdĭco, cēnsĕo, sēntio, crēdo, ēxīstĭmo.

ărbŏr, ŏris. *ĕt mălă rādīcēs āltĭŭs ărbŏr ăgit*, Ovid. SYN. ărbōs, ărbūstŭm, vīrgūltŭm, rāmŭs, frōndēs. EPITH. Sȳlvēstris, ŭmbrōsă, ŏpācă, pătŭlă, frūctĭfĕră, frōndēns, flōrēns, vīrēns, fērtĭlis, fĕrāx, fŏlĭātă, āltă, prōcēră, rāmōsă, āltĭcŏmă, ārdŭă, vĭrĭdis, rĭgĭdă, fœtă, cūrvātă, nōbĭlis, ŏdōrĭfĕră, vīrēscēns, cūltă, incūltă, ămbĭtĭōsă, cēlsă, rĕdĭvīvă, frūctŭōsă, ămœnă, lūxŭrĭōsă, ānnōsă, cădūcă. PHR. Pāndēns, ēxtēndēns lātē sŭă brāchĭă. Rāmis diffūsă. Sūblīmi vērtĭcĕ nŭtāns. infīxis āltē rādĭcĭbŭs hærēns. pătŭlis lūxŭrĭōsă cŏmis. ingēntēm quæ sūstĭnĕt ŭmbrām. Lārgis frūctĭbŭs ŏnĕrātă, ŏnūstă. Frōndĭbŭs ărbŏs Lūxŭrĭat fœcūndă nŏvis. ăvĭbŭs frōndōsă prӕbēns hōspĭtĭă. Frūctĭbŭs dĕcŏră. ēxcēlsōs tēndēns ăd sȳdĕră rāmōs. Tōllēns sē vērtĭcĕ ăd aūrās. Nŏvis cōllūcēns, *vel* dēcŏrātă flōrĭbŭs ărbŏs.

ărbŏrĕŭs, ă, ŭm. *ărbŏrĕi fœtŭs ălĭbi, &c.* Virg. Geo. 1, 55.



Digitized by Google

‖ ārbŏrētūm. SYN. ārbūstūm.

Ārbūscŭlă. *Contēmptīs ălĭīs explōsa Ārbūscŭlă dīxĭt*, Hor. S. 10, 77.

ārbūstūm. *Nōn ōmnēs ārbūstă jŭvānt, hŭmĭlēsquĕ mўrīcæ*, V. Ecl. 4, 2. SYN. Frŭtēx, vĭrgūltūm. EPITH. Lætūm, ūmbrāns, ōrnātūm, frūctĭfĕrūm, vĭrēns, frōndōsūm, vĭrĭdĕ, dēnsūm, ŏpācūm, ūmbrĭfĕrūm, frōndēns, grātūm, ămœnūm, tĕnĕrūm, vērnūm, tūrgēscēns, sȳlvēstrĕ, frūtĭcōsūm, ūmbrāns. VERS. Vīx aūdēns tĕnŭēs āttōllĕrĕ rāmōs. Pūllŭlāt ārbūstūm rāmīs fēlīcĭbŭs.

ārbūtūm. *Glāndĕ sŭēs lætī rĕdĕūnt ; dānt ārbūtă sȳlvæ*, Virg. G. 2, 520.

ārbūtĕūs. *ārbūtĕīs tēxūnt vĭrgīs ĕt vīmĭnĕ quērnō*, Virg. Æn. 11, 65.

ārbūtŭs, i. f. *ārbūtŭs, ĕt lēntæ vīctōrīs prǣmĭă pālmæ*, Ov. M. 10, 102. SYN. Vĭrĭdĭs, hōrrĭdă, fœcūndă, ŏpācă, ūmbrōsă, ūmbrĭfĕră, vĭrĭdāns, ŏnĕrātă, vĭrēscēns, pōmĭfĕră, frōndēns, lātēns.

ārcă. SYN. Căpsă, căpsŭlă, ārcŭlă, scrīnĭūm. EPITH. Fērrĕă, ærātă, pătŭlă, sŭpērbă, plēnă, văcŭă, claūsă, ăpērtă, lĭgnĕă, aūrātă, dīvēs, căpāx, pīctă, rĕfērtă.

Ārcădēs, *ab* Ārcăs, ădis. *āmbō flōrēntēs ætātĭbŭs, Ārcădēs āmbo*, Virg. Ecl. 7, 4. SYN. Ārcădĭī, Ārcădĭcī, Mænălĭī, Lȳcæī, Pārhăsĭī. V. *Arcadius*. EPITH. Vĕtĕrēs, āntīquī. PHR. Quōndām glāndĭbŭs ūsī. āstrīs lūnāquĕ prĭōrēs.

Ārcădĭă. *Prōtĭnŭs Ārcădĭæ gĕlĭdōs īnvīsĕrĕ fīnēs*, Virg. Æn. 8, 150. *Peloponnesi regio : in quâ montes Mænalus, Lycæus, Nonacris, et Cyllene : Parrhasia, Tegea, et Cleone urbes : Erymanthus, mons et fluvius. Asinos miræ magnitudinis profert. Se ante Solem et Lunam creatos gloriabantur Arcades.* PHR. Tēllūs Ĕrўmānthĭdŏs ūrsæ. Tēllūs Mænălĭă, Nōnācrĭă. Mænălĭs ōră. Pārrhăsĭs ōră.

Ārcădĭŭs. *Ārcădĭo īnfēlīx tēlō dăt pēctŭs ĭnērmūm*, Virg. Æn. 10, 425. SYN. Mænălĭŭs, Lȳcæŭs, Nōnăcrīnŭs, Nōnăcrĭŭs, Cȳllēnæŭs, Pārrhăsĭŭs, Tĕgĕæŭs, Clĕōnæŭs, Ĕrўmānthæŭs. V. *Arcadia*.

ārcānŭs.—*ŭt ārcānās pōssīm sīgnārĕ tăbēllās*, Ov. Am. 2, 15, 16. SYN. Sēcrētŭs, ōccūltŭs, ābdĭtŭs, ābscōndĭtŭs, lătēns, ābstrūsŭs, ŏpērtŭs, rĕcōndĭtŭs, lătĭtāns. V. *Abditus*.

ārcĕo, ārcŭī. *ārcēbāt lōngē Lătĭō ; mūltōsquĕ pĕr ānnōs*, Virg. Æn. 1, 35. SYN. Ăbārcĕo, āmŏvĕo, āvērto, prŏhĭbĕo, ēxpēllo. PHR. ārcērī pătrĭā. Fūcōs ā præsēpĭbŭs ārcēnt.

ārcēs, ĭum. *Sēptēmque ūnā sĭbī mūrō cīrcūmdĕdĭt ārcēs*, Virg. G. 2, 535. SYN. Prōpūgnācŭlă, tūrrēs, cāstră, cāstēllă. EPITH. āĕrĭæ, āltæ, tūrrĭgĕræ, æthĕrĭæ, cēlsæ, ēxcēlsæ, mūnītæ, vălĭdæ, fōrtēs, ārmĭsŏnæ, cōnspĭcŭæ, tūtæ.

ārcēsso, ĭs, īvī, ītūm. *Quēmquĕ sĭbī tĕnŭēs nāscēntem ārcēssĕrĕ vītās*, Virg. G. 4, 214. SYN. Vŏco, ādvŏco, ăcĭo, *vel* āccŭso.

ārcēssītŭs. *ārcēssītŭs ĕrĭt sōmnŭs ĭn ōssă mĕă*, Prop. 3, 17, 14. SYN. āccītŭs, vŏcātŭs, *vel* āccūsātŭs.

ărchāngĕlŭs.—*sūmmūsque ărchāngĕlŭs īllĕ*. Alcim.

ărchĕtȳpŭs. *ărchĕtȳpūm Mȳŏs ārgēntūm tē dīcĭs hăbērĕ*, Mart. 8, 34. SYN. ēxēmplăr.

Ărchĭlŏchŭs. *Ărchĭlŏchī, nōn rēs, ĕt ăgēntĭă vērbă Lȳcāmbēn*, Hor. E. 1, 19, 25. EPITH. Spārtānŭs, ōbscœnŭs, īmmōrtālĭs.

Ărchĭmēdēs, is. *Geometra Syracusanus. Sphæram vitream fecerat, in quâ varii astrorum ac cœlorum motus visebantur. In expugnatione Syracusarum occisus fuit, dum animo et oculis in terram defixus formas Geometricas describeret.* EPITH. Sȳrācŏsĭŭs, dōctŭs, cĕlĕbĕr, īngĕnĭōsŭs, săgāx, sōlērs, mīrābĭlĭs, īllūstrĭs, sōllĭcĭtŭs, pŏtēns, īndūstrĭŭs.

ărchĭpīrātă, æ. m *Fāmēlĭcōsŭs, tūrpĭs ărchĭpīrātă.* (Scaz.) SYN. Prīncēps pīrātārūm, prædōnūm.

‖ ărchĭtēctŏr, āris. SYN. Ædĭfĭco, strŭo, cōnstrŭo, cōndo. V. *Ædifico*.

ărchĭtēctŭs. *Præcōnēm făcĭās, vĕl ărchĭtēctūm.* (Phal.) Mart. SYN. ărchĭtēctōn, māchĭnātŏr.

Ārchȳtās, æ. *Mē crĕāt Ārchȳtæ sŏbŏlēs Băbȳlōnĭŭs hērōs*, Pr. 4, 1, 77. EPITH. Tărēntīnŭs, *ă patriā* :- dōctŭs, sōlērs.

ārcĭpŏtēns. *ārcĭpŏtēns, ădvērtĕ, prĕcŏr, nūnc dēnĭque Ăpōllo*. Val. Flac. 5, 17.

ārcĭtĕnēns. *Quām pĭŭs ārcĭtĕnēns ōrās, &c.* Virg. Æn. 3, 75. V. *Apollo*.

ārctĭcŭs. *ārctĭcŭs ēst prīmūs glăcĭālĭ dīctŭs ăb ārctō*. Ovid. SYN. ārctōŭs, Hȳpērbŏrĕŭs, Bŏrĕālĭs, Ăquĭlōnĭŭs, glăcĭālĭs : Scȳthĭcŭs, Thrācĭŭs, Sīthŏnĭŭs, *ă Sithone monte Thraciæ :* Strȳmŏnĭŭs, *ă Strymone fluvio :* Cāspĭŭs, *ă Caspiis montibus in septentrione.*

Digitized by Google

ārcto, ās. *Hōs ĕmĕ quōs ārctāt brĕvĭbūs mĕmbrānă tăbēllīs*, Mart. 1, 2, 3. SYN. Stringo, cōnstringo, cŏārcto, cōmprĭmo.

Ārctŏphȳlāx, ăcis. *ā tĕrgō nĭtēt Ārctŏphȳlāx, īdēmquĕ Bŏōtēs*, M. *Arctophylax custodem ursæ significat. Est autem stella in Ursæ caudâ. Is fingitur fuisse Arcas, Jovis et Calystûs filius, quem Lycaon Jovi in convivio comedendum apposuerat, Jupiter verò ad vitam reduxit, et unà cum matre inter Astra retulit.* SYN. Bŏōtēs, Ārctūrŭs. EPITH. Glăcĭālĭs, tārdŭs, pĭgĕr, trīstĭs, rĭgēns, fĕrŭs, frīgēns, frīgĭdŭs, Scȳthĭcŭs, Thrācĭŭs. V. *Arcticus.* PHR. Sȳdŭs Hȳpērbŏrĕūm. Cūstōs Ĕrȳmānthĭdŏs ūrsæ. Sævis frīgŏrĭbūs rĭgēns. Hȳpērbŏrĕæ glăcĭālĭs pŏrtĭtŏr ūrsæ. V. *mox Arctos.*

Ārctŏs. *Vērsăque ăb āxĕ sŭō Pārrhăsĭs Ārctŏs ĕrăt*, Ov. Tr. 4, 3, 386. *Signum cœleste prope polum Septentrionalem. Duæ sunt, una major, quæ Helice, Plaustrum, et Septentrio; altera minor, quæ Cynosura dicitur: Poëtæ fabulantur Calyston, Lycaonis regis Arcadiæ filiam, et Arcadis matrem, in hoc signum mutatam esse.* SYN. ūrsă, Pārrhăsĭs, Hĕlĭcē, plaūstrūm. EPITH. Ĕrȳmānthĭs, Mænălĭă, Mænălĭs, i. e. *Arcadia.* Lȳcāŏnĭă, frīgēns, gĕlĭdă, ŏpācă, glăcĭālĭs, frĕmēns, vēntōsă, Sīthŏnĭă. V. *Arcticus.* Scȳthĭcă, prŭīnōsă, æthĕrĕă, ālgēns, hȳbērnă. PHR. Gĕlĭdō prōxĭmă sīgnă pŏlō. Pārrhăsĭdēs stēllæ. VERS. (*Ovid. Fast.* 3.) ēssĕ dŭās Ārctōs, quārūm Cȳnŏsūră pĕtātŭr Sīdŏnĭīs, Hĕlĭcēn Grājă cărīnă nŏtāt. V. *Ursa.*

ārctōŭs, ă, ūm. *Sōlĭbŭs ārctōĭs sīdĕrĭbūsquĕ dŭcēm*, Mart. 10, 6, 2. SYN. ārctĭcŭs, sēptēntrĭōnālĭs, Āquĭlōnĭŭs, Bŏrĕālĭs.

Ārctūrŭs. *Prætĕrĕā tām sūnt Ārctūrī sīdĕră nōbīs*, Virg. Geo. 1, 204. SYN. Ārctŏphȳlāx.

ārctŭs, ă, ūm. *ipsĕ vĭrō prīmŭs mănĭcās ātque ārctă lĕvārī*, V. Æn. 2, 146. SYN. āngŭstŭs, cōntrāctŭs, strīctŭs, cōnstrīctŭs, cōmprēssŭs, ārctātŭs.

ārcŭlă. *Sīc mĭcăt īnnŭmĕrīs ārcŭlă sȳnthĕsĭbŭs*, Mart. 2, 46, 4.

|| ārcŭo, ās. SYN. Cūrvo, incūrvo, cămĕro. PHR. in ārcūm sĭnŭo, flecto, cūrvo.

ārcŭs, ūs. *Cōrnŭs, Ĭtȳræōs tāxī tōrquēntŭr ĭn ārcūs*, Virg. G. 2, 448. SYN. Cōrnū, nērvŭs. EPITH. Lēthĭfĕr, incērtŭs, cōrnĕŭs, sĭnŭātŭs, ădūncŭs, flēxĭbĭlĭs, ĭnīquŭs, tēnsŭs, dŭbĭŭs, hōrrĭsŏnŭs, fūlgēns, lēntŭs, flēxĭlĭs, cūrvŭs, Cȳdōnĭŭs, *à Cydone urbe Cretæ:* Gōrtȳnĭŭs *à Gortynâ urbe ejusdem Insulæ:* Lȳcĭŭs, *à Lyciis populo in Asiâ minore.* Āchæmĕnĭŭs, i. e. *Persicus,* Ārmĕnĭŭs, sŏnōrŭs, bēllĭgĕr, săgīttĭfĕr, aūrātŭs, Āpōllĭnĕŭs, Hērcŭlĕŭs, ēbūrnŭs, rĭgĭdŭs, nŏxĭŭs. PHR. ārmă Dĭānæ. Flēxĭlĕ cōrnū. VERS. Nĭtĭdō spēctābĭlĭs ārcū. Hŭmĕrīs dē mōre hăbĭlēm sūspēndĕrăt ārcūm. Aūrĕŭs ēx hŭmĕrīs sŏnăt ārcŭs. Cōnstĭtĭt hīc ārcūmquĕ mănū, cĕlĕrēsquĕ săgīttās Cōrrĭpŭit. Sōlvī cūrvātŏs īmpĕrăt ārcŭs. āddūctō cūrvāns sē in cōrnŭă nērvō.

*arcum tendere.* PHR. ārcūm cōntēndĕrĕ, intēndĕrĕ, āddūcĕrĕ, sĭnŭārĕ, cūrvārĕ, flēctĕrĕ, incūrvārĕ. ārcūm ōppŏsĭtō flēctĕrĕ nērvō. Vălĭdīs inflēctĕrĕ vīrĭbŭs ārcūm. ārcūm ōppŏsĭtō cūrvārĕ gĕnū. VERS. Tūm vălĭdīs flēxōs incūrvānt vīrĭbŭs ārcŭs. Mnēstĕŭs āddūctō cōnstĭtĭt ārcū. ārcū cōntēntă părātō Tēlă tĕnēt. intēndūnt ācrēs ārcŭs, ēt spīcŭlă vĭbrānt. Nōn tŭlĭt Āscănĭŭs, nērvōque ŏbvērsŭs ĕquīnō cōntēndĭt tēlūm, dīvērsăquĕ brāchĭă dūcēns Cōnstĭtĭt āntĕ Jŏvēm. Săgīttām Dēprōmpsĭt phărĕtrā cōrnūque īnfēnsă tĕtēndĭt, ēt dūxĭt lōngē, dōnĕc cūrvātă cŏīrēnt īntēr sē căpĭta ēt mănĭbūs jām tāngĕrĕt æquīs. Lūnārĭtquĕ gĕnū sĭnŭōsūm fōrtĭtĕr ārcūm. impŏsĭtō călămō pătŭlōs sĭnŭāvĕrăt ārcŭs. Vīdĕrăt āddūctō tōrquēntēm cōrnŭă nērvō. Strīctō stăt prōxĭmŭs ārmĭgĕr ārcū.

*arcu sagittam emittere.* SYN. ārcū, nērvō, cōrnū, spīcŭlă, *vel* săgīttās, călămōs, tēlă, mīttĕrĕ, tōrquērĕ, dīrĭgĕrĕ, impēllĕrĕ, cōntōrquērĕ. VERS. Cūrvō dīrēxĭt spīcŭlă cōrnū. Spīcŭlă tōrquēbăt Lȳcĭō Gōrtȳnĭă cōrnū. Spīcŭlă cōnvērsō fŭgĭēntĭă dīrĭgĭt ārcū. Nērvō pēr nūbēm impūlsă săgīttă. Æthĕrĭās tēlūm cōntōrsĭt in aūrās, ōstēntāns ārtēm părĭtēr, ārcūmquĕ sŏnāntēm.

*arcus cœlestis.* *Hinc impērfēctō cōmplēctĭtŭr āĕră gȳrō Ārcŭs vīx ūllă văriātŭr lūcĕ cŏlōrēm. Fingunt Poëtæ Arcum hunc Iridem esse, quam Junonis nuncium faciunt.* SYN. Īrĭs. EPITH. Pīctŭs, plŭvĭŭs, nūbĭlŭs, imbrĭfĕr, pūrpŭrĕŭs, mūltĭcŏlŏr. PHR. Văriātā lūcĕ rŭbēns; *vel* mĭcāns. VERS. Nūbĭbŭs, ārcŭs Māllĕ trăhĭt vărĭōs, ādvērsō sōlĕ, cŏlōrēs. Sŭōs ārcŭs pēr nūbĭlă cīrcĭnăt Īrĭs, Pūrpŭrĕŭs plŭvĭās cūm bĭbĭt ārcŭs ăquās. Plūrĭŭs cœlō dēscrībĭtŭr ārcŭs. V. *Iris.*

ārdĕă. *ūrbĭs; ĕt īpsă sŭīs dēplāngĭtŭr ārdĕă pēnnīs*, Ov. M. 14, 580. EPITH.



Digitized by Google

Tĕnŭĭs, āĕrĭă, āltĭvŏlāns. VERS. Nōtāsquĕ pălūdēs Dēsĕrĭt, ātque āltām sŭprā vŏlāt ārdĕă nūbēm. aūsă vŏlārĕ Ārdĕă sūblīmis pēnnæ cōnfīsă nătānti.

ārdĕlĭo, ōnis. *ōmnīnō nĭhĭl ēst ārdĕlĭōnĕ sēnĕ*, Mart. 79, 10.

ārdĕo, ārsi, ārsūm. *Fōrmōsūm pāstŏr Cŏrydōn ārdēbăt Ălĕxin*, Virg. Ecl. 2. SYN. Crĕmŏr, incēndŏr, āccēndŏr, īnflāmmŏr, flagro, cōnflagro, ārdēsco, ēxārdēsco, ūrŏr, fērvĕo, æstŭo, incāndēsco: *vel* cŭpio, dēsīdĕro, ōpto, ēxōpto, āppĕto; *vel* dēpĕrĕo, ămo; *vel* fūlgĕo, splēndĕo, mĭco, splēndēsco. PHR. Flāmmis, ignĭbŭs cŏrrĭpiŏr, ūrŏr, cōnsūmŏr, ābsūmŏr, pĕrĕo, ignēm āccĭpio, cōncĭpio. Cōnsīdĕrĕ in ignēs. incāndēscĕrĕ flāmmis. Cōncĭpĕrĕ flāmmās. Flāmmis crĕpĭtārĕ. VERS. Nē fōrtĕ săcĕr tŏt ăb ignĭbŭs æthĕr Cōncĭpĕrĕt flāmmās tōtūsque ārdēscĕrĕt āxis. V. *Incendium: amare*. ūrŏr, ŭt indŏmĭtis ignem ēxĕrcēntĭbŭs Eūris. Fērtĭlis, āccēnsis mēssĭbŭs ārdĕt ăgĕr. implēri mēntēm nĕquit, ārdēscĭtquĕ tŭēndo. ārdĕt ămāns Dīdō trāxĭtquĕ pĕr ōssă fŭrōrēm. ārdēmŭs scītāri, ĕt quærĕrĕ caūsās.

ārdēns. *Sōlĕ sŭb ārdēnti rĕsŏnānt ārbūstă cĭcādæ*, Virg. Ecl. 2, 13. SYN. Flagrāns, ignītŭs, flāmmāns, fērvēns, ignĕŭs, fērvĭdŭs, ārdēscēns, flāmmātŭs, īnflāmmātŭs, incēnsŭs. PHR. ignĭbŭs, flāmmis, āccēnsŭs, ūstŭs. Flāmmis cōllūcēns. Dīrā fĕrēns incēndĭă.

ārdēsco. *ēxplēri mēntēm nĕquit, ārdēscĭtquĕ tŭēndo*, Virg. Æn. 1, 717. V. *Ardeo*.

ārdŏr, ōris. *idem ōmnēs sĭmŭl ārdŏr hăbĕt, răpĭūntquĕ*, Virg. Æn. 4, 581. SYN. Æstŭs, călŏr, fērvŏr; *vel* ămŏr, dēsīdĕrĭūm, cŭpīdo. EPITH. Flāmmĕŭs, tūrbĭdŭs, Vūlcānĭŭs, ănhēlŭs, rădĭāns, nŏcŭŭs, æstīvŭs, sĭtĭbūndŭs, fērvĭdŭs, nĭmĭŭs, tōrrēns, fērvēscēns, ūrēns, vĕhĕmēns, sēgnis, inērs, ignāvŭs, rĕpēntĭnŭs, dēsĕs, mōrbōsŭs, sōlāris, nātīvŭs. PHR. ignĕŭs ārdŏr inēst. Tērrăquĕ ārdōrĕ dĕhīscūnt. Cŭm lēthĭfĕrōs āccēndēns Sīrĭŭs ignēs, Tōrrĕt ānhēlāntēm sævis ārdōrĭbŭs ōrbēm. V. *Calor*.

ārdŭŭs. *ārdŭŭs ārmātōs mĕdĭis in mœnĭbŭs ādstāns*, Virg. Æn. 2, 328. SYN. Cēlsŭs, ēxcēlsŭs, sūblīmis, āltŭs, *vel* diffĭcĭlis, mŏlēstŭs.

ārĕă. *Nēquīcquām pinguēs pălĕă tĕrĕt ārĕă cūlmŏs*, Virg. G. 1, 192. SYN. Plătĕă. EPITH. lātă, pătēns, brĕvis, spătĭōsă, inānis, văcŭă, căpāx, māgnă, āmplă, trĭtĭcĕă. PHR. Æquātō plānă ārĕă tērgō. VERS. Strātăque ārēnōsis inclūdĭtŭr ārĕă sēptis.

ārēfăcio, ēci. *tērrām Sōl ēxcŏquit ĕt făcĭt āre*, Lucr. 6, 962. SYN. Sicco, ēxsicco.

ărēnă. *Cōllēctum hūmōrēm bĭbŭlă dēdūcĭt ărēnă*, Virg. G. 1, 114. SYN. Săbŭlūm; *vel* lĭttŭs, *vel* cāmpŭs. EPITH. Stĕrĭlis, fūlvă, flāvēns, grăcĭlis, lĭttŏrĕă, flūmĭnĕă, æquŏrĕă, mŏbĭlis, mărīnă, āttrītă, līmōsă, mōllis, gĕlĭdă, hūmēns, pūlvĕrĕă, ūdă, mădēns, mădĭdă, Lĭbycă, ārdēns, sīccă, ārĭdă, tōstă, ārēns, tōrrĭdă. PHR. Āggĕr ărēnæ. Nŭmĕrō cărēns. VERS. Spissā cāmpōs pērfūndĭt ărēnā. āltă pŭēllārēs tārdăt ărēnă pĕdēs. *Arena pro campo vel pro littore*. in nōstrās quŏnĭām nŏvă pūppis ărēnās Vĕnĕrăt. Māgnō tēllūris ămōrĕ ēgrēssi, ōptātā pŏtĭūntŭr Trōēs ărēnā. Hōspĭtĭō prŏhĭbēmŭr ărēnæ.

ărēnōsŭs. *Lĭttŭs ărēnōsūm Lĭbyæ vēntōsquĕ sĕcābăt*, Virg. Æn. 4, 257. SYN. ărēnis tēctŭs, ōbdūctŭs, crēbĕr.

ārĕo, ēs, ārŭi. *Gārrŭlŭs in mĕdĭā Tāntălŭs ārĕt ăquā*, Ov. Ar. Am. 2, 606. SYN. ārēsco, ārēfio, siccŏr, ēxsiccŏr, mārcēsco.

‖ Ārĕōpăgŭs, i. *Mons Marti sacer, Athenis, ubi jus dicebatur, hinc* Areopagita, *Judex Athenarum. Hic Templum erat, in quo S. Paulus Altare* Ignoto Deo *sacrum vidit, et inde orationis sumpsit argumentum.*

ārēsco. *Lūtĕăve ēxĭgŭis ārēscūnt sūlphŭră fūmis*, Ov. Met. 15, 321. SYN. ārēfio, ārĕo.

ārĕtālŏgŭs, i. *Mōvĕrăt, ŭt mēndāx ārĕtālŏgŭs; in mŭrĕ nēmo*, Juv. 15, 16. EPITH. Dōctŭs, mēndāx.

Ārĕthūsă. *ōre, Ărĕthūsă, tŭō Sĭcŭlis cōnfūndĭtŭr ūndis*, Virg. Æn. 3, 696. *Nerei et Doridos filia, Dianæ comes, quæ Alpheum fugiens, in fontem mutata est in Elide, Peloponnesi regione, unde secretis meatibus per mare terrasque in Siciliam labitur.* EPITH. Sĭcŭlă, frīgĭdă, fŭgāx, vēlōx. PHR. Ārcădĭă virgo. Fōns Ārĕthūsĭŭs. Ārĕthūsĭdĕs ūndæ. (*Ovid.*) Ārĕthūsæi lătĭcēs. (*Claud.*) V. *Alpheus*.

Ārgānthōnĭŭs. *Rex Hispaniæ, quem tria sæcula vixisse aiunt.* EPITH. Vĕtŭs, bēllĭgĕr, dīvĕs, pŏtēns, vīvāx. VERS. Hēspĕrĭis quōndām Rēx Ārgānthōnĭŭs ōris, Tĕr dēnōs dĕcĭēs ēmēnsŭs bēllĭgĕr ānnōs.

Digitized by Google

ărgĕntārĭŭm, ĭī. *ărgĕntārĭă Pōllă dăt pŏētīs*, Phæd.
ărgĕntārĭŭs. *tĕndĭtŭr in mĕdĭūs mōns ărgĕntārĭŭs ūndās*, Rutil.
ărgĕntātŭs. *ărgĕntātă tŭōs ĕtĭām săndălĭă tālōs*, Virg. in Op. PHR. ărgĕntō tēctŭs, indūctŭs, fūlgēns, mĭcāns.
ărgĕntĕŭs. *Fōns ĕrăt illĭmĭs nĭtĭdīs ărgĕntĕŭs ūndīs*, Ov. M. 3, 407. SYN. ărgĕntō făctŭs, grăvĭs, sōlĭdŭs, mĭcāns, *vel* ălbŭs, cāndĭdŭs, nĭtēns.
ărgĕntŭm. *ărgĕntŭm, Părĭūsvĕ lăpĭs, circūmdătŭr aūrō*, Virg. Æn. 1, 597. SYN. ărgĕntī mĕtāllŭm. EPITH. sŏlĭdŭm, clārŭm, dīvĕs, nĭtēns, nĭtĭdŭm, splēndēns, grātŭm, prĕtĭōsŭm, păllĭdŭm, ălbŭm. PHR. ărgĕntī lāmĭnă. ărgĕntī pōndŭs. ărgĕntī splēndŏr. VERS. ărgĕntī văscŭlă pūrī. ărgĕntō fūlgēbăt ŏpŭs. Cymbĭăque ărgĕntō pērfēcta, ătque ăspĕră signis. ărgĕntī māgnŭm dăt fērrĕ tălēntŭm. Jăcēnt pĕnĭtŭs dēfōssă tălēntă Cælāti ărgĕntī. *Si sumatur pro pecuniâ*, V. *Pecunia.*
Ărgēŭs, ă, ŭm. *ĭtŭr ăd Ărgēōs, qui sint sŭă pāgĭnă dīcĕt*, Ov. F. 3, 791. SYN. Ărgōŭs.
ărgillă. *Tĕnŭĭs ŭbi ărgilla, ĕt dūmōsĭs călcŭlŭs ărvĭs*, Virg. G. 2, 180. EPITH. Dūlcĭs, ūdă.
Ărgīvŭs. *ĕt jam Ărgīvă phălānx instrūctīs nāvĭbŭs ibăt*, Virg. Æn. 2, 254. SYN. Ărgŏlĭcŭs, Ărgōŭs, Ăchīvŭs, Ăchæŭs, Ăchāĭcŭs, Ĭnăchĭŭs, Græcŭs, Pĕlāsgŭs, Grājŭgĕnă. V. *Græcus.*
Ărgō, ūs, f. *Ărgō săxă păvēns pōstquām Scyllēĭă lēgit*, Ped. *Navis cujus inventrix Minerva, fabricata in Thessaliâ ex arboribus sylvæ Dodonæ, ubi oracula reddebat Jupiter. Hâc usi sunt Jason, et cæteri Græciæ Heroes ad aureum vellus è Colcho reportandum. Illius rector Tiphys.* EPITH. ărdŭă, vēlōx; lĕvĭs, nōbĭlĭs, flūctĭvăgă, bēllĭgĕră, Thēssălĭcă, Păgăsæă, imprŏbă. PHR. Pūppĭs, rătĭs, nāvĭs, pīnŭs, cărīnă Thēssălă. Rătĭs, Ărgŏlĭcă, Ĭāsŏnĭă, Păgăsæă, Ărgōă, Pĕlĭăcă, *à Pelio monte Thessaliæ*, Rătĭs Mĭnērvæ. Nāvĭs quæ vēxĭt Hērōăs, ĕt Ĭāsŏnĕm. Aūdāx Hērōŭm nāvĭs, Quæ cōnspĭcŭām fūlvō vēllĕrĕ vēxĭt ŏvĕm. Miscŭĭt ignōtās tĕmĕrātō līttŏrĕ gĕntēs. V. *Argonautæ.*
Ărgŏlĭcŭs. *Ărgŏlĭci rĕdĭĕrĕ dŭcēs; āltārĭă fūmānt*, Ov. Ep. 1, 25. V. *Argivus.*
Ărgŏlĭs, ĭdĭs. f. *Ărgŏlĭdēs pārs virgĭnĭbŭs circum ūndĭquĕ fūsæ.* SYN. Pĕlāsgĭs, Pĕlāsgĭăs, Ărgīvă.
Ărgŏnaūtæ. *Nōn naūtās pŭtŏ vōs, sĕd Ărgŏnaūtās*, (Phal.) Mart. 3, 67, 10. V. *Argo. Quinquaginta quatuor Græciæ Heroes, qui in Argo navi Colchos petierunt, aurei velleris capiendi causâ. Horum dux Jason Thessalus, post quem præcipui, Hercules, Theseus, Orpheus, Castor et Pollux, Tiphys.* EPITH. Sēmĭdĕī, Ĭāsŏnĭī, aūdācēs, Pĕlāsgi, Thēssălī, Æmŏnĭī, Thēssălĭcī, Grājī, *à diversis Græciæ regionibus*, gĕnĕrōsī, impăvĭdī, māgnănĭmī, flūctĭvăgī, clārī, mĭnācēs, fŏrtēs, Mārtĭī, immōrtālēs, cĕlĕbrēs. PHR. Hērōēs, jŭvĕnēs, naūtæ Æmŏnĭī. Hērōēs; *vel* naūtæ Ărgōī, Ărgŏlĭcī, Pĕlāsgī, Ĭāsŏnĭī, prīmī naūtæ. Grāiă tūrbă, Ărgīvæ rōbŏră pūbis. VERS. Qui fūlvō rădĭāntĭă vēllĕră villō, Pĕr mărĕ nōn nōtūm prīmă pĕtīĕrĕ cărīnă. aūrĭcŏmam Hērōēs cōnāti āvēllĕrĕ pēllĕm, insuētŭm pĕr ĭtĕr nōn nōta ăd līttŏră tĕndūnt. ăt sĕmĕl in nōstrās quŏnĭām nŏvă pūppis ărēnās Vĕnĕrăt, aūdācēs āttŭlĕrātquĕ vĭrōs. V. *Argo.*
Ărgŏs. *Neut. usitatum tantùm in Nom. Acc. et Voc. Sing.* Ărgī, ōrŭm. *Sĕcūrūmquĕ quĭēs āltă pĕr Ărgŏs ĕrăt*, Ov. Ep. 14, 34. *Regio et Urbs in Peloponneso.* EPITH. Nōbĭlĕ, sŭpērbŭm, Ĭnăchĭŭm, *ab Inacho Rege.* dīvĕs, clārŭm, flōrēns, pŏtēns, indŏmĭtŭm, āntīquŭm, māgnĭfĭcŭm, cĕlĕbrĕ. PHR. Ărgŏs nōbĭlĭbŭs nōbĭlĕ cīvĭbŭs.
Ărgōŭs, ă, ŭm. *Nōn hūc Ărgōō cōntĕndĭt rēmĭgĕ pīnŭs*, Hor. Ep. 16, 57. SYN. Ărgīvŭs, Pĕlāsgŭs.
ărgūmĕntōsŭs. *ărgūmĕntōsĭs dăt rĕtĭă sÿllŏgismis.* (Spond.)
ărgūmĕntŭm. *Sērtăquĕ cingēbānt vōtī ărgūmĕntă pŏtēntis*, Ov. M. 8, 745. SYN. Sīgnŭm, indĭcĭŭm, mŏnŭmĕntŭm, nŏtă. V. *Signum.*
ărguo, ŭī, ūtŭm. *ărgŭĕt āmbĭgŭē dictŭm: mūtāndă nŏtābĭt*, Hor. A. P. 449. SYN. insĭmŭlo, incūso, rĕprĕhĕndo, incrĕpo, ăccūso; *vel* ŏstēndo, rĕdārgŭo, cōnvinco. V. *Redarguo.*
Ărgŭs, ī. *Cēntŭm lūmĭnĭbŭs cinctŭm căpŭt Ărgŭs hăbēbăt*, Ov. Met. 1, 11, 58. *Aristoris filius, pastor Thessalus centum habens oculos. Hunc Juno adhibuerat ad servandum Io, filiam Inachi, quam Jupiter, adulterium tegere volens, commutaverat in vaccam, sed eum Mercurius occidit, jussu Jovis. Hujus postea*



Digitized by Google

*oculos caudæ pavonis indidit Juno.* SYN. Ăristŏrĭdēs. EPITH. Stēllātŭs, vĭgĭl, vĭgĭlāns, lyncĕŭs, īnsŏmnĭs, pērvĭgĭl, pērnŏx, fīdŭs, fĭdēlĭs, cĕntŏcŭlŭs. PHR. Pāstŏr cĕntŏcŭlŭs, Pāstŏr Æmŏnĭŭs, Thĕssălŭs, Jūnŏnĭŭs. Cŭstŏs Jūnŏnĭŭs. Cĕntēnō lūmĭnĕ cīnctŭs. Cŭstŏs vĭrgĭnĭs Ărgŭs. VERS. lūmĭnă vĭcĭbŭs căpĭēbānt bīnă quĭētĕm, Cætĕră sērvābānt ătque īn stătĭōnĕ mănēbānt.

ărgūtĭă. *Quŏd mĭhĭ sĭt clāræ rĕsŏnāns ărgūtĭă vōcĭs*, Text.

ărgūtŭs. *Cŏgŏr ăd ărgūtās dīcĕrĕ sōlŭs ăvēs*, Prop. 1, 18, 30. SYN. Sŭbtīlĭs, sōlērs, īngĕnĭōsŭs, ăcūtŭs.

Ărĭădnă. *īndŏmĭtōs īn cōrdĕ gĕrēns Ărĭădnă fŭrōrēs*, Cat. 62, 54. *Minois, Regis Cretæ, et Pasiphaës filia. Hujus beneficio Theseus labyrinthum evasit, filo, quod ab eâ acceperat, usus. Sed cùm illam fide datâ abduxisset, postea ingratus et perjurus reliquit in Insulâ Chio.* SYN. Ărĭădnē, Gnōsĭăs, Gnōsĭs, *à Gnoso urbe Cretæ:* Mĭnōĭs. EPITH. Gnōsĭă, pŭlchră, īngĕnĭōsă, Crētēnsĭs, Crēssă, fōrmōsă, dēceptă, fĭdēlĭs, vĕnūstă. PHR. Vĭrgo, *vel* pŭēllă Crēssă. Gnōsĭă vĭrgo. VERS. Quæ dēsērta īn līttŏrĕ quŏndăm Thēsēæ flēvīt pērjūrĭă līnguæ. Dīgnă vĭrō mĕlĭōrĕ. Sīccĭnĕ mē pătrĭīs ăbdūctăm, pērfĭde, ăb ōrīs, Pērfĭdĕ, dēsērtō lĭquisti īn līttŏrĕ, Thēseū? V. *Aberro.*

Ărĭcīnŭs, ă, ŭm. *Vāllĭs Ărĭcīnæ dēnsīs lătĕt ābdĭtă sylvīs*, Ov. Met. 15, 488. *Adject.* dē Ărĭcĭā: *Urbs in Latio, ubi sylva Aricina, Dianæ sacra: cum fonte, Nymphæ Ægeriæ dicato.* Dīstăt ăb ēxcēlsā nĕmŏrālĭs Ărĭcĭă Rōmā, Luc. 6, 74.

ārĭdĭtās, ātĭs. *Cōrrĭpĭt ārĭdĭtās, nērvīsquĕ rĭgēntĭbŭs ărctōs*, Man. SYN. Sīccĭtās. EPITH. Fērvĭdă, īgnĕă, flāmmātă. V. *Siccitas.*

ārĭdŭs. *ōssă sŭb īncūrvīs ēxtābānt ārĭdă lūmbīs*, Ov. M. 8, 804. SYN. Mārcĭdŭs, sīccŭs, ārēns, ārēscēns, sīccātŭs. PHR. Hūmŏrĭs ĕgēns, ĕgēnŭs, ēxpērs. V. *Siccus.*

ărĭēs, ărĭĕtĭs. (*triss.*) *Hæc săcrĭs sēdēs ĕpŭlīs; hīc ărĭĕtĕ cæsō*, Virg. Æn. 7, 175. EPITH. Cōrnĭgĕr, pĕtŭlcŭs, pūgnāx, tōrvŭs, lānĭgĕr, pĕtŭlāns, mītĭs, bālāns, cĕlĕr, præcĕps. PHR. Dūx ŏvĭŭm, īnnŏcŭī pĕcŏrĭs tūtēlă. Lānĭgĕrī grĕgĭs dēfēnsŏr. Trūx ărĭēs cŏrnū dēcērtăt. ărĭēs vīllōsŭs, ĕt hīrtīs cōrnĭbŭs. Bēllātŏr, cōrnūquĕ fĕrōx.

Ărĭēs. *Signum Zodiaci. Vēr Hyĕmĕm, Pīscīque Ărĭēs sŭccēdĭt ăquōsō*, Ovid. Met. 10, 165. SYN. Sīgnōrūm prīncēps. EPITH. Cœlēstĭs, sūblīmĭs, æthĕrĕŭs, cēlsŭs, ēxcēlsŭs. PHR. Cōrnĭgĕr āstrōrūm dūctŏr. Pōrtĭtŏr Hēllēs: *Hunc esse fingunt Poëtæ, quem Phryxus et Helle conscenderunt, cujus vellus erat aureum.* VERS. Aūrāto īnsīgnis vīllō. Tēr sēnĭs vărĭātŭs cōrpŏră stēllĭs. Aūrātō prīncēps ărĭēs īn vēllĕrĕ fūlgĕt. Tēmpŏră nōctūrnīs æquă dīūrnă făcĭt. Prīmŭs ăd Aūrōrăm, cīrcūm căvă tēmpŏră, flēxă Cōrnŭă cōntōrquēns Ărĭēs, cœlēstĭă pāndĭt Līmĭnă sīgnōrūm, dūctōrque ĕt jānĭtŏr ānnī.

ărĭēs. *Mœnĭă, quīque ĭmōs pūlsābānt ărĭĕtĕ mūrōs*, Virg. Æn. 12, 706. *Machina bellica, arietis formam habens, quæ in muros vi maximâ impellebatur.* EPITH. Fērrĕŭs, dūrŭs, fōrtĭs, Vūlcānĭŭs, mĭnāx, stŭpēndŭs, Māvōrtĭŭs, vălĭdŭs, mūrālĭs, fērrātŭs. PHR. Māchĭnă bēllĭcă. Vīx mūrīs tŏlĕrāndă lŭēs. VERS. Sāxă rŏtāt præcēps ărĭēs. ărĭĕtĕ crēbrō Pūlsāntūr mūrī. Lābăt ărĭĕtĕ crēbrō jānŭa, ĕt ēmōtī prōcūmbūnt cārdĭnĕ pōstēs. ărĭĕtĕ dīssĭlĭūnt mūrī dīsjēctāquĕ sāxīs Sāxă lābānt. ărĭēs cŏrnū mūrūm pūlsābăt ăhēnō. Tūrrĭfrăgīs ărĭēs ēxtēmplō cōrnĭbŭs āltă Sāxă quătĭt.

ărĭĕto. *ărĭĕtăt īn pōrtās, ĕt dūrōs ōbjĭcĕ pōstēs*, Virg. Æn. 11, 890. SYN. Quătĭo, cōncŭtĭo: cōrnĭbŭs īmpĕto, vērbĕro, fĕrio.

Ărīmăspŭs. *Quŏd lĕgĭt dīvēs sūmmīs Ărīmăspŭs ărēnīs*, Lucan. 7, 756. SYN. aūrĭfĕr, aūrĭfĭŭŭs.

ărĭōlŭs. *ărĭōlŭs, ēxtīspēx, măgŭs, hŷmnĭcŭs, săgŭs*, (Scaz.) SYN. ărūspēx, aūgŭr, vātēs.

Ărīŏn, ŏnĭs.———*quæ nēscĭt Ărīŏnă tēllŭs?* Ov. Fast. 2, 83. *Citharœdus insignis, et Poëta Lyricus, natus Methymnæ, in Insulâ Lesbo. Cùm mare trajiceret, ex Italiâ rediens, videretque insidias sibi parari à sociis propter opes quas ferebat, citharâ modulans, in mare se conjecit, ubi Delphin eum dorso exceptum portavit ad littus.* EPITH. Vōcālĭs, Ăpōllĭnĕŭs, Phœbēĭŭs, dŏctŭs, dūlcĭs, cĭthărĭstă, dūlcĭsŏnŭs, cānōrŭs, cĕlĕbrĭs, blāndŭs, īnfēlix, cĕlĕbrātŭs. PHR. Lēsbĭŭs, *vel* Mēthymnæŭs vātēs. Cāntū īnsīgnĭs Ărīŏn. VERS. Cĭthără tŭmĭdīs Dēlphīnās īn ūndīs Mūlcēbăt. Quēm cĭthăræ tāngēntĕm fīlă cănōræ īmpŏsĭtūm dōrsō vēxĭt pĕr cærŭlă Dēlphin. Dēlphīnī īnsĭdēns vădă cærŭlă sūlcăt Ărīŏn.

Digitized by Google

Ărīŏnĭŭs. *Quī pŭto, Ărīŏnĭām vĕxĕrăt āntĕ lȳrām,* Prop. 2, 26. 18.

ărĭstă. *Mōllĭ paūlātĭm flāvēscĕt cāmpŭs ărĭstā,* Virg. Ecl. 5, 28. SYN. Spicæ, cūlmi, sĕgĕs, mēssis, frūgēs. EPITH. pinguis, æstīvă, tĕnĕră, flāvă, grăcilis, frăgilis, frūgĭfĕră, fœcūndă, lætă, ŏpīmă, Cĕrĕālis, jĕjūnă, flāvēns, fertilis, aūrātă, aūrĕă, lōngă, grăvis, dīvĕs, cūrvātă, pāndă, ŏdōră, ŏdōrātă, ŏdōrĭfĕră, ēxilis, mŏdĭcă, ēxiguă, ānnŭă, mūltă, plūrĭmă, ēxpēctātă. VERS. Grăvidis prōcūmbit cūlmŭs ăristis. Cănis flāvēscit cūlmŭs ăristis. Cōrtĭcĕ sūb mōlli tĕnŭēs glŏmĕrāntŭr ăristæ. Cĭnȳphiæ sĕgĕtis cĭtiūs nŭmĕrābis ărīstās, *à Cinyphiâ regione Africæ fertilissimâ.* V. *Seges.*

Ărīstæŭs. *Pāstŏr Ărīstæŭs fŭgĭēns Pēnēĭă Tēmpē,* Virg. G. 4, 317. *Filius Apollinis et Cyrenes, filiæ Penei, Regis Arcadiæ. Inventor mellificii, et olei. Amavit Eurydicem Orphei uxorem; quam cùm insequeretur, illa à serpente vulnerata interiit.* EPITH. Ărcădĭŭs, prŏcāx, Ăpŏllĭnĕŭs, jŭvĕnis. PHR. Cȳrēnĭŭs hērōs. Cūltŏr nĕmŏrūm. Rĕnŏvātŏr ăpūm. Ărcădĭŭs măgistĕr. V. *Virg. ad finem 4 Georg.*

Ărĭstărchŭs. *Māgnŭs Ărĭstărchō mājŏr Hŏmērŭs ĕrăt,* Ov. de Pont. 3, 9, 23. EPITH. Dŏctŭs, sĕvērŭs.

Ărĭstīdēs, is, *vel* æ. *Jūnxĭt Ărĭstīdēs Mīlēsĭă cārmĭnă sēcūm,* Ov. Tr. 2, 413. EPITH. Jūstŭs, æquŭs, paūpĕr.

ărĭstĭfĕr, ă, ūm. *Dīvĕs ărĭstĭfĕræ sĕgĕtĭs,* Prud. Cath. 5, 52. V. *Arista.*

Ărīstĭppŭs. *Ōmnĭs Ărīstĭppūm dĕcŭĭt cŏlŏr, ĕt stătŭs, ĕt rēs,* Hor. E. 1, 17, 24. *Philosophus, patriâ Cyrenæus, Socratis discipulus. Hunc Diogenes Canem Regium appellabat, quòd in Aulâ Dionysii Tyranni deliciosè viveret.* EPITH. Obscœnŭs, tūrpis, Græcŭs, Ĕpĭcūrēŭs, Sŏcrătĭcŭs, Cȳrēnæŭs, Lăcĕdæmŏnĭŭs.

Ărĭstŏphănēs, is. *Eūpŏlĭs, ātquĕ Crătīnŭs, Ărĭstŏphănēsquĕ pŏētæ,* Hor. S. 1, 4, 1. EPITH. Mōrdāx, sālsŭs, dĭsērtŭs.

Ărĭstŏtĕlēs, is. *Sī quĭs Ărĭstŏtĕlēm sĭmĭlēm, vel Pīttăcŏn ēmĭt,* Juv. 2, 6. SYN. Stăgīrītēs. Stăgīræŭs sŏphŭs. Sŏphōrūm prīncēps, dūx. EPITH. Dīvīnŭs, dŏctŭs, ingĕnĭōsŭs, mīrābĭlis, sūbtīlis, săgāx, sōlērs, pĕrītŭs, cĕlĕbris, ingrātŭs, immōrtālis.

ārmă, ōrūm. *ārmă vĭrūmquĕ cănō, &c.* Virg. SYN. Fērrūm, ēnsis, glădĭŭs, tēlūm, hāstă, frāxĭnŭs, jăcŭlūm. EPITH. Discōrdĭă, fūlgēntĭă, impĭă. Vūlcānĭă, rădĭāntĭă, grăvĭă, fōrtĭă, pīctă, fŭrĭālĭă, ĭnĭmīcă, nŏcĭtūră, fūnēstă, hōrrĭdă, crŭēntă, călēntĭă, trĕpĭdāntĭă, lēthālĭă, hōstīlĭă, insānă, sŏnāntĭă, aūrātă, Māvōrtĭă, bēllĭcă, sānguĭnŏlēntă, crŭēntātă, căstrēnsĭă, victrīcĭă, dīră, crūdēlĭă, infēstă, nĕfāndă, Mārtĭă, fātālĭă, hōrrēntĭă, grāssāntĭă, mĭnācĭă, strĕpĕntĭă, ăhēnă, imprŏbă, infēlīcĭă, infaūstă, trīstĭă, fērrĕă, răbĭdă. PHR. ārmōrūm vīrēs, invīsă mātrĭbŭs ārmă. Cædĕ călēntĭă. Aūrō cælātă. Sānguĭnĕ pīctă. infēctă tābō. Tūtă mūnīmĭnă cōrpŏrĭs. VERS. ārmă rĕpērcūssō fūlgēnt rŭtĭlāntĭă Phœbō. ārmă rĕnīdēntēm tōllūnt ād nūbĭlă flāmmām. ārmōrūm crīspō rădĭātŭr lūmĭnĕ cāmpŭs. Rĕsŏnānt crēbrĭs tinnītĭbŭs ārmă. ārmĭs crĕpĭtāntĭbŭs ingēns ēxŏrĭtŭr frăgŏr. Clārēscūnt sŏnĭtūs, ārmōrūmque ingrŭĭt hōrrŏr. ārmōrūm sŏnĭtūm tōtō Gērmānĭă cœlō Aūdīĭt, insŏlĭtĭs trĕmŭērūnt mōtĭbŭs Ālpēs. Cōntĭnŭō nŏvă lūx ŏcŭlĭs ēffūlsĭt, ĕt ārmă Hōrrēndūm sŏnŭērĕ, trĕmūnt in vērtĭcĕ crīstæ Sānguĭnĕæ. ārdĕt ăpēx căpĭtĭ, crīstĭsque ā vērtĭcĕ flāmmă Fūndĭtŭr, ĕt vāstōs ūmbō vŏmĭt aūrĕŭs ignēs. Hōrrēscit strīctĭs sĕgĕs ēnsĭbŭs, æ̆răquĕ fūlgēnt Sōlĕ lăcēssītă, ĕt lūcēm sūb nūbĭlă jăctānt. Sūmmăque in cāssĭdĕ lārgŭs ŭndāntēs vŏlvĭt flāmmās ăd sȳdĕră vērtēx. Vĭbrāntĭbŭs āēr Fūlgŭrăt ārmōrūm rădĭīs. Flāmmĕŭs ærātĭs trĕmŏr ērrăt in ārmĭs. Tūm lātē fērrĕŭs hāstĭs Hōrrĕt ăgĕr cāmpīque ārmĭs sūblīmĭbŭs ārdēnt. Trĕmŭlŭs vĭbrātŭr in ārmĭs ārdŏr, ĕt ērrāntēs lūdūnt pēr cāssĭdă flāmmæ. ĭtĕrūm ātque ĭtĕrūm frăgŏr intŏnăt ingēns; ēnsēsquĕ clȳpĕīquĕ sŏnānt. V. *Armo et Bellum.*

ārmāmēntārĭŭm, ĭi. *Quīcquĭd hăbēnt tēlōrum ārmāmēntārĭă cœlĭ,* J. 13. 83.

ārmārĭŭm. *Stāntĭbŭs, œnŏphŏrūm, trĭpŏdēs, ārmārĭă, cīstās,* Juv. 7, 11. V. *Abacus.*

ārmātūră. *Spārsă pĕr ēxtrēmōs lĕvĭs ārmātūră mănĭplōs,* Luc. 7, 508. V. *Arma.*

ārmātŭs.—*hīc tōrrē ārmātŭs ŏbūstō,* Virg. Æn. 7, 506. PHR. ārmis instrūctŭs, mūnītŭs, tēctŭs, cīnctŭs, āccīnctŭs, circūmdātŭs. Clȳpĕātŭs. Squāmĕŭs aūrō. Crīstĭs rŭtĭlŭs: Cāssĭdĕ mājŏr, ārmōrūm lūcĕ cŏrūscāns, Cōllūcēns insignĭbŭs ārmĭs, instrūctŭs fērrō, insīgnĭs gălĕā, ĕt fūlgēntĭbŭs ārmĭs. Pūlchrĭs cōnspēctŭs in ārmĭs. Thōrācĕ indūtŭs, Ærĕ căpŭt fūlgēns, crīstāque hīrsūtŭs ĕquīnā. Quī-

Digitized by Google

bŭs ībăt in ārmis. Chălybe indūti ĕquĭtēs, ĕt in ære lătēntēs. VERS. ipsi intŭs dĕxtra ăc lævā prō tŭrrĭbŭs ăstănt ārmāti fĕrro ĕt cristis căpita āltā cŏrŭsci. *Armati pro militibus.* Virg. ărdŭŭs ārmātŏs mĕdiis in mœnĭbŭs ădstāns Fūndit ĕquŭs. V. *Arma, et Bellicosus.*

Ărmĕnĭă. *Ărmĕnĭæ cēlsis instābăt mōntĭbŭs ărcŭ.* Alc. *Asiæ regio inter Taurum et Caucasum montes. In eâ tigres plurimæ, et arbores odoriferæ.* EPITH. Mōntōsă, hŏrrĭdă, hŏrrēndă.

Ărmĕnĭŭs. *Dăphnis ĕt Ărmĕnĭăs cŭrrū sŭbjŭngĕrĕ tigrēs,* Virg. Ecl. 5, 29.

ārmēntālis. *ārmēntālis ĕquæ māmmis, &c.* Virg. Æn. 11, 571.

ārmēntārĭŭs. *Prætĕrĕă, jăm pāstŏr ĕt ārmēntārĭŭs ōmnis,* Lucr. 6, 1250. SYN. Bŭbūlcŭs, pāstŏr.

ārmēntŭm. *Cāntō quæ sŏlĭtŭs si quāndo ārmēntă vŏcābăt,* Virg. Ecl. 2, 23. SYN. Grēx, pĕcŭs. EPITH. Lætŭm, discŏlŏr, mōntānŭm, lānĭgĕrŭm, pinguĕ, ĕrrāns, nŭmĕrōsŭm, cŏāctŭm, spūmāns, fōrtĕ, cōrnĭgĕrŭm, mōntĭvăgŭm, tārdŭm, pigrŭm, ĕdāx, ŏbēsŭm. VERS. Vălida in sylvis rĕbŏānt ārmēntă. Pāscūntŭr vĭrĭdēs ārmēntă pĕr ăgrōs. V. *Grex.*

ărmi, ōrŭm. *Lŭxŭrĭāns, lŭdūntquĕ jŭbæ pĕr cōllă, pĕr ărmōs,* Virg. Æn. 11, 497. SYN. Hŭmĕri. EPITH. Vălidi, fōrtēs, hirti, pŏtēntēs, dūri, ālti, rĭgĭdi.

ārmĭfĕr, ă, ŭm. *Signĭfĕr, ārmĭfĕrōs pŏtĕrăt mĕmŏrārĕ lăbōrēs,* Syl. 1, 2, 96.

ārmĭgĕr. *Hæc ĕst ārmĭgĕræ fēstis dē quinquĕ Mĭnērvæ,* Ov. Tr. 4, 10. 13.

ārmĭpŏtēns.——*gĕnŭs ārmĭpŏtēntis Achillei,* Virg. Æn. 6, 839.

ārmĭsŏnŭs. *Pāllădis ārmĭsŏnæ quæ prīmă, &c.* Virg. Æn. 3, 3, 544. PHR. ārmis sŏnāns, ārmă cŏrŭscāns.

ārmo, ās. *Lætă făcit: spŏliis sē quisquĕ rĕcēntĭbŭs ārmăt,* Virg. Æn. 3, 395. PHR. ārmis indŭo, cingo, instrŭo, mūnio. VERS. Sŏcĭōs instrŭit ārmis. V. *mox Armor.*

ārmŏr, āris. *Bello ārmāntŭr ĕqui: Bĕllum hæc ārmēntă mĭnāntŭr,* Virg. Æn. 3, 540. PHR. ārmis indŭŏr, instrŭŏr, mūniŏr, cingŏr, ăccingŏr, ārmă căpēsso, căpio, indŭo, sūmo. Cingŏr fŭlgēntĭbŭs ārmis. ārmă hŭmĕris ăpto, circŭmdo, ārmāri in prælĭă. Pūgnæ sē părārĕ. VERS. Hic fĕrro ăccingŏr rūrsŭs, clypĕōquĕ sinistrām insērtābam ăptāns. Lătĕrique ăccōmmŏdăt ēnsēm. Lōricam indŭitŭr, fidōque ăccingĭtŭr ēnsĕ. ēnsēm cōllō sŭspēndit ĕbūrnŭm. ŭnănĭmēs in prælĭă frātrēs ārmāntŭr. indŭĕre ārmă virōs, vĭŏlēntăquĕ sūmĕrĕ tēlă, Rēx jŭbĕt. Vălidăm vi cŏrrĭpit hāstăm. Hic gălĕăm tēctis trĕpĭdŭs răpit, illĕ frĕmēntēs ăd jŭgă cōgit ĕquōs. Clypĕŭmque aŭrōquĕ trilicēm Lōricam indŭitŭr, vălidōque ăccingĭtŭr ēnsĕ. Hŭmĕris ăptārĕ phărĕtrās. Pārs pĕdēs irĕ părăt cāmpis, pārs ărdŭŭs āltis Pŭlvĕrŭlēntŭs ĕquis fŭrit, ōmnēs ārmă rĕquirūnt. ārma ănimis, ārma ōrĕ frĕmūnt. Fĕrŭs ōmni pĕctŏrĕ sævit Mārtis ămŏr. Cērtātim sēse ĕxhōrtāntŭr in ārmă. Sŭbĭtŭsquĕ pĕr ōmnēm Aŭsŏnĭăm Māvŏrs strĕpit, ĕt ciĕt ārmă, virōsquĕ. in ārmă virōs sŭscĭtăt ātque in prælĭă cōgit. Ærātăs ăciēs in prælĭă cōgit. Signăquĕ fĕrrĕ jŭvăt, sŏnĭtŭsque aŭdirĕ tŭbārŭm. Jāmquĕ făcēs ĕt săxă vŏlānt, fŭrŏr ārmă mĭnistrăt. Spŏliis sē quisquĕ rĕcēntĭbŭs ārmăt. Pilă nŏvānt, ăc dētērsă rūbīgĭnĕ, sævŭs indŭitŭr fĕrrō splēndŏr. ārmă diū sĕniŏr dēsuētă trĕmēntĭbŭs ævō Circŭmdăt nēquicquam hŭmĕris, ĕt inŭtĭlĕ fĕrrŭm Cingĭtŭr. Nām dĕdit ĕt spĕcŭlā cŭstōs ŭbi signă tŭmŭltŭs, indŭimŭs trĕpĭdă prōtinŭs ārmă mănū. ipsĕ dĕhinc aŭrō squāllēntem ălbōque ŏrĭchălcō Circŭndăt lōricam hŭmĕris, simŭl ăptăt hăbēndō ēnsēm. Nĕc gălĕă tĕgĭmŭr, nĕc ăcūtō cingĭmŭr ēnsĕ. Mănŭsque ămbās jăcŭlis ŏnĕrāvit ăcūtis. Tĕrrĭbĭli fŭlmĭnăt ēnsĕ mănŭs. V. *Arma, et Armatus.*

ăro, ās. *littŭs ărānt, Rŭtŭlōsque ĕxērcēnt vŏmĕrĕ cōllēs,* V. 7, 797. PHR. Tērrăm, tēllūrēm, hŭmŭm, ārvă, ărātrō cŏlo. Tērrăm ărātrō, vŏmĕrĕ, fĕrrō, rōstris, lĭgōnĕ cŏlo. Tērrăm ărātrō sŭbĭgo, scindo, vĕrto, invĕrto, prōscindo, vērso, ĕxērcĕo, rŭmpo, fŏdio, rĕnŏvo. ĕxērcērĕ sŏlŭm sŭb vŏmĕrĕ. Vŏmĕris ictū ăgrōs sŭlco. Jŭvēncis sŏlŭm ĕxērcĕo. incŭmbĕrĕ ărātrō. Glēbās lĭgōnĕ, rāstrō dirŭmpĕrĕ, cōnvēllĕrĕ. Rāstris tērrăm rĭmāri. Tēllūri infŭndĕrĕ sŭlcōs. VERS. Prīmă Cĕrēs ŭncō glēbăm dīmōvit ărātrō. āntĕ Jŏvēm nūlli sŭbĭgēbānt ārvă cŏlōni. Cāmpum hŏrrēntēm frāctis invērtĕrĕ glēbis. Vălidis tērrās prōscindĕ jŭvēncis. Pinguĕ sŏlŭm primis ĕxtēmplo ă mēnsĭbŭs ănni Fōrtēs invērtēnt taŭri. āttrītō tērrăm rĕnŏvārĕ lĭgōnĕ. Dŭcēt ărātūrōs sŭb jŭgă cŭrvă bŏvēs. Tĕnŭi vitēm cōmmittĕrĕ sŭlcō. Dūrisquĕ lĭgōnĭbŭs ārvă ĕxcŏlit. ĕxērcēnt vŏmĕrĕ cōllēs. Tŭ cŭm mūlti vērsārēnt rūră cŏlōni, Rūrăquĕ cēntēnō scindăt ŏpīmă bŏvĕ. Tērrăm cŏ-

Digitized by Google

tūm vērtēbāt ărātris. Sūppŏsĭtōquĕ jŭgō pōndŭs grăvĕ cōgĭt ărātri Dūcĕre, ĕt īnsuētūm fērrō prōscīndĕrĕ cāmpūm. ăssĭdŭĭs tērram īnsēctābĕrĕ rāstris. Dēprēsso īncĭpĭāt jām tūm mĭhĭ taūrŭs ărātrō īngĕmĕre, ĕt sŭlco āttrītŭs splēndēscĕrĕ vōmĕr. Cōllă jŭbĕ dŏmĭtōs ŏnĕrī sūppōnĕrĕ taūrōs, Saūcĭĕt ŭt dūrām vōmĕr ădūncŭs hŭmūm. Ŏbrŭĭt vērsātā Cĕrĕālĭă sēmĭnă tērrā, Quæ tĭbi cūm mūltō fœnŏrĕ rēddăt ăgĕr. Rāstrōque intāctā, nĕc ūllis Saūcĭă vōmĕrĭbūs pĕr sē dăbăt ŏmnĭă tēllūs. in stĕrĭlēs ăgrōs nōlūnt jŭgă fērrĕ jŭvēnci. Nūllō sūlcāntŭr vōmĕrĕ cāmpī. Nōn rāstrōs pătĭētŭr hŭmūs, nōn vīnĕă fălcēm. Nōn ĕrgō prēssō tēllūs cōnsūrgit ărātrō: Rūră cŏlĭt nēmō, mōllēscūnt cōllă jŭvēncis: Nōn glēbām prōnō cōnvēllit vōmĕrĕ taūrŭs. Squālĭdă dēsērtis rūbīgo īnfērtŭr ărātris.

ărōmă, ătis. *Sōlŭs ŏdŏr spārsī spīrāmĕn ărōmătĭs ēfflăt*, Prud. Apoth. 738. SYN. ŏdŏr. EPITH. Dūlcĕ, grātŭm, ŏlēns, Săbæūm, *à Sabâ, urbe Arabiæ;* Ăssyrĭūm, Īndĭcūm, bălsămĕūm, Cyprĭūm, *ab insulâ Cypro.*

ărōmătĭcŭs. *Messis ărōmătĭcæ:* Sedul.

ărrēctŭs. *Cōnstĭtĭt īn dĭgĭtōs ēxtēmplo ărrēctŭs ŭtērquĕ*, Virg. Æn. 5, 426. SYN. ērēctŭs, rēctŭs; sūblātŭs, cēlsŭs, ēxcēlsŭs. PHR. ărrēctis aūrĭbŭs āstāns. ărrēctæque hŏrrŏrĕ cŏmæ. ărrēctis spēctāns ănĭmis.

ărrhăbo, ōnis. *Lēno ărrhăbōnem hūnc prŏ mĭnā mēcūm fĕro*, (Iamb.) Plaut. SYN. ārrhă.

ărrīdĕo, īsi. *His Dĕŭs ărrīsĭt, vĕlŭt ărrīdērĕ sŏlēmŭs*, Mant. SYN. Plăcĕo, sūbrīdĕo. VERS. Lætŭs ĕt āngŭstō fēlix ărrīdĕăt ōrĕ. Seū pŭĕr ărrīsit sīvĕ pŭēllă tĭbi. ĕt quāndŏquĕ mĭhi fōrtūnæ ărrīsĕrit hōră.

ărrīgo, is, ēxi, ēctūm. *Nūmquid sēcūrŭs nōn pŏtĕs ărrĭgĕrĕ?* Mart. 3, 70, 4. SYN. ērigo, tōllo, āttōllo, sūbrigo.

ărrĭpĭo, ĭpŭi, ēptūm. *ărrĭpŭītquĕ lŏcum, ĕt sylvis, &c.* Virg. Æn. 11, 531. SYN. Sūbrĭpĭo, răpio, căpio, prĕhēndo, prēndo, āpprĕhēndo.

ărrŏgāns. *Rĕsĭstĭt ārrŏgāntĭbŭs.* (Iamb.) V. *Superbus.*

ărrŏgo. *Jūră nĕgĕt sĭbĭ nātă, nĭhĭl nōn ārrŏgĕt ārmis*, Hor. A. P. 123. SYN. ăssūmo, sūmo, ăscisco, vindĭco, trĭbŭo.

ărrōsŭs. *ŏbtŭndūntquĕ nŏvōs ărrōsō rōbŏrĕ dēntēs*, N. ab arrodo. V. *rodo.*

ărs. *nĕc mĭnŏr ēst vĭrtūs, quām quærĕrĕ, pārtă tŭērī, cāsŭs īnēst īllic hĭc ĕrăt ārtĭs ŏpŭs*, Ov. A. A. 2, 14. SYN. ārtĭfĭcĭūm, făcūltās, scĭēntĭă, dōctrīnă, stŭdĭūm, *vel* fraūs, dŏlŭs. EPITH. mīră, sălūtāris, āptă, dīvīnă; ŏpĕrōsă, clāră, ĭmĭtātrix, mīrāndă, nŏvă, īngĕnĭōsă, sōllĭcĭtă, nōbĭlis, ăbjēctă, cĕlĕbris, dŏlōsă, vērsūtă. PHR. invēntrix ŏpĕrūm, īngĕnĭī fœtŭs. Nātūræ æmŭlă, ĭmĭtātrix. VERS. Quæ fœtūm nātūræ mātris ădūmbrăt. Nōn hæc hūmānis ŏpĭbūs, nōn ārtĕ măgīstrā Prŏvĕnĭūnt. Quis Dĕŭs hānc, Mūsæ, quis nōbis ēxtūdĭt ārtēm? *Ars pro fraude*, (Virg. 2, 152.) Dŏlis īnstrūctŭs, ĕt ārtĕ Pĕlāsgā. V. *Dolus.*

*artes liberales.* *invēntās aūt quī vītam ēxcŏlŭērĕ pĕr ārtēs*, V. 6, 63. EPITH. īngĕnŭæ, ēgrĕgĭæ, præclāræ, dōctæ. PHR. Mūsārūm ĕt Ăpōllĭnis ārtēs. VERS. His Pēctŏră mōllēscūnt, āspĕrĭtāsquĕ fŭgĭt. Īpsĕ sŭās ārtēs, sŭă mūnĕră lætŭs Ăpōllo, Aūgŭrĭūm, cĭthărāmquĕ dăbăt. ăddĕ quŏd īngĕnŭās dĭdĭcīssĕ fĭdēlĭtĕr ārtēs, ēmōllit mōrēs, nĕc sĭnĭt ēssĕ fĕrōs. Discĕ bŏnās ārtēs, mŏnĕō, Rōmānĕ jŭvēntŭs. Scīlĭcĕt īngĕnĭūm plăcĭdā mōllītŭr ăb ārtĕ. ēxcūdēnt ălĭī spīrāntĭă mōllĭŭs æră, Tū rĕgĕre īmpĕrĭō pŏpŭlōs, Rōmānĕ, mĕmēnto. Hæ tĭbi ĕrūnt ārtēs, ĕt vărĭōs ūsūs mĕdĭtāndo ēxcūdĕrĕt ārtēs.

*artes contemnere.* VERS. Jăcĕnt sĭnĕ laūdĕ Cămœnæ. Cūm cĭthără pāssim sprētūs Ăpōllŏ jăcĕt. Nēmŏ făvĕt stŭdĭis. Hæc sæcŭlă sūnt īngrātă; *vel* dūră Cămœnis. īpsĕ lĭcēt vĕnĭās Mūsis cŏmĭtātŭs, Hŏmērĕ, Sī nĭhil āttŭlĕris, ībis, Hŏmērĕ, fŏrās.

‖ ārsēnĭcūm, ī. EPITH. Dīrūm, ātrūm, grăvĕ. V. *Venenum.*

Ărtĕmīsĭă. *Mausoli, Cariæ Regis uxor, quæ viro defuncto tumulum superbum extruxit, Mausoleum appellatum, ejusque cineres vino commistos præ amore ebibit.* EPITH. Căstă, nōbĭlis, fōrtis, pŭdīcă, mœstă. PHR. Maūsōli cōnjūx, ūxŏr. Cārĭă Rēgīnă; *vel* vĭrāgo. VERS. Maūsōli cĭnĕrēs ūxŏr chārīssĭmă vīnō Cōmmīstōs bĭbĭt, ĕt tŭmŭlō mĕlĭōrĕ rĕcōndĭt, ŭt pōst fātă, īmō cōnjūx īn pēctŏrĕ vīvăt.

ărtĭcŭlātim. *Plāne ēxaūdīrī, dĭscērnīque ārtĭcŭlātim*, Lucr. 4, 459.

ărtĭcŭlo. *Mōbĭlĭs, ārtĭcŭlāt vērbōrŭm dædălă līnguă*, Lucr. 4, 555.

ărtĭcŭlŭs. *Nĕc prĕmĭt ārtĭcŭlōs lūcĭdă gēmmă mĕōs*, Ov. Ep. 15, 74. SYN. Dĭgĭtŭs. EPITH. Mōllis, mōllĭcŭlŭs, tĕnŭis, rŏsĕŭs, nĭtĭdŭs, cāndĭdŭs. VERS. āt



Digitized by Google

rĕdĭtūs jām quĭsquĕ sŭōs ămăt; ĕt sĭbĭ quid sit ūtĭlĕ, sōllĭcĭtīs sŭppŭtăt ărtĭcŭlīs. *Ovid.*

ărtĭfex, ĭcis. *ărtĭbŭs, ărtĭfĭci quæ nŏcŭērĕ sŭō?* Ov. Tr. 3, 14, 6. SYN. ŏpĭfex. EPITH. clārŭs, pĕrītŭs, mănŭālĭs, cĕlebris, vĭgĭl, mātūtĭnŭs, ingĕnĭōsŭs, nŏbĭlĭs, săgax, sōlers, præclārŭs, sōllĭcĭtŭs, mīrābĭlĭs. PHR. expĕrĭentĭă dŏcti ărtĭfĭcis. ēgrĕgĭŭs lăbŏr ărtĭfĭcis.

ărtŏcŏpŭs. *Sālvă sit ărtŏcŏpi rĕvĕrēntĭă: fingĕ tămēn tē,* Juv. 5. 72. SYN. Pistŏr.

ărtocrĕās, ătis.——*ŏlĕum, ărtŏcrĕāsquĕ pŏpēllo,* Pers. 6, 50. EPITH. Laŭtūm, ŏpĭmŭm.

ărtŭs, ŭŭm, ŭbŭs. *Mātūrā virgo, ĕt fingĭtŭr ărtŭbŭs,* (Alcaic.) SYN. Mĕmbră. EPITH. Rōbūsti, fŏrtēs, cădūcī, frăgĭlēs, mŏrĭbūndī, pūlchri, vălĭdī, fŏrmōsi, fēssī. PHR. Cŏrpŏrĭs ărtŭs. Māgni mĕmbrōrūm ărtŭs. VERS. Cōngrŭă rōbūstōs prōpōrtĭŏ cōllĭgĭt ărtŭs. Vĭrtūsque ărtŭs ănĭmōsă fătīgăt.

ărvīnă. *ărvīnā pingui, sŭbĭgūntque in cŏtĕ sĕcūrēs,* Virg. Æn. 7, 627. EPITH. Mōllĭs, pinguis, tĕnāx. PHR. ărvīnā tĕrgĕrĕ.

Ărvĭsĭŭm. *Vīnă nŏvūm fūndām călăthĭs Ărvĭsĭă nēctăr,* Virg. Ecl. 5, 71. *Promontorium Insulæ Chio vini optimi ferax.* Ărvĭsĭŭs, ă, ŭm.

ărūndĭfĕr, ă, ŭm. *Tibris ărūndĭfĕrūm mĕdĭō căpŭt ēxtŭlĭt ălveō,* Ov. F. 5, 637. SYN. ărūndĭnĭbŭs frĕquēns, tēctŭs, ŏpērtŭs.

ărūndĭnĕŭs. *Pāstŏr ărūndĭnĕō cārmĭnĕ mūlcĕt ŏvēs,* Ov. Tr. 4, 1, 12.

ărūndĭnōsŭs. *Quæque Ancōnăm; Cnidūmque ărūndĭnōsăm,* Catul. 36, 13. PHR. Mūltā ărūndĭnĕ crēbĕr, frĕquēns, vĭrēns, vĭrĭdāns, tēctŭs, ŏpērtŭs. Crēbĕr ărūndĭnĭbŭs.

ărūndo, ĭnis. *Lūdĕrĕ pār impăr, ĕquĭtāre in ărūndĭnĕ lōngā,* H. S. 2, 3, 248. SYN. ărēnă, călămŭs, cānnă. EPITH. flŭvĭālĭs, ūmbrōsă, ēxĭlĭs, dēfōrmĭs, pălūstris, prōcēră, frăgĭlis, lēvĭs, ăquātĭcă, flūmĭnĕă, ăquōsă, vĭrēscēns, vĭrēns, vĭrĭdĭs, nŏbĭlis, incōnstāns, ăgĭtātă, glaūcă. VERS. Ăgrēstēm tĕnŭī mĕdĭtābŏr ărūndĭnĕ Mūsăm. Ūtquĕ lĕvī Zĕphyrō grăcĭlis vĭbrātŭr ărūndo. Hic vĭrĭdēs tĕnĕrā prætēxit ărūndĭnĕ rīpās. Crēbĕr ărūndĭnĭbūs trĕmŭlīs ĭbĭ sŭrgĕrĕ lūcŭs.

ărūndo, *pro Fistulâ. ăgrēstēm tĕnŭī mĕdĭtābŏr ărūndĭnĕ Mūsăm,* Virg. Ecl. 6, 8.

ărūndo, *pro Sagittâ.——hærĕt lătĕri lēthālĭs ărūndo,* Virg. Æn. 4, 73. SYN. Săgittă, spĭcŭlŭm, tēlŭm, jăcŭlŭm. EPITH. Lēthālĭs, vŏlāns, vŏlucrĭs, lēvĭs, pēnnātă, strīdēns, ăcūtă. V. *Sagitta.*

Ărūns, ūntis. *Cōnjĭcit, ĕt sŭpĕrōs Ărūns sic vōcĕ prĕcātŭr,* Virg. Æn. 11, 748. VERS. Vātŭm māxĭmŭs ævō Ărūns, incŏlŭit dēsērtæ mœnĭă Lūnæ.

ărūspĕx, ĭcis.——*cēnsōre ŏpŭs ēst, ăn ărūspĭcĕ nŏbis?* Juv. 2, 121. *Vates, qui victimam immolatam in* arâ inspicit, *id est, ab extis victimæ rerum futurarum eventus discit.* SYN. Aūgŭr, vātēs. EPITH. Thūscŭs, Rōmānŭs, Ĕtrūscŭs, *à Thusciâ et Etruriâ reg. Italiæ*; săcĕr, vānŭs, vērŭs, fātĭdĭcŭs, ŏbscūrŭs, Phœbēĭŭs, tĕrrĭfĭcŭs, sōlērs, săgax, sēdŭlŭs, prōvĭdŭs, pĕrītŭs, ancĕps, mēndāx, incērtŭs, dŭbĭŭs, dīvīnŭs, lōngævŭs, sānctŭs, vĕnĕrābĭlis, prænūncĭŭs, sĭnistĕr. V. *Augur.*

ărūspĭcĭŭm. *Cōnjŭgio, ĕt discăt Pērsicum ărūspĭcĭŭm,* Cat. 89, 2. V. *Augurium.*

ărvŭm. *āntĕ Jŏvēm nūlli sŭbĭgēbānt ărvă cŏlōni,* Virg. G. 1, 125. EPITH. dūlcĕ, pinguĕ. VERS. fœcūndă sŭīs pūbēscūnt frūgĭbŭs ărvă. frūgĭfĕrĭs ēst insŭlă nŏbĭlĭs ărvĭs. flāvēntĭăque ărvă mēssĭbŭs. V. *ager.*

ărx, ărcis. *Aūdĭĕrăt, Tyrĭās ōlim quæ vērtĕrĕt ărcēs,* Virg. Æn. 1. 24. SYN. Mūnĭmĕn, vāllŭm, tūrrĭs, cāstrŭm, cāstēllŭm, prōpŭgnācŭlŭm. EPITH. Sūmmă, sŭpērbă, ăĕrĭă, ēlātă, inēxpūgnābĭlis, sūblīmĭs, ărdŭă, āltă, cēlsă, excēlsă, tūrrĭtă, tūrrĭgĕră, vălĭdă, fŏrtĭs, mūnītă, vāllātă, sŏlĭdă, sĕcūră. Māvŏrtĭă. PHR. ăd aūrās sūrgēns, ēdūctă sŭb aūrās. ūrbĭs tūtāmĕn, in āstră sūrgēns. V. *Turris.*

ās, āssis. m. *in trĭvĭis fixūm cūm sē dēmittit ŏb āssēm,* Hor. E. 1, 16, 64. VERS. Naūfrăgŭs āssēm dūm rŏgăt.

Ăscălăphŭs. *Vīdĕrăt Ăscălăphŭs: quēm quōndām dīcĭtŭr Orphnē,* Ov. Met. 5, 539. *Acherontis et Orphnes filius, qui Proserpinam prodidit, quòd decerptum ab arbore malum in inferis comedisset. Quare in bubonem, avem funestam, mutatus est,* Ovid. 5. Met. V. *Bubo.*

Ăscănĭŭs. *Æneæ filius et Creüsæ, Priami Trojanorum Regis filiæ. In Italiâ urbem Albam condidit.* SYN. Īlŭs, Iūlŭs, Ænĕĭdēs. EPITH. Rēgĭŭs, Dārdănĭŭs,

Digitized by Google

Trōiūs, dūlcis, bĭnōmĭnĭs, pūlchĕr, Ălbānŭs. PHR. Dārdănĭūs pŭĕr. Cŏndĭtŏr Ălbæ. Măgnæ spēs āltĕră Rōmæ. Dārdănĭūs nĕpōs Vĕnĕrĭs. VERS. ăt pŭĕr, Ăscănĭūs, cui nūnc cōgnōmĕn Iūlō āddĭtŭr, Ilūs ĕrāt dūm rēs stĕtĭt Ilĭă rēgnō, Virg. Æn. 1, 271.

āscĕndo, di, sum.——*ēt cēlsūm Būthrōti āscĕndĭmŭs ūrbēm*, Virg. Æn. 3, 293. SYN. Scăndo, cōnscĕndo. PHR. āscēnsū sŭpĕro, ēxsŭpĕro. Mōntēm āscēnsū vīncĕrĕ. Cūrsū pĕtĕrĕ ārdŭă mōntĭs. ēvādĕrĕ ăd sūmmi fāstĭgĭă mōntis. Mōntis in ārdŭă nīti. Pĕdĭbŭs sŭpĕrārĕ căcūmĭnă mōntis. in cœlūm tōlli, fĕrri. Sē tōllĕrĕ sūrsūm. Sēsē āttōllĕrĕ in aūrās. Sŭpĕrās ēvādĕrĕ in aūrās. VERS. Sūmmi fāstĭgĭă tēcti āscēnsū sŭpĕro. Inquĕ dŏmōs sŭpĕrās scāndĕrĕ cūră fŭĭt. ēt sē Prōtĭnŭs æthĕrĕă tōllĭt in āstră vĭā. V. *Cœlos Ascendo.*

āscĭă. SYN. Sĕcūris, bĭpēnnis.

‖ ăscisco, īvi, ĭtūm.—*Gĕnĕrūmque ăscīvĕrĭt ūrbi*, Virg. Æn. 11, 472. SYN. Vŏco, ădvŏco, cōnvŏco, āccērso, āccio, *vel* āscribo, ādjūngo. V. *Accerso.*

āscītŭs, ă, ūm. *āscītūm cōgnōmĕn*, Sil. 1. V. *Ascisco.*

Ascră. *Sērvāntēm pĕcŭdēs, vāllĭbŭs, Ascră, tŭis*, Ov. de Arte Amandi, 88. *Vicus Bœotiæ, juxta montem Heliconem: patria Hesiodi Poëtæ.* EPITH. Vĕtŭs, Pārnāssis, Hĕlĭcōnĭă.

āscribo. *Rēstăt ŭt āscrībāt lĭttĕră nōstră vălē*, Ov. Ep. 21. ult. SYN. Sūbscribo, āssigno, *vel* trĭbŭo, āttrĭbŭo, *vel* impōno, dō, *vel* ăscisco.

ăsĕllŭs. *āspĭce, ŭt aūrĭtŭs mĭsĕrāndæ sōrtĭs ăsēllŭs*, Ov. A. 2, 7, 15. V. *Asinus.*

Ăsĭă, regio.—*ēxtrēmis Ăsĭæ jām vīctŏr in ōris*, Virg. G. 2, 171. EPITH. Măgnă, pŏtēns, dīvĕs, lātă, spătĭōsă, fĕrāx, fœcūndă, ŏpŭlēntă, fērtĭlis. PHR. Tērră Ăsiæ, Ăsĭātĭcă tēllūs, ōră, rĕgio, plāgă.

Āsĭă. *Jām văriās pĕlăgi vŏlŭcrēs, ēt quæ Āsĭă circūm*, Virg. Geo. 1, 383. *Palus in Mysiâ. Hinc* Āsĭŭs, ă, ūm. VERS. Sŏnăt āmnis ēt Āsĭă lōngē Pūlsă pălūs. *Virg.*

Ăsĭăcŭs. *ēcquid ŭbi Ăsĭăcās cāsūrās āspĭcis ārcēs*, Ov. Met. 11, 586. SYN. Ăsĭătĭcŭs.

Ăsĭānŭs. *Hæc Ăsĭānōrūm vĕtĕra ōrnāmēntă Dĕōrūm*, Juv. 3, 213.

Ăsĭātĭcŭs. *Frīgŏrĭbŭs pīgrō vĕnĭūnt Ăsĭātĭcă fœtū*, Col. SYN. Ăsĭăcŭs.

Ăsĭlŭs. *Hoc œstro usa est Juno ad vexandam Io, quam Jupiter in vaccam mutaverat.* SYN. œstrūm. VERS. ēst, lūcōs Sĭlări circa, ilĭcĭbūsquĕ vĭrēntēm Plūrĭmŭs ālbŭrnūm vŏlĭtāns, cui nōmĕn ăsĭlō Rōmānum ēst, œstrōn Grāji vērtĕrĕ vŏcāntēs, āspĕr, ăcērbă sŏnāns, quō tōta ēxtērrĭtă sylvis Diffŭgĭūnt ārmēntă. *Virg.* G. 3, 147.

‖ ăsĭnīnŭs, ă, ūm. SYN. ăsĭnārĭŭs.

ăsĭnŭs. *Aūrĭcŭlās ăsĭni Mĭdă rēx hăbĕt, &c.* Pers. 1, 121. *Frequens est in Arcadiâ. Eo vectus Silenus Bacchi educator.* SYN. ăsĕllŭs. EPITH. Tārdŭs, vīlis, pĭgĕr, dēsĕs, ŏnĕrātŭs, inērs, bārdŭs, aūrītŭs, tūrpis, sēgnis, Ărcădĭcŭs, grāvis, rŭdēns, stŏlĭdŭs, ignāvŭs, vīllōsŭs. PHR. Ărcădĭūm pĕcŭs, āssĭdŭō vērbĕrĕ dŏmĭtŭs. Sīlēni vēctŏr ăsēllŭs. VERS. indŭĭtŭrque aūrēs tārdē grădĭēntis ăsēlli. Vĕnĕrăt ēt sĕnĭŏr pāndō Sīlēnŭs ăsēllō.

āspēcto, ās.—*ădvērsāsque āspēctăt dēsŭpĕr ārcēs*, Virg. Æn. 1, 424. SYN. Spēcto, āspĭcio.

āspēctŭs, ūs. *ōbstŭpŭit primo āspēctū Sīdōnĭă Dido*, Virg. Æn. 1, 617. SYN. Făcĭēs, vūltŭs, ōs, frōns, ŏcŭli, lūmĭnă, *vel* cōnspēctŭs, ōbtūtŭs. EPITH. grātŭs, bĕnīgnŭs, ămābĭlis, dūlcis, rĭdēns, sĕrēnŭs, ămīcŭs, hĭlăris, blāndŭs, plăcĭdŭs, cōmis, mītis, jūcūndŭs, lāscīvŭs, tērrĭbĭlis, fĕrōx, trūx, fĕrŭs, tōrvŭs, mĕtŭēndŭs, mĭnāx, sĕvērŭs, trŭcŭlēntŭs, hōrrĭdŭs, hōrrĭbĭlis, fōrmĭdābĭlis. VERS. Sic ĭstă vĕnūstō Splēndŭĭt āspēctū. Cŏlŏr āspēctū jām lūmĭnă pūlchrō. Lætō rĭdĕt āspēctū. Dūm văgŏr āspēctū, vīsūmquĕ pĕr ōmnĭă dūco. Sīstĕ grădūm, tēque āspēctū nē sūbtrăhĕ nōstrō. V. *Aspicio.*

āspĕr, ă, ūm. *Per Synæresin*, āspri. *āspĕrĭŭs nĭhĭl ēst hŭmĭli, cūm sūrgĭt in āltūm*, Claud. Eut. 1, 181. SYN. Scābĕr, *Metaph.* ăcērbŭs, dūrŭs, mŏlēstŭs, ārdŭŭs, diffĭcĭlis, grăvis, injūcūndŭs, ingrātŭs, *vel* cælātŭs. VERS. Cymbĭăque ārgēntō pērfēcta, ātque āspĕră signis Pōcŭlă. Rēbūsquĕ vĕni nōn āspĕr ĕgēnis. imprŏvīsum āspris *(pro asperis)* vĕlŭti qui sēntĭbŭs āngŭēm Prēssit.

āspĕrĭtas, ātis. *āspĕrĭtātis ēt invĭdĭæ cōrrēctŏr, ēt iræ*, Hor. Ep. 2, 1, 120. SYN. Scābrĭtĭēs, *vel* grăvĭtās. EPITH. Agrēstĭs, fĕrālis, hōstīlis, flēbĭlis, ăcērbă, intŏlĕrābĭlis, dūră, grăvis.

Digitized by Google

**ăspĕro, ās.** *ĕt glăcĭālĭs hĭĕms ăquĭlōnĭbŭs ăspĕrăt ūndās,* Virg. Æ. 3, 285. **SYN.** Dūro, indūro, *vel* ăcerbo.

**ăspĕrgo, is, si, sūm.**—*Hōc tū jūssōs ăspĕrgĕ săpōrēs,* Virg. Geo. 4, 61. **SYN.** Spārgo, rĭgo, pērfūndo. V. *Rigo.*

**ăspĕrgo, inis.** *ōbjĕctæ sălsā spūmānt ăspĕrgĭnĕ cautēs,* V. 3, 534.

**ăspērnŏr, āris.** *Nĕc Pēlūsĭăcæ cūram ăspērnābĕrĕ lēntis,* V. G. 1, 228. **SYN.** Spērno, tēmno, cōntēmno, fāstīdio, rēspŭo, nēglĭgo, ăbjĭcio, dēspĭcio. **PHR.** Pārvi, nĭhĭli dūco, æstĭmo, pēndo, făcio. Nōn cūro. Sŭpērbō fāstū rēspŭo. Grăvi vūltū fāstīdio, cōntēmno. **VERS.** Sōrdēnt tĭbĭ mūnĕră nōstră. Dēspēctŭs tĭbĭ sūm, nēc qui sim quæris Ălēxi. Mĕtūs ōmnēs, ĕt ĭnēxōrābĭlĕ fātūm Sūbjēcit pĕdĭbŭs. V. *Contemno.*

**ăspērnāndŭs, ă, ūm.** *Quōs bŏnŭs Ænēās haud ăspērnāndă prĕcāntēs,* Vir. Æn. 11, 106. **SYN.** ăspērnābĭlis, cōntēmnēndŭs, cōntēmptŭs, vīlis, ăbjēctŭs.

**ăspērsŭs, ă, ūm.** *Frāngĕrĕt ăd săxūm, sănĭēque ăspērsă nătārēnt,* Virg. Æn. 3, 625. **SYN.** Spārsŭs, pērfūsŭs.

**Ăsphāltītēs, æ. m.** *inque Ăsphāltīte ēst nĭgrāntĕ bĭtūmĭnĕ fūmāns,* Fill. *Lacus bituminosus, ubi Sodoma et Gomorrha urbes absorptæ.*

**ăspĭcio, ēxi, ēctūm.** *ēxtrēmō vĕnĭēns Sōl ăspĭcĭēbāt Ŏlȳmpō,* V. Æ. 7, 218. **SYN.** Vĭdĕo, tŭĕŏr, intŭĕŏr, cērno, cōnspĭcio, inspĭcio, rēspĭcio, spēcto, ăspēcto. **PHR.** ŏcŭlōs, lūmĭnă vērto, cōnvērto, flēcto, cōnjĭcio, fēro in; ŏcŭlōs vērto, vōlvo, ăd; ŏcŭlōs, tōllo, āttōllo, tēndo ăd; ŏcŭlōs, vūltūs ădvērto, ŏcŭlōs fīgo, dēfīgo, ŏcŭlis ăspĭcio, lūstro, pērlūstro. ŏcŭlis lēgo; pērlēgo, ŏbĕo, mētĭŏr, ŏcŭlis sĕquŏr, prōsĕquŏr. ŏcŭlōs hūc illūc vōlvo: Pēr sīngŭlă vōlvo, ōmnĭă circūm fērrĕ ŏcŭlōs. Pictūră ŏcŭlōs pāsco, recrĕo, rĕfĭcio. Cœlūm sūspĭcio, ŏcŭlōs ăd sȳdĕră tōllo, āttōllo, lūmĭnă cœlō. Fērrĕ ăd æthĕră vūltūs. ŏcŭlōs tērræ dēfīgo. Lūmĭnă fīxă tĕnērĕ sŏlō. Fīgĕrĕ lūmĭnă tērræ. ŏcŭlōs in hŭmūm dēflēctĕrĕ. **VERS.** Quāntum ăcĭē pŏtĕrānt ŏcŭli sērvārĕ sĕquēntēm. Quō sē cūmque ăcĭēs ŏcŭlōrūm flēxĕrăt. in quāmcūnquĕ dŏmūs ădvērti lūmĭnă pārtēm immēnsæ spēctāntŭr ŏpēs. Æquŏră prōspēctū mētĭŏr āltă mĕō. in te ŏră Lătīni, in te ŏcŭlōs rĕfĕrūnt. Cōnstĭtit, ātque ŏcŭlis Phrȳgia āgmĭnă circūmspēxit. Cōnstĭtit, ĕt Lĭbȳæ dēfīxit lūmĭnă rēgnis. Rēspĭcio, ĕt quæ sit mē circūm cōpĭă lūstro. Tālĭă dicēntēm jāmdūdum ăvērsă tŭētŭr. Tōrvă tŭēri. illă sŏlō fīxōs ŏcŭlōs ăvērsă tĕnēbāt. Cōrpūsquĕ pēr ingēns Lūmĭnă vōlvit, ŏbitquĕ trūci prŏcŭl ōmnĭă vīsū. Trēs littŏrĕ cērvōs Prōspĭcit ērrāntēs. ōmnēm ăccēssūm lūstrāns hūc ōră fĕrēbāt, ĕt illūc ōs ŏcŭlōsquĕ lŏquēntēs. Jāmdūdum, ĕt tōtūm lūstrābāt lūmĭnĕ cōrpŭs. Hæc sŭpĕr ē vāllō prōspēctānt Trōēs. ŏcŭlis spătium ēmēnsŭs. Cūnctīquĕ Lătīni Cōnvērtēre ŏcŭlōs. Tūrnŭs ăd hæc ŏcŭlōs hōrrēnda in virgĭnĕ fīxŭs. ōmnĭă circūm ōbsērvāns ŏcŭlis sĕdēt. ōbtūtūque hærēt dēfīxŭs in ūnō. ŏcŭlōrum ōrbēs ăd mœnĭă tōrsit. Hæc ŏcŭlis pătĕr ăspĭcit æquis. ăspēxit; părĭtērque ănĭmo ēst ŏcŭlisquĕ sĕquūtŭs. Mīrātŭr, făcĭlēsque ŏcŭlōs fērt ōmnĭă circūm. Lūmĭnă fīxă tĕnēs plēnă pŭdōris hŭmō. ădvērsāsque ăspēctāt dēsŭpĕr ārcēs. ĕt nūsquām lūmēn dētōrquĕt ăb illā. ēxplēri mēntēm nĕquit, ārdēscitquĕ tŭēndo. Lūmĭnăque in vūltū vĕlŭti dēfīxă tĕnēbām. ātque ănĭmum ātque ŏcŭlōs pictūrā pāscit ĭnāni. ātque ăcĭēm pārtēs dimīsit in ōmnēs. āltĕr in āltĕrĭūs jāctābānt lūmĭnă, vūltūm. Dūm văgŏr ăspēctū. Ænēāsque ŏcŭlis sēmpĕr vĭgĭlāntĭbŭs hærēt. illĕ quŏque ōbliquīs dirēcta ăd mœnĭă vūltūs Dēclīnāt. Cōnvērsi intēr se ŏcŭlōs ātque ōră tĕnēbānt. Cūm spēctēnt ănĭmālĭă cætĕră tērrām, ōs hŏmĭni sūblīmĕ dĕdit, cœlūmquĕ tŭēri Jūssit, ĕt ērēctōs ăd sȳdĕră tōllĕrĕ vūltūs. Hūc gĕmĭnās hūc flēcte ăcĭēs, hānc ăspĭcĕ gēntēm. Hūc illūc vōlvēns ŏcŭlōs, tōtūmquĕ pērērrăt Lūmĭnĭbūs tăcĭtis. V. *Video.*

**ăspĭdĭnŭs.** *Ficta ăspĭdĭnūm mēntĕ cūm vĭbrăt lĭnguām,* (Scaz.) **SYN.** ānguĭnĕŭs, ānguĭnŭs.

**ăspīrāmĕn, inis.** *Dā prĕcŏr ārtĭfĭci blānda ăspīrāmĭnă fōrmæ,* Val. Fl. 6, 465. **SYN.** ăspīrātio, āfflātŭs, hālĭtŭs.

**ăspīro.** *Vōs ō Călliŏpē prĕcŏr, ăspīrātĕ cănēnti,* V. Æ. 9, 525. **SYN.** āfflo, spīro, *vel* făvĕo, ŏpēm fĕro. **PHR.** ăspīrăt prīmō fōrtūnă lăbōri. Dii cœptis ăspīrātĕ mĕis: ăspīrātĕ cănēnti.

**ăspis, idis.** *ăspĭdēs, in mĕdĭis sitĭēbānt dīpsădēs ūndis,* Lucan. 9, 613. **SYN.** Sērpēns, ānguis. **EPITH.** Sōmnĭfĕră, Phărĭă, i. e. *Ægyptia,* lēthĭfĕră, siccă, vĕnēnōsă, lūbrĭcă, hōrrĭdă, tūrgĭdă, tŭmēscēns. **PHR.** ăspis fōrmīdābĭlis ictū. Tŭmĭdā cērvīcĕ mĭnāx. V. *Serpens.*

Digitized by Google

ăspŏrto.—*Nĕc tē cŏmĭtem ăspŏrtārĕ Crĕūsăm*, Virg. Æn. 2, 778. SYN. aūfĕro, ăvĕho.

ăssămĕntă. *Sănctĭŭs ērēxit, ătque ăssămĕntă, băsēsquĕ*, F.

ăssĕclă. *Vōs hŭmĭlī ăssĕclæ vōs indūlgēbĭtĭs ūnquăm*, Juv. 9, 41. SYN. Cŏmĕs, sŏcĭŭs, sĕctātŏr.

ăssĕctŏr, āris.——*Cum ăssĕctārētŭr, nūmquid vīs ? &c.* Hor. S. 1, 9, 7. SYN. Sĕquŏr, cŏmĭtŏr.

ăssĕcūtŭs. *Tāntŭm sĭt săpĭēntĭam ăssĕcūtŭs*, (Phal.)

ăssēnsŭs, ūs. *ēt vōx ăssēnsū nĕmŏrŭm ĭngĕmĭnātă rĕmūgĭt*, Virg. G. 3, 45. SYN. Cōnsēnsŭs. EPITH. Lībĕr, ŏptātŭs, grātŭs, cōmmūnĭs.

‖ ăssēntātio, ōnis. V. *Adulatio*.

ăssēntātŏr, ōris. *ăssēntātōrēs jŭbĕt ăd lūcrum īrĕ pŏētă*, Hor. A. Poët. 400.

‖ ăssēntiŏr, īris, ăssēnsŭs. SYN. ăssēntio, cōnsēntio, ānnŭo, ăstĭpŭlŏr.

‖ ăssēntŏr, āris. SYN. ădūlŏr, blāndĭŏr. V. *Adulor*.

ăssĕquŏr, ĕris. *ăssĕquĭtŭr, nĕc ŏpīnāntēm, &c.* Sil. SYN. Cōnsĕquŏr, ădĭpiscŏr, ăcquiro, păro, cŏmpăro. V. *Acquiro, vel Attingo*.

ăssĕr, ĕris. *Quī sĕquĭtŭr : fĕrĭt hīc cŭbĭtō, fĕrĭt ăssĕrĕ dūrō*, Juv. 3, 245. SYN. ăssĭs, ăssĕrcŭlŭs.

ăssĕro, ŭi, ĕrtŭm. *Scīlĭcĕt ăssĕrŭī jām mē fūgĭquĕ cătēnās*, Ov. Am. 3, 11, 3. SYN. ăffirmo, ăssĕvēro, jūro, *vel* vindĭco.

ăssērvo, ās. *Prædam ăssērvābānt*, Virg. Æ. 2, 763. SYN. Sērvo, cōnsērvo, tŭĕŏr, cūstōdĭo.

ăssĕvēro. *Prŏfĭtēbĭtŭr, jūrābĭt, ăssĕvērābĭt*, Scaz. SYN. ăffirmo, ăssĕro.

ăssībĭlo. *implōrāntem ănĭmām dŏmĭnĭs ăssībĭlăt ārĭs*, Stat. Th. 5, 588. SYN. Sībĭlo, sībĭlă rĕddo.

ăssĭdĕo, ăssēdī. *Tē mæstæ dĕcĕt ăssĭdĕrĕ mātrī*. (Phal.) SYN. Sĕdĕo, cōnsĭdĕo, ăssīdo, cōnsīdo ; jūxtā, prŏpĕ sĕdĕo.

ăssīdo, ĭs, ăssēdī. *Plaut. Ter.* V. *Assideo*.

ăssĭdŭē. *Hī bēllum ăssĭdŭē dūcūnt cūm gēntĕ Lătīnā*, Virg. Æn. 8, 55. SYN. ūsquĕ, cōntĭnŭō, sēmpĕr.

ăssĭdŭŭs. *ipsă quŏque ăssĭdŭō lābūntŭr tēmpŏră mōtū*, Ov. Met. 15, 179. SYN. Pĕrpĕtŭŭs, cōntĭnŭŭs, frĕquēns, dīlĭgēns.

ăssīgno. *Cŏmpōnūnt, ăgrōs ăssīgnānt, ŏppĭdă cōndūnt*, Hor. E. 2, 1, 8. SYN. ăscrībo, āttrĭbŭo.

ăssĭlio, ŭi, ūltŭm. *Cūm sæpe ăssĭlŭĭt dēfēnsæ mœnĭbŭs ūrbĭs*, Ov. M. 11, 526. SYN. ăssūlto.

ăssĭmĭlĭs. *ăssĭmĭlēmquĕ sŭī lōnga ăssuētūdĭnĕ fēcĭt*, Ov. Tr. 1, 5, 28.

ăssĭmĭlo. *Grāndĭă sī pārvīs ăssĭmĭlārĕ lĭcĕt*, Ov. Tr. 1, 6, 480. SYN. Sĭmĭlo, cōnsĭmĭlo, cŏmpăro, cōnfĕro, cŏmpōno. VERS. Sīc părvīs cŏmpōnĕrĕ măgnă sŏlēbăm. V. *Similis*.

ăssĭmŭlo. *ăssĭmŭlāvĭt ănūm, cūltōsque intrāvĭt in hōrtōs*, Ov. M. 14, 666. SYN. Fingo, sĭmŭlo.

ăssisto, ăstĭti. *Trādĭt ĕquūm cŏmĭtī, păribūsque ăssīstĭt in ārmīs*, Virg. Æn. 11, 710. SYN. ădsŭm, intērsŭm, ăsto.

ăssĭtŭs. *ātrĭă quid mĕmŏrēm vĭrĭdāntĭbŭs ăssĭtă prātīs ?* A.

‖ ăsso, ās. SYN. Tŏrrĕo. VERS. Sŭbjĭcĭūnt vĕrŭbŭs prūnās, ĕt vīscĕră tŏrrēnt. Dūm tūrdōs vērsăt in ignĕ. Pinguĭăque in vĕrŭbūs tōrrēbĭmŭs ēxtă cŏlūrnis.

ăssŏcio. *ăssŏcĭăt pāssūs, dŭbĭūm cuī dēxtĕr Ăpōllo*, Stat. Th. 8, 454. SYN. ădjūngo, cōnjūngo, āddo, sŏcĭūm dō.

ăssŏlĕt. SYN. Sŏlĕt, sŏlĭtūm ēst, mōs ēst.

ăssŏno, ŭi.——*Plāngēntĭbŭs ăssŏnăt ēchō*, Ov. Met. 3, 507. PHR. Sŏno sĭmĭl. Sŏnānti rēspōndĕo. V. *Echo*.

‖ ăssuēfăcio, fēci, făctŭm. SYN. Cōnsuēfăcio, dŏcĕo, ēdŏcĕo. PHR. Mōrēm fēcĕrāt ūsŭs.

‖ ăssuēsco, ēvi, ētŭm. *Plūrĭbŭs ăssuēvĭt mēntēm cōrpūsquĕ sŭpērbŭm*. M. SYN. Cōnsuēsco, sŏlĕo. Mĭhi mōs ēst. VERS. ădĕo ā tĕnĕrīs ăssuēscĕrĕ mūltum ēst. īllĕ mănūm pătĭēns, mēnsæque ăssuētŭs hĕrīlī. Pătĭēns ŏpĕrūm, pārvōque ăssuētă jŭvēntŭs. Tŭă cērnĕrĕ făctă ăssuēscăt. Virgĭnĭbŭs Tyrĭīs mōs ēst gēstārĕ phărētrăm. Fŏrtĭtĕr ēdīscō trīstĭă pōssĕ pătī. ătque hinc, ătque illinc hŭmĕrōs ăd vŭlnĕră dūrăt. Dūrāta ēst mūltō sōlĕ gĕlūque cŭtīs. Quō mōrĕ sŏlēnt. Rītus ĕt ā prīscō trādĭtŭs ēxtăt ăvō. Sēnsūmquĕ mălī dētrāxĕrăt ūsŭs.



Digitized by Google

ăssuētūdo, ĭnis. *Făc tĭbĭ cōnsuēscăt, nīl ăssuētūdĭnĕ mājŭs*, Ov. A. Am. 2, 345. SYN. Mōs, ūsŭs, cōnsuētūdo. EPITH. Lōngă, făcĭlis, ūtĭlis, tĕnāx. V. *Assuesco.*
ăssuētŭs. *Cōnjŭgĭs, ăssuētæ sēmpĕr ămārĕ vĭrūm*, Ov. Fast. 3, 498. SYN. Suētŭs, ăssuēfāctŭs, cōnsuētŭs. V. *Assuesco.*
ăssūltŭs, ūs. *ārtĕ lŏcum, ĕt vărĭis ăssūltĭbŭs īrrĭtŭs ūrgĕt*, Virg. Æn. 5, 442.
ăssūmo, sūmpsi, ptūm.——*Dīgnōs ăssūmĕrĕ prāvă*, Hor. S. 1, 6, 21. SYN. Căpio, ăccĭpio: mĭhi trĭbŭo, ărrŏgo.
ăssúo, ŭi, ūtūm. *ăssŭĭtŭr pānnŭs; cūm*——Hor. A. P. 16. SYN. Cōnsŭo.
ăssūrgo, ăssūrrēxi.——*Nōn cœptæ ăssūrgūnt tūrrēs, &c.* Virg. Æn. 4, 16. SYN. Sūrgo, cōnsūrgo, *vel* crēsco, ēxcrēsco, aūgĕŏr, *vel* cēdo. PHR. Sē tōllĕrĕ sūrsūm. VERS. Sĕptēmque ăssūrgĭt ĭn ŭlnās. āĕră pēr văcŭūm fērri, ātque ăssūrgĕre ĭn aūrās.
ăssŭs. *ĕt sĭmŭl ăssīs mīscŭĕrĭs ēlīxă*, Hor. S. 2, 2, 73. SYN. ăssātŭs, *vel* tōrrĭdŭs, sĭccŭs.
Āssȳrĭă, æ. *ēōque Ārăbēs, dīvĕs ĕt Āssȳrĭă*, Tib. 3, 2, 24. *Asiæ pars in imperio Persico.* EPITH. pŏtēns, fĕrāx.
Āssȳrĭŭs. *ālbă nĕque Āssȳrĭō fūcātŭr lānă vĕnēnō*, Virg. Geo. 2, 465.
ăst. *ăst ŭbi blāndĭtĭīs ăgĭtŭr nĭhĭl, hōrrĭdŭs īră*, Ov. M. 6, 8, 11. SYN. ăt, sĕd.
ăsto, ĭti. *Tūm mĭhi cærŭlĕŭs sūprā căpŭt āstĭtĭt ĭmbĕr*, V. E. 3, 194. SYN. Stō, ădsūm, præsēns sūm, intērsūm, ăssisto. PHR. Ædĭbŭs āstābăt. ārrēctis aūrĭbŭs ăstānt.
āstră. *ătquĕ Dĕōs ătque āstră vŏcăt crūdēlĭă mātĕr*, Virg. Æn. 5, 23. SYN. Stēllæ, sȳdĕră. EPITH. Cœlēstĭă, ignĕă, rădĭāntĭă, lūcĭdă, ārdēntĭă, nĭtĭdă, pūră, rŭtĭlă, pūlchră, rŏrāntĭă, insīgnĭă, cōnspĭcŭă, splēndĭdă, sūblīmĭă, nōctĭvăgă, ērrāntĭă, clāră, cœlĭvăgă, pĕrēnnĭă, văgă, aūrĕă, lūcēntĭă, flāmmĭgĕră, flāmmĭvŏmă, æthĕrĕă, trĕmŭlă. PHR. Æthĕrĕæ făcēs, tædæ. Sȳdĕrĕæ flāmmæ. āstrōrūm ignēs. Ætērni ignēs. Sīgnōrūm lūcēntēs ŭndĭquĕ flāmmæ. Sīgnōrūm flāmmĕŭs ōrdo. Ignēs æthĕrĕi, sȳdĕrĕi. Stēllæ lĭquĭdūm pĕr ĭnānĕ mĭcāntēs. Ǣthĕris ignēs. ignĕŭs āstrōrūm chōrŭs. Cœlĭvăgæ flāmmæ. Nōctĭvăgæquĕ făcēs cœli, flāmmæquĕ vŏlāntēs. Splēndēntĭă cœli Sȳdĕră. Nūllis ōbscūrātă tĕnebris. Cœlō fūlgēntĭă. Nōctĕ mĭcāntĭă. Nōctĭsquĕ ŏrĭēntĭă signă. VERS. Tōllēbānt rŭtĭlās āstră dĕcōră făcēs. Lūcēntēmquĕ glŏbūm Lūnæ, Tītānĭăque āstră. Quæ nōn ūnō sēmpĕr pĕr ĭnānĕ fĕrūntŭr Ōrdĭnĕ, nĕc cœlūm trānscūrrūnt pāssĭbŭs æquis. Stēllāsquĕ văgās mīrātŭr ĕt āstră Fīxă pŏlis. Quāntūm prœcēdit clāră mĭnōrēs Lūnă făcēs, quāntūmque ălĭōs prĕmit Hēspĕrŭs ignēs. Pōlŭs dūm sȳdĕră pāscĕt. Vōs ō clārissĭmă mūndi lūmĭnă, lābēntēm cœlō quæ dūcĭtis ānnūm. V. *Stella, Sydus.*
Āstræă. *ūltĭmă cœlēstūm tērrās Āstræă rĕlīquit*, Ov. M. 1, 150. *Jovis & Themidis filia, quam Poëtæ fabulantur aureo sæculo è Cœlo in terram migrâsse, & tandem mortalium sceleribus offensam cœlum repetisse.* SYN. Jūstĭtĭă. EPITH. Æquă, sānctă, inclȳtă, dīvīnă, ēxŭl, cœlēstis, prōfŭgă. VERS. Vīctă jăcĕt pĭĕtās, ĕt vīrgō cædĕ mădēntēs, ūltĭmă, &c.
Āstræŭs. VERS. āĕrăque ĕt tŭmĭdūm sŭbĭtis cōncūrsĭbŭs æquŏr Āstræi tūrbānt, Ĕt ĕūnt in prælĭă frātrēs. *Ovid.* M. 14, 543.
āstrictŭs. *dŏlōre āstrictūm pēctŭs*, Ov. A. A. 1, 361. SYN. Strictŭs, cōnstrictŭs.
āstrĭfĕr, ă, ūm. *Tōrquĕt, ĕt āstrĭfĕrōs inclīnăt Jūpĭtĕr āxēs*, St. Th. 8, 83.
āstrĭgĕr. *Cōmĭnŭs āstrĭgĕrōs Căpănĕŭs tōllēndŭs ĭn āxēs*, St. Th. 10, 228. SYN. Stēllĭfĕr, stēllātŭs.
āstringo, inxi, ictūm. *Sĕū dūrăt măgis, ĕt vēnās āstrīngit hĭāntēs.* SYN. Stringo, cōnstrīngo, lĭgo, cŏārcto, *vel* cōgo. PHR. ārctō nēxū, fīrmis vīnclis rĕtĭnĕo. Lăquĕō vīnclōquĕ tĕnāci, Nēctĕrĕ, Virg. G. 1, 91.
āstrŏlŏgŭs. *Bēllŭs grāmmătĭcŭs, bēllŭs ĕs āstrŏlŏgŭs*, Mart. 2, 7, 4. EPITH. Vĭgil, præsāgŭs, fātĭdĭcŭs, dŭbĭŭs, incērtŭs, mēndāx, nēscĭŭs, insōmnis, præscĭŭs, pērvĭgil, āttēntŭs, vĭgĭlāns, vērāx, săgāx, pĕrītŭs, ānceps. PHR. Cœli āstrōrūmquĕ pĕrītŭs. Cœli ōbsērvātŏr. Stēllārum āspĭcĭēns cūrsūm, cœlĭquĕ mĕātŭs. ōbsērvāns cūrsūm āstrōrūm. Cœli mēnsēs ĕt sȳdĕră signăt. VERS. Cœli mĕātūs Dēscrĭbit rădio ĕt sūrgēntĭă sȳdĕră dīcit. āstrōrum Ērrōrēsquĕ, sĭtūmquĕ dŏcĕt, flēxūsquĕ rĕcūrsūsque innŭmĕrōs. Sōlērti indāgĭnĕ nōvit, Quā vĕnit ēxŏrĭēns, quā dēficit, ŭndĕ cŏāctis Cōrnĭbŭs, in plēnūm mēnstrŭă Lūnă rĕdit. Quid Lūnă fĕrāt, quid æstŭs: Aūt quid sānguĭnĕō prænūncĭāt ignĕ Cōmētēs, Ārbĭtĕr. Stēllārum ōrtŭs cōmpĕrit ātque ŏbĭtŭs. Sȳdĕră cūnctă nŏtăt tăcĭtō lābēntĭă cœlō. Nēs

quicquām tibi prōdēst Āĕriās tēntāssĕ dŏmōs, ănĭmōquĕ rŏtūndūm Pĕrcūrrissĕ pŏlūm mŏritūrō. Vŭlgi crēdŭlĭtātĕ sĕquāci Ūtĭtŭr āstrŏlŏgūs, māgna ătque hŏrrēndă mĭnātŭr. Et certis signis plŭviās prædicit ĕt æstūs. V. *Philosophus.*

‖ āstrŏnŏmūs. V. *Astrologus.*

āstrūm. V. *Astra.*

āstrŭo, ūxi, ūctūm. *potiùs* ādstrŭo, *ĕt ādstrŭĕ fōrmæ*, Ov. A. A. 2, 119. SYN. Cōnstrŭo, ædifico, cōmpōno.

āstŭs, ūs. *cōnsĭlĭō vĕrsārĕ dŏlōs ingrĕssūs ĕt āstū*, Virg. 11, 704.

āstūtĭă. *Hinc instrūmēntis hūmāna ăstūtĭă nisū*, Tert. SYN. āstŭs, fraūs, dŏlūs, technæ, fāllācĭă, cāllĭdĭtās. EPITH. Vērsūtă, pāvĭdă, fāllāx, cāllĭdă, dŏlōsă, pērfĭdă, ĭnīquă, lătēns, tăcĭtă, căptĭōsă, sūbdŏlă, insĭdĭōsă, ĭnŏpīnă, ārcānă, dētēstāndă, sōlērs, săgāx, hŏstīlis, fictă. V. *Fallacia.*

·āstūtŭs. *Dixi ĕquĭdem, ĕt dīcō, căptēs āstūtŭs ŭbĭquĕ*, Hor. Sat. 2, 5, 23. SYN. Vērsūtŭs, văfĕr, cāllĭdŭs, caūtŭs, dŏlōsŭs. V. *Fallax.*

Āstyănāx, āctis. *ō mihi sōlă mĕi sŭpĕr Āstyănāctis ĭmāgo*, Virg. Æn. 3, 489. *Filius unicus Hectoris et Andromaches.* EPITH. infēlix.

Āstylŭs. *Āstylŭs ille ĕtiām mĕtŭēnti vūlnĕră Nēssō, Nĕ fŭge, ăd Hērcŭlĕōs, inquit, sĕrvābĕris ărcūs*, Ov. M. 12, 309.

ăsȳlūm. *ĕt jām pŏrtĭcĭbūs văcŭis, Jūnōnis ăsȳlō*, Virg. Æn. 2, 761. EPITH. infāmĕ, săcrūm, sēcūrūm, fēlix, ōptābĭlĕ, ōptātūm, quæsītūm, trānquĭllūm. VERS. Quō vĕlūt ăd tūtūm, cōnfūgĕrăt hōstis, ăsȳlūm. Hinc lūcūm quĕm Rōmŭlŭs ăcĕr ăsȳlūm Rĕtŭlit. Hic tăndēm cōncēde, hæc āră tŭēbĭtŭr ōmnēs.

ăt. *Dixit: ăt illă fŭrēns, ācrique incēnsă dŏlōrĕ*, Virg. Æn. 11, 709. SYN. ăst, sĕd, vērūm, āttămĕn.

Ătălāntă. *Nil ŏpŭs ēst Ătălāntă, tibi, fŭgĕ cōnjŭgis ūsūm*, Ov. Met. 10, 11, 6. *Schœnei filia, quam Hippomenes cursu vicit, jactis tribus pomis aureis, ut eam retardaret.* EPITH. Schœnis, cĭtă, vēlōx. PHR. Schœnēĭă virgo, pŭēllă. VERS. ēmĭcŭit pērnix, pŏpŭlō trĕpĭdāntĕ, virāgo. Ūt tŭlit Hippŏmĕnēs Schœnēĭdă, præmĭă cūrsūs.

Ătălāntă. *ārsit ĕt Œnīdēs in Mænălĭă Ătălāntă*, Ov. E. Phæd. ad Hippol. 9?. *Jasii, Arcadiæ Regis, filia, quæ prior Calydonium aprum percussit, meruitque hoc insigni facto Meleagrum Calydoniæ Regem habere conjugem.* EPITH. Fŭgāx, Călȳdōnĭă, Mĕlĕāgrĭă, Ārcădĭă, Nōnācrĭă. PHR. Vēnātrix Ārcădĭcă, Pārrhăsĭă virgo.

ătăvŭs. *Tūrnŭs ăvis ătăvisquĕ pŏtēns ;* Virg. Æn. 7, 56. V. *Avus.*

ātĕr, ă, ūm. *Călcŭlŭs immĭtēm dīmittĭtŭr ātĕr in ūrnām*, Ov. Met. 15, 44. SYN. Nīgĕr, fūscŭs, nigrāns, nigrēscēns, fūlĭgĭnĕ tēctŭs. V. *Niger.*

Ăthămās, āntis. *Hūnc ăvŭs, hūnc Ăthămās, hūnc cætĕră tūrbă sŭōrūm*, Ov. Met. 3, 564. *Thebarum Rex, filius Æoli, maritus Nepheles ; pater Phryxi et Helles. Duxit postea Ino, ex quâ Learchum et Melicertem habuit. Phryxus et Helle, à novercâ malè accepti, aureo Ariete conscenso fugerunt : Athamas autem eò furoris devenit, ut Learchum saxo illiserit : Ino verò et Melicertes se in mare projecerunt.* EPITH. infēlix, tōrvŭs, crŭēntŭs, mīsĕr, insānŭs, fĕrōx, fŭrēns. VERS. Hīc ăgĭtūr fŭrĭis Ăthămās, sūb ĭmāgĭnĕ fālsā. *Quia Ino leænam, ejusque filios catulos putabat*, Ovid.

Ăthămāntæŭs, ă, ūm. *Inōōsquĕ sĭnūs Ăthămāntæōsquĕ pĕrērrānt*, Ov. Met. 4, 13, 94. SYN. Ăthămāntĭădēs, Ăthămāntis, ĭdis.

Ăthēnæ. *Quid Pāndīŏnĭæ rēstānt nisi nōmĕn Ăthēnæ ?* Ov. M. 15, 430. *Urbs totius Græciæ celeberrima, in Atticâ Regione, à Cecrope Rege condita, cujus deinde Reges præcipui Erechtheus, Mopsus, Pandion, Ægeus, Theseus. Palladi sacra erat, quæ Græcè* Ἀθήνη, *dicitur.* EPITH. Clāræ, bŏnæ, Pāllădĭæ, Cecrŏpĭæ, Ērichthēæ, Mōpsōpĭæ, Thēsēæ, dōctæ, sūblīmēs, illūstrēs, vĕtĕrēs, Grājæ, cĕlĕbrēs, āltĭlŏquæ, āntīquæ, flōrēntēs. PHR. Mūsārūm ūrbs, nūtrix. Mūsārūm dŏmŭs. ūrbs stŭdĭis clārissĭmă. āltĕră Rōmă. Pāllădis, *vel* Trītōnĭdŏs ārcēs. ārcēs Cecrŏpĭæ. Cecrŏpĭi pōrtūs. ārtĭbŭs illūstrēs. ūrbs āddictă Mĭnērvæ. Dictæ ā Pāllădĕ tērræ. Glōrĭă Græcōrūm. ārcēs queis Pāllās præsĭdĕt.

Ăthēnæŭs. *ēst ĕt Ăthēnæis in mœnĭbŭs, ārcis in ipsō*, Lucr. 6, 749. SYN. Cecrŏpĭŭs, Pāndīŏnĭŭs, Pāllădĭŭs. V. *Athenæ.*

‖ Ăthēnæūm. EPITH. Dōctūm, cĕlĕbrĕ.

‖ Ăthēnĭēnsĭs, ĭūm. SYN. Cecrŏpĭdæ, Thēseidæ, Ērichthæi, Cecrŏpĭi. Āttĭci. V. *Athenæ.* EPITH. Fōrtēs, gĕnĕrōsi, dōcti, lĕvēs, făcūndi, lŏquācēs, mēndācēs.



Digitized by Google

ăthlētă, æ. m. *Nūnc ăthlētārūm stŭdĭīs, nūnc ărsĭt ĕquōrūm*, Hor. Ep. 2, 1, 95. SYN. Pŭgil, lŭctātŏr, glădĭātŏr. EPITH. Gymnicŭs, lēnis, intrĕpĭdŭs, lăcertōsŭs, nĕrvōsŭs: măgnănĭmŭs, pŏtēns, ūnctŭs, aŭdāx, rōbūstŭs, fĕrŭs, sævŭs, immĭtis, hŏrrēndŭs, sānguĭnĕŭs, răbĭdŭs, crŭēntŭs, fĕrōx, atrōx, impĕrtĕrrĭtŭs. PHR. Pŏtēns ăthlētă lăcertis. ācĕr in hŏstēm.

Ăthōs, *vel* Ăthōn. *Quāntŭs Ăthōs, aŭt quāntŭs Ĕrўx*, &c. Virg. Æn. 12, 701. *ūtque aĭūnt mōntēs Ætnæ ōmnēs, ăspĕri Ăthōnēs*, Lucil. *Mons inter Macedoniam et Thraciam, quem Xerxes abscidisse fertur, et navibus fecisse pervium.* EPITH. Văstŭs, Æmŏnĭŭs, prærŭptŭs, sălebrōsŭs, glăcĭālis, vēlĭfĭcātŭs, măgnŭs, ēxcēlsŭs, sūblimis. VERS. Crēdĭtŭr ōlim Vēlĭfĭcātŭs Ăthōs. *Juv.*

Atlāntĭăcŭs. *Tālis Ătlāntĭăcō quōndām bālænă prŏfūndō*, Aus. Mosel. 144.

Atlāntĭădēs, æ. m. *Vēnit Ătlāntĭădēs pŏsĭtis cădūcĭfĕr ălis*, Ov. M. 8, 627. SYN. Mĕrcŭrĭŭs. V. *Mercurius.*

Atlāntĭcŭs. *ēt sŭbĭt Ætōlŭs Ătlāntĭcŭs ăccŏlă cāmpōs*, Sil. 10, 185. SYN. Atlāntĭăcŭs, Atlāntæŭs.

Atlāntĭdēs, ūm. f. *Sōlis ĕt ădvērsōs mĕtŭūnt Ătlāntĭdēs ōrtūs*, Col. EPITH. Eōæ, imbrĭfĕræ. V. *Pleiades.*

Atlās, āntis. *Quāntŭs ĕrāt mōns făctŭs Ătlās.*——Ov. Met. 4, 657. *id mĕtŭēns sŏlĭdis pōmārĭă claūsĕrăt Ătlās*, Ov. Met. 4, 646. *Rex Mauritaniæ in Africâ, Astronomiæ peritissimus, unde Cœlum humeris gestare creditus est. Conversum etiam fingunt in Montem sui nominis, adeò excelsum, ut cœlum fastigio fulcire videatur.* EPITH. Cœlĭfĕr, vălĭdŭs, fŏrtis, ărdŭŭs, prŭīnōsŭs, gĕlĭdŭs, Maŭrūsĭŭs, Maŭrŭs, Lĭbycŭs, Āfrĭcŭs, pīnĭfĕr, sūblimis, ăstrĭfĕr, ăspĕr, ŏccĭdŭŭs, nūbĭfĕr, măgnŭs, āltŭs. PHR. Hŭmĕris cœlūm qui sūstĭnĕt. Quī cœlūm vērticĕ fŭlcit. Tāngēns vērtĭcĕ cœlūm. Căpŭt intĕr nūbĭlă cōndēns. āĕrĭis qui fĕrit ăstră jŭgis. Hŭmĕris quī sūstĭnĕt ăstră. Hŭmĕrōs ŏnĕrātŭs Ŏlympō. ăstrōrūm pōndĕrĕ prēssŭs. VERS. ēt fēssōs ēxcĭpit āxēs Ătlās sūbdūctō trāctūrŭs vērtĭcĕ cœlūm. ēt lătĕra ărdŭă cērnit Ătlāntis dūri. ŭbī stēllĭfĕr Ătlās Āxem hŭmĕrō tŏrquēt stēllis ārdēntĭbŭs āptūm. V. *Mons.*

ătŏmŭs, i. f. *Pārvārūm sĕrĭē cōnstānt cōnnēxa ătŏmōrūm*, A. EPITH. Lēvis, vŏlĭtāns, pārvă, tĕnŭis.

ătquĕ. *ătquĕ Dĕōs, ătque ăstră vŏcăt crūdēlĭă mātĕr*, Virg. Ecl. 5, 23. SYN. ăc, ĕt, quĕ.

ătqui. *invērtīssĕ grăvēs, ătquī nōn Mŭsĭcă Băcchi*, Virg. Ecl. 5, 326. SYN. Sĕd, ăt, ĕt ĕnim, sĕd ĕnim, ăst, vērūm.

ătrāmēntūm. *ātrāmēntă, fĕrĕ scrīptōrēs cārmĭnĕ fœdō*, Hor. Ep. 2, 1, 236. SYN. Sēpĭă, sūccŭs ātĕr. EPITH. Nigrūm, splēndēns.

ātrātŭs, ă, ūm. *Sōlis ĕt ătrātis lūxĕrit ōrbis ĕquis*, Propert. 3, 5, 34. SYN. ātĕr, *vel* ātrā vēstĕ indūtŭs.

Ătrĕŭs, *sæpius* Ātreŭs.——*idēm Pĕlŏpēĭŭs Ătreŭs?* Ov. Ep. 8, 27. *Filius Pelopis ex Hippodamiâ, nepos Tantali, Mycenarum in Achaiâ Rex: maritus Europæ, frater Thyestæ ac pater Agamemnonis et Menelai. Ut incestum fratris Thyestæ cum Europâ ulcisceretur, filium ex hoc incestu natum ei epulandum apposuit; quod scelus impium Sol detestatus, retro dicitur aufugisse.* SYN. Tāntălĭdēs: Thyēstæ frātĕr: Pĕlŏpēĭŭs hērōs. EPITH. Fĕrŭs, dīrŭs, nĕfārĭŭs, bārbărŭs, immānis, trŭcŭlēntŭs, pērfĭdŭs, atrōx, sānguĭnĕŭs, sūbdŏlŭs, insĭdĭōsŭs, inhūmānŭs, hŏrrēndŭs, crŭēntŭs, crūdēlis, fŭrēns, fĕrōx. PHR. Ŏb cūjŭs crīmĕn, cōnvērsō trāmĭtĕ Phœbŭs Cārpsit ĭtĕr; Nē sŭă tām tūrpi præbĕrĕt lūmĭnă făctō.

Ătrĕŭs, ă, ūm. *ī prĕcŏr, Ătrĕī si quid tĭbĭ sānguĭnis ūnquām*, St. Th. 8, 745.

Atrīdēs, æ; & Atrīdæ, ārūm. *ārsit Ătrīdēs mĕdĭo in trĭūmphō*, Hor. Od. 2, 4, 7. *Quīn ĕt Ătrīdās dŭcĕ tē sŭpērbōs*, ib. 1, 10, 13. EPITH. Gĕmĭnŭs, fŏrtis, măgnănĭmŭs, gĕnĕrōsŭs, clārŭs, grăvis. PHR. Ārgīvūm lūmĕn. Trōjæ pŏpŭlātŏr. Græcōrūm glōrĭă quōndām.

ātrĭūm. *Pōrtĭcĭbŭs lōngis, fŭgĭt, ĕt văcŭa ātrĭă lūstrăt*, Virg. Æn. 2, 528. SYN. Pōrtĭcŭs, vēstĭbŭlūm, līmĕn. EPITH. Ærātūm, mārmŏrĕūm, pūlchrūm, fŭlgĭdūm, sūblīmĕ, nōbĭlĕ, lātūm, spătĭōsūm, măgnĭfĭcūm, nĭtĭdūm, ēxĭmĭūm, præclārūm, nĭtēns.

atrōcĭtĕr. *Liquĭt in ignōtis mŏrĭtūram ătrōcĭtĕr ōris*, Man. SYN. Crūdēlĭtĕr, fĕrōcĭtĕr.

Ătrŏpŏs. *Ătrŏpŏs ĕt Lăchĕsis jūngēbānt stāmĭnă dictis*, Claud. *Una Parcarum, Erebi et Noctis filia. Immutabilem sonat, ab ἀ et τρέπω, verto.* EPITH. Im-

Digitized by Google

mūtābĭlĭs, dūră, fūnēstă, crūdēlis, immītĭs, īnēxōrābĭlĭs. PHR. Nēscĭă flēcti. VERS. Hōs fērrĕă nōvĕrăt ānnōs Ătrŏpŏs. Vitæ fātālĭă stāmĭnă rūmpĭt. Dūră mihi răpĭt Ătrŏpŏs ānnōs. V. *Parcæ.*

atrōx, ōcis. *Ĕcce ĭnĭmīcŭs ătrōx māgnō strīdōrĕ pĕr aūrās*, V. Geo. 1, 407. SYN. Dīrŭs, crūdēlĭs, immītĭs, bārbărŭs, ĭnhūmānŭs, fĕrōx, āspĕr.

āttāctŭs, ūs. *Vōlvĭtŭr āttāctū nūllō fāllĭtquĕ fŭrēntĕm*, Virg. 7, 350. SYN. Tāctŭs, cōntāctŭs.

Āttălĭcŭs. *Nēc sĭt ĭn Āttălĭcō mōrs mĕă nīxă tŏrō*, Prop. 2, 13, 22. SYN. Pĕrgămēŭs.

Āttălŭs. Hor. Od. 2, 185. *Pergami in Asiâ Rex ditissimus, et aulæorum seu tapetum habitus inventor.* EPITH. Pērgămēŭs, dīvĕs, pŏtēns.

āttămĕn. *Nīl bĕnĕ cūm făcĭās făcĭs āttămĕn ōmnĭă bēllĕ*, Mart. 2, 7, 7. SYN. Vērūm, tămĕn, ăt, āst, sĕd.

āttēndo, di, tūm. *nūllo āttēndĕntĕ dĕōrŭm*, Sil. 8, 590. SYN. intēndo, aūdĭo, ădvērto, aūscūlto. PHR. Dictis ādvērtĕrĕ mēntĕm. Vōcĭbŭs aūrēs āccōmmŏdārĕ, præbērĕ. Mēntĕm ādjĭcĕrĕ. Dictă ănĭmis fīgĕrĕ, dēfīgĕrĕ. VERS. Paūcis (ādvērtĕ) dŏcēbo. Quōd si quis mŏnĭtis tārdās ādvērtĕrĭt aūrēs. Cōrdă părūmpĕr Hūc ādvērtĕ lĭbēns. Āccĭpĭte ĕrgo ănĭmis, ātque hæc mĕă fīgĭtĕ dictă. Nōstrām nūnc āccĭpĕ mēntĕm. Si nōstris præbērĕ văcăt tĭbi cāntĭbŭs aūrēs. Īncĭpĕ, sūspēnsis aūrĭbŭs istă bĭbām. His ănĭmum ārrēcti dictis. Ārrēctis aūrĭbŭs ādstăt. Cōntĭcŭērĕ ōmnēs, īntēntīque ōră tĕnēbānt. Nārrāntis cōnjūx pēndĕt ăb ōrĕ viri. Quæ dicam ănĭmis ādvērtĭtĕ vēstris. Tū te āttēntūm dictis præbērĕ mĕmēnto. Ălĭō mēntēs, ălĭō dīvīsĭmŭs aūrēs. Făvētĕ linguis, cārmĭnă nōn prĭŭs aūdītă, Virgĭnĭbŭs pŭĕrīsquĕ cānto. V. *Audio.*

āttēntŭs. *vērbă pĕr āttēntām nōn ībūnt Cæsărĭs aūrĕm*, Hor. S. 2, 1, 19. *āspĕr ĕt āttēntŭs quæsītĭs*, ib. 2, 6, 82. PHR. āttēntă mēntĕ sĭlēns. āttēntis hærēns ănĭmis.

āttĕnŭo. *Dēbŭĕrānt lūctūs āttĕnŭārĕ tŭōs*, Ov. ad Liv. 342. SYN. Tĕnŭo, ēxtĕnŭo, immĭnŭo, dīmĭnŭo.

āttĕro, āttrīvi, ītūm.—*sūrgēntēs āttĕrăt hērbās*, Virg. Geo. 4, 12. SYN. Tĕro, prōtĕro, cōntĕro, călco, cōncūlco, prōculco.

āttēxo, xŭi, xtūm. SYN. āddo, ādjūngo, ānnēcto, āpplĭco.

Ātthĭs, ĭdis. *Ātthĭdĕs ĭn nīdis ūnă rĕmānsĭt ăvis*, M. 5, 68. V. *Philomela.*

Āttĭci. V. *Athenæ.* EPITH. Fōrtēs, gĕnĕrōsi, dōcti, lĕvēs, făcūndi, lŏquācēs, mēndācēs.

āttĭgŭŭs. *Gūrgĭtis āttĭgŭām mĕdĭis hinc impĭgra in ārvis*, Am. SYN. Cōntĭgŭŭs, prōxĭmŭs, vīcīnŭs.

āttĭnĕo, ŭi. *Cērvīcĕ tingĕt, tĕ nĭhĭl āttĭnĕt*, (Alcaic.) SYN. pērtĭnĕt, spēctăt. PHR. ăd mē āttĭnĕt.

āttingo, tĭgi, āctūm. *Lībāvĭt quādrŭpĕs nēc grāmĭnis āttĭgĭt hērbām*, V. Ecl. 5, 26. SYN. Tāngo, pērtingo, vĕnĭo, āccēdo.

āttōllo, sūstŭli, sūblātūm. *āttōllĭtquĕ glŏbōs flāmmārum ĕt sīdĕră lāmbĭt*, V. Æn. 3, 574. SYN. ērĭgo, ēvĕho, ēffĕro, tōllo, fĕro.

Āttĭlă, æ. m. EPITH. Dīrŭs, sævŭs, fĕrōx, impĭŭs, săcrĭlĕgŭs.

āttŏnĭtŭs. *Gūttă pĕr āttŏnĭtās ībăt ŏbōrtă gĕnās*, Ovid. SYN. Tērrĭtŭs, pērcūlsŭs, stŭpĕfāctŭs, stŭpēns. V. *Territus, Obstupefactus.*

āttŏno, ŭi. *Nūmĭnĕ cōntāctās āttŏnŭērĕ sŭō*, Ov. Ep. 4, 50.

āttrăho, āttrāxi, ctūm. *tālĕ nĕmŭs vātēs āttrāxĕrăt*, Ov. M. 10, 143. SYN. āllĭcĭo, trăho.

āttrēcto, ās. *mē bēllo ē tāntō dīgrēssūm ĕt cædĕ rĕcēnti āttrēctārĕ nĕfās*, Virg. Æn. 2, 719. SYN. Trācto, pālpo.

āttrĭbŭo, ŭi, ūtūm. *āttrĭbŭĭt, tōtūmque hŏmĭnis pĕr sīdĕră cēnsūm*, Man. SYN. Trĭbŭo, āssigno, āddīco, āscrībo, cōncēdo.

āttrĭbūtŭs. *Pōssis, sŭŭs cuique āttrĭbūtŭs ēst ērrŏr.* (Scaz.)

āttrītŭs. *ĕt grăvis āttrītā pēndēbăt cānthărŭs ānsā*, Virg. Ecl. 6, 17. SYN. Trītŭs, prōtrītŭs, călcātŭs.

Ātys, ys.—*ĕrăt Īndŭs Ātys, quēm flūmĭnĕ Gāngĕ*, Ov. Met. 5, 47. *Dēquĕ vĭrō fīās nēc vir, nēc fœmĭna ŭt Ātys*, Id. *Puer Phrygius, filius Sangarii fluvii, à Cybele deamatus. Cùm votum castitatis, quo se huic Deæ obstrinxerat, violasset, furore correptus seipsum excastravit; postea in pinum arborem mutatur.* EPITH. Cybēlēĭŭs, Bĕrĕcўnthĭŭs, *à Berecyntho monte Phrygiæ.* Phrўx, sēmi-



Digitized by Google

vir, tĕnĕr, pulchĕr, vĕnūstŭs, rŏsĕŭs, cāndĭdŭs, lāctĕŭs, dĕcōrŭs. PHR. Sāngŭĭnĕŭs pŭĕr.

ăvārĭtĭă, *vel* ăvārĭtĭēs. *Fervĕt ăvārĭtĭā, mĭsĕrāquĕ cŭpīdĭnĕ pĕctŭs*, Hor. *Dēnĭquĕ ăvārĭtĭēs, ĕt hŏnōrūm cæcă cŭpido*, Lucr. 3, 59. EPITH. Cŭpĭdă, crŭēntă, hĭāns, tābĭdă, trīstĭs, sōllĭcĭtă, tūrpĭs, fœdă, īnēxplētă, sĭtĭbūndă, ārdēns, mĭsĕră, lānguĭdă, răbĭdă, indĭgă, īnsōmnĭs, cæcă, fŭrēns, irrĕquĭētă, vĭgĭl, pērvĭgĭl, răpāx, pārcă, ĕgēnă, indignă, sævă, trūx, fĕrōx, mălĕsānă. PHR. Nūmmōrūm, *vel* aūri sĭtĭs, cŭpĭdo, fămēs, ŏpūm fŭrĭōsă cŭpĭdo. ămŏr immŏdĕrātŭs, vēsānŭs hăbēndi. Tūrpĭs ămŏr nūmmi. Fŭrŏr ēxĭtĭālĭs hăbēndi. Aūri impĕrĭōsă fămēs. Aūri cæcŭs ămŏr. Trīstĭs ăvārĭtĭæ răbĭēs. Aūri vēsānă cŭpĭdo. Ŏpūm dīră fămēs. Vīlĭs ăvārĭtĭa, ĕt nūmmōrūm fœdă lĭbido. Īnēxplētæ pāllŏr ăvārĭtĭæ. VERS. Quid nōn mōrtālĭă pēctŏră cōgĭs, Aūri săcră fămēs? Crēscit ămŏr nūmmi quāntum ipsă pĕcūnĭă crēscit. Mōrtēmquĕ tĭmērĕ Aūri nēscit ămŏr. Ērgō sōllĭcĭtæ tū caūsă pĕcūnĭă vītæ ēs. Pĕr te immātūrūm mōrtĭs ădĭmŭs ĭtĕr. Īnsătĭābĭlĕ mōnstrūm, Ŏrcŭs ăvārĭtĭam Stўgĭĭs ēmĭsit ăb āntris. Gērmāna Hārpўĭĭs făcĭēs incūltă sĭtūquĕ Trīstis, hĭānt rīctŭs, tĕtrĭcĭs frōns āspĕră rūgis. Ōră fămē pāllēnt, cōrpŭs mĭsĕrābĭlĕ cūræ Āttĕnŭānt, vīrŭs prōmptam in pērjūrĭă lingŭām īnfĭcĭt, ĕt trĕpĭdam ēxĕrcēnt insōmnĭă mĕntēm. Prōdĭgă nām vītæ sĭtĭs insătĭābĭlĭs aūri. V. *Avarus*.

ăvārŭs. *Sēmpĕr ăvārŭs ĕgĕt, cērtūm vōtō pĕtĕ fīnēm*, Hor. Ep. 1, 2, 56. ab *Aveo*. SYN. Pārcŭs, tĕnāx, sōrdĭdŭs. EPITH. Mēndīcŭs, paūpĕr, vĭgĭl, tūrpĭs, sōrdĭdŭs, sōllĭcĭtŭs, īnsătĭābĭlĭs, cŭpĭdŭs, mĭsĕr, infēlix, lānguĭdŭs, infāmĭs, dīvĕs, răbĭdŭs, sĭtĭbūndŭs, ĕgēnŭs, ĕgēns, trīstĭs, īnēxplētŭs, mĭsĕrāndŭs, pāllĭdŭs, ārdēns. PHR. Aūri quēm dīră cŭpĭdo Sōllĭcĭtăt. Cui pēctŭs, fērvĕt ăvārĭtĭā. Quēm nōctēs ātquĕ dĭēs fērvēns ămŏr ūrgĕt hăbēndi. Aūri inflāmmātŭs ămōrĕ. Qui ămōrĕ sĕnēscĭt, tābēscĭt, hăbēndi. Lucri cŭpĭdĭnĕ fērvēns. Cŭmŭlāndi ārdōrĕ æstŭăt, tābēscĭt. VERS. Nūmmōs Nūmĭnĭs īnstăr hăbĕt intĕr ŏpēs mēndīcŭs ŏpūm. Tūrpĭs ăvārŭs Quærĭt, ĕt invēntis mĭsĕr ābstĭnĕt, āc tĭmĕt ūti. Cōngēstō paūpĕr in aūrō, Sēmpĕr ĭnŏps, ĕt ămŏr cui sēmpĕr crēscit hăbēndi. Cōndit ăvārŭs ŏpēs, dēfōssōque incŭbăt aūrō. Nōn Tārtēssĭăcĭs illūm sătĭārĕt ărēnĭs Tēmpēstās prĕtĭōsă Tăgi, nōn stāgnă rŭbēntĭs Aūrĕă Pāctōli: tōtūmque ēxhaūsĕrit Hērmūm, Ārdēbit mājōrĕ sĭti. Pārcūm gĕnŭs ēst, pătĭēnsquĕ lăbōrūm. Quæsĭtīquĕ tĕnāx, ĕt quōd quæsĭtă rĕsērvĕt.

*Comparatio Avari cum Hydropico.*

Creverunt et opes, et opum furiosa cupido:
 Et, cùm possideant plurima, plura petunt.
Sic quibus intumuit suffusâ venter ab undâ,
 Quò plùs sunt potæ, plùs sitiuntur aquæ. *Ov. F.* 1, 211.

aūcēps, aūcŭpĭs.——*fămŭlŭs nūnc aūcŭpĭs īdēm*, Mart. 14, 216. EPITH. Cāllĭdŭs, vērsūtŭs, insĭdĭōsŭs, fāllāx, vĭgĭl, vĭgĭlāns, pēllāx, āstūtŭs, prōmptŭs, sōlērs, dŏlōsŭs, ăbdĭtŭs, pērvĭgĭl, immōtŭs, ăvĭdŭs, impĭgĕr, prŏpĕrŭs, sŭbdŏlŭs, insōmnĭs. PHR. Aūcŭpĭi dōctŭs, pĕrītŭs. Fāllācēs tēndēns lăquĕōs. Vŏlŭcrūm, ăvĭūm vēnātŏr. Vŏlucrēs fāllēns lăquĕis, viscōquĕ tĕnāci. Qui cāntū dēlūdit ăvēs. Qui fīctæ vŏlucrēs dēlūdit ĭmāgĭnĕ vōcis.

aūctŏr, ōris. *ŏptĭmă tū prŏprĭī nōmĭnĭs aūctŏr, ĕrĭs*, Ov. F. 5, 194. SYN. Suāsŏr, impūlsŏr, hōrtātŏr, *vel* dōctŏr, măgistĕr, *vel* căpŭt, princēps, dūx.

aūctōrĭtās, ātis. *Si aūctōrĭtātēm pōstĕā dēfŭgĕrĭs.* (Iamb.) SYN. Pōndŭs, mōmēntūm, vis, *vel* fĭdēs, nōmĕn, *vel* pŏtēstās, impĕrĭūm.

aūctōro. *Aūctōrātŭs ĕās, ān tūrpi claūsŭs in ārcā*, Hor. S. 2, 7, 59.

aūctŭs, ă, ūm. *ĕt vīxīssĕ prŏbōs, āmplĭs ĕt hŏnōrĭbŭs aūctōs*, Hor. S. 6, 11. SYN. ădaūctŭs, āmplĭŏr, mājŏr, āmplĭfĭcātŭs.

aūcŭpĭūm. *Faūnŭs plūmōsō sūm Dĕŭs aūcŭpĭō*, Prop. SYN. ăvĭūm vēnātĭo. EPITH. Sŭbtīlĕ, dŏlōsūm, fāllāx, āstūtūm.

aūcŭpŏr, āris. *Aūcŭpŏr infēlix incērtæ mūrmŭră fāmæ*, Ov. Ep. 9, 41. PHR. ăvēs căpto. Vēnātū ăvēs sĕquŏr, ăgito. insĭdĭās ăvĭbŭs pōno, mōllĭŏr. ăvēs lăquĕō, pĕdĭcĭs, călămō, ămĭtĕ, viscō, līnō, căpio. Ăvēs dĕcĭpio, căpto, fāllo. Tūm lăquĕis căptārĕ fĕrās, ĕt fāllĕrĕ viscō. Vŏlucrēs nōdōsis plāgis dĕcĭpĕrĕ. Ăvĭbŭs rētĭă lăquĕōs tēndĕrĕ. Ăvēs mĕdĭcātā fāllĕrĕ virgā. Grŭĭbŭs pĕdĭcās, ĕt rētĭă pōnĕrĕ cērvis. VERS. Illă dŏlis viscōquĕ sŭpĕr cōrrēptă sĕquāci, Nēxĭbŭs

hærentēs piceis frūstra ădmŏvĕt ālās. Artēsquĕ dŏlōsās Tollĭtĕ, nēc vŏlŭcrēs viscātā fāllĭtĕ virgā.

aūdāctĕr. *ĕt mĭnŭs aūdāctĕr blāndĭtŭr ĕt ōscŭlă rāră*, Ov. E. Cyd. ad Acon. 202. SYN. Aūdēntĕr : aūdāci ănĭmō : gĕnĕrōsē, fortĭtĕr.

aūdāx, ācis. *Dicăt : ĕt aūdāci tū tĭmŏr ēssĕ pŏtēs*, Prop. 3, 7, 28. SYN. Aūdēns, intērrĭtŭs, impērtērrĭtŭs, intrĕpĭdŭs, impăvĭdŭs, gĕnĕrōsŭs, fortis, *vel* tĕmĕrārĭŭs, incōnsūltŭs, ănĭmi præcĕps. PHR. Tērrōris ēxpērs. Tērrōrĕ cărēns. Tĭmērĕ nēscĭŭs. Fīdēns ănĭmi. ănĭmō fortis. Quēm nūllŭs ūrgēt mĕtŭs. Qui mĕtŭm pēctŏrĕ ēxcūssit, ējēcit. Aūdāx cūnctă păti. VERS. Pūgnāntēs ănĭmis aūdācĭbŭs implēnt. Ingēntēs ănĭmōs āngūsto in cŏrpŏrĕ vērsānt. V. *Audeo, Fortis, Generosus.*

aūdācĭă. ——*in vūltu ēst aūdācĭă mīstă pŭdōri*, Ov. M. 9, 526. SYN. impătĭēns, indŏcĭlis, ănĭmŭs : ingēntēs ănĭmi : ārdŏr ănĭmi : Virtūs āccēnsă. Aūdācēs ănĭmi. EPITH. Præsēns, vălĭdă, pūgnāx, fĕră, insŏlēns, incaūtă, fĕrōx, pērdĭtă, fīdēns, fortis, fŭrēns, fŭrĭbūndă, tĕmĕrārĭă, insānă, dēmēns, tērrĭbĭlis, sēcūră, mălēsānă, hōrrēndă, intrĕpĭdă, crūdēlis, ārdēns, āccēnsă, Mārtĭă, bēllĭcă, māscŭlă, răbĭdă, trūx, mĕtŭēndă. VERS. Nūllă mĕōs trāxit pĕtŭlāns aūdācĭă sēnsŭs. Nēc cæcă mĕās aūdācĭă virēs Fāllăt. Præcēps aūdācĭă crēvit. Cŏrdăquĕ lānguēntēm dēdĭdĭcērĕ mĕtŭm. V. *Audeo.*

aūdĕo, aūsŭs sŭm. *Aūdĕăt ēsŭrĭēns dŏmĭnŭs cōntingĕrĕ grānŭm*, Hor. S. 2, 3, 113. SYN. Aūdāx sŭm, nōn tĭmĕo, sŭm intrĕpĭdŭs; *vel* nōn dŭbĭto, *vel* cōnfīdo. VERS. Aūdēndum ēst, fortēs ădjŭvăt ipsĕ Dĕŭs. Tū nē cēdĕ mălis, sēd cōntra aūdēntĭŏr ito. Aūdēntēs fortūnă jŭvăt. Prō tē vēl răpĭdās aūsim *(pro audeam)* măris irĕ pĕr ūndās, Prō tē vēl sōlŭs dēnsis ōbsistĕrĕ tūrmis. Quis tē, jŭvĕnŭm cōnfīdēntissĭmĕ, nōstrās jūssit ădirĕ dŏmōs? Tāntănĕ vōs gĕnĕris tĕnŭit fīdūcĭă vēstri? Quōd si dēfĭcĭānt virēs, aūdācĭă cērtē Laūs ĕrit in măgnis. V. *Pericula adire.*

aūdio, ivi, *vel* itŭm. *Aūdĭăt hæc gĕnĭtŏr, &c.* Virg. Æ. 12, 200. SYN. Aūscūlto, *vel* ēxaūdio, *vel* ŏbēdio. PHR. Aūrĕ sŏnōs *vel* sŏnĭtŭm haūrio, pērcĭpio, ăccĭpio, căpio. Sŏnŭs ăd aūrēs fērtŭr, vĕnit, pērvĕnit. Sŏnŭs, *vel* vōx aūrēs pēllit, pĕnĕtrăt, ŏccŭpăt, vērbĕrăt. Vōx aūrĭbŭs instrĕpit. Vōx fērtŭr ăd aūrēs. Vōcĭbŭs aūrēm præbĕo, ăccōmmŏdo. VERS. Făndō si fortĕ tŭās pērvĕnit ăd aūrēs. Vēstrās si fortĕ pĕr aūrēs Nōmĕn iit. Vōcēmque his aūrĭbŭs haūsi. Sŭbĭtō cūm crēbĕr ăd aūrēs Visŭs ădēssĕ pĕdŭm sŏnĭtŭs. Cūm grăvĭŏr mĭhi nūncĭŭs aūrēs Vērbĕrăt. Gĕmĭtŭs lăcrȳmābĭlis imō Aūdītŭr tŭmŭlo, ĕt vōx rēddĭtă fērtŭr ăd aūrēs. Mātērnās impŭlit aūrēs Lūctŭs. Pēndēt nārrāntis ăb ōrĕ. Vūlgi quæ vōx ūt vĕnit ăd aūrēs. Cōntĭgĕrăt nōstrās infāmĭă tēmpŏris aūrēs. Cōnstĭtit Ænēās, strĕpĭtŭmque ēxtērrĭtŭs haūsit. Aūrĭbŭs intērdŭm vōcēs căptāmŭs, ĕt ōmnēm ădvēntŭs strĕpĭtŭm crēdĭmŭs ēssĕ tŭi. V. *Attendo.*

aūdĭtŏr, ōris. *ēxcĭtăt aūdĭtŏr stŭdĭŭm, laūdātăquĕ virtŭs*, Ov. Pont. 4, 2, 35. SYN. Aūdĭēns, discĭpŭlŭs.

aūdĭtŭs, ă, ŭm. *Crēscit; ĕt aūdĭtis ălĭquid nŏvŭs ădjĭcit aūctŏr*, Ov. Met. 12, 58. SYN. ăccēptŭs. V. *Audio.*

aūdĭtŭs, ūs. *Visŭs ăbit, fŭgit aūdĭtŭs, trăhit ōmnĭă sēcŭm*, M.

ăvē. *ĕt mātūtinŭm pōrtăt inēptŭs ăvē*, Mart. 1, 56, 6. SYN. Sălvē. PHR. Jŭbĕo sălvērĕ. Sălūtēm dico, nūncio, fĕro, āffĕro. Tē sălūto.

āvēctŭs. *Mūltă virŭm tērræ infŏdĭūnt; āvēctăquĕ pārtim*, Virg. Æn. 11, 205.

āvĕho, āvēxi, āvēctŭm. *Plaut. Ter.* SYN. Vĕho, dēvĕho.

āvēllo, vēlli, vūlsŭm. *Fātālĕ āggrēssi săcrāto āvēllĕrĕ tēmplō*, Virg. Æn. 2, 165. SYN. Vēllo, cōnvēllo, ēxtirpo, ābstrăho, aūfĕro.

ăvēnă. *ĕt lĕvis ōbsēssō stābăt ăvēnă sŏlō*, Ovid. SYN. Călămŭs, ărūndo, fistŭlă, cĭcūtă, cŭlmŭs. EPITH. ēxilis, ēxĭgŭă, grăcĭlis, tĕrēs, inērs, ūdă, bĭbŭlă, dŏcĭlis, ārgūtă, rēsŏnāns, āltĭsŏnă, sēptĭfŏris. Phœbēă, rūstĭcă, sylvēstris. VERS. Fistŭlă dispărĭbŭs sēptēm cōnsūrgit ăvēnis. Silvēstrēm tĕnŭi mūsām mĕdĭtāris ăvēnā. Infēlix lŏlĭum ĕt stĕrĭlēs dŏmĭnāntŭr ăvēnæ. Ēxpēctātă sĕgēs vānis ēlūsit ăvēnis. V. *Fistula.*

Āvēntīnŭs. *Cōllis Āvēntīni sylvă quēm Rhēă săcērdōs*, Virg. Æ. 7, 659. EPITH. Cēlsŭs, Rōmānŭs.

ăvĕo. *ē quĭbŭs ūnŭs ăvēt quāvis āspērgĕrĕ cūnctōs*, Hor. Sat. 1, 4, 87. SYN. Cŭpio, ōpto, ēxōpto, vŏlo, dēsīdĕro.

Āvērnŭs, i. *făcĭlis dēscēnsŭs Āvērni*, Virg. Æn. 6, 126. *Lacus Campaniæ in*

*Italiâ ubi introitus ad inferos fuisse dicitur. Inde exhalans aquæ sulphureæ odor gravissimus, supervolantes aves enecabat. Sumitur pro inferno lacu et ipsis Inferis.* SYN. Orcŭs, infernŭs, Tartărŭs. EPITH. Tartărĕŭs, Stygiŭs, Ăchĕrontæŭs, ŏlens, tristis, fœtens, nigĕr, immitis, lūgens, silens, pigĕr, tăcitŭs, văcŭŭs, pestifĕr, invisŭs, inexplētŭs, tetĕr, prŏfundŭs, hōrribĭlis, cæcŭs, squallens, lūridŭs, obscūrŭs, umbrōsus, fœtidŭs, putris. PHR. Tartărĕæ sēdes. Rēgnă Plūtōniă, Stygiă, Tartărĕă, Lēthæă. Orci ăditŭs. Faucēs grăvĕŏlentis Ăverni. V. *Infernus.*

Ăvernālis. *inter Avernales haud ignotissimă Nymphas,* Ov. M. 5, 540. SYN. Ăvernŭs, ă, ŭm. Ăvernicŭs, Tartărĕŭs, infernus, Stygiŭs, Tænărĭŭs, Phlĕgĕthontæŭs, Ăchĕronticŭs.

ăversābilis. *Cur quibus incautum scelus aversabile cumque est,* Lucr. 6, 389. SYN. Dētestābilis.

ăversio, ōnis. *Plaut.* SYN. Fŭgă, ŏdĭŭm.

ăversŏr, āris. *officiumquĕ levem non aversatus honorem,* Ov. Fast. 1, 5. SYN. Fŭgio, rĕfŭgio, ōdi, dētestŏr, ăbōminŏr, exsecrŏr. PHR. Ŏdiō prŏsĕquŏr, ŏdiō hăbĕo.

ăversŭs. *Diva solo fixos oculos aversa tenebat,* Virg. Æn. 1, 486. SYN. ălienus, inimicŭs, infensŭs.

ăverto, ti, sum. *Quo regnum Italiæ Libycis averteret oris,* Virg. Æn. 1, 106. SYN. ăbdūco, ăvŏco, ămŏvĕo. VERS. Dii tālem ăvertitĕ cāsum. Nec posse Itāliă Teucrōrum ăvertĕre Rēgem.

aufĕro, ăbstŭli, ăblātum. *Auferet extremi funeris atra dies,* Prop. 1, 9, 80. SYN. Tollo, ēripio, ădimo, răpio, extorquĕo, ăbripio. V. *Furor, aris.*

aufŭgio, aufūgi. *Quisquis es, assiduas aufuge blanditias,* Prop. 1, 9, 30. SYN. Fŭgio, diffŭgio, *vel* vito.

augĕo, xi, ctum.——*et numerum Divorum altaribus auget,* Virg. Æn. 7, 211. SYN. ădaugĕo, exaugĕo, ămplifico, extendo, multiplico, cŭmŭlo, accŭmŭlo. V. *Accumulo.*

augĕŏr, ēris. *augetur remis cursus euntis aquæ,* Ov. P. 4, 15. SYN. Augēsco, crēsco, ădaugĕŏr.

augŭr, ŭris. *Auguribus Phœbus, Phœbe venantibus adsit,* Ovid. SYN. ărūspex, vātēs, auspex. EPITH. Pĕrītŭs, prōvĭdŭs, fātidicŭs, Phœbēiŭs, præsciŭs, prænuncius, vigil, certŭs, săcĕr. PHR. Ōs fātidicum. Præsciă linguă. Interpres Divum. Fātă cănens. ēventūră videns. Plēnŭs Phœbō. Vēri prōvidŭs augŭr. VERS. Qui vŏlŭcrum tractŭs sōlerti indāgine signăt. Cui pĕcŭdum fibræ, cœli cui sȳdĕră pārent, Et linguæ vŏlŭcrum et præsāgi fulminis ignēs. Nōvit quæ mox ventūră trăhantŭr. Cui fātōrum lēgēs, æviquĕ fŭtūri Ēventūră pătĕr possĕ vidērĕ dĕdit. Tū prŏcŭl ēventūră vidēs, tibi dēditŭs augŭr Scit bĕnĕ quid fāti prōvidă cantĕt ăvis. Dum săcră sĕcundŭs ărūspex Nunciĕt. V. *Aruspex, Vates.*

augŭrium. *Ni frustra augurium vani docuere parentes,* Virg. Æn. 1, 396. SYN. Vāticinium, auspicium. EPITH. Fātidicum, tristĕ, cæcum, infēlix, bŏnum, mălum, certum, incertum, prŏspĕrum, fātālĕ, ădversum, ănceps, dŭbium, præsāgum, terrificum, ŏptātum, sinistrum. PHR. Vātum præsāgiă, prædictă, ōrācŭlă. Divini mŏnitŭs.

augŭrŏr, āris; *vel* augŭro, ās. *Auguror, uxoris fidos optabis amores,* Tib. 2, 2, 11. *et reor: et si quid veri mens augurat, opto,* Virg. Æn. 7, 273. SYN. Vāticinŏr, prædico, is. PHR. Fŭtūră ăpĕrio, căno. Cāsŭs fŭtūrōs pando, ăpĕrio, nuncio, expĕdio. VERS. Pandĕrĕ fātidicis vĕmĕntiă sæcŭlă dictis. Tāliă divinō fūdērunt carminĕ fātă. V. *Prædico, is. Vaticinor.*

S. Augustinŭs. *Augustinus erat, quem Christi gratia cornu,* P. SYN. Aurēlius. EPITH. Piŭs, divinŭs, doctŭs, inclȳtŭs, săcĕr, Āfĕr. PHR. Hippōnis Præsul, ăntistĕs. Pĕlāgii *hæretici* terrŏr. Dĕcŭs immortālĕ Tăgăstæ. Patriciō gĕnĕrātŭs, sătus.

Augustŭs. SYN. Cæsăr. EPITH. Victŏr, fēlix, indŏmitŭs, gĕnĕrōsŭs, păcificŭs, belligĕr, invictŭs, piŭs, mitis, fortis.

Augustus, *Mensis (ita dictus ab Augusto) quo Sol signum Virginis ingreditur, Leonemque relinquit.* SYN. Sextilis. EPITH. Spicĕŭs, frūgifĕr, călidus, torridŭs, ăridŭs, ŭstŭs, fervens, sitibundŭs, mĭtis, pigĕr, ignāvus, sĕgnis, pulvĕrŭlentŭs, triticĕŭs. PHR. Mensis nōminĕ Cæsărĕō gaudens, Cæsărĕ ab Augustō dūcens sŭă nōmină mensis. VERS. Āridă quæ sitiens excŏquit arvă Lĕo. Quō

Phœbūs sicci tergă Lĕōnis ădĭt. Quō Cĕrēs, *seu* mĕssis, cūrvā fālcĕ rĕsĕctă cădĭt. Quō răpĭdĭs Sōl tergă Lĕōnis ūrit ĕquis.

aŭgūstŭs, ă, ūm. *Tectum aŭgūstum, ingēns, &c.* Virg. Æn. 7, 170. SYN. Vĕnĕrāndŭs, vĕnĕrābĭlĭs, cŏlēndŭs, sānctŭs, săcĕr, sacrātŭs, rĕlĭgiōsŭs.

ăvĭă. *Ecce ăvia aŭt mĕtŭēns dīvūm mātĕrtĕră.*—Pers. 2, 31.

ăvĭārĭūm. *Sānguĭnĕīsque incūltă rŭbēnt ăvĭārĭă bāccis,* Virg. G. 2, 430.

ăvĭdĭtās, ātis. Plaut. SYN. Cŭpĭdĭtās, cŭpido, fămēs, sĭtis, ārdŏr, dēsīdĕrĭūm.

ăvĭdŭs. *Cŏntēmptrix sŭpĕrūm, sævæque ăvĭdissĭmă cædis,* Ov. M. 1, 161. SYN. Cŭpĭdŭs, stŭdĭōsŭs, ămāns, āppĕtēns.

ăvis. *Nūnc ăvis in rāmō tēctă lărēmquĕ părāt,* Ov. Fast. 3, 242. SYN. Vŏlucrĭs, ālĕs. EPITH. ācris, gārrŭlă, ārgūtă, vāgă, păvĭdă, lŏquāx, nūbĭvăgă, āĕrĭă, præpĕs, ālĭgĕră, quĕrŭlă, răpĭdă, lĕvis, tĭmĭdă, cĭtă, fūgĭtīvă, pēnnātă, pēnnĭgĕră, cĕlĕr, vēlōx, fŭgāx, cĭcūrātă. PHR. ālĭtŭūm gĕnŭs. Vŏlucrūm, ālĭtŭūm, pēnnātă cŏhōrs. Pēnnĭgĕri grĕgĕs. ăvēs sōlātĭă rūris. āssuētūm sylvis innŏcŭūmquĕ gĕnŭs. VERS. Pāssimquĕ văgāntēs, Dulce sŏnānt tĕnŭi gŭttŭrĕ cārmĕn ăvēs. Rĕsŏnānt ăvĭbūs virgūltă cănōris. Dūlci mŏdŭlāmĭnĕ mulcĕt. Ēt cĕcĭnit mœstūm dēvīă cārmĕn ăvis. Innŭmĕræ cŏmĭtāntŭr ăvēs, stīpātquĕ vŏlāntūm Ālĭtŭūm suspēnsă cŏhōrs. Quām multa in sylvis ăvĭūm sē millĭă cōndūnt. Quām mūltæ glŏmĕrāntŭr ăvēs, ĕt in æthĕrĕ pūrō Ēffingūnt vărĭōs lūsūs. V. *Ales, Volucris.*

ăvītŭs.—*sŏlĭō mĕdĭūs cōnsēdĭt ăvītō,* Virg. Æn. 7, 169. SYN. patrĭŭs, pătĕrnŭs.

ăvĭŭs. *ăvĭă tūm rĕsŏnānt ăvĭbūs virgūltă cănōris,* Virg. Geo. 1, 528. SYN. invĭŭs, impērvĭŭs, dēvĭŭs, āmbĭgŭŭs, ānceps, incērtŭs, cæcŭs. PHR. Plēnŭs āmbāgĭbŭs. Dēcĭpiēns ērrŏrĕ lŏcōrūm.

aŭlă——*ēxĕăt aŭlā qui vŏlĕt ēssĕ pĭŭs,* Val. 7, 102. EPITH. Văcŭă, nĭtĭdă, sūblīmis, pătēns, vĕnĕrābĭlĭs, māgnĭfĭcă, aŭgūstă, vărĭă, prædĭvĕs, spătĭōsă, pūlchră, splēndĭdă, aŭrātă, pictă, sŭpērbă, clāră, illūstris, rēgĭă, mārmŏrĕă, părātă, ōrnātă, cŏrŭscāns, rēgālis. V. *Domus, Regia.*

aŭlæă, ōrūm. *Pōrticŭs, aŭlæis nōbĭlis Āttălĭcis,* Prop. 2, 32, 12. SYN. Tāpētēs. EPITH. Sūspēnsă, sŭpērbă, vărĭātă, pēndēntĭă, pictă, pēndŭlă, insignĭă, Bābўlōnĭcă, Tўrĭă, splēndēntĭă : aŭrō grăvĭă : spīrāntĭă signis. V. *Tapes.*

aŭlĭcŭs. *Tūnc cœtŭs jŭvĕnūm, sĕd aŭlĭcōrūm,* (Phal.)

Aŭlis, ĭdis. *Aŭlĭdĕ jūrāvi.*—Virg. 4, 426. *Urbs Insulæ Eubœæ, in Bœotiā, cujus portus Iphigeniæ sacrificio nobilis.* EPITH. Piscōsă, Eūbŏĭcă, Bœōtă.

Aŭlōn, ōnis. *Nōbĭlis ĕt lānis, ĕt fēlix vītĭbŭs Aŭlōn,* Mart. 13, 225.

ăvŏco. *Sĕd nisi fōrtĕ tŭās mĕlĭŏr sŏnŭs āvŏcĕt aŭrēs,* Calph. SYN. āvērto, ābdūco, ābstrăho.

ăvŏlo, ās.——*răpĭdō cĭtŭs āvŏlăt impĕtĕ milĕs,* Sil. SYN. ēvŏlo, aŭfŭgio, aŭfĕrŏr, ēxĕo, fŭgio, ăbĕo. VERS. At jŭvĕnis vīcissĕ dŏlō rătŭs āvŏlăt ipsĕ. *Virg.*

bĭsūlcŭs. *Pŭlvĕrĕūmquĕ sŏlūm pĕdĕ pūlsāvĕrĕ bĭsūlcō*, Ov. M. 1, 113. SYN. Bĭfūrcŭs, bĭfĭdŭs.
bĭtūmĕn, ĭnis.——*ĕt frăgĭlēs incēndĕ bĭtūmĭnĕ laūrōs*, Virg. Ecl. 3, 82. EPITH. ātrŭm, pinguĕ, lēntŭm, lĭquĭdŭm, fūmāns, Sĕmīrāmĭŭm, i. e. *Babylonium*, nĭgrŭm. PHR. Tĕnāx grăvĭdā mānăt tēllūrĕ bĭtūmĕn.
bĭtūmĭnĕŭs. *Sīvĕ bĭtūmĭnĕæ răpĭūnt incēndĭă vīrēs*, Ov. M. 13, 350.
bĭvērtĕx, ĭcis. *Dēlĭŭs insūrgit, sūmmāquĕ bĭvērtĭcis ūmbrā*, St. Th. 628. SYN. Bĭcēps.
bĭvĭŭm. *ĕt tŭŭs in bĭvĭō dĕlĭnĕātŭr ămŏr*, Ovid. EPITH. āncĕps, dŭbĭŭm, sēctŭm, sēissŭm. PHR. Itĕr āmbĭgŭŭm, āncĕps, āmbĭgŭōs pāndēns sēmĭtă cāllēs. Quā sē pārtēs vĭă scīndit in āmbās. VERS. Ut stăt, ĕt incērtŭs quā sit sibi nēscĭt ĕŭndŭm, Cūm vĭdĕt ēx ōmni pārtĕ vĭātŏr ĭtĕr.
blæsŭs. *Rēddēbās blæsō tām bĕnĕ vērbă sŏnō*, Ov. Am. 2, 6, 24. SYN. Bālbŭs.
blāndĭcŭlŭs. *Sēcŭm blāndĭcŭlæ vĕnŭstŭlæquĕ*, (Phal.)
blāndĭlŏquŭs. *Blāndĭlŏquis ōlim căpta ēst sērmōnĭbŭs Evă*, A.
blāndĭmēntŭm.—*Cūr blāndĭmēntă, prĕcēsquĕ*, Ov. M. 2, 815. V. *Blanditiæ.*
blāndĭŏr, īris. *Mēntīris vānŭquĕ tibi blāndīris hŏnōrĕ*, Mart. 11, 33. PHR. Blāndĭsŏnis dīctis mūlcĕo, dēlĭnĭo, căpto, fāllo. V. *Adulor.*
blāndĭtĭæ. *Mīstăquĕ blāndĭtĭīs pŭĕrīlĭbŭs ōscŭlă jūnxit*, Ov. Met. 6, 626. SYN. Illĕcĕbræ, lēnōcĭnĭă, blāndĭmēntă. EPITH. Mōllēs, ārgūtæ: dŏlōsæ, blāndæ,

Digitized by Google

dūlcēs, mēllītæ, tĕnĕræ, mŭlĭēbrēs, sūbdŏlæ, lŏquācēs, ūxōrĭæ, mātērnæ, *fictæ.* PHR. Bȳssĭnă vērbă. Dūlcĭă vērbă. Aūrēs mūlcēntĭă vērbă. Blāndæ vōcēs. Mītissĭmă vērbă. Blāndă dīctă. Mēllītæ vōcēs.

blānditūs. *Blānditæquĕ flŭānt pēr mĕă cōllă rŏsæ,* Prop. 4, 6, 72.

blānditūs, ūs.——*Vĕnĕris blānditūm sēclă prŏpāgēnt,* Luc. 2, 173.

Blāsphēmĭă. *Nōn tŭlĭt ūltĕrĭūs căpĭti blāsphēmĭă mōnstri,* Pr. Psych. 715. EPITH. īmpĭă, sacrĭlēgă, pērjūră.

blāsphēmo. *Blāsphēmās dŏmĭnūm gēns,* &c. Prud. Apoth. 347.

blāsphēmūs. *Jām blāsphēmĕ tĭbi ēst, aūt,* &c. Prud.

blātĕro, ās. *Aūdĭt: cūm māgnō blātĕrās clāmōrĕ fŭrisquĕ,* Hor. Sat.

blātĕro, ōnis. EPITH. Clāmōsūs, īnēptūs.

blēsūs. *Blēsis ātquĕ mĕrō tĭtŭbāntĭbūs: īndĕ vĭrōrūm,* Juv. 15, 48. SYN. Bālbūs.

bŏārĭūs. *ārvāquĕ mūgītū sāncītĕ bŏārĭă lōngō,* Prop. 4, 10, 19.

bŏātūs, ūs. *īntŏnăt, ēt lōngō mūgit spēlūncă bŏātū,* Mant. SYN. Mūgītūs. EPITH. Hōrrĭfĭcūs, māgnūs, cōnfūsūs, hōrrēndūs, raūcūs, īngēns, rĕsŏnāns, hōrrĭsŏnūs, ĭtĕrātūs, vāgūs, frĕmēns, rĕpĕtītūs, crēbĕr. V. *Mugitus.*

Bœōtĭă. *Dēflēvērĕ cŏmis: quĕrĭtūr Bœōtĭă Dīrcēn,* Ov. Met. 2, 239. *Græciæ regio, Apollini et Musis sacra. Olim etiam dicta* Hyantis *et* Aonia, *à montosâ ejus regione.* SYN. Āŏnĭă, Hȳāntis, Cādmēis, Ōgȳgĭă, *à Cadmo et Ogyge regibus.* PHR. Tēllūs Bœōtĭă. Hȳāntĭă tērră.

Bœōtĭūs, *vel* Bœōtĭcūs, *vel* Bœōtūs, ă, ūm. *Quĭd! nōn Āntĭgŏnēs tŭmŭlō Bœōtĭūs Hæmōn,* Prop. 2, 8, 81. *īnvĭă fēcissēnt vēnti; Bœōtăquĕ tēllūs,* Ov. Met. 12, 9. SYN. Āŏnĭūs, Hȳāntĭūs, Cādmēĭūs, Ōgȳgĭūs.

Bŏhēmi. SYN. Ālbĭcŏlæ. EPITH. Sævī, ācrēs, īncūltī.

bōmbārdă. EPITH. Bēllĭcă, Mārtĭă, ænĕă, Vūlcānĭă. PHR. Æs cāvūm, īgnĭvŏmūm. Māchĭnă fūlmĭnis æmŭlă. Cānnă vūlnĭfĭcă. Fātĭfĕrām glāndēm ōrĕ vŏmēns. VERS. īngēntēm lātō vŏmit ōrĕ fāvīllām, Vix mūris tŏlĕrāndă lŭēs. Quæ raūcis jăcit ænĕă fūlmĭnă bōmbis. Lēthĭfĕrām ērūctāt nōn cāssō vūlnĕrĕ sphærām. Fūlmĭnĕō vălĭdōs quæ dējĭcit īmpĕtĕ mūrōs. īngēnti fūlmĭnĕ mūrōs Cōncŭtit īgnĭvŏmō pūlsūs āb ærĕ glŏbūs. Æris lōngă cāvi sĕrĭēs circūmtŏnăt ōrĕ cēntēnō cēntūm rūctāns in mœnĭă sphærās, Sphærās, queis ădĭtūs claūsūm pătĕfĭăt īn ūrbēm. V. *Tormentum.*

bōmbĭlo. *Bōmbĭlăt ōrĕ lĕgēns mūnĕră mēllĭs ăpēs,* Ovid.

bōmbūs, ī. *Ēt rĕbŏăt raūcūm rĕtrōcĭtă būrbărĭă bōmbūm,* Lucr. 4, 545. EPITH. Grăvis, raūcĭsŏnūs, sōmnĭfĕr, rĕsŏnāns, tŭmĭdūs, sūrdūs, cōnfūsūs, tērrĭfĭcūs, hōrrĭsŏnūs. VERS. Māchĭnă tērrĭfĭcō cūm fūlmĭnăt ænĕă bōmbō. Sĭmĭlātquĕ tŏnītrŭă bōmbūs. Pārs tŏnăt ēt raūcis jăcit ærĕă fūlmĭnă bōmbis.

bōmbȳcĭnūs. *Dēlĭcĭās ēt pānnĭcŭlūs bōmbȳcĭnūs ūrit,* Juv. 6, 259.

bōmbȳx, ȳcis. *Nēc si quæ Ārăbĭō lūcēt bōmbȳcĕ pŭēllă,* Prop. 2, 3, 15. *Vermis lanifer, apud Seres, Indiæ populos, olim frequens. Educatur præcipuè Mori foliis, in quam arborem mutata Thisbe fingitur.* SYN. Vērmis Īndĭcūs. EPITH. Lānĭfĕx, Īndĭcūs, lānĭvŏmūs, ārtĭfĕx, īngĕnĭōsūs, īndūstrĭūs, ŏpĭfĕx. PHR. Vērmis lānĭfĕx, lānĭvŏmūs. VERS. Fīlă tĕnācĭă Sērūm ōrĕ vŏmūnt. ēffūndūnt quæsītă pēr ævūm Stāmĭnă dītĭs ŏpēs ūtĕri. Dūcūnt, *vel* ēdūnt nītĭdūm dē pēctŏrĕ fīlūm.

bŏnă. *in cĭcĕre ātquĕ făbā, bŏnă tū pērdāsquĕ lŭpīnis,* Hor. S. 2, 3, 182. SYN. Ŏpēs, dīvĭtĭæ, fōrtūnæ. EPITH. Blāndă, plăcĭdă, fŭgācĭă, frăgĭlĭă. V. *Divitiæ.*

Bŏnă Dĕă. *Săcră Bŏnæ mărĭbūs nōn ădĕūndă Dĕæ,* Tib. 1, 7. 22. *Mulier quædam, à Romanis ob bonitatem eximiam culta; cui fœminæ in secreto loco sacrificabant.* VERS. Fœmĭnĕæ lŏcă claūsă Dĕæ fōntēsquĕ pīāndōs.

bŏnĭtās, ātis. *Cēcrŏpĭūm sŭpĕrās qui bŏnĭtātĕ sĕnēm,* Mart. 10, 33, 2. SYN. Prŏbĭtās. EPITH. Sānctă, pĭă, mītis, dūlcis, clēmēns, ămābĭlis, hūmānă, cāndĭdă, īnnŏcŭă, nātīvă, īnnātă.

bŏnūs. *Nēc bŏnūs Eūrȳtĭōn prælāto īnvĭdĭt hŏnōri,* Virg. Æn. 5, 541. SYN. cāstūs, prŏbūs, rēctūs, īntĕgĕr. PHR. Fāllĕrĕ nēscĭūs, ămāns æqui. Æqui cūltŏr. Vĭtĭō cărēns. Rēcti cūstōs. īmĭtātŏr hŏnēsti. īntĕgĕr vītæ scĕlĕrisquĕ pūrūs. ēxpērs dŏli. Quō nōn ēst jūstĭŏr āltĕr.

bŏo, ās. *Rēddĕ mĕūm, tōtō vōcĕ bŏāntĕ fŏrō,* Ov. de A. Am. 3, 449. SYN. Rĕbŏo, mūgio.

Bŏōtēs, æ. *Frīgĭdă circūmăgūnt pigri sārrācă Bŏōtæ,* Juv. 5, 23. PHR. Ārc-

Digitized by Google

tūrūs, Ārctŏphy̆lāx. EPITH. Tārdūs, Ārctōūs, Hy̆pērbŏrēūs, Scy̆thĭcūs, Căspiūs. V. *Arcticus;* gĕlĭdūs, sērūs, rĭgĭdūs, glăcĭālĭs, fĕrūs, frĭgĭdūs, ālgēns, nĭvōsūs, ālgĭdūs, ignāvūs, hōrrēndūs, frīgēns. PHR. Cūstōs Ĕry̆mănthĭdōs ūrsæ. Sīdūs Hy̆pērbŏrĕūm. V. *Arctophylax.*

bŏrĕālĭs. *Ārctōs bŏrĕālĭs,* Avien. SYN. Bŏrĕūs.

Bŏrĕās, æ.——*aūt Bŏrĕæ pĕnĕtrābĭlĕ frīgūs ădūrāt,* Virg. Geo. 1, 93. SYN. Āquĭlo. EPITH. Frīgĭdūs, gĕlĭdūs, sævūs, hōrrĭfĕr, præcēps, răpĭdūs, Ārctōūs, Căspĭūs, Scy̆thĭcūs. V. *Arcticus;* hy̆bērnūs, crūdēlĭs, īnsānūs, sævĭēns, strīdŭlūs, vŏlūcĕr, vĭŏlēntūs, mĭnāx, ĭnĭmīcūs, fĕrōx, nĭvōsūs, prŏcēllōsūs, nĭmbōsūs, tūrgĭdūs, sŏnōrūs, ăcērbūs. V. *Aquilo.*

Bŏrĕūs, ă, ūm. *Vītă prŏcūl pătrĭā pĕrăgēndă sūb ăxĕ Bŏrēō,* Ov. T. 4, 841.

Bŏrĭnūs.—— *Tĕmpēstās Zĕphy̆rūm, frĕmĭtūsquĕ Bŏrīnī,* L. SYN. Bŏrĕūs, Āquĭlōnĭūs, Bŏrĕālĭs.

bōs, bŏvĭs. *Quæ bōs ēx hŏmĭnĕ ēst, ēx bŏvĕ făctă Dĕă,* Ov. Ep. 14, 86. SYN. Taūrūs, jŭvēncūs. EPITH. cōrnĭgĕr, tārdūs, pĭgĕr, tŭmĭdūs, hīrsūtūs, lăbōrĭfĕr, indŏmĭtūs, fĕrōx, săgīnātūs, ŏpīmūs, ŏbēsūs, ărātŏr, rūrĭcŏlă, mĭnāx, fĕrūs, tōrvūs, trūx, dūrūs. PHR. Cŏrnū, frōntĕ, mĭnāx. Tērrĭfĭcīs mūgītĭbūs āĕră cōmplēns. Dŏcĭlīs tērrām prōscīndĕrĕ ărātrō. Cūltŏr agrī. VERS. Fōrtīs ărāt vălĭdō rūstĭcūs ārvă bŏvĕ. Bŏūm gĕmĭtū nĕmūs ōmnĕ rĕmūgĭt.

bōs. *Fœmina. incūstōdĭtæ lātă pĕr ārvă bŏvēs,* Ov. F. 1, 545. SYN. Vĭtŭlă, jŭvēncă, văccă. EPITH. Grăvĭdă, fōrmōsă, pinguis, fœtă, prægnāns. V. *Vacca.*

Bŏsphŏrānūs. *Plaūdēntēs stŭpŭērĕ Bŏsphŏrānī,* (Phal.)

Bŏsphŏrĭcūs, *vel* Bŏsphŏrĭūs, ă, ūm. *Bŏsphŏrĭcōs Thrācēs, rūmŏr pērvēnĭt, Āthēnās,* Mant. *ēgĕrĭt Īŏnĭō Bŏsphŏrĭōquĕ mărī,* Ov. Tr. 2, 289.

Bŏsphŏrĭdæ. *Bŏsphŏrĭdæ ŏbvērsīs in tērrām vūltĭbūs ībānt,* M. SYN. Bŏsphŏrānī.

Bŏsphŏrūs.——*Scy̆thĭcās āstrīngēns Bŏsphŏrūs ūndās,* L. *Fretum in Thraciâ prope Byzantium. Bosphorus alius est apud Cimmerios, juxta paludem Mæotidem.* EPITH. ĭnērs, Thrāx, rĕflŭūs, Thrācĭūs, Thrēĭcĭūs, Cīmmĕrĭūs, āngūstūs.

bŏvīlĕ, is. *Cērvūs sē bŏvīlī cōndĭdĭt,* Phæd. 2. SYN. Būbīlĕ. V. *Stabulum.*

bŏvīnūs. *Sĭccēnt nēc prīmūm lūctāntēs ōră bŏvīnă,* N. C. SYN. Bŏvīllūs, būbŭlūs.

‖ brăbeūtēs, æ. m. PHR. Pălæstræ măgīstĕr.

brăbīūm, brăvīūm, *vel* brăbēūm. *Sōlūs brăvīī dūplĭcīs pālmām tŭlīstī,* Prud. SYN. Cērtāmĭnĭs, *vel* pălæstræ præmĭūm.

brāccæ. *Prō pătrĭō cūltū Pērsĭcă brāccă tĕgĭt,* Ov. Tr. 5, 10, 34. EPITH. Lāxæ, flūxæ, tŭmĭdæ, tŭmēntēs.

brāccbātūs, *vel* brāccātūs, ă, ūm. *Tēlă fŭgācĭs ĕquī, ēt brāccbātī mīlĭtĭs ārcūs,* Prop. 3, 5, 17.

brăchĭă. *īllī īntĕr sēsē māgnā vī brăchĭă tōllūnt,* V. G. 4, 174. SYN. Lăcērtī, ūlnæ. EPITH. Cāndĭdă, lāctĕă, cāndēntĭă, fōrtĭă, nĭvĕă, pūlchră, fōrmōsă, vĕnūstă, fīrmă, vălĭdă, ămīcă. VERS. īntēndĕrĕ brăchĭă rēmīs. Brăchĭă cōllō īnjĭcĭt. Cōntēndĭt tēlūm dīvērsăquĕ brăchĭă dūcēns, ōstēndĭt lātōs hŭmĕrōs, āltērnăquĕ jăctăt Brăchĭă prōtēndēns, ēt vērbĕrăt īctĭbūs aūrās. V. *Lacertus.*

brăchĭŏlūm. *Mīttĕ brăchĭŏlūm tĕrēs,* Catul. 59, 181.

Brăchmānēs, ūm ; *vel* Brăchmānæ. EPITH. Dŏctī, pĕrītī, Īndī.

brāctĕă. *īlĭcĕ, sīc lēnī crĕpĭtābāt brāctĕă vēntō,* Virg. Æn. 6, 209. EPITH. Aūrĕă, ārgēntĕă, splēndēns, mĭcāns.

‖ brāctĕātŏr, ōrĭs. SYN. Brāctĕārĭūs.

‖ brāctĕātūs. PHR. Brāctĕīs ōrnātūs, fūlgēns, mĭcāns, cŏrūscāns.

brāctĕŏlă. *Nēptūnī quī brāctĕŏlām dē Cāstŏrĕ dūcāt,* Juv. 13, 152.

brāssĭcă, æ. *Mē nŏtăt, ēt jūncō brāssĭcă vīnctă lĕvī,* Prop. 3, 2, 44. SYN. Caūlĭs.

Brēnnūs. *Tōrrĭdă săcrĭlĕgūm tēstāntūr lūmĭnă Brēnnūm,* Prop. 3, 12, 31. EPITH. Māgnănĭmūs, gĕnĕrōsūs, fōrtĭs, pŏtēns, tĕmĕrārĭūs.

brĕvĭs. *Tĭty̆rĕ, dūm rĕdĕō, brĕvĭs ēst vĭă, pāscĕ căpēllās,* Virg. Ecl. 9, 23. SYN. Pārvūs, pūsīllūs, ēxĭgŭūs, āngūstūs, cōntrāctūs, nōn lōngūs, cōncīsūs. VERS. Paūcīs ēxpĕdĭām. Nōn tē lōngō sērmōnĕ mŏrābŏr. Paūcīs mūltă rĕfērt. Mūltă plăcēnt brĕvĭtātĕ lŏquēndī. Quid mŏrŏr īn pārvīs ? ănĭmūs mājōrĭbūs īnstăt.

brĕvī. *Quid Tĭtĭūs, Rōmānă brĕvī vēntūrūs īn ōră,* Hor. E. 1, 3, 9. SYN. Mŏx, mŏdŏ, jāmjām, brĕvī tēmpŏrĕ, *vel* brĕvĭtĕr.

brĕvĭo. *Ēx īllā tŏtĭdēm pĕr pārtēs sīc brĕvĭāntūr,* Man. 3, 461. SYN. ābbrĕvĭo, cōntrăho.

Digitized by Google

brĕvĭă, ūm. *in brĕvia ĕt sȳrtēs ūrgĕt mĭsĕrābĭlĕ vīsū*, Virg. Æn. 1, 115.
brĕvĭtās, ātĭs. *Nōn lĭcĕt hic vītæ dē brĕvĭtātĕ quĕrī*, Mart. 11, 92, 4.
brĕvĭtĕr.——*ātquĕ mŏdūs brĕvĭtĕr sĭt nārĭbŭs ŭncīs*, M. SYN. āngūstē, cōncīsē, brĕvī, ĕxĭgŭē.
Brĭărēĭŭs. *ăppĕtĭīt cēntūm Brĭărēĭă tūrbă lăcērtīs*, Claud. SYN. Gĭgāntēŭs.
Brĭărĕūs, *vel* Brĭărĕūs, *tris*. *Ĕt cēntūmgĕmĭnūs Brĭărĕūs*, Virg. Æn. 6, 287. *Gigas, alio nomine Ægeon, cui Poëtæ centum brachia, et pectora centum fuisse dicunt. Fulmine percussus à Jove, sub Ætnâ monte ingemiscit.* SYN. Ægēŭn, Gĭgās cēntĭmănŭs. EPITH. vāstŭs, sævŭs, īmmānĭs. PHR. Ætnæ īmpŏsĭtŭs. Sŭb Ætnā gĕmēns. V. *Gigas.*
Brīsēĭs, ĭdĭs. *Hēsĭŏnēm Tĕlămōn, Brīsēĭdă cēpĭt Ăchīllēs*, Ov. Ep. 20, 69. *Hippodamia, sic dicta à patre Brise, ex Lyrnesso, Phrygiæ oppido, quo capto, Achilli sorte cessit, deinde ab Agamemnone ob pulchritudinem rapta.* EPITH. Trōĭă, sērvă, fōrmōsă, Lȳrnēssĭs, Trōjānă, Phrȳgĭă, pŭlchră. PHR. Brīsē sătă. VERS. Trōĭăque in cāstrĭs sēgnēm Brīsēĭs Ăchīllēm Dētĭnŭĭt.
Brĭtānnī. *ĕt pĕnĭtŭs tōtō dīvīsōs ōrbĕ Brĭtānnōs*, Virg. Ecl. 1, 67. SYN. Āngli. EPITH. Flāvī, rēmōtī, fĕrī, æquŏrĕī, vĭrĭdēs, dīffūsī, ēxtrēmī, pūgnācēs, gĕlĭdī, aūdācēs, ōccĭdŭī, dūrī, Ărctōī, sēpŏsĭtī, fĕrōcēs, hōrrĭbĭlēs.
Brĭtānnĭă. *Dīcĭtŭr ĕt nŏstrōs cāntārĕ Brĭtānnĭă vērsūs*, Mart. 11, 4, 5. SYN. Ānglĭă. PHR. Tērră Brĭtānnĭs. VERS. nōstrō dīdūctă Brĭtānnĭă mūndō.
Brĭtānnĭs, ĭdĭs. *āllŭĭtŭr nŏstrā vīctă Brĭtānnĭs ăquā*, Cin.
Brĭtānnĭcŭs. *Quāntō dēlphĭnĭs bālænā Brĭtānnĭcă mājŏr*, Juv. 10, 14. SYN. Ānglĭcŭs.
Brĭtŏmārtĭs, ĭdĭs. *īgnĕă Crētæā prŏpĕrāt Brĭtŏmārtĭs ăb Īdā*, Mart. SYN. Dīctȳnnă.
Brĭtŏnēs, ūm. *Quā nĕc tērrĭbĭlēs Cīmbrī, nĕc Brĭtŏnēs ūnquām*, Juv. 15, 12. *Quām vĕtĕrēs brāccæ Brĭtŏnĭs paūpĕrĭs, ĕt quām*, Mart. 11, 22, 9. SYN. Ārmŏrĭcī.
Brŏmĭūs.—*Bācchūmquĕ vŏcānt, Brŏmĭūmquĕ Lȳæūm*, Ov. V. *Bacchus.*
Brŏntēs, ĭs. *Brŏntēsquĕ, Stĕrŏpēsque, ĕt nūdūs mēmbră Pȳrăcmōn*, Virg. Æn. 8, 425. VERS. Fērrūm ĕxērcēbānt vāstō Cȳclōpēs ĭn āntrō. V. *Cyclopes.*
Brŏthēūs. *Quōdquĕ fĕrūnt Brŏthēūm fēcīssĕ cŭpīdĭnĕ mōrtĭs, Dēs tŭă sūccēnsō mēmbră crĕmāndă rŏgō*, Ov. Ib. 517.
brūchŭs. *Aūt pŏpŭlātŏr ĕdēt gēmmāntĭă gērmĭnă brūchŭs*, Prud. Ham, 228. EPITH. ĕdāx, vŏrāx.
brūmă. *Brūmă nŏvī prima ĕst vĕtĕrĭsquĕ nŏvīssĭmă Sōlĭs*, Ov. F. 1, 168. SYN. Hȳēms. EPITH. intrāctābĭlĭs, frīgĭdă, gĕlĭdă, cānă, nīmbōsă, mădēns, rĭgĭdă, ălgĭdă, rĭgēns, īntŏlĕrābĭlĭs, ălbă, ĭnīquă. VERS. Brūmă dĭēm spătĭīs brĕvĭōrĭbŭs ārctăt. Sŭb Jŏvĕ nūdŭs ăgō glăcĭālĭs frīgŏrĕ brūmæ. ipsĕ Dēcēmbrālĭs brūmās ĕt frīgŏră Jānī pērtŭlĭt. Brūmām Căprĭcōrnŭs ĭnērtēm pĕr mĭnĭmās cōgit lūcēs ĕt māxĭmă nōctĭs tēmpŏră. V. *Hyems.*
brūmālĭs. *Quālĕ sŏlĕt sȳlvĭs brūmālī frīgŏrĕ vīsūm*, Virg. Æn. 6, 205. SYN. Hȳbērnŭs, hȳĕmālĭs.
‖ brūtūm. SYN. ănĭmăl, bēllŭă, fĕră. EPITH. Fŭrĭōsūm, hōrrĭdūm, răbĭdūm, păvĭdūm, mētŭēndūm. V. *Animal.*
brūtŭs, ă, ūm. *Quō brūtă tēllūs, ĕt văgă flūmĭnă.* (Alcaic.)
būbīlĕ, ĭs. SYN. Bŏvīlĕ.
būbo, ōnĭs. *īgnāvŭs būbō, dīrūm mōrtālĭbŭs ōmĕn*, Ov. Met. 5, 550. EPITH. Sĭnĭstĕr, trĕpĭdŭs, fœdŭs, īgnāvŭs, prŏfānŭs, fūnĕrĕŭs, Stȳgĭŭs, raūcŭs, dāmnōsŭs, īnfēstŭs, dīrŭs, lūctĭfĕr, mœstŭs, nōctĭcănŭs, nōctūrnŭs, quĕrŭlŭs, raūcĭsŏnŭs, trīstĭs. PHR. Nōctĭs ăvĭs. Vŏlŭcrĭs prænūncĭă fātī. Trīstĕ cănēns. Vēntūrī nūncĭă lūctŭs. Pāllădĭs ălēs. Lūctŭs prænūncĭŭs ălēs. VERS. Vīsŭs fĕrālī cārmĭnĕ būbo Sæpĕ quĕrī, ĕt lōngās ĭn flētūm dūcĕrĕ vōcēs. Trīstĭă mīllĕ lŏcĭs Stȳgĭŭs dĕdĭt ōmĭnă būbo. Sēdĭt ĭn ādvērsō nōctūrnŭs cūlmĭnĕ būbo, Fūnĕrĕōquĕ sŏnōs ēdĭdĭt ōrĕ grăvēs. Quĭ dīræ mōrtĭs nūncĭŭs ēssĕ sŏlĕt. Hūmānō gĕnĕrī trīstĭă fātă cănēns. Nōctĕ sĕdēns tĕtrūm cănĭt īmpōrtūnă pĕr ūmbrās Cārmĕn. cūm būbōnĕ grăvī nūnc Phĭlŏmēlă sŏnăt.
būbūlcŭs. *Vēnĭt ĕt ŭpĭlĭō, tārdī vēnērĕ būbūlcī*, Virg. Ecl. 10, 19. SYN. ārmēntārĭŭs, pāstŏr. EPITH. īgnāvŭs, dūrŭs, vĭgĭl, tārdŭs, ĕgēnŭs, rūstĭcŭs, paūpĕr, īncūltŭs, lăbōrĭfĕr, hīrsūtŭs, mĭsĕr, pānnōsŭs, sōrdĭdŭs, īnfēlix. PHR. Bŏūm, *vel* ārmēntī cūstōs, măgĭstĕr, pāstŏr.

Digitized by Google

**bŭbŭlŭs.** *mēŭs istĕ sānguis vērŭs ēst, nōn bŭbŭlŭs.* (Iamb.)

**būccă.** *īrātŭs būccās īnflĕt, &c.* Hor. S. 1, 21. EPITH. Tŭmēns, tŭmĭdă, rŭbēns, tūrgēns, tŭmĕfāctă. PHR. Tōllĕrĕ tūrgēntēs būccās, ēt grāndĭă vērbă. Būccīsquĕ tŭmēntĭbŭs haurit. V. *Os.*

**būccĭnă.** *ēt grăvĭs ōbstrĕpĕrĕt mŏdŭlātĭs būccĭnă nērvis,* L. SYN. Tŭbă, cōrnū, lĭtŭŭs. EPITH. Raŭcă, īnflātă, cănōră, tōrtĭlis, sŏnāns, dīră, lūctĭsŏnă, bēllĭcă, clāssĭcă, Mārtĭă, trĕmēndă, clāngēns, rĕsŏnāns, mĕtŭēndă, fĕră, fūnēstă, ănĭmāns, rĕsŏnă, bēllĭgĕră. VERS. bēllō dăt sīgnŭm raŭcă crŭēntŭm būccĭnă. ēxcĭtăt īnfēstōs tūrmālēs būccĭnă sōmnōs. V. *Turba.*

**būcĕrĭŭs,** *vel* būcĕrŭs, ă, ŭm. *Būcĕrĭæquĕ grĕgēs, sŭb ĕōdĕm tĕgmĭnĕ cœlī,* Luc. 2, 661. *Lānĭgĕrōsquĕ grĕgēs, ārmēntăquĕ būcĕră pāvit,* Ov. M. 6, 393.

**būcŏlĭcŭs.** *Būcŏlĭcīs jŭvĕnis lūsĕrăt āntĕ mŏdis,* Ov. Tr. 2, 538. SYN. Pāstōrālis, āgrēstis, rūstĭcŭs.

**būcŭlă.** *Flōrĭbŭs īnsŭltēnt, aŭt ērrāns būcŭlă cāmpō,* Virg. G. 4, 11. *Pĕr nĕmŏra ātque ăltōs quærēndō būcŭlă lūcōs,* Virg. Æn. 8, 86.

**būfo,** ōnis. *īnvēntŭsquĕ căvīs būfo, ēt quæ plūrĭmă tērræ,* Virg. Geo. 1, 184. EPITH. Nŏcŭŭs, cœnōsŭs, tŭmĭdŭs, fœdŭs, fœtĭdŭs, vĕnēnōsŭs, tūrgĭdŭs, tūrpis, hōrrĭdŭs, lēthĭfĕr, tŭmĕfāctŭs, pălūstris.

**būlbŭs.** *Būlbŭs, ēt ēx hōrtō quæ vĕnit hērbă sălāx,* Ov. A. Am. 2, 422. SYN. āllĭŭm. EPITH. Sălāx, cāndĭdŭs.

**būllă.** *Būllă sŭpēr frōntēm pārvis ărgēntĕă lōris,* Ov. M. 1, 3, 11. EPITH. Tŭmēns, tŭmĭdă.

**būllātŭs.** *Nōn ĕquĭdem hōc stŭdĕō būllātis ŭt mĭhĭ nūgis,* Pers. 5, 19.

**būllĭo,** is, ii. *Dēmērsŭs sūmmā rūrsŭm nōn būllĭt ĭn ūndā,* Pers. 3, 34. SYN. ēbūllĭo, fērvĕo.

**Būrdĕgălă,** *vel* Būrdĭgălă. *Būrdĭgăla ēst nātālĕ sŏlŭm.*—Aus. EPITH. Clāră, nōbĭlis.

**būris,** is. *īn būrim, ēt cūrvī fōrmam ăccĭpĭt ūlmŭs ărātri,* Virg. Geo. 1, 170. V. *Aratrum.*

**Būsīris,** ĭdis. *Sævĭŏr ēs trīstī Būsīrĭdĕ, sævĭŏr īllō,* Ov. Tr. 3, 11, 39. *Ægypti Rex, crudelitate infamis. Hospites Diis immolabat: sed ab Hercule interemptus, cui necem ejusmodi parabat.* EPITH. Crŭēntŭs, fĕrŭs, dīrŭs, dūrŭs, Nīlĭăcŭs, Mărēōtĭcŭs, *à Mareotide lacu Ægypti.* Āfĕr, crūdēlis, bārbărŭs, trūx, pērfĭdŭs. VERS. Qui fālsŭm lēntō tōrrŭĭt īgnĕ bŏvēm. Quis aŭt Eŭrȳsthĕă dūrŭm, aŭt īllaŭdātī nēscit Būsīrĭdis ārās?

**būstŭālis.** *Sŭētŭs āntrō būstŭālī,* (Trochaic. Dim.) Prud.

**būstŭārĭŭs.** *ādmīttăt īntĕr būstŭārĭās mœchās.* (Scaz.) Mart.

**būstŭm.** *Rēgis Dērcēnnī tērrēno ēx āggĕrĕ būstŭm,* Virg. Æn. 11, 850. SYN. Sĕpūlchrŭm, tŭmŭlŭs, pȳră, rŏgŭs. EPITH. Hōrrĭfĭcŭm, īnhŏnōrŭm, trīstĕ, căvŭm, dīrŭm, sāxĕŭm, gĕlĭdŭm, mūtŭm, mĭsĕrābĭlĕ. V. *Sepulchrum.*

**butȳrŭm.** *Qui lāctĕ cāsĕōquĕ sīvĕ būtȳrō,* (Scaz.) *Lāc nīvĕŭm, būtȳrŭmquĕ nŏvŭm cŭm mēllĕ cŏmēdit,* Sid. EPITH. Mōllĕ, pīnguĕ, nŏvŭm, ŏdōrŭm, līquĭdŭm, līquēns, flāvēns.

**būxētŭm.** *Lōtŭs ăd Eŭrōpēs tĕpĭdæ būxētă rĕcūrrĭt,* Mart. 2, 14, 15.

**būxĕŭs,** ă, ŭm. *Sēd plānĕ pĭcĕīquĕ, būxĕīquĕ,* (Hendec.) Mart. 2, 41.

**būxŭs,** *vel* būxŭm, i. *Flūctŭăt hīc dēnsō crīspātă căcūmĭnĕ būxŭs,* Cl. *Pērpĕtŭōquĕ vĭrēns būxŭs, tĕnŭēsquĕ mȳrīcæ,* Ov. Met. 10, 97. EPITH. vĭrēns, pāllēns, tōnsĭlis, pāllĭdă, crīspă, vĭrĭdis, Bĕrĕcȳnthĭă, *à Berecyntho monte Phrygiæ, Cybele sacro,* frōndēns, frōndōsă, ŏpācă, īncūltă. VERS. Flāvăquĕ pērpĕtŭō būxŭs hŏnōrĕ vĭrĕt. V. *Fistula, Pecten.*

**Bȳrsă.** *Mērcātīquĕ sŏlŭm făctī dē nōmĭnĕ Bȳrsăm, taŭrīnō quāntŭm pōssĭnt cīrcŭmdărĕ tērgō,* Virg. Æn. 1, 372. *Sic vocata Carthago, quia ut eam construeret Dido, tantum terræ ab Iarbâ Rege petiit, quantum posset bubulo corio circumdare. Hoc autem callida mulier cùm obtinuisset, corium in tenuissima frusta sectum ita tetendit, ut ingens spatium occuparet.* EPITH. Tȳrĭă, Pūnĭcă, pŏtēns. V. *Carthago.*

**bȳssĭnŭs.** *Vīna, ūnguēntă, lēvēs tūnĭcās, ēt bȳssĭnă vēlă,* M.

**bȳssŭs,** i. SYN. Līnŭm. EPITH. Tĕnŭis, cāndēns, ālbŭs, cāndĭdŭs, nĭtēns, tēxtĭlis, tĕrēs.

**Bȳzāntĭăcŭs.** *Aŭt Bȳzāntĭăcōs cŏlŭnt lăcērtōs,* (Phal.) Stat. S. 4, 19, 15.

**Bȳzāntĭnŭs.** *Bȳzāntĭnă Sŏphōs tĕnērĕ rēgnă.* (Phal.)



Digitized by Google

Bȳzāntĭŭm. *Quāquĕ tĕnēnt Pōnti Bȳzāntĭă līttŏră faūcēs,* Ov. Tr. 1, 11, 29. *Urbs Thraciæ, renovata ab Imperatore Constantino, qui ibi sedem Imperii elegit, Româ summo Pontifici concessâ.* SYN. Cōnstāntīnŏpŏlis. EPITH. Sŭpērbŭm, nōbĭlĕ, īnsīgnĕ, māgnĭfĭcŭm, fŏrtĕ, pŏtēns, mūnītŭm, māgnŭm, āltŭm. PHR. Bȳzāntĭă līttŏră, mœnĭă. Bȳzāntĭæ ārcēs. Nŏvă Rōmă. VERS. ŏpĭbŭs Rēgnum ēxōrnātă; pŏtēntī īmpĕrĭō, fāmāque īngēns, māgnæ æmŭlă Rōmæ. Hic lŏcŭs ēst gĕmĭnī jānŭă vāstă măris. V. *Constantinopolis.*

## C.

CĂbāllīnŭs. *Nēc fōntĕ lābră prōlŭī Căbāllīnō,* (Scaz.) Pers. Prol. 1.

căbāllŭs. *Optăt ărārĕ căbāllŭs,* Hor. Ep. 1, 14, 43. SYN. ĕquŭs, quadrŭpēs, sŏnĭpēs. EPITH. Pĭgĕr, vŏlŭcĕr, sŭpērbŭs. V. *Equus.*

căcăbŭs. *ālbōrŭm cālĭcum, ătquĕ căcăbōrŭm,* (Phal.) Stat. 4, 9, 46.

căchīnnŏr, *vel* căchīnno, ās. *Fīĕt ŭtī rīsū trĕmŭlō cōncŭssă căchīnnĕt,* Lucr. 1, 917. SYN. ŏbgānnĭo, rīdĕo. PHR. Căchīnnīs āppĕto, lăcĕro, tŏrquĕo, āttōllĕrĕ rīsŭm, īngĕmĭnārĕ căchīnnōs. Nāsō sŭspēndĕrĕ, ēffūsō căchīnnō ēxcĭpĕrĕ. ēst quæ pērvērsō dĭstōrquĕăt ōră căchīnnō. V. *Rideo et Derideo.*

căchīnnŭs. *īngĕmĭnānt trĕmŭlō nāsō crīspāntĕ căchīnnōs,* Pers. 5, 87. SYN. Rīsŭs, jŏcŭs, gānnītŭs. EPITH. Lætŭs, pĕtŭlāns, trĕmŭlŭs, ārgūtŭs, tĕnĕr, mōllĭcŭlŭs, sŭbsānnāns, mōrdāx, rĭgĭdŭs. V. *Risus.*

căco. *Bāssĕ bĭbīs vītrō, cārĭŭs ērgŏ căcās,* Mart. 1, 38. PHR. ālvŭm ēxŏnĕro, Vēntrīs ŏnŭs dēpōno. Vēntrīs ŏnŭs mīsĕrō (nĕc tē pŭdĕt) ēxcĭpĭs aūrō. *(Mart.)*

căcŏdæmōn, ŏnis.—*Vĭdĕās căcŏdæmŏnă nīgrīs,* Text. V. *Dæmon.*

căcŏēthēs, is. *Scrībēndī căcŏēthēs ĕt ægro in cōrdĕ sĕnēscĭt,* Juv. 7, 52. SYN. Prāvŭs mōs, *vel* prūrītŭs.

căcūmĕn, ĭnis. *Nūnc hērbæ rŭptā tēllūrĕ căcūmĭnă tōllūnt,* Ov. F. 4, 127. SYN. Cūlmĕn, vērtēx, ăpēx, fāstīgĭŭm. EPITH. ūmbrōsŭm, cēlsŭm, mōntānŭm, sūblīmĕ, ăcūtŭm, frōndōsŭm, nīmbōsŭm, āltŭm, sāxōsŭm, vĭrĭdāns, ărdŭŭm, āĕrĭŭm, rāmōsŭm, ēxcēlsŭm, ăpērtŭm, sŭpērbŭm, frōndĭfĕrŭm, īnhōspĭtŭm, vĭrēns, stĕrĭlĕ, īnāccēssŭm, scŏpŭlōsŭm, dēclīvĕ, āvĭŭm. PHR. Sūmmī fāstīgĭă mōntīs. Prærūptī nīmbōsă căcūmĭnă sāxī. Sūmmī fāstīgĭă cūlmĭnĭs. Sūmmŭs ăpēx. Sāxă mĭnāntĭă cœlō. Frōndōsō vērtĭcĕ mōntēs Cōnspĭcŭī. Ālpīnī mōntōsă căcūmĭnă dōrsī. Vērtĭcĕ cēlsō cānŭs ăpēx. VERS. mōntĭs vĭcīnă căcūmĭnă cœlō. V. *Culmen, vertex.*

căcūmĭno. *Dăt spătĭŭm cōllō: sūmmāsquĕ căcūmĭnăt aūrēs,* Ov. Met. 3, 195. SYN. ăcŭo, ăcūmĭno.

Căcŭs. *Căcŭs Ăvēntīnæ tĭmŏr ătque īnfāmĭă sȳlvæ,* Ov. Fast. 1, 55. *Hic Căcŭs, hōrrēndŭm Tĭbĕrīnō gūrgĭtĕ mōnstrŭm,* Ovid. *Vulcani filius, Aventini montis incola, in Italiâ. Insignis latro, qui boves et armenta quæ abigebat, versis vestigiis, caudâ trahebat in speluncam; sed eum Hercules, fraude detectâ, occidit. Fingebant eum ore triplici, ignem fumumque evomere, ac monstrum esse semiferum.* EPITH. Fĕrōx, īmmānĭs, vĭgĭl, pērvĭgĭl, rāptŏr, caūtŭs, cāllĭdŭs. PHR. Vūlcānō gĕnĭtŭs, sătŭs, Vūlcānĭă prōlēs. Rāptŏr Ăvēntīnŭs. VERS. Vāstō sūmmōtă rĕcēssū Sēmĭhŏmĭnĭs Căcī spēlūncă. Sȳlvārŭmquĕ trĕmŏr tăcĭtā quī fraūdĕ sŏlēbăt Dūcĕrĕ nēc rēctās Căcŭs īn āntră bŏvēs. Căcīquĕ răpācĭs Tēmpŏră nōdōsæ cōncŭssit rōbŏrĕ clāvæ. Quăm fĕrŭs īpsĕ sŭō pĕrĭīt māctātŭs in āntrō Prŏdĭtŭs īnclūsæ Căcŭs ăb ōrĕ bŏvĭs.

cădāvĕr, ĕris. *īn stăbŭlīs tūrpī dīlāpsă cădāvĕră tābō,* Virg. Geo. 4, 557. EPITH. īnfōrmĕ, mœstŭm, tētrŭm, tūrpĕ, dēfōrmĕ, mīsĕrābĭlĕ, ēxānguĕ, fœdŭm, gĕlĭdŭm, crŭēntŭm, flēbĭlĕ, trānsfōssŭm, frīgēns, frīgĭdŭm, pāllĭdŭm, pāllēns, hōrrēndum. PHR. ārtŭs īnānēs, ēxānguēs, ēxānĭmēs. Spŏlĭātŭm vītā cŏrpŭs. Mūtum, ēt sĭnĕ sānguĭnĕ cŏrpŭs. Trūncŭs, vītāquĕ ănĭmāquĕ sŏlūtŭs. Dēfūnctāquĕ cŏrpŏră vītā. ēxānĭmŭm cŏrpŭs. Spŏlĭātŭm lūmĭnĕ cŏrpŭs. Cŏrpŭs īnānĕ. VERS. Jăcĕt īngēns līttŏrĕ trūncŭs; ăvūlsŭmque hŭmĕrīs căpŭt, ēt sĭnĕ nōmĭnĕ cŏrpŭs.

Cădmēis, ĭdis.—*Mātrēs Cădmēĭdĕs ădsūnt,* Ov. M. 9, 304.

Cădmēĭŭs. *Tālĭs ŏpācă lĕgēns nĕmŏrŭm Cădmēĭŭs hērōs,* St. SYN. Cădmēŭs, ă, ŭm.

Cădmŭs. *Aūt īn ăvēm Prŏgnē vērtātŭr, Cădmŭs īn ăngŭēm,* Hor. A. P. 387. *Filius*

Digitized by Google

*Agenoris, Regis Tyri ac Sidonis in Phœniciâ. Cùm in Bœotiâ sororem Europam quæreret, à Jove raptam, Thebas condidit. Hunc unà cum uxore Hermione, in serpentem mutatum fuisse fabulantur.* SYN. Ăgēnŏrĭdēs, Ăgēnŏrĕ nātŭs. EPITH. Hȳāntĭŭs, i. e. *Bœotus*, dīrŭs, Thēbānŭs, prŏfŭgŭs, Mārtĭŭs, aŭdāx, gĕnĕrōsŭs, bēllāx, clārŭs, insignis, pŏtēns, impāvĭdŭs. PHR. Sīdŏnĭŭs ĕxŭl. Tȳrĭā dē gēntĕ prŏfēctŭs. Jŭvĕnis Hȳāntĭŭs. Prīmŭs Thēbānæ cōndĭtŏr ūrbis. Mōtæ jūssŭs sŭppōnĕrĕ tērræ Vīpĕrĕōs dēntēs, pŏpŭli incrēmēntă fŭtūri. *Serpentis occisi dentes sevit, ex quibus nati homines armati.*

cădo, cĕcĭdī, cāsŭm. *Mūltă rĕnāscēntŭr, quæ jām cĕcĭdērĕ; cădēntquĕ,* Hor. A. P. 70. SYN. Dēcĭdo, cōncĭdo, ēxcĭdo, prōcĭdo, lābŏr, dēlābŏr, prōlābŏr, cōllābŏr, rŭo, cōrrŭo, præcĭpĭto, prōcŭmbo. PHR. ăd tērrām, in præcēps lābŏr, fĕrŏr, vĕhŏr. Grăvi căsū, rŭīnā, māgnō impĕtĕ, dēvēxō pōndĕrĕ prōlābŏr. Præcēps āgŏr, fĕrŏr, impēllŏr. Præcēps cădo. Tōtŭs in tērrām rŭit. Rŭit dē vērtĭcĕ præcēps. Vōlvĭtŭr in căpŭt. Prōcŭmbit hŭmi bōs. VERS. Rŭīnām Prōnā trăhit pēnĭtŭsque illīsă rĕcŭmbit. Scŏpŭli ingēntēm trăxēre rŭīnām. Dŏmŭs lāpsă rĕpēntĕ rŭīnām cŭm sŏnĭtū trăhit. Cădit, inquĕ rŭīnām Sēcŭm tēctă trăhit, răpit. Fātālī cūnctă rŭīnā Quāssā, cōncūssă, lābĕfāctă, *vel* quāssātă lăbānt. Cōncūssæ nūtānt tūrrēs, lāpsūmquĕ mĭnāntŭr. Āb āncĭpĭti dēlāpsŭs cūlmĭnĕ mōntis. Cōllāpsă rŭūnt immānĭă mēmbră. Cætĕră nē sĭmĭli cădĕrēnt lābĕfāctă rŭīnā. Cēlsæ grăviōrĕ căsū Dēcĭdūnt tūrrēs. Pōndĕrĕ tūrris Prōcŭbŭit sŭbĭtō. ipsă grăvis, grăvĭtērque ăd tērrām pōndĕrĕ vāstō Cōncĭdit. in mărĕ lāssătis vŏlŭcris vāgă dēcĭdit ālis. ipsă sŭō quōndām pōndĕrĕ trāctă rŭūnt. Jāmquĕ dŏmŭs, plŭvĭā rīmām făcĭēntĕ, dĕhiscit. āc vĕlŭti mōntis săxūm, dē vērtĭcĕ præcēps, Cūm rŭit āvūlsūm vēntō, sēu tūrbĭdŭs imbĕr Prōlŭit, aŭt ānnis sōlvit sūblāpsă vĕtŭstās. Cūm dŏmŭs ingēnti sŭbĭtō mĕă lāpsă rŭīnā Cōncĭdit, in dŏmĭni prōcŭbŭitquĕ căpŭt. V. *Pro Mori.* V. *Morior.*

Cădūcĕŭs, *vel* Cădūcĕūm, ĕi. *Virga Mercurii, duplici serpente circumcincta. Illâ discordias sedabat, animas evocabat ab inferis, et alia portentosa patrabat. Legatorum et Fecialium virga Caduceus etiam appellatur.* EPITH. Păcĭfĭcŭs, fēlix, faūstŭs, pācĭfĕr.

Cădūcĭfĕr, ă, ūm. *Hinc sē sūstŭlĕrāt pārĭbūs Cădūcĭfĕr ālis,* Ov. M. 2, 708. V. *Mercurius.*

cădūcŭs. *Vīdi ĕgŏ lābēntēs ăcĭēs, ĕt tēlă cădūcă,* Prop. 4, 2, 53. SYN. Frăgĭlis, infirmŭs, lābāns, pĕrĭtūrŭs, flūxŭs, dēbĭlis, *vel* cădēns, lābēns.

cădŭs. *Vīnă bŏnŭs quæ deindĕ cădis ŏnĕrārăt Ăcēstēs,* Virg. Æn. 1, 199. SYN. Dōlĭūm. EPITH. Pĭcĕātŭs, vĕtŭlŭs, frăgĭlis, nĭvĕŭs, nĭgĕr, fūmōsŭs, spūmāns, Fălērnŭs, *à Falerno monte Campaniæ, vini ferace.* PHR. Lyæō plēnŭs. Spūmāntĭă Băcchō Pōcŭlă. VERS. in Vātĭcānis cōndĭtă mūstă cădis. Flāvăquĕ dē rŭbrō prōmĕrĕ mēllă cădō. Mōllĭăque ilignis vīnă rĕpōstă cădis.

cæcĭgĕnŭs. *Nūm cūm cæcĭgĕni, Sōlis qui lūmĭnă nūnquām,* Lucr. 2, 740. V. *Cæcus.*

cæcĭtās, ātis. *in cæcĭtātĕ cōrpŏris mēnte intŭēns.* (Iamb.)

cæco. *Fig. dēnsō cæcāntŭr stīpĭtĕ sylvæ,* Avien. SYN. ēxcæco, ōbcæco. PHR. Lūmĭnă, ŏcŭlōs ēffŏdĕrĕ, ērŭĕrĕ, ērĭpĕrĕ. Dĭgĭtōs in lūmĭnă cōndĕrĕ. Mănū lūmĭnă haūrīrĕ. ŏcŭlōs, *seu* lūmĭnă gĕnis ēxpēllĕrĕ, sēdĭbŭs sŭis ērŭĕrĕ. Lūmĭnă pĕrpĕtŭā nōctĕ dāmnārĕ. Lūmĕn ădĭmĕrĕ, ērĭpĕrĕ. Lūcĕ prīvārĕ, ōrbārĕ. VERS. Rādīce āb imā fūndĭtŭs vūlsōs sĭmŭl ēvōlvit ōrbēs. Huic ŏcŭlōrum ōrbēs ūngŭibŭs, *vel* fērrō ēffŏdĭūnt. Lūmĕn trānsvērbĕrāt ēnsĕ. ēt pătĭār fōssis lūmĕn ăbīrĕ gĕnis.

Cæcŭbūm. *Cæcŭbă vīnă fĕrēns,* Hor. S. 2, 8, 15.

cæcŭs. *impĭŭs āntĕ ārās, ātque aūri cæcŭs ămōrĕ,* V. 1, 353. SYN. ōbcæcātŭs, ēxcæcātŭs. PHR. Lūmĭnis ēxpērs. Lūmĭnĕ cāssŭs. Pērpĕtŭā dāmnātŭs nōctĕ. Ætērnā nōctĕ, ætērnis tĕnebris, ætērnā cālīgĭnĕ ŏcŭlōs tēctŭs. Lūmĭnĭbŭs, vīsū ōrbŭs, *vel* vĭdŭātŭs. Lūcĕ prīvātŭs. Rāptis, ēffōssis lūmĭnĭbŭs, ŏcŭlis cæcŭs, ŏcŭlis prīvātŭs, ōrbātŭs, cāptŭs. Cui lūmĕn ădēmptūm. Rāptis lūmĭnĭbŭs rĕpēntĕ cæcŭs. Vītām pĕrpĕtŭā sŭb nōctĕ trăhēns. Lūmĭnĕ cāptŭs. Cūjŭs lūmĭnă lūcis ĕgēnt. Lūcĕ cărēnt ŏcŭli. ĭnānēs lūmĭnis ōrbēs. Sōlis qui lūmĭnă nūnquām āspēxit. Stăt lūmĭnĕ rāptō. VERS. Si tū quŏquĕ lūmĭnis hūjŭs ōrbŭs, ăit, fĭĕrēs. Trĭstēmquĕ trăhit sĭnĕ lūmĭnĕ vītām. Trĕpĭdŭsquĕ mĭnistrō Prætēntāt băcŭlō lūmĭnis ōrbŭs itĕr.

cæcūtio, is, ii. *Cæcūtīre ĕtiām quŏniām pĕr mūnĕra ăcūtūm,* F.



Digitized by Google

cædēs, is. *Tūnc cædēs hŏmĭnūm gĕnĕri, tūnc prælĭă nātă.* T. SYN. Clādēs, strāgēs, fūnĕră. EPITH. impĭă, dīră, fūrĭālis, sānguĭnĕă, fĕră, dūră, mĭsĕrāndă, ăcērbă, fērālis, infaūstă, lēthĭfĕră, crŭēntă, fūnēstă, imprŏbă, insānă, atrōx, hōrrĭfĭcă, crūdēlis, mĭsĕră, infāndă, nĕfāndă, hōrrĭdă, ātră, lūctŭōsă, flēbĭlis, tristis, hŏstīlis, rĕpēntīnă, ēffĕră. VERS. Cădit infēlix vĭŏlēntā cædĕ pĕrēmptŭs. Lætă crŭēntābāt tūrpi cōnvīvĭă cædĕ. Crūdă vĭrūm cædēs flūmĭnis instăr ĕrăt. Plēnă fĕræ cædis, plēnă crŭōris ĕrăt. tĕpĭdŭs fūmăt rĕcēnti cædĕ lŏcŭs. Silvām nūllō discrīmĭnĕ cædem sŭscĭtăt. tūnc brĕvĭŏr diræ mōrtis ăpērtă via ēst. V. *Occisio, Strages.*

cædo, cĕcīdi, cæsūm.—*Quŏd nūllă rĕcīdĕrăt ætās,* Ov. M. 2, 418. SYN. Vērbĕro, pērcŭtio, fĕrio, *vel* ŏccīdo, intērfĭcio, intĕrĭmo, pĕrĭmo, nĕco. PHR. Tēlis cōnfīgo, trānsfŏdio. Mānū pērcŭtĕrĕ. Nūnc dēxtra ingĕmĭnāns ictūs, nūnc illĕ sĭnistrā. V. *Occido, Verbero.*

cælāmĕn, ĭnis.—*nĕque ĕnim clўpĕi cælāmĭnă nōvit,* Ov. M. 13, 291.

cælātŏr, ōris. *Sit mihi prætĕrĕā cūrrūs cælātŏr, ĕt āltĕr,* Juv. 9, 145.

cælātūră. *āc ŏnўchās gēmmās, cælātūræquĕ mŏnīlĭs.* F.

cælātŭs. *Cælātūs fērrō, tristēsque ĕx æthĕrĕ diræ,* Virg. Æn. 8, 701. SYN. Scūlptŭs. PHR. Ærĕ ēffictŭs, ēxprēssŭs, signis ăspĕr.

cælebs, ĭbis. *Nīl ăit ēssĕ priŭs, mĕlĭŭs nil cælĭbĕ vītā,* Hor. Ep. 1, 1, 88. SYN. Innūbŭs; *pro virgine,* innūbă, innūptă. PHR. Cōnjŭgis ēxpērs, nēscĭŭs, ignārŭs. Cāstūm sērvāns intāctō cōrpŏrĕ flōrēm. Virgo ignāră vĭri. Tædæ nōn nōtă jŭgāli. VERS. Virgĭnĭtātis ămōrēm intĕmĕrātă cŏlit. Cōntēmptō mūnĕrĕ Phœbi, innūbă pērmănĕo. V. *Castus.*

cælēstis.—*tāntæne ănĭmis cælēstĭbŭs iræ?* Virg. Æn. 1, 15. SYN. Æthĕrĕŭs, āĕrĕŭs, sydĕrĕŭs, sŭpĕrŭs.

cælĭcŏlæ. *Nūllă sŭpĕr nūbēs cōnvīvĭă cælĭcŏlārūm,* Juv. 13, 42. SYN. Cælitēs, cælēstes, sŭpĕri, Dīvi, Bĕāti. PHR. Qui cælēstēs aūrās, sŭpĕrās dŏmŭs, cæli tēctă incŏlūnt. Cælĭtŭūm cŏhōrs, cœtŭs. Cīvēs Ŏlympi. Æthĕrĕi prŏcĕrēs, Cæli cīvēs, Dīvōrūm, *seu* Dīvūm Sĕnātŭs, Cœlō rĕcēpti prŏcĕrēs. Sānctæ ănĭmæ, ăgmĭnă Dīvūm. Gēns āddĭtă cœlō. Sydĕrĕi chŏri. illūstrēs ănĭmæ. Quŏs pūrĭŏr āccĭpit æthĕr. ālĭgĕri prŏcĕrēs. Æthĕrĕi prŏcĕrēs sānctŭsquĕ Sĕnātŭs. Qui pĕdĭbŭs nūbēs ĕt sydĕră cālcānt.

cælĭcŭs. *ānnŭĕrint ūnō cūlŏ tĭbi cælĭcă tēctă,* Mant. SYN. Cælēstis, sŭpĕrŭs, æthĕrĕŭs, sydĕrĕŭs.

cælĭfĕr, ă, ūm. *ēxtra ānni Sōlisquĕ vĭās, ŭbi cælĭfĕr Ātlās,* Virg. Æn. 6, 796.

Cælitēs, ūm, ŭūm. *Nōn ĭtă Cælĭtĭbŭs vīsum ēst,* Ovid. SYN. Cælicŏlæ, Sŭpĕri. V. *Cælicolæ.*

cælĭtŭs. Adv. *Cælĭtŭs insĕrĭtŭr, si quĭs mŏdŏ, &c.* Er. SYN. Cœlō, ē Cœlō, *vel* dīvīnĭtŭs.

cælo, ās. *Quæ bŏnŭs Eūrytĭōn mūltō cælāvĕrăt aūrō,* Virg. Æn. 10, 499. SYN. Scūlpo, incīdo. PHR. Ærĕ fingo, ēffingo, ēxprĭmo. Aūrō, lăpĭdĕ, lignō ēffingo. VERS. Cælātăque in aūrō Fōrtĭă fāctă vĭrūm.

1. cælum. *Frīgĭdă vix cælō nōctis dēcēssĕrăt ūmbră,* Virg. Æn. 6, 14. SYN. Æthĕr, sīdĕră, āstră, æthră, aūră, āxis, pŏlŭs, Ŏlympŭs. EPITH. prŏfūndūm, cēlsūm, nĭtĭdūm, sīdĕrĕūm, stēllāns, pūrūm, vŏlūbĭlĕ, māgnūm, plŭvĭūm, liquĭdūm, cōnvēxūm, fūlgēns, ignĭfĕrūm, cærŭlĕūm, sūblīmĕ, cŏlōrātūm, splēndĭdūm, flāmmĭgĕrūm, rĕfūlgēns, stēllātūm, pictūm, āstrĭfĕrūm, vărĭābĭlĕ, bĕātūm, incūrvūm, pūlchrūm, rŭtĭlūm, ŏblīquūm, sĕrēnūm, immēnsūm, cŏrūscūm, ārdŭūm, gēmmĕūm, rĕcūrvūm, vērsātĭlĕ, nimbōsūm, nūbĭlūm, plăcĭdūm. V. *Aer.* PHR. Cælēstēs ōræ. Sŭpĕræ dŏmŭs. Cæli ātrĭă, pălātĭă. Tēctă inclўtă, rēgnă, ōræ cælēstēs, æthĕrĕæ, āĕrĭæ, sŭpĕræ, sīdĕrĕæ. Cæli tēmplă. Spătĭă æthĕris. Æthĕris ōræ. Æthĕrĭŭs vērtēx. Æthĕrĕă plăgă, Sydĕrĕæ sēdēs. Sydĕrĕi āxēs. Līmĭnă Dīvūm. Tēctă Tŏnāntis. Cœlēstĕ sŏlĭūm. Æthĕrĕi ōrbēs. Rēgĭă māgnă Jŏvis. Cælēstis aūlă. Jŏvis ātrĭă sūmmi. Stēllĭfĕr ōrbis. Cæli cōnvēxă dŏmŭs. ārcēs Ŏlympi, āltŭs Ŏlympi vērtēx. Tēmplă stēllāntis Ŏlympi. Sŭpĕrūm cōnvēxă, ōrūm; Æthĕris ārcēs. ātrĭă Dīvūm. Stēllāntĭă cœli tēctă. Rēgnă bĕātă pŏli. Stēllis ārdēns lūcēntĭbŭs æthĕr. Ætērnæ rēgnă sălūtis. Quŏd tēgit ōmnĭă cælūm. VERS. Pătĕr ŏmnĭpŏtēns tĕr cælō clārŭs ăb āltō intŏnŭit. Tædĕt cæli cōnvēxă tŭēri. Quæ Pătĕr ŭt sūmmā vīdit Sātūrnĭŭs ārcĕ. Dēmīsit ăb āltō. Ūnde hæc tām clāră rĕpēntĕ Tĕmpēstās? Vĭdĕō mĕdĭūm discēdĕrĕ cælūm. Sŭpĕrāsquĕ Dĕōrūm implēvĕrĕ dŏmŏs. Sydĕrĕŏs cæli rĕdĭtūrŭs ăd āxēs. Fās illi līmĭnă Dīvūm Tăn-

Digitized by Google

gĕrĕ. Măctĕ nŏvă virtūtĕ pŭĕr, sic ĭtŭr ăd āstră. ŭbĭ stēllāntis rēctŏr Ŏlŷmpī innŏcŭās ănĭmās vĭtĭōrŭm lābĕ cărēntēs Cōllŏcăt. ŭbĭ nēc lūctūs, nēc mōrbi, aūt ānxĭă cūră Sōllĭcĭtānt mĭsĕrās trĕpĭdā fōrmīdĭnĕ mēntēs: Sēd sēcūră quĭēs ēt nēscĭă vītă sĕnēctæ, ēt cūm pācĕ fĭdēs hăbĭtānt.

*cælos ascendere.* PHR. Sŭpĕrās ēvādĕrĕ ăd aūrās. Scāndĕrĕ ăd æthĕrĕās sēdēs. Flāmmĭgĕrūm cōnscēndĕrĕ Ŏlўmpūm. Sŭpĕr ārdŭă sȳdĕră cæli Scāndĕrĕ. ădīrĕ sŭpērnă Rēgnă pŏlī. VERS. ārcēmquĕ pŏlī pĕr ĭnānĕ pĕtīvĭt. Hæc ŭbĭ dīctă dĕdĭt, cælō sē prōtĭnŭs āltō Mīsĭt. Dīxĭt, ĕt in cælūm părĭbŭs sē sūstŭlĭt ālis. ō pătĕr ānne ălĭquōs ăd cælum hinc īrĕ pŭtāndum ēst? Dīxĭt, ĕt aūrātis pērstrĭngēns āĕră pēnnis, in cælūm sē vīrgŏ răpĭt. Hæc ăĭt, ēt lĭquĭdō sīgnāvĭt trāmĭtĕ nūbēs.

*cælo descendere.* PHR. ē cælō dēlābŏr, dēmīttŏr, lābŏr, dēsĭlĭo, ăb āstris dēlābŏr. VERS. Hūc tūnc īgnĭpŏtēns cælō dēscēndĭt ăb āltō. Dĕŭs æthĕrĕ mīssŭs ăb āltō. Sĭmŭl hæc ēffātŭs, ăb āltō Æthĕrĕ sē mīttĭt. īllă lēvēs cæli dēmīssă pĕr aūrās īnsŏnŭĭt. Nŏvă prōgĕnĭēs cælō dēmīttĭtŭr āltō. Vīsă dĕhinc cælō făcĭēs dēmīssă părēntis.

2. cælūm. *Quis tē Phīdĭăcō fōrmātūm Jūlĭă cælō,* Mart. 6, 13. SYN. Scālprūm. EPITH. Pŏlўclētæūm, Phīdĭăcūm, Mēntŏrĕūm, *à peritis Sculptoribus,* lăbōrĭfĕrūm, mōrdāx, dūrūm, ăcūtūm, fērrĕūm.

cærĕmōnĭă. *Cōnsĕcrātĭō cærĕmōnĭārūm.* (Phal.) SYN. Cĕrĕmōnĭă. PHR. Cūltŭs săcĕr, rĕlĭgĭōsŭs, pĭŭs.

cærŭlĕŭs, *vel* cærŭlŭs, ă, ūm. *ipsăquĕ cærŭlĕis chārtă fĕrītŭr ăquis,* Ovid. Trist. 1, 10, 40. SYN. Glaūcŭs, cæsĭŭs, vĭrĭdis, mărīnŭs.

cærŭlă, *pro Mari. ădnīxī tōrquēnt spūmās, ĕt cærŭlă vērrūnt,* V. Æ. 3, 208. V. *Mare.*

Cæsăr, ăris. *Cæsărĭbūs, cūm cōnjŭgĕ dīgnā.* Ovid. *Cognomen Juliorum est, quod qui primus adeptus est ab eo dictus fertur, quòd cæso matris utero fuerit natus, vel à Cæsarie cum quâ natus creditur. Hoc nomine præcipuè intelligitur Julius Cæsar, vel quia Cæso erat, vel ab Cæsariem.* EPITH. Trōjānŭs, ăcĕr, īndŏmĭtŭs, crŭēntŭs, Hēspĕrĭŭs, Lătĭŭs, Rōmānŭs, Tārpēĭŭs, *à Tarpeio monte:* Trōjānŭs, *ab Æneâ et Iūlo, ex quibus oriundus:* ēgrĕgĭŭs, īnvīctŭs, fĕrōx, fĕrŭs, māgnŭs, māgnănĭmŭs, ārmĭsŏnŭs, sŭpērbŭs. PHR. Dūx Lătĭŭs. Dūctŏr Aūsŏnĭŭs. Dē sānguĭnĕ nātŭs Iūlī. Jūlĭŭs ā māgnō dēmīssūm nōmĕn Iūlō. Illūstri stīrpĕ crĕātŭs. Pūlchră ŏrīgĭnĕ nātŭs.

Cæsărĕŭs. *Cæsărĕōs vĭdĕō vūltūs, vĕlŭt āntĕ sŏlēbām,* Ov. Pont. 2, 8, 13.

cæsărĭēs, ĭēi. *Aūrĕă cæsărĭēs ōllis, ātque aūrĕă vēstis,* Virg. Æn. 6, 659. SYN. Căpĭllī, crīnēs, cŏmă. EPITH. Nĭtĭdă, pēndŭlă, rădĭāns, flŭĭtāns, cāndĭdă, gĕnĭālis, flāvĭcŏmă, pūlchră, flāvă, dĕcōră, fūlvă. VERS. Cæsărĭēm rŭtĭlām pĕr cāndĭdă cōllă rĕfūndĭt. Dūbĭām lānūgĭnis ūmbrām, cæsărĭēs īntōnsă tĕgĭt. V. *Capilli.*

cæsĭŭs. *Cæsĭō vĕnĭam ōbvĭŭs lĕōni,* Catul. 45, 7. (Hendec.) *Color subviridis, igneo splendore intermicans, oculorum proprius. Hujusmodi oculos poëtæ Palladi tribuerunt, utpote præferocis animi indices.*

cæstŭs, ūs. *Aūdĕt ădīrĕ vĭrūm, mănĭbŭsque īndūcĕrĕ cæstŭs,* Virg. Æn. 5, 379. *Genus clavæ pilas plumbeas loris bubulis appensas habens, quo Daretem et Entellum pugnâsse legimus.* EPITH. vălĭdŭs, grăvis, īngēns, īmmānis, ærĭsŏnŭs, pīctŭs, plūmbĕŭs, lēthĭfĕr, lēthālis, crŭēntātŭs, crŭēntŭs. VERS. Crūdō dēcērtĕt Græcĭă cæstū. Hic jŭvĕnēs dūris ārmāti cæstĭbŭs ībānt. Stābăt Ĕrȳx grăvĭdō pērfrāctŭs tēmpŏră cæstū. Sīn crūdō fīdit pūgnām cōmmīttĕrĕ cæstū. Gĕmĭnōs īmmāni pōndĕrĕ cæstŭs āttōllit.

cæsūră. *ēxtīnnă mēmbrōrūm cīrcūm cæsūră tămĕn sē,* Ov. Tr. 1, 109. SYN. Cæsio, incisio, scissūră.

cætĕră. *Cætĕră tūrmă pălām tĭtŭlōs ōffēndĭt ăpērtōs,* Ov. Tr. 1, 1, 109. SYN. ălĭă, rĕlĭquă.

cætĕrūm, *vel* cætĕrō, *vel* cætĕră. SYN. Dēnĭquĕ, tămĕn, āttămĕn, dĕīncēps.

cætĕrōquin, *vel* cætĕrōquī. SYN. ălĭōquin.

Cājĕtă. *Tū quŏquĕ līttŏrĭbŭs nōstrīs Ænēĭă nūtrīx, Ætērnām mŏrĭēns fāmām, Cājĕtă, dĕdīsti,* Virg. Æn. 7, 2. *Æneæ nutrix, vel Ascanii, cujus ut memoriam posteris relinqueret, urbem in Italiâ condidit Æneas, ejusdem nominis.*

Cāīnĭgĕnæ. *Nāmquĕ Cāīnĭgĕnūm cūm sē, &c.* Vict.

Cāin *vel* Cāinŭs. *Si mŏdō pænĭtĕāt făcti, quŏd tēstĕ Cāīnō,* Vict. *Adami primo-*



Digitized by Google

*genitus, qui fratrem Abelem occidit, præ invidiâ; eò quòd nempe Abelis sacrificia Deo acceptiora essent quàm sua.* EPITH. Sævŭs, împĭŭs, crūdēlĭs, învīsŭs, immānĭs, ĭnĭquŭs, dīrŭs. PHR. impĭŭs, frātrĭcĭdă. Cælō invīsŭs. Nōtŭs fĕrĭtātĕ Cāīnŭs. Frātĕrnā cædĕ crŭēntŭs. VERS. Frātĕrnō prīmŭs tĕrrăm quī sānguĭnĕ tinxit. Qui prīmŭs cōgnātō măcŭlāvit sānguĭnĕ dēxtrăm.

Călabrĭă. *Nōn æstŭōsæ grātă Călābriæ,* Hor. Carm. 1, 31, 5.

Călăbĕr. *Ēnniŭs ēmĕrŭit Călăbrĭs in mōntĭbŭs ōrtŭs,* Ov. A. A. 3, 409.

|| călămistĕr, *vel* călămistrŭm. EPITH. ūrēns, crispāns.

călămistrātŭs, *Plaut.* PHR. Călămistrō ĭnūstŭs, pĕxŭs, ōrnātŭs.

călămĭtās, ātis. *Nēc pērmŏvērī călămĭtātĕ, nēc flērĕ,* (Sc.) SYN. Ærūmnă, mĭsĕrĭă, ægrĭtūdo, mœrŏr, mălă, dŏlōrēs, ādvērsī cāsūs: fŏrtūnă ădvērsă, infŏrtūnĭŭm, clādēs, strāgēs, dāmnŭm, ēxĭtĭŭm, dētrīmēntŭm, incōmmŏdŭm. V. *Malum.*

călămĭtōsŭs. *in călămĭtōsō rīsŭs ĕtĭam injūrĭa ĕst.* Publ. V. *miser.*

călămŭs. *Lūdĕrĕ quæ vēllēm călămō pērmĭsit ăgrēstī,* Virg. Ecl. 1, 10. SYN. Cŭlmŭs, stĭpŭlă, ărūndo, ăvēnă, *vel* fistŭlă. V. *Fistula; vel* săgittă, spīcŭlŭm. V. *Sagitta.* EPITH. Grăcĭlĭs, lĕvĭs, mōllĭs, frăgĭlĭs, tĕnŭĭs, pălūstĕr; *pro fistulâ,* lŏquāx, ărgūtŭs, dūlcĭlŏquŭs, sŏnōrŭs, cănōrŭs.

călăthiscŭs. *Vēllĕră vĭrgātī cūstōdĭbānt călăthiscī,* Catul. 62, 319.

călăthŭs. *ēccĕ fĕrūnt Nȳmphæ călăthīs, &c.* Virg. Ecl. 2, 46. SYN. Cănistrŭm, cĭstă, cĭstŭlă, fiscĭnă, fiscēllă. EPITH. Vīmĭnĕŭs, nēxĭlĭs, căpāx, ĭnērs, vĭrgātŭs, ēbūrnŭs, fœmĭnĕŭs, ŏdōrŭs, flōrĭgĕr, frāgrāns, rĕdŏlēns, pătēns. PHR. Vās lēntō vīmĭnĕ tēxtŭm. VERS. Nūnc vīmĭnĕ tēxtōs irrīdēns călăthōs fŏlĭis ăgrēstĭbŭs implĕt. Tēxtĭlĭs ā dēxtrā călăthŭs dēpēndĕt. Tĭbĭ lĭlĭă plēnīs ēccĕ fĕrūnt Nȳmphæ călăthīs. V. *Canistrum.*

călcānĕŭs, *vel* călcānĕŭm. *Cōntĭnŭīs rīmīs călcānĕă scīssă rĭgēbānt,* Virg. Moret. 28. SYN. Călx.

călcăr, ăris. *Seū spūmāntĭs ĕquī fŏdĕrēs călcārĭbŭs ărmōs,* Virg. Æ. 8, 88. SYN. Stĭmŭlŭs, ăcūlĕŭs. EPITH. ăcūtŭm, ærātŭm, dūrŭm, sŭbĭtŭm, rĕpĕtītŭm, pūngēns, pērpĕtŭŭm, impōrtūnŭm, ădmōtŭm. PHR. Călx fērrĕŭs, fērrātŭs, ærĕŭs, ærātŭs. Călx fērrĕă, fērrātă, ærĕă, ærātă. Quō ūrgēntŭr ĕquī. Quō lătŭs ĕquī tūndĭtŭr. *Calcar admovere.* Călcārĭbŭs, călcĕ, stĭmŭlīs ĕquī lătŭs fŏdĕrĕ. Călcārĭbŭs ĕquī ārmōs, *vel* ĕquŭm fŏdĕrĕ, ūrgērĕ, incĭtārĕ, tūndĕrĕ, cĭtārĕ, fătīgārĕ. ĕquō călcăr sŭbdĕrĕ. VERS. Cōrnĭpĕdēmquĕ cĭtŭm fērrātā călcĕ fătīgăt. Sævīs călcārĭbŭs ūrgēnt. V. *Stimulus.*

călcārĭŭs. *Cāsū invēntă lŏcīs fōrnāx călcārĭă văstō,* M.

călcātŏr, ōris. *ūt nūdŭs rūptās săltāt călcātŏr in ūvās,* Calph.

|| călcĕāmĕn, ĭnis. SYN. Călcĕāmēntŭm, călcĕārĭŭm, călcĕŭs.

călcĕātŭs. *Quī dīxit căpŭt ēssĕ călcĕātŭm,* (Phal.) Mart. 12, 45. PHR. Călcĕōs gĕrēns, călcĕīs indūtŭs.

călcĕŏlŭs. *Călcĕŏlŭm pĕdĭbŭs, ĕt ŭtrūmquĕ pĕrindĕ, &c.* F.

călcĕŭs. *Cuī nōn cōnvĕnĭĕt sŭă rēs, ŭt călcĕŭs ōlim,* Hor. Ep. 1, 10, 42. EPITH. ăptŭs, ūtĭlĭs, hābĭlĭs, lĕvĭs. PHR. Vinclă pĕdŭm. Plāntæ vincŭlă. Circūmdătă vincŭlă plāntīs. Nēxæ tĕgmĭnă plāntæ. VERS. Tȳrrhēnă pĕdŭm circūmdăt vincŭlă plāntīs. Taūrĕă nūdātīs circūmdăt tĕgmĭnă plāntīs. Vinclăquĕ dē nĭvĕō dētrāhĕt ipsĕ pĕdĕ.

Calchās, āntis. *Hāc tămĕn immēnsŭm Calchās āttōllĕrĕ mōlĕm,* V. Æn. 2, 185. *Thestoris filius, vates, qui consilia Græcis adversùs Trojanos dabat.* SYN. Thēstŏrĭdēs. EPITH. Aūgŭr, vātēs, vērŭs, vērāx, prōvĭdŭs. V. *Augur.*

călcĭtro. *Călcĭtrăt, ĕt pŏsĭtās āspērgĭt sānguĭnĕ mēnsās,* Ov. M. 5, 40.

călco, ās. *Vĭcĭmŭs, ĕt dŏmĭtŭm pĕdĭbŭs călcāmŭs ămōrĕm,* Ov. Am. 5, 9, 5. SYN. Cōntĕro, ōbtĕro, prōcŭlco. *Metaphoricè,* cōntĕmno. PHR. Călcĕ tĕro, prōtĕro, ōbtĕro. Sŭb pĕdĭbŭs tĕro, cōmprĭmo, āttĕro, prĕmo. VERS. Mistăquĕ crŭŏr călcātŭr ărēnā. Quicquid călcāvĕrit hīc, rŏsă fĭăt.

călcŭlo, ās. *nūm călcŭlāndō prīmĭtŭs.* (Iamb.) Prud. SYN. Nŭmĕro, sūppŭto.

călcŭlŭs. *Tĕnŭĭs ŭbī ārgĭllă, ĕt dūmōsĭs călcŭlŭs ārvīs,* V. G. 2, 180. SYN. Lăpĭllŭs, ărēnă.

călĕfăcio, călfăcio, *et* călĕfācto. *Sānguĭnĕ quām lārgō Grājōs călĕfēcĕrit āmnēs,* Cla. B. Get. 515. *aūt hŭmĭlēm grātō călfăcit īgnĕ fŏcŭm,* Ov. F. 4, 698. *ignis călĕfāctăt ăhēnŭm,* Hor. Ep. 2, 2, 169. PHR. Călōrĕ, incendo, tōrrĕo, ūro.

Călendæ. *Nēc tŏtĭdēm vĕtĕrēs quot nūnc, hăbŭērĕ călēndās,* Ov. F. 3, 99.

Digitized by Google

**Călĕndārĭŭm.** ——— *quōd vŏcānt, Călĕndāri.* (Scaz.)

**călĕo**, ŭi. *Paulātimque ănĭmā călŭĕrūnt mōllĭă săxă*, Juv. 1, 83. SYN. Călesco, ărĕo, æstŭo, ărdĕo, fervĕo, siccŏr, ēxsiccŏr. PHR. Fērvēnti tōrrĕŏr æstū. V. *Sudo.*

**călĭdŭs.** *illĕ răpit călĭdūm frūstrā dē vūlnĕrĕ tēlūm*, Virg. Æn. 10, 486. SYN. Æstŭōsŭs, ārdēns, ignĭtŭs, tōrrĭdŭs, fērvĭdŭs, flāmmĕŭs, fērvēns, ārdēscēns, ēxārdēscēns, fērvēscēns.

**călĭgă.** *Cæsăr, cōgnōmēn călĭgæ cui cāstră dĕdĕrūnt*, Aus.

**călĭgātŭs.** *ădjūtŏr gĕlĭdōs vĕnĭām călĭgātŭs in āgrōs*, Juv. 3, 332.

**călīgĭnōsŭs.** *Călīgĭnōsā nōctĕ prĕmit Dĕŭs.* (Alcaic.) SYN. Tĕnebrōsŭs, ōbscūrŭs, nigĕr, ŏpācŭs.

**călīgo**, inis. *Pāndĕrĕ rēs āltā tērra ēt călīgĭnĕ mērsās*, Virg. Æn. 6, 267. SYN. Tĕnebræ, nōx. EPITH. Pĭcĕă, ōbscūră, dēnsă, ātră, crāssă, tērrĭbĭlis, nūbĭlă, ŏpācă, fūmōsă, gĕlĭdă, sōmnĭfĕră, Stўgĭă, Ăvērnālis, hōrrēns, hōrrĭdă, squālĭdă, nōctūrnă, tristis, tērrĭfĭcă, lūrĭdă. V. *Tenebræ, Nubes, Nox.*

**călīgo**, ās. *ēt călīgāntēm nigrā fōrmīdĭnĕ lūcūm*, Virg. Geo. 4, 468. SYN. ōbscūrŏr, ōbscūrŭs sūm, *vel* cæcūtio. PHR. Tĕnebris invōlvŏr. Călīgĭnĕ tĕgŏr. VERS. Călīgāntĕ lătēnt āstră sŭb æthĕrĕ. Trēs ădĕo incērtōs cæcā călīgĭnĕ sōlēs ērrāmŭs pĕlăgō, tōtĭdēm sĭnĕ sȳdĕrĕ nōctēs.

**Călĭgŭlă.** *Imperatoris Romani nomen, à* Caligis, *quibus tunc utebatur, vel usus erat, cùm miles esset.* EPITH. Dūrŭs, tȳrānnŭs, pērfĭdŭs, scĕlĕrātŭs, nĕfāndŭs, crūdēlis. PHR. Cōgnōmēn călĭgæ cui cāstră dĕdĕrūnt.

**Călistō**, ūs. *Lūmĭnă Călistō jūnctă Lўcāŏnĭdă*, Catul. 64, 66. *Filia Lycaonis, Regis Arcadiæ, quam Jupiter adamavit. Odio Junonis in ursam mutata fingitur.* SYN. Pārhăsĭs. EPITH. Pūlchră, vĕnūstă, fōrmōsă, Tĕgĕæă, Nōnăcrĭnă, i. e. *Arcadica.* PHR. Tĕgĕæă pŭēllă. Lўcāŏnĭă Virgo. V. *Arctos.*

**călix**, icis. *Plēbēiōs călĭcēs, ēt paūcis āssĭbŭs ēmptōs*, Juv. 11, 145. SYN. Crātēr, pătĕră. EPITH. Pērspĭcŭŭs, fœcūndŭs, gēmmātŭs, aūrātŭs, lūcĭdŭs, aūrĕŭs, ārgēntĕŭs, crȳstāllĭnŭs. V. *Poculum.*

**căllĕo**, ŭi. *lēgĭtĭmūmquĕ sŏnūm dĭgĭtis cāllēmŭs ēt aūrĕ*, Hor. A. P. 274. SYN. Scio.

**căllĭdĭtās**, ātis. *Tēquĕ mĕā lædi cāllĭdĭtātĕ pŭto*, Ov. Ep. 20, 126. SYN. āstūtĭă, fraūs, vērsūtĭă. EPITH. Prōtērvă, vērsūtă, āstūtă, fāllāx, caūtă. V. *Astutia, Dolus.*

**căllĭdŭs.** *Nōn ĕgŏ nātūrā, nēc sūm tām cāllĭdŭs ūsū*, Ov. Ep. 25. SYN. Caūtŭs, āstūtŭs, sūbdŏlŭs, vērsūtŭs. V. *Fallax.*

**Căllĭmăchŭs.** *ēt cūm Căllĭmăchō tū quŏquĕ, Cŏē, nŏcēs*, Ov. Rem. Am. 772. SYN. Bāttĭădēs. EPITH. Clārŭs, dōctŭs, pĕrĭtŭs, sōlērs, cūltŭs, fācūndŭs. PHR. Clārĭŭs Pŏētă.

**Căllĭŏpē**, ēs. *Quēm mĕă Căllĭŏpē læsĕrit, ūnŭs ĕgo*, Ov. Tr. 2, 568. *Una Musarum et quidem præstantissima, præest Heroicis versibus.* V. *Musæ.*

**Căllĭrhŏē**, ēs. *ēt quŏs Căllĭrhŏē nŏvĭēs ērrāntĭbŭs ūndis*, Pap. *Fons apud Athenas.*

**căllis.** *Sēcrēti cēlānt cāllēs, ēt mȳrtĕă circūm*, Virg. Æn. 6, 443. SYN. Sēmĭtă, trāmēs. EPITH. āngūstŭs, ōccūltŭs, hērbōsŭs, ārctŭs, āmbĭgŭŭs. V. *Via, Iter.*

**căllōsŭs.** *Hūmĭdă cāllōsā cūm pinsĕrĕt hōrdĕă dēxtrā*, Ov. ad Pison. 17. PHR. Căllis ōbdūctŭs, āspĕr, rĭgēns.

**căllŭs.** SYN. Căllūm. EPITH. Rĭgĭdŭs, dūrŭs, āspĕr, vĕtŭs, āntĭquŭs.

**călŏr**, ōris. *Māgnăquĕ cūm māgnō vĕnĭēt trĭtūră călōrĕ*, Virg. Geo. 1, 190. SYN. ārdŏr, æstŭs, fērvŏr. EPITH. Æstīvŭs, fērvĭdŭs, fērvēns, vălĭdŭs, ārĭdŭs, flāmmāns, ĭnērs, ignāvŭs, sēgnis, pĭgĕr, lēthĭfĕr, Phœbæŭs, sōlāris, Vūlcānĭŭs, ignĕŭs, flāmmĕŭs, ănhēlŭs, nĭmĭŭs, ūrēns, sĭtĭbūndŭs, insŏlĭtŭs, ingēns, nātīvŭs, vītālis. VERS. Sōlāri tēllūs sēmpēr sūbjēctă călōri. V. *ardor, æstus, fervor.*

**Călpĕ**, ēs. *Æquŏră trānsĭlĭēt : sēd lōngē Călpē rĕlictă*, Juv. 14, 279. *Mons in freto maris Mediterranei, è regione Abylæ, quæ est in Africâ. Hæ sunt duæ Herculis Columnæ toto orbe celeberrimæ.* EPITH. Hērcŭlĕă, Tārtēssĭă, Ĭbēră, Hēspĕrĭă, i. e. *Hispana*, ōccĭdŭă, ēxcēlsă, ārdŭă. VERS. Quā sūbĭt ēxcēlsām Tēthȳs intērflŭă Călpēn, āngūstāsquĕ frēti faūcēs prĕmit ārdŭă Călpĕ. V. *Abyla.*

**călthă.** *Mōllĭă lūtĕōlā pingit văccīnĭă cālthā*, Virg. Ecl. 2, 50. EPITH. Lūtĕă, flāmmĕŏlă, ūstă, rŭbēns, flōrēns, pūlchră, vĕnūstă, ŏdōră.

‖ **călvĕo.** SYN. Călvo : Călvĭtĭē dēfōrmis sūm.

Digitized by Google

cālvĭtĭēs, ĕī, *vel* cālvĭtĭŭm. *Testa hŏmĭnis nūdūm jām cūtĕ cālvĭtĭŭm*, Aus.

călŭmnĭă. *Quō dēnte ŏbnĭtēns spīnōsă călŭmnĭă pūgnăt*, P. SYN. ĭnjūrĭă, cōnvĭcĭŭm. EPITH. ĭnīquă, nōxĭă, tūrpĭs, fœdă, nĕfārĭă. V. *Convicium.*

călŭmnĭātŏr, ōrĭs. *ĕt dēlātŏr ĕs, ĕt călŭmnĭātŏr*, (Phal.) Mart. 11, 77.

‖ călŭmnĭŏr, ārĭs. SYN. Cōnvĭcĭŏr, dētrăhō. V. *Convicior.*

călx, călcĭs.——*cālcēmquĕ tĕrĭt jām cālcĕ Dĭōrēs*, Virg. Æn. 5, 325. EPITH. ūrēns, cāndĭdă, fērvēns, tĕnāx. *Pro pedis parte;* Dūrŭs, văgŭs, ăgĭlĭs, *seu fœm. gen.* dūră, fĕrrātă. VERS. Cōrnĭpĕdēmquĕ cĭtūm fĕrrātō cālcĕ fătīgăt.

cālx, cālcĭs. *sāxă vĭdēs prīmūm sōlā cŏālēscĕrĕ cālcĕ*, Lucr. 6, 1066. EPITH. Crāssă, pĭnguĭs, ārdēns.

Călȳdōn, ōnĭs, *acc.* ōnă. *Quāntŭs ĕrāt Călȳdōn, aūt, Ĕrȳmānthĕ, tŭŭs*, Mart. 11, 40. *Urbs Ætoliæ, Regis Ægei sedes, cujus filius Meleager aprum interfecit Calydonium.* EPITH. Mĕlĕāgræă, mōnstrĭfĕră, Ætōlă, ĭmpĭă, pŭlchră.

Călȳpsō, ūs. *Crēdĭtŭr ĕt nȳmphē mōrtālĭs ămōrĕ, Călȳpsō*, Ov. Am. 217, 15. *Regina Insulæ Ogygiæ; quæ Ulyssem excepit hospitio, et amavit. Filia erat Atlantis et Tethyos.* EPITH. Æquŏrĕă, fāmōsă, Atlāntĭs, Atlāntĭăs.

călȳx, ȳcĭs. *Prædă, nŭcūm călȳcēs cūltro ēnūclĕārĕ mŏlēstūm*, M.

cămēlŭs. *Tēxtă cămēlōrūm fŭĕrānt vēlāmĭnă sētĭs*, J. EPITH. Hīrtŭs, dēfōrmĭs, ĭngēns, vēlōx, cĭtŭs, cĕlĕr, vŏlŭcĕr, ŏnĕrārĭŭs, hīrsūtŭs.

cămĕră. *Nec cămĕra aūrātās ĭntĕr ĕbūrnă trăbēs*, Prop. 3, 2, 12. SYN. Tēstūdō, ārcŭs, fōrnĭx. EPITH. Pēndēns, rĕpāndă, ĕbūrnă, cūrvă, pĭctă, mārmŏrĕă, aūrātă, splēndĭdă, mĭcāns, præclāră, cōnvēxă, pŭlchră, fŭlgĭdă, mīrābĭlĭs, mūltĭcŏlŏr, rŭtĭlă, cŏrūscă, cūrvātă, sĭnŭātă.

‖ cămĕrātŭs. SYN. ĭncūrvātŭs, cūrvātŭs ĭn ārcūm.

‖ cămĕrō, ās. PHR. ĭn fōrnĭcĕm, ĭn ārcūm cūrvo, ĭncūrvo.

Cămĭllă. *ĕt cūm frātrĕ Cŏrās, ĕt vĭrgĭnĭs ālă Cămĭllæ*, V. Æn. 11, 604. *Regina Volscorum, fortissima Amazon, Turni adversus Æneam auxiliatrix.* EPITH. Fōrtĭs, Prĭvērnĭă, Vōlscă, bēllātrĭx, Ămāzōn. PHR. Vīrgo dīlēctă Dīānæ. Prĭvērnĭă vīrgo.

Cămĭllŭs. *āspĭcĕ Tōrquātŭm ĕt rĕfĕrēntēm sīgnă Cămĭllūm*, Virg. Æn. 6, 825. *Inclytus Dux Romanus, alter Romulus dictus, qui Vejos toto decennio obsessos per cuniculos cepit.* EPITH. Fōrtĭs, fĕrŭs, māgnŭs, fātālĭs, tōrquātŭs, ĭnvĭctŭs. VERS. Scīpĭădās, Gāllĭsquĕ gĕnŭs fātālĕ, Cămĭllōs.

cămīnŭs.——*Rūptĭs flāmmam ēxspīrārĕ cămīnĭs*, Virg. Æn. 3, 580. SYN. Fōrnāx. EPITH. ăvĭdŭs, flāmmĭfĕr, rŭtĭlŭs, ĭgnĭtŭs, ārdēns, ĭgnĭvŏmŭs, ănhēlāns, fūmāns, ātĕr. V. *Fornax.*

Cămœnæ. *Sīvĕ Cămœnārūm dē grĕgĕ nōnă vĕnĭs*, Mart. 6, 47, 3. *à cantûs amœnitate.* SYN. Mūsæ, Pĭĕrĭdēs, Āŏnĭdēs, Cāstălĭdēs. V. *Musæ.*

cāmpānă. *Æs quŏquĕ, cuī nōmēn nōstrās cāmpānă pĕr ōrās*, M. EPITH. Sŏnāns, clāngēns, rĕsŏnāns, rĕsŏnă, raūcă.

Cāmpānĭă. *nōn tĭbĭ sī prĕtĭūm Cāmpānĭă tērră dărētŭr*, Tibull. 1, 9, 33. EPITH. Dīvĕs, prōvĭdă, fērtĭlĭs, fœcūndă.

cāmpŭs. *ōblĭtĭ ignōtō cāmpōrum in pŭlvĕrĕ līnquūnt*, Virg. Æn. 11. 866. SYN. ārvūm, ăgĕr, tēllūs, rūră, jūgĕră, plānĭtĭēs, cāmpōrūm æquŏr. EPITH. Fērtĭlĭs, pĭnguĭs, vĭrĭdĭs, pătēns, grāmĭnĕŭs, jăcēns, ăpērtŭs, frōndēns, plānŭs, lātŭs, hērbĭdŭs, lætŭs, spēctābĭlĭs, vĭrēns, stĕrĭlĭs, hūmĭdŭs, pălūstĕr, pătŭlŭs, ărēnōsŭs, ūdŭs, flōrēns, ămœnŭs, pŭlvĕrĕŭs, ăquōsŭs, ārĭdŭs, flōrĭgĕr, frūgĭfĕr, ŏpīmŭs, præpĭnguĭs, vērnāns, fērāx. V. *Ager.*

cămūrŭs. *Pēs ĕtĭam, ĕt cămūrĭs hīrtæ sūb cōrnĭbŭs aūrēs*, Virg. G. 3, 55.

cănālĭs. *Cūrrēntem īlĭgnĭs pōtārĕ cănālĭbŭs ūndām*, Virg. Georg. 3, 330. SYN. Tŭbŭs. EPITH. Plūmbĕŭs, lōngŭs, āngūstŭs, flēxŭōsŭs, īrrĭgŭŭs, pătŭlŭs, ōccūltŭs, ărūndĭnĕŭs, căvŭs, rĭgŭŭs, cūrvŭs, cūrvātŭs, flēxŭs, ĭnflēxŭs. VERS. Mūltĭfĭdĭs dīvīsă cănālĭbŭs ūndă. Vĭrĭdēs rĕcrĕārĕ cănālĭbŭs hōrtōs.

cāncēllātŭs. *Quēm cāncēllātō tēgĭt ærĕă cūlmĭnĕ tūrrĭs*, P.

cāncēllī, ōrūm. *Cāncēllĭs prīmōs ĭnsĕrŭīssĕ pĕdēs*, Ov. Am. 3, 2, 74. EPITH. Tĕnŭēs, rārī, cōnspĭcŭī, pătēntēs.

Cāncĕr, crī. *Æthĭŏpūm vērsēmŭs ŏvēs sūb sīdĕrĕ Cāncrī*, Virg. E. 10, 68. *Signum in Zodiaco; quod Sol ingreditur mense Junii, facitque Solstitium æstivum. Poëtæ fingunt hunc esse, quem Juno in Herculem immisit, dum ille cum Hydrâ Lernæâ pugnaret.* EPITH. Tŏrrēns, călĭdŭs, ārdēns, plŭvĭālĭs, ĭgnĭtŭs, flăgrāns, ădūstŭs, ārĭdŭs, vĭŏlēntŭs, ĭnērs, sĭtĭēns, sĭtĭbūndŭs, sīccŭs, ūrēns. PHR.

Digitized by Google

Sitientis sydĕrĕ Cancri. Cancri tōrrĭdŭs ignis. *Æstivi tergōră Cancri.* Cancĕr Sōlĕ pĕrūstŭs. Brāchiă cūrvāns. ădūrēns sitiēntēs agrōs. ōctĭpĕdis sērpēntĭă brāchiă Cancri. VERS. Cōncăvă littŏrĕā fērvēbānt brāchiă cancri. Fērvĭdŭs ēxtēndit cūm tōrrĭdă brāchiă Cancĕr. Sōl ăbit ē Gĕminis, ēt Cancri signă rŭbēscūnt. Cūm prĕmit æquŏrĕi Sōl hūmĭdă brāchiă Cancri. Cancĕris ūt vērtăt mētās ād sōlstitiālēs.

cāncĕr. *nēvĕ rŭbēntēs ūrĕ fŏcō cāncrōs*, V. G. 4, 48. EPITH. Littŏrĕŭs, tēstūdĭnĕŭs, tārdigrădŭs, rūbĭcūndŭs, rŭbēns, pĭgĕr, tārdŭs, ignāvŭs, squāmmĕŭs, āmnĭcŏlă. PHR. Piscis ōctĭpēs. Grădiēns nōn rēctō trāmĭtĕ cāncĕr.

cāncĕr. *ūtquĕ mălūm lātĕ sōlĕt immĕdĭcābĭlĕ cāncĕr Sērpĕre, ēt illæsās vĭtĭātĭs ăddĕrĕ pārtēs*, Ov. M. 2, 825. EPITH. immĕdĭcābĭlis, inflāmmātŭs, mōrdāx, mŏlēstŭs, ăcērbŭs, lānguēns, mōrtĭfĕr, lēthālis, crūdēlis, īnēxplētŭs, rōdēns, vŏrāx.

cāndēlă. *Cāndēlæ cūjŭs dispēnso, ēt tēmpĕrŏ fīlūm*, Juv. 3, 287. SYN. Cērĕŭs, tædă, fāx. EPITH. Clāră, trĕmŭlă, rŭtĭlāns, ārdēns, lūcēns, cērĕă, pinguis, mĭcāns, rădiāns, pērspĭcŭă, flāmmĭvŏmă. PHR. Trĕmŭlā lūcĕ cŏrūscāns. Lūcēns ipsō dēpāscitūr ūsū. Sŭō ābsūmitūr ignĕ. Sēnsim ā sŭis flāmmis pĕrēsă dēficit. VERS. ēt nōctēm cāndēlă fŭgăt. Hic tĭbi nōctūrnōs præbēbit cērĕŭs ignēs. V. *Fax.*

cāndēlābrūm. *Dē cāndēlābrō māgnă lūcērnă tĭbi*, Mart. 14, 44.

cāndĕo, ŭi. *Tīnctă sŭpĕr lēctŏs cāndērēt vēstis ĕbūrnōs*, H. Sat. 2, 6, 103. SYN. ālbĕo, ālbēsco, cāndico, cānēsco, cānĕo, cāndēsco, *vel* ignēsco.

cāndēsco. *cūrrūsquĕ sŭōs cāndēscĕrĕ sēntit*, Ov. M. 2, 250. SYN. incāndēsco, *vel* ālbēsco.

cāndĭco, ās.——*Nŏvă cāndĭcăt instĭtă lāpsū.* Mant. SYN. ālbĭco, ālbēsco, cānēsco.

cāndĭdātŭs, ă, ūm. *Chrīstŭs illic cāndĭdātis præsĭdĕt cŏhōrtĭbŭs.* (Troch.) SYN. āspirāns, ālūmnŭs, *vel* ālbātŭs, cāndĭdŭs, ālbŭs.

cāndĭdŭlŭs. *ēxta, ēt cāndĭdŭli dīvīnă tŏmācŭlă pōrci*, Juv. 10, 355.

cāndĭdŭs. *Cāndĭdă bārbă vĭrō, cōmă cāndĭdă, &c.* Mart. 4. 36. SYN. ālbŭs, nĭvĕŭs, ĕbūrnŭs, ĕbūrnĕŭs, lāctĕŭs, cānŭs, cānēscēns, cāndēscēns, ālbēscēns, ālbēdĭnĕ tīnctŭs, cāndōrĕ dĕcōrŭs, *vel* sincērŭs, ingĕnŭŭs, *vel* intĕgĕr, innŏcēns, innŏxiŭs, innŏcŭŭs. V. *Albus.*

cāndŏr, ōris. *Qui cāndōrĕ nĭvēs āntĕīrēnt, cūrsĭbŭs aūrās*, Virg. Æn. 12, 14. SYN. ālbēdo. EPITH. Nĭvālis, nĭvĕŭs, ālbŭs, pūrŭs, cōnspĭcŭŭs, ārgēntĕŭs, lāctĕŭs, vīrgĭnĕŭs, mīrābĭlis, ĕbūrnĕŭs, intĕmĕrātŭs, pŭēllāris, āngĕlĭcŭs, innŏcŭŭs. VERS. Sŭpĕrānsquĕ nĭvēs, ēt illă cāndŏr. cāndŏr ĕrāt quālēm prōfērt Lātōniă lūnă. V. *albedo.*

cānĕo, ŭi. *Nēc rĕnŏvātŭs ăgĕr grăvĭdis cānēbāt ărīstis*, Ov. M. 1, 100. SYN. Cānēsco, ālbēsco, cāndico, ālbĭco. PHR. Cānis ālbēsco. Cānis căpillis căpŭt āspērsūm ēst. VERS. Tēmpŏrĭbŭs cānēbāt spārsă sĕnēctŭs. V. *Senesco.*

cāni, ōrūm. *intēmpēstīvi fūndūntŭr vērtĭcĕ cāni*, Boet.

cānĭtĭēs, ĭēi. *Cānĭtĭēs incūltă jăcēt, stānt lūmĭnă flāmmā*, Virg. Æn. 6, 330. SYN. Cāni. EPITH. Mōrōsă, sōrdĭdă, sānctă, ālbă, prōlixă, priscă, tūrpis, nĭvĕă, cāndēns, incūltă, vĕnĕrāndă, squāllēns, ārĭdă, rāră, frīgĭdă, prūdēns, hŏnōrātă, sĕnīlis, ānnōsă, săpiēns, lōngævă, impēxă, ēffūsă, squālĭdă. PHR. Tēmpŏră cānis ālbă, ālbēntĭă, cōnspērsă. Cāni căpilli. Cānūm căpŭt. Cānă tēmpŏră. ālbēntĭă tēmpŏră. VERS. jām mĭhi cānĭtĭēs pūlsis mĕliōrĭbŭs ānnis Vēnĕrāt, āntīquās miscŭĕrātquĕ cŏmās. Jām mĭhi dētĕriŏr cānis āspērgĭtŭr ætās. Jām mĕă cȳcnēās imĭtāntŭr tēmpŏră plūmās. Tūrpēm cānĭtĭēm păti. Māgnă fŭit quōndām căpĭtis rĕvĕrēntĭă cāni: inquĕ sŭō prĕtiō rūgă sĕnīlis ĕrāt. Mōrōsis nōndūm squāllēnt tĭbi tēmpŏră cānis. V. *Senectus.*

cæmēntūm. *Nōn sĭlĭcĕ dūrō, strūctĭlīvĕ cæmēntō.* (Scaz.) EPITH. Mōllĕ, tĕnāx.

Cēnchris, idis. *ĕt sēmpĕr rēctō lāpsūrŭs līmĭtĕ Cēnchris.* Plūrĭbŭs illĕ nŏtis, vărĭātām tingĭtŭr ālvūm.

Cænĕŭs, ei. *Māxĭmĕ, vir quōndām sēd ăvis nūnc ūnĭcă, Cænĕū*, Ov. Met. 12, 531. *Dissyl. In acc.* Cænĕă. *Elati filius, qui juvenis fœmina erat, et à Neptuno obtinuit ut in virum mutaretur. Post mortem Ovidius in avem fuisse mutatum fingit: Virgilius verò in sexum rediisse pristinum.* EPITH. Phȳllæŭs, *à Phyllâ urbe Thraciæ.* Thrēĭcĭŭs, vălĭdŭs, māgnŭs, fōrtis, māgnănĭmŭs, sŭpērbŭs. VERS. It cŏmĕs ēt jŭvĕnis quōndām nūnc fœmĭnă Cænĕŭs, Rūrsŭs ĕt in vĕtĕrēm fātō rĕvŏlūtă fĭgūrām. *Virg.*

cēnsĕo, ŭi. *Quām scit ŭtērquĕ lĭbēns, cēnsēbo, ēxērcĕăt ārtem*, H. Ep. 1, 14. SYN. Pŭto, sēntio, ārbĭtrŏr, ēxīstĭmo, jūdĭco, *vel* rĕcēnsĕo. V. *Sentio.*

cēnsŏr, ōris. *ănĭmūm cēnsōris sūmĕt hŏnēsti*, Hor. Ep. 2, 2, 100. EPITH. Rĭgĭdŭs, tĕtrĭcŭs, sĕvērŭs, tristis, hŏnēstŭs.

cēnsōrĭŭs. *Quēm cēnsōrĭă cūm mĕō sĕvērō.* (Phal.)

cēnsūră. *Dăt vĕnĭām cōrvis, vēxăt cēnsūră cŏlūmbās*, Juv. 2, 63. SYN. Jūdĭcĭūm. EPITH. Sŭpērbă, rĭgĭdă, fāstŭōsă, sĕvēră, injūstă, dūră.

Cēntaūrēūm. *ĕt grăvĕŏlēntĭă Cēntaūrĕă.* Virg. G. 4, 125. EPITH. Thēssălūm, Chīrōnĭūm, *à Chirone Thessalo.* PHR. Hērbă Cēntaūrēă, Cēntaūrĭcă, Chīrōnĭă.

Digitized by Google

Cĕntaūrēŭs, ă, ŭm. *ĕt Cĕntaūrēōs Lăpĭthās cōmpĕllĭt ĭn ēnsēs*, Virg. SYN. Cĕntaūrĭcŭs.

Cĕntaūri. *Cĕntaūri in fŏrĭbŭs stăbŭlānt, Scўllæquĕ bĭfōrmēs*, Virg. Æn. 6, 286. *Populi Thessaliæ, juxta Pelium et Ossam montes, quos fabulantur fuisse semiferos, hoc est, partim homines, partim equos, genitos ex nube quam Ixion pro Junone complexus fuerat. Uxorem Pirithoi ipso nuptiarum die rapere conati sunt, sed à Theseo et Lapithis fugati fuere. Primi equos ascendisse, et domuisse dicuntur, unde fabulæ locus.* SYN. Nūbĭgĕnæ, Ixīŏnĭdæ. EPITH. Fŭrēntēs, bĭfōrmēs, mĭnācēs, nūbĭgĕnæ, bĭmēmbrēs, răpĭdi, sēmĭvĭri, sēmĭmărēs, sēmĭfĕri, sævi, trŭcēs, sŭpērbi. PHR. Ixīŏnĕ năti. Jŏvis ĭgnĭbŭs ūsti, ēxtīncti.

Cĕntaūrĭcŭs. *ăd Cĕntaūrĭcă plēctră cōnstĭtĭssēm.* (Phal.) SYN. Cĕntaūrēŭs.

cĕntēnŭs. *ĕt tēr cĕntēnās ērrōrĭbŭs īmplĭcăt ūrbēs*, T.

cĕntĭcĕps, cĭpĭtis. *Dēmīttĭt ātrŭs bēllŭă cĕntĭcĕps.* (Alcaic.)

cĕntĭmănŭs. *Cĕntĭmănŭmquĕ Gўgēn, sēmĭbŏvēmquĕ vĭrŭm*, Ov. Tr. 4, 7, 18.

cĕntŭmgĕmĭnŭs. *ĕt cĕntŭmgĕmĭnŭs Brĭărēŭs, &c.* Virg. Æn. 6, 287.

cĕntŭplēx, icis, *vel* cĕntŭplŭs, ă, ŭm. *Cĕntŭplĭcēmquĕ fĕrūnt vĭrtŭtĭs rōbŏrĕ frūgēm*, Juv. *Præmĭă cĕntŭplŭm cŭmŭlāsti fœnŏrĭs ūsŭm*, Alciat.

cēpĕ, is. n. *vel* cēpă, æ. f. *Pōrrum ĕt cēpĕ nĕfās vĭŏlāre, ăc frāngĕrĕ mōrsū*, Juv. 15, 6. *Cædēnda ēst hōrtis ērŭtă cēpă mĕis*, Ov. Fast. 3, 340. EPITH. Rŭbēns, mŏrdāx, ācris, sōrdĭdă, mœstă, lacrўmōsă.

cēpĕŭs, ă, ŭm. SYN. ācĕr, mŏrdāx.

Cĕphălŭs. *Nĕc Cĕphălŭs rŏsĕæ prædă pŭdēndă Dĕæ*, Ovid. *Æoli filius, venator insignis, ab Aurorâ deamatus. Inter venandum, occidit imprudens uxorem Procrin, quæ se inter virgulta absconderat, ut eum cum Aurorâ deprehenderet: Ille autem feram ratus jaculum immisit.* SYN. Æŏlĭdēs. EPITH. Cūltŭs, fōrmōsŭs, nĕmŏrōsŭs, Æŏlĭdēs. PHR. Prōlēs Cўllēnĭă. Actæŭs prŏcŭs.

Cēpheŭs, *dissyl.* ĕi. *acc.* ĕă. *sēd lĭmĭnĕ tēcti ēxĭĕrăt Cēpheŭs*, Ov. M. 4, 44. SYN. Iăsĭdēs. PHR. Āndrŏmĕdæ pătĕr.

Cēphĭsŭs. *Bœotiæ Fluvius, ortum habens ad radices montis Parnassi. Prope hunc Templum erat Themidi consecratum, quæ ibi oracula reddebat.* VERS. Bœōti cŏĭērĕ dŭcēs, quōs īmpĭgĕr āmbĭt Fātĭdĭcă Cēphĭsŭs ăquă. *Lucan.*

cēră. *Quæ rĕfĕrăt vūltŭs ēst mĭhi cēră tŭōs*, Ov. Ep. 13, 152. EPITH. Pĭnguĭs, lĭquĭdă, flāvă, ŏdōrātă, flāvēns, dūlcis, Āttĭcă, Cecrŏpĭă, Hўblæă. V. *Apes:* tĕnŭis, mōllis, dĭvĕs, tĕnēllă, lĭquēns, ŏdōră, tĕnĕră, lĭquēscēns, trāctābĭlis, dūctĭlis, ŏdōrĭfĕră, tĕnāx, lăbōrātă, īmprēssă. PHR. ārtĕ lăbōrātă, rĕdŏlēns thўmŭm, ādmŏtō călōrĕ lĭquēns, īgnĕ lĭquēscēns. VERS. Hўmēttĭă Sōlĕ Cēră rĕmōllēscit trāctātăquĕ pōllĭcĕ mūltās Vērtĭtŭr in făcĭēs, īpsōquĕ fit ūtĭlis ūsū. Hinc ārtĕ rĕcēntēs ēxcŭdūnt cērās. Tābēscĕrĕ flāvæ īgnĕ lĕvi ceræ, mātūtīnæquĕ prŭīnæ Sōlĕ tĕpēntĕ sŏlēnt.

Cĕrāstēs, æ. m. *Crīnālem āttōllit lōngō strīdōrĕ Cĕrāstēn*, St. Th. 11, 66. EPITH. Lĭbўcŭs, văgŭs, ănhēlāns, cōrnĭgĕr, crīstātŭs, lēthĭfĕr. V. *Serpens.*

Cĕrăsŭs, ūntis. *Urbs Ponti à Lucullo expugnata, unde cerasa primùm in Italiam translata sunt.* PHR. ūrbs cĕrăsis nŏtă.

cĕrăsŭs, i. *Hic dūlcēs cĕrăsōs: hīc aūtŭmnālĭă prūnă*, Prop. 4, 2, 15. SYN. Cĕrăsŭm. EPITH. Dūlcis, suāvis, jŭcūndŭs. V. *Arbor, Fructus.*

cērātŭs. *Cærŭlă cērātās āccĭpit ūndă rătēs*, Ov. Ep. 5, 42.

Cĕraūnĭă, ōrŭm. *Prŏvĕhĭmŭr pĕlăgō, vĭcĭnă Cĕraūnĭă jūxtă*, Virg. Æn. 3, 506. *Montes Epiri, propter immensam altitudinem, fulminibus maximè obnoxii. Græcè,* κεραυνὸς *fulmen est.* SYN. Acrŏcĕraūnĭă. EPITH. Vĭŏlēntă, āltă, scŏpŭlōsă, prærūptă, ēxcēlsă, īgnĕă, fūlmĭnĕă, īnfāmĭă. PHR. Fūlmĭnĭbŭs crēbris īctă. Infāmēs scŏpŭli. VERS. āttōllūnt ēxcēlsă Cĕraūnĭă mōntēs. Cūm pŏtĕrām rēctō trānsīrĕ Cĕraūnĭă vēlō: ūt fĕră vītārēm sāxă, mŏnĕndŭs ĕrām.

Cĕrbĕrŭs.—*tĕnŭĭtque ĭnhĭāns trĭă Cĕrbĕrŭs ōră*, Virg. Geo. 4, 483. *Canis triceps, inferorum custos, cui Poëtæ jubam anguineam tribuunt.* SYN. Cănis tĕrgĕmĭnŭs, Tārtărēŭs, Stўgĭŭs, Mĕdŭsæŭs, i. e. *Vipereus, ob jubam anguineam.* EPITH. Hiāns, īnhĭāns, īmmānis, Mĕdŭsæŭs, īnsōmnĭs, īmpăvĭdŭs, pērvĭgil, Stўgĭŭs, īnfērnŭs, trĭfōrmis, tērrĭfĭcŭs, cūstōs Plūtōnĭŭs, vŏrāx, hōrrĭdŭs, crŭēntŭs, īnfĕrŭs, sævŭs, atrōx, aūdāx, īrrĕquĭētŭs, Lēthæŭs, Phlĕgĕthōntæŭs, ācĕr, āspĕr, fōrmīdābĭlis, tērrĭbĭlis, dīrŭs, Āvērnālis, nĭgĕr, ātĕr, tĕtĕr, trĭplēx, hōrrĭfĭcŭs, tūrbĭdŭs. PHR. Cūstōs Tārtărēŭs. Orci jānĭtŏr. Orci tĕrgĕmĭnŭs cūstōs. Insōmnis jānĭtŏr aūlæ Tænărĭæ. Qui Stўgĭās ēxcŭbăt āntĕ fŏrēs. Qui trĭbŭs

Infernūm cūstōdit faūcibūs āntrūm. Triā gūttūrā pāndēns. Illē quŏque ūmbrārūm cūstōs. Illē hōrrŏr Ăvērni Cērbĕrŭs. Cui trēs sūnt linguæ tērgĕmĭnūmquĕ căpŭt. VERS. Cērbĕrūs hæc ingēns lātrātū rēgnă trifaūci Pērsŏnăt ādvērsō rĕcŭbāns immānis in āntrō. Cēssit immānis tibi blāndiēnti jānitŏr aūlæ Cĕrbĕrŭs, quāmvis fūriālĕ cēntūm Mūniānt āngueē căpŭt ējŭs, ātquĕ spiritūs tētĕr, sāniēsquĕ mānĕt ōrĕ trilingui. Pērsŏnăt insōmnis lăcrȳmōsæ jānitŏr aūlæ.

Cērcōpēs, ūm. *Populi Pithecusæ sive Inarimes Insulæ, à Jove in simias mutati.* VERS. Pērjūriă quōndām Cērcōpum ēxŏsŭs, gēntisque ādmissă dŏlōsæ, in dēfōrmĕ virōs ănimāl mūtāvit. *Ov. Met.* 14, 92.

Cĕrēālis. *ēt Cĕrĕālĕ sōlūm pōmis āgrēstibŭs aūgĕnt,* Virg. Æn. 7, 111.

cĕrebrōsŭs. *Sĕntimŭs, dŭnēc cĕrĕbrōsŭs prōsĭlĭt ūnŭs,* Hor. S. 1, 5, 21.

cĕrebrŭm.——*glŏbōs părĭtĕr cĕrĕbrŭmquĕ, mĕrŭmquĕ,* Ov. M. 12, 238. *Sānguĭnĕ cērnis ădhūc spārsūque infēctă cĕrĕbrŏ,* Virg. Æn. 5, 413. EPITH. Mōllĕ, călĭdūm, dōctūm, ingĕniōsūm, tĕnĕrūm, călēns. VERS. ōssăquĕ dispērgit cĕrĕbrō pērmistă crŭēntō.

Cĕrēs, Cĕrĕris. *Pārvă Cĕrēs āltō nēquicquām spēctēt Ŏlȳmpō. Saturni, et Opis filia. Dea frugum et agriculturæ. Totum terrarum orbem peragravit, tædam accensam gerens, ut Proserpinam à Plutone raptam quæreret.* SYN. Mātĕr Ĕleūsină, Ĕleūsis, *ab Eleuso, Atticæ oppido, ubi colebatur.* EPITH. Flāvă, mūndă, fălcifĕră, aūrĕă, lætă, fœcūndă, spicifĕră, rŭbicūndă, māgnă, Ætnæă, divēs, ālmă, frūgifĕră, ānnōsă, triticĕă, flāvēns, cūltă, spicātă, grātă, mūnifică, pūlchră, sitibūndă, aūricŏmă, spērātă, ēxpēctātă, āltrix, ōptātă, spicĕă, rūricŏlă, Actæă, Āttică, Ĕleūsină. Ēnnæă: *Enna est civitas Atticæ:* Sicŭlă, Sicānă, Ætnæă, *à Siciliâ, ubi templum ipsi dicatum.* PHR. Frūgūm gĕnitrix, mātĕr, invēntrix, ālmă pārēns. Divă pŏtēns frūgūm. Dĕă frūgifĕră. Spicis tēmpŏră cinctă Cĕrēs. Spicĕă sērtă gĕrēns. Spicis rēdimitā căpillōs. Quæ vēstit frūgibŭs ārvă. Quæ frūgibŭs ālmis Ditāt agrōs. VERS. Primă Cĕrēs fērrō mōrtālēs vērtĕrĕ tērrām instĭtŭit, cūm jām glāndēs, ātque ārbŭtă sācræ Dēficĕrēnt sylvæ. Primă Cĕrēs dŏcŭit tūrgēscĕrĕ sēmĕn in āgris: Fālcĕ cŏrōnātās sūbsĕcŭitquĕ cŏmās: Primă jŭgis taūrōs sūppōnĕrĕ cōllă cŏēgit, ēt vĕtĕrēm cūrvō dēntĕ rĕvēllit hŭmūm. *Sumitur quandoque pro pane ipso, sicut Liber pro vino.* V. *Panis.* *Pro segete.* V. *Seges.*

cērĕŭs, i. *Hic tibi nōctūrnōs præstăbit cērĕŭs ignēs,* Mart. 14, 42. SYN. Fūnālĕ, cāndēlă, lūcērnă. EPITH. Pinguis, ignifĕr, cŏrūscŭs, flāmmivŏmŭs, rūtilāns, ārdēns. PHR. Trĕmŭlă lūcĕ cŏrūscŭs. ēripiēns nōctēm. Vincēns tĕnebrās. V. *Candela, Fax.*

cērĕŭs, ă, ūm. *Cērĕŭs in vitiŭm flēcti, mŏnĭtōrĭbŭs āspĕr,* Hor. A. P. 163. SYN. Cērinŭs, ēx cērā, *vel* mōllis, trāctābilis, dūctilis, flēxibilis.

Cĕrinthē, ēs: *vel* cĕrinthă, æ. *Cērinthæ ignōbĭlĕ grāmĕn,* Virg. Geo. 4, 63.

cērĭtŭs. *Cereris sacro furore percitus, quasi Cereritus,* i. e. *Cereris irâ vexatus.* Cērĭtŭs fŭit: an cōmmōtæ criminĕ mēntis ābsōlvēs hŏminēm? *Hor.*

cērno. *Dēbĭtă quæ nūlli cōrām mē cērnĕrĕ lēthūm,* Virg. Æn. 2, 538. SYN. Vidĕo, āspicio, cōnspicio, pērspicio, tŭĕŏr, intŭĕŏr, rēspicio. PHR. Lūmină, ŏcŭlis vērto, cōnvērto, flēcto. Lūminĕ, ŏcŭlis lūstro, pērlūstro. V. *Aspicio.*

cērōmă, ătis. *Vārĕ nēc injēctō cērōmătĕ brāchiă tēndis,* Mart. 7, 31, 9. SYN. Cērōtūm. EPITH. Pinguĕ, crāssūm, lēnĕ, ūnctūm. PHR. ŏlĕūm cērōsūm.

cērōmătĭcŭs. *ēt cērōmătĭcō fērt nicētēriă cōllŏ,* Juv. 3, 98.

cērōtūm. *Nēc lābră pingui dēlĭbūtă cērōtō.* (Scaz.)

cērtāmĕn, inis. *Dēmēns ēt cāntū vŏcăt in cērtāmină Divōs,* Virg. Æn. 6, 172. SYN. Pūgnă, cōnflictŭs, prælĭūm, bēllūm, Mārs. EPITH. Fūnēstūm, Mārtiūm, trĕpidūm, āspĕrūm, ānhēlūm, misĕrūm, lūctŭōsūm, misĕrābilĕ, vălidūm, dūrūm, ācērbūm, māgnūm, cĕlĕbrĕ, ānceps, dŭbiūm, ācrĕ, sævūm, impiūm, ănimōsūm, misĕrāndūm, ălăcrĕ. PHR. Rigidi cērtāmină Mārtis. VERS. Cērtāmĕn ătrōx mūltō cūm sānguinĕ sūrgit. Cōntinŭō pūgnās incūnt, ēt prælia tēntānt. Pūgna āspĕră sūrgit. ēt minitāns ăvidă ād cērtāmină fērtŭr. Sūblātămque ācri rĕpĕtit cērtāminĕ pālmām. V. *Pugna.*

cērtātim. *Cērtātimque ōmnēs ūno ōrĕ,* Ov. Met. 12, 24.

*certatim agere.* VERS. Vis ērgo intēr nōs quid pōssit ŭtērquĕ vicissim ēxpĕriāmŭr? Quid si idēm cērtēt Phœbūm sŭpĕrārĕ cănēndo? ălternās ĭgitŭr cōntēndĕrĕ vērsibŭs āmbo Cœpēre, ēt cērtāmĕn ĕrāt, Cŏrȳdōn cūm Thȳrsidĕ, māgnūm. Nēc si mūnĕribŭs cērtēs, cōncēdăt Iōlās.

Digitized by Google

cērtē. *Adv. His cērtē nĕc ămŏr caūsa ēst, &c.* V. Ecl. 2, 102. SYN. Cērtō, prŏfēctō, vērē, vērā, lŏquŏr.

cērto, ās. *Pārs ĕt cērtārĕ părāti,* Virg. 5, 108. SYN. Pūgno, cōnfligo, dimĭco, cōngrĕdiŏr. PHR. Dēcērnĕrĕ fērrō. Pūgnām cōmmīttĕrĕ, īnīrĕ, lăcēssĕrĕ. Cērtāmĕn inīrĕ. VERS. Cērtĕt Phœbūm sŭpĕrārĕ cănēndo. āltērnis cōntēndūnt vērsĭbŭs. Tū dīc mēcūm quō pīgnŏrĕ cērtēs. V. *Bellum gero, Pugno.*

cērtŭs. *Ămīcŭs cērtŭs in re incērtā cērnĭtŭr,* Enn. ap. Cic. SYN. Nōn dŭbĭŭs, nōn incērtŭs, clārŭs, mănĭfēstŭs, indŭbĭtātŭs. VERS. ēt cērtis pŏtĕris cōgnōscĕrĕ signis. Nē dŭbĭtā, nām vērā vĭdēs. Aūspĭcĭis mănĭfēstă fĭdēs. Rēspōnsă dăbāntŭr Fīdă sătis.

cērvīcăl, ālis. *Tīngĕ căpŭt nārdī fŏlĭō, cērvīcăl ŏlēbit,* Mart. 14, 146.

cērvīnŭs, ă, ūm. *Jām tōrquĕt jŭvĕnūm lōnga ĕt cērvīnă sĕnēctūs,* Juv. 14, 251.

cērvīsĭă. *Cērvīsiæ cōctŏr, tōnsŏr, pīstōrquĕ mănēbūnt,* B. SYN. Zȳthūm.

cērvix, īcis. *ēmĭcăt, ārrēctīsquĕ frĕmit cērvīcĭbŭs āltē,* Virg. Æn. 11, 406. SYN. Cōllūm, faūcēs. EPITH. Lăctēă, ēbūrnĕă, ārgēntĕă, ēbūrnă, cāndĭdă, nĭtēns, nĭvĕă, ămbrŏsĭă, blāndă, mōllis, fōrmōsă, ŏlōrīnă, ālbă, vĕnūstă, tŭmēns, tŭmĭdă, tŭmēscēns. V. *Collum.*

cĕrūssă. *Nĕc cĕrūssă tĭbi, nĕc vĭtri spūmă rŭbēntis,* Ov. Med. Fac. 73. EPITH. ālbă, cāndĭdă, nĭtēns. V. *Fucus.*

cĕrūssātŭs. *ēt cĕrūssātā cāndĭdĭōră cŭtĕ,* Mart. 7, 24, 2. PHR. Cĕrūssā illĭtŭs, pīctŭs, nĭtēns, splēndēns. V. *Fucatus.*

cērvŭs. *āgmĭnă præcĭpĭtānt, vŏlŭcrēs fōrmīdĭnĕ cērvi,* Sil. EPITH. Lĕvis, imbēllis, fŭgāx, păvēns, ālĭpēs, ālātŭs, vēlōx, quădrŭpēs, păvĭdŭs, cōrnĭgĕr, trĕpĭdŭs, cĕlĕr, văgŭs, tĭmĭdŭs, ānnōsŭs, vīvāx, lōngævŭs, fŭgĭtīvŭs, cĭtŭs, sylvēstris, ăgĭlis, văgābūndŭs, pērnix, ērrāns, præpēs, tērrĭtŭs, pērtērrĭtŭs. PHR. Pērnix fĕră. Cēlsŭs in cōrnŭă. Rāmōsă ēxtōllēns cōrnŭă. Cērvi cœlō căpĭtă āltă fĕrēntēs. Cōrnĭbŭs ārbŏrĕis. VERS. Cĕlĕrēsquĕ pĕr āvĭă cērvi Diffŭgĭūnt. āliā dē pārtĕ pătēntēs Trānsmīttūnt cūrsū cāmpōs, ātque āgmĭnă cērvi Pūlvĕrŭlēntă fŭgā glŏmĕrānt, mōntēsquĕ rĕlīnquūnt.

cērvă. *Fīxĕrit ærĭpĕdēm cērvūm lĭcĕt,* Virg. 6, 803. EPITH. cōrnĭgĕră, ānnōsă, cĕlĕr, ăgĭlis, tĭmĭdă, tērrĭtă, fŭgāx, &c. *ut in cervus.* VERS. Cūm fŭgit īnfēstōs tērrĭtă cērvă cănēs. Flāmmĕă prævērtĕt cĕlĕris vēstĭgĭă cērvæ.

cēspēs, ĭtis. *Cēspĭtĭbŭs mēnsām, cēspĭtĭbŭsquĕ tŏrūm,* Tib. 2, 5, 100. SYN. Glēbă, *vel* grāmĕn. EPITH. grāmĭnĕŭs, crāssŭs, hērbĭfĕr, hūmēns, ŏdōrŭs, gĕlĭdŭs, agrēstis, hērbōsŭs, pinguis, vĭrēns, mōllis, hŭmĭlis, vīvŭs, lĕvis. PHR. Grāmĭnĕŭs tŏrŭs. VERS. Grātŭs ŏdōrātō cēspĭtĕ mānăt ŏdŏr. Tĕnĕrō cēspĭtĕ tērră vĭrĕt. Fœcūndis tēllūs ūbērrĭmă glēbis. Paūpĕris ēt tŭgŭri cōngēstūm cēspĭtĕ cūlmĕn. ēt sŭbĭtŭs răpti mūnĭmĭnĕ cēspĭtis āggĕr Præbēt sēcūrōs intrā tēntōrĭă sōmnōs. Grāmĭnĕām vĭrĭdi fŏdĕrĕt dē cēspĭtĕ tērrām.

‖ cēspĭto, ās. SYN. Văcillo, lăbo, lăbāsco.

cēsso. *Nūnquām mĕās cēssābit in pœnās fŭrŏr.* (Iamb.) SYN. Dēsisto, ābsisto, dēsino, quĭēsco. PHR. Fīnīrĕ lăbōrēs, ŏpŭs intērmīttĕrĕ, sistĕrĕ, sŭspēndĕrĕ. Lăbōrĕ ābstĭnĕrĕ. incēptō dēsistĕrĕ. VERS. Sēd tū dēsĭnĕ plūră pŭĕr. ōmnĭbŭs ūnă quĭēs ŏpĕrūm. Jūssă vĭri făcĭūnt, intērmīttūntquĕ lăbōrēm. Lūcĕ săcrā rĕquĭēscăt ărātŏr, ēt grāvĕ sŭspēnsŏ vōmĕrĕ cēssĕt ŏpŭs. ēt si quid cēssārĕ pŏtēs, rĕquĭēscĕ sŭb ūmbrā. V. *Finio, Quiesco.*

cētē, n. plur. *ād mūrmŭr cētē tōto ēxŭltāntĭă pōntō,* Sil. 11, 481. SYN. Cētī, *sing.* Cētŭs. EPITH. Grāndĭă, hōrrĭdă, scōpŭlōsă, immānĭă. PHR. immānis bēllŭă pōnti. Māgnă sē mōlĕ mŏvēns. Sŭlcāns ingēnti pēctŏrĕ flūctŭs. Mōnstră ingēntĭă, ēt hōrrĭdă vīsū. immāni cōrpŏrĕ cētē. Cēntum ōrbēs cēntūmque ŭndōsă vŏlūmĭnă tōrquēns. Tūrbāns impūlsū pēctŏris ūndās. VERS. ābrŭptām crēdās rādīcĭbŭs īrĕ Ōrtȳgĭam (*insulam*) aūt frāctūm pĕlăgō dēcūrrĕrĕ mōntēm.

ceū. *Præcĭpĭtēs ātră ceū tēmpēstātĕ cŏlūmbæ,* Virg. Æn. 2, 516. SYN. ūt, quăsi, tānquām, nōn sēcŭs āc, haūd sēcŭs āc, nōn ălĭtĕr.

Cēȳx, ȳcis.—*tĕnĕt—frāgmĭnă nāvĭgii Cēȳx,* Ov. M. 11, 560. *Thessaliæ Rex, maritus Alcyones. Tempestate absorptum, et ad littus maris advectum, Alcyone cùm vidisset, dolore extincta est, amboque postea in aves Alcyonas mutati.* EPITH. Trāchīnĭŭs *à Trachino, urbe Thessaliæ,* Oētæŭs, *ab Oetâ monte vicino.* Fōrtis, pŏtēns, māgnănĭmŭs, gĕnĕrōsŭs, lūgēndŭs, mĭsĕr, naūfrăgŭs.

Chālȳbēs, ūm. *Āt Chālȳbēs nūdi fērrūm, &c.*——Virg. Geo. 1, 58. *Hispaniæ populi ferrum fabrificandi artis peritissimi, unde metallum, dictum* Chalybs,

Digitized by Google

*nomen accepit. Eorum descrip.* V. apud Just. 44, 3. EPITH. Dūri, rōbŭsti, fortēs, vălĭdi, pĕrīti.

chălybs, ȳbis. *Hæc ære, ĕt dūri chălybis pĕrfectă mĕtallō.* SYN. Fĕrrūm. EPITH. Dūrŭs, rĭgĭdŭs, lēthĭfĕr, strictŭs. PHR. Chălybis mĕtallūm, Chălybis māssă. VERS. Vūlnĭfĭcūsquĕ chălybs vāstă fŏrnācĕ lĭquēscit. insŭla īnĕxhaūstis Chălybūm gĕnĕrōsă mĕtallis.

Chāŏnĭŭs. *Chāŏnĭăm pĭngui glāndēm mūtāvĭt ărīstā,* Virg. Geo. 1, 8. SYN. Dōdōnēŭs, Dōdōnĭŭs.

Chăŏs. *in chăŏs āntīquūm cōnfūndĭmŭr, ērĭpĕ flāmmis,* Ov. M. 2, 299. SYN. Māssă, cōngĕrĭēs. EPITH. ăvĭdūm, vĕtŭstūm, ĭnānĕ, Cĭmmĕrĭūm, trīstĕ, hōrrēndūm, prŏfūndūm, dūrūm, ātrūm, dēfōrmĕ, īnfōrmĕ, ōbscūrūm, hōrrĭfĭcūm, ūmbrōsūm, ōmnĭgĕnūm, cæcūm, cōnfūsūm, tētrūm. PHR. Pōndŭs ĭnĕrs, Rŭdĭs ĭndĭgēstāquĕ mōlēs. Cōnfūsă sĭnĕ ōrdĭnĕ mōlēs. Cæcŭs ăcērvŭs. VERS. Sĭnĕ pācĕ rĕlābĭtŭr ōrbis in chăŏs āntiquūm. āntĕ măre, ĕt tērrās, ĕt quŏd tĕgit ōmnĭă cœlūm, ūnŭs ĕrăt tōtō nātūræ vūltŭs ĭn ōrbĕ, quēm dīxērĕ chăŏs, rŭdis ĭndĭgēstăquĕ mōlēs, Nēc bĕnĕ jūnctārūm discōrdĭă sēmĭnă rērūm: Quāquĕ ĕrăt ĕt tēllūs, īllic ĕt pōntŭs ĕt āēr, Sic ĕrăt īnstăbĭlis tēllūs, īnnăbĭlis ūndă, Lūcis ĕgēns āēr: nūlli sŭă fōrmă mănēbăt. *Ovid.*

‖ chărāctēr, ēris. SYN. Fōrmă, fĭgūră, īnsignĕ, sīgnūm.

chărĭtās, ātis. *sĕd chărĭtātis ĭndĭcēm plēnūm tŭæ.* Iamb. SYN. Dīlēctio, ămŏr. EPITH. Cælēstis, ĭgnĕă, vīvāx, ănĭmōsă, pătĭēns, sĕrēnă, īllūstris, bĕnīgnă, bŏnă, cĕlĕbrātă, clāră. PHR. Dīvis prōxĭmă virtūs, invĭdĭæ ĭnĭmīcă. sŭārūm prōdĭgă ŏpūm. VERS. Tū cīvēm, pătrēmquĕ gĕris, tū cōnsŭlĕ cūnctis, Nōn tĭbi; nēc tŭă tē mŏvĕānt, sĕd pūblĭcă vōtă.

Chărĭtēs, ūm. *ăccērsĭt lăcrȳmis Chărĭtēs āvērsŭs Ăpōllō,* Prop. 4, 1, 73. *Gratiæ tres finguntur, Aglaia, Thalia, et Euphrosyne; Pasithea eadem cum Aglaiâ. Filiæ dicuntur Jovis et Eurynomes, aut etiam Veneris et Bacchi. Pingunt eas Poëtæ nudas, juvenes, ridentes, et implexis manibus connexas.* SYN. Grātiæ. EPITH. Dūlcēs, blāndæ, cūltæ, lætæ, dĕcēntēs, grātæ, mĕmŏrēs, jŭvĕnēs. PHR. Sŏrōrēs Ăcĭdălĭæ, *ab Acidalio fonte, iis et Veneri sacro.* Fēstīvŭs Chărĭtūm chŏrŭs. Trĭplĭci jŭgātæ nēxū. Trĭplēx nēxă vĭcīssim Grātĭă. VERS. Pār trĭbŭs ēst făcĭēs, quālēm dĕcĕt ēssĕ sŏrōrūm. Pār trĭbŭs ēst ætās. ūnă quĭbŭs mēns ēst, sēmpĕr ĕt ūnă fĭdēs. Aglaīă dĕcōrō Lætĭtĭăm præ se ōrĕ fĕrēns, flōrēnsquĕ Thălīă, Cīnctă săcrūm vĭrĭdi strōphĭō căpŭt: Eŭphrŏsȳnēquŏ, Lætă gĕnās, læta ōs rŏsĕūm, văgă lūmĭnă lætă. V. *Gratia.*

Chărōn, ōntis. *Pōrtĭtŏr īllĕ, Chărōn: hi, quōs vĕhĭt, &c.* Virg. Æn. 6, 326. *Inferorum portitor, filius Erebi et Noctis. Animas, ut Poëtæ fabulantur, per Acherontem, Stygiam paludem, et Cocytum transvehit cymbâ sutili.* EPITH. Hōrrēndŭs, squālĭdŭs, ăvārŭs, pāllĭdŭs, sĕnēx, hōrrĭdŭs, dīrŭs, dūrŭs, Stȳgĭŭs, Lēthæŭs, trīstĭs, ātĕr, ĭnēxōrābĭlis, īmmītis, fĕrōx, īnsătĭābĭlis, sævŭs, trĕmēndŭs, pērvĭgil, īrrĕquĭētŭs, vĭgil, Ăvērnālis. PHR. Pōrtĭtŏr Orci. īnfērnæ nāvĭtă tūrpis ăquæ. Stȳgĭŭs sĕnēx. Hŏmĭnūm qui trājĭcit ūmbrās. Tænărĭæ sūlcātŏr pāllĭdŭs ūndæ. Stȳgĭæ rēmĭgātŏr ūndæ. Stȳgĭi lūrĭdă cȳmbă sĕnis. VERS. Pōrtĭtŏr hās hōrrēndŭs ăquās ĕt flūmĭnă sērvăt, Tērrĭbĭli squāllōrĕ Chărōn, cui plūrĭmă mēntō Cānĭtĭēs īncūltă jăcĕt, stānt lūmĭnă flāmmā: Sōrdĭdŭs ēx hŭmĕris nōdō dēpēndĕt ămīctŭs. ipsĕ rătēm cōntō sŭbĭgit, vēlisquĕ mĭnīstrăt, ĕt fērrūgĭnĕă sūbvēctăt cōrpŏră cȳmbā: Jām sĕnĭŏr, sĕd crūdă Dĕō, vĭrĭdisquĕ sĕnēctūs. *Virg.*

chārtă. *Trādĭtŭr huic dĭgĭtis chārtă nŏtātă mĕis,* Ov. 1, 62. SYN. Păpȳrŭs. EPITH. ălbă, pŏlītă, īmmăcŭlātă. V. *Papyrus.*

Chărȳbdis, is. *āltērnāntĕ vŏrāns vāstă Chărȳbdis ăquā,* Pr. 2, 26, 54. *Gurges verticosus in mari Siculo, Calabriam inter et Siciliam, Scyllæ scopulis oppositus. Fabulantur Poëtæ mulierem fuisse quandam summè rapacem, quæ, quòd Herculis boves furto abegisset, de cœlo tacta est, et in mare præcipitata, ubi suam adhuc rapacitatem exercet.* SYN. Zānclæă vŏrāgo, *à Zancle urbe vicinâ.* EPITH. Mĕtŭēndă, ātră, Zānclæă, īrrĕquĭētă, ăvĭdă, tōrtă, dīră, sævă, tōrvă, răpāx, hūmĭdă, Sĭcŭlă, mĭnāx, cōncăvă, trūx, vĭŏlēntă, răpĭdă, hōrrēndă, prŏcēllōsă, tērrĭbĭlis, ăgĭtātă, ūndĭsŏnă, scŏpŭlōsă, īnăccēssă, spūmōsă, hōrrĭsŏnă, cærŭlĕă, æquŏrĕă, spūmāns, naūfrăgă, tūrbĭdă, fĕră, īnĭmīcă. PHR. Rătĭbŭsquĕ īnĭmīcă Chărȳbdis. Tŭmĭdis tōrtă Chărȳbdis ăquis ābsōrptās rĕvŏmēns cărīnās, *vel* nāvēs. VERS. Dēxtrūm Scȳllă lătŭs, lævum īmplācātă Chărȳbdis ōbsĭdĕt, ātque īmō bărăthri tēr gūrgĭtĕ vāstōs Sōrbĕt īn ābrūptūm flūctŭs, rūrsūsquĕ



Digitized by Google

sŭb aŭrās ērigit altĕrnōs, ĕt sydĕră vērbĕrăt ŭndā. Quæquĕ vŏmit tōtĭdĕm flūctūs, tōtĭdĕmquĕ rĕsōrbĕt, ĕt vŏmit ĕpōtās sævă Chărybdĭs ăquās. incidit in Scyllam cŭpiēns vītārĕ Chărybdin.

‖ chāsmă, ătis. SYN. Gŭrgĕs, vŏrāgo, bărathrūm, hiātŭs. EPITH. Hiāns, lātŭm.

chĕlydrŭs. *ĕt bēllārĕ mănu, ĕt chĕlydris cāntārĕ sŏpōrĕm*, Sil. *Squāmĕă Cinўphĕi, tĕnŭis mĕmbrānă chĕlydri*, Ov. Met. 7, 272. EPITH. Nigĕr, grăvis, rigidŭs, sinŭōsŭs, măcŭlōsŭs. V. *Serpens.*

chĕlys, ys. *Hic chĕlyn, hic flāvūm măcŭlōsō nĕbridă tērgō*, Stat. Syl. 1, 229. SYN. Tēstūdo, cithără, lyră. EPITH. Aŭrātă, cănōră, ēbūrnă, aŭrĕă, tĕnĕră, dōctă, ărgūtă, Phœbæă, Ăpōllĭnĕă, Piĕriă, blāndă, dūlcisŏnă. V. *Cithara.*

Chĭmæră. *Primă lĕō, pōstrēmă drăcō, mĕdia ipsă Chimæră*, Luc. 5, 903. *Lyciæ mons, cujus acumen flammas vomit, juxta quod sunt leones: media autem pascua sunt, ubi errant capræ: ima verò serpentibus plena. Hunc Bellerophontes habitabilem fecit. Hinc factus est locus fabulæ, Chimæram monstrum esse ignivomum, caput et pectus leonis habens, ventrem capræ, caudam verò Draconis, quod à Bellerophonte sit occisum. Ex aliis, tria habuit capita: unum leonis, aliud capræ, tertium Draconis.* SYN. Mōnstrūm flāmmivŏmŭm. EPITH. Trifōrmis, ignĕă, trĕmēndă, ignifĕră, fŭrēns, fĕră, răbidă, ārdēns, hōrrēndă, hōrridă, tērribĭlis, immānis, fĕrōx, mĕtŭēndă, Lyciă. PHR. Flāmmis ărmātă Chimæră. Flāmmās ōrĕ vŏmēns. VERS. Quŏquĕ Chimæră jŭgō mĕdiis in pārtibŭs hircūm pēctŭs ĕt ōră lĕæ, caŭdām sērpēntis hăbēbăt.

Chimærēŭs. *ālmă Chimærēō Xānthŭs pērfūsă lĭquōrĕ*, Virg.

chirāgră. *Tōrtōrĕm mĕtŭit? pŏdăgrā, chirăgrāquĕ sĕcātŭr*, M. 11, 94, 9. *Nōdōsă cōrpŭs nōli prŏhibērĕ chirāgră*, Hor. Ep. 1, 1, 31. EPITH. Nōdōsă, dūră, lăpidōsă, frigidă, sævă, mŏlēstă, ăcūtă, viŏlēntă, diră, āspĕră, crūdēlis, insōmnis, ăcērbă, immĕdĭcābĭlis, impōrtūnă, rĕdūx, rĕdivīvă, rĕnāscēns, fĕră, clāmōsă, immitis, quĕrŭlă, vigil, pērvigil, tristis. VERS. Cūm lăpidōsă chirăgră Frēgĕrit ārtĭcŭlōs.

chirŏgrăphūm. *Vānă sŭpērvăcŭi dicūnt chirŏgrăphă lignis*, Juv. 13, 137.

Chirōn, ōnis. *ŭt Sātūrnŭs ĕquō gĕminūm Chirōnă crĕārit*, Ov. M. 6, 126. *Centaurus, Saturni et Philyræ filius, in Thessaliâ ad Pelion montem habitans. Medicus peritissimus erat, huncque Peleus Achilli præceptorem dedit. Cùm fortè Herculis sagitta, veneno Nessi illita, super illius pedem cecidisset, eo vulnere interiit; ac deinde in cœlum sublatus, ubi nunc Sagittarii signum.* SYN. Philyrĭdēs, Philyrēiŭs hērōs. EPITH. Sēmivir Phillyrĭŭs, bifōrmis, gĕminŭs, tōrvŭs, lōngævŭs, dōctŭs, Thēssălŭs, jūstŭs, Æmŏniŭs, mĕdicŭs, hērbipŏtēns: Pēliăcŭs, săgāx, sōlērs, prūdēns. PHR. Dōctŏr, præcēptŏr Ăchillis. Æăcidæ dōctŏr, cūstōs. Qui cithără pērfēcit Ăchillĕm. Sĕnēx bifōrmis. ōbsērvāntissimŭs æqui Cēntaūrŭs. ārtis mĕdicæ pĕrītŭs. Cēntaūrōrūm jūstissimŭs, ārmātŭs ārcū.

chirūrgŭs. *Chirūrgŭs fŭĕrăt nūnc ēst vēspillŏ Diaŭlŭs*, Mart. 1, 51. EPITH. Sōlērs, pĕrītŭs, dēxtĕr.

chlămys, dis. *ēmicăt, ĕt tōrtō chlămydĕm dīsfībŭlăt aūrō*, St. Th. 6, 570. SYN. Vēstis, ămictŭs, tēgmĕn, vēlāmĕn, tūnică, vēstimēntūm. EPITH. Dēpictă, Phœnīciă, Sărrānă, Tyriă, *i. e. purpurea*, aŭrātă, rūbēns, ŏdōrātă, cōccinĕă, pictă, pūrpŭrĕă, pūlchră, præclāră, splēndidă; militāris, bēllică. VERS. indūtŭs Tyriām chlămydĕm, quām limbŭs ŏbibăt Aŭrĕŭs. Cæsărĕōs hŭmĕrōs ārdēnti mūricĕ tēxit Circūmfūsă chlămys. V. *Vestis.*

Chlōris, idŏs. *ōbtŭlit Ārsinŏēs Chlōridŏs ŭlēs ĕquŭs*, Cat. *Amphionis et Niobes filia, Nelei uxor, et mater Nestoris. Alia fuit quæ uxor Zephyri, et Dea florum dicta est.* SYN. Flōră, Zĕphyritis. EPITH. Vērnă, cāndidă, pūlchră, flōridă. V. *Flora.*

chŏlĕră. *Nōxiă si pĕnitŭs chŏlĕrām sævirĕ vĕnēnŭ*, Ser. SYN. iră, bilis, irācūndiă. V. *Ira.*

chŏlĕricŭs. *Omnes breves.* SYN. irācūndŭs.

chŏrāgiŭm. *Quă cōrpŏrŭm, quæ mēntiŭm chŏrāgiŭm.* (Iamb.)

chŏrāgŭs. *ipsă sŭpērbōrŭm dŏmitrix, gĕrit ipsă chŏrāgŭm*, M.

chōrdă. SYN. Nērvŭs, fidēs, iūm. EPITH. Tĕnŭis, tinnŭlă, sŏnōră, rĕsŏnă, lēvis, Phœbēă, Ăpōllinĕă, Āŏniă, Piĕriă, *ab Apolline et Musis:* grātă, gārrŭlă, jūcūndă, dūlcis, lŏquāx, sŏnāns, rĕsŏnāns. VERS. Vōcālēs impēllĕrĕ pōllicĕ chōrdās. Călliŏpē quĕrŭlās prætēntăt pōllicĕ chōrdās. ātque hæc pērcūssis sŭbjūngit cārmină nērvis. Ridētŭr chōrdā qui sēmpĕr ŏbērrăt ĕādĕm. V. *Fides, ium.*

Digitized by Google

chŏrēă. *ād nūmĕrūm mōtīs pĕdĭbūs dūxērĕ chŏrēās*, Ov. M. 14, 420. *Pārs pĕdĭbūs plaūdūnt chŏrēās, ēt cārmĭnă dīcūnt*, Virg. Æn. 6, 644. SYN. Chŏrūs, sāltātĭo. EPITH. Lūdēns, pērnix, fēstă, mōllĭs, cāntrix, lĕpĭdă, sŏcĭă, grātă, dūlcĭs, lætă, plăcĭdă, lēvĭs, făcĭlĭs, plaūsă, hĭlărĭs, ăgĭlĭs, blāndă, rĕvŏlūtă, sāltāns, pūēllārĭs, nōctūrnă, jūcūndă, sŏnōră, nūmĕrōsă, cōncŏrs, lāscīvă, lūxŭrĭāns, pūblĭcă, īrrĕquĭētă.

*Choreas agere*. PHR. Īndūlgērĕ chŏrēīs. Chŏrŏs cĕlĕbrārĕ, ēxērcērĕ, dūcĕrĕ. Chŏrēās pĕdĭbūs plaūdĕrĕ. Mănūm chŏrēīs īmplĭcārĕ. Mēmbră mŏvērĕ ăd nūmĕrūm. VERS. Sāltăt, ēt īmmīscēt rĕvŏlūtās ārtĕ chŏrēās. ād cĭthăræ cāntūs, ăgĭlēs cĕlĕbrārĕ chŏrēās. V. *Salto*.

chŏrŭs. *ūtquĕ vĭrō Phœbi chŏrūs āssūrrēxĕrĭt ōmnĭs*, V. Ecl. 6, 66. SYN. Cœtūs, cōncĭlĭūm, tūrbă, *vel* chŏrēă.

CHRISTUS. *Redemptor noster, secunda sanctissimæ Trinitatis Persona, Filius Dei Patris unigenitus, qui Divinæ Justitiæ pro parentum nostrorum culpâ satisfacturus, nosque eorum posteros à contagione mortiferâ liberaturus, Homo factus est in utero beatissimæ Virginis Mariæ, ex quâ natus, octavo die circumcisus est et vocatur Jesus, adultusque homines æternæ salutis acquirendæ, gratiâ prædicationis et miraculorum, viam docuit: qui ad tertium circiter supra trigesimum ætatis suæ annum mortem in cruce passus, tertiâ die resurrexit; quadragesimâ verò die post resurrectionem, vi propriâ, cælos conscendit.* SYN. Vērbūm, Rĕdēmptŏr, Sālvātŏr. EPITH. Sălūtĭfĕr, ūnĭgĕnă, ūnctūs, săcĕr, pŏtēns, ōmnĭpŏtēns, bŏnūs, jūdēx, dŏmĭnūs, ætērnūs, īnclŷtūs, cœlĭpŏtēns, bĕnīgnūs, sălūtārĭs, mītĭs, pācĭfĭcūs, pătĭēns, vīndēx, vīctŏr, ădōrāndūs, trĭūmphāns, clēmēns, vīnctūs, ōccīsūs, plācābĭlĭs, mūnĭfĭcūs. PHR. Īnēnārrābĭlĕ Vērbūm. Vēră Dĕī sŏbŏlēs. Ætērnī Pātrĭs ūnĭcă prōlēs. Māgnō æquævă părēntī prōgĕnĭēs. Dāvīdĭs sŏbŏlēs. Hŏmĭnūm lūmēnquĕ, sălūsquĕ. Ætērnī săpĭēntĭă Pătrĭs. Vērūs hŏmō, vērūs părĭtĕr DĔŬS, ūnūs ūtrūmquĕ. ēdĭtūs īn lūcēm pūrā dē Vīrgĭnĭs ālvō. Prōgĕnĭēs vĕnĕrāndă Dĕī. Vērī īndūbĭtātă prōpāgo Nūmĭnĭs. Vīrgĭnĭs īntāctæ prōlēs. Tērræquĕ sălūs vītæquĕ măgīstĕr. Hūmānī gĕnĕrĭs cērtīssĭma, ūbĭquĕ Spēs, āc vēră Sălūs. V. *JESUS*.

Chrīstĭānī. *Rōmāna, Āttĭcă, Chrīstĭānă fūlsĭt*. (Phal.) SYN. Chrīstĭădæ, Chrīstĭcŏlæ. EPITH. Fĭdēlēs, sānctī, sŏcĭī, ūnănĭmēs, īngĕnŭī, īncōrrŭptī, cōnstāntēs, stăbĭlēs, sīncērī, rēlĭgĭōsī, fīrmātī, īntĕmĕrātī. PHR. Chrīstī cūltōrēs. Gēns ā Chrīstō quæ dūcĕ nōmĕn hăbĕt. Chrīstĭădūm pŏpŭlūs, gēns, grēx. Grēx Chrīstī īnnŏcŭŭs. Chrīstī gĕnūs ēlēctūm. Gēns Chrīstō săcră. ūnī gēns jūrātă Dĕō, Chrīstīquĕ făcēssĕrĕ jūssă. Gēns dīlēctă Dĕō, Chrīstī quæ mīlĭtăt ārmīs.

chrŏnĭcă. V. *Annales*.

chrȳsŏlīthūs. *Pĕr jūgă chrȳsŏlīthī, pŏsĭtæque ĕx ōrdĭnĕ gēmmæ*, Ov. M. 2, 109. EPITH. Flāvēscēns, aūrĕūs, rŭtĭlāns, rŭtĭlūs, splēndĭdūs, mĭcāns, crŏcĕūs. PHR. Flāvō lūmĭnĕ chrȳsŏlīthūs. Flāvēntĭs gēmmă cŏlōrĭs. Aūrĕām vŏmēns lūcēm. VERS. Pĕr jūgă chrȳsŏlīthī, pŏsĭtæque ĕx ōrdĭnĕ gēmmæ, Clāră rĕpērcūssō rēddēbānt lūmĭnă Phœbō V. *Gemma*.

chȳmĭcūs. *Chȳmĭca ădūltĕrĭa ēt cāntātī pūlvĕrĭs ārtēs*, M.

cĭbārĭă, ōrūm. *aiūnt, cūm sĭbī sīnt cōngēstă cĭbārĭă sīcŭt*, Hor. S. 2, 1, 32. SYN. Ălĭmēntă, cĭbī, ēscæ, vīctūs.

cĭbātūs, ūs. *Aūt ălĭūs hŏmĭnūm pāstūs, pĕcŭdūmquĕ cĭbātūs*, Lucr. 6, 1125. SYN. Cĭbūs, ēscă.

cĭbo, ās. —— *Nĭsi ā tērrĭs paūlātĭm quāquĕ cĭbēntūr*, Lucr. 6, 1093. SYN. Nūtrĭo, pāsco, ălo. V. *Nutrio*.

cĭbūs. *Nōn dŏmŭs āptă sătĭs: nōn hic cĭbūs ūtĭlĭs ægrō*, Ov. Tr. 3, 3, 9. SYN. ēscă, dăpēs, ĕpŭlæ, ălĭmēntūm. EPITH. săpĭdūs, dūlcĭs, grātūs, lætūs, rēgĭūs, sŏlēnnĭs, ŏpĭmūs, ūtĭlĭs, pārcūs, vīlĭs, mēndĭcātūs. PHR. Cōrpŏră sūstēntāns, īnstaūrāns vīrēs, ănĭmīquĕ vĭgōrēm. Mœstōs ēxhĭlărāns ănĭmōs. ĕpŭlæquĕ āntĕ ōră părātæ, Rēgĭfĭcō lūxū. Rĕfĭcĭēns vīrēs. VERS. Vīxquĕ căpīt suāvĭs mēnsa ŏnĕrātă cĭbĭs. Laūtĭs mēnsă părātă cĭbĭs. Jūnctāquĕ nēctărĕīs vīnă jŏcōsă cĭbĭs.

cĭcādă. *ēt cāntū quĕrŭlæ rūmpēnt ārbūstă cĭcādæ*, Virg. Geo. 3, 328. *Rore victitat. In hanc versum fuisse Tithonum fabulantur.* EPITH. Raūcă, ārgūtă, æstīvă, vōcālĭs, strīdēns, rēsŏnāns, dūlcĭsŏnă, grăcĭlĭs, dūlcĭs, cāmpēstrĭs, agrēstĭs, ēxĭlĭs, cāntātrix, lŏquāx, gārrŭlă, īmprōvĭdă, mălēsānă, vāgă, sāltātrix, strīdŭlă, lĕvĭs. PHR. ēbrĭă rōrĕ cĭcādă. ăvĭs Tīthōnĭă. Tōtā æstātĕ cănēns. VERS.



Digitized by Google

Dūmquē thȳmō pāscēntūr āpēs, dūm rōrē cicādæ. Strēpĭt ĭngrātā raūcēscēns vōcē cĭcādă. Cērnĭmŭs ĕt grăcĭlēs ĕtĭām rēsŏnārĕ cĭcādās. Raūcĭs sōlē sŭb ārdēntĭ rēsŏnānt ārbūstă cĭcādĭs. Cāntāndō mŏrĭtūr, nĕc sēntĭt tædĭă mōrtĭs.

cĭcātrix, īcis. *Cērnĕ cĭcātrīcēs, vĕtĕrīs vēstīgĭă pūgnæ*, Ovid. SYN. ŭlcŭs. EPITH. Fœdă, mārcĭdă, vĕtŭs, ŏbdūctă, tūrpĭs, dēfōrmĭs. PHR. Sīgnātă ĭn frōntĕ cĭcātrix. Vūlnĕrĭs ĭnflĭctī vēstīgĭă, sīgnă. Vĕtĕrĭs vēstīgĭă plāgæ. ĭnfixī vūlnĕrĭs ĭmprēssă sīgnă. V. *Vulnus.*

Cĭcĕro, ōnis. *Jūgĕră fācūndī quī Cĭcĕrōnĭs hăbĕt*, Mart. 11, 49. *Orator et Philosophus insignis, patriâ Arpinas, genere satis ignobili, sed ingenio et facundiâ suâ ad Consularem dignitatem evectus, ac Pater Patriæ vocatus, quam à Catilinariâ conjuratione liberaverat.* SYN. Tūllĭŭs, Ārpīnās. EPITH. Dĭsērtŭs, fācūndŭs, dīvīnŭs, dōctŭs, māgnŭs, ēlŏquēns, Rōmānŭs, mēllĭtŭs, mēllĭflŭŭs, aūdāx, sūbtīlĭs, pŏtēns, fūlmĭnĕŭs, tŏnāns, nŭmĕrōsŭs, cōncĭnnŭs, ĭngĕnĭōsŭs, mīrāndŭs, clārŭs, vērbōsŭs, flēxănĭmŭs, ĭnsīgnĭs, īllūstrĭs, āmbĭtĭōsŭs, sōlērs, săgāx. PHR. Rōmānī Tūllĭŭs aūctŏr ēlŏquĭī. Rōmānæ glōrĭă līnguæ. Rōmānæ tŏgæ, Rōmānī fŏrī glōrĭă, lūx, dĕcŭs, lūmĕn, splēndŏr, ēlŏquĭō pōllēns, vălēns, præstāns. Cĕlēbrĭs, cĕlĕbrātŭs, fācūndæ mūnĕrĕ līnguæ. Lătĭæ fācūndĭă līnguæ. Rōmānī fāmă dĕcūsquĕ fŏrī. ēlŏquĭī fūlmĕn, tōrrēns.

cĭcōnĭă. *ĭpsă sĭbī plaūdāt crĕpĭtāntĕ cĭcōnĭă rōstrō*, Ov. Met. 6, 97. *Avis inimica serpentibus, quibus se et pullos suos nutrit. Fertur parentes senio confectos deferre, et piâ sedulitate pascere; unde amoris erga parentes symbolum est.* EPITH. grăcĭlĭs, pĭă, ālbă. PHR. Nūncĭă vērĭs, ĭnsīgnĭs pĭĕtātĕ cĭcōnĭă. Cūltrix pĭĕtātĭs. VERS. Cūm vērĕ rŭbēntī Cāndĭdă vēnĭt ăvĭs lōngĭs ĭnvīsă cŏlūbrĭs. Sērpēntĕ cĭcōnĭă pūllōs Nūtrĭt ĕt ĭnvēntĭs pēr dēvĭă rūră lăcērtĭs.

cĭcōnīnŭs.

cĭcūr, ŭrĭs. *Quī cĭcŭrūm sēnsŭs, quæ tānta ĭndūgŏ fĕrārūm*, M. SYN. Mānsuēfāctŭs, cĭcūrātŭs, plăcĭdŭs, mītĭs.

cĭcŭro, ās. *Nūllă rēs cĭcŭrārĕ nĕquĕ mĕdērī pŏtĭs ēst*, Pac. SYN. Mānsuēfăcĭo, mītĭgo, lēnĭo.

cĭcūtă. *ēst mĭhĭ dīspărĭbūs sēptēm cōmpāctă cĭcūtĭs*, Virg. Ecl. 2, 36. *Herba venenosa.* EPITH. Frăgĭlĭs, vĭrĭdĭs, mœstă, cānă, gĕlĭdă, dīră, sævă, frīgĭdă, lēthĭfĕră, lēthālĭs, vĕnēnōsă, vĕnēnĭfĕră, frīgēns, fūnēstă, mōrtĭfĕră, trīstĭs, ālgĭdă, hōrrēndă, tōrpēns, ēxĭtĭōsă, ēxĭtĭālĭs, nōxĭă, nŏcŭă, ĭmmĕdĭcābĭlĭs, glăcĭālĭs. *Si pro fistulâ sumatur*, V. *Fistula.*

cĭĕo, cīvi, cĭtūm, *vel* cĭtūm; à cio.—*Māgnā sūprēmūm vōcĕ cĭēmŭs*, Virg. Æn. 3, 68. SYN. Mŏvĕo, ēxcĭto, cōncĭto, ănĭmo, āccēndo, stĭmŭlo, cōmmŏvĕo, *vel* vŏco, āccĭĕo. PHR. Tŏnĭtrū cœlūm ōmnĕ cĭēbo. Ærĕ cĭērĕ vĭrōs. ăt tū bēllă cĭē, cōncēptūmque ēxcūtĕ fœdŭs. Ægĭdă cōncŭtĕrēt dēxtrā, nĭmbōsquĕ cĭērĕt.

Cĭlĭcēs, ūm. *ĕt Cĭlĭcēs nĭmbĭs hīc mădŭērĕ sŭīs*, Mart. L. Spect. 3, 8. EPITH. Fĕrī, văgī, ĭmmānēs, ĭmmītēs, ĭntōnsī, crŏcĕī, fĕrōcēs.

Cĭlĭcĭă. *Regio Asiæ minoris, Syriæ proxima.* EPITH. Tēllūs, *vel* tērră Cĭlīssă crŏcĭs ăbūndāns. Crŏcī fĕrāx.

|| cĭlĭcĭūm. EPITH. āspĕrūm, rĭgĭdūm, ăcūtūm, mōrdāx, pūngēns, hīrtūm, hīrsūtūm. PHR. Cĭlĭcūm tēxtūm. VERS. Mōllĭbŭs ābjēctĭs, Cĭlĭcūm dānt tēgmĭnă sētæ.

cĭlĭūm. *Hōrrēscūnt sētīs, cĭlĭōve ūmbrāntĕ tĕgūntŭr*, Pr. EPITH. Sĕvērūm, ĭmpĕrĭōsūm, atrōx, nigrūm, tĕrrĭfĭcūm.

Cimbrī. *Cĭmbrūmquĕ rŭēntēm vĭdĭmŭs*, Lucr. 1, 251. EPITH. Bĭbācēs, bēllācēs, bēllĭgĕrī, fŭrēntēs, fŭrĭbūndī, fōrtēs. PHR. Ārctōŭs gĕlĭdī māris ĭncŏlă Cĭmbĕr.

cīmēx, ĭcis. EPITH. Fœdŭs, fœtĭdŭs, rōdēns, ĕdāx. VERS. Trītŭs cīmĭcĕ lēctŭs.

Cĭmmĕrĭī. *ēst prŏpĕ Cĭmmĕrĭōs lōngō spēlūncă rĕcēssū*, Ov. M. 11, 592. *Populi è Scythiâ oriundi, dextram Ponti partem habitantes. Hic aër est crassissimus, et densis, opacisque exhalationibus nebulosus.* SYN. Scȳthæ, Ārctōī pŏpŭlī. EPITH. Frīgĭdī, gĕlĭdī, ālgēntēs, ālgĭdī, Hȳpērbŏrĕī, Ārctōī, lătĕbrōsī, tĕnĕbrōsī.

cĭnædŭs, ă, ūm. *Quārtŭs cĭnædā frōntĕ cāndĭdō vūltū*, Mart. 6, 39. SYN. Cĭnædĭcŭs.

cĭnædŭs, ī. *Pūlchrē cōnvĕnĭt ĭmprŏbīs cĭnædīs.* (Phal.) *Juvenis lascivus, infamis.* EPITH. ĭmpūrŭs, ŏbscœnŭs, pĕtŭlāns, prŏcāx, ĭmprŏbŭs, prŏtērvŭs, ĭmpŭdēns.

cĭnĕrārĭŭs. *Nūnc tŭūm cĭnĕrārĭŭs cōndĭt ōs*, Catull. SYN. Cĭnĭflo.

Digitized by Google

cingo, xi, ctūm.——*lōngām mūrīs cūm cingĕrĕt Ālbām*, Virg. Æn. 6, 597. SYN. āmbio, circūmdo, cŏrōno, circūmcingo, ōbĕo, inclūdo, sēpio, āmplēctŏr, cŏmprĕhēndo, *vel* cŏmprēndo. VERS. Dēnsāque ūrbēm cinxērĕ cŏrōnā. īnfērt sē sēptūs nĕbŭlā. ūndĭquĕ circūm Fūndĭmŭr. ēt mūltō nĕbŭlæ circūm Dĕā fūdĭt ămictū. Quēm fūlvă lĕōnĭs Pēllis ŏbit tōtūm. Sylvă cŏrōnăt ăquās. Cingit mĕdĭūm liquĭdis āmplēxĭbŭs ōrbēm. Jūssit ĕt āmbītæ circūmdărĕ littŏră tērræ. ūndĭque ĕnim dēnsă Teūcri inclūsērĕ cŏrōnā.
cingŭlă, æ. *ūt nŏvă vēlōcēm cingŭlă lædăt ĕquūm*, Ov. Rem. Am. 1, 237.
cingŭlūm. *Bāltĕŭs, ēt nōtis fūlsērūnt cingŭlă būllis*, Virg. Æn. 12, 242. SYN. Bāltĕŭs, zōnă, cinctūs. EPITH. Aūrĕūm, aūrātūm, prĕtĭōsūm, pictūm, fūlgēns, lĕvĕ, hăbĭlĕ. PHR. Prĕtĭōsă cingŭlă gēmmis. VERS. Aūrō lūcēbānt cingŭlă mūndō. Ipsĕ Quĭrīnālī trăbĕā, cinctūquĕ Găbīnō insignis. V. *Balteus.*
cinĭflo, ōnis. *Cūstōdēs, lēctīcă, cinĭflōnēs, părăsītæ*, Hor. S. 1, 2, 97.
cinis, ĕris. *Nōn sērvātă fĭdēs cinĕri prōmissă Sichæō*, Virg. Æn. 4, 552. EPITH. Fūmāns, fērvēns, ēxĭgŭŭs, vērmifĕr, ădūstŭs, ingrātŭs, ātĕr, tĕpĭdŭs, immūndŭs, tĕnŭis, lĕvis, sĕpūlchrālis, tristis, săcĕr. VERS. Nēc cinĕrēs, ējēctātāmquĕ făvīllām Fērrĕ pŏtēst. Cinis ōbdūctæ cēlābāt lūmĭnă prūnæ. īncēdit pēr ignēs sūppŏsitōs cinĕri dŏlōsō. Nōn sātĭūs cinĕrēs pătriæ insēdissĕ sūprēmōs. Pōstquām cōllāpsi cinĕrēs ēt flāmmă quĭēvit. *Cineres pro manibus.* (4 Æn.) Nēc Ānchīsæ cinĕrēs mānēsvĕ rĕvēlli. Vōs cinis ēxĭgŭūs, gĕlĭdæquĕ jăcēbitis ūmbræ. V. *Manes.*
cinnămōmūm. *Nūnc cinnămōmi quŏd, &c.* (Scaz.) SYN. Cinnămūm. EPITH. ŏdōrūm, rĕdŏlēns, ărōmătĭcūm, ŏdōrātūm, ŏdōrĭfĕrūm, grātūm, frāgrāns, spīrāns, ŏlēns, suāvĕ, dūlcĕ, jūcūndūm, āmœnūm. PHR. Grātūm lātĕ quŏd jāctăt ŏdōrēm. Suāvēs spīrăt ŏdōrēs. Nārēs grātō replĕt ŏdōrĕ.
cinnămūm.——*Quāquĕ fĕrēs grēssūs, ădŏlēbūnt cinnămă flāmmæ*, Ovid. Ep. 16, 333. V. *Suprà Cinnamomum.*
circā. *Mūltă bŏūm circā māctāntūr cōrpŏră mōrti*, Virg. Æn. 11, 197. SYN. Circūm, circitĕr.
Circē, ēs. *Cārmĭnĭbūs Circē sŏcĭōs mūtāvit Ŭlyssis*, Virg. Ecl. 8, 70. *Filia Solis ex Perså; soror Æetæ Colchorum Regis, veneficiis et incantationibus famosa; quæ in Italiâ sedem habuit. Ulyssis socios eò adnavigantes in variorum animalium figuras commutavit, ac deinde pristinam formam restituit; ex Ulysse verò Telegonum peperit.* SYN. Tītānis: Fīliă Pērsēs. Sōlĕ sătă. EPITH. Tītānĭă, Phœbēă, vĕnēfĭcă, cāllĭdă, Dædălă, i. e. *solers*, măgĭcă, dōctă, pūlchră, insĭdĭōsă. PHR. Tēlĕgŏni părēns, mātĕr, gĕnitrix, Ææă, vĕnēfĭcă. Ææă pŭēllă. Sōlis fīlĭă. Sōlis prōgĕniēs, gĕnŭs. VERS. āpta hērbis vĕl cāntū vĕtĕrēs mūtārĕ fĭgūrās. Sōlĕ sătæ Circēs tām māgnă pŏtēntĭă fērtŭr, Vērtĕrit ūt mūltōs in nŏvă mōnstră virōs. Quōs hŏmĭnum ēx făcĭē Dĕă sævă pŏtēntĭbŭs hērbis indŭĕrăt Circe in vūltūs, āc tērgă fĕrārūm.
Circēŭs, ă, ūm. *Prŏxĭmă Circææ rādūntŭr littŏră tērræ*, Virg. Æn. 7, 10.
circĭno, ās. *ūtquĕ sŭōs ārcūs, pēr nūbĭlă circĭnăt Īris.* M.
circĭnūs. *intĕgĕr immēnsūm vērtēbăt circĭnŭs ānnūm*, A.
circitĕr. *Clārŭs, āb ōffĭcĭīs ŏctāvām circitĕr hōrām*, Hor. Ep. 1, 7, 47. SYN. Circā, ăd, sŭb, (*cum Acc.*)
circŭĭtŭs, ūs. *Sævāquĕ circŭĭtū cūrvāntēm brāchĭă lōngō*, Ov. M. 2, 82. SYN. Āmbĭtŭs, ōrbis, circŭlŭs, gyrŭs.
circūlātŏr, ōris. *Quōs sæpĕ fālsūs circŭlātŏr dēcĭpit.* (Iamb.) SYN. Præstīgĭātŏr, histrio, lūdio, lūdĭŭs, mimŭs.
circŭlo, ās. SYN. Cingo, āmbio, circūmdo.
circŭlŭs. *Flēxĭlis ōbtōrti pēr cōllum it circŭlŭs aūri*, Virg. Æn. 5, 559. SYN. ōrbis, ōrbĭcŭlŭs, circŭĭtŭs, āmbĭtŭs, gyrŭs. EPITH. Flēxĭlis, ōblīquŭs, tōrtĭlis, rŏtūndŭs. VERS. Tōrtĭlis ā cōllō rădĭāns it circŭlŭs aūrō. V. *Gyrus.*
circūmăgo, is, ēgi, āctūm. 2 *et* 3 *brev.* SYN. Circūmfĕro, circūmdūco, circūmvōlvo. *Nīl ŏpŭs ēst tē circūmăgi*, Hor. S. 1, 9, 16.
circūmcīdo, idi, isūm. *Quŏd fālsi frātrēs sē circūmcīdĕrĕ suētŭs*, T. SYN. Circūmsĕco, rĕsĕco, āmpŭto. V. *Scindo.*
circūmcīsūs. *Circūmcīsŭs ădēst; ēt jūrĕ rĕnāscĭtŭr ūndis*, A.
circūmclāmo. *Circūmclāmātă prŏcēllis*, Sidon. V. *Clamo.*
circūmclūdo, is, si, sūm. V. *Claudo, Cingo.*
circūmdātūs, ă, ūm.——*Fūlvis circūmdătŭs ālis*, Tib. 2, 1, 89. SYN. āmbĭtŭs, cinctūs, circūmcinctūs, sēptūs, circūmclūsūs, inclūsūs.



Digitized by Google

circŭmdo, dĕdi, dătŭm.——*mūrō circŭmaĕdit ărcēs*, Virg. Geo. 2, 535. SYN. ămbio, cingo, cŏrōno, sēpio, circŭmcingo, circŭmvăllo, ŏbĕo. V. *Cingo.*

circŭmĕo, is, ii, irĕ. *Cūjŭs nōn hĕdĕræ circŭmiĕrĕ căpŭt*, Prop. 2, 5, 26. SYN. ŏbĕo, ŏbămbŭlo, pĕragro, pĕrĕrro, lūstro, pĕrlūstro, *vel* ămbio, cingo.

circŭmfĕro, tŭli, lātŭm. *idĕm tĕr sŏciōs pūrā circŭmtŭlit ŭndā*, Virg. Æn. 6, 229. SYN. Circŭmdūco, circŭmvĕho.

circŭmflŭo, is, flŭxi. *Si crŏcĕōs circŭmflŭit ŭndă vĭtĕllōs*, Mart. SYN. Circŭmlăbŏr, circŭmfŭndŏr, circŭmlăo, ăllŭo.

circŭmflŭŭs. *Scindĭtŭr in gĕminās părtēs circŭmflŭŭs ămnis*, Ov. M. 15, 739. SYN. Circŭmflŭēns.

circŭmfūsŭs. *Nām circŭmfūsō cōnsistĭt in āĕrĕ tĕllūs*, Tib. 4, 1, 151. SYN. Circŭmflŭŭs, diffūsŭs.

circŭmlātŭs. *Circŭmlātă dĭū mĕnsis scrĭblĭtă sĕcŭndis*, Mart.

circŭmlĭgo, ās. *Quăndō lĭēn tŭmĭdō circŭmlĭgăt ĭliă vinclō*, S. SYN. Nĕcto, vincio. V. *Ligo.*

circŭmpŏsĭtŭs. *Sĕmpĕr ĕnim circŭmpŏsĭtŭs rēs vĕrbĕrăt āĕr*, Lucr. 6, 1026. *à* circŭmpōno. SYN. Circŭmfūsŭs, circŭmiēns.

circŭmquāquĕ. *Circŭmquāquĕ pătēns, nūdōquĕ, &c.* M. SYN. ŭndiquĕ, ŭndĕcŭnquĕ.

circŭmscribo. *Quŏt circŭmscrīpsĕrit Hirrŭs Pūpillōs*, Juv. 10, 222. SYN. Cōnclūdo, cōmprēndo, dĕfinio, līmito.

circŭmspĭcio, spexi. *Dĭvĕrsi circŭmspĭcĭŭnt hōc ăcriŭr idĕm*, Virg. Æn. 9, 416. SYN. Hūc illūc ŏcŭlōs circŭmfĕrrĕ; pārtēs ōmnēs vĕrsārĕ. Lūminĕ văgō lūstrārĕ. ăspĕctū văgāri. ōmnĭă cōllūstro. V. *Aspicio.*

circŭmsto, stĕti. *Cŭrvāta in mŏntis făcĭēm circŭmstĕtit ŭndă*, Virg. Geo. 4, 361. SYN. Stō circŭm, circŭmsisto, *vel* cingo, ămbio.

circŭmvăllo. *Quippe ăcĭēm dēnsō circŭmvāllāvĕrăt ŏrbĕ*, Sil. 7, 853. SYN. Văllo, ŏbvăllo. PHR. Văllō cingo, ămbio, ŏbĕo, inclūdo, mūnio. V. *Vallo.*

circŭmvĕnio, circŭmvēni, vĕntŭm. *Mŭltă sĕnēm circŭmvĕnĭŭnt incōmmŏdă, vĕl quŏd*, Hor. A. Poët. 169. SYN. Circŭmdo, ămbio, cingo, ŏbsĭdĕo.

circŭmvŏlito. *Aŭt ărgūtă lăcūs circŭmvŏlĭtāvit hirŭndo*, Virg. G. 1, 317. SYN. Vŏlito, vŏlo circŭm.

circŭo, is. *Eūtrăpĕlŭs tōnsŏr dŭm circŭit ōră Lŭpĕrci*, Mart. 7, 82. V. *Circumeo.*

Circŭs. *Circŭs ădhūc cēssăt, spărgit lūmĕn ăcĕr ărēnăm*, Ov. Tr. 4, 9, 29. SYN. Circŭitŭs, ămbitŭs, circŭlŭs. EPITH. cĕlĕbĕr, măgnŭs, lōngŭs, căpāx, clāmōsŭs, ŏblīquŭs, cŭrvŭs, măgnĭfĭcŭs, fēstŭs, ăpērtŭs, pătēns, spătĭōsŭs. VERS. Mĕdĭăque in vāllĕ thĕātri Circŭs ĕrăt. Fēstă thĕātrālis cĕlĕbrānt sŏlēnnĭă circi. Ămphĭthĕātrālēm circŭm făcit ārĕă. Mŭltă căpāx pŏpŭli cōmmŏdă circŭs hăbĕt. ēxŭltăt raŭcō victōrĭă circō.

Cīris, is. *Sic vocata Scylla Nisi, Megarensium Regis, filia: in alaudam versa, quòd patri purpureum capillum, in quo situm erat totius regni fatum, abscidisset, κείρω enim est tondeo.* VERS. Plūmis in ăvĕm mūtātă vŏcātŭr Cīris, ĕt ā tōnso ĕst hōc nōmĕn ădēptă căpillō. V. *Scylla.*

cistă. *Nāmquĕ vĕtŭs Græcōs sĕrvābăt cistă lĭbĕllōs*, Juv. 3, 206. SYN. ărcă, cistŭlă, călăthŭs, cănistrŭm. EPITH. Căvă, tēxtă, vīmĭnĕă, cōncăvă, căpāx, ămplă, pătŭlă, claŭsă, lignĕă, pictă.

citātim. *Cŏrpŏră, quæ fŭĕrănt, prœcŭrsĭbŭs āptă cĭtātim*, Fill.

citātŭs. *Nōn tigris cătŭlis cĭtātă răptis*, (Phal.) Mart. 3, 44, 6. SYN. Citŭs, cĕlĕr, vēlōx, prŏpĕrāns.

‖ citĕriŏr, ōris. *Omnes breves.* SYN. Prŏpiŏr, vīciniŏr, prŏpinquiŏr.

Cithærōn, ōnis.——————*vŏcăt ingĕnti clāmōrĕ Cithærōn*, Virg. G. 3, 43. *Bœotiæ mons Apollini et Musis sacer; atque etiam Baccho.* VERS. Fēstŭs făcĭēndă ăd săcră Cithærōn. Căntibŭs, ĕt clārā Băcchāntŭm vōcĕ sŏnābăt. V. *Cytheron.*

cithără. *Nōn stŭdiō cithăræ, nĕc Mūsæ dēdĭtŭs ŭlli*, Hor. S. 2, 3, 105. SYN. Chĕlys, lyră, bărbitŭs, tĕstūdo, plēctrŭm, fĭdēs. EPITH. Ŏrphĕă, Ŏrphēiă, Thrăciă, Thrēiciă, Ŏdrysĭă, Rhŏdŏpēiă, *ab Orpheo Thrace;* Ărīŏnĭă, Ămphīŏnĭă, Ăpŏllĭnĕă, Dēliăcă, Phœbēă, Pĭĕrĭă, Aŏnĭă, imbĕllis, bicŏrnis, rĕsŏnāns, cănōră, blāndă, vōcālis, aūrĕă, ărgūtă, sŏnāns, dūlcisŏnāns, quĕrŭlă, ĕbūrnă, ĕbūrnĕă, jūcŭndă, tinnŭlă, dūlcisŏnă, grātă, sŏnōră. PHR. Cūrārŭm dūlcĕ lĕvāmĕn. Cithăræ fĭdēs, nērvi. Cithăræ căntŭs, sŏnŭs, mŏdŭlāmĕn, ărgūtŭm mŭrmŭr. VERS. Vōcālēm dŏctŭs sōllĭcĭtārĕ chĕlyn. Dūlcēs rĕddit pōllĭcĕ tāctă sŏnōs.

Mēntis sōllĭcĭtæ rĕlĕvāt cūrās. Cĭthără crīnītŭs Ĭōpās Pĕrsŏnăt aūrātā. Cĭthăra impūlsis rĕsŏnāt Rhŏdŏpēĭă nērvis. Bistŏnĭām dĭgĭtis cĭthărām, făc pūlsĕt ĕbūrnis. Pīĕrĭā cĭthără rĕsŏnānt. Jām mănĭbūs cĭthărām, jām pēctĭnĕ pūlsăt ĕbūrnō. Cĭthăræ vōcālēs tāngĕrĕ nērvōs. Trāctăt ĭnaūrātæ gārrŭlă fīlă lўræ. Thrēĭcĭām dĭgĭtis ĭncrĕpŭisse lўrām. Pātrĭōquĕ cănōrām ĭncrĕpŭit dē mōrĕ lўrām, dūlcēdĭnĕ mīrā Ŏrphēā mīrātūr sŏcĭāntēm cārmĭnă nērvis. Pūlsis ăd cārmĭnă nērvis. Blāndō mūlcēnt mūrmŭrĕ nērvi. Hæc pĕrcūssis sūbjūngit cārmĭnă nērvis. Vōcālēs ĭmpēllĕrĕ pōllĭcĕ chōrdās. ĕt bēllis haūd āptă cănēndis. Bēllă sătis cĕcĭni, cĭthărām jām pōscĭt Ăpōllo. Tūnc ĕgŏ, nēc cĭthără pŏtĕrām gaūdērĕ sŏnōrā. Cūncti cĭthără rĕsŏnāntĕ sĕquūntūr. V. *Lyra*, *Fides*, *ium*.

cĭthărīstă, æ. m. *Psāllĕt ăltērnis cĭthărīstă tōtō*, Paulin. V. *Citharœdus*.

cĭthărizo. *ĕt cĭthărīzāntēs Nўmphās cŏmĭtātŭr Ăpōllo*, M. SYN. Cĭthărām pūlso, tāngo. V. *Cithara*.

cĭthărœdŭs. *āccĭpis ŭxōrēm dē quā cĭthărœdŭs Ĕchīōn*, Juv. 6, 76. SYN. Cĭthărīstă, cĭthărām pūlsāns. Cĭthăræ pūlsāndæ pĕrītŭs fĭdĭcĕn. EPITH. insignis, blāndŭs, grātŭs, lætŭs, dūlcĭsŏnŭs, Phœbēŭs, Ăpōllĭnēŭs, mūlcēns, Ăŏnĭŭs, Pīĕrĭŭs. PHR. Fĭdĭbŭs plēctrōquĕ pŏtēns. Dōctŭs nŭmĕris ĭntēndĕrĕ nērvōs. Dĭgĭtis nērvōs pūlsārĕ pĕrītŭs. Qui nōvit dĭgĭtis ĭmpēllĕrĕ nērvōs. Plēctră mŏvēns. ĭmpēllēns pōllĭcĕ chōrdās. Mŏvēns săxă fĕrāsquĕ lўră. Lætām pūlsārĕ pĕrītŭs Pōllĭcĕ vōcālī cĭthărām, plēctrōquĕ cănōrō. Thrēĭcĭă frētŭs cĭthără, fĭdĭbŭsquĕ cănōris.

cĭtĭmŭs. *Quā cĭtĭmās līmēs dĭspēscit tūrbĭdă pūris*, F. SYN. Prōxĭmŭs, vīcīnŭs.

cĭtĭŭs. *Sīc ăīt, ĕt dīctō cĭtĭŭs tŭmĭda æquŏră plăcăt*, Virg. Æn. 1, 146. SYN. Vēlōcĭŭs. V. *Cito*.

cĭto, Adv. *Sī bĕnĕ quĭd făcĭās, făcĭās cĭtŏ, nām cĭtŏ, făctŭm*, L. *illĕ cĭtō mŏnĭtūs rĭgĭdōs ēlūdĕrĕ cæstūs*, Mant. SYN. Cōnfēstim, rĕpēntĕ, sŭbĭtō, mōx, cōntĭnŭō, ēxtēmplō, prōtĭnŭs, haūd mōră. V. *Celeriter*.

cĭto, ās. *ĭntĕgĕr, ămbĭgŭæ sī quāndŏ cĭtābĕrĕ tēstis*, Juv. 8, 80. SYN. Cĭĕo, vŏco, *vel* ūrgĕo.

cĭtrā. *Vĭncēns āspĭcĭĕt, cĭtrāquĕ cārnis*, (Phal.) *Quōs ūltrā cĭtrāquĕ nĕquit cōnsīstĕrĕ rēctūm*, Hor. S. 1, 1, 107. SYN. Hinc, *vel* ābsquĕ.

cĭtrĕŭs. *Scrībĭtŭr ĭn cĭtrĕis, călĭdūm scis pōnĕrĕ sūmĕn*, Pers. 1, 53. SYN. Cĭtrĭnŭs.

cĭtro. *Dīrēptæ vŏlĭtānt ūltrō cĭtrōquĕ pĕr aūrās*, L. SYN. Hūc.

Cĭtrŭs, i. *Arbor in Mauritaniâ frequens, præsĕrtim in Atlante monte, Veneri et Adonidi sacra. Romanis olim expetita ad mensarum usum.* EPITH. Maūrŭsĭăcă, Aphrŏdĭsĭă, Cўthĕrēĭă, *à Venere*, Ădōnĭă, frōndōsă, ŏdōrātă, bārbără, Ătlāntĭcă. PHR. Rāmisquĕ ēxūltăt Ădōnĭās ārbŏr. Maūræquĕ Atlāntĭcă sўlvæ. Prōgĕnĭēs cĭtrūs.

cĭtŭs. *à cieo.* *Sōlvĭtĕ vēlă cĭtī : Dĕŭs æthĕrĕ mīssŭs ăb āltō*, Virg. Æn. 4, 574. SYN. Cĕlĕr, vēlōx, cĭtātŭs, pērnix, prōmptŭs, præpĕs, vŏlŭcĕr, lĕvis, fēstīnŭs, prŏpĕrŭs, vŏlāns. V. *Velox*, *Celer*.

cĭtŭs, *à cio.* SYN. āccĭtŭs, vŏcātŭs.

cīvĭcŭs. *Claūsit ĕt ætērnā cīvĭcă bēllă sĕrā*, Ov. Pont. 1, 2, 206.

cīvīlis. *Pācĕ dătā tērris, ănĭmum ăd cīvīlĭă vērtĕt*, Ov. M. 15, 832. SYN. Cīvĭcŭs, ūrbānŭs, mītis, lĕpĭdŭs, cōmis, pŏlītŭs.

cīvīlĭtĕr. *ăc quŏnĭām sĕmĕl ēst ŏdĭō cīvīlĭtĕr ūsŭs*, Ov. Tr. 3, 8, 41.

cīvis. *ăt fēssī tāndĕm cīvēs, ĭnfāndă fŭrēntēm*, Virg. Æn. 8, 489. SYN. ĭncŏlă. EPITH. Clārŭs, nōbĭlis, āntīquŭs, ĭnsignis, cĕlĕbĕr.

cīvĭtās, ātis. *Tū cīvĭtātūm quĭs dĕcĕăt stătŭs.* (Alcaic.) SYN. ūrbs, ŏppĭdŭm. EPITH. Clāră, pūlchră, āntīquă, sŭpērbă, pŏtēns, bēllĭcă, mūnītă, sēcūră, ĭmpăvĭdă, ĭnāccēssă. V. *Urbs*.

clādēs, is. *Clādĭbŭs ĭrrŭĭmŭs nŏcĭtūrăquĕ pōscĭmŭs ārmă*, Lucan. 7, 60. SYN. Cædēs, strāgēs, cāsŭs, fūnĕră. EPITH. Tētră, trīstis, bēllĭcă, mōrtĭfĕră, ăcērbă, ĭnīquă, ĭmmēnsă, sævă, fūnēstă, āspĕră, mĭsĕră, crŭēntă, sāngŭĭnĕă, crūdēlis, nĕfāndă, hōrrĭdă, fœdă, ĭnfāndă, ēxĭtĭōsă, ēxĭtĭālis, fŭrĭōsă, lāmēntābĭlis, rĕpēntīnă, fērālis, lūctŭōsă, hōrrēndă, fēră, dīră, Māvōrtĭă, pērnĭcĭōsă. V. *Occisio*, *Strages*.

clām. *Clām fērro ĭncaūtūm sŭpĕrăt, sĕcūrŭs ămōrŭm*, Virg. Æn. 1, 354. SYN. Clāncŭlŭm, 2 *brev.* Clāncŭlō. PHR. Rĕmōtō tēstĕ. Tēctō ĭn rĕcēssū. ōccūltă fraūdĕ.

Digitized by Google

clāmĭto. *Hŏc si tĕrquĕ quătĕrquĕ clāmĭtāris.* (Phal.) Mart. 1, 53, 8. SYN. Crēbrō, sæpĭūs clāmo.

clāmo. *Clāmābis căpĭti vinā sŭbēssĕ mĕō*, Prop. 4, 2, 30. SYN. ēxclāmo, cōnclāmo, vōcĭfĕrŏr. PHR. Cœlūm, aūrās, æthĕră, cāmpōs, dŏmūm, ædēs, vĭās, ūrbēm vōcĕ implĕo, replĕo, cōmplĕo. Cœlūm &c. clāmōrĕ, tŭmūltū, vōcĭbūs, clāmōrĭbūs, sŏnō, ŭlŭlātū replĕo. Clāmōrēm tōllo, ēdo, dō. Clāmōrēm ăd sȳdĕră tōllo. Cœlūm clāmōrĕ rūmpo, cōncŭtio. Clāmōrēm ăd āstră fĕro. VERS. ōmnēs māgnō circūm clāmōrĕ frĕmēbānt. ātque intŏnāt ōrĕ. ibāt, ĕt ingēnti sēsē clāmōrĕ fĕrēbāt. Sŏcii māgnō clāmōrĕ sĕquūntūr. Mæstam incēndūnt clāmōrĭbūs ūrbēm. Clāmōre incēndūnt cœlūm. ŭlŭlātūsque ōrĕ dĕdērĕ. Sŭbĭto ērūmpūnt clāmōrĕ frĕmēntēsquĕ ēxhōrtāntŭr ĕquōs. Fœminĕūm clāmōrem ăd cœli sȳdĕră tōllūnt. Aūsūs quīnĕtĭām vōcēs jăctārĕ pĕr ūmbrām, implēvi clāmōrĕ vĭās, mæstūsquĕ Crĕūsām, Nēquicquam ingĕmĭnāns, ĭtĕrūmque ĭtĕrūmquĕ vŏcāvi. Tĕr scŏpŭli clāmōrem intĕr căvă sāxă dĕdērĕ. Hic tōtūm căvĕæ cōnsēssum ingēntĭs ĕt ōră Prīmă pătrūm māgnis ălĭūs clāmōrĭbūs implĕt. Clāmōrem immēnsum tōllit, quō pōntūs ĕt ōmnēs intrĕmŭērĕ ūndæ, pĕnĭtūsque ēxtērrĭtă tēllūs Ĭtălĭæ, cūrvisque immūgĭit Ætnă căvērnis. Ĭtălĭam, Ĭtălĭām prīmūs cōnclāmăt Ăchātēs, Ĭtălĭām lætō sŏcii clāmōrĕ sălūtānt. Clāmōrēs sĭmŭl hōrrēndōs ăd sȳdĕră tōllit. ūndiquĕ clāmŏr Tōllitŭr. it tristis ăd æthĕră clāmŏr Bĕllāntūm jŭvĕnūm, ĕt dūrō sūb Mārtĕ cădēntūm. Hic ūndiquĕ clāmŏr Dissēnsū māgnūs vărĭō sē tōllit in aūrās. Māgnisquĕ vŏcānt clāmōrĭbūs hōstēm. Clāmōrēmquĕ fĕrūnt ăd littŏră. V. *Clamor et Echo.*

clāmŏr, ōris. *Miscēntŭr, māgnisquĕ vŏcānt clāmōrĭbūs hōstēm*, Virg. Geo. 4, 76. SYN. Vōx, sŏnūs, sŏnĭtūs, mūrmŭr, frĕmĭtūs, strĕpĭtūs, frăgŏr, plāngŏr, ŭlŭlātūs, gĕmĭtūs, lāmēntūm, quĕstūs, mūgĭtūs. EPITH. Flēbĭlis, dissŏnūs, hōrrēndūs, răbĭdūs, hōrrisŏnūs, tērrĭfĭcūs, ingēns, lætūs, fœmĭnĕūs, cōnfūsūs, văgūs, tērrĭbĭlis, frĕmēns, pŏpŭlāris, quĕrŭlūs, insānūs, insŏlēns, insŏlĭtūs, mŏlēstūs, rĕsŏnāns, rĕsŏnūs, ēmissūs, tūrbĭdūs, nĭmĭūs, mŭlĭēbris, raūcūs, sŭbĭtūs, faūstūs, rĕpĕtītūs, ĭtĕrātūs, ĭnānis, trĭūmphālis. PHR. Sŭblātūs ăd æthĕră clāmŏr. VERS. Tūm vēro ingĕmĭnăt clāmŏr. Tōllitŭr in cœlūm clāmŏr. Fŭrit ūndiquĕ clāmŏr dissŏnūs. Rĕsŏnăt māgnis clāmōrĭbūs æthĕr. Fĕrit æthĕră clāmŏr. Naūtĭcūs it clāmŏr cœlō. Cœlūm sŏnăt ōmnĕ frăgōrĕ. Ĭt tristis ăd æthĕră clāmŏr. Ingēns frăgŏr æthĕră cōmplĕt. Tūm vēro immēnsūs sūrgēns fĕrit aūrĕă clāmŏr Sȳdĕră. Tōtūmquĕ vĭdērēs Miscēri ānte ŏcŭlis tāntis clāmōrĭbūs æquŏr. Pūlsāti cōllēs clāmōrĕ rĕsūltānt. Cōnsŏnăt ōmnĕ nĕmūs strĕpĭtū, cōllēsquĕ rĕsūltānt. Ĭt clāmŏr tōtis pĕr prōpūgnācŭlă mūris. Tūm vēro ēxŏrĭtūr clāmŏr, rīpæquĕ lăcūsquĕ Rĕspōnsant circa, ĕt cœlūm tŏnăt ōmnĕ tŭmūltū. Clāmŏr vărĭō discrīmĭnĕ vōcūm Sȳdĕră pūlsăt. Strĕpit ōmnis mūrmŭrĕ cāmpūs. Clāmŏr jŭvĕnīlis, ĕt ūnā Fœmĭnĕæ vōcēs, impūlsăquĕ tȳmpănă pālmis Cōncăvăque æră sŏnānt. Naūtĭcūs ēxŏrĭtūr cērtāmĭnĕ clāmŏr. insĕquitūr clāmōrquĕ vĭrūm clāngōrquĕ tŭbārūm. V. *Clamo, et Murmur.*

clāmōsūs. ———*tĕnĕt ōră lĕvis clāmōsă Mŏlēsti*, Lucan. 4, 440. SYN. Clāmāns, ēxclāmāns, *vel* clāmōrĕ rĕsūltāns, frĕmēns.

clāndēstīnūs. *Ceū clāndēstīnō trăhĕrētŭr fœdĕrĕ bēllūm*, Sil. 7, 267. SYN. Ărcānūs, sēcrētūs, ōccūltūs.

clāngŏr, ōris.————*Māgnis quătĭūnt clāngōrĭbŭs ālās*, V. Æn. 3, 226. SYN. Tŭbārūm sŏnūs, strĕpĭtūs. EPITH. Raūcūs, lūctĭfĭcūs, sævūs, Mārtĭūs, rĕsŏnāns, tērrĭfĭcūs, ærisŏnūs, hōrrisŏnūs, trĕmŭlūs, mĭnāx, crēbĕr, hōrrēndūs, sŏnāns, rĕsŏnūs, strīdēns, frĕmēns, tristis, Māvōrtĭūs, bēllĭcūs, hōrrēns, hōrrĭdūs. PHR. Raūcūs strīdēnti mūrmŭrĕ clāngŏr. V. *Classicum, Tuba.*

clārĕo. *ērgō pōstquăm māgisquĕ viri nūnc glōriă clārĕt*, Enn. SYN. Clārēsco, ēnĭtĕo. V. *Luceo.*

clārĭtās, ātis. *Sūmmum ăd grădūm cūm clārĭtātis vēnĕrit.* (Iamb.) SYN. Splēndŏr, lūx, lūmĕn. V. *Lux; vel* hŏnŏr, fāmă, nōmĕn. V. *Honor.*

clāro, ās. *lăbŏr Īsthmĭūs clārābit pŭgĭlēm*, Hor. Car. 4, 3, 3. SYN. illūstro: nōmĕn, fāmām dō, cōnfĕro.

Clārŏs. *ĕt Clārŏs, ĕt Tĕnĕdŏs, Pătăræăquĕ Rēgĭă sērvit*, Ov. M. 1, 516. *Ioniæ civitas juxta Colophonem, Apollinis oraculo nobilis. Est etiam ejusdem nominis insula, in mari Ægæo, una Cycladum, et ipsa Apollini sacra.* EPITH. Phœbēă, Ăpōllĭnĕă, Dēlĭă, făcūndă.

clārūs. *ipsĕ pĕrĕgrīnā fērrūgĭnĕ clārūs ĕt ōstrō*, Virg. Æn. 11, 772. SYN. Pēr-

Digitized by Google

spicŭŭs, dīlūcĭdŭs, pēllūcĭdŭs, lūcĭdŭs, splēndĭdŭs, nĭtĭdŭs. V. *Lucidus; vel* ēvĭdēns, ăpērtŭs, mănĭfēstŭs, nōtŭs, nōtissĭmŭs, nōn ōbscūrŭs; *vel* cĕlebris, insignis, īllūstris, ēxĭmiŭs, ēgrĕgiŭs, præstāns. V. *Illustris.*

clāssĭcūm. *Clāssĭcă jāmquĕ sŏnānt, it bēllō tēssĕră signūm,* Virg. Æn. 7, 637. SYN. Clāngŏr, tŭbārūm frĕmĭtŭs, strĕpĭtŭs. EPITH. Fērālĕ, Mārtiūm, fĕrūm, tūrbĭdūm, Māvŏrtiūm. VERS. ābrūmpūnt dūlcēm Māvŏrtiă clāssĭcă sōmnūm. Nēc dum ĕtiam aūdiĕrānt īnflārī clāssĭcă. Jāmque aūrem hōrrĭsŏnō rūmpūnt fĕră clāssĭcă signō. Mārtiă fērvēntēs āccēndūnt clāssĭcă pūgnās. V. *Tuba.*

clāssis. *Clāssĭbŭs hic lŏcŭs, hīc ăciēs cērtārĕ sŏlēbānt,* Vir. Æn. 2, 30. EPITH. Ærātă, lūnātă, prŏfŭgă, vŏlucris, vēlivŏlă, flūmĭnĕă, ārmātă, quāssātă, æquŏrĕă, fŭgāx, cĭtă, dēnsă, Mārtiă, flūctĭvăgă, bēllĭcă. VERS. Vŏlūcri frĕtă clāssĕ pĕrērrăt. Fērtūr cĭtă gūrgĭtĕ clāssis. V. *Navis.*

clāthrŭs *vel* clāthrūm, i. *ōbjēctōs căvĕæ vălŭĭt nōn frāngĕrĕ clāthrōs,* Hor. A. Poët. 473. SYN. Cāncēllī, claūstră, sēptă.

clāthrātŭs, ă, ūm. *Plaut.* SYN. Sēptŭs, claūsŭs, cāncēllātŭs.

clāvă. *ipsă căpit clāvāmquĕ grăvēm spŏlĭūmquĕ lĕōnis,* Ov. F. 2, 325. SYN. Stīpĕs Hērcŭlĕă. EPITH. Trĭnōdis, dŏmĭtrix, trăbālis, Hērcŭlĕă, dūră, trĕmēndă, hōrrēndă, crŭēntă, lēthĭfĕră, rĕcūrvă, victrix, immītis, vūlnĭfĭcă, pōndĕrōsă. PHR. Clāvæ rōbŭr. VERS. Fērrātæ mūnītŭs rōbŏrĕ clāvæ. instrūxitquĕ mănŭm clāvă dŏmĭtrīcĕ fĕrārūm. āptābāt dēxtris īrrāsæ rōbŏră clāvæ. Pīnĕă nŏdōsă quāssābāt rōbŏră clāvă.

|| clāvātŭs. PHR. Clāvō *vel* clāvis fīxŭs, āffīxŭs.

claūdĭco.———— *pērcūssō claūdĭcăt īllĕ gĕnū,* Ov. Fast. 3, 758. PHR. Claūdō pĕdĕ grădiŏr, nūto, văcillo.

claūdo, si, sūm. *Dēpūlsōs ā lāctĕ dŏmī quæ claūdĕrĕt āgnōs,* Virg. Ecl. 7, 15. SYN. ŏcclūdo, inclūdo, intērclūdo, circūmclūdo, ōbstrŭo, ōbsĕro; *vel* ŏccūlto, ābscōndo. PHR. *De Januâ.* Fŏrēs ōbsĕrārĕ. Līmĕn ōbstrŭĕrĕ, præclūdĕrĕ. Pōstĭbŭs sĕrām ōbdĕrĕ. VERS. Ærātă līmĭnă claūsă sĕră. Fērro ĕt cōmpāgĭbŭs ārctis Claūdēntūr bēlli pōrtæ. Pōrtās ōbjĭcĕ fīrmō Claūsĕrăt. illic claūsă tĕnēnt stăbŭlis ārmēntă. Claūsă dŏmō tĕnĕŏr, grăvĭbūsquĕ cŏērcĭtă vinclis. V. *Occulto, et carcere mulctare.*

clāvĭcŭlă. *Quālis fērrātōs sŭbĭgit clāvĭcŭlă dēntēs,* G. EPITH. Tĕnĕră. V. *Vitis.*

clāvĭcŭlŭs. *Clāvĭcŭlō, mĕdiūm fūlgēntī fībŭlă fērrō,* M. V. *Clavus.*

clāvĭgĕr, ă, ūm. *Clāvĭgĕrūm vērbis āllŏquŏr ipsĕ Dĕūm,* Ov. Fast. 1, 228. *à clavâ.* PHR. Clāvā ārmātŭs. *à clavibus. Epitheton* Jani.

clāvis. *Nēc prŏhĭbēnt clāvēs, ĕt cānis ipsĕ tăcĕt,* Tib. 2, 4, 34. SYN. Fērrĕă, ærātă, strīdēns, ăhēnĕă, ærĕă. PHR. Pōrtās rĕsĕrāns, pāndēns, reclūdēns.

claūstrūm. *Circūm claūstră frĕmūnt, &c.* Virg. Æn. 1, 61. SYN. Vālvæ, fŏrēs, jānŭă, pōrtă, ŏbēx. EPITH. Fērrĕūm, tĕnāx, ăhēnūm, ōbscūrūm, strictūm, ōbstāns, inexpūgnābĭlĕ, rĕlĭgiōsūm, sĭlēns, quiētūm. PHR. Claūsă dŏmŭs. Claūsæ fŏrēs.

clāvŭs. (*ferreus*) *Mīllĭă clāvōrūm, quis tām prŏcŭl? &c.* Juv. 16, 25. EPITH. Fērrĕŭs, ærĕŭs, ăcūtŭs, hōrrĭdŭs, trăbālis, dūrŭs, vălĭdŭs, fīrmŭs, ăhēnŭs. PHR. Clāvūm infīgo. Clāvis fīgo.

clāvŭs. (*Navis*)———— *Vĭrōs, clāvūmque ād līttŏră tōrquĕt,* Ovid. SYN. Gŭbērnācŭlūm, gŭbērnāclūm, tēmo, hăbēnæ. EPITH. Fīrmŭs, fīdŭs, naūtĭcŭs, pēndēns, flēxĭlis, flūĭtāns, lēvis, fŭgāx, prŏpĕrŭs. PHR. Nāvis mŏdĕrāmĕn, rĕgĭmĕn, hăbēnæ. Clāvūm rĕgĕrĕ, flēctĕrĕ, tōrquērĕ, mŏdĕrārī. VERS. Rēctŏr ĕrit pūppis, clāvōque immōbĭlis hærēns, Mūtābit pĕlăgō tērrās. Rĕgĭmēn dēxtrā mŏdĕrāntĕ cărinæ Flēctēbāt. Rĕsĭdēns in pūppĕ măgistĕr ārtĕ rĕgit vēntis impūlsæ nāvis hăbēnās.

clāvŭs. (*vestis*) *Cūriă rĕstābăt: clāvi mēnsūră cŏācta ĕst,* Ov. Tr. 4, 10, 35. EPITH. Nōbĭlis.

clēmēns, ēntis.——*Prīmō clēmēntiŏr ævō,* Claud. SYN. Mītis, cōmis, bĕnīgnŭs, hūmānŭs, mānsuētŭs, lēnis, bŏnŭs, plăcĭdŭs, făcĭlis. PHR. Pīgĕr ăd pœnās. Vēniæ părātŭs, in misĕrōs bĕnīgnŭs. Flēcti făcĭlis. Rēspĭciēns plācātō vūltū. in misĕrŏs lēnis. VERS. Quī cūm triste ălĭquid stătŭit, fit tristis ĕt ipsĕ. Cuiquĕ fĕrē pœnām sūmĕrĕ, pœnă sŭa ĕst. āddĕ quŏd ēst ănĭmŭs sēmpĕr tĭbī mītis, ĕt āltæ indĭciūm mōrēs nōbĭlĭtātis hăbēnt. V. *Comes.*

clēmēntiă. *Quāntăque in Aūgŭstō clēmēntiă; si quis ăb īllō,* Ov. Trist. SYN. Bŏnĭtās, lēnĭtās, mānsuētūdo, mītis ănĭmŭs. EPITH. Hĭlăris, bĕnīgnă, făcĭlis,

Digitized by Google

cōmis, hūmānă, pācĭfĭcă, æquă, mĭtis, grātă, rēgiă. PHR. Pigră ăd pœnās: ăd præmiă vēlōx. VERS. Cūm vincāmŭr in ōmnī Mūnĕrĕ, sōlă Dĕūs clĕmĕntiă nōbis. V. *Clemens.*

Clĕŏpatră. *ēxpūgnārĕ sĕnēm pŏtŭit Clĕŏpātră vĕnēnis*, Luc. 10, 360. *Ægypti Regina, ex Ptolemæorum familiâ, quam Cæsar amavit, ac deinde Antonius duxit uxorem, repudiatâ Octaviâ, Augusti sorore. Quæ causa fuit belli Augustum inter et Antonium accensi; in quo, amissâ pugnâ, victus Antonius mortem sibi conscivit; Cleopatra verò, ne viva in hostis potestatem veniret, admotis corpori aspidibus, se interemit.* SYN. Ptŏlĕmāis Rēgĭnă, Ægyptiă. EPITH. Fĕrōx, scĕlĕrātă, incēstă, mĕrētrix, Phăriă, fōrmōsă, pūlchră, aūdāx, nĕfāndă, ōbscœnă, Ægyptiă, Ptŏlĕmāis. PHR. īncēsti mĕrētrix Rēgĭnă Cănōpi. Ægyptiă cōnjūx. Quæ tĕnŭit Phărĭūm mĕrētrix scĕlĕrātă Cănōpūm. Āctĭăs Aūsŏnĭās fūgit Clĕŏpātră cătēnās, *post Augusti victoriam.*

clĕpsydră. *Clĕpsydră mēntītūr vērissĭmă nēmpĕ fŭrūmĕn*, Ovid. *Sēptēm clĕpsydrās māgnā tĭbi vōcĕ pĕtēnti*, Mart. 6, 35.

clērĭcŭs. *Clērĭci nēquid măcŭlĕt rĭgōrĕm.* (Sapph.)

clērŭs. *Clērŭs hinc tāntūm pĕpĕrit trĭūmphūm.* (Sapph.) Prud. Peris. 4, 78.

clĭbănŭs. *Sīgnūm mōntĕ dĕdit clārō, nām clĭbănŭs ignĕ*, M. SYN. Cŭcŭmēllă, fūrnŭs.

clĭēns. *Mānĕ clĭēns, ĕt jām cērtŭs cōnvivă*, &c. Hor. E. 1, 7, 75. EPITH. Quĕrŭlŭs, sōllĭcĭtŭs, mĭsĕr, āssĭdŭŭs.

clĭēntēlă. *Prōlĕ, clĭēntēlis fēlix, ĕt cōnjŭgĕ quōndăm*, M. SYN. Tūtēlă, patrōcĭnĭūm.

clĭmă, ătis, n. *Quæquĕ cŏlūnt mĕdĭi dēvēxo in clīmătĕ mūndi*, T. SYN. Rĕgio.

Clīō, ūs. *Nōn mĭhi sūnt vīsæ Clīō, Clīūsquĕ sŏrōrĕs*, Ov. A. Am. 27. V. *Musæ.*

clĭtēllæ. *Clĭtēllās fĕrŭs impingās, ăsĭnæquĕ pătērnūm*, Hor. Ep. 1, 13, 8.

clīvōsŭs. *ēccĕ, sŭpērcĭlĭō clīvōsi trāmĭtis ūndām*, Virg. G. 1, 108. SYN. Dēclīvis, ācclīvis.

clīvŭs. *Cāstălĭām mōllī dēvērtĭtŭr ōrbĭtă clīvō*, Virg. G. 3, 293. SYN. Cōllis, mōns. EPITH. Præcēps, ŏpācŭs, sāxōsŭs, ārdŭŭs, pēndēns, vĭrĭdis, mōllis, hērbĭdŭs, grāmĭnĕŭs, vĭrēns, hērbōsŭs, mōntānŭs, scŏpŭlōsŭs, pāndŭs, āmœnŭs, īncūltŭs, pătēns, ĭnūtĭlis, sŭpīnŭs, frōndōsŭs. PHR. ārdŭă sāxōsō pērdūcit sēmĭtă clīvō. V. *Mons.*

clŏācă. *Vērnŭlă rīpārūm pinguis tōrrēntĕ clŏācā*, Juv. 5, 105. SYN. Lātrīnă. EPITH. immūndă, fœdă, sōrdĭdă, tūrpis. PHR. Grăvēm quæ spīrăt ŏdōrēm. Dīrūm ēxhālăt, ēffūndit ŏpācă mĕphītim. īngrātūm dīffūndit ŏdōrēm. Dīrūm pĕr āĕră vīrŭs ēxhālăt. V. *Mephitis.*

Clœlĭă. *ĕt flŭvĭūm vīnclis innārĕt Clœlĭă rūptis*, Virg. Æn. 8, 651. *Illustris Romana, quæ data est obses cum novem aliis Porsennæ Romam obsidenti. Nocte verò Tiberim transnatavit.* EPITH. Fōrtis, aūdāx, nōbĭlis.

Clōthō, ūs. *Clōthō dūră lăcūs ārūmquĕ vĭdērĕ Dĭānæ*, Sil. EPITH. Grāndævă, īmprŏbă, crūdēlis, sævă, sēdŭlă, īmmītis. PHR. Stāmĭnă rūmpēns. V. *Parcæ.*

clūnēs, ĭūm. *Quŏd pūlchræ clūnēs, brĕvĕ quŏd căpŭt*, &c. Hor. S. 1, 2, 89. SYN. Nătēs.

clўpĕātŭs.—*incēdis quŏtiēs clўpĕātŭs, ĕt aūrō*, Claud. Con. Hon. 4, 522. SYN. Scūtātŭs. PHR. Clўpĕō, scūtō, ūmbōnĕ, pārmā, pēltā ārmātŭs, tēctŭs, mūnītŭs, prōtēctŭs. V. *Armatus.*

clўpĕŭs, i. m. Clўpĕūm, i. n. *Ĕt tōtūm clўpĕi fērrō dējēcĕrăt ōrbēm*, Virg. Æn. 10, 546. SYN. Scūtūm, pārmă, pēltă, ūmbō, ægis, cētră. EPITH. Sānguĭnĕŭs, fūlgēns, dūrŭs, cŏrūscāns, ærātŭs, ingēns, căvŭs, crŭēntŭs, dīrŭs, aūrātŭs, fērrĕŭs, splēndĭdŭs, crŭēntātŭs, ăhēnŭs, tērrĭbĭlis, mĭnāx, rŭtĭlāns, nĭtēns, cŏrūscŭs, ŏppŏsĭtŭs, rŭtĭlŭs, tērrĭfĭcŭs, pĕrēnnis, cūrvātŭs, lēvis, hăbĭlis, sēptēmplēx, aūrĕŭs. PHR. Clўpĕi tēxtūm. Clўpĕi ōrbis. Clўpĕi īnsīgnĕ dĕcōrūm. Ærĕ căvō clўpĕŭs. Ærĕ mūnītŭs. Sævō fūlgōrĕ mĭcāns. Flāmmās ăd nūbĭlă jāctāns. VERS. Clўpĕūm tūm deindĕ sĭnīstrā ēxtŭlit ārdēntēm. Clўpĕūmque ēx ærĕ sĭnīstræ Sūblĭgăt. Hic fērro āccingŏr rūrsŭs clўpĕōquĕ sĭnīstrām īnsērtābam āptāns. Hāstă vŏlāns clўpĕi fērrō trānsvērbĕrăt ærā. Pōstquam hăbĭlis lătĕri clўpĕŭs, lōrīcăquĕ tērgo ēst. Sĭmŭl āptăt hăbēndō ēnsēmquĕ clўpĕūmquĕ. Nēc mĭsĕrō clўpĕi mŏră prōfŭit ærei. Clўpĕōquĕ mĭcāntĭă fūlgŭră mīttit. Vāstŏs ūmbō vŏmit aūrĕŭs īgnēs. īllĕ tămĕn clўpĕo ōbjēctō cōnvērsŭs in hōstēm ībăt. Clўpĕŭs sŏnăt

Digitized by Google

ærĕīs hāstīs. Tĕgmĭnă tūtă cāvānt căpĭtūm, flēctūntquĕ sălīgnās ūmbōnūm crātēs. Lævō dēpēndēt pārmă lăcērtō. āt pĭŭs Ænēās hāstām jăcĭt, īllă pĕr ōrbēm Ærĕ căvūm trĭplĭcī, pĕr līgnĕă tĕrgă, trĭbūsquĕ Trānsĭlĭt īntēxtūm taūrīs ōpŭs. Clŷpĕūm tōt fērrī tĕrgă, tōt ærīs. Cūm pēllīs tōtĭēs ŏbĕăt cīrcūmdătă taūrī. Vĭbrānti cūspīs mĕdĭūm trānsvērbĕrăt ĭctū. Lævās cētră tĕgĭt. Scūtīs prōtēctī cōrpŏră lōngīs. Fērrĕă scūtă tĕgūnt hŭmĕrōs, ĕt pēctŏră lātē.

Clŷtemnēstră. *Mānĕ Clŷtēmnēstrām nūllŭs nōn, &c.* Juv. 6, 655. *Vīndĭcem ădūltĕrĭūm cūm Clŷtēmnēstră nĕcĕt*, Auson. *Agamemnonis uxor, quæ unà cum Ægystho, violentas manus marito intulit. Sed Orestes Agamemnonis ex eâ filius, matrem occidit, patris necem sceleratè ultus.* SYN. Ăgămēmnŏnĭs ūxŏr. EPITH. Sævă, fōrmōsă, crŭēntă, pērfĭdă, scĕlĕrātă, ădūltĕră.

Clŷtĭă, æ. *vel* Clŷtĭē, ēs. *Quæquĕ tŭōs Clŷtĭē, quāmvīs dēspēctă, pĕtēbăt*, Ov. Met. 4, 206. *Nympha ab Apolline deamata, et postmodum despecta, cujus odii impatiens, dolore contabuit, in Heliotropium deinde conversa*, Ovid. 4, Met.

cŏăcērvo. *ēt cŏăcērvātīs ārdēbānt cōrpŏră mēmbrīs*, M. SYN. ăcērvo, cōngĕro, ăccŭmŭlo, āggĕro, cŭmŭlo, cōllĭgo.

cŏæquālĭs. *ūnă cŏæquālī lūstrātūr līnĕă Phœbō*, M. SYN. Æquālĭs.

cŏætērnŭs. *īllĕ cŏætērnūs Pătrĭs ēst, ĕt sēmpĕr ĭn ĭpsō*, P.

cŏāgŭlūm.——*vīvīquĕ mĕrī, cūm lāctĕ cŏāgŭlă pāssō*, Ov. M. 14, 274.

cŏălēsco, ŭi. *ūlcĕrĭs ānnōsī sĭnŭs ēt cŏălēscĕrĕ pōssĭt*, S. SYN. Cŏĕo, cōnvĕnĭo, cōncūrro, cŏhærĕo, cōncrēsco.

cŏārcto, ās. *cēdĕrĕ fēstīnānt nōxquĕ cŏārctăt ĭtĕr*, Ov. Fast. 5, 546. SYN. Prĕmo, cōmprĭmo, strīngo, cōnstrīngo, āstrīngo.

cŏccĭnātŭs. *Quī cŏccĭnātōs nōn pŭtāt vĭrōs ēssĕ.* (Scaz.) Mart. 1, 97, 6. PHR. Cŏccō, mūrĭcĕ, tīnctŭs. Mūrĭcĕ īmbūtŭs.

cŏccĭnĕŭs. *Cŏccĭnĕōs ārmīs chlămȳdēs aūrīquĕ nĭtōrēm*, Mant. SYN. Cŏccĭnŭs, ă, ūm : cŏccĭnātŭs.

cŏccĭnūm. *Sī fŭĕrīs sānŭs, cŏccĭnă quĭd făcĭēnt ?* Mart. 2, 16, 2. SYN. Cŏccĭnĕă vēstĭs. V. *Purpura.*

cŏccŭs, ī, et cŏccūm, ī. *rūbro ŭbī cŏccō Tīnctă sŭpēr lēctōs cāndērĕt vēstĭs ĕbūrnōs*, Hor. S. 2, 6, 108. SYN. Mūrēx, pūrpŭră, ōstrūm. EPITH. Sānguĭnĕŭs, rŭbĕr, ārdēns, pūrpŭrĕŭs, rŭbēns, rōsĕŭs. V. *Purpura.*

cŏchlĕă. *Sūm cŏchlĕīs hăbĭlīs, sēd nōn mĭnŭs ūtĭlĭs ōvīs*, Mart. 14, 121. *Cūrvārūm dŏmŭs ūdă cŏchlĕārūm.* (Phal.) EPITH. Flŭvĭālĭs, cūrvă, rēptĭlĭs, nēxĭlĭs, Āfră.

cŏclēs, ĭtĭs. *Cōclĭtĭs ābscīssōs tēstātūr sēmĭtă pōntēs*, Prop. 3, 11, 63. SYN. Lūscŭs. PHR. Lūmĭnĕ cāssŭs. Lūmĭnĕ, *vel* ŏcŭlō ōrbātŭs, vĭdŭātŭs, căptŭs, ōrbŭs. Cuī lūmĕn ădēmptūm ēst. ūnō stāt lūmĭnĕ rāptō. Lūmĭnĭs ōrbŭs.

cŏctĭlĭs. *Cōctĭlĭbūs mūrīs cīnxīssĕ Sĕmīrămĭs ūrbēm*, Ov. Met. 4, 58. SYN. Cŏctŭs.

Cōcȳtŭs. *Cōcȳtī stāgnă āltă vĭdēs, Stȳgĭāmquĕ pălūdēm*, Virg. Æn. 6, 323. *Inferorum fluvius, à Poëtis sic dictus à κωκύειν, flere.* EPITH. ātĕr, īnāmænŭs, īnērs, nĭgĕr, pălūstĕr, Tārtărĕŭs, īmŭs, prōfūndŭs, mœstŭs, dūrŭs, lānguĭdŭs. PHR. Tārtărĕæ stāgnă pălūdĭs. Lūgēntĭă nĭgrī Flūmĭnă Cōcȳtī. Cōcȳtī stāgnă pălūstrĭs. Cōcȳtī stāgnă āltă. ātĕr flūmĭnĕ lānguĭdō Cōcȳtŭs. VERS. Pārte ălĭā tōrrēns Cōcȳtŭs sānguĭnĭs ātrī Vōrtĭcĭbūs fŭrĭt, ĕt spūmāntī gūrgĭtĕ fērtŭr.

cōdex, ĭcĭs. *Cōdĭcĕ quī mīssō, quēm vīx jŭgă bīnă mŏvērēnt*, Ov. M. 12, 432. SYN. Caūdēx, trūncŭs, lĭbĕr.

cōdĭcīllŭs. *Cūltēllūm, tĕnŭēsquĕ cōdĭcīllōs.* (Phal.) SYN. Lĭbēllŭs, *vel* tăbŭlæ.

Cōdrŭs. *Aūt Ālcōnĭs hăbēs laūdēs, aūt jūrgĭă Cōdrī*, Virg. Ecl. 5, 11. *Athenarum Rex, qui victoriam contra Peloponnesiacos, morte sponte appetitâ redemit.* EPITH. Fōrtĭs, īllūstrĭs.

‖ cœmētērĭūm. SYN. Sĕpūlcrētūm.

cŏĕmo, ēmi, ēmptūm. *ōmnĭă cōndūctīs cŏēmēns ōbsōnĭă nūmmīs*, Hor. Sat. 1, 2, 9. SYN. ĕmo.

cœnă. *Frūstă dĕdĭt : cŭpĭēns vărĭă fāstīdĭă cœnā*, Hor. S. 2, 6, 86. EPITH. Sēră, cōncīnnă, nōctūrnă, laūtă, sūmptŭōsă, ŏpīmă, dīvĕs, gĕnĭālĭs, mōllĭs, lŭxŭrĭōsă. PHR. Mūltō splēndĭdă lŭxū. Rēgālī lūxū cœnă părātă. Gĕnĭālĭs fērcŭlă cœnæ. V. *Convivium.*

cœnācŭlūm.——*rārŭs vĕnĭt īn cœnācŭlă mīlēs*, Juv. 10, 87.

cœnātĭo, ōnĭs. ——*quĭd sīm cērnīs ? cœnātĭō pārvă*, M. SYN. Cœnācŭlūm.

cœnātōrĭūm. *Cœnātōrĭă mīttĭt ădvŏcātō.* (Phal.) Mart. 10, 87.

Digitized by Google

cœnātŭrio, is. *Cœnātŭrit Văcĕrră, nōn căcātŭrit.* (Iamb.) Mart. 11, 78.
cœnātŭs. *antĕ cĭbŭm versŭs, tŏtĭdĕm cœnātŭs, Hĕtrŭsci,* Hor. S. 1, 10, 61.
cœno, ās. *Cūm quō prætĕrĭtā cœnāvit nōctĕ, nĕc illōs,* Juv. 10, 235. V. *Epulor.*
cœnōsŭs, ă, ŭm. SYN. Sŏrdĭdŭs. PHR. Cœnō fœdŭs, tūrpis. Lŭtō fœdātŭs, sŏrdĭdŭs, sŏrdēns, infēctŭs.
cœnŭm. *Aŭt ŭbi ŏdŏr cœni grăvis, aŭt ŭbi cōncăvă pŭlsū,* Virg. Geo. 4, 49. SYN. Sōrdēs, lŭtŭm. EPITH. Crāssŭm, tĕnāx, sŏrdĭdŭm, pălūstrĕ, infēctŭm, vĭrĭdāns. VERS. Pĕr vădă rēptābāt cœnō sŭbnixă tĕnāci. āntĕ fŏrēs cœnō sūs mērsă jăcēbāt ŏlēnti.
cŏĕo, is, ivi, et ii, itŭm, īrĕ. *Qui nūnc prō nĭvĕă cŏīre in prœlĭă văccā,* N. SYN. Cōnvĕnio, cōngrĕdiŏr, cōncūrro, jūngŏr.
cŏērcĕo. *Mūltă dĭēs ĕt mūltă lĭtūră cŏērcŭit ātquĕ,* Hor. A. Poet. 295. SYN. Cōntĭnĕo, rĕtĭnĕo, cŏhĭbĕo, rĕprĭmo, cōmprĭmo, frænŏ, *vel* cāstigo.
cŏērcĭtŭs. *Claŭsă dŏmō tĕnĕŏr, grăvĭbūsquĕ cŏērcĭtă vinclis,* Ov. Ep. 14, 3.
cœtŭs, ūs. *excĭĕrāt: lætō cōmplērānt littŏră cœtū,* Virg. Æn. 5, 107. SYN. Cōnvēntŭs, cōncĭlĭŭm, tūrbă frĕquēns. EPITH. Lætŭs, vŭlgāris, nŭmĕrōsŭs, innŭmĕrŭs, circūmstāns, circūmvāllāns. V. *Turba.*
Cœŭs, i. *Terræ filius, frater Japeti et Typhœi, quos omnes uno partu à Tellure, quintâ lunâ genitos esse fabulantur.* VERS. Cœūmque, Iăpĕtūmquĕ crĕāt, sævūmquĕ Tȳphœā. *Virg.*
cōgĭtātio, ōnis. *Mōrōsă sinĕ cōgĭtātiōnĕ,* (Phal.) Mart. 11, 7, 8. SYN. Mēns, sēntēntiă, cōnsĭlĭŭm.
cōgĭto. *Nōn tămĕn Ænēān, quămvis mălĕ cōgĭtăt, ōdi,* Ov. Ep. 7, 29. SYN. Pŭto, rĕpŭto, vērso, ăgito, mĕdĭtŏr. PHR. ănĭmō, mēntĕ, pēctŏrĕ, cōrdĕ ăgito, ănĭmō vŏlūto, vērso, vŏlvo, rĕvŏlvo, in mēntĕ, sŭb mēntĕ, sŭb pēctŏrĕ vērso, &c. VERS. Tēcūm priŭs ērgŏ vŏlūtā Hæc ănĭmō. Sic ĕquĭdĕm dūcēbam ănĭmō, rēbārquĕ fŭtūrŭm. ōmnĭă præcēpi, ātque ănĭmō mēcum āntĕ pĕrēgi. Tāliă flāmmātō sēcūm Dĕă cōrdĕ vŏlūtāt. illă dŏlōs, dīrūmquĕ nĕfās in pēctŏrĕ vērsāt. Pārtēs ănĭmŭm vērsābāt in ōmnēs. ănĭmō nūnc hūc, nūnc flūctŭăt illūc. ănĭmŭm nūnc hūc cĕlĕrĕm, nūnc dīvĭdit illūc, in pārtēsquĕ rŭpit vărĭās. Mūltă mŏvēns ănĭmō. Sēdĕt Ænēās sēcūmquĕ vŏlūtāt ēvēntūs bēlli vărĭōs. Sēcūm Cūnctă sĭmŭl tăcĭtŭs vĭgili sŭb mēntĕ mŏvēbāt. id quĭdem ĕgō tăcĭtŭs mēcum ipsĕ vŏlūto. Pĕr nōctēm plūrĭmă vŏlvēns. Nūnc hūc ingēntēs, nūnc illūc pēctŏrĕ cūrās Mūtābāt. ōmnĭă sēcūm Vērsānti sŭbĭtō vix hæc sēntēntĭă sēdit. Mūltă vĭri virtūs ănĭmō mūltūsquĕ rĕcūrsāt Gēntis hŏnōs, hærēnt infixi pēctŏrĕ vūltŭs. Vēnātŏr dēfēssă tŏrō cūm mēmbră rĕpōnit, Mēns tămĕn ăd sylvās, ĕt sŭă lūstră rĕdit. ōccūrrūnt ănĭmō pĕrĕūndi millĕ fĭgūræ. Vĭdŭāmquĕ dŏmūm, gĕmĭtūsquĕ rĕlictæ Cōgĭtāt, ōccūltūs sŭb cōrdĕ rĕnāscitŭr ărdŏr.
cōgnātio, ōnis. *Cāră dūrĕt sŏlēnnĕ tĭbi cōgnātiŏ mŭnŭs,* Mart. 9, 55, 5. SYN. āffīnĭtās, cōnsānguĭnĭtās. EPITH. Chāră, ămīcă.
cōgnātŭs. *Cōgnātīquĕ pătrēs, tŭă tērris dēdĭtă fāmă,* Virg. Æn. 8, 132. SYN. āffinis, cōnsānguĭnĕŭs, āgnātŭs: Sānguĭnĕ jūnctŭs.
cōgnĭtio, ōnis. *intōnĕt hŏrrēndŭm, jām cōgnĭtiōnĕ pĕrāctā,* Juv. 6, 484. SYN. Nōtĭtĭă, nōtio. EPITH. Cērtă, vēră, dŭbĭă, fāllāx, clāră.
cōgnĭtŏr, ōris. *Quās ălĭquis dūrō cōgnĭtŏr ōrĕ lĕgăt,* Ovid.
cōgnĭtŭs.—*jam ĕx illō cāsŭs mĭhi cōgnĭtŭs ūrbis,* Virg. Æn. 1, 627. SYN. Nōtŭs, āgnĭtŭs, spēctātŭs, pērcēptŭs.
cōgnōmĕn, ĭnis. *ōccŭpăt Aprīlēs īdūs cōgnōmĭnĕ victŏr,* Ov. Fast. 4, 621. SYN. Cōgnōmēntŭm, āgnōmĕn. EPITH. Clārŭm, āntīquŭm, ōbscūrŭm, hŭmĭlĕ, nŏvŭm. V. *Nomen.*
cōgnōmĭno.——*mūrĕ, quŏd māgnŭs cōgnōmĭnăt Ātlās,* M.
cōgnōsco, nōvi, ĭtŭm.——*Pērvēntŭm, nāti flētŭs cōgnōvit ĭnānēs,* Virg. G. 4, 375. SYN. Nōsco, āgnōsco, intēllĭgo, pērcĭpio, nōvi. PHR. Cāsŭs mĭhi cōgnĭtŭs ūrbis. Littŏră nōtă tĭbi. Nēc lătŭērĕ dŏli frātrēm. V. *Agnosco.*
cōgo, cŏēgi, cŏāctŭm. *Cōgŏr ĕt ĕxēmplis tĕ sŭpĕrārĕ tŭis,* Pr. 3, 9, 22. SYN. Cōmpēllo, impēllo, ădigo, *vel* cōngrĕgo, cōnvŏco, *vel* āccūmŭlo, cŏăcērvo, cōllĭgo. VERS. Rēs dūra ĕt rēgni nŏvĭtās mĕ tāliă cōgūnt Mōliri. Tŏt ădīrĕ lăbōrēs impŭlĕrit. Hic tĭbi nātĕ, priŭs vinclis căpĭēndŭs, ŭt ōmnēm ēxpĕdiāt mōrbi caūsam, ēvēntūsquĕ sĕcūndĕt: Nām sinĕ vi nōn ūllă dăbit præcēptă, nĕque illŭm ōrāndō flēctēs; vim dūram ĕt vincŭlă căptō Tēndĕ, dŏli circum hæc frāngēntŭr ĭnānēs.

Digitized by Google

cŏhærĕo, si, sum. *Sic ŭt quæquĕ sōlō dēfixă cŏhæsĕrăt hărŭm*, Ov. M. 11, 76. SYN. Cŏhærēsco, hærĕo, ădhærĕo, ădhærēsco, nēctŏr, ānnēctŏr, cōnnēctŏr, cōnjūngŏr.

cŏhærēs, ēdis. *Fōrtĕ cŏhærēdūm sēnĭŏr mālĕ, &c.* Hor. S. 2, 5, 107.

cŏhĭbĕo. *Nōn pŭdŭĭt fōrtēs aūrō cŏhĭbērĕ lăcērtōs*, Ov. Ep. 9, 59. SYN. ārcĕo, fræno, tĕnĕo, rĕtĭnĕo, cōntĭnĕo, reprimo, cŏērcĕo, refræno, cōmprĭmo. V. *Fræno.*

cŏhĭbĭtŭs, ă, ŭm. *Plaut.* SYN. Reprēssŭs, cŏērcĭtŭs.

cŏhōrs. *ŭt sæpe ingēnti bēllō cūm lōngă cŏhōrtēs*, Virg. G. 2, 279. SYN. Cătērvă, tūrmă, āgmĕn, phălānx, ēxērcĭtŭs, cŭnĕŭs, cōpĭæ, ăcĭēs, mănŭs, lĕgio, mănĭplŭs. EPITH. Nŭmĕrōsă, ārmĭgĕră, bēllātrix, vălĭdă, ārmātă, ārmĭsŏnă, pŭgnāx, clўpĕātă, scūtātă, fūnēstă, trĕmēndă, săgīttĭfĕră. PHR. Pīlis ārmātă. Fŭrĭātă cŏhōrs aūsisque ăccēnsă sŭpērbis. V. *Caterva, Turba.*

‖ cŏhōrtŏr, āris. V. *Hortor.*

cŏĭnquĭno. *ĭn vĭtĭŭm vērsæ mŏnŭmēntă cŏĭnquĭnăt ārtĭs*, H. SYN. ĭnquĭno, măcŭlo, fœdo, dēformo, pōllŭo, tūrpo. V. *Maculo.*

cŏĭtŭs, ūs. *Pērquĕ sŭōs cŏĭtŭs cōntĭnĕt ōmnĕ gĕnŭs*, Ov. Fast. 4, 94. SYN. cŏĭtĭo, cōncŭbĭtŭs.

‖ cŏlăphĭzo. PHR. Cŏlăphis pērcŭtĕrĕ, pūlsārĕ, vērbĕrārĕ, fĕrīrĕ. Cŏlăphŏs ĭmpīngĕrĕ. Dūrĭōrĭ mănū pūlsārĕ gĕnās. ŏs mănĭbŭs, *vel* pālmis cædĕrĕ.

cŏlăphŭs. *Nōs cŏlăphum incŭtĭmŭs lāmbēntĭ crūstŭlă sērvō*, Juv. 3, 5. SYN. ălăpă, ictŭs. EPITH. Grăvis, dūrŭs, sŏnōrŭs, ăcērbŭs, vĭŏlēntŭs, vălĭdŭs. V. *Alapa.*

Cōlchi. *Ĕt impĭōrŭm Phāsĭānă Cōlchōrŭm*, (Scaz.) Mart. 3, 58, 16. SYN. Phrўxæi, *à Phryxo, qui vellus aureum huc transtulit ; Ææi ab Ææ, urbe Colchidis.* EPITH. Trŭcēs, sævi, fĕrōcēs, ālgēntēs, impĭi, vĕnĕfĭci.

Cōlchĭăcŭs. *Cōlchis Cōlchĭăcis ūrăt ăhēnă fŏcis*, Prop. 2, 1, 54.

Cōlchis, ĭdis. *Vōs ĕtĭām sўlvæ, vōs Cōlchĭdis hōspĭtĭs ōræ*, Virg. *Asiæ regio, juxta Pontum, cujus Æa metropolis, Rex autem Æetes Medeæ pater :* ignĭpĕdēs pŏssēt sĭnĕ Cōlchĭdĕ vīncĕrĕ taūrŏs, M. EPITH. impĭă, vĕnēnōrŭm fĕrāx.

cōllābŏr, ĕris, lāpsŭs, lābi. *Dīxit, ĕt ēxănguis cōllābĭtŭr, āc vĕlŭt ipsŭm*, P. SYN. Cōncĭdo, cădo, lābŏr. V. *Cado.*

cōllāctānĕŭs. *Nūllă pŭēllă chŏrō nĕquĕ cōllāctānĕă lūdăt*, Fortun. PHR. Mămmām nūtrīcēm sōrtĭtŭs ĕāndēm. Nūtrītŭs ĕōdēm ūbĕrĕ. Qui ĕădēm ūbĕră sūgit.

cōllārĕ, is. *Sævă lĭgānt : ĕt fērrātis cōllārĭbŭs ārmānt*, M. SYN. Tōrquēs, *seu* tōrquis.

cōllātŭs. *Qui tĭbi cōllātŭs, pērfĭdĕ Cæsăr ĕrit*, Mart. 4, 11, 20. V. *Comparo.*

‖ cōllēctĭtĭŭs, *vel* cōllēctānĕŭs, ă, ŭm. SYN. Cōllēctŭs.

cōllēgă, æ. m. *āt Nŏvĭŭs cōllēgă grădū pōst mē sĕdĕt ūnō*, H. S. 1, 6, 40.

cōllēgĭŭm. *āmbĭgŭīquĕ vălēnt, quæ sint cōllēgĭă fātis*, M. SYN. Gўmnăsĭŭm, schŏlă, *vel* cœtŭs, cōnvēntŭs. V. *Schola.*

cōllĭcŭlŭs. *Crēdĭt cōllĭcŭlis, ārbŏrĭbŭsquĕ mĕis*, Mart. 12, 25, 4. SYN. Jŭgŭm. V. *Collis.*

cōllīdo, isi, sūm. *ānnŭlŭs ŭt fĭăt, prīmō cōllīdĭtŭr aūrŭm*, Ovid. SYN. Frāngo, cōntĕro, āttĕro, cōnstrĭngo.

cōllĭgo, ās. *ānsăquĕ cōmprēssōs cōllĭgăt ārctă pĕdēs*, Tib. 1, 8, 14. SYN. Lĭgo, cōnstringo, vincio, rĕvincĭo. V. *Vincio.*

cōllĭgo, is, lēgi, lēctūm.——*Cūm prīmūm cōllĭgĭt ignēs*, Virg. Geo. 1, 427. SYN. Cōgo, āggrĕgo, cōngrĕgo, cōngĕro, *vel* lĕgo, cārpo, dēcērpo. PHR. Flōrēs mănū lĕgĕrĕ, tōndĕrĕ : pōllĭcĕ, tĕnŭī ūnguĕ dēcērnĕrĕ, cārpĕrĕ, mĕtĕrĕ. Pōmă mănū dēcērpĕrĕ, āb ārbŏrĕ vēllĕrĕ, dētrăhĕrĕ, rāmis āvēllĕrĕ. Nŏvŏs dēcērpĕrĕ flōrēs. VERS. Dūm Prŏsērpĭnă lūcō Lūdit ĕt aūt vĭŏlās, aūt cāndĭdă lĭlĭă cārpit. Dūmquĕ pŭēllāri stŭdĭō călăthōsquĕ sinūmquĕ implĕt, ĕt æquālēs cērtăt sŭpĕrārĕ lĕgēndo. Illă lĕgit cālthās, huic sūnt vĭŏlārĭă cūræ, illă păpāvĕrĕās sūbsĕcăt ūnguĕ cŏmās. Aūrĭcŏmōs dēcērpsĕrĭt ārbŏrĕ fœtŭs. Pōmăquĕ nōn nōtis lĕgit, *vel* cārpsit āb ārbŏrĭbŭs. istă lĕgit vĭŏlās, cārpit ĕt illă rŏsās. Pōmăquĕ sēlēctis dētrăhit ārbŏrĭbŭs.

‖ cōllīmo, ās. SYN. Cōllīnĕo, Scŏpūm āttingo.

cōllīnŭs. *Quippe ĕt cōllīnās ăd fŏssām mŏvĕrĭt hērbās*, Prop. 4, 5, 11. SYN. Mōntānŭs, clīvōsŭs.

cōllis, is. *Lībĕr pāmpĭnĕās invĭdĭt cōllĭbŭs ūmbrăs*, Virg. Ecl. 7, 58. SYN. Mōns,



Digitized by Google

jŭgŭm, clīvŭs, ăpĕx, vērtĕx. EPITH. ăpērtŭs, sŭpīnŭs, pătŭlŭs, ŭmbrōsŭs, cēlsŭs, spătĭōsŭs, dūmōsŭs, vĭrĭdĭs, frīgĭdŭs, hērbĭfĕr, fœcūndŭs, flōrĭfĕr, vĭrĭdāns, sălebrōsŭs, aprīcŭs, vērnŭs, scŏpŭlōsŭs, frŏndōsŭs, ābrūptŭs, ăcclīvĭs, flōrēns, vĭrēns, tŭmĭdŭs, āĕrĭŭs, frūgĭfĕr, sūrgēns, īncūltŭs. PHR. Frōndōsō vērtĭcĕ, cōllĭs. Cōllĕ sŭb ŭmbrōsō.

cōllīsŭs. *Grăcĭlĭ Bărbĭtĭūm lēntō cōllīsă dŭĕllō*, Hor. Ep. 1, 2, 7. SYN. Āttrītŭs, frāctŭs.

cōllŏco. *Cōllŏcăt, ĭpsĕ prŏcŭl nĕbŭlīs ōbscūrŭ rĕsĭdĕt*, Virg. Geo. 4, 424. SYN. Pōno, stătŭo, cōnstĭtŭo, dēpōno, cōmpōno.

cōllŏquĭŭm. *Scĭmŭs quĭd căptĕs, cōllŏquĭŭmquĕ vŏcēs*, Ov. Ep. 17, 162. SYN. āllŏquĭŭm, sērmo, cōngrēssŭs. EPITH. Mītĕ, blāndŭm, dūlcĕ, grātŭm, jūcūndŭm, bĕnīgnŭm, ŏptātŭm, hŏnēstŭm, mūtŭŭm.

cōllŏquŏr, ĕrĭs, cōllŏcūtŭs. *Plaut. Ter.* SYN. āllŏquŏr, āffŏr, āffārĭs, *inusitatum in primâ personâ Præsentis:* cōmpĕllo, ās. PHR. Aūdīrĕ ĕt rēddĕrĕ vŏcēs. VERS. Vărĭō nōctēm sērmōnĕ trăhēbānt. Lĭcĭtō tāndēm sērmōnĕ frŭūntŭr. Mūlta īntēr sēsĕ vărĭō sērmōnĕ sĕrēbānt. Tālĭbŭs īntēr sē dĭctĭs ăd tēctă sŭbĭbānt. Tālĭă fātŭs ĕrāt, cœpit cūm tālĭă vātēs. Dīxērăt, ĕt dĭctĭs īllum ĕst sic vōcĕ sĕcūtŭs. Sic Vĕnŭs, ăc Vĕnĕrĭs cōntrā sic fīlĭŭs ōrsŭs. Tālĭbŭs ātque ălĭīs nōctēm sērmōnĭbŭs īllām īnsōmnēm trāxērĕ. V. *Loquor.*

cōllūcĕo, xi. *Tōtŭs cōllūcēns vēste ātque īnsīgnĭbŭs ărmĭs*, Virg. Æn. 10, 539. SYN. Rĕfūlgĕo, cŏrūsco. V. *Luceo.*

cōllūdo, si, sŭm. *Aŭt sūmmā nāntēs ĭn ăquā cōllūdĕrĕ plūmās*, Virg. Geo. 4, 369. SYN. Lūdo, *vel* ăgĭtŏr. V. *Ludo.*

cōllŭm. *ille ŭbĭ cōmplēxū Ænēæ cōllŏquĕ pĕpēndĭt*, Virg. Æn. 1, 719. SYN. Cērvīx. EPITH. Nĭvĕŭm, ĕbūrnŭm, cāndĭdŭm, ārgēntĕŭm, tĕnĕrŭm, vĕnŭstŭm, cāndēns, āltŭm, pŭlchrŭm, tŭmĭdŭm. VERS. Fōrmōsōquĕ mĭcānt băcchātă mōnīlĭă cōllō. Lāctĕă gēmmātō rĕdĭmūntŭr cōllă mŏnīlī. Pēndēbānt tĕrĕtī gēmmātă mŏnīlĭă cōllō. Sōlvĕrĕ cōllă jŭgō.

cōllūstro. *Ōmnĭă cōllūstrāns*, Virg. 3, 651. SYN. Lūstro, cĭrcūmspĭcĭo, *vel* īllūstro. V. *Circumspicio.*

cōllŭvĭēs, ĭēi. *Cōllŭvĭēs ĭn măjŭs ăbĭt, sĕnĭŭmquĕ lĭbīdo*, M. SYN. Cōllŭvĭo, ēlŭvĭēs, dīlŭvĭŭm. EPITH. Sōrdĭdă, cœnōsă, pūtrĭdă, fœdă, tūrpĭs, fœtēns.

cŏlo, ĭs, ŭi, cūltŭm, ĕrĕ. *Cūră Dĕŭm, Dī sīnt, ĕt quī cŏlŭērĕ, cŏlūntŭr*, Ov. SYN. īncŏlo, hăbĭto, *vel* vĕnĕrŏr, hŏnōro, ădōro. V. *Adoro.*

cōlo, ās. *ĕt cōlārĕ văgōs īndūctĭs rētĭbŭs āmnēs*, M. SYN. Pērcōlo.

Cŏlŏcāsĭă, æ. f. *vel* Cŏlŏcāsĭŭm, ĭi. *Mĭxtăquĕ rĭdēntī cŏlŏcāsĭă fūndĕt ăcānthō*, Virg. Ecl. 4, 20. EPITH. Nīlĭăcŭm, *à Nilo Ægypti fluvio*, lēntŭm, mōllĕ.

cŏlōnĭă. *Vēllĕt Ălexāndrō sī quārtă cŏlōnĭă pōnī*, A. V. *Villa.*

cŏlōnĭcŭm. *ĕt cīngĭt pĭcĕō lăcrymōsă cŏlōnĭcă fūmō*, A. SYN. Vīllă.

cŏlōnŭs. *Dūră lăcērtōsī fŏdĭēbānt ărvă cŏlōnī*, Ov. Met. 11, 13. SYN. Agrĭcŏlă, ărātŏr, rūstĭcŭs, agrēstĭs, vīllĭcŭs, cūltŏr agri. EPITH. Fŏrtĭs, paūpĕr, īnŏps, mĭsĕr, lăcērtōsŭs, ăvĭdŭs, dūrŭs, rŭdĭs, sīmplēx, sōllĭcĭtŭs, īncūltŭs, pērvĭgĭl, sōlērs. VERS. Pērvĭgĭlāns lūstrāt sŭă rūră cŏlōnŭs. V. *Agricola.*

Cŏlŏphōn, ōnĭs. *Quæ Cŏlŏphōnĭăcō Scyllæ dĭcūntŭr Hŏmērō*, Virg.

cŏlŏr, ōrĭs. *āntĕ nŏvĭs rŭbĕānt quām prātă cŏlōrĭbŭs, āntĕ*, Virg. Geo. 4, 306. EPITH. Grātŭs, vīvŭs, splēndēns, lūcĭdŭs, pŭlchĕr, nĭtēns, vărĭŭs, mĭcāns, cŏrūscāns, rŭtĭlāns, vĭrĭdĭs, rŭbēns, rŭbĕr, rŭbĭcūndŭs, pūrpŭrĕŭs, rŏsĕŭs, nĭgĕr, ātĕr, pĭcĕŭs, fūscŭs, ōbscūrŭs, flāvŭs, crŏcĕŭs, lūtĕŭs, aūrĕŭs, ālbŭs, cāndĭdŭs, nĭvĕŭs, lāctĕŭs, ŏlōrīnŭs, cœrŭlĕŭs, vĭŏlācĕŭs. VERS. Insīgnĭs vărĭō splēndōrĕ cŏlōrŭm. Vărĭī rădĭīs dīstīnctă cŏlōrĭs. Vărĭīs dĕcŏrātă cŏlōrĭbŭs. ātque ĕrăt in nĭvĕō pŭlchrā cŏlōrĕ cŏmă.

cŏlōrātŭs. *ŭtquĕ cŏlōrātīs āmnĭs dēvēxŭs ăb Īndīs*, Virg. G. 4, 293. PHR. Cŏlōrĕ, cŏlōrĭbŭs dīstīnctŭs, ōrnātŭs, dĕcŏrātŭs, pĭctŭs.

cŏlōro, ās. *Quōs Aūrōră sŭīs rŭbră cŏlōrăt ĕquīs*, Prop. 3, 13, 16. SYN. Pingo. PHR. Cŏlōrĕm dŏ, cōnfĕrŏ, indūco. Cŏlōrĕ, cŏlōrĭbŭs distinguo, ōrno, dĕcŏro, pingo.

Cŏlōssēŭs. *ātquĕ Cŏlōssēŭm stĕtĕrānt ŭbĭ stāgnă, &c.* M.

Cŏlōssĭŭs, ă, ŭm. 2. *longa, aliæ breves.*

Cŏlōssŭs. *Quæ sŭpĕr īmpŏsĭtō mōlēs gĕmĭnātă Cŏlōssō*, Stat. Syl. 1, 1. *Statua immanis magnitudinis, ac molis. Celebris erat ille Colossus Solis apud Rhodios, ex ære factus, inter septem mundi miracula numeratus.* EPITH. Mārmŏrĕŭs,

Digitized by Google

grăndĭs, sīdĕrĕŭs, sūblīmĭs, āltŭs, ĭngēns, hōrrĕndŭs, cēlsŭs, ēxcēlsŭs, īmmānĭs, prōcērŭs, ēnōrmĭs, vāstŭs, stŭpĕndŭs, ărdŭŭs, ēlātŭs, ēdĭtŭs, mīrāndŭs, sūmmŭs, ăhēnŭs, Rhŏdĭŭs. PHR. Mōlēs prōcērā Cŏlōssī. Mīri rădĭātā Cŏlōssī Mōlēs. V. *Statua.*

cŏlŭbĕr, ubri. *Aūt tēcto ássuētŭs cŏlŭbĕr sūccēdĕre ĕt ūmbræ*, Virg. Geo. 3, 418. SYN. Sĕrpēns, ăngŭis, drăco. EPITH. Lōngŭs, tŭmĭdŭs, lūbrĭcŭs, hīrsūtŭs, nŏxĭŭs, vĕnēnātŭs, tĕrrĭfĭcŭs, sævŭs, cærŭlĕŭs, Mĕdŭsæŭs, Gŏrgŏnĕŭs, *à Medusâ Gorgone*, squāmmōsŭs, tŏrtŭs, ātĕr, dīrŭs, lēthĭfĕr, sĭnŭātŭs, mōrdēns, măcŭlōsŭs, tŏrtĭlĭs, nĭgĕr, vĕnēnōsŭs, flēxŭs, īmmānĭs. VERS. Pēstĭs ăcērbă bŏŭm mōtæ sŏnŭērĕ cŏlubræ. Pārsquĕ jăcēnt hŭmĕrĭs, pārs cīrcŭm pēctŏră lāpsæ Sībĭlă dānt, sănĭēmquĕ vŏmŭnt, lĭnguĭsquĕ cŏrŭscānt. ēccĕ lătēns hērbă cŏlŭbĕr rĕcŭbāntĭs ădūncō Dēntĕ pĕdēm strīnxĭt. Sævĭs cădĕt īctă cŏlŭbrĭs. Quālĭs ŭbi in lūcēm cŏlŭbĕr mălă grāmĭnă pāstŭs, Frīgĭdă sūb tērrā tŭmĭdŭm quēm brūmă tĕgēbăt. Nūnc pŏsĭtĭs nŏvŭs ēxŭvĭĭs, nĭtĭdūsquĕ jŭvēntā, Lūbrĭcă cōnvŏlvĭt sūblātō pēctŏrĕ tērgă. V. *Serpens.*

cŏlubrinŭs. *Quōs lōngĭtūdō pōrrĭgĭt cŏlūbrīnă.* (Scaz.)

cŏlŭmbă, *ĕt vărĭīs ālbæ jūngūntŭr sæpĕ cŏlūmbæ*, Ov. Ep. 15, 37. SYN. Pălūmbēs. EPITH. Mōllĭs, imbēllĭs, āĕrĭă, blāndă, tĭmĭdă, tōrquātă, tĕnĕră, nĭvĕă, lāctĕă, mītĭs, ālbă, pūlchră, sĭmplēx, cĕlĕr, trĕpĭdă, cāllĭdă, Cŷthĕrēĭă, Īdălĭă, Cyprĭă, *à Venere;* Dōdōnæă, *à Dodonâ sylvâ Chaoniæ, ubi columbæ vocales oracula reddebant;* păvĭdă, raūcă, văgă, vēlōx, văgābŭndă, præpĕs, mānsuētă. PHR. ăvĭs, vŏlucrĭs, ālēs Cŷthĕrēĭă, ăvĭs Păphĭă, Dĭōnæă, Chāŏnĭă, Īdălĭă, Dōdōnæă. Vŏlucrĭs Vĕnĕri dīlēctă. Vĕnĕrĭs cūră. ēxpērs fēllĭs ăvĭs. Chāŏnĭs ālēs. ăccĭpĭtrēm mĕtŭēns trĕpĭdāntĭbŭs ālĭs. VERS. ūt fŭgĭūnt ăquĭlās, tĭmĭdĭssĭmă tūrbă, cŏlūmbæ. Mūrmŭr ăprīcāntēs nĭvĕă dānt tūrrĕ cŏlūmbæ, ēxpāndūnt ālās ĕt ămīcām blāndă rĭgāntēs ōscŭlă cīrcŭmĕūnt, īnsērtāntque ōrĭbŭs ōră. ūtquĕ cŏlūmbă sŭō mădĕfāctĭs sānguĭnĕ plūmĭs, Hōrrĕt ădhūc, ăvĭdōsquĕ tĭmēt, quĭbŭs hæsĕrăt, ūnguēs. Cūm tĕmpĕstātĕ rĕpēntĕ ūrgēnti cæcō mīscēri mūrmŭrĕ cælūm īncĭpĭt, ĕt nĭgræ cīnxērūnt æthĕră nūbēs: Cōntĭnŭō lĭnquūnt ărva ūndĭque, ĕt ărdŭă pēnnĭs Tēctă pĕtūnt, cĕlĕrēsquĕ căvĭs sē tūrrĭbŭs ābdūnt. ŭbi mītēs ăquĭlām vĭdērĕ cŏlŭmbæ, Nārĕ pĕr āĕrĭōs trāctŭs; nēc pĭnguĭă rūră, Nēc plăcĭdæ rĕtĭnēnt ĕpŭlæ, tĭmŏr ŏmnĭă vīncĭt: Pārs lătĕt ūmbrōsō sāltū, pārs āltă vŏlātū, Tēctă pĕtĭt, pārs mōntānĭs căvă sāxă lătēbrĭs.

cŏlŭmbīnŭs. *Vīnă, cŏlūmbīnō lĭmŭm bĕnĕ cōllĭgĭt ōvō*, Hor. S. 2, 4, 56.

cŏlŭmĕn, ĭnis. n. *Rūmpātquĕ pōstēs cŏlūmĕn īmprēssūm lābĭt.* (Iamb.) SYN. Tūtēlă, dēfēnsĭo, tūtāmĕn. PHR. Grāndĕ dĕcŭs cŏlūmēnquĕ rĕrūm: īn tĕ tōtă dŏmŭs īnclīnātă rĕcūmbĭt.

cŏlŭmnă. *ēst ĭbi nōn pārvæ pārvă cŏlūmnă nŏtæ*, Ov. Fast. 6, 206. SYN. Fūlcrūm, cŏlŭmĕn. EPITH. Fērrĕă, sūblīmĭs, cēlsă, ēxcēlsă, fērrātă, vălĭdă, sŏlĭdă, fīrmă, nĭtĭdă, fūlgĭdă, pūlchră, mārmŏrĕă, aūrātă, lōngă, ărdŭă, ēlātă, ērēctă, pĕrēnnĭs, ætērnă, sŭpērbă, māgnĭfĭcă, sūppŏsĭtă. PHR. Sūrgēntēs ærĕ cŏlūmnæ. VERS. Rēgĭă Sōlĭs ĕrăt sūblīmĭbŭs āltă cŏlūmnĭs. Fērrātĭs īncŭmbūnt tēctă cŏlūmnĭs. Tēmplūm ĕrăt aūrātĭs cēntūm sūblīmĕ cŏlūmnĭs. Tēr cēntūm īnnīxă cŏlūmnĭs. Pōrtĭcŭs īmmānēsquĕ cŏlūmnās Rūpĭbŭs ēxcĭdūnt. Cēlsĭs sūggēstă thĕātră cŏlūmnĭs. Părĭlīsquĕ nĭtēt quā fūltă cŏlūmnĭs Pōrtĭcŭs. *Columnæ Herculeæ.* V. *Abyla et Calpe.*

cŏlŭmnārĭs. *Lūcĕ cŏlūmnārĭ scĭndēns ēxērcĭtŭs ōlĭm*, Prud. Ham. 476.

cŏlŭmnātŭs. *Fāctă cŏlūmnāta ēst, īntŭs quæ fūltă cŏlūmnĭs*, Fil.

cŏlŭs, i, & ŭs. m. f. *ĕt cōlŭs, ĕt fūsŭs, dĭgĭtĭs cĕcĭdērĕ rĕmīssĭs*, Ovid. EPITH. Fœmĭnĕă, frăgĭlĭs, imbēllĭs, lānĭgĕră, Lydă, *ab Arachne Lydiâ:* Pāllădĭă, *à Pallade seu Minervâ lanificii præside*, ēxĭlĭs, lævĭs, lōngă, mŭlĭēbrĭs, tĕrēs, plēnă, rŏtūndă. V. *Neo.*

cŏmă. *Cŏmūntŭr nōstræ mātrĕ jŭbēntĕ cŏmæ*, Ov. Ep. 21, 88. SYN. Cæsărĭēs, căpĭllĭ, crīnēs. EPITH. ūnctă, nĭtĭdă, prōlīxă, flāvēns, dīffūsă, dīvĭdŭă, fōrmōsă, ŏdōrātă, ōrnātă, āmbrŏsĭă, mōllĭs, dĕcōră, flēxĭlĭs, flāvă, pēxă, splēndĭdă, tĕnĕră, cūltă, ŏdōră, ēffūsă, hīrsūtă, aūrĕă, nĭtēns, cānă, flēxă, tōrtă, pēndŭlă, rŭtĭlă, aūrātă, pūlchră, rĕpēxă, cōmptă, lōngă. VERS. Dĕdĕrātquĕ cŏmās dīffūndĕrĕ vēntĭs. mēdĭŏs cŏmă dēpēndēbăt in ārmōs. fūlvŭquĕ nĭtēt cŏmă grātĭŏr aūrō. āmbrŏsĭæquĕ cŏmæ dīvīnŭm vērtĭce ŏdōrēm spīrāvērĕ. ĕrăt in nĭvĕō pūlchră cŏlōrĕ cŏmă. Gaūdĕt laūdātĭs īrĕ sŭpērbă cŏmĭs. fōrmōsæ pĕrĭērĕ cŏmæ quās vēllĕt Ăpōllo, Quās vēllĕt căpĭti Bācchŭs ĭnēssĕ sŭō. cŏmă plūrĭmă grātōs



Digitized by Google

prōminĕt in vultûs. Lēvibūs prōjēcĕrāt aūris indŏcilūs ĕrrārĕ cŏmās. V. *Capilli, crines.*

cŏmāns. *ĕt cŭnum insignis gălĕæ, cristāsquĕ cŏmāntēs,* Virg. 3, 468. SYN. Cŏmātūs, crinitūs, *vel* frōndōsūs.

cŏmātūs. *Cālvūs cūm fŭĕris, ĕris cŏmātūs.* (Phal.) Mart. 1, 73. SYN. Căpillātūs, crinitūs. PHR. Crinībūs, cæsăriē, căpillis dĕcōrūs, *vel* ōrnātūs. Crinĕ dĕcōrūs. Quī dāt crinēs diffūndĕrĕ vēntis. Cui pēndĕt ăb ărmis Cæsăriēs.

cōmbibo, bĭbi. *ī prĕcŏr ĕt tōtūs ăvĭdā cūtĕ cōmbĭbĕ sōlēs,* Mart. 10, 12, 7. SYN. Bĭbo, ēbĭbo, haūrio.

cōmbĭbo, ōnis. *Frĕquēns ĕdōnūm tūrbă, cōmbĭbōnūmquĕ,* Scaz. SYN. Mēnsæ, caūpōnæ sŏciūs, cŏmĕs: cōmpōtŏr.

cōmbūro, ūssi, ūstūm. *Tūrbĭnĕ vēntōrūm cōmbūrēns īmpĕtĕ māgnō,* Lucr. 6, 142. SYN. ūro, ēxūro, crĕmo, ădūro, incēndo: flāmmis cōnsūmo, ābsūmo. V. *Uro, Incendo.*

cŏmĕdo, ēdi, ēsūm.——*Hæc hŏdiē pōrcis cŏmĕdēndă rĕlinquēs,* Hor. Ep. 1, 7. 19. SYN. ĕdo, pāsco, māndūco, māndo. V. *Edo.*

cŏmēsūs. *ĕt cĭtō rāptūrūs dē nōbĭlĭtātĕ cŏmēsā,* Juv. 1, 34. SYN. ēsūs, ădēsūs, ēxēsūs, cōnsūmptūs.

cŏmĕs, ĭtis. *Tū tibi dūx cŏmĭti: tū cŏmĕs ipsă dŭci,* Ov. Ep. 14, 106. SYN. cŏmitāns, cŏmĭtātūs, sŏciūs, sŏciātūs, sŏdālis, āssēclă. EPITH. Fīdūs, fĭdēlis. V. *Comitor, Sodalis.*

cŏmēssātio, ōnis. *Mihi sit cŏmēssātiŏ tānti,* Mart. 12, 48, 11.

cŏmēssātŏr, ōris.——*Pŏtĕs, nĕc cŏmēssātŏr hăbēri,* Mart. 4, 5, 3. SYN. Hēllūo. V. *Gulosus.*

cŏmēssŏr, āris. *Cōmēssābĕrĕ Māximi,* (Glycon.) Hor. Od. 4, 1, 11. SYN. ĕpūlŏr, cōnvīvŏr.

cŏmētă, *vel* cŏmētes, æ. m. *Fūlgŭră, nĕc dīri tŏtiēs ārsērĕ cŏmētæ,* V. G. 1, 488. SYN. Stēllă crinită. EPITH. Dīrūs, crinitūs, sānguinĕūs, cāndidūs, fātālis, præcēps, tristis, fūlgēns, flāmmāns, lūcēns, infēlix, hōrrĭficūs, rūbicūndūs, ignĭfĕr, clārūs, rūbēscēns, ignitūs, hōrrēndūs, fūnēstūs, mināx, sævūs, crŭēntūs, flāmmĕūs, ignĕūs, mĕtūēndūs, vĕrēndūs, infaūstūs, pēstĭfĕr, sinistĕr, ēxitiōsūs, pērniciōsūs, căpillātūs, ēxitiālis, prænūnciūs. PHR. Fāx dīră cŏmētæ. Stēllă făcēm dūcēns. Rūbēscēntēs fĕrāli crinĕ cŏmētæ. Cōnsciūs ingēntis dāmni. Fĕrālĕ cŏrūscāns. Prōdigiālĕ rūbēns. ēxitiālĕ micāns. Tristĕ micāns. Crinēmquĕ trĕmēndi Sȳdĕris, ĕt tērris mūtāntēm rēgnă cŏmētām. Nōn ūnūs, crinĕ cŏrūscō, Rēgnōrum ēvērsŏr rūbŭit lēthālĕ cŏmētēs. VERS. Liquidā si quāndō nōctĕ cŏmētæ Sānguinĕi lūgūbrĕ rūbēnt. Flāmmĭgĕrūmquĕ trāhēt spătiōsō limitĕ crinēm. Præcēps sānguinĕō dēlābitūr ignĕ cŏmētēs; Prōdigiālĕ rūbēns. Nōn illūm nāvită tūtō, Nōn impūnĕ vidēnt pōpŭli. Cūm bēlli mōtūs, aūt fūnĕră rērūm Pōrtēndūnt, crinem irāti spārsĕrĕ minācēm æthĕrĕ, sānguinĕīquĕ rūbēnt lūgūbrĕ cŏmētæ. Nūnquām tērris spēctātum impūnĕ cŏmētēm. Crinēmquĕ vŏlāntĭă dūcūnt Sȳdĕră. Vŏmit ātră rūbēntēs Fāx cœlō rădiōs, ĕt sævă lūcĕ cŏrūscūm Scintillāt Sȳdūs, tērrisque ēxtrēmă minātūr. Crinĕ mināci Nūnciăt aūt rātibūs vēntōs, aūt ūrbĭbūs hōstēs. Qui sūmmi nūminis irām Nūnciăt. Quālis ăb æthĕrĕ tristis Nūnciūs impĕriis sŏlĕt āppārērĕ cŏmētă. Quin ĕt bēllă cănūnt ignēs sūbitūsquĕ tūmūltūs, ĕt clāndēstinis sūrgēntiă fraūdibūs ārmă.

cōmicūs. *Vērsibūs ēxpōni trăgicis rēs cōmică nōn vūlt,* Hor. A. Poet. 89.

cŏminūs. *Cōminūs ēnsĕ fĕrit: jăcūlō cădit ēminŭs ipsĕ,* Ov. M. 3, 119. SYN. Prŏpĕ, prŏpiūs, haūd prŏcŭl.

cōmis, is. *Cōnvĕniūnt pārtēs hæ tibi cōmis ănŭs,* Ov. F. 3, 684. SYN. Hūmānūs, cōmmŏdūs, făcilis, bĕnignūs, ūrbānūs, blāndūs, mānsuētūs, mitis, lēnis, plăcidūs. PHR. Mitĕ ingĕniūm. Făcilis vūltūquĕ sĕrēnūs. āspĕritātĕ cărēns, pŏsitōquĕ pĕr ōmniă fāstū. VERS. Tāntăque in Aūgūstō clēmēntiă. Cæsărĕ nil ingēns mitiūs ōrbis hăbĕt. Sit pigĕr ăd pœnās Princēps, ăd præmiă vēlōx, Quiquĕ dŏlĕt quŏtiēs cōgitūr ēssĕ fĕrōx. Lēnēm tē misĕris gĕnŭit nātūră, nĕc ūlli Mitiūs ingĕniūm, quām tibi, Brūtĕ, dĕdit. Dā mihi tē plăcidūm. V. *Clemens, Mitis.*

cōmitās, ātis. *Quiĕtĕ Nērvās cōmitātĕ Drūsōnēs.* (Scaz.) Mart. 5, 29, 4. SYN. Bĕnignitās, hūmānitās, ūrbānitās.

cŏmitātūs, ūs. *ĕt sĭmūl ēx ūsū rūris cŏmitātibūs ūti,* F. SYN. Cœtūs, cŏhōrs, cătērvă, tūrbă. V. *Turba.*

Digitized by Google

cōmĭtĕr. *Cōmĭtĕr ēxcĭpĭtŭr: sānguĭnĕ jūnctŭs ĕrăt,* Ov. F. 2, 788. SYN. Hūmānē, hūmānĭtĕr, bĕnīgnē.

cōmĭtĭŭm, ĭi. *Crās mānĕ quæso in cōmĭtĭo ēsto ŏbvĭam.* (Iamb.) SYN. Cōnvēntŭs, cōncĭlĭŭm.

cōmĭtĭālĭs, ĭs. *ēt cōmĭtĭālĭ lĭbrārĭæ cōtŭrnĭcēs,* (Scaz.)

cōmĭtŏr, ārĭs, *vel* cōmĭto, ās. *Sōlă fŭgā cōmĭtābŏr ŏvāntēs,* Virg. 4, 543. *Quid si vērā mēæ cōmĭtārēm cāstră pŭēllæ,* Prop. 2, 7, 15. SYN. Sŏcĭo, sēctŏr, sĕquŏr; stīpo, āssēctŏr. PHR. Sūm cŏmĕs. Cŏmĕs ĕo. Cŏmĭtēm mē āddo. Mē sŏcĭūm īnfĕro, āddo, jūngo. *Alicujus* lātĕrī ādhærĕo, ĭtĕr, *vel* grēssūm cōmĭtŏr. Vēstīgĭă sĕquŏr. VERS. Cui fīdŭs Ăchātēs ĭt cŏmĕs. Nĕc, nātĕ, tĭbi cŏmĕs īrĕ rĕcūso. Nēvĕ nĕgĕt quīsquām mē dŭcĕ, sē cŏmĭtēm. incēdĭt māgnā jŭvĕnūm stīpāntĕ cătērvā. ipse ūnō grădĭtūr cŏmĭtātŭs Ăchātē. Dēxtræ sē pārvŭs Ĭūlŭs īmplĭcŭĭt, sĕquĭtūrquĕ pătrēm nōn pāssĭbŭs æquis. īnfērt sē sŏcĭum Ænēās ātque āgmĭnă jūngĭt. īllĕ ē cōncĭlĭō mūltīs cūm mīllĭbŭs ībāt. Nūllă mĕīs sĭnĕ tē quærētŭr glōrĭă rēbŭs. īllĕ mĕūm cŏmĭtātŭs ĭtĕr mărĭa ōmnĭă circūm, ātque ōmnēs pĕlăgīquĕ mĭnās, cælīquĕ fĕrēbāt. Quēm pĭă nōbīscūm prōlēs cŏmĭtāvĭt ĕūntēm. *Ovid.* ēt nōstrēs cŏmĭtātĕ grădūs, ĕt ĭn ārdŭă mōntĭs ītĕ sĭmŭl. *Id.*

cōmmăcŭlo. *Cōmmăcŭlārĕ mănūs: crūdēlĭs tū quŏquĕ mātĕr,* Virg. Ecl. 8, 48. SYN. Măcŭlo, fœdo, inquĭno. V. *Maculo.*

‖ cōmmĕmŏrābĭlĭs. *Plaut.* SYN. Cōmmĕmŏrāndŭs, mĕmŏrābĭlĭs.

cōmmĕmŏro.——*Mōrbi, quŏd tēlūm cōmmĕmŏrātŭr,* Ser. SYN. Mĕmŏro: mĕmĭni, cōmmĕmĭni. V. *Memini.*

cōmmēndātĭo. *Fōrmōsă făcĭēs mūtă cōmmēndātĭo ēst.* (Iamb.) SYN. Laūs.

cōmmēndo. *Vērum ĭtă rīsĕrĕs, ĭtă cōmmēndārĕ dĭcācēs,* Hor. A. Poet. 225. SYN. Laūdo, cĕlebro, *vel* cōmmitto, trādo, crēdo, dēpōno, māndo, ās.

‖ cōmmēntārĭŭs. SYN. Cōmmēntārĭūm.

‖ cōmmēntītĭŭs. SYN. Fīctītĭŭs, fīctŭs, ēffīctŭs, sĭmŭlātŭs.

cōmmēntŏr, ārĭs. *Plaut.* SYN. Cōgĭto, ēxcōgĭto, ādīnvĕnĭo, rĕpĕrĭo, fingo, cōmmĭnīscŏr, *vel* ēxplāno, trācto, dīspŭto.

cōmmēntūm, i. *ănĭmī tĭmĭdī cōmmēntă rĕtēxĭt,* Ov. M. 13, 38. SYN. Fīctĭo, fābŭlă. PHR. Fīctă vērbă: fīctæ rēs.

cōmmērcĭūm. *Grātĭs părcĕ tŭĭs: bēllī cōmmērcĭă Tūrnŭs,* Virg. Æn. 10, 532.

cōmmĕrĕo, ŭi. *ān sĕmĕl ēst pœnām cōmmĕrŭīssĕ părūm,* Ov. Tr. 2, 63. SYN. Cōmmĕrĕŏr, mĕrĕo, mĕrĕŏr.

cōmmigro, ās. *Ter.* SYN. Migro, ēmigro, discēdo, ēxĕo.

cōmmīlĭtĭŭm. *ēt cōmmīlĭtĭī sācră tŭēndă pŭtās,* Ov. Pont. 2, 5, 72.

cōmmīlĭto, ōnis.————*vĭdĭt cōmmīlĭtō nōn tĭmĕt ēnsĕm,* P. PHR. Bēllī sŏcĭŭs: Pūgnæ cŏmĕs. V. *Miles.*

cōmmĭnīscŏr, cōmmēntŭs sūm. *Pōst hæc cāchīnnāt, cōmmĭnīscĭtŭr lĭbrōs.* (Scaz.) V. *Commentor.*

cōmmĭnŭo, ūtūm. *ingĕnĭī vīrēs cōmmĭnŭērĕ mĕī,* Ov. Pont. 3, 3, 34. SYN. Mĭnŭo, īmmĭnŭo, frāngo, cōntĕro.

‖ cōmmiscĕo, miscŭi, mistūm. *gĕmĭtū cōmmīstă quĕrēlă,* Lucr. 6, 1157. SYN. Miscĕo, pērmiscĕo, ādmiscĕo, immiscĕo, cōnfūndo.

cōmmīssūm, i. n. *Cōmmīssă tăcērĕ Qui nĕquĭt, hic nĭgĕr ēst,* Hor. S. 1, 4, 84. SYN. ērrŏr, dēlīctūm, crīmĕn, sēcrētūm.

cōmmitto, isi, issūm. *Prīmŭs ĭnēxpērtæ cōmmīsĭt sēmĭnă tērræ,* Tib. 8, 7, 31. SYN. ādmitto, pătro, făcĭo, *vel* crēdo, cōnfīdo, cōmmēndo, trādo, *vel* ēxpōno, ōbjĭcĭo.

cōmmŏdĭtās, ātis. *Cōgĭmŭr ipsīŭs cōmmŏdĭtātĕ frŭī,* Ov. Ep. 15, 310. SYN. ūtĭlĭtās, ōccāsĭo, cōmmŏdă tēmpŏră.

cōmmŏdo, ās. *Sī mŏdŏ cūltūræ pătĭēntēm cōmmŏdăt aūrēm,* Hor. Ep. 1. SYN. āccōmmŏdo, mūtŭūm dō, præbĕo.

cōmmŏdŭs. *Tūm bĕnĕ prōmĕrĭtō cōmmŏdă mīllĕ prĕcŏr,* Ovid. SYN. ācōmmŏdŭs, ūtĭlĭs, ōppōrtūnŭs, āptŭs, tēmpēstīvŭs, ĭdōnĕŭs.

cōmmōlĭŏr, īris. *Cūm cōmmōlīrī tēmpēstās fūlmĭnă cœptăt,* Lucr. 6, 254. SYN. Mōlĭŏr, nītŏr, ādnītŏr, cōnnītŏr.

‖ cōmmŏnĕfăcĭo, fēci. SYN. Cōmmŏnĕo, ādmŏnĕo.

‖ cōmmŏnĕo. *Plaut. Ter.* SYN. Mŏnĕo, ādmŏnĕo.

cōmmŏnĭtŭs. *Mānēs cōmmŏnĭtŏs ădĭt.* (Glyc.) SYN. Mŏnĭtŭs, ādmŏnĭtŭs.

‖ cōmmŏrŏr, ārĭs. *Plaut.* SYN. Mŏrŏr, mănĕo, cōnsisto.



Digitized by Google

‖ cōmmōtĭo, ōnĭs. SYN. Mōtŭs, tŭmūltŭs, tūrbă, pērtūrbātĭo.
cōmmōtŭs. *ērgo ŭbĭ cōmmōtā fērvēt plēbēcŭlă bīlē*, Pers. 4, 5. SYN. Mōtŭs, pērtūrbātŭs, tērrĭtŭs, pērtērrĭtŭs, trĕpĭdŭs, āttŏnĭtŭs, stŭpĕfāctŭs.
cōmmŏvĕo, mōvi, mōtūm.—*Cĕlĕrēs nĕquĕ cōmmŏvĕt ālās*, Virg. Æn. 5, 2, 17. SYN. Mŏvĕo, pērtūrbo, āffĭcĭo, ēxcĭto, cōncĭto, īncĭto.
cōmmūnĭco. *āc tŭă Tȳdīdēs mēcūm cōmmūnĭcăt āctă*, Ov. M. 15, 239. SYN. Cōnfĕro, crēdo, pārtĭŏr, īmpērtĭŏr, pārtĭcĭpēm fācĭo.
‖ cōmmūnĭo, ĭs. SYN. Mūnĭo, vāllo. V. *Munio.*
cōmmūnĭs—*tāntūmquĕ bŏnĭs cōmmūnĭbŭs ōbsto*, Virg. Æn. 11, 425. SYN. Vūlgārĭs, pŏpŭlārĭs, plēbēĭŭs, pērvūlgātŭs, trītŭs, nōn rārŭs, frĕquēns.
‖ cōmmūnĭtās, ātĭs. SYN. Cōmmūnĭo, cōmmērcĭūm, fœdŭs, sŏcĭĕtās. EPITH. Sŏcĭă, fīdă, suāvĭs. PHR. ĕōsdēm hăbĭtārĕ pĕnātēs. Iīsdēm cōnsīdĕrĕ rēgnĭs. Cōnsōrtĭă tēctă ūrbĭs hăbēnt. In mĕdĭūm quæsītă rĕpōnūnt. Mēns ōmnĭbŭs ūnă ēst. ōmnĭbŭs ūnă quĭēs ŏpĕrūm, lābŏr ōmnĭbŭs īdēm. ūnum ēt cōmmūnĕ pĕrīclūm, ūnă sălūs āmbōbŭs ĕrĭt. Cōmmūnem hūnc ērgō pŏpŭlūm pārĭbŭsquĕ rĕgāmŭs aūspĭcĭīs. Sī Jūpĭtĕr ūnām ēssĕ vĕlĭt Tȳrĭīs ūrbēm Trōjăquĕ prŏfĕctĭs, Mīscērĭvĕ prŏbēt pŏpŭlŏs aūt fœdĕră jūngi.
cōmmūnĭtĕr.—— ——*ĭtēm căpĭtūr cōmmūnĭtĕr hērbă*, Ser. SYN. Vūlgō, pāssim, ŭbīquĕ, *vel* sæpĕ, sæpĭŭs, crēbro, plērūmquĕ, frĕquēntĕr.
cōmmūto. *in cōmmūtātūm vĕnĭūnt, &c.* Lucr. 1, 795. SYN. Mūto, pērmūto, cōnvērto, īnvērto. V. *Muto.*
cōmo, ĭs, cōmpsi, cōmptūm. *Cōmāt vĭrgĭnĕās hāstă rĕcūrvă cŏmās*, Ovid. Fast. 5, 560. SYN. Pēcto, dēpēcto, ōrno, ădōrno.
cōmœdĭă. *īntērdūm tămĕn ēt vōcēm cōmœdĭă tōllĭt*, Hor. A. Poët. 93.
cōmœdŭs. *Hæc dē cōmœdĭs tē cōnsŭlĭt : īllă trăgœdūm*, Juv. 5, 95.
cōmpāgēs, ĭs. *īn lătŭs, īnquĕ fĕrī cŭrvām cōmpāgĭbŭs ālvūm*, Virg. Æn. 2, 51. SYN. Cōmpāgo, cōmmīssūră, vīncŭlūm. EPITH. Sŏlĭdă, vălĭdă, fērrĕă, dūră, rĭgĭdă, fīrmă, sēcūră, tĕnāx, īncōncŭssă. VERS. Fērro, ēt cōmpāgĭbŭs ārctis Claūdēntūr bēlli pōrtæ. Dūrō vĭctōs cōmpāgĕ tĕnēbānt. V. *Vinculum.*
cōmpāgo, ĭnĭs. *ātque ĭtă dīspărĭbŭs călămĭs cōmpāgĭnĕ cēræ*, Ov. Met. 1, 711. V. *Compages.*
cōmpār, ărĭs. *Bēllātōrquĕ tŭō prēnsŭs sĭnĕ cōmpărĕ pūgnās*, Ovid. SYN. Pār, sĭmĭlĭs, æquālĭs.
cōmpărātŭs. *Cūm cōmpărātŭ rĭctĭbŭs tŭĭs ōrŭ.* (Scaz.) Mart. 3, 93, 6. SYN. Cōllātŭs, *vel* pārtŭs.
cōmpārĕo. *Lūcĭfĕr īn tōtō nūllī cōmpārŭĭt ōrbĕ;* Ovid. ad Liv. 407. SYN. āppārĕo, vĭdĕŏr, ādsūm, ēxsto.
cōmpăro.——*ēt sē mĭhĭ cōmpărăt Ājāx ?* Ovid. Met. 32, 338. *ĭmbrēs nĭvēsquĕ cōmpărăt*, Hor. Ep. 2, 30. SYN. Cōnfĕro, āssĭmĭlo, āpto, cōmpōno, æquo, cŏæquo, *vel* păro, āssĕquŏr, cōnsĕquŏr, ācquīro, ādĭpīscŏr, ōbtĭnĕo, cōllĭgo. PHR. Sī pārvă lĭcēt cōmpōnĕrĕ māgnis. Grāndĭă sī pārvĭs āssĭmĭlārĕ lĭcēt. Nōn īllī quīsquām bēllō sē cōnfĕrĕt hērōs. ēt mēcūm cōnfērtŭr Ŭlȳssēs? Quĭd vĕtăt ā māgnĭs ād rēs ēxēmplă mĭnōrēs Sūmĕrĕ? Sĭc pārvĭs cōmpōnĕrĕ māgnă sŏlēbām. Sī lĭcēt ēxēmplĭs īn pārvō grāndĭbŭs ūtī. V. *Similis.*
*comparandi formulæ.* Nōn sĕcŭs āc. Haūd sĕcŭs āc. Nōn ălĭtĕr. Haūd ălĭtĕr. Cĕū. Vĕlŭt. ŭt. sīcŭt. īnstăr. ŭt sŏlĕt. Nōn sĕcŭs ātquĕ ōlĭm. ŭt quōndām.
cōmpĕdēs, dūm, dĭbŭs. *Sēd nĕquĕ cōmpĕdĭbŭs, nēc mē cōmpēscĕ cătēnĭs*, Ov. Ep. 20, 85. SYN. Cătēnæ, vīncŭlă, lăquĕŭs. EPITH. Dūræ, pērdūræ, sævæ, tĕnācēs, fīrmæ, sērvīlēs, pōndĕrōsæ, vălĭdæ, tārdæ, grăvēs, fērrĕæ, mŏlēstæ. V. *Catena.*
cōmpĕdītŭs. *Tūm cōmpĕdītī jānŭām līmă tĕrūnt.* (Iamb.) SYN. Cōmpĕdĭbŭs vīnctŭs, lĭgātŭs.
cōmpēllo, ās. *Cōmpēllārăt, ĕt hās trīstēs Lātōnĭă vōcēs*, Virg. Æn. 11, 534. SYN. Vŏco, ādvŏco, āllŏquŏr.
cōmpēllo, ĭs, cōmpŭlī, cōmpūlsūm. *Hædōrūmquĕ grĕgēm vĭrĭdī cōmpēllĕre hĭbīscō*, Virg. Ecl. 2, 30. SYN. Pēllo, ūrgĕo, ădĭgo, cōgo, īmpēllo.
cōmpēnsātĭo, ōnĭs.——*Hŏmo ēst, hæc cōmpēnsātĭō rūpĭt*, Sid. SYN. Mērcēs, præmĭūm.
cōmpēnso, ās. *Cūm mĕă cōmpēnsēt vĭtĭīs bŏnă*, Hor. S. 1, 3, 70. SYN. Pēnso, mūnĕrŏr, rĕmūnĕro. PHR. Mūnŭs rĕddo, rĕfĕro, rĕpēndo.
cōmpĕrĭo, ĕrĭ, ērtūm. *ūndĕ hōc cōmpĕrĕrīm tām bĕnĕ, quærĭs? ămo.* Ovid. Ep. 5, 130. SYN. Dēprĕhēndo, scĭo, nōvi.

Digitized by Google

compēs, ĕdis. V. *Suprà Compedes.*
compēsco, ŭi. *Lānĕā, quæ pœnis compēscĕrĕt infĕriōrĕm*, Hor. S. 1, 8, 31. SYN. Cŏhībĕo, rĕtĭnĕo, cŏntĭnĕo: cŏĕrcĕo, fræno, refræno, cŏmprimo.
‖ cŏmpĕto. SYN. Cŏnvĕnio, cŏngrŭo, dĕcĕo.
cŏmpīlo, ās. *Cŏmpīlārĕ Cĭlix vŏlēbăt hŏrtŭm.* (Phal.) Mart. 6, 71, 2. SYN. ĕxpīlo, dirīpio, ĕrĭpio, fūrŏr, prædŏr.
‖ cŏmpingo, ēgi, āctŭm. *Fistŭlă dispărĭbŭs sēptĕm cŏmpāctă cĭcūtis*, Virg. Ecl. 2, 36. SYN. Cŏmpēllo, dĕtrūdo, ădĭgo, ŭrgĕo, *vel* cŏmpōno, cŏnjŭgo.
cŏmpĭtŭm. *Cŏmpĭtă grātă Dĕō: cŏmpĭtă grātă cănī*, Ov. F. 5, 140. SYN. Vĭă, ĭtĕr, vicŭs, plătĕæ. V. *Via.*
cŏmplăcĕo. *Tē vĕllem Aūrōræ cŏmplăcŭīssĕ vĭrŭm*, Ped. SYN. Plăcĕo, ārrĭdĕo.
cŏmplāno. *Cŏmplānāndă dŏmūs, dēsōlāndīquĕ pĕnātēs*, F. SYN. Æquo, ădæquo, ĕxæquo, *vel* sŏlō æquo, ēvĕrto.
cŏmplēctŏr, ĕris. *ĕt pătris Ānchīsæ grĕmiō cŏmplēctĭtŭr ŏssă*, Virg. Æn. 5, 31. SYN. āmplēctŏr: cŏmplēxū tĕnĕo, fŏvĕo. V. *Amplector.*
‖ cŏmplēmēntŭm, 2 *long.* SYN. Sŭpplēmēntŭm.
cŏmplĕo, ēvi, ētŭm. *ānnŭŭs ĕxāctis cŏmplētŭr mēnsĭbŭs ōrbis*, Virg. Æn. 5, 46. SYN. implĕo, ădimplĕo, *vel* pērfĭcio, ăbsŏlvo, fĭnio, cŏnfĭcio, impōno fĭnĕm.
cŏmplētŭs. *Cŏmplētis lăpĭdŭm lăbĭis, tūm spūmă pĕr ōrăs*, J. SYN. implētŭs, plēnŭs, *vel* pĕrfēctŭs.
cŏmplēxŭs.—*Quis tē nŏstris cŏmplēxĭbŭs ărcĕt?* Virg. Æn. 5, 742. SYN. āmplēxŭs. EPITH. ăvĭdŭs, tĕnāx, mŏllis, nēxĭlis, ārctŭs, mūtŭŭs, dūlcis, tĕnĕr, plăcĭdŭs. V. *Amplexus.*
cŏmplĭco, ās, āvi, *et* ŭi. *Plaut.* SYN. Plĭco, cŏnvŏlvo, invŏlvo, cŏntrăho.
cŏmplūrēs. *Cŏmplūrēs ălĭōs cŏctŏs ĕgŏ, quōs ĕt ămīcŏs*, S. SYN. Mūlti, pērmūlti, plūrēs, plūrimi.
cŏmpōno, pŏsŭi, pŏsĭtŭm.—*Sic părvis cŏmpōnĕrĕ māgnă sŏlēbăm*, Virg. Ecl. 1, 24. SYN. Cŏmpăro, cŏnfĕro, āpto, āssĭmĭlo, æquo, ĕxæquo, ădæquo, cŏæquo, *vel* cŏnjūngo, cŏmmitto, *vel* scribo.
*compono carmen.* V. *Carmen compono, et Liber.*
cŏmpŏsĭtŏr, ōris. *Plūs sĭbi pērmīsit cŏmpŏsĭtŏrĕ sŭō*, Ov. Tr. 2, 356.
cŏmpŏsĭtŭs. *Mŏllĭă cŏmpŏsĭtă līttŭră frŏndĕ tĕgĭt*, Prop. 1, 20, 22.
cŏmpŏs, ŏtis. *ĕt dīgnăs fĭĕri cŏmpŏs mĕmŏrābĭlis aūri*, Sil. 11, 336.
‖ cŏmpōtŏr, ōris. SYN. Cŏmbibo.
cŏmprĕhēndo, di, sūm. *Cŏmprēndĕrĕ crīnĭbŭs ignĕm*, Virg. 7, 73. *ōmnēs scĕlĕrŭm cŏmprēndĕrĕ fŏrmās*, Virg. 6, 626. SYN. ăccĭpio, căpio, āpprĕhēndo: āssĕquŏr, *vel* cŏncĭpio, intĕlligo, pĕrcĭpio.
cŏmprĭmo, prēssi.—*Jam isthinc ĕt cŏmprĭmĕ grĕssŭm*, Virg. Æn. 6, 389. SYN. Tĕnĕo, rĕtĭnĕo, cŏĕrcĕo: cŏhĭbĕo, cŏmpēsco, sisto, rĕtārdo, *vel* prĕmo, ŏpprĭmo.
cŏmprŏbo. *Cŏmprŏbăt ō quāntŭm dĭstānt hŭmānă, &c.* Ar. SYN. Prŏbo, āpprŏbo, laūdo.
cŏmptŭs, ă, ŭm. *cŏmptōs dē mŏrĕ căpillōs*, Virg. 10, 832. SYN. Pēxŭs, *vel* ōrnātŭs, cūltŭs, ĕxcūltŭs, cŏncinnŭs.
cŏmpŭto. *ŭtĭlĕ sŏllĭcĭtis cŏmpŭtăt ārtĭcŭlis*, Ov. Pont. 2, 3, 18. SYN. Nŭmĕro, cēnsĕo: pŭto.
cŏmputrēsco, ŭi. *Sēd pĕrĕūnt pĕnĭtŭs cŏnvūlsi cŏnquĕ pŭtrēscūnt*, Lucr. 3, 344. V. *Putresco.*
cŏnāmĕn, inis. *Dixit: ĕt ĕxĭgŭō fūnĕm cŏnāmĭnĕ trāxit*, Ov. F. 4, 325.
cŏnātŭs, ūs. *Sēd quŏnĭăm tāntis fătŭm cŏnātĭbŭs ŏbstăt*, Ov. M. 4, 249. SYN. Cŏnāmĕn, tēntāmĕn, mōlīmĕn, nīsŭs, vis. EPITH. Māgnŭs, cŏnstāns, aūdāx, gĕnĕrŏsŭs, fŏrtis, māgnănĭmŭs, laūdābĭlis, ingēns, vălĭdŭs, sūmmŭs, gĕmĭnātŭs, ĕxĭgŭŭs, cŭpĭdŭs, mŏdĭcŭs. PHR. Stŭpŭērĕ patrēs tēntāmĭnĕ tāntō. Cŏnātūsquĕ tŭōs. in mĕdĭis cŏnātĭbŭs ægri Sūccĭdĭmŭs, nōn linguă vălĕt, nōn cŏrpŏrĕ nōtæ Sūffĭcĭūnt virēs.
cŏnātŭs, ă, ŭm. *Tēr cŏnātŭs ĭbi cŏllō dărĕ brāchĭă circŭm*, Virg. Æn. 2, 792.
cŏncăvĭtās. *Cŏncăvĭtās rēgni infĕrni tērram ĕxtŭlĭt ūltrā*, Mant. .
cŏncăvo. *ēst lŏcŭs, in gĕmĭnōs ŭbi brāchĭă cŏncăvăt ārcŭs*, Ov. M. 2, 195. SYN. Căvo, ĕxcăvo.
cŏncăvŭs. *Aūt ŭbi ŏdŏr cœni grăvis, aūt ŭbi cŏncăvă pūlsū*, Virg. Geo. 4, 49. SYN. Căvŭs, căvātŭs, ĕxcăvātŭs, ĭmŭs, prŏfūndŭs.
cŏncēdo, cēssi. *Quō mĭhi fŏrtūnās, si nōn cŏncēdĭtŭr ūti*, Hor. Ep. 1, 5, 12. SYN.

Digitized by Google

Dōno, dō, lārgiŏr, trĭbŭo, pērmitto, cēdo, *vel* fătĕŏr, nōn nĕgo, nōn rĕpūgno, nōn rĕcūso, nōn ābnŭo, *vel* āccēdo, ānnŭo.

cōncēptācŭlūm. *Intercēptă sinū pĕr cōncēptācŭlă sāvē*, Prud. Psych. 742.

cōncĕlebro. *Cōncĕlĕbra, ĕt mūltō tĕmpŏră fūndĕ mĕrō*, Tib. 1, 7, 50. V. *Celebro.*

cōncēntŭs, ūs. *Hinc illĕ ăvĭŭm cōncēntŭs in ăgris*, Virg. Geo. 1, 422. SYN. Cōncōrs cāntŭs. Vōcūm discōrdiă cōncōrs. EPITH. Grātŭs, dūlcis, ārgūtŭs, blāndŭs. VERS. Lætis mūlcēnt cōncēntĭbŭs aūrēs. Vŏlŭcrŭm rĕsŏnāt cōncēntŭs ăd aūrās. Fēsti cōncēntŭs, āĕră *vel* aūrēs mūlcēnt. V. *Cantus.*

cōnchă. *Pūrpŭră Thēssălĭcō cōnchārŭm tīnctă cŏlōrĕ*, Lucr. 2, 500. EPITH. Squāllēns, căvă, prĕtĭōsă, vilis, dĕtrītă, mărīnă, tĕnŭis, tōrtă, æquŏrĕă, tŏrtĭlis, lūcĭdă, ădūncă, nĕrvōsă, Īndă, Īndĭcă, eōă, gēmmĭfĕră, gēmmātă, squāmmōsă, squālĭdă, Sārrānă, Tўrĭă, Sīdōnĭă, à *Tyro, quæ olim Sarra, et Sidone, urbibus Phœniciæ, in quibus purpura ex conchyliis celebratissima.* Spūmāns, lævis, aūrātă. VERS. Băccă rĕnīdēbāt cōnchā dēvīnctă tĕnāci. Ĕt nivĕōs hŭmĕrōs lūcĭdă cōnchă tĕgit. ēxpăvit tōrtæ cĕrtāntiă mūrmŭră cōnchæ. V. *Tuba.*

cōnchŷlĕ, is, *vel* cōnchŷliūm, ĭi. *Tīnctă tĕgit rŏsĕō cōnchŷlĭs pūrpŭră fūcō*, Cat. 62, 49. *Lūbrică nāscēntēs implēnt cōnchŷlĭă Lūnæ*, Hor. Sat. 2, 4, 30. *Piscis conchâ tectus, cujus succus tingendis purpureo colore pannis aptissimus.* V. *Murex.*

cōncido, à cædo, cidi, cisūm.—*Scrŏbĭbŭs cōncīdĕrĕ mōntēs*, Virg. Geo. 2, 260. SYN. Cædo, scindo.

cōncĭdo, à cădo, cĭdi. *Mūltūm, quă cōncĭdit Īliă tēllūs*, Virg. Æn. 11, 245. SYN. Cădo, dēcido, cōrrŭo, rŭo, lābŏr, ĕris. V. *Cado.*

cōncĭlio, ās. *istĕ tibi dŏmĭnūm cōncĭlĭāvit ămŏr*, Mart. 12, 52, 14. SYN. Cōnjūngo, dēvincio, *vel* ācquiro, păro, cōmpăro.

cōncĭliūm. *ille ē cōncĭlĭō, mūltis cūm millĭbŭs ibăt*, Virg. Æn. 5, 75. SYN. Cœtŭs, cōnvēntŭs.

cōncĭno, ŭi. *Dīcĭtŭr ăd clausās cōncĭnŭissĕ fŏrēs*, Ov. Fast. 4, 310. SYN. Căno, cānto; *vel* cōncēntūm ēdo; cāntū rēspōndĕo, rēspōnso, ăccĭno.

‖ cōncio, ōnis. SYN. Cōncilĭūm, cœtŭs, *vel* ōrātio, sērmo.

‖ cōncĭōnŏr, āris. SYN. Ōro. PHR. Fīdĕi vērbă sŏno. Ōrācŭlă lēgis pāndo, Christi dōgmătă spārgo, *vel* illūstro.

cōncĭōnātŏr, ōris. SYN. Ōrātŏr. EPITH. Săcĕr, sānctŭs, pĭŭs, dōctŭs, pŏtēns, suāvis, ēlŏquēns, disērtŭs. PHR. Vērbi Dĕi præco. Sacră dōgmătă trāctāns. Cōmmĕmŏrāns jūssă vĕrēndă Dĕi.

cōncĭpio, cōncēpi, cōncēptūm. *Pinguĭă cōncĭpĭānt: sive illis ōmnĕ pĕr hērbām*, Virg. Geo. 1, 87. SYN. Pērcĭpio, nōsco, cōgnōsco, āssĕquŏr, intēlligo, căpio.

cōncisŭs. *Lignă sĕnēx minŭit: cōncisăquĕ cōnstrŭit āltē*, Ov. F. 2, 647. SYN. Cæsŭs, scissŭs. V. *Scissus.*

cōncĭtātŭs. *Si cōncĭtātă fērvĕānt vēntis frĕtă.* (Iamb.) SYN. Cōncĭtŭs, cĕlĕr, răpĭdŭs, vēlōx.

cōncĭto. *Rējĭcit, ĕt fŭgĭēns cōncĭtăt ōmnĕ nĕmŭs*, Ov. Fast. 1, 436. SYN. ēxcĭto, mŏvĕo, sōllĭcito, stimŭlo, incēndo, ăgo, pēllĭcio, āctŭo.

cōncĭtŭs, à cōncĭĕo. *Cōncĭtŭs ā læsō fēcit ămŏrĕ sŭi*, Ov. Tr. 2, 388. SYN. ēxcĭtŭs, pērcĭtŭs, cōmmōtŭs, impūlsŭs, *vel* cĕlĕr, vēlōx.

cōncĭtŭs, à cōncio. *ipse aūtēm tāntis cōncĭtă fŭrōrĭbŭs ārmă.* SYN. Cōncĭtātŭs, ēxcĭtŭs, ēxcĭtātŭs. V. *Concitus suprà.*

cōnclāmātŭs. *Cōnclāmātă jăcēnt, nēc mātĕr crinĕ sŏlūtō*, Luc. 2, 23.

cōnclāmo. *Ităliām prīmūs cōnclāmăt Ăchātēs*, Virg. Æn. 3, 528. SYN. Clāmo, ēxclāmo, vōcĭfĕrŏr.

cōnclāvĕ, is. *Cūrrĕrĕ pĕr tōtūm păvĭdi cōnclāvĕ măgisquĕ*, H. S. 2, 6, 113. SYN. intĭmă, sēcrētă, ōrŭm.

cōnclūdo, si, sūm. *Pārs āptārĕ lŏcūm tēcto, ĕt cōnclūdĕrĕ sŭlcō*, Virg. Æn. 1, 429. SYN. Claūdo, inclūdo, *vel* cōlligo, infĕro, *vel* ābsōlvo, pērfĭcio.

cōnclūsŭs. *Sūbvĕ lŏcūs vōci rĕsŏnăt cōnclūsŭs ĭnānēs*, Hor. S. 1, 4, 76. SYN. inclūsŭs, claūsŭs, intērclūsŭs.

cōncŏlŏr, ōris.—*Cūm fœtū cōncŏlŏr ālbō*, Virg. Æn. 8, 82. PHR. ēōdēm cŏlōrĕ tinctŭs. Cui cŏlŏr idēm.

cōncŏquo. *Pūlchrē cōncŏquitis, nihil tĭmētis.* (Phal.)

cōncōrdiă. *Quid mihi si tāntō fēlix cōncōrdiă bēllō*, Prop. 3, 6, 41. SYN. Pāx. EPITH. Dūlcis, mitis, fēlix, cāndĭdă, innŏcŭă, ālmă. PHR. Cōntrāriă litis

Digitized by Google

Nūllīs cōncōrdiă rūptă quĕrēlīs. VERS. ūnă quidēm făciēs sēmpĕr, mēns ūnă dŭōbūs, ūnă quiēs, ūnūsquĕ lăbŏr. V. *Pax*.

cōncōrdĭtĕr. *Vīxĭmŭs, ŭt nōstis, tūtōs cōncōrdĭtĕr ānnōs*, M. PHR. Cōncōrdī mēntĕ, ūnā mēntĕ, ămīcō fœdĕrĕ.

cōncrĕmo. *Ăt cōncrĕmārēm prōlis ĕt thălămī rŏgōs*. (Iamb.) SYN. Cōmbūro, ūro, incēndo, crĕmo, ădūro, ēxūro. V. *Uro*.

cōncrĕpĭto. *Strīdĕrĕ vīrgārūm cōncrĕpĭtārĕ frăgŏr*, Prud. Perist. Ep. 14, 56. SYN. Cōncrĕpo.

cōncrĕpo, ās. *Cȳmbæ ā Thēbānō cōncrĕpŭērĕ Dĕō*, Ovid. SYN. Crĕpo, crĕpĭto, cōncrĕpĭto, strīdĕo, strĕpĭto, strĕpo.

cōncrēsco, ēvi, ētūm. *ĕt ĭpsĕ tĕnĕr mūndī cōncrēvĕrĭt ōrbis*, Virg. Ecl. 6, 35. SYN. Cōnflŏr, cŏĕo, cōmmiscĕŏr, cōndēnsŏr, dēnsŏr, cōgŏr, indūrŏr. VERS. Cōncrēscūnt sŭbĭtæ cūrrēnti in flūmĭnĕ crūstæ.

cōncrētŭs. *Mūltă dĭū cōncrētă mŏdīs ĭnŏlēscĕrĕ mīris*, Virg. Æn. 6, 738. SYN. Cōmpŏsĭtūs, cōnflātūs, mixtūs.

cōncŭbīnŭs. *Quūd nūbis Prŏcŭlīnă, cōncŭbīnō*, (Phal.) Mart. 6, 22. SYN. Mœchūs, ădūltĕr, lūxŭrĭōsūs.

cōncŭbĭtŭs, ūs. *Cōncŭbĭtū vĕtĭtō nātūræ pōllŭĭtĕ fœdŭs*, Ov. M. 10, 353. SYN. Cŏĭtūs. EPITH. Nĕfāndūs, impūrūs, nōctūrnūs, scĕlĕrātūs, sōns, vĕtĭtūs, imprŏbūs, dŏlōsūs.

cōncŭbĭŭs. *Nāmque ŭbĭ cōncŭbĭæ vĕnĕrĕ sĭlēntĭă nōctis*, M.

cōncūlco, ās. *pĕdĭbūsquĕ vĭrūm cōncūlcăt ĕquīnis*, Ov. M. 12, 374. SYN. Călco, tĕro, prōtĕro, cōntĕro, prōcūlco. PHR. Impŏsĭtō pĕdĕ prĕmĕrĕ, prōcūlcārĕ, prōtĕrĕrĕ. Cōmprĭmĕrĕ plāntā. Sŭb pĕdĭbūs tĕrĕrĕ, pĕdĭbūs prōtĕrĕrĕ. VERS. Nĕque ŏvēs hœdīquĕ pĕtūlci Flōrĭbūs īnsūltēnt, aūt ērrāns būcŭlă cāmpō Dēcūtĭăt rōrem, ĕt sūrgēntēs āttĕrăt hērbās.

cōncŭpĭsco, ivi, & ii, itūm. *Quŏd rēgēs, dŏmĭnīquĕ cōncŭpīscūnt*. (Phal.) Mart. 2, 68, 7. SYN. Cŭpio, cōncŭpio, ŏpto, pĕrōpto, āppĕto.

cōncūrro, cōncūrri, cōncūrsūm. *Ōmnĭă vēntōrūm cōncūrrĕrĕ prœlĭă vīdi*, Virg. G. 1, 318. SYN. āccūrro, ādvŏlo, cōnvŏlo, cŏĕo, cōnflŭo. PHR. Cōncūrsū āccēdĕrĕ māgnō. VERS. Răptis cōncūrrūnt ūndĭquĕ tēlis. Aūdĕtquĕ vĭris cōncūrrĕrĕ virgo bēllātrix.

cōncūrsŭs, ūs. *ingēns cōncūrsūs ăd ĭpsă*, Virg. 9, 454. SYN. āccūrsūs. EPITH. Māgnūs, cĕlebris, frĕquēns. PHR. Tūrbă frĕquēns.

cōncŭtĭo, ūssi, ūssūm. *Ægĭdă cōncŭtĕrĕt dēxtrā nīmbōsquĕ cĭērĕt*, Virg. Æn. 8, 354. SYN. Quătio, mŏvĕo, cōmmŏvĕo, ăgĭto, cōncito, jăcto.

cōncūssŭs. *ĕt trĕmĕfāctă cŏmām cōncūssō vērtĭcĕ nūtăt*, Virg. Æn. 2, 629. SYN. Quāssūs, ēxcūssūs, mōtūs, ăgĭtātūs, cōncĭtātūs, jāctātūs. PHR. Cāsū cōncūssūs ăcērbō.

cōndĕcŏro, ās. *Dignĕ dignĭlŏquis pīctūris cōndĕcŏrāri*, Ulp. SYN. Dĕcŏro, hŏnēsto, ōrno, ēxōrno, ădōrno.

|| cōndēmno. SYN. Dāmno. PHR. Crīmĭnĕ dāmno. Scĕlĕris ārgŭo. Mōrtĕ, ēxĭlĭō, mūlcto. Mōrti, nĕci āddīco, dĕdo, *alicujus* nōmĭni, *vel alicui* crīmĭni nĭgrūm prœfĭgĕrĕ Thētă. Mōrtĭfĕrūm āddĕrĕ signūm. VERS. Nĕc mĕă dēcrētō dāmnāsti fāctă Sĕnātūs. Nĕc mĕă sēlēctō Jūdĭcĕ jūssă fŭga ēst.

|| cōndēnso, ās. SYN. Cōgo, spisso, dēnso, indūro, dūro.

cōndīco, is. *Plaut*. SYN. Signĭfĭco, dēnūncio, cōnstĭtŭo.

cōndīmēntūm. *Quæ sălis ādmīstō tūndētūr cōndīmēntō*, (Spond.) SYN. Cōndĭtio, cōndĭtūră. EPITH. Suāvĕ, dūlcĕ, grātūm.

cōndio, is, ivi, & ii, itūm. *ĕt quādrīngēntis nūmmis cōndīrĕ gŭlōsūm*, Juv. 11, 19. PHR. Cōndīmēntis, *vel* suāvi săpōrĕ tēmpĕro. Dūlcēm săpōrēm āspērgo. Cōndīmēntă miscĕo.

cōndĭtio, ōnis. *ăccĭpe ĕt hōc mūnūs cōndĭtĭōnĕ mălā*, Mart. 9, 68, 8. SYN. Lēx, păctūm, *vel* mŏdūs, *vel* fōrtūnă, sōrs, stătūs. EPITH. Mĭsĕră, cōmmŏdă, diffĭcĭlis, iniquă, dūră.

|| cōndītio, à cōndio. 2. *longa*. SYN. Cōndīmēntūm, cōndĭtūră. EPITH. Suāvis, dūlcis, grātă.

|| cōndĭtŏr, ōris; à cōndio. EPITH. Sōlērs, pĕrĭtūs, indūstrĭūs.

cōndĭtŏr, ōris; à cōndo.—*Rōmānæ cōndĭtŏr ărcis*, Virg. Æn. 8, 313. SYN. ēxstrūctŏr, fabrĭcātŏr, fūndātŏr.

Digitized by Google

cōndĭtŭs, à cōndĭo. *Nē mălĕ cōndĭtŭm jūs āppōnātŭr? ŭt ōmnĭs*, Hor. Sat. 2, 8, 69. SYN. Mistŭs, āspērsŭs.

cōndĭtŭs, à cōndo.——*ăpĕrit præcōrdĭă cōndĭtă lībĕr*, Hor. S. 1, 4, 89. SYN. ābscōndĭtŭs, ābdĭtŭs, ōccūltŭs, lătēns, *vel* cōnstrūctŭs.

cōndo, ĭs. *Cōndĭdĭmŭs tērrā, mœstāsquĕ sācrāvĭmŭs ārās*, Virg. Æn. 5, 48. SYN. ābscōndo, ŏccŭlo, ōccūlto, tĕgo, ōbtĕgo, *vel* cōnstrŭo, cōmpōno, cōllĭgo, cōacērvo. V. *Occulto*, *vel Ædifico*.

cōndŏlĕo. *ăt si cōndŏlŭĭt tēntātūm frīgŏrĕ cōrpŭs*, Hor. Sat. 1, 1, 80. SYN. Dŏlĕo, indŏlĕo, mœrĕo.

‖ cōndōno. *Plaut.* SYN. Dōno, *vel* rĕmitto, pārco, ignōsco.

cōndūcĭbĭlĭs. *ād bĕnĕ vīvēndūm cōndūcĭbĭlĕ, ātquĕ bĕātĕ*, S. SYN. Cōmmŏdŭs, āptŭs, ūtĭlĭs.

cōndūco, xi. *Quōd nōn prōpŏsĭtō cōndūcăt, ĕt hærĕăt āptĕ*, Hor. A. P. 191. SYN. Dūco, *vel* sūm cōmmŏdŭs, ūtĭlĭs, āptŭs: cōnvĕnĭo, *vel* rĕdĭmo, lŏco.

cōnfābŭlŏr. *Plaut.* V. *Colloquor.*

cōnfĕro, tŭli, lātŭm. *Mēcūm cōnfĕr, ăit*, Ov. M. 10, 604. SYN. Fĕro; *vel* cōmpăro; *vel* cōngĕro, cōnjĭcio: *vel* prōsŭm.

cōnfĭcio, fēci. *Cōnfĭcit, ĕt tĕnĕbrĭs nigrēscūnt, &c.* Virg. Æn. 11, 824. SYN. Făcio, ēffĭcio, ābsōlvo, ēxpĕdĭo, pērfĭcio, *vel* ābsūmo, pērsuādeo, āttĕro, *vel* ōccīdo, intērfĭcio, pĕrimo.

cōnfīdēns.——*Tē jŭvĕnūm cōnfīdēntĭssĭmĕ, nōstrās*, Virg. Geo. 4, 445. SYN. Fīdēns, fīsŭs, cōnfīsŭs, aūdāx.

cōnfīdo, idi, isūm. *Dēsĭnăt ēlātĭs quĭsquām cōnfīdĕrĕ rēbŭs*, Cl. SYN. Fīdo, fĭdēm hăbĕo, *vel* crēdo, cōmmitto. V. *Fido.*

cōnfīgo, ixi, ixūm. *Nīl pŭĕri făcĭūnt, ipsām cōnfīgĭtĕ mātrēm*, J. 6, 172. SYN. Fīgo, trānsfīgo, vūlnĕro, cōnfŏdio, saūcio.

cōnfingo, inxi, ictūm. *Plaut. Ter.* SYN. Fingo, ēxcōgĭto, cōmmĭniscŏr, cōmmēntŏr.

cōnfīnis, ĭs. *Sēd cūm lūcĕ tămēn dŭbĭæ cōnfīnĭă nōctis*, Ov. M. 4, 401. SYN. āffīnis, vīcīnŭs, prŏpinquŭs, fīnĭtĭmŭs, cōntērmĭnŭs.

cōnfīrmo. *dīctis princēps cōnfīrmăt itūrōs*, Claud. B. C. 424. SYN. āssĕro, āssĕvēro, āffīrmo.

cōnfīsŭs. *ō nĭmĭūm cœlo, ĕt pĕlăgō cōnfīsĕ sĕrēnō*, Virg. Æn. 5, 870. SYN. Fīsŭs, fīdēns, cōnfīdēns, aūdāx.

cōnfĭtĕŏr, ēris. *ĕt scĕlĕris nŭmĕrōs cōnfĭtĕārĕ tŭi*, Ov. SYN. Fătĕŏr, āgnōsco.

‖ cōnflāgro. SYN. Flāgro, ārdĕo, crĕmŏr, ūrŏr, cōmbūrŏr, ārdēsco, ēxārdēsco, incēndŏr. V. *Ardeo.*

cōnflātĭlĭs, ĭs. *Nōn ēssĕt ūllŭs Jūpĭtĕr cōnflātĭlĭs.* (Iamb.) SYN. Cōnflātŭs.

cōnflātŭs.——*Tyndărĭdĭs fōrmæ cōnflātŭs ămōrĕ*, Lucr. 1, 474. SYN. Cōnflātĭlĭs, fūsŭs, ēxcūsŭs, lābōrātŭs, *vel* cōmpŏsĭtŭs, mīxtŭs.

cōnflīgo, ixi, ictūm. *Tōt sĭmŭl ōbjēctis pōssĕt cōnflīgĕrĕ rēbŭs*, Cl. SYN. Pūgno, cōngrĕdiŏr, cērto, dīmĭco. V. *Certo*, *Pugno*, *Luctor.*

‖ cōnflīctŭs, ūs. SYN. Pūgnă, prœlĭūm, cērtāmĕn, cōngrēssŭs. V. *Certamen*, *Luctus.*

cōnflo, ās. *Tē pătĭēntĕ mĕæ cōnflāvit ĭmāgĭnĭs aūrūm*, P. SYN. Fabrĭcŏr, fābrĭco: ēx ærĕ, aūrō, &c. fūndo, cūdo, ēxcūdo, lābōro, cōnfĭcio.

cōnflŭo, xi, xūm. *Hūc lĭcĕt ē tōtō sōlērtĭă cōnflŭăt ōrbĕ*, Ov. M. 9, 470. SYN. Cōnvĕnio, cōncūrro, cōĕo. PHR. Sĭmŭl, *vel* in ūnūm flŭo.

cōnflŭvĭūm. *Dōnēc cōnflŭvĭō rĕvŏlūtĭs æstĭbŭs āmnĭs*, Sev. Ætna, 325. SYN. Cōnflūxŭs, cōnflŭvĭēs.

cōnfŏdio, fōdi, fōssūm. *Tēlāquĕ cōnfŏdĭūnt hōstēs, &c.* Val. SYN. Fŏdio, dēfŏdio, *vel* fĕrio, pērcūtio.

‖ cōnfōrmis, ĭs. SYN. Sĭmĭlĭs, pār, cōmpār.

‖ cōnfōrmo. SYN. āssĭmĭlo, *vel* cōmpōno, fōrmo, infōrmo, fĭgūro.

cōnfōssŭs. *Tūm sŭpĕr ēxānĭmēm sēsē prōjēcit ămīcūm Cōnfōssŭs*, Virg. 9, 444. SYN. Fōssŭs, dēfōssŭs, *vel* pērcūssŭs, cæsŭs.

cōnfrăgōsŭs. *Clīvōsă plānĭs, cōnfrăgōsă lēnĭbŭs.* (Iamb.) SYN. āspĕr, scābĕr, sălĕbrōsŭs, scrūpĕŭs, pĕtrōsŭs, lăpĭdōsŭs. V. *Saxosus.*

cōnfrăgŭs.————*Cāstēllă vŏcānt, ĕt cōnfrăgă dēnsĭs*, Luc. 6, 126. SYN. Inăccēssŭs, cōnfrăgōsŭs.

cōnfringo, frēgi, fractūm. *primūs cōnfringĕrĕ claūstră*, Luc. 1, 71. SYN. Frango, infringo.

cōnfūgio, is, fūgi. *ăd tē cōnfŭgio ĕt supplĕx tuă nūmĭnă pōsco*, Virg. 1, 166. SYN. Fŭgio, diffŭgio. V. *Fugio.*

cōnfūgiūm. *Fūlmĭnĕ pĕrcūssōs cōnfŭgiūmquĕ vătī*, Ov. Tr. 4, 5, 6. SYN. Perfŭgiūm, ăsylūm.

cōnfundo, fūdi, fūsum.—*Sĭcŭlīs cōnfūndĭtŭr ūndīs*, Virg. Æn. 3, 696. SYN. Mĭscĕo, pĕrmiscĕo, tūrbo, pĕrtūrbo.

cōnfūsŭs. *ŏbstŭpŭit vărĭă cōnfūsŭs ĭmāgĭnĕ rērūm*, Virg. Æn. 12, 665. SYN. Tūrbātŭs, pĕrtūrbātŭs, mixtŭs, pĕrmixtŭs.

cōnfūto. *ăn cōnfūtābūnt nārēs, ŏcŭlīquĕ rĕvincēnt!* Lucr. 4, 490. SYN. Rĕfūto, rĕfello, rĕjicio, ĕxplōdo, dīlŭo, infirmo, cŏārgŭo, dissōlvo, frāngo.

cōngĕlo. *Cōngĕlăt hŷbĕrnī vĭtĭīs Jŏvis*, &c. Val. SYN. Cōnglăcio, gĕlo. V. *Gelo.*

cōngĕmino. *Cōngĕmĭnăt, vŭlnŭs cālĭdō rĭgăt ōră cĕrĕbrō*, Virg. Æn. 11, 698. SYN. Gĕmino, dŭplico, cōndŭplico. PHR. Crēbrōs ēnsibŭs ictŭs Cōngĕmĭnānt.

cōngĕmo, ŭi. *Cōngĕmŭit, trāxitquĕ jŭgis*, &c. Virg. Æn. 2, 632. SYN. Gĕmo, ingĕmo, *vel* ādgĕmo.

cōngĕnitŭs. *Cīvĭs cōngĕnĭtōs cōnclūdăt mœnĭbŭs ūnis*, P. SYN. ingĕnitŭs, insitŭs, innātŭs, nātīvŭs.

cōngĕriēs, iēi. *Cōngĕrĭēm sēcŭit sēctāmquĕ*, &c. Ov. Met. 1, 33. SYN. ăcĕrvŭs, strŭēs, cŭmŭlŭs, cōpiă. V. *Acervus.*

cōngĕro, gĕssi, stūm. *Cōngĕrĕre ărbŏrĭbūs cœlōque ēdūcĕrĕ cĕrtānt*, V. Æn. 6, 178. SYN. āggĕro, cōngĕro, ăcĕrvo, ăccŭmŭlo, aūgĕo, ădaūgĕo, cōnglŏmĕro, cŏăcĕrvo, āgglŏmĕro, glŏmĕro, strŭo, ĕxtrŭo. V. *Accumulo.*

cōnglŏmĕro. *Cōntĭnĕāt pārvō, sī pōssit cōnglŏmĕrāri*, Lucr. 3, 211. SYN. Glŏmĕro, āgglŏmĕro, cŏăcĕrvo. V. *Congero.*

‖ cōnglūtino. *Plaut. Ter.* SYN. āgglūtino, jūngo, cōpŭlo, cōnjūngo, glūtĭnĕ nēcto.

‖ cōngrātŭlŏr. *Plaut.* PHR. Grātŭlŏr, cōngaūdĕo.

cōngrĕdiŏr, ĕris, grĕssŭs. *Vĕr hŏstem, āltĕrnī sī cōngrĕdĭāmŭr, hăbēmŭs*, V. SYN. Cōnflīgo, pŭgno, cĕrto, dĕcĕrto, dīmico. V. *Luctor, Pugno.*

cōngrĕgo. *Cōngrĕgăt ĕt lōngūm dānt cōrnŭă mixtă*, &c. Sc. SYN. ăcĕrvātim, cŏăcĕrvātim, ūnā, sĭmŭl.

cōngrĕgātim. *Cūrsānt pĕr āmplă cōngrĕgātim mœnĭă*, &c. Sc. SYN. Cōngĕro, ăcĕrvo, cŏăcĕrvo, cōgo, cōlligo, cōntrăho, āggĕro, cōnjūngo, glŏmĕro, āgglŏmĕro.

cōngrŭō, is. *ĕt pārs quæquĕ sŭō cōngrŭĕrĕt tĭtŭlō*, Prosp. SYN. Cōnvĕnio, quadro, cōnsŏno, cōnsĕntio.

cōnjĭcio, jĕci.——*Sālĭcĕs, ĕt grāndĭă cōnjĭcĕ sāxă*, Virg. G. 4, 26. SYN. Aūgŭrŏr, dīvino, sūspicŏr, cōnjĕcto, *vel* jăcio, injicio.

cōnjĕctūră. *Aūgŭrĭūm rătĭo ĕst, ĕt cōnjĕctūră fŭtūri*, Ov. Tr. 4, 1, 10, 15. SYN. Aūgŭrĭūm, ŏpinio, sūspicio, dīvīnātio.

cōnjŭgālis, is. *Dīī cōnjŭgālēs tūquĕ gĕnĭālis tŏri*. (Iamb.)

cōnjŭgiālis, is. *Nĕc mĕă virgĭnĭtās, nĕc cōnjŭgĭālĭă*, Ov. M. 6, 536. SYN. Jŭgālis, sŏciālis, mărītālis.

cōnjŭgiūm. *Nī dărĕ cōnjŭgĭūm, dictō părĕrĕ fătĕtŭr*, Virg. Æn. 7, 433. SYN. Cōnnūbĭūm, Hŷmĕnæi; *Hymen nuptiarum præses.* EPITH. Stăbilĕ, fīdūm, sŏciālĕ, sānctŭm, firmūm, săcrūm, sōllicitūm, pĕrēnnĕ, fīdĕlĕ, gĕniālĕ, faūstūm, fēlix, cāstūm, pŭdicūm, sŏciūm, cōncŏrs, ămicūm, sōlēnnĕ. PHR. Tædæ jŭgālēs, sŏciālēs, *quia olim tædæ seu faces nuptæ, dum deducebatur in mariti domum, præferebantur.* Sŏcii cōnsōrtiă lĕcti. Cōnnūbiālĕ jŭgūm. Jūră tŏri. Lĕcti sŏciālĭă jūră. Sacră jŭgālĭă. Vinclă jŭgālĭă. Thălămi fœdŭs. Tŏri fœdŭs. Dēbĭtă jūră tŏri. Căsti jūră mărĭtă tŏri. Sŏciālis ămŏr. VERS. ăt tĭbi ĕgo, ignārŭs thălămōs tædāsquĕ părābām. Quāmvis cōnnūbĭă nōstră prŏcōrūm Tūrbă pĕtăt stŭdĭis. Pĕr cōnnūbĭă nōstră, pĕr incĕptōs hŷmĕnæōs. Cōnjŭgĭūm pĕr lūstră nŏvēm sinĕ crīmĭnĕ cōnsōrs ūnum hăbŭi. Rĕx tĭbi cōnjŭgĭum ĕt quæsītās sānguĭnĕ dōtēs ăbnĕgăt ĕxtērnŭsque in rĕgnūm quærĭtŭr hærēs. V. *mox, Conjugium inire.*

*conjugium inire.* SYN. Cōnjŭgĕm ăccĭpĕrĕ. PHR. Sŏcii fœdŭs inīrĕ tŏri. Sŭbīrĕ vinclă jŭgālĭă. Cōnnūbĭō sibi jūngĕrĕ. Tŏri, thălămi sŏciūm, *vel* sŏciām ăccĭpĕrĕ. Sŭbīrĕ căsti dēbĭtă jūră tŏri. *Aliquam* cōnnūbĭō stăbĭli, sōlēnni tædă sibi jūngĕrĕ. ăccĭpĕrĕ in fœdŭs sŏcii tŏri. Cōnsōrtĕm thălămi sūmĕrĕ, lēgĭtĭmō fœdĕrĕ sŏciārĕ. Vinclō sŏciārĕ jŭgāli. Thălămi sŏciām ăccĭpĕrĕ, dēlĭgĕrĕ sibi,

dūcĕrĕ. VERS. Nūlli mē vinclō vĕllĕm sŏcĭārĕ jŭgāli. Tē fācĕ sŏlēnni jŭngĕt sĭbi. Si quă vĕlis āptē nūbĕrĕ, nūbĕ pări. Tālĭă cōnnūbia, ĕt tālēs cĕlĕbrĕnt hȳmĕnæōs. Hæc ŭbi nūbĭlĭbŭs prīmūm mātūrŭit ānnis, Præpŏsĭtō cūnctis Laūrēnti trādĭtă Pīco ēst. Si quă tĭbi spōnsa ēst, si quĕm dignābĕrĕ tædā. Dēĭŏpēiām Cōnnūbiō jūngām stăbili, prŏprĭāmquĕ dicābo. Nē pĕtĕ cōnnūbĭis nātām sŏcĭārĕ Lătinis. V. *Nuptias celebrare.*

*conjugium odisse.* PHR. Fŭgĕrĕ cōncŭbĭtūs, cōnnubĭă, āccēssūs virīlēs fŭgĕrĕ. Tædās jŭgālēs, sŏciūm thălămūm, vinclă jŭgālĭă āvērsāri. VERS. Mūlti illām pĕtiēre, illa āvērsātă pĕtēntēs, impătiēns ēxpērsquĕ viri nĕmŏra āviă lūstrăt: Nēc quid Hȳmēn, quid ămŏr, quid sint cōnnūbĭă cūrăt. Sæpĕ pătēr dixit, Gĕnĕrūm mihi, filĭă, dēbēs, Sæpĕ pătēr dixit, Dēbēs mihi nātă nĕpōtēs: illă vĕlūt crimēn tædās ēxōsă jŭgālēs.

*conjugii fidem servare.* PHR. Cōnnubĭă sērvārĕ. Cōnjŭgĭi fidēm, sŏciālĭă jūră nōn fāllĕrĕ. Sērvārĕ fœdĕră lēcti.

*conjugium violare.* PHR. Jūncti rūmpĕrĕ vinclă tŏri. Jŭgālĕ sŏlvĕrĕ fœdŭs. Fāllĕrĕ jūră tŏri. Thălămōs vĭŏlārĕ. Tĕmĕrārĕ cŭbilĕ. Dēsĕrĕrĕ fœdĕră lēcti. Sŏciālĕ fœdŭs lædĕrĕ. Sacră mārĭtă pōllŭĕrĕ. Vĕnĕrĕm tĕmĕrārĕ mārĭtām. Linquĕrĕ lēgĭtĭmōs tŏrōs. Pāctām vĭŏlārĕ fidēm. Cōnnūbĭālĭă jūră fāllĕrĕ.

cōnjŭgo. *Cōnjŭgăt ēxcēlsūm tăbŭlis, lăquĕārĭă pictis,* M. SYN. Jūngo, cōnjūngo, *vel* jŭgo, cōlligo, ās.

cōnjŭgŭs. *Cōnjŭgă pērmisit, sērvātŭs, ĕt ēxtŭlit ārcās,* F.

cōnjūrātŭs. *Cōnjūrātă tŭās rūmpĕrĕ nūptĭās.* (Asclep.)

cōnjūro. *āltĕră pōscit ŏpēm rēs, ĕt cōnjūrăt ămicē,* Hor. A. Poët. 411. SYN. Cōnspiro, insidĭŏr, *vel* jūro.

cōnjūx, jŭgis, hæc. *ēxēmplūmquĕ bŏnæ cōnjŭgis ēstŏ mĭhi,* Ov. Tr. 4, 3, 72. SYN. ūxŏr, spōnsă. EPITH. Pūlchră, vĕnūstă, fōrmōsă, pŭdică, chāră, fidă, fidēlis, grātă, ămātă, ămică, dilēctă, cāstă, sōllĭcĭtă. PHR. Sŏciă lēcti. Sŏciātă fœdĕrĕ lēcti. Sērvāns cāsti sŏciālĭă fœdĕră lēcti. Mūltōs dilēctă pēr ānnōs. Vinclō sŏciātă jŭgāli. Pŭĕris fæcūndă crĕāndis, Sĭmĭlis prŏbĭtātĕ mărītō.

cōnjūx, jŭgis, hic. *Cōnjŭgis aūdissĕt fātūm cūm Pōrcĭă Brūti,* Mart. SYN. Spōnsŭs, mărītŭs, vir. EPITH. Fidŭs, chārŭs, fidēlis, ămātŭs, dilēctŭs, cāstŭs, sŏciŭs, sōllĭcĭtŭs. PHR. Thălămi sŏciŭs.

cōnnēcto, nēxŭi, *et* nēxi. *cærŭlĕō vēstēs cōnnēxŭit āngŭĕ,* Claud. R. 1, 118. SYN. Nēcto, jūngo, ădjūngo, cōnjūngo, ădnēcto, āddo, cōpŭlo, illĭgo, cōmpōno.

cōnnitŏr, ĕris, nisŭs, *vel* nixŭs. *cōnnixŭs cōrpŏrĕ tōtō,* Virg. 10, 127. SYN. innitŏr, cōnŏr.

cōnnivĕo, ivi, *et* ixi. *Cōnnivēns ŏcŭlis ibăt, lŭcōquĕ fĕrēbăt,* Sil. 7, 462. SYN. Dissimŭlo: indūlgĕo, părco.

cōnnūbĭālis, is. *Heū ŭbi pāctă fidēs? ŭbi cōnnūbĭālĭă jūră?* Ov. Ep. 6, 41.

cōnnubĭūm. *Cōnnūbĭō jūngām stăbĭli, &c.* Virg. Æn. 1, 7, 7. *Hēctŏris, Āndrŏmăchē, Pȳrrhin' cōnnūbĭă sērvās?* Virg. Æn. 3, 319. V. *Conjugium.*

cōnŏr, āris. *Mōllĭtĕr imprēssō cōnŏr ădirĕ tŏrō,* Prop. 12, 3, 1. SYN. Tēnto, nitŏr, ēnitŏr, cōntēndo, mōlĭŏr, incūmbo, āggrĕdĭŏr, cōnnitŏr, ānnitŏr. PHR. Vīrĭbŭs ēniti. Tōtō cōnniti cōrpŏrĕ. Cōnāri plūrĭmă frūstră. Mōlĭmĭnĕ māgnō tēntārĕ. Virēs ōmnēs impēndĕrĕ, ădhĭbērĕ. VERS. Hōc ācrĭŭs ōmnēs incūmbūnt. Fērt ingēns tōtō cōnnixŭs cōrpŏrĕ fērrūm. Hūc ōmnēs vērtĭtĕ virēs. ōmnĭă tēntāndō dŏcĭlis sōlērtĭă vincit.

cōnquĕrŏr, ĕris, quēstŭs. *Cōnquĕrŏr, ite ă mē sērĭă vērbă, prĕcŏr,* Tib. 3, 7, 20. SYN. Quĕrŏr. PHR. Quĕrēlās, quēstŭs fūndo, ēffūndo, ēdo, prōmo, prōfĕro. Pēctŏrĕ quēstŭs rūmpo, ēffūndo. V. *Queror.*

‖ cōnquiēsco, iēvi. SYN. Quiēsco, rĕquiēsco, cēsso, dēsĭno.

cōnquiro, sivi, sii, sitūm. *Nōn illis stŭdĭūm vūlgō cōnquirĕrĕ ămāntēs,* Pr. 1, 2, 23. SYN. Quæro, scrūtŏr, invēstigo, vēstigo. V. *Quæro.*

cōnquisitŭs. *Cōnquisită diū dūlcĭquĕ rĕpērtă lăbōrĕ,* Lucr. 3, 420. SYN. Quæsitŭs.

cōnsānguinĕŭs. *Tūm cōnsānguinĕŭs lēthi sŏpŏr, &c.* Virg. Æn. 6, 278. SYN. cōgnātŭs, prŏpinquŭs, āffinis. PHR. Sānguinĕ jūnctŭs. Cōnsānguinĭtātĕ prŏpinquŭs. Cōnsōrs gĕnĕris. Cōgnātō sānguinĕ vinctŭs. Sānguine ăb ūnō, ĕādēm stirpĕ, gĕnŭs dūcēns, trăhēns. Sānguinĕ nātŭs ĕōdĕm. Dūcūnt ăb ĕōdĕm stēmmătĕ rāmūm. iisdĕm mājōrĭbŭs ōrtŭs. ĕōdĕm prōgnāti sānguinĕ. ĕādĕm quŭs linĕă jūngit Stēmmătis. Gĕnŭs āmbōrūm fūndit sē sānguine ăb ūnō.

Digitized by Google

cōnsānguīnĭtās. *impăcātōs cōnsānguĭnĭtātĕ lĭgāvĭt*. St. PHR. āffīnĭā vīncŭlă. V. *Consanguineus*.

cōnscĕlĕrātŭs. *Cōnscĕlĕrātă piā dīscērnĭt vīncŭlă sēdĕ*, Ovid. V. *Sceleratus*.

cōnscĕndo, di, sūm. *Cōnscĕndēbăt ĕquōs, pātrĭō mūcrōnĕ rĕlīctō*. SYN. Scāndo, ăscēndo: sŭpĕro.

cōnscĭēntĭă. *ăbāctă nūllā Vēĭă cōnscĭēntĭă*, (Iamb.) EPITH. Mōrdāx, mōrdēns, stĭmŭlāns, crŭcĭāns, dūră, rĕmōrdēns, tōrquēns. PHR. Cōnscĭă mēns, ănĭmŭs cōnscĭŭs. Mēns cōnscĭă făctī. Tēstĭs dŏmēstĭcŭs. intĕrĭŏr stĭmŭlŭs, āssĭdŭŭs pēctŏrĕ tēstĭs. VERS. Quōs dīri cōnscĭă făcti Mēns hăbĕt āttŏnĭtōs ēt sūrdō vērbĕrĕ cædit. Nōctĕ dĭēquĕ sŭŭm gēstāre in pēctŏrĕ tēstēm. Nīl cōnscīrĕ sĭbi, nūllā pāllēscĕrĕ cūlpā. Hī sūnt qui trĕpĭdānt, ĕt ăd ōmnĭă fūlgŭră pāllēnt: Cūm tŏnăt, ēxănĭmēs prīmō quŏquĕ mūrmŭrĕ cœlī.

cōnscĭo, īvi. *Nīl cōnscīrĕ sĭbi, nūllā pāllēscĕrĕ cūlpā*, Hor. Ep. 1, 1, 61. SYN. Cōnscĭŭs sūm: tēstĭs mĭhi sūm.

‖ cōnscīsco, īvi, ītūm. SYN. Dĕcērno, *vel* īnfĕro.

‖ cōnscītŭs. SYN. Dĕcrētŭs.

cōnscĭŭs. *Cōnscĭŭs aūdācĭs făctī; caūdāmquĕ rĕmūlcēns*, Virg. Æn. 11, 812. SYN. Pārtĭcēps, sŏcĭŭs, tēstĭs, *vel* rĕŭs, nŏcēns.

cōnscrībo. *ōrdĭnĭs ēxtrēmŭs cōnscrībī in sæcŭlă cīvĭs*, S. SYN. Scrībo, īnscrībo, cōmpōno, *vel* cōllĭgo, cōgo.

cōnsĕcro. *Pōst fātă cōnsĕcrātŭs, ĕt tēmplĭs dătŭs*. (Iamb.) SYN. Săcro, dō, dĭco, dĕdĭco.

cōnsēctŏr, āris. *Cōnsēctābāntŭr sўlvēstrĭă sēctă fĕrārŭm*, Lucr. 5, 965. SYN. Sēctŏr, pērsĕquŏr, sĕquŏr, cōnsĕquŏr, aūcŭpŏr, căpto.

cōnsĕcūtŭs. *ēxtērnă cōnsĕcūtŭs, ēxpūlsŭs tŭĭs*. (Iamb.) SYN. Sĕcūtŭs, āssĕcūtŭs.

cōnsĕnēsco, ŭi. *Mācēscō, cōnsĕnēscō, tābēscō mĭsĕr*. (Iamb.) SYN. Sĕnēsco, sĕnēx fīo.

cōnsēnsŭs, ūs. *dĭssēnsŭs ăcērbĭŭs, Ēt grăvĭŏr cōnsēnsŭs ĕrăt*, Claud. B. 9, 301. SYN. āssēnsŭs, *vel* cōncōrdĭă. EPITH. Lībĕr, ămīcŭs, ōptātŭs, grātŭs, quæsītŭs, făcĭlĭs. VERS. Cōnsŏnăt āssēnsū pŏpŭlī prĕcĭbŭsquĕ făvēntŭm Rēgĭă. V. *Consentio*.

cōnsēntānĕŭs. *ūndă mărĭs tĕpĭdī nōn cōnsēntānĕă brūmæ*, M. SYN. Cōnsēntĭēns, cōnvĕnĭēns, āptŭs, *vel* æquŭs.

cōnsēntĭo, si, sūm. *Cōnsēntīrĕ sŭĭs stŭdĭīs qui crēdĭdĕrĭt tē*, Hor. Ep. 1, 18. 65. SYN. Cōnvĕnĭo, āssēntĭo, āssēntĭŏr, ānnŭo, cōngrŭo. PHR. Mēns ōmnĭbŭs ūnă ēst. ōmnĭbŭs īdēm ănĭmŭs. īdēm ōmnēs sĭmŭl ārdŏr hăbĕt. Cūnctī sĭmŭl āssēnsērĕ. VERS. Quōd si Dĕŭs ōrĕ sĕrēnō ānnŭĕrĭt. Nōn āvērsātă pĕtēntī ānnŭĭt. Dīctă Jŏvĭs pārs vōcĕ prŏbānt, stĭmŭlōsquĕ frĕmēntī ādjĭcĭūnt, ălĭī pārtēs āssēnsĭbŭs īmplēnt. Sīc īllĕ ēffātŭs ĕt ōmnēs āssēnsēre ănĭmĭs, nūtūque ĕt mūrmŭrĕ lætō.

‖ cōnsēpĭo, sēpsi, sēptūm. SYN. Sēpĭo, mūnĭo, clāŭdo, prætēndo sēpēm.

cōnsĕquŏr, ĕris. *Cōnsĕquŏr hĭc ūt mē nĕc tĭmĕăt, nĕc ămĕt*, Mart. 5, 47, 4. SYN. Sĕquŏr, *vel* ădĭpīscŏr, ăcquīro, păro, cōmpăro, āssĕquŏr. V. *Acquiro; vel* æmŭlŏr, īmĭtŏr.

cōnsēro, ēvi, ĭtūm. *ēn! quĕīs cōnsēvĭmŭs ăgrōs*, Virg. Ecl. 1, 73. SYN. Sēro, īnsēro, sēmĭno, plānto.

cōnsĕro, ŭi, tūm. *Mūltăquĕ pēr cæcām cōngrēssī prælĭă nōctēm Cōnsĕrĭmŭs*, Virg. 6, 398. SYN. Mīscĕo, īmmīscĕo, cōnjūngo, cōnnēcto, cōnfĕro, *vel* pūgno, mănŭs cōnsĕro.

cōnsērvo. *Cōnsērvābăt ŏpēs hŭmĭlĭs căsă, mīlĭă pōrrō*, P. SYN. Cūstōdĭo, tŭĕŏr, tūtŏr, sērvo, āssērvo.

cōnsīdĕro. *Aūt lātūm pīctæ vēstĭs cōnsīdĕrăt aūrūm*, Juv. 6, 481. SYN. Pŭto, rĕpŭto, cōgĭto, cōntēmplŏr, mĕdĭtŏr, pōndĕro, ēxpēndo. V. *Cogito, vel* āspĭcĭo, cōnspĭcĭo, spēcto, īntŭĕŏr. V. *Aspicio*.

cōnsĭdĕo, sēdi, sēssūm. *Cōnsēdērĕ dŭcēs*, Ov. M. 13, 1. SYN. āssĭdĕo, āssīdo, ūnā sĕdĕo, *vel* quĭēsco, mŏrŏr, cōmmŏrŏr, cōnsīsto, cōnsīdo.

cōnsīdo, ĭs.———*Hīs mēcūm părĭtĕr cōnsīdĕrĕ rēgnīs*, Virg. Æn. 1, 576. V. *Consideo*.

‖ cōnsīgno. *Plaut.* SYN. ōbsīgno, *vel* īnscrībo.

cōnsĭlĭūm. *Cōnsĭlĭūm vūltū tĕgĭt, āc spēm frōntĕ sĕrēnăt*, Virg. Æn. 4, 447. SYN. Sēntēntĭă, mēns, sēnsŭs, jūdĭcĭūm, ănĭmŭs. EPITH. ārcānŭm, prūdēns, prō-



Digitized by Google

vĭdŭm, sălūtārĕ, ūtĭlĕ, fīdĕlĕ, ămīcŭm, quæsītŭm, sēcrētŭm, ancĭpĕs, mātūrŭm, sălūtĭfĕrŭm. VERS. Quĭs jām sōlātĭă victō Cōnsĭliumquĕ fĕrăt? ădmŏnĭtă corpŏrĕ fŏrtĭŏr ēssĕ tŭō. Cōnsĭlĭŭm nōbīs rēsquĕ lŏcŭsquĕ dăbūnt. ărcānŭm jŏcŏsō Cōnsĭlĭŭm rĕtĕgis Lyæō.

cōnsōbrīnŭs. *Cōnsōbrīnĕ mĕīs inmĕmŏrātŭs ĕris,* Auson. 20. SYN. āgnātŭs, cōgnātŭs, āffīnis, prŏpĭnquŭs.

cōnsŏcio. *umbram hŏspĭtālĕm cōnsŏcĭārĕ ămānt,* (Asclep.) SYN. Jūngo, cōnjūngo, sŏcio.

cōnsōlŏr, āris. *Hīs mē cōnsōlŏr, victūrŭs suāvĭŭs, āc sī,* H. S. 1, 6, 130. SYN. Sōlŏr, lĕvo. V. *Solor, aris.*

‖ cōnsōlātio, ōnis. SYN. Sōlāmĕn, sōlātio, sōlātĭŭm. V. *Solatium.*

cōnsŏno, ās. *Cōnsŏnăt ōmnĕ nĕmŭs, vōcĕmque inclūsă, &c.* Virg. Æn. 5, 149. SYN. Sŏno, rēsŏno, pērsŏno, *vel* cōnsēntio, cōnvĕnio.

cōnsŏnŭs.—*hăbĭtŭs nōti, ēt vōx cōnsŏnă lĭnguæ,* Sil. 17, 448.

cōnsōpio, ivi, et ii, itūm. *Nĭdōre ōffēndit nārēs, cōnsōpit ĭbīdĕm,* Lucr. 6, 792. SYN. Sōpio, sōpŏro.

cōnsōpītŭs. SYN. Sōpītŭs, sōpōrātŭs, sōmnō grăvis.

cōnsōrs, ōrtis.—*Thălămi cōnsōrtĕ cărēbăt,* Ov. M. 10, 246. SYN. Pārtĭcĕps, sŏcĭŭs. PHR. Cōnsōrs, sŏcĭūsquĕ lăbōris.

‖ cōnsōrtium, ii. SYN. Sŏcĭă vītă. Sŏcĭŭs lăbŏr. Cōnsŏrtĭă tēctă. Cōnsōrtĭă stŭdĭŭm.

cōnspērgo, si, sūm. *Sānguĭnĕ cōnspērgūnt ārās,* Lucr. 4, 1231. SYN. Āspērgo, pērfūndo, spārgo.

cōnspĭcio, ēxi, ēctŭm. *ēt prĕcŏr illi ĭpsi cōnspĭcĭārĕ sĕnēx,* Ped. SYN. Āspĭcio, cōnspĭcŏr, cōnsīdĕro, vĭdĕo, intŭĕŏr. V. *Aspicio.*

cōnspĭcŏr, āris. *Fōntĭbŭs in lĭquĭdis quŏtĭēs mē cōnspĭcŏr ipsĕ,* Ovid. V. *Conspicio.*

cōnspĭcŭŭs. *ōccūltūm stēllæ, cōnspĭcŭŭmquĕ pŏlūm,* Ov. Tr. 4, 10, 108. SYN. Cōnspĭcĭēndŭs, clārŭs, pērspĭcŭŭs, illūstris.

‖ cōnspīrātio, ōnis. SYN. Cōnjūrātio, cōnsēnsŭs, cōncŏrdĭă.

cōnspīro. *Ænĕăque āssēnsū cōnspīrānt cŏrnŭă raūcō,* Virg. Æn. 7, 615. SYN. Cōnjūro, cōnsēntio, cōnvĕnio.

cōnstāns. *Ēt tāntūm cōnstāns in lĕvĭtātĕ sŭā ēst,* Ov. Tr. 5, 1, 18. SYN. Fīrmŭs, immōtŭs, immōbĭlis, tĕnāx. PHR. Prŏpŏsĭti tĕnāx. Mēns nēscĭă flēcti. Mēns immōtă mănĕt. VERS. Nĕquĕ mē sēntēntĭă vērtit. Nūllă mĕām vērtĕt sēntēntĭă mēntēm Si mĭhi nōn ănĭmō fixum immōtūmquĕ mănērĕt. Mēntēm Nūllă immūtābit vēntūri tēmpŏris ætās. Sĕdĕt vūltū grăvĭtās immōtă sĕrēnō. Pērstĭtit ille ănĭmō vūltūque immōtŭs ĕōdem. Nūllis frāngĭtŭr illĕ mĭnis. Mĕtŭs ōmnĕs ēt inēxōrābĭlĕ fātūm Sŭbjĕcit pĕdĭbŭs. Illŭm nōn pŏpŭli fāscēs, nōn pūrpŭră Rēgūm Flēctit, mŏvĕt, tūrbăt. Fōrtūnæ sŭbdĕrĕ cōllă Nēscĭŭs. Fōrtūnāmquĕ tŭēns ŭtrāmquĕ rēctŭs, invīctūm pŏtŭit tĕnērĕ vūltūm. Tālĭă pērstăbăt mĕmŏrāns, fixūsquĕ mănēbăt. Illĕ nĭhil vūltūm mūtātŭs, ĭnānēs Pērdis, ăit, lăcrymās. Sēd nūllis illĕ mŏvētŭr Flētibŭs, aūt vōcēs ūllās trāctābĭlis aūdit. Jūstum ēt tĕnācēm prŏpŏsĭti virūm, Nōn cīvium ārdŏr prāvă jŭbēntĭūm, Nōn vūltŭs instāntis Tўrānni mēntĕ quătit sŏlĭdă: nĕque Aūstĕr, Nēc fūlmĭnāntis māgnă Jŏvis mănŭs: Si frāctŭs illābātŭr ōrbis, impăvĭdūm fĕrĭēnt rūīnæ. Mēns intāctă mănĕt, sŭpĕrăt, rīdētquĕ dŏlōrēs.

*Comparatio viri constantis cum rupe inter æstuantes fluctus immobili.*

Ille, velut rupes vastum quæ prodit in æquor,
Obvia ventorum furiis, expostaque ponto,
Vim cunctam atque minas perfert cœlique marisque,
Ipsa immota manens.—— *Virg. Æn.* 10, 693.

*Alia Comparatio viri constantis cum validā quercu, quæ, ventis undique pulsantibus, suis altè fixa radicibus hæret immobilis.*

Ac veluti annoso validam cùm robore quercum
Alpini Boreæ, nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant: it stridor, et altè
Consternunt terram concusso stipite frondes:

Digitized by Google

Ipsa hæret scopulis; et quantum vertice ad auras
Æthereas, tantum radice in Tartara tendit:
Haud secùs assiduis hinc atque hinc vocibus heros
Tunditur, et magno persentit pectore curas,
Mens immota manet.—— *Virg. Æn.* 4, 441.

cōnstāntĭă. *Mōvĭt ămīcĭtĭæ tūm tē cōnstāntĭă lōngæ*, Ov. M. 2, 314. SYN. Grăvĭtās. EPITH. impĕnĕtrābĭlĭs, immōtă, invictă, firmă, intrĕpĭdă, sēcūră, fŏrtĭs, sŏlĭdă, gĕnĕrōsă, māgnănĭmă, vĭrĭlĭs, stăbĭlĭs, immōbĭlĭs, impăvĭdă, pĕrpĕtŭă, impĕrtĕrrĭtă, māgnă, incōncŭssă, impătĭēns, intĕrrĭtă, stŭpēndă, inēxpūgnābĭlĭs. PHR. ănĭmūs firmūs, cōnstāns, immōbĭlĭs, immōtūs. Mēns nēscĭă flēctī. Cōnsĭlĭūm firmūm. Mēns invictă minis: nēscĭă mŏvērī. Vūltū grăvĭtās immōtă sĕrēnō.

Cōnstāntīnŏpŏlĭs, is. *Cōnstāntīnŏpŏlĭs Rhētŏrĕ tē vĭgŭĭt*, Aus. *Urbs in finibus Thraciæ, à Constantino ædificata, seu aucta, quam sedem Imperii fecit, Româ summo Pontifici concessâ.* SYN. Byzāntĭūm. EPITH. āltă, māgnă, āmplă, pŏtēns, mūnītă. PHR. ūrbs Cōnstāntīnī dē nōmĭnĕ dictă. V. *Byzantium.*

cōnstĕrno, cōnstrāvi, strātūm. *Cōnstĕrnūnt tērrām cōncūssō stīpĭtĕ frōndēs*, Virg. 4, 445. SYN. āffūndo, stērno, spārgo, cōnspērgo.

cōnstīpo, ās. *īntĕr cārnĭfĭcēs, ēt cōnstīpātă sĕdēbāt*, Prud. Per. 11, 49. SYN. Stīpo, dēnso, cōndēnso, cōgo.

cōnstĭtŭo, ŭi, ūtūm. *Cōnstĭtŭēnt taūrum ānte ārās, &c.* Virg. SYN. Stătŭo, dēcērno, dēlībĕro, cōgĭto, dēsīgno, *vel* pōno, cōllŏco.

‖ cōnstĭtūtŭs. SYN. Stătūtŭs, dēcrētŭs, *vel* pŏsĭtŭs, lŏcātŭs.

cōnsto, cōnstĭtī.——*āddūctō cōnstĭtĭt ārcū*, Virg. Æn. 5, 207. SYN. Stō, pērsto, pērsĕvēro.

cōnstrĭngo, strinxi, strictūm. *Prīncēps gălĕām cōnstrīngĭt Iāsōn*, Val. 3, 80. SYN. ārcto, cŏārcto, cōmprĭmo, āstrīngo, līgo. V. *Vincio.*

cōnstrŭo, xi, ctūm. *nīdūm sĭbĭ cōnstrŭĭt ōrĕ*, Ov. M. 15, 397. SYN. Cōndo, strŭo, ædĭfĭco, āccūmŭlo. V. *Ædifico.*

‖ cōnstŭpro. SYN. Stŭpro, vĭŏlo.

cōnsuēfăcio, fēci, factūm. SYN. āssuēfăcio.

cōnsuēsco, ēvi, ētūm. *Cōnsuēvērĕ jŏcōs vēstrī quŏquĕ fērrĕ, &c.* M. SYN. Mōs, ŭsŭs, āssuētūdo. EPITH. āntīquă, vĕtŭs, nŏvă, bŏnă, mălă, pēssĭmă, ūtĭlĭs, V. *Assuesco.*

cōnsuētŭs. *Cūm Prōteūs cōnsuētă pĕtēns ē flūctĭbŭs āntră*, Virg. Geo. 4, 429. SYN. āssuētŭs, āssuēfāctŭs.

Cōnsŭl, ŭlĭs. *Ătrĭă sūnt illīc Cōnsŭlĭs āltă mĕī*, Mart. 11, 80. 10. EPITH. Vĭgĭl, ānxĭŭs, sōllĭcĭtŭs, æquŭs, jūstŭs, pŏtēns. PHR. ūrbĭs rēctŏr. Quēm pĕnēs ēst cōmmūnĭs cūră sălūtĭs. ūrbĭs frænă tĕnēns. ūrbĭs sōrtĭtŭs hăbēnās. Qui jūstĭs mŏdĕrātūr lēgĭbŭs ūrbēm. Quēm pĕnēs ēst lēgūm vĕnĕrāndă pŏtēstās. Qui plăcĭdē pŏpŭlōs in pācĕ gŭbērnāt. ūrbĭs sūmmă tĕnēns.

cōnsŭlāris. *Nōn ĕnĭm gāzæ nĕquĕ Cōnsŭlāris.* (Sapph.)

cōnsŭlātŭs, ūs. *Pĕr cōnsŭlātūm pējĕrāt Vălĭnĭŭs.* (Iamb.) PHR. Cōnsŭlĭs mūnŭs, pŏtēstās, jūs, impĕrĭūm, fāscēs, sĕcūrēs. *Ante Consulem lictores duodecim totidem fasces præferebant.*

cōnsŭlo, cōnsŭlŭi. *Cōnsŭlĕre, ātquĕ ōmnēs mĕtŭēntūm, &c.* H. SYN. Prōvĭdĕo, prōspĭcio, *vel* cōnsĭlĭo, ās, cōnsĭlĭūm dō; pĕto, căpio, āccĭpio. V. *Consilium.*

cōnsŭltŏr, ōris. *Sūb gāllī cāntūm, cōnsŭltŏr ŭbī ōstĭă pŭlsāt*, Hor. S. 1, 1, 10.

cōnsŭltŭs. *Cōnsŭltŭs ērrō, nūnc rĕtrōrsūm.* (Iamb. cum Syll.) SYN. Qui cōnsŭlĭtŭr, *vel* pĕrītŭs.

cōnsūmmo, ās.——*ēffēctām cūm cōnsūmmāvĕrĭs ædēm*, Al. SYN. Cōnfĭcio, ābsōlvo, pĕrăgo. V. *Finio.*

cōnsūmo, mpsi, mptūm. *āccīsās cōgēt dăpĭbūs cōnsūmĕrĕ mēnsās*, Virg. Æn. 7, 125. SYN. Tĕro, cōntĕro, ābsūmo, impēndo, ēxhaūrio, dīssĭpo, cōnfĭcio, pērdo.

‖ cōnsŭo, is. *Plaut.* SYN. Sŭo, cōnjūngo, cōnnēcto, cōntēxo, fīlo.

‖ cōnsūtĭlĭs, le. SYN. Sūtĭlĭs.

cōnsūtŭs. *Pēllĕ pătēt, vēl sī cōnsūtō vūlnĕrĕ cāssūm*, Juv. 3, 150.

cōntābĕfăcio, fēci. *Quæ mē mĭsĕrĭă ēt cūră cōntābĕfăcĭt.* (Iamb.) SYN. Tābĕfăcio, tābē ēxĕdo, pērĕdo, cōnfĭcio.

‖ cōntābēsco, cōntābŭi. SYN. Tābēsco.

cōntāgĭūm. *Nēc mălă vīcīnī pĕcŏrĭs cōntāgĭă lædēnt*, Virg. Ecl. 1, 51. SYN.



Digitized by Google

Cōntāgēs, cōntāgio, lūēs, pēstis. EPITH. Mălūm, dūrūm, sŏrdĭdūm, fœdŭm, pūtĭdūm, mŏrbĭdūm, fūnēstūm, mŏrtĭfĕrūm, īnfēstūm, nŏxĭūm, lēthālĕ, hŏrrĕndūm. VERS. Dīră pĕr incaūtūm sērpūnt cōntāgĭă vūlgūs. Dīră pĕr ōmnēs Mānābānt pŏpŭlōs fœdi cōntāgĭă mŏrbi. invādūnt tōtūm cōntāgĭă mŏrbĭdă rēgnūm. V. *Pestis.*

cōntāmĭno. *Sic intērpŏsĭtūs vĭtĭō cōntāmĭnăt ūnctō*, M. SYN. Fœdo, ĭnquĭno, cōinquĭno, pōllŭo, īnfĭcio, măcŭlo, cōmmăcŭlo. V. *Maculo.*

cōntĕgo, tēctūm. *Aūt hic Tænărĭă cōntĕgăr ēxŭl hŭmō*, Ovid. SYN. Tĕgo, cōndo, ābscōndo, ōccūlto. V. *Occulto.*

cōntĕmĕro. *Aūsūs tām nōtās cōntĕmĕrārĕ mănūs*, Mart. Spect. 10, 2. SYN. Tĕmĕro, vĭŏlo, cōrrūmpo.

cōntĕmno, mpsi, mptūm. *fŏrtis cōntĕmnĕre hŏnōrēs*, Hor. S. 2, 7, 85. SYN. Tēmno, fāstīdio, rēspŭo, spērno, āspērnŏr, dēspĭcio, cōncŭlco, ābjĭcio, rējĭcio, nĕglĭgo; pārvi, nĭhĭli dūco, făcio, æstĭmo, pēndo, pŭto, nōn cūro. VERS. Sŏrdēnt tĭbi mūnĕră nōstră. Hōc tĭbi prō vĭli, sūb pĕdĭbūsquĕ jăcĕt. Nĭhĭl īllă Dĕōs, nēc tālĭă cūrăt. invĕnĭēs ălĭūm, si te hic fāstīdit Ălēxis. Dūmquĕ tĭbi ēst ŏdĭō mĕă fīstŭlă. Ni rĕfŭgis tĕnŭēsquĕ pĭgēt cōgnōscĕrĕ caūsās. Rēspŭis hæc ănĭmō, lōngēquĕ rĕmīttis. Tū căvĕ nōstră tŭō cōntĕmnās cārmĭnă fāstū. V. *Asperno.*

cōntēmptŏr. *ēst hic, ēst ănĭmūs lūcis cōntēmptŏr: ĕt īstūm*, Virg. Æn. 1, 205. V. *Contemno.*

cōntēmptŭs, ă, ūm. *Cōntēmptă rĕlinquŏr*, Ov. Ep. 3, 82. SYN. Dēspēctŭs, fāstīdītŭs, sprētŭs, ābjēctŭs, rējēctŭs, nēglēctŭs, pōsthăbĭtŭs. VERS. Dēspēctŭs tĭbi sūm, nēc, quī sim quæris, Ălēxi. Sprētæque injūrĭă fōrmæ. V. *Abjectus.*

cōntēmptŭs, ūs. *Cōntēmptū nĕcis ārmăt mēntēm*, Sil. 4, 250. SYN. Fāstīdĭūm. EPITH. Sŭpērbŭs, ēlātŭs, tŭmēns, tŭmĭdŭs, grăvis. PHR. Sŭpērbă pătī fāstīdĭă.

‖ cōntēmplātŏr, ōris. SYN. Spĕcŭlātŏr.

cōntēmplŏr, āris. *Sĭmŭl āc nūmmōs cōntēmplŏr in ārcā*, Hor. S. 1, 1, 67. SYN. ănĭmō lūstro, cōnsīdĕro, mĕdĭtŏr, cōgito. V. *Cogito; vel* vĭdĕo, pērspĭcio, cōnspĭcio, spēcto, āspĭcio, intŭĕŏr. V. *Aspicio.*

cōntēndo, di, sūm, & tūm.——*mālit cōntēndĕrĕ bēllō*, Virg. Æn. 4, 108. SYN. Cōnŏr, nītŏr, ēnītŏr, mōlĭŏr. V. *Conor, vel* intēndo, āddūco, *vel* rixŏr, jūrgŏr, āltērcŏr. V. *Rixor.*

‖ cōntēntio, ōnis. SYN. Lis, rixă, *vel* cōnātŭs. EPITH. Inīquă, āmāră, mŏlēstă, vānă, răbĭōsă, clāmōsă, vēsānă, sānguĭnĕă, tūrpis, imprŏbă. V. *Rixa.*

cōntĕro, trivi, trītūm. *Cōntĕrit ūnă trĭbūs, Gārgĭlĭānĕ fŏris*, Mart. 7, 64, 2. SYN. Tĕro, āttĕro, prōtĕro, călco, cōncŭlco, prĕmo, prōcŭlco, *vel* cōnsūmo, ābsūmo, cōnfĭcio.

cōntērrĕo. *ātque impĭă vūlgi Cōntērrērĕ mĕtū*, Lucr. 2, 623. SYN. Tērrĕo, tērrĭto, ēxtērrĕo.

cōntĭcĕo. *Cōntĭcŭēre ōmnēs intēntique ōră tĕnēbānt*, Virg. Æn. 3, 1. SYN. Cōntĭcēsco, tăcĕo, sĭlĕo. V. *Sileo.*

cōntĭcĭnĭūm. *in cōntĭcĭnĭō, vĕl crĕpūscŭlō nŏctis.* (Scaz.) PHR. Cōncŭbĭæ nŏctis sĭlēntĭă. Mĕdĭūm jām nŏctis ābāctæ.

cōntĭgŭŭs. *Hūnc ŭbi cōntĭgŭūm mīssæ fŏrĕ, &c.* Virg. Æn. 10, 457. SYN. Prōxĭmŭs, prŏpĭnquŭs, vĭcīnŭs, prŏpĭŏr, jūnctŭs, ădjūnctŭs.

cōntĭnēns. *ŭtrĭūsque hăbēri cōntĭnēntis lĕgĭmŭs.* V. *Castus.*

cōntĭnēntĕr. *ăd cōntĭnēntĕr quŏd sĕdētis insŭlis.* (Scaz.) SYN. Cōntĭnŭĕ, pērpĕtŭō, āssĭdŭĕ.

cōntĭnēntĭă. *Tērrēntĕ cōntĭnēntĭă.* (Iamb.) SYN. ābstĭnēntĭă. V. *Castitas.*

cōntĭnĕo. *Cōntĭnŭērĕ dĭū, nĕc ăpērti cōpĭă Mārtis*, Ov. M. 13, 208. SYN. Cōmprĕhēndo, inclūdo, cōmplēctŏr, *vel* cōhĭbĕo, fræno, cŏērcĕo, cōmprĭmo, refræno, cōmpēsco.

cōntingo, igi, āctūm. *Fūnēmquĕ mănū cōntingĕrĕ gaūdēnt*, Virg. 2, 239. SYN. Tāngo, āttingo, āttrēcto, *vel* ēvĕnio, āccĭdo.

cōntĭnŭo, ās. *Cōntĭnŭātquĕ dăpēs nēc nōn vērnālĭtĕr ipsi*, H. Sat. 2, 6, 108. SYN. Pērgo, pērsĕvēro, nōn ābsisto, nōn dēsisto, nōn cēsso, nōn dēsĭno.

cōntĭnŭō. Adv. *Cōntĭnŭō vēntis sūrgēntĭbŭs, aūt frētă pōnti*, Virg. Geo. 1, 359. SYN. Sĕmpĕr, pērpĕtŭō, *vel* cōnfēstim, rĕpēntĕ, mōx, sūbĭto, prōtĭnŭs, ēxtēmplō, haūd mŏră, ilĭcĕt, ōcyŭs, cōntĭnŭĕ, stătim, cōnfēstim.

Digitized by Google

continuus. *Sed quam continuis et quantis longa senectus*, Juv. 10, 190. SYN. Perpetuus, perennis, continuatus.

contorqueo, rsi, rtum. *Spicula contorquent, cursuque*, *&c.* V. Æ. 7, 165. SYN. Torqueo, intorqueo, flecto, inflecto, *vel* vibro, jaculor, emitto, conjicio.

contortus. *Mollia contortis alligat ossa comis*, Prop. SYN. Tortus, intortus, flexus, inflexus, *vel* vibratus, conjectus, emissus.

contra. *Carthago, Italiam contra Tiberinaque longe*, Virg. Æn. 1, 17. SYN. In *cum Accusativo*, adversus, adversum, *vel* vicissim, *vel* ex adverso, e regione.

‖ contradico. SYN. Adversor, resisto, repugno.

contraho, xi, ctum. *Panditur, ipse tibi jam brachia contrahit ardens*, Virg. Geo. 1, 34. SYN. Congrego, colligo, cogo.

contrarius. *Diversaeque vocant animum in contraria curae*, Virg. Æn. 12, 487. SYN. Adversarius, aemulus, inimicus, oppositus, adversus, pugnans, repugnans, infestus.

contremisco, is, tremui. *Contremuit nemus et sylvae intonuere profundae*, Virg. Æn. 7, 515. SYN. Tremo, intremo, trepido. V. *Tremo*.

contribuo, ui, utum. *Contribuere aliquid junctoque litori*, *&c.* Ov. M. 7, 231. SYN. Confero, tribuo.

contritus, a, um. *omnia quod contrita, quod igni*, *&c.* Luc. 4, 701. SYN. Tritus, attritus, calcatus, conculcatus.

controversia. *Declamatio controversiarum.* (Phal.) SYN. Disceptatio, contentio, discrimen, pugna, lis. V. *Lis*.

controversus, a, um. *Si controversum dissentio subjicit, non*, Aus. SYN. Ambiguus, dubius, incertus, anceps.

contrudo, si, sum. *Duplicitur, nam vis venti contrudit, et ipsa*, Lucr. 6, 509. SYN. Compello, impello, compingo.

contubernalis, is. *Salax taberna, vosque contubernales*, (Scaz.) SYN. Domesticus, familiaris, convictor, socius, sodalis.

‖ contumacia. SYN. Arrogantia, superbia, fastus, obstinatio, mentis obfirmatae superbia.

contumax, acis. *Ne me dixeris esse contumacem.* (Phal.) Mart. 2, 68, 8. SYN. Pertinax, obfirmatus, superbus, rebellis.

contumelia. *Dicet execrandas ferre contumelias.* (Iamb.) SYN. Convicium, injuria, calumnia. EPITH. Gravis, maligna, infanda; dira, nefanda. V. *Convicium*.

contumeliosus. *Nec te barbara contumeliosi.* (Phal.) Mart. 10, 7, 4.

contundo, contudi, contusum. *Contuderit vires, oleamque momorderit aestu*, Hor. Ep. 1, 8, 5. SYN. Tundo, obtero, comminuo, frango; percutio, verbero.

contusus. *ignotus pecori, nullo contusus aratro*, Catul. 60, 49. SYN. obtritus, tritus, percussus.

conturbo, as. *Conturbabimus illa (basia)* Catull. 5, 11. SYN. Turbo, perturbo, misceo, confundo, commisceo.

contus, i. *Et acutos cuspide contos*, Virg. 5, 208. SYN. Sudes, *vel* hasta. EPITH. Ferratus, pugnax, trabalis, durus, longus, ahenus, ferreus. VERS. Duris hostes detrudere contis. Ipse ratem conto subigit.

convalesco, lui. *Haeredem scripsit me Numa, convaluit*, Mart. 11, 97. SYN. Valeo, convaleo, ex morbo recreor.

convallis, is. *Lucus et obscuris claudunt convallibus umbrae*, Virg. Æn. 6, 130. SYN. Vallis. EPITH. Cava, depressa, obscura, virens, abrupta, umbrosa, saxosa, umbrifera, praeceps, ima, curva. V. *Vallis*.

convaso, as. *Convasare nefas fuerit, ceu falce rapaci*, P. SYN. Vasa colligo, abeo.

convecto, as. *Convectare juvat praedas, et vivere rapto*, Virg. Æn. 7, 549. SYN. Veho, transveho, transporto, defero.

convello, is, ulsi, ulsum. *Vincere nec duro poteris convellere ferro*, Virg. Æn. 6, 148. SYN. Vello, avello, revello, evello.

convena. *Qui amantes una inter se facerem convenas.* (Iamb.) SYN. Advena.

convenio, is, eni. *Conveniunt pictis incinctae vestibus Horae*, Ov. F. 5, 217. SYN. Adeo, inviso, viso, visito, *vel* coeo, concurro, confluo, congregor, *vel* consentio, consono, congruo.

convenit. *Convenit Evandri victos discedere ad urbem*, Virg. Æn. 12, 184. SYN. Decet, congruit, expedit, conducit; est par, conveniens, consonum, congruum, *vel* constat, certum est.



Digitized by Google

cōnvĕniens. *Nōn bĕnĕ cōnvĕniēns tū sinis ēssĕ jŭgūm*, Prop. 3, 25, 8. SYN. ăptŭs, cōnsŏnŭs, cōngrŭēns, dĕcēns, cōnsēntānĕŭs, ĭdōnĕŭs.

cōnvĕnĭentĕr. *Vīvĕrĕ nātūræ si cōnvĕnĭentĕr ŏpōrtĕt*, Hor. Ep. 1, 10, 11. SYN. āptē, dĕcēntĕr.

|| cōnvĕnĭentĭă, æ. SYN. Cōnsēntio.

cōnvēntŭs, ūs. *Cōnvēntūs trăhit in mĕdiōs*, Virg. 6, 753. SYN. Cœtŭs, cōnsĭlĭūm, tūrbă.

cōnvērto, ĭs, ti, sūm. *ĕt pŏtĕs in tŏtĭdēm clāssēs cōnvērtĕrĕ Nȳmphās*, Virg. Æn. 10, 93. SYN. Vērto, mūto, cōmmūto, vērso, circŭmăgo.

cōnvĭcĭātŏr, ōris. *Cōnvĭcĭātŏr sēntĭăt*. (Iamb.) Prud. SYN. Călūmnĭātŏr, mălĕdĭcŭs.

cōnvĭcĭūm. *Nēve in mē stŏlĭdæ cōnvĭcĭă fūndĕrĕ linguæ*, Ov. M. 12, 20. SYN. Probrūm, ŏpprobrĭūm, mălĕdictūm, călūmnĭă. EPITH. injūrĭōsūm, văgūm, rūstĭcūm, ăspĕrūm, fœdūm, tūrpĕ, pŭdēndūm. PHR. Clāmōsæ cōnvĭcĭă linguæ. Prælĭă linguæ. Cōnvĭcĭă fūndĕrĕ, ēffūndĕrĕ, dīcĕrĕ, vŏmĕrĕ, jăctārĕ. Fāmām, *vel* nōmĕn probrōsis vērbis lædĕrĕ, lăcĕrārĕ, divēllĕrĕ. Linguā nŏtām imprĭmĕrĕ. Dictis mŏrdĕrĕ. Stŏlĭdæ cōnvĭcĭă fūndĕrĕ linguæ. incēssĕrĕ dictis. Vērbis vēxārĕ. Prōscindĕrĕ cārmĭnĕ. ăspĕră dīcĕrĕ vērbă. Dīră prĕcāri. Pĕtŭlānti lædĕrĕ linguā. VERS. āddit cōnvĭcĭă făctō. Quid quĕrŏr, ĕt tōtō făciō cōnvĭcĭă cœlō? Grăvĭdă jăctāt cōnvĭcĭă linguā. Mĭnāsquĕ Ni prŏcŭl ābscēdāt, cōnvĭcĭāque insŭpĕr āddūnt. Mŏvēnt rixās, cōnvĭcĭāque ăspĕră miscēnt.

cōnvīvă, æ. m. *Trēs mihi cōnvīvæ prŏpĕ dissēntirĕ vidēntŭr*, H. E. 2, 2, 61. SYN. Cōnvictŏr, *vel* cōmpōtŏr, cōmbĭbo, mēnsæ sŏcĭŭs. EPITH. ăvĭdŭs, lætŭs, cōmis, ēbrĭŭs, prŏcāx, făcētŭs, insānŭs, hĭlăris, vŏcātŭs, ādmissŭs, ŏptātŭs, impōrtūnŭs, ēxspēctātŭs. PHR. Cōnvīvă jŏcō mŏrdēntĕ făcētŭs.

cōnvīvĭūm. *Mūtŭāque intēr sē læti cōnvīvĭă cūrānt*, Virg. Geo. 1, 301. SYN. ĕpŭlæ, dăpēs, mēnsă. EPITH. Dūlcĕ, vinōsūm, lætūm, laūtūm, sūmptŭōsūm, cĕlebrĕ, māgnĭfĭcūm, pinguĕ, bŏnūm, fœcūndūm, splēndĭdūm, sŏlēnnĕ, rēgĭūm, părātūm, fēstīvūm, dēlĭcĭōsūm, nūptĭālĕ, cōnjŭgālĕ, gĕnĭālĕ, rēgālĕ, instrūctūm, ŏpīmūm, suāvĕ, rĕpĕtītūm. PHR. ĕpŭlæque āntĕ ōră părātæ Rēgĭfĭcō lūxū. Rēgālēs ĕpŭlæ ĕt fēstō cōnvīvĭă lūxū. Lūxŭrĭōsă părānt laūtis cōnvīvĭă mēnsis. Fēstō cōnvīvĭă lætă tŭmūltū. instrūctūm laūtis ĕpŭlis. V. *Convivor*.

cōnvīvo, ĭs. *Nōn cōnvīvĕrĕ, nēc vidērĕ sāltēm*. (Phal.) Mart. 1, 87. SYN. Sĭmūl ūnā vīvo, dĕgo.

cōnvīvŏr, āris. *Quŏd cōnvīvāris sinĕ mē, tūm sæpĕ, Lŭpērcĕ*, Mart. 6, 51. SYN. ĕpŭlŏr. PHR. Cōnvīvĭă cĕlebro, ăgito, cūro, inĕo. Dăpēs instĭtŭĕrĕ. Fēstīvās cĕlebrārĕ dăpēs. ĕpŭlis văcārĕ. instaūrārĕ ĕpŭlās. VERS. Mūtŭāque intēr sē læti cōnvīvĭă cūrānt. Dăpĭbūsque ĕpŭlāmŭr ŏpīmis. Tū dās ĕpŭlis āccūmbĕrĕ Dīvūm. Cērtātim instaūrānt ĕpŭlās, ātque ōmĭnĕ māgnō Crātērās læti stătŭūnt ĕt vīnă cŏrōnānt, indūlgēnt vīno, ĕt vērtūnt crātērās ăhēnōs. instĭtŭūnt dĕ mōre ĕpŭlās, fēstāmquĕ pĕr ūrbēm Rēgĭfĭco ēxtrūctis cĕlēbrānt cōnvīvĭă mēnsis. Miscēbānt fēstis cōnvīvĭă laūtă dĭēbŭs. Tūm văcŭi cūris vīcīno in littŏrĕ mēnsās instĭtŭūnt, fēstōque ăgĭtānt cōnvīvĭă lūdō. Splēndĭdă rēgāli fēcit cōnvīvĭă lūxū. Lūcis pārs ŏptĭmă mēnsæ ēst dătă. Dānt fămŭli mănĭbūs lȳmphās, Cĕrĕrēmquĕ cănistris ēxpĕdĭūnt, tōnsisquĕ fĕrūnt māntĭlĭă villis. Quīnquāgīnta intŭs fămŭlæ, quibŭs ōrdĭnĕ lōngō Cūră pĕnūm strŭĕre, ĕt flāmmis ădŏlērĕ pĕnātēs, Cēntum ăliæ, tŏtĭdēmquĕ părēs ætātĕ ministri, Qui dăpĭbŭs mēnsās ŏnĕrēnt ĕt pŏcŭlă pōnānt. Nēc nōn ĕt Tȳrii pēr līmĭnă lætă frĕquēntēs Cōnvēnērĕ, tŏris jŭssi discūmbĕrĕ pictis. Pōstquām prīmă quiēs ĕpŭlis, mēnsæquĕ rĕmōtæ, Crātērās māgnōs stătŭūnt, ĕt vīnă cŏrōnānt. Fit strĕpĭtŭs tēctis, vōcēmquĕ pĕr āmplă vŏlūtānt Ātrĭă, dĕpēndēnt lȳchni lăquĕārĭbŭs aūreis incēnsi, ĕt nōctēm flāmmis fūnālĭă vincūnt. ĕt mūlto imprīmis hĭlărāns cōnvīvĭă Băccho. V. *Epulor*.

cōnvŏcātŭs. *Sēd cōnvŏcātūs vōcis ĕt cithăræ sŏnū*. (Iamb.) SYN. Vŏcātŭs, concitŭs, ăccitŭs.

cōnvŏco. *ămīcōs, mĕdĭcōsquĕ cōnvŏcārĕ*. (Phal.) SYN. Vŏco, ădvŏco, ăccio, ăccērso, cōngrĕgo.

cōnvŏlo. *Dătum iri glădĭātōrēs pŏpŭlūs cōnvŏlāt*. (Iamb.) Ter. Hec. prol. 40. SYN. ăvŏlo, cōnvĕnio, cōncurro.

cōnŭs, i. *ĕt cōnum insignis gălĕæ cristāsquĕ cŏmāntēs*, Virg. Æn. 3, 468. SYN. Gălĕæ cristātŭs ăpĕx. EPITH. insignis, mĭcāns, tērrĭfĭcŭs. V. *Galea*.

Digitized by Google

**Cŏŏpĕrio**, is, ŭi, ĕrtŭm. SYN. ŏpĕrio, tĕgo, ōbtĕgo, cōntĕgo, ābscōndo, ŏccŭlo, ŏccŭlto. V. *Occulto, Abscondo.*

**cŏŏpĕrtŭs.** *Fāmōsīquĕ Lŭpō cŏŏpĕrtō vĕrsĭbŭs? ātqui*, Hor. S. 2, 1, 68. SYN. ŏpĕrtŭs, tēctŭs, ōbtēctŭs, cōntēctŭs, ŏccŭltātŭs, ŏccŭltŭs.

**cŏphĭnŭs.** *Quĕm dĕdĭt īllĕ lŏcŭm cŏphĭnō, fœnōquĕ rĕlīctō*, Juv. 6, 541. EPITH. Vīmĭnĕŭs, tēxtĭlĭs, nēxŭs, vīrgātŭs, cāpāx.

**cōpĭă.** *Pōst mēssĕm prædæ cōpĭă mājŏr ĕrĭt*, Ov. Fast. 1, 686. SYN. Jūs, pŏtēstās, făcŭltās, *vel* ābūndāntĭă, ūbērtās, vīs, cŭmŭlŭs, ăcērvŭs. EPITH. āfflŭēns, fāstĭdĭōsă, dīvĕs, lārgă, bŏnă, bĕātă. PHR. Plēnō cōpĭă cōrnū. Fœcūndă cōrnū cōpĭă dīvĭtĕ. Prōdĭgă rērūm lūxŭrĭēs. Bŏnōrūm ĭngēns ăcērvŭs, cŭmŭlŭs, cōngĕrĭēs. VERS. Aūrĕă frūgēs Ītălĭæ lætō dīffūndĭt cōpĭă cōrnū. Hinc tĭbĭ cōpĭă mānābĭt ād plēnūm bĕnĭgnō Rūrĭs hŏnōrum ŏpŭlēntă cōrnū. āt sī lūxŭrĭă fŏlĭōrum ēxūbĕrāt ārbŏr. Quæ cuique ēst cōpĭă, lætī Dōnă fĕrānt. V. *Abundantia.*

**cōpĭæ.** V. *Exercitus, Agmen.*

**cōpŭlă.** *Lātrāntĕm frūstrā cōpŭlă dūră tĕnĕt*, Ovid. SYN. Vīncŭlūm, lĭgāmĕn, nēxŭs. EPITH. Dūră, īrrūptă, tĕnāx, ārctă, strīctă.

**cōpŭlo.** *Quō sȳmplĕgmătĕ quīnquĕ cōpŭlēntŭr.* (Phal.) Mart. 12, 43, 8. SYN. Jūngo, cōnjūngo, ādjūngo, lĭgo, āllĭgo, nēcto, cōnnēcto.

**cŏquīnă.** *Plaut.* SYN. Cŭlīnă.

**cŏquo**, is, xi, ctūm. *glēbāsquĕ jăcēntēs, Pūlvĕrŭlēntă cŏquāt mātūrĭs sōlĭbŭs æstās*, Virg. Geo. 1, 66. PHR. ignĕ, flāmmĭs tōrrērĕ, dŏmārĕ fērvēntĭbŭs ūndĭs. VERS. Sēmĭnĕcēs pārtĭm fērvēntĭbŭs ārtŭs Mōllĭt ăquĭs, pārtĭm sūbjēctō tōrrŭĭt ignĕ. Pārs ĭn frūstă sĕcānt, vĕrŭbŭsquĕ trĕmēntĭă fīgūnt. Lĭttŏre ăhēnă lŏcānt ălĭī, flāmmāsquĕ mĭnīstrānt. Sūnt quæ mītēscĕrĕ flāmmā, Mōllĭrĭquĕ quĕānt hērbæ. Sūppŏsĭtūm cĭnĕrī pānĕm părăt. Mēmbră Dĭlānĭăt, pārs īndĕ cāvĭs ēxūltăt ăhēnĭs. Pārs vĕrŭbŭs strīdĕt.

**cŏquŭs.** *Sĕd cŏquŭs īngēntēm pĭpĕrĭs cōnsūmĕt ăcērvūm*, Mart. 7, 26, 7. EPITH. Sævŭs, pĭnguĭs, ātĕr, nīgĕr, ūnctŭs, sōrdēns, sōrdĭdŭs, clāmōsŭs, sōllĭcĭtŭs. VERS. ōrĕ nĭgēr, fūmō pāstŭs, fūlĭgĭnĕ tīnctŭs, ēt cūjŭs făcĭēs căcăbŭs āltĕr ădēst: Cuī sŭă sōrdēntēm pīnxērūnt ārmă cŏlōrēm. Frīxūræ, cŭcūmæ, scăphă, pătēllă, trĭpēs. (*Mart.*) nōn sătĭs ēst ārs sōlă cŏquō, sērvīrĕ pălātō, Nāmquĕ cŏquŭs dŏmĭnī dēbĕt hăbērĕ gŭlām.

**cŏr.** *Cōnfĭtĕŏr mĭsĕrō mōllĕ cŏr ēssĕ mĭhī*, Ovid. Videtur etiam aliquando produci, ut in hoc versu. *Mōllĕ mĕūm lĕvĭbŭs cōr ēst vĭŏlābĭlĕ tēlĭs*, Ov. Ep. 15, 79. SYN. Pēctŭs, præcōrdĭă. EPITH. călēns, ăvĭdūm, pūrpŭrĕūm, cāllĭdūm, fērvēns. VERS. Sānguĭnĭs ēt vītæ fōns, cōr, dē pēctŏrĭs āntrō, Vītālēm spārgĭt pēr cætĕră mēmbră călōrēm. Tĕnĕrō rĭgĭdŭs stăt tĭbĭ cōrdĕ lăpĭs. Mĭsĕrĭs heū præscĭă lōngē Hōrrēscūnt cōrda ăgrĭcŏlĭs. Æstŭăt īngēns īmo ĭn cōrdĕ pŭdŏr.

**cōrălĭūm.** *Nūnc quŏquĕ cōrălĭīs ĕādēm nātūră rĕmānsĭt*, Ov. M. 4, 749. *Cūm vĭrĭdēs ālgās, ēt rūbră cōrălĭă nūdă*, Aus. Mosel. 69. EPITH. Frăgĭlĕ, pūnĭcĕūm, lĭquĭdūm, rŭbĕūm, rŭbēns, rāmōsūm, rūbĭcūndūm, tĕnĕrūm, sōlĭdūm, æquŏrĕūm, mărĭnūm, dūrūm.

**cōrălĭnŭs.** *ēt pŏsŭērĕ ĭntĕr vĭrgūltă cōrălĭnă cĭppōs*, M.

**cōrām.** *īmprōvīsŭs ăĭt: cōrām, quĕm quærĭtĭs, ādsŭm*, Virg. Æn. 1, 599. SYN. āntĕ, ĭn ŏcŭlĭs, āntĕ ŏcŭlŏs, āntĕ ōră, ĭn cōnspēctū, *vel* pălām, ăpērtē.

**cŏrbĭs**, is. *Cŏrbĭs ŭt ĭmpŏsĭtī pōndĕrĕ mēssŏr ĕrām*, Prop. 4, 2, 28. V. *Calathus.*

**Cōrcȳră.** 2 *long. Insula in mari Adriatico, ubi celebres Alcinoi Regis horti.* SYN. Phæācĭă.

**cōrdātŭs.** *āt tē, cuī săpĭēns fŭĭt ēt cōrdātă jŭvēntūs*, M. SYN. Prūdēns, săpĭēns, sōlērs, ĭngĕnĭōsŭs.

**Cōrdŭbă.** *Nēc dĕcŭs aūrĭfĕræ cēssāvĭt Cōrdŭbă tērræ*, Sil. 3, 401. *Hispaniæ urbs, utriusque Senecæ, et Lucani patria.* EPITH. Făcūndă, dōctă, dīvĕs, fœcūndă. PHR. Cōrdŭbă præstāntūm gĕnĭtrīx fœcūndă vĭrōrūm.

**Cŏrīnthĭăcŭs.** *Jāmquĕ Cŏrīnthĭăcī cārpēbām līttŏră pōntī*, Ov. M. 15, 507.

**Cŏrīnthŭs**, i. f. *Nōn cuīvīs hŏmĭnī cōntīngĭt ădīrĕ Cŏrīnthūm*, Hor. Ep. 1, 17, 36. *Achaiæ urbs, inter duo maria, Ionium et Ægæum, sita, Græciæ olim decus.* SYN. Ĕphȳrē. EPITH. Nōbĭlĭs, clāră, Grāĭă, Ĕphȳrēă, bĭmărĭs, āltă, vĕtŭs, prīscă, āntīquă, cĕlĕbrĭs, æquŏrĕă, māgnĭfĭcă, tūrrĭtă, pŏtēns, vāllātă, īnāccēssă, īnsīgnĭs. PHR. ārcēs Ĕphȳrææ, Cŏrīnthĭăcæ, Cēnchrææ, *à Cenchris oppido.* Cŏrīnthī mœnĭă, ārx, ārcēs, ūrbs Cŏrīnthĭăcă, Ĕphȳrēă, bĭmărĭs. Ĕphȳrēă mœnĭă. Nōbĭlĭs ærĕ Cŏrīnthŭs.

Digitized by Google

cŏrĭūm. *ŭt cănĭs ā cŏrĭō nōn ābstĕrrēbĭtŭr ūnctō*, Hor. Sat. 2, 5, 83. EPITH. pīnguĕ, ātrūm, fūscūm, lævĕ.

cōrnix, īcis. *Raūcĭsŏnōs cāntūs, cōrnīcum ŭt sēclă vĕtūstă*, Lucr. 5, 1083. EPITH. præsāgă, raūcă, ānnōsă, vīvāx, lōngævă, ātră, nigră, vĕtŭlă, grātă, lŏquāx, sāgă. PHR. Vŏlucris invīsă Mĭnērvæ. *Quia noctua sacra Minervæ, cornix autem noctuarum hostis.* Fātī prōvĭdă. Sæcŭlă pāssă nŏvēm. VERS. Tēr trēs ætātēs hūmānās gārrŭlă cōrnix Vīncit. Tūm cōrnix plēnā plŭvĭām vŏcăt ĭmprŏbă vōcĕ, ēt sōlă ĭn siccā sēcūm spătĭātŭr ărēnā. Fūscāquĕ nōnnūnquām cūrsāns pēr līttŏră cōrnix, ātquĕ căpŭt spārgēns ūndis vĕlŭt ōccŭpăt imbrēm. Scīt bĕnĕ quid fātī prōvĭdă cāntĕt ăvis. Sæpĕ sĭnīstră căvā prædīxĭt ăb īlicĕ cōrnix.

cōrnĭcĕn, ĭnis. *Illinc cōrnĭcĭnēs, hinc præcŭlēntĭă lōngi*, Juv. 13, 44.

cōrnĭcŏr, ārīs. *Nēscĭō quĭd tēcūm grăvĕ cōrnīcārĭs ĭnēptĕ*, Pers. 5, 12.

cōrnīcŭlă. *Grēx ăvĭŭm plūmās, mŏvĕăt cōrnīcŭlă rīsūm*, H. Ep. 1, 3, 19.

cōrnĭgĕr, ă, ūm. *Cōrnĭgĕr Hēspĕrĭdūm flŭvĭūs rēgnātŏr ăquārūm*, Virg. Æn. 8, 77. SYN. Cōrnū, cōrnŭă gĕrēns, cōrnĭbŭs hōrrēns.

cōrnĭpĕs, ĕdis. *Cōrnĭpĕdēs ārcēntŭr ĕquī, quōd līttŏrĕ cūrrūm*, Virg. Æn. 7, 779.

cōrnū. *Dēprōmpsĭt phărētrā, cōrnūque ĭnfēnsă tĕtēndĭt*, Virg. Æn. 11, 859. SYN. Būccĭnă, tŭbă, lĭtŭŭs. V. *Tuba, vel* ārcŭs. V. *Arcus, vel Ungula*. EPITH. Dūrūm, ăcūtūm, flēxūm, cūrvūm, rĕcūrvūm, tōrvūm, tōrtūm, prōmĭnēns, prōcērūm, intōrtūm, pătŭlūm, lūnārĕ, flēxĭlĕ, rĭgĭdūm, inflēxūm, ădūncūm, cūrvātūm, tērrĭfĭcūm, hōrrĭsŏnūm, dīstōrtūm, quĕrŭlūm, raūcĭsŏnūm, mĭnāx, aūdāx, pūgnāx, fĕrūm, sævūm, gĕmĭnūm, fōrtĕ, vălĭdūm, rāmōsūm. PHR. ārmă bŏvis. Quæ bōs ārmă gĕrit. Nātūm frōntī, ĭn tērgă rĕcūrvūm. Cui frōns āspĕră cōrnū. In cōrnŭă cēlsŭs. *Cornu copiæ*. V. *Abundantia*.

cōrnŭs, ūs, & ī. f. *āptă frĕtis ăbĭēs, bēllis āccōmmŏdă cōrnŭs*, V. EPITH. Nōdōsă, dūră, āltă, prōcēră. PHR. Bŏnă bēllō. V. *Hasta, Sagitta*.

cōrnūtŭs. *ōccŭbŭit tāndēm cōrnūto ārdōrĕ pĕtītŭs*, Mart. Spect. 19, 3. *à Cornu*. SYN. Cōrnĭgĕr.

cŏrōllă. *ēt mŏdŏ sōlvēbām nōstrā dē frōntĕ cŏrōllās*, Prop. 1, 5, 21.

cŏrōnă. *ōmnĭbŭs ĭn mōrēm tōnsā cŏmă prēssă cŏrōnā*, Virg. Æn. 5, 556. SYN. Cŏrōllă, vīttă, sērtūm, *vel* tūrbă, cœtŭs. V. *Turba*. EPITH. Aūrĕă, gēmmĭfĕră, pīctă, nēxă, nēxĭlis, sūtĭlis, nĭtĭdă, frōndēns, stēllātă, gēmmĕă, implĭcĭtă, fūlgēns, insignis, flōrĭdă, fēstă, splēndĭdă, rēgĭă, clāră, nōbĭlis, gēmmātă, prĕtĭōsă, dĕcōră, trĭūmphālis, laūrĕă, cŏrūscă, pūlchră, nĭtēns, spēctābĭlis, flōrĭcŏmă, ŏdōrĭfĕră, sacră, rēgālis. PHR. Tēmpŏră cingēns, ōrnāns. Fūlgēns aūrō rădĭāntĕ cŏrōnă. Gēmmis distinctă. Gēmmis aūrōquĕ cŏrūscă. Duplēx gēmmis aūrōquĕ cŏrōnă. Cŏrōnă căpŭt, *vel* tēmpŏră cingit, ōrnăt, implĭcăt, āmbit. Ŏdōrātis innēctĕrĕ cōrpŏră sērtis. Cŏrōnām tĕnĕrō pōllĭcĕ, făcĭlī mănū, nēctĕrĕ, tēxĕrĕ. Flōrēs intēxĕrĕ sērtis. Vărĭōs in sērtă jūngĕrĕ flōrēs. Flōrĭbŭs ē vărĭis cōntēxĕrĕ sērtūm. VERS. Nēctūntquĕ cŏrōnās, Sērtāquĕ cœlēstēs implĭcĭtūră cŏmās. Strinxĕrăt aūrātōs stēllātă cŏrōnă căpīllōs. *Corona pro Cætu*. V. *Turba*.

*Corona*, sydus. *Cōnjŭgĭs ĭn cœlō clāră cŏrōnă tŭæ*, Ovid. EPITH. Ărĭădnæă, Gnōsĭă, Gnōsĭăcă, *quia fabulantur Ariadnem Cretensem in hoc sydus mutatam fuisse: Gnosus autem urbs est Cretæ*. PHR. Gnōsĭă stēllă cŏrōnæ. Ărĭădnæūm sȳdŭs. Ărĭădnææ cœlēstĭă dōnă cŏrōnæ.

cŏrōnātŭs. *Sæpĕ cŏrōnātis stīllānt ūnguēntă căpīllis*, Ov. Ep. 21, 161. SYN. Cinctŭs, āmbītŭs, circūndătŭs. PHR. Cŏrōnā cinctŭs, rĕdīmītŭs, rĕvinctŭs, præcinctŭs.

cŏrōnis, ĭdis. f. *Sī nĭmĭūs vĭdĕōr, sērāquĕ cŏrōnĭdĕ lōngŭs*, Mart. 10, 1, 1. SYN. ăpĕx, fīnis.

cŏrōno, ās. *Crātērăs māgnōs stătŭūnt, et vīnă cŏrōnānt*, Virg. Æn. 1, 638. SYN. Circūmdo, cingo, āmbio. PHR. Cŏrōnā căpŭt, tēmpŏră, crīnēs, căpīllōs, cŏmām, frōntēm ōrno. Cŏrōnā, *vel* dĭădēmătĕ ēxōrno, cingo, rĕdīmio, vincio, āmbio, implĭco, præcingo, vēlo, circūmdo, prēmo, tĕgo, vēstio. Sērtă cŏmæ impōno. Cingo flōrĕ căpŭt. Innēcto tēmpŏră sērtis, præcingĕrĕ flōrĕ căpīllōs. Căpĭti dărĕ sērtă. VERS. Frōndēntī tēmpŏră rāmō implĭcăt. Vĭrĭdique ădvēlăt tēmpŏră laūrō. Laūrōque innēctĭtĕ crīnēm. Illĕ căpŭt flāvūm laūrō Pārnāssĭdĕ vinctŭs. Fēstā frōndĕ rĕvinctŭs. Mĕrĭtōs ōrnăt dĭădēmătĕ crīnēs. Tēmpŏră sūtĭlĭbŭs cingūntŭr tēctă cŏrōnis. Dēbŭĕrām sērtis implĭcŭīssĕ căpŭt.

cōrpŏrālis, is. *Quæ cōrpŏrālī ērgăstŭlō*. (Iamb.)

cōrpŏrĕŭs. *Cōrpŏrĕæ ēxcēdūnt pēstēs, pĕnĭtŭsquĕ, &c.* Virg. Æn. 6, 737.

Digitized by Google

**cŏrpŭs**, ŏris. *Corpŏris ēxĭgŭi prœcōnĭum sōlĭbŭs āptŭm*, H. SYN. Mēmbră, ărtūs. EPITH. Tĕnĕrŭm, fōrmōsŭm, pūlchrŭm, cāndĭdŭm, ēgrĕgĭŭm, nĭtĭdŭm, īnfĭrmŭm, mōrbĭdŭm, pūtrĭdŭm, cădūcŭm, dēbĭlĕ, fōrtĕ, rōbūstŭm, lăcērtōsŭm, vĕgĕtŭm, sānŭm, fīrmŭm, mōrtālĕ, lānguĭdŭm, ægrŭm, mōrbōsŭm, frāgĭlĕ. PHR. Cōmpāgēs mĕmbrōrŭm. Cōrpŏrĕă mōlēs. Cōrpŏris ărtŭs, mēmbră. Cōrpŏris pōndŭs, ănĭmæ cārcĕr. Pătĭēns lăbōrŭm. VERS. Vălĭdō cōrpŏrĕ fōrtĭs ĕrăt.

**cōrpŭlēntŭs**. *Plaut.* SYN. Pinguis, crāssŭs.

**cōrpūscŭlŭm**.——*tāntŭm cōrpŭs cōrpūscŭlă pōssēnt*, Lucr. 4, 897.

**cōrrādo**, si, sŭm. *ărgŭmēntă fĭdēm dĭctis cōrrādĕrĕ nōstris*, Lucr. 1, 402. SYN. Rādo, ābrādo, *vel* cōllĭgo.

**cōrrĭgo**, ēxi. *Cōrrĭgĕre ăt rēs ēst tāntō măgis ărdŭă, quāntō*, Ovid. SYN. ēmēndo. PHR. ērrātă pūrgo, ēxpūngo, dēlĕo. Līmām ădhĭbĕo. VERS. ēt mālĕ tōrnātōs īncūdi rēddĕrĕ vērsūs. Sæpe ĕgŏ cōrrēxi sūb tē cēnsōrĕ lĭbēllōs. Sæpĕ tĭbi ădmŏnĭtū făctă lĭtūră mĕo ēst. Scīlĭcĕt īncĭpĭăm līmā mōrdācĭŭs ūti, ūt sūb jūdĭcĭūm sīngŭlă vērbă vŏcēm.

**cōrrĭpio**, ŭi, ēptŭm. *Cōrrĭpŭērĕ vĭam īntĕrĕā, quā sēmĭtă mōnstrăt*, Virg. Æn. 1, 422. SYN. Pūnio, plēcto, căstigo, ărgŭo, rĕdārgŭo, ŏbjūrgo, *vel* ăccĭpio, căpio, cōmprĕhēndo. PHR. Mănū cōrrĭpio.

**cōrrōbŏro**. *ēsŭrĭēs lĭquĭdūm tĕnĕrōs cōrrōbŏrăt ărtūs*, M. SYN. Fīrmo, rōbŏro.

**cōrrōdo**, si, sŭm. *Cōrrōdĕt sănĭēs, ĕt pūtrĭdă cōntrăhit ōssă*, C. SYN. Rōdo, ărrōdo, cīrcŭmrōdo.

**cōrrŏgo**. *Nēc părvō mēndīcăt ŏpēs, nēc cōrrŏgăt aūrās*, C. SYN. Rŏgo, pĕto, pōstŭlo, quæro, *vel* cōngrĕgo.

**cōrrōsŭs**. *Sŭffĭcĕrĕt, tōtŭm cōrrōsis ōssĭbŭs ēdit*, Juv. 15, 80. SYN. Rōsŭs, ărrōsŭs, cīrcŭmrōsŭs.

**cōrrŭmpo**, cōrrūpi. *Nōn cōrrūpĕrit, ūt ... lĭcēbit.* (Phal.) Mart. 8, 42. SYN. Vĭtio, dēprăvo, cōntămĭno, dēstrŭo.

**cōrrūgis**, is. *Cōrrūgĭsquĕ sĭnūs gēmmātūs bāltĕŭs ărctăt*, N. SYN. Cōrrūgātŭs, rūgōsŭs.

**cōrrūgo**, ās. *Cōrrūgĕt, nĭ nōn, &c.* Hor. Ep. 1, 5, 23.

**cōrrŭo**, ŭi. *ădductăquĕ fūnĭbŭs ărbŏr Cōrrŭit*, Ov. M. 8, 776. SYN. Rŭo, cădo, lăbŏr, cōncĭdo, cōllăbŏr. V. *Cado.*

**cōrrūptēlă**. *Cōrrūptēlă pūtris nāscēntēm tūrbĭdă cărnis*, Pr.

**cōrtēx**, ĭcis. m. et f. *ōrăquĕ cōrtĭcĭbūs sūmūnt hōrrēndă căvātis*, Virg. Geo. 2, 387. SYN. Lĭbĕr. EPITH. Pinguis, căvātŭs, sĭccŭs, rūgōsŭs, rīmōsŭs, tūrgĭdŭs, ărbŏrĕŭs, tĕnĕr, tĕnŭis, mōllis, rĭgēns. VERS. Nūnc tŭmĭdō gēmmās cōrtĭcĕ pālmĕs ăgit. Dūm nŏvŭs īn vĭrĭdi cŏālēscit cōrtĭcĕ rāmŭs. ērĭpĭtūr frāgĭlis nŏdōsō ē rōbŏrĕ cōrtēx.

**cōrtĭcĕŭs**. *Dūcit cōrtĭcĕis flŭĭtāntĭă rētĭă sīgnis*, Aus.

**cōrtīnă**. *Mōns cīrcum, ĕt mūgīre ădўtis cōrtīnă rĕclūsis*, Virg. Æn. 3, 92. *Tripus Apollinis, cui insidebat Pythia: seu quoddam operculum, tripodis instar umbellæ superpositum.* EPITH. Ăpōllĭnĕă, Dēlphĭcă, Phœbēă, fātĭdĭcă, prænūncĭă, præsāgă, vērĭdĭcă, tērrĭfĭcă, vĕnĕrāndă.

**Cōrtўna**, *vel* Gōrtўnă. *Ēōis quāmvis cērtēs Cōrtўnă săgīttis*, Sil.

**cōrvīnŭs**. *Cōrvīnŭs pātriis īntērmiscērĕ pĕtītă*, Hor. S. 1, 10, 29.

**Cōrŭs**, *ventus.*—*Hўbērni cōndūnt ŭbi sīdĕră Cōri*, Virg. Æn. 5, 126. V. *Caurus.*

**cŏrūsco**, ās.——*īntĕr sē cŏēūnt, pēnnīsquĕ cŏrūscānt*, Virg. Geo. 4, 73. SYN. Lūcĕo, splēndēsco, splēndĕo, rēsplēndĕo, mĭco, fūlgĕo, rĕfūlgĕo, nĭtĕo, rădĭo, *vel* vĭbro, īntōrquĕo. PHR. Lūcēm dō, jăcio, fūndo, spārgo, vĭbro. Lūcēm sūb nūbĭlă jăcto. V. *Luceo, pro Vibro.* (10 Æn.) Tālĭă vōcĭfĕrāns sĕquĭtūr, hāstāmquĕ cŏrūscăt. V. *Jacio.*

**cŏrūscŭs**. *ēxūltăt, tēlis ĕt lūcĕ cŏrūscŭs ăhēnā*, Virg. Æn. 2, 470. SYN. Lūcĭdŭs, fūlgĭdŭs, rūtĭlŭs, nĭtĭdŭs, lūcēns, fūlgēns, rūtĭlāns, nĭtēns, ărdēns, mĭcāns, rĕlūcēns, splēndĭdŭs, splēndēns, cŏrūscāns, rădĭāns. V. *Lucidus.*

**cōrvŭs**. *Nōn pāscēs īn crŭcĕ cōrvōs*, Hor. Ep. 1, 16, 48. EPITH. Nĭgĕr, gārrŭlŭs, crōcĭtāns, lŏquāx, vōcālis, raūcŭs, vīvĭdŭs, ānnōsŭs, fĕrālis, vōrāx, lōngævŭs, sĭnĭstĕr, tūrpis, ŏbscœnŭs, fātĭdĭcŭs, fūnĕrĕŭs, prænūncĭŭs, īnfaūstŭs, mălŭs. PHR. ālēs Phœbō săcĕr. Ăpōllĭnis ālēs. Nūncĭŭs īmbris. Trīstĕ mĭnāns. VERS. Lĭquĭdās cōrvi prēssō tēr gūttŭrĕ vōcēs īngĕmĭnānt. Trīstĭă nām crōcĭtāns sēmpĕr vŏmit ōmĭnă cōrvŭs. ālbŭs ĕrāt quōndām vŏlŭcris Phœbēĭă cōrvŭs, Nūnc īmpōrtūnæ prœmĭă vōcis hăbĕt.

Digitized by Google

Cŏrÿbāntēs, ūm. *Hōc Cūrētēs hăbēnt, hōc Cŏrÿbāntēs ŏpŭs,* Ov. F. 4, 210. *Cybeles Sacerdotes, qui sacra faciebant, cymbala pulsantes, et quasi in furorem acti, corpore miris modis exagitato.* EPITH. Cÿbēlēii, clāmōsi, ārmĭgĕri, insāni, ŭlŭlāntēs, fŭrĭbi, dēmēntēs, fŭrĭbūndi, mălēsāni, trŭcēs, Idæi, *ab Idâ monte Cybele sacro.*

Cŏrÿbāntiăcŭs, *vel* Cŏrÿbāntĭŭs, ă, ūm. *ēst Cŏrÿbāntĭăci lĕpŏrēs, ĕt strĕnŭă dŏrcăs,* M. *Hinc mātĕr cūltrix Cÿbēlē, Cŏrÿbāntĭăque ærā,* Virg. Æn. 3, 111.

cŏrÿlŭs, i. f. *Phÿllis ămāt cŏrÿlōs, illās dūm Phÿllis ămābĭt,* Virg. Æn. 7, 63. EPITH. Dūră, frăgĭlis, sylvēstris, flēxĭlis, dēnsă.

cŏrÿmbŭs, i. *Diffūsōs hĕdĕrā vēstĭt pāllēntĕ cŏrÿmbōs,* Virg. Ecl. 3, 39. EPITH. Diffūsŭs, grăvĭdŭs, cŏmāns, tĕnĕr, Bācchæŭs, Nÿsæŭs, *à Baccho hederâ coronato,* tēxtĭlis, bĭcŏlŏr, crŏcĕŭs, trĕmŭlŭs, vĭrĭdis, mōllis, nĭgĕr, frŏndēns, frŏndōsŭs, āmœnŭs, răcēmĭfĕr, spīssŭs, hĕdĕrōsŭs.

Cŏrÿtŭs. *Cŏrÿtŭsquĕ lĕvēs ĕt lēthĭfĕr ārcŭs,* Virg. Æn. 10, 169. EPITH. săgīttĭfĕr. V. *Pharetra.*

cōs, cōtis. ——*sŭbĭgūntque in cōtĕ sĕcūrēs,* Virg. Æn. 7, 627. EPITH. Dūră, trītă, āspĕră, ēxĭgŭă, tĕnŭis, lōngă, mōrdāx, ĕdāx. VERS. Cōtĕ nŏvāt nĭgrās rūbĭgĭnĕ fālcēs. Cōte ăcŭit tēlūm.

cŏthūrnātŭs. *īllă cŏthūrnātās intĕr hăbēndă Dĕās,* Ov. F. 347.

cŏthūrnŭs, i. *Pūrpŭrĕōque āltē sūrās vīncīrĕ cŏthūrnō,* Virg. Æn. 1, 341. *Calceamentum formæ altioris, quo Tragœdi utebantur, ad majestatem.* EPITH. Sŏphoclēŭs, Æschÿlēŭs, *à Sophocle et Æschylo, Poëtis tragicis,* grāndis, Trăgĭcŭs, grăvis, grātŭs, āltŭs, pīctŭs, Lÿdĭŭs, *à Lydis populis, qui tragœdias primi ediderunt,* tērrĭfĭcŭs, māgnĭlŏquŭs, ăcĕr, prīscŭs, āltĭsŏnŭs, hērōĭcŭs, sŭpērbŭs, sŭblīmis, āntīquŭs, pūrpŭrĕŭs, Cecrŏpĭŭs, i. e. *Atticus, ab Æschylo Atheniensi.* VERS. Cārmĭnă dīgnă cŏthūrnō, i. e. *Tragœdis apta.* Lÿdĭŭs āltă pĕdūm vīnclă cŏthūrnŭs hăbĕt.

cŏtūrnix, icis. *ēccĕ cŏtūrnīcēs intĕr sŭă prœlĭă vīvūnt,* Ov. Am. 2, 6, 27. EPITH. Piă, pĕrĕgrīnă, ādvĕnă. PHR. Rēgūm grātĭssĭmă mēnsis. Pĕr stĭpŭlās pāscēns.

crābro, ōnis. *Aūt āspĕr crābro impărĭbūs sē mīscŭit ārmis,* Virg. Geo. 4, 245. EPITH. Fĕrŭs, fĕrōx, āspĕr, dīrŭs.

crāpŭlă. *ăc mălĕ dīgēstis si crāpŭlă sævĭĕt ēscis,* Ser. SYN. ēbrĭĕtās. EPITH. Grăvis, fœdă, inērs, ōbscœnă, tĭtŭbāns, fŭrēns, mălēsānă, īnsānă, dēmēns, āmēns, tūrpis, fŭrĭōsă, aŭdāx, impăvĭdă, fŭgĭēndă, pērnĭcĭōsă, hōrrĭdă, ēxĭtĭōsă. V. *Ebrietas.*

crās. *Dic mihi, crās īstŭd, Pōsthŭmĕ, quāndŏ vĕnit?* Mart. 5, 59, 2. PHR. Crāstĭnă lūx, dĭēs, Aūrōră. Crāstĭnŭs sōl. VERS. Quūm prīmūm crāstĭnă cœlō Pūnĭcĕis īnvēctă rŏtis Aūrōră rŭbēbit. Cūm crāstĭnă fūlsĕrit Ēōs. Crāstĭnă pūnĭcĕōs cūm lūx dētēxĕrit ōrtūs. ēt lūx cūm prīmūm tērris sē crāstĭnă rēddĕt. ŭbĭ prīmōs crāstĭnŭs ōrtūs ēxtŭlĕrit Tītān, rădĭīsquĕ rĕtēxĕrit ōrbēm.

crāssĭtĭēs, iēi. SYN. Crāssĭtūdo, pinguēdo, dēnsĭtās.

crāssŭs, ă, ūm. *Bœōtum, in crāssō jūrārēs āĕrĕ nātūm,* Hor. 2, 1, 144. SYN. Dēnsŭs, ŏpācŭs, pinguis, spīssŭs.

Crāssŭs, i. *Romanus opulentiâ celeber.* EPITH. Dīvēs, cŭpĭdŭs. PHR. Pŏtēns ŏpĭbŭs. Crāssi dīvĭtĭis ārcă pŏtēns.

crāstĭnŭs. *ōrdĭnĕ rēspĭcĭēs, nūnquām tē crāstĭnă fāllēt,* Virg. Geo. 1, 425.

crātĕr, ēris. *indūlgēnt vīno, ēt vērtūnt crātērās ăhēnōs,* Virg. Geo. 9, 165. SYN. Pătĕră, călix. EPITH. ăhēnŭs, aūrātŭs, īnaūrātŭs, imprēssŭs, aŭrĕŭs, ārgēntĕŭs, prŏfūndŭs, lātŭs, pūlchĕr, splēndēns, grātŭs, mĭcāns, sīgnĭfĕr, cælātŭs, căpāx, ūndāns, lætŭs. VERS. Gēstāt crātēră cŏrūscūm. Crātērās læti stătŭūnt, ēt vīnă cŏrōnānt. V. *Poculum, Patera.*

crātēră, æ. *Vīnă crātēræ, vĕtŭs āră mūltō.* (Sapph.) Hor. Od. 3, 18, 7. V. *Suprà crater.*

crātēs, is. *ārbūtĕæ crātēs, ĕt mystĭcă vānnŭs Ĭăcchi,* Virg. Geo. 1, 166. EPITH. Vīmĭnĕă, dēnsātă, tēxtă, frāxĭnĕă.

crātĭcŭlă. *Pārvă tĭbi cūrvā crātĭcŭlă sūdĕt ŏfēllā,* Mart. 14, 221. EPITH. Fērrĕă, ārdēns, cāndēns, fērvēns, āccēnsă, īgnītă, sūppŏsĭtă, ātră, nīgră.

Crătīnŭs. *Poëta Comicus, vini amantissimus.* EPITH. Prīscŭs, cōmpōtŏr, aūdāx. VERS. Prīscō si crēdis, Mæcēnās dōctĕ, Crătīnō, Nūllă plăcērĕ dĭū, nēc vīvĕrĕ cārmĭnă pōssūnt, Quæ scrībūntŭr ăquæ pōtōrĭbŭs, *Hor.*

crĕātūră. *Quīntă Crĕātūrās sŭpĕrās sūbstāntĭă prōdit,* S. SYN. Rēs crĕātă.

Digitized by Google

creātus. Istĕ, precor, mĕmĭnēris quā sit de stirpe creātus, Ov. M. 8, 6, 542. SYN. Gĕnĭtŭs, prōdūctŭs, sătŭs, ĕx nihĭlō factŭs.

crēbĕr, a, um. Nōn tām crēbĕr ăgĭtur hĭĕmem rŭĭt æquŏrĕ turbo, Virg. G. 2, 470. SYN. Frĕquēns, dēnsŭs, rĕpĕtītŭs, mūltŭs, plūrĭmŭs.

crēbēsco, bŭi. Crēbēscūnt ŏptātæ auræ, pŏrtŭsquĕ pătēscit, Virg. Æn. 3, 530. SYN. Incrēbēsco, crēsco, augĕŏr, vel vūlgŏr, dīvūlgŏr.

crēbro. ĕst mihi pūrgātām crebrō qui pērsŏnĕt aūrĕm, Hor. Ep. 1, 1, 7. SYN. Sæpĕ, saepĭŭs, frĕquĕntĕr, nōn rārō.

crēdibilis, is. Crēdibile ĕst cæcūs ōmnibūs ĕssĕ vĭrŏs, Ov. Ep. 14, 58. SYN. Fĭdĕm mĕrēns, nōn sŭpĕrāns. Qui crēdĕrĕ fās ĕst.

crēditŏr, ōris. Sōlvās cēnsĕō, Sĕxtĕ, crēdĭtōri. (Phal.)

crēditŭs. Crēdĭtă rēs, cāptīquĕ dŏlīs, lăcrȳmīsquĕ cŏāctī, Virg. Æn. 2, 196. V. *Credo.*

crēdo, is, crēdĭdi, crēdĭtūm. Nil mihi crēdĭdĕris, præsens pŏtĕs ipsĕ vidērĕ, Ov. M. 13, 825. SYN. Fīdo, cōnfīdo, cōmmitto, vel fĭdēm dŏ, hăbĕo, ădhĭbĕo. PHR. Nĭmiūm nĕ crēdĕ cŏlōri. V. *Fido.*

crēdŭlĭtās, ātis. ĕt tŭmĭdŭs Găllă crēdŭlĭtātĕ frŭăr, Mart. 5, 1, 10.

crēdŭlŭs. Crēdŭlă rēs ămŏr ĕst, &c. Ov. Ep. 6, 21.

crĕmo, ās. Dĕt tŭă sūccēnsæ mĕmbră crĕmāndă pyræ, Ovid. SYN. Ūro, ĕxūro, cōmbūro, incēndo, ădūro, inflāmmo.

Crĕmōnă. Māntŭă væ mĭsĕræ nĭmĭūm vĭcīnă Crĕmōnæ, Virg. Ecl. 9, 28. EPITH. Cūltă, pūlchră, frūmēntĭfĕră, tūrrĭtă, dīvĕs, mĭsĕră.

crĕo, ās. Immĕnsă, māgnăque immēnsă crĕāvĕrĭt ŏrbis, P. SYN. Prŏcrĕo, gigno, prŏdūco. PHR. Ĕx nĭhĭlō ĕffĭcio, ēffingo, făcio, cōnflo.

Crĕōn, ōntis. ĕt sŏcĕr ĕt māgni nātă Crĕōntĭs ĕrānt? Ov. Ep. Med. ad Jas. 14. *Thebarum Tyrannus, à Theseo occisus, quia mortuis sepulturam denegaret.* EPITH. Sævŭs, immānis, dūrŭs, dīrŭs, fĕrrĕŭs, mĭsĕr, inhūmānŭs, bārbărŭs.

crĕpĕrŭs. ĕxæquātăquĕ sūnt crĕpĕri cērtāmĭnă bēllī, Lucr. 5, 1295. SYN. Dŭbiŭs, ăncēps, incērtŭs.

crĕpĭdă. Sĕd tālēs crĕpĭdās lĭgārĕ crūrĕ. (Phal.) VERS. Nōn his qui in crĕpĭdis Grājōrūm lūdĕrĕ gēstit. *Pers.*

crĕpido, inis. Fōrtĕ rătis, cēlsi cōnjūnctă crĕpĭdĭnĕ sāxi, Virg. Æn. 10, 653. SYN. Ōră, māgo, vel căcūmĕn, ăpĕx.

crĕpitācŭlŭm. āllĭcit, ĕt trĕmŭlīs quăssăt crĕpĭtācŭlă pālmis, N. SYN. Tintinnābŭlūm, vel cāmpānă.

crĕpito. ilicĕ, sic lēni crĕpĭtābăt brāctĕă vĕntō, Virg. Æn. 6, 209. SYN. Strĕpĭto, strīdĕo, sŏno, crĕpo.

crĕpĭtŭs, ūs. Si trūllă invĕrsō crĕpĭtūm dĕdĭt aūrĕă fūndō, Juv. 3, 108. SYN. Strĕpĭtŭs, sŏnŭs, sŏnĭtŭs, frāgŏr. EPITH. Sŏnōrŭs, hōrrĭsŏnŭs. V. *Sonitus.*

crĕpo, ŭi, ĭtūm. ĕt crĕpăt in mĕdĭīs laūrŭs ădūstă fŏcis, Ov. Fast. 3, 16. SYN. Sŏno, pĕrcrĕpo, crĕpito. VERS. Crĕpăt ăd mĕdĭōs laūrŭs ădūstă fŏcōs. Mănĭbŭs faūstŭs tĕr crĕpŭērĕ sŏnŭs.

crĕpūndĭă, ōrūm.——Pŭĕrīquĕ crĕpūndĭă pārvi, P. EPITH. Pŭĕrīlĭă, pārvă.

crĕpūscŭlūm.——sātŭrăs ăd prīmă crĕpūscŭlă lūstră, Ovid. F. 4, 735. EPITH. Ŏpăcūm, ŏbscūrūm, nōctĭfĕrūm, ŏccĭdŭūm, crŏcĕūm, rŭbĭcūndūm, rĕdūx, nĭgrūm, vēspĕrtīnūm. PHR. Cōnfīnĭă nōctis. Dŭbiæ crĕpūscŭlă nōctis. ĕxtrēmă pĕrāctæ pārs lūcis. Nōx prīmă. Sērŭs sŭb nĭgră crĕpūscŭlă vēspĕr. ūltĭmă pārs lūcis, prīmăquĕ nōctis ĕrăt. VERS. Nōctĕm dūcēntĭbŭs āstris. In nōctĕm vērgēntĕ dĭē. Trāhĕrēnt cūm sēră crĕpūscŭlă nōctĕm. Pĕcŭdĕs rĕvŏcānt cūm sēră crĕpūscŭlă pāstās. indūcūnt nōctūrnă crĕpūscŭlă nōctĕm. Tēmpŭsquĕ sŭbĭbăt, Quŏd tŭ nĕc tĕnĕbrās nĕc pŏssis dīcĕrĕ lūcĕm, Sĕd cūm lūcĕ tămĕn dŭbiæ cōnfīnĭă nōctis. V. *Vesper, et Aurora.*

crēsco, crēvi. Ēltăquĕ nătīvō crēvĕrăt hērbă tŏrō, Prop. 3, 13, 36. SYN. Aŭgĕŏr, ădŏlēscŏr, aūgēsco, ĕxtēndŏr, āccrēsco.

Crētă. Crētă Jŏvis māgni mĕdĭō jăcĕt īnsŭlă pōntō, Virg. Æn. 3, 104. *Insula in Mari Mediterraneo, versus Græciam, ubi Gortyna, Gnossus, Cydon, et Dicte, urbes celeberrimæ; Incolæ vocantur Curetes et Cretes: Mulieres Cressæ. In eâ vinum optimum, saccharum exquisitum, cupressi viridissimæ; erat etiam arte sagittandi nobilis; à Septentrione Ægæo alluitur simul et Cretico pelago, ab Austro Libyco, circuitus ejus quingenta octoginta novem millia passuum complectitur, centum urbium famâ clara.* SYN. Mĭnōĭă tēllūs, ārvă Mĭnōĭă, Gŏr-

Digitized by Google

tȳnĭă, Gnōsĭă, Dictæă. Ŏăxĭă, *ab Oaxe fluvio Cretæ.* Tērră Cūrētĭs, Idæ. EPITH. Spătĭōsă, dīvĕs, nōbĭlĭs, săgittĭfĕră, vīnĭfĕră, innŏcŭă. PHR. ūrbĭbŭs insŭlă cēntūm Crētă pŏtēns.

crētă, æ; terra. *Illă priŭs crētā, mōx hæc cārbōnĕ nŏtāsti,* F. EPITH. ālbă, tĕnāx, putris, Cĭmōlĭă.

crētācĕŭs. *Crētācĕĭs ērrōnĭbŭs lătŭs fărcĭt.* (Scaz.)

crētātŭs. *Quăm crētātă tĭmēt Făbŭllă nimbūm.* (Phal.) SYN. Crētā ōbdūctŭs, cŏlōrātŭs, fūcātŭs.

Crētĭcŭs. *Trādăm prŏtērvis in mărĕ Crētĭcūm.* (Alcaic.) Hor. Od. 1, 26, 2. SYN. Gnōsĭăcŭs, Dictæŭs, Mīnōĭŭs. V. *Creta.*

crētōsŭs.—*Mȳcĕlēn, crētōsăquĕ rūră Cĭmōli,* Ov. Met. 7, 463. PHR. Crētæ fĕrāx.

crētŭs, ă, ūm.—*Trōjāno ā sānguĭnĕ crētūm,* Virg. Æn. 4, 191. SYN. Crĕātŭs, ōrtŭs, gĕnĭtŭs, sătŭs.

Crĕūsă. *Creontis, Corinthi Regis, filia, quam Jason duxit uxorem, Medeâ repudiatâ. Eodem nomine vocabatur uxor Æneæ, mater Iuli.* EPITH. Dărdănĭs, Trōjānă, pūlchră, fōrmōsă. PHR. Divæ Vĕnĕris nŭrŭs. Fōrmōsi mātĕr Iūli.

crībrūm. *Lāc sŏlĕt; ūtvĕ lĭquōr rārī sŭb pōndĕrĕ crībri,* Ov. M. 12, 437.

crīmĕn, ĭnis. *Fāmăquĕ nōn fictō crīmĭnĕ crīmĕn hăbĕt,* Ovid. SYN. Scĕlŭs, nĕfās, dēlictūm, mălūm, pĭācŭlūm, pēccātūm, nōxă, vĭtĭūm, cūlpă, făcĭnŭs, flāgĭtĭūm, ērrātūm, cōmmissă. EPITH. Nōxĭūm, sævūm, crūdēlĕ, tūrpĕ, trīstĕ, nĕfāndūm, fœdūm, prāvūm, injūstūm, infāndūm, dīrūm, dŏlōsūm, dāmnābĭlĕ, impĭūm, pērfĭdūm, ōccūltūm, ĭnaūdĭtūm, ĭnēxcūsābĭlĕ. PHR. Cūlpæ crīmĕn ătrōx. Scĕlĕrātæ crīmĭnă vītæ. Vĕtĭtūm nĕfās. Sōntēs aūsŭs. Crīmĭnis lābēs, lŭēs, dēdĕcŭs, prŏbrūm. Scĕlĕrātă lĭbido. Dētēstāndă lŭēs, ĕt ĭnēxcūsābĭlĕ crīmĕn. VERS. Crīmĭnis injūsti tūrpĭă signă păti. Nōn ĕgŏ mēndōsōs aūsim dēfēndĕrĕ mōrēs. Fălsăquĕ prō vĭtĭis ārmă mŏvērĕ mĕis. Cōmmăcŭlārĕ mănū, scĕlĕrātō crīmĭnĕ. V. *Scelus.*

crīmĭnŏr, āris. *Nēc crīmĭnēris impĭōs.* (Iamb. Dim.) V. *Accuso.*

crīmĭnātŏr. *Cum illūm rĕpōscās crīmĭnātōrĕm mĕūm.* (Iamb.) SYN. ăccūsātŏr.

crīmĭnōsŭs. *Quēm crīmĭnōsis cūmquĕ vŏlēs mŏdūm.* (Alcaic.) Hor. Od. 1, 16, 2. SYN. Dāmnāndŭs, scĕlēstŭs.

crīnālĕ, ĭs. *ēt mădĭdōs mȳrrhā cūrvūm crīnālĕ căpillōs,* Ov. M. 5, 53. SYN. Căpillārĕ.

crīnālis, ĭs. *Sōlvĭtĕ crīnālēs vittās, căpĭte ōrgĭă mēcūm,* Virg. Æn. 7, 403. SYN. Căpillāris.

crīnēs, ĭūm. *Dūlcis cōmpŏsĭtis spīrāvit crīnĭbŭs aūră,* Virg. Geo. 4, 417. SYN. Căpilli, cŏmă, cæsărĭēs. EPITH. pēndŭli, flāvĭcŏmi, flāvi, vāgi, flāvēntēs, nĭtĭdi, cōnnēxi, hirsūti, rĕtōrti, aūrāti, cŏmāntēs, dĕcōri, dĕcēntēs. VERS. intōnsi crīnēs lōngā cērvīcĕ flŭēbānt. aūrāti vŏlĭtānt hŭmĕrōs nūllo ōrdĭnĕ crīnēs. fūsōs cērvix cui lāctĕă crīnēs ăccĭpĭt ēt mōlli sūbnēctĭt cīrcŭlŭs aūrō. Crīnĭbŭs Iliădēs pāssis. Sint cōmpti crīnēs, nĭtĭdō sit vēstis ămictū. rŭtĭlōs crīnēs rŏsă sūtĭlis ārctĕt. fœmĭnă prŏcēdit dēnsissĭmă crīnĭbŭs ēmptis, prōquĕ sŭis ălĭōs ēfficit ærĕ sŭōs. rŏsĕōs nēctēbāt pēctĭnĕ crīnēs. rūrsŭs ŏdōrātō quă vērtēx crīnĕ tŭmēscit. ŭt illi dūlcis cōmpŏsĭtis spīrāvit crīnĭbŭs aūră. cui phărētra ēx aūrō, crīnēs nōdāntŭr in aūrūm. Effūsis crīnĭbŭs īrĕ. ēffūsōs sĭnĕ lēgĕ crīnēs. Iliădēs crīnēm dē mōrĕ sŏlūtæ. intōnsōs dētūrpāt pūlvĕrĕ crīnēs.

crīnītŭs. *Nēc mĕtŭēs ātrō crīnītās āngŭĕ sŏrōrēs,* Ov. M. 10, 349. V. *Comatus.*

crispo, ās. *Bīnă mănū lātō crispāns hāstīlĭă fērrō,* Virg. Æn. 1, 317. SYN. ūndo, flūctŭo, *vel* vibro, quătio, quăsso.

crispŭs. *crispāmque invŏlvĕrĕ vīsa ēst Mītis flāmmă cŏmām,* Sil. 16, 120. SYN. Cīrrātŭs.

cristă. *Sūmmăsque ēxcŭssit vērtĭcĕ cristās,* Virg. 12, 493. EPITH. Cŏmāns, rŭtĭlă, tērrĭfĭcă, āltă, cŏrŭscă, hōrrēns, ūndāns, mĭcāns, ēlātă, mĭnāx, splēndĭdă, rĕfŭlgēns, ēffūsă, sūrgēns, tērrĭbĭlis, fōrmīdābĭlis, mīlĭtāris. PHR. ūndāntēs rŭtĭlānti in vērtĭcĕ cristæ. Mānāntēs sānguĭnĕ cristæ. VERS. Trĕmŭnt in vērtĭcĕ cristæ sānguĭnĕæ. Cristām quătit aūră vŏlāntēm. āttōllam ēxcēlsō tŭmĕfāctŭs vērtĭcĕ cristās. Ærĕ căpŭt fŭlgēns, cristāque hirsūtŭs ĕquīnā.

cristātŭs. *Cristātæquĕ sŏnānt ūndĭquĕ lūcis ăvēs,* Mart. 14, 223. PHR. Cristă insignis, cŏrŭscŭs, hōrrĭdŭs.

Digitized by Google

critĭcus. *ūt crĭtĭcī dīcūnt, lĕvĭtĕr cūrārĕ vĭdētŭr*, Hor. Ep. 2, 1, 51. SYN. Jūdex, cēnsŏr.

crŏcĕŭs, ă, ŭm. *invĭtēnt crŏcĕīs hālāntēs flōrĭbŭs hōrtī*, Virg. Geo. 4, 109. SYN. Rŭtĭlŭs, lūtĕŭs, flāvŭs.

crŏcĭnŭs. *Fūlgēbāt crŏcĭnā cāndĭdŭs īn tŭnĭcā*, Catul. 66, 134. SYN. Crŏcĕŭs.

crŏcĭto. *ēt crŏcĭtāt cōrvŭs, grāccŭlŭs āc frĭgŭlāt*, Ph. *Alii volunt* 2 *esse longam*, crōcito.

Crŏcŏdīlŭs. *Ægȳptŭs pōrtēntă cŏlāt, crŏcŏdīlŏn ădōrēt*, Juv. 15, 2. *Serpens quadrupes, in Nilo Africæ fluvio, ac ejus ripis degens. Fictis lacrymis et ementito gemitu viatores allicit, ut necet. Ex ovo ad 22 cubitos excrescit.* EPITH. Nīlĭăcŭs, Nīlĭcŏlă, Ægȳptĭŭs, Phărĭŭs, vŏrāx, ăquātĭcŭs, ingēns, hōrrēndŭs, cāllĭdŭs, āstūtŭs, fĕrŭs, fōrmĭdābĭlĭs, mĕtŭēndŭs, mĭnāx, crūdēlĭs, īmmītĭs, īmmānĭs, tērrĭfĭcŭs, īmprŏbŭs, lēthĭfĕr, ēxĭtĭōsŭs. PHR. īncŏlă Nīlī. Nīlĭăcă fĕră. Mēntītās fūndēns lăcrȳmās. VERS. Părāt ōrĕ crŭēntō Pērdĕrĕ tē, lăcrȳmās dūm Crŏcŏdīlŭs ăgīt.

crŏcŭs, *vel* crŏcŭm. *īllĕ crŏcŭm sĭmŭlāt, crŏcĕō vēlātŭs ămīctū*, Ovid. EPITH. Rŭbēns, aurĭcŏmāns, pūrpŭrĕŭs, rĕdŏlēns, spīrāns, flāvŭs, flāvēns, lūtĕŭs, fūlvŭs, tĕnĕr, pāllēns, pāllĭdŭs, aurĕŭs, mōllĭs, Sĭcŭlŭs, Sĭcānĭŭs, Cĭlĭx, Cĭlīssŭs, Cōrȳcĭŭs, *à Sicilià et Cilicià, ubi Corycus, oppidum;* Tȳrĭŭs, *à Tyro urbe Phœniciæ*, tĕnŭĭs, ŏdōrātŭs, hālāns, grātŭs, ămœnŭs. PHR. Crŏcĕī flōrēs.

Crœsŭs. *Īrŭs ĕt ēst sŭbĭtō, quī mŏdŏ Crœsŭs ĕrāt*, Ov. Tr. 3, 7, 42. *Lydiæ Rex, ditissimus ac felicissimus, à Solone de fortunæ mutabilitate admonitus. Victus deinde à Cyro, et rogo imponendus, veniam obtinuit Solonis nomine invocato: causam enim cùm rescivisset Cyrus, ei pepercit humanæ vicissitudinis memor.* EPITH. Lȳdŭs, māgnŭs, dīvēs, sŭpērbŭs. PHR. Māgnī pătrĭmōnĭă Crœsī. Dīvĭtĭæ ŏpŭlēntă Crœsī.

crŏtălŭm. *Crāssūm sŭb crŏtălō dīctă mŏvērĕ lătŭs*, Virg. in Cop. SYN. Cȳmbălŭm.

crŭcio. *Quāntūm sīc crŭcĭāt lūmĭnă vēstră dŏlŏr*, Prop. 2, 25, 40. SYN. Tŏrquĕo, vēxo, ăgĭto, prĕmo, ăngo, māctō, āfflĭcto, cōnfĭcio. PHR. Clādĭbŭs īnnŭmĕrīs vēxārĕ. Sævīs crŭcĭātĭbŭs tōrquĕo, vēxo. V. *Affligo.*

crŭcĭātŭs. *Pērquĕ dĭēs mūltōs lătĕrīs crŭcĭātĭbŭs ūrŏr*, Ov. Tr. 5, 13, 5. SYN. Pœnă, sŭpplĭcĭŭm, tōrmēntŭm. EPITH. Sævŭs, ătrōx, mœstŭs, dīrŭs, Sīsȳphĭŭs, *à Sisypho in inferis cruciato;* dūrŭs, ăcērbŭs, fĕrŭs, trīstĭs, crūdēlĭs, hōrrĭdŭs, sĕvērŭs, īmmānĭs, ămārŭs. V. *Supplicium et Dolor.*

crŭcĭfīgo, xi, xŭm.——*crŭcĭfīgĕ, cĭtō crŭcĭfīgĕ; nĕc ūnquām*, Calc. PHR. Mēmbră crŭcī fīgo, āffīgo, sūffīgo; īn trăbĕ fīgo. īn crŭcĕm tōllo. īnfāmī sūspēndĕrĕ trūncō, ērēctō *vel* fūnēstō āffīgĕrĕ lĭgnō. Sŭffīxō stīpĭtĕ vītām ērĭpĕrĕ. VERS. īnsōntem āffīgūnt trăbĭbŭs pĕr mūtŭă nēxīs. Nūdă dĕhīnc tēndūnt trānsvērsō brāchĭă lĭgnō, Dīvērsāque āmbās āffīgūnt cūspĭdĕ pālmās. Hīnc ātque hīnc, mūcrōnĕ pĕdēs tĕrĕbrāntŭr ĕōdēm. Rēctō dīstēndĕrĕ lĭgnō āffīxum, ĕt lēntā paulātĭm pērdĕrĕ mōrtĕ. Sălūs hŏmĭnŭm īnfāndā trăbĕ nēxă pĕpēndit.

crūdēlĭs. *Tōllĕrĕt heū fōrtūnă quĭs ēst crūdēlĭŏr īn nōs?* Hor. S. 2, 8, 61. SYN. Sævŭs, ătrōx, fĕrŭs, fĕrōx, trŭx, dīrŭs, bārbărŭs, dūrŭs, īnhūmānŭs, trŭcŭlēntŭs, fērrĕŭs, ăcērbŭs, īmmānĭs, crŭēntŭs, ēffĕrŭs, tĕtĕr, īmmītĭs, fŭrēns, īnclēmēns, āspĕr, īmprŏbŭs, sānguĭnĕŭs. PHR. Sānguĭnĕ gaudēns. Prĕcĭbŭs mānsuēscĕrĕ nēscĭă cōrdă. Crŭōrĭs *vel* cædĭs ăvĭdŭs, cŭpĭdŭs. Mūltă cædĕ crŭēntŭs, mădēns. īndŏcĭlĭs flēctī. Dūrĭŏr æquŏrĭbŭs. Æquŏrĕ quōvīs āspĕrĭŏr. āspĕr, ĕt īmprŏbŭs īrā. īmmānĭs fĕrĭtātĕ crŭēntā. Fĕrĭtātĕ īnsīgnĭs, *vel* nōtŭs. Nĕc vīsū făcĭlĭs, nĕc dīctū āffābĭlĭs ūllī. Fĕrŭs, ātquĕ īpsīs trŭcŭlēntĭŏr Eūrīs. Dīrīs făctīs bārbărŭs. VERS. Hūnc nĕc lōngă dĭēs, pĭĕtās nĕc mītĭgăt ūllă. Nūllīs īllĕ mŏvētŭr Flētĭbŭs; aūt vōcēs ūllās trāctābĭlĭs aūdīt. Fērrum ĕt scŏpŭlōs īn pēctŏrĕ gēstăt. īn dūrō stăt tĭbĭ cōrdĕ sĭlēx. Mītĭŭs īnvēnī quām tē gĕnŭs ōmnĕ fĕrārŭm. Dūrīs gĕnŭīt tē caūtĭbŭs hōrrēns Caūcăsŭs, Hȳrcānæque ādmōrūnt ūbĕră tīgrēs. Tē lăpĭs, ĕt mōntēs, īnnātăquĕ rūpĭbŭs āltīs Rōbŏră, tē sævæ prōgĕnŭērĕ fĕræ. Dūrōs sĭlĭcēs sŏlĭdūmque īn pēctŏrĕ fērrŭm, ātque ădămāntă gĕrīt. Sævĭŏr ēs trīstī Būsīrĭdĕ, sævĭŏr īllō Quī fālsŭm lēntō tōrrŭĭt īgnĕ bŏvēm. Quām fĕrŭs, ĕt vērē fērrĕŭs īllĕ fŭĭt. Sævĭŏr Hȳrcānā, sūblātō, tīgrĭdĕ, fœtū. Quāmquĕ lŭpī sævæ plūs fĕrĭtātĭs hăbēnt. Tŭă sūnt sĭlĭcīs cīrcūm præcōrdĭă vēnæ, ĕt rĭgĭdūm fērrī sēmĭnă pēctŭs hăbēt. Præ tē nōn dūrī mōntēs, nōn rōbŏră dūră. Dūrĭŏr ēst glăcĭēs pēctŏrĕ nūllă tŭō. Nōn ădămās præ tē dūrŭs, nōn mārmŏră dūră. Dūrĭtĭēm vīncūnt nūllă mĕtāllă tŭām. Nātūrāmquĕ sĭmūl, frātrēmque hŏmĭnēmque



Digitized by Google

quĕ crŭēntŭs ĕxĭĭt. Gaūdĕt pērfūsŭs sānguĭnĕ frātrĭs. Quænām tē gĕnŭĭt sōlā sūb rūpĕ lĕænă? Quōd mărĕ cōncēptūm spūmāntĭbŭs ēxpŭĭt ūndĭs? Quæ Sȳrtĭs? Quæ Scȳllă vŏrāx? Quæ vāstă Chărȳbdĭs? Tālĭă quĭ rĕddĭs prō dūlci præmĭă vītā. Nĕc ūsque ădĕō sūnt cōrdă fĕrōcĭă nōbis; Pēctŏrĕ sūb nōstrō nĕc mēns tām bārbără vīvĭt. Nātŭs ĕs ē scŏpŭlis, nūtrĭtŭs lāctĕ fĕrīnō.

crūdēlĭtās, ātĭs. *Crūdēlĭtātĕ, nōn mĕtū mŏrtĭs trĕmēns*, (Iamb.) SYN. Fĕrĭtās, immānĭtās, bārbărĭēs, sævĭtĭă, sævĭtĭēs, inclēmēntĭă, dūrĭtĭēs, āspĕrĭtās, fĕrōcĭă, ăcērbĭtās, atrōcĭtās. EPITH. Inhūmānă, fĕrīnă, fŭrēns, sævă, crŭēntă, immānĭs, hōrrēndă, insānă, bārbără, immītĭs, răbĭdă, Scȳthĭcă, dūră, invĭdă, cæcă, fŭrĭōsă, præcēps, fĕră, atrōx, scĕlĕrātă, inaūdĭtă, sānguĭnŏlēntă, fŭrĭbūndă, impătĭēns, tērrĭbĭlĭs, ŏdĭōsă. PHR. ēffĕră mēns. Mēns crŭŏrĭs ărĭdă. Mēns indŏcĭlĭs flēcti. ănĭmŭs fĕrōx. Fĕrĭtās inămābĭlĭs. Nēscĭă flēcti Bārbărĭēs. ēffĕră făctă. VERS. Nīl illæsūm scĕlĕrātă rĕlīquĭt Bārbărĭēs. ēt bārbărŭs infrĕmĭt hōrrŏr. Quid nōn sævă dŏmăt dūræ inclēmēntĭă mŏrtĭs? Nūlli vĭŏlēntă pĕpērcĭt Sævĭtĭēs. Dūrĭtĭēs pĭĕtāti inĭmīcă rĕsistĭt Flētĭbŭs, ēt sūrdā cōntēmnit vērbă prĕcāntūm Aūrĕ. ēxtinxērĕ fŭrēntēm Sævĭtĭām.

crūdēlĭtĕr. *Crūdēli ŏffĭcĭō nĭmĭūm crūdēlĭtĕr ūsi*, M.

crūdēsco, ŭi. *Sin in prōcēssū cœpĭt crūdēscĕrĕ mōrbŭs*, Virg. Geo. 3, 504. SYN. Recrūdēsco, ingrăvēsco, aūgĕŏr.

crūdŭs. *Seū crūdō fīdĭs pūgnām cōmmīttĕrĕ cæstū*, Virg. Æn. 5, 69. SYN. immātūrŭs, dūrŭs, crūdēlis.

crŭēntātŭs. *ōrĕ crŭēntātō tĕnŭēs lănĭāvĭt ămictŭs*, Ov. M. 4, 104. V. *Cruentus infrà.*

crŭento, ās. *Impōnĭtquĕ nŏtām cōllō, mŏrsūquĕ crŭēntăt*, Prop. 4, 9, 39. PHR. Crŭōrĕ, sānguĭnĕ, fœdo, tūrpo, infĭcio, pērfūndo, spārgo, cōnspērgo, imbŭo.

crŭēntŭs. *Tȳdīdēs mūltā vāstābăt cædĕ crŭēntŭs*, Virg. 1, 475. SYN. Crŭēntātŭs, sānguĭnŏlēntŭs. PHR. Sānguĭnĕ mădēns, mădĭdŭs, pērfūsŭs, squāllĭdŭs, squāllēns, imbūtŭs, stīllāns, măcŭlātŭs, fœdātŭs, infēctŭs, spārsŭs, cōnspērsŭs, rĕspērsŭs. Cōncrētŭs sānguĭnĕ. VERS. ātrō tĕpĕfāctă crŭōrĕ Tērră mădĕt. Stĕtĭt ōrĕ crŭēntō infōrmis făcĭēs. Squāllēntēm bārbam, ēt cōncrētŏs sānguĭnĕ crīnēs. Tūm crīnēs ārdēntĭăque ōră crŭēntis Rōrĭbŭs, ēt tērræ mŏrĭēntum āspērgĭnĕ mānānt.

crūmēnă. *ēt mūndŭs victŭs, nōn dēfĭcĭēntĕ crūmēnā*, Hor. Ep. 1, 4, 11. SYN. Mārsūpĭūm, lŏcŭlī. EPITH. Plēnă, rĕfērtă, grăvĭs, dīvĕs.

crŭŏr, ōris.——*spārsō lātē rĭgăt ārvă crŭōrĕ*, Virg. Æn. 12, 308. SYN. Sănĭēs, Sānguis. EPITH. Flŭĭdŭs, ōbscœnŭs, tētĕr, călĭdŭs, ātĕr, rŭtĭlŭs, rŏsĕŭs, pinguis, fūsŭs, fœdŭs, nĭgĕr, cōrrŭptŭs, putris, ēffūsŭs. VERS. Crāssūm vŏmit ōrĕ crŭōrēm. Pēr cāndĭdă mēmbră it fūmāns crŭŏr, āc tēllŭs pērfūsă rŭbēscit. Tĕpĭdūmquĕ crŭōrēm Sūscĭpĭūnt pătĕris. Cāndĭdă pūnĭcĕō pērfūndit mēmbră crŭōrĕ. V. *Sanguis.*

crūră, à crūs, crūris. *ēt crūrūm tĕnŭs ā mēntō pălĕārĭă pēndēnt*, Virg. Geo. 3, 53. EPITH. Cāndĭdă, tārdă, mōllĭă, pinguĭă. VERS. āltăquĕ jăctăt, Vūlnĕris impătĭēns, ārrēctō pēctŏrĕ crūră. ictŭs ĕrăt quā crūs ēsse incipit, ēt quā Mōllĭă nērvōsŭs făcit intērnōdĭă pōplĕs.

crūstă. EPITH. Cōctă, dūră, prædūră, frăgĭlĭs.

crūstŭlă.—*ingĕnĭūm nŏvă tāntūm crūstŭlă prōmit*, Hor. Sat. 2, 4, 47.

crūx, crŭcis. *Cārnĭfĭci dūrās præbŭĭt illă crŭcēs*, Ovid. SYN. Trăbs, lĭgnūm, trūncŭs, stīpĕs, ārbŏr, rōbŭr, pătĭbŭlūm. SYN. Dūră, sævă, hōrrēndă, rĭgĭdă, crŭēntă, ātră, trīstĭs, ămāră, mĭsĕră, lūrĭdă, fūnĕrĕă, fūnēstă, lūctŭōsă, ăcērbă, sălūtĭfĕră. PHR. Crŭcis lignūm. infāmis trūncŭs. Fūnēstă trăbs. Fātālĕ rōbŭr. Tēssĕră Chrīstĭădūm. Tērrŏr Ăvērni. VERS. Dignă Dĕō trăbs hōspĭtĕ, nōbĭlĕ lignūm. ōlim sūpplĭcĭūm māncĭpĭis grăvĕ: Nūnc Rēgūm căpĭti præcĭpŭūm dĕcŭs. Tūm nĕque hōnōs ĕrăt, infāmi nēc glōrĭă trūncō, Nūnc prŏpĕ nūmĕn hăbĕt. Crūx, Dŭcis æthĕrĕi vēxillum ēt fōrtĕ trŏphæūm, Rōrĕ quŏd intinxit sānguĭnis illĕ sŭī.

crȳstāllĭnŭs. *Grāndĭă tōllūntŭr crȳstāllĭnă, māxĭmă rūrsŭs*, Juv. 6, 144.

crȳstāllŭs, i. f. Crȳstāllūm, i, n. *Crȳstāllūsquĕ tŭās ōrnĕt ăquōsă mănŭs*, Prop. 4, 353. *nĭvĭbŭs crȳstāllă gĕlāntŭr*, Stat. S. 1, 12, 126. EPITH. Cāndĭdă, glăcĭālis, gĕlĭdă, lĭquĭdă, splēndēns, nĭtĭdă, pūră, clāră, lūcĭdă, splēndĭdă, Indă, eōă, mĭcāns, lūcēns, frăgĭlis.

cŭbĭcŭlārĭŭs. *Cŭbĭcŭlārio, ōstĭārio, eūnūchō*, (Scaz.)

Digitized by Google

cŭbĭcŭlŭm. *Sēd ā cŭbĭcŭlō lēctŭlōquĕ jăctătăm.* (Scaz.) Mart. 10, 30, 17. EPITH. Vāstŭm, ărcānŭm, dīvĕs, ōrnātŭm. V. *Domus.*

cŭbīlĕ, is. *Aūt quātĕr ingĕmĭnānt, ĕt sæpĕ cŭbīlĭbŭs āltīs,* Virg. Geo. 1, 411. SYN. Lēctŭs, thălămŭs, tŏrŭs, strātŭm. EPITH. cōnjŭgālĕ, mōllĕ, quĭētŭm, sōcĭŭm, ărcānŭm, plăcĭdŭm, pūrŭm, lătebrōsŭm, dūlcĕ, rōsĕŭm, plūmōsŭm, tĕnĕrŭm, ōccūltŭm, grātŭm, tĕnebrōsŭm. VERS. Ignāvō tēmpŭs tĕrĭt ōmnĕ cŭbīlī. Cūm sŭbĭt aūrĭcŏmŭs nōctūrnă cŭbīlĭă Tītān. Tĕpĭdōquĕ trăhūnt sēcūră cŭbīlī ōtĭă. V. *Lectus.*

cŭbĭtāl, *vel* cŭbĭtālĕ, is. *Fāscĭŏlās cŭbĭtāl, fōcālĭă, pōtĭŭs ŭt īllĕ,* Hor. S. 2, 3, 253.

cŭbĭtŭs, i. *Tēr sēse āttōllēns, cŭbĭtōque innīxă lĕvāvĭt,* Vir. Æn. 4, 690. EPITH. Flēxŭs, rēflēxŭs.

cŭbo, ās, ŭi, ĭtŭm. *ĕt tĭmĕt in văcŭō sōlă cŭbārĕ tŏrō,* Ovid. SYN. Jăcĕo, stērnŏr, prōstērnŏr, rĕcŭmbo, rĕcŭbo, quĭēsco, prōcŭmbo, rĕquĭēsco. PHR. Pōnĕrĕ, dēpōnĕrĕ mēmbră, cŏrpŭs. Mēmbră lŏcārĕ tŏrō. Lēctō cōmpōnĕrĕ mēmbră. Mēmbră rĕpōnĕrĕ lēctō, Prōcŭmbĕrĕ lēctō. VERS. Dēfēssăquĕ mēmbră Mārmŏrĕō rĕfĕrūnt thălămō, strātīsquĕ rĕpōnūnt. V. *Jaceo, et lectum peto.*

cŭcŭbo. *Nōctŭă lūcĭfŭgă cŭcŭbăt in tĕnĕbrīs,* Ph. SYN. Ŭlŭlo.

cŭcūllŭs. *Tēmpŏră Sāntōnĭcō vēlās ădŏpērtă cŭcūllō,* Juv. 8, 145. EPITH. Vĕnĕtŭs, Sāntŏnĭcŭs, *à populis qui eo utuntur.*

cŭcŭmis, is, *vel* cŭcŭmĕr, ĕris. *tōrtŭsquĕ pēr hērbăm Crēscĕrĕt in vēntrēm cŭcŭmĭs,* Virg. Geo. 4, 122. EPITH. Tōrtŭs, intōrtŭs, cærŭlĕŭs, līvĭdŭs, frīgĭdŭs, ăgrēstĭs.

cŭcŭrbĭtă. *Cærŭlĕŭs cŭcŭmĭs tŭmĭdōquĕ cŭcŭrbĭtă vēntrĕ,* Prop. 4, 2, 43. EPITH. Grăvĭs, prægnāns, vĭrĭdĭs, sĭlvēstrĭs, ūncă. PHR. In lātŭm dēmīssă cŭcŭrbĭtă vēntrēm. Prægnānsquĕ cŭcŭrbĭtă sērpĭt.

cūdo, is, cūdi, cūsŭm. *Mūlcĭbĕr Ætnæīs fŭlmĕn cūdēbăt in āntrīs,* M. SYN. ēxcūdo, prōcūdo. PHR. Fērrŭm ignĕ mōllĭo. Fērrŭm rĕcŏquo fōrnācĕ. VERS. Fērrŭm ēxērcēbānt vāstō Cyclōpēs in āntrō. Pŏsĭtīs incūdĭbŭs ōmnēs Tēlă nŏvānt. Cūrvæ rĭgĭdŭm fālcēs cōnflāntŭr in ēnsēm. Nēc ēnsēm immītī sævŭs dūxĕrăt ārtĕ făbĕr. Dūrŭm prōcūdĭt ărātŏr Vōmĕrĭs ŏbtūsī dēntēm. Tēlă rĕpōnūntŭr mănĭbŭs făbrĭcātă Cyclōpŭm. Flŭĭt æs rīvīs aūrīquĕ mĕtāllŭm, Vūlnĭfĭcŭsquĕ chălybs vāstā fōrnācĕ lĭquēscĭt. V. *Procudo.*

cūdo, ōnis. *Cūdōnĕ cŏmāntēs disjēcĭt crīnēs,* Sil. 15, 59. EPITH. Tūtŭs, dūrŭs, hōrrēns.

cŭi, 1. *br.* 2. *anc. vel* cui *monosyll.* à Quis. *Sēd nōrūnt cŭi sērvĭānt lĕōnēs.* (Phal.) Mart. 1, 105, 22. *Cui lūx prīmă săcrī mūnĕrĭs īstă fŭĭt,* Mart. Spect. 24, 4.

cŭīcūnquĕ, *vel* cuicūnquĕ: à Quicūnquĕ. *Mīttăt ĕt dōnĕt cŭīcūnquĕ tērră.* (Sapph.) *Cōnscĭă mēns ŭt cuicūnque ēst ĭtă cōncĭpĭt īntrā,* Ovid.

cŭīquām, *vel* cuiquām, *dissyl.* à Quisquām. *Scīs Prōteū, scīs īpsĕ, nĕque ēst tē fāllĕrĕ cuiquām,* Virg. Geo. 4, 477.

cŭīquĕ, *vel* cuiquĕ, *dissyl.*——*sŭă nōmĭnă cuiquĕ,* M. *Sīc ĕrĭt, ĕt sēdēs fŭgĭēndă, pĕtēndă cŭīquĕ,* Mant. à Quisquĕ.

cuivis. *Nōn cuivīs hŏmĭnī cōntīngĭt ădīrĕ Cŏrīnthŭm,* Hor. Ep. 1, 17, 36. à Quivis.

cūlcĭtră, *vel* cūlcĭtă. *Tērtĭă nēc văcŭō cēssārĕt cūlcĭtră lēctō,* Juv. 5, 17. SYN. Pūlvīnŭs, lēctŭlŭs. EPITH. Făcĭlĭs, pīctă, lēvĭs, plūmĕă, mōllĭs. VERS. Mōllī tŭmĕăt făcĭlĭs tĭbī cūlcĭtră plūmā.

cŭlēx, icis. *Quæ in nōstrō cŭlĭcēs, ĕt cætĕră pōnūnt,* Lucr. 3, 391. EPITH. Mălŭs, infōrmĭs, rŏtūndŭs, tĕnŭĭs, lēvĭs, ēxĭlĭs, ācrĭŭs, vŏlĭtāns, impōrtūnŭs, văgŭs, mŏlēstŭs, văgābūndŭs, mōrdāx, ēxĭgŭŭs, pārvŭs.

cŭlīnă. *Căptŭm tē nīdōrĕ sŭæ pŭtăt īllĕ cŭlīnæ,* Juv. 5, 162. EPITH. Nĭgră, pūtĭdă, ūnctă, crāssă, pinguĭs, āngūstă, fœtĭdă, fūmōsă. PHR. Călēns crēbrĭs ignĭbŭs; ipsă dăbĭt laūtās ūnctă cŭlīnă dăpēs.

cūlmĕn, inis. *Sōlăquĕ cūlmĭnĭbŭs fērālĭ cārmĭnĕ būbo,* Virg. Æn. 4, 462. SYN. Căcūmĕn, ăpĕx, vērtĕx, fāstīgĭŭm. EPITH. ărdŭŭm, āĕrĭŭm, sūblīmĕ, ūmbrōsŭm, mōntānŭm, āltŭm, sūmmŭm, cēlsŭm. V. *Cacumen.*

cūlmŭs.—*et frăgĭlī jām strīngĕrĕt hōrrĕă cūlmō,* Virg. Geo. 1, 317. SYN. Călămŭs, stĭpŭlă, ăvēnă. EPITH. Lēvĭs, Cĕrĕālĭs, ūdŭs, vĭrĭdĭs, tĕnĕr, lāctāns, flāvēns, spīcĕŭs, tĕnŭĭs, flāvŭs, flāvēscēns, crŏcĕŭs, frūgĭfĕr, vērnāns, spīcātŭs, trĭtĭcĕŭs, fērāx, fœcūndŭs, aūrĕŭs. VERS. Cānis flāvēscĭt cūlmŭs ărĭstīs. Gră



Digitized by Google

vĭdĭs prōcumbit cūlmūs ăristīs. Frūmēnta in viridi stĭpŭlā lāctāntiă tūrgēnt. Tūrgēscūnt lāctāntibŭs hōrdēă cūlmis.

cūlpă.—*Tăcĭtā sūdānt præcōrdĭă cūlpā*, Juv. 1, 67. SYN. Nōxă, dēlictūm, vĭtiūm, crimĕn, scĕlŭs, pēccātūm. EPITH. Tūrpis, tăcĭtă, sōrdĭdă, hōrrēns, ŏpērtă, lătēns, nōxiă, misĕrāndă, lĕvis. VERS. Lŭimŭs misĕrāndæ crimĭnă cūlpæ. ūt cărĕăt stĭmŭlis sōrdĭdă cūlpă sŭis. ŏpērtæ cōnsciă cūlpæ Cūnctă păvēt. V. *Crimen*, *Scelus*.

cūlpo, ās. *Rēspōndēt, laūdātūr ăb his, cūlpātūr ăb illis*, Hor. S. 1, 2, 11. SYN. āccūso, incūso, insimŭlo. V. *Accuso*.

cūltĕr, tri. *Mōrĕ sŭpērvăcŭām cūltris ăbrūmpĕrĕ cārnĕm*, Juv. 2, 166. SYN. Glădĭŭs. EPITH. ăcūtŭs, strictŭs, fūlgēns, crŭēntŭs, mĭnāx. V. *Gladius*.

cūltūră. *Dūlcis inēxpērtis cūltūră pŏtēntis ămici*, Hor. E. 1, 18, 86.

1. cūltŭs, ūs. *Cūltūs dĕcŏrōs rēgiæ vēstĭs pĕtit*. (Iamb.) SYN. ŏrnātŭs. EPITH. rēgālis, vānŭs, sōlēnnis, māgnĭfĭcŭs, rēgĭŭs, splēndĭdŭs, nĭtĭdŭs, nitēns, gēmmātŭs, mŭliebris, nōbĭlis, fēstŭs, insŏlĭtŭs, triūmphālis, insignis, ĭnānis. VERS. Strātă cŭbīliă cūltū Māgnĭfĭcō. Cūltūs gēstārĕ dĕcōrōs. Cūltūquĕ sŭpērbō Pēndēbūnt nĭvĕō gēmmātă mōnīliă cōllō. Cūltūque ōrnātă dĕcēnti. Stābăt sĭnĕ dīvĭtĕ cūltū. Nūlli cēssūră Dĕārūm ōccūrrit jŭvĕni mŭliĕr: nōn cūltŭs in illā Sēgniŏr ēffigiē, văriis nām pūrpŭră gēmmis intērtēxtă tĕgit.

2. cūltŭs. *Sērvit Rōmă Dĕō, cūltūs ēxōsă priōrēs*, Prud. SYN. Hŏnŏr, rĕvĕrēntiă. EPITH. Sūpplēx, dēbĭtŭs, mĕrĭtŭs, dignŭs, hŭmĭlis, piŭs. V. *Honor*, *Adoro*.

cŭmŭlātim. *ămbēsis dăpĭbūs cŭmŭlātim āggēstă rĕdūndānt*, P. Apoth. 727. SYN. ăcērvātim.

cŭmŭlo, ās. *Qui mălĕ cōngēstōs aūri cŭmŭlārăt ăcērvōs*, A. SYN. ăcērvo, āccŭmŭlo, āggĕro, cōngĕro, cōlligo, cōngrĕgo, cōgo, cōmpōno. PHR. Dīvĭtiās cŭmŭlārĕ cădūcās. VERS. Cōmpōnĕre ŏpēs, pĕr fāsquĕ nĕfāsquĕ. V. *Accumulo*.

cŭmŭlŭs. *insĕquĭtūr, cŭmŭlōsquĕ rŭit mălĕ pinguis ărēnæ*, Virg. Geo. 1, 105. SYN. ăcērvŭs, cōngĕriēs, strŭēs, vis, cōpiă. EPITH. ingēns, māgnŭs, nŭmĕrōsŭs, cōpiōsŭs, grāndis, nĭmĭŭs. PHR. ingēns fārris ăcērvŭs. Æris ăcērvŭs ĕt aūri. VERS. ingēntēm mistæ glŏmĕrāntūr in ōrbēm Dīvĭtiæ. V. *Acervus*.

cūnābŭlă, ōrūm. *ipsă tĭbi blāndōs fūndēnt cūnābŭlă flōrēs*, Virg. Ecl. 4, 23. SYN. incūnābŭlă, cūnæ.

cūnæ. *Cūnārūm lăbŏr ēst, āngŭēs sŭpĕrārĕ, mĕārūm*, Ov. M. 9, 67. SYN. Cūnābŭlă, incūnābŭlă. EPITH. Tĕnĕræ, tĕpĭdæ, dūlcēs, sōpōræ, sōmnĭfĕræ, mōllēs, pŭĕrīlēs, sōpōrĭfĕræ, plăcĭdæ, inērtēs, quiētæ, flēbĭlēs, primæ, lacrymōsæ. VERS. ēt sēgmēntātis dōrmissēt pārvŭlă cūnis.

‖ cūnctāmĕn, inis. SYN. Mŏră.

cūnctŏr, āris. *Cūnctāris ănĭmō, sŭbĭtŭs ăn vūltŭs grăvăt*, (Iamb.) SYN. Mŏrŏr, hærĕo, sŭbsisto. V. *Moror*.

cūnctŭs, ă, ūm. *Cūnctă tērrārūm sŭbāctă*, Hor. C. 2, 1, 23. SYN. ōmnis, tōtŭs.

cŭnĕŭs. *Nām primi cŭnĕis scindēbānt fissĭlĕ lignūm*, Virg. G. 1, 144. EPITH. Fērrĕŭs, lignĕŭs. V. *Findo*, *et Exercitus*.

cŭnicŭlŭs. *Gaūdēt in ēffōssis hăbĭtārĕ cŭnicŭlŭs āntris*.

*Cuniculi Militaris Descriptio.*

> Ac velut occultus securum prodit in hostem
> Miles, et effossi subter fundamina campi
> Transilit inclusos arcano limite muros;
> Turbaque deceptas victrix erumpit in arces. *Claud.* 2. *de Rapt.*

cŭpēdiă, ōrūm. *Mĕliūs dīcis, nĭhil mŏrŏr cŭpēdiă*. (Iamb.)

Cŭpidinĕŭs. *Mōllĕ, Cŭpidinĕis nĕc inēxpūgnābĭlĕ tēlis*, Ov. Tr. 4, 10, 65.

1. Cŭpido, inis, hic. *ōtiă si tōllās, pĕriērĕ Cŭpidinis ărtēs*, Ovid. *Amoris Deus, Veneris filius. Duplicem fingunt Poëtæ: Unum Jovis ac Veneris filium: alterum Erebi et Noctis: Illum honestum, hunc turpem. Exhibetur ut puer, nudus, cæcus, seu oculos vittâ velatos habens; instructus alis, pharetrâ, arcu, telisque armatus, et face. Cum Venere colebatur in insulâ Cypro.* EPITH.

Digitized by Google

Cæcŭs, nūdŭs, ālātŭs, ālĭgĕr, ărcĭtĕnēns, săgittĭfĕr, phărĕtrātŭs, præpĕs, vŏlŭcĕr, pēnnĭgĕr, vĕnŭstŭs, fōrmōsŭs, blāndŭs, ŏbscœnŭs, lāscīvŭs, impūrŭs, flāmmĭgĕr, lĕvĭs, vēlōx, crūdēlĭs, aūdāx, ignĭfĕr, pūlchĕr, văgŭs, vēsānŭs, trūx, insĭdĭōsŭs, sūbdŏlŭs, fērvĭdŭs, sōrdĭdŭs, dūlcĭs, immĭtĭs, impĭgĕr, căllĭdŭs, imprŏbŭs, ătrōx, sævŭs, pēnnātŭs, cūltŭs, ārmĭgĕr, dīrŭs, fĕrōx, fĕrŭs; Păphĭŭs, Īdălĭŭs, *à Papho et Idalio, urbibus Cypri, ubi colebatur;* Gnĭdĭŭs, *à Gnido, urbe Cariæ;* Cўthĕrēĭŭs, *à Cytherâ urbe, vel à Venere matre.* PHR. Pŭĕr, Īdălĭŭs, Păphĭŭs, Cўthĕrēŭs. Cўthĕrēĭă prōlēs. Vĕnĕrĭs nātŭs, ālmæ Prōgĕnĭēs Vĕnĕrĭs. Dĕŭs phărĕtrātŭs, præpĕs. Flāmmĭs ārmātŭs ĕt ārcū. Sūccēndēns pēctŭs ămōrĕ. Splēndĭdŭs ōrĕ Cŭpīdo. VERS. Quēm mălŭs ēxăgĭtăt nōctēsquĕ dĭēsquĕ Cŭpīdo. V. *Venus, et Amore incendo.*

2. cŭpīdo, ĭnĭs, hæc.——*prædæ tām cæcă cŭpīdo ēst,* Ovid. SYN. Cŭpĭdĭtās, ārdŏr, lĭbīdo, dēsīdĕrĭūm, ămŏr. EPITH. Vĭgĭl, ăvĭdă, cæcă, mĭsĕră, jējūnă, fŭrĭōsă, imprŏbă, ĭnŏps, dīră, scĕlĕrātă, mălĕsānă, insānă, nĕfāndă, tūrpĭs, prōnă, immŏdĕrātă, vĕhĕmēns, ingēns, vĭŏlēntă, pērvĭgĭl, insŏmnĭs, ēffrænātă, indŏmĭtă, sōllĭcĭtă, ānxĭă, inēxplēbĭlĭs, inēxplētă. PHR. ēxăgĭtāns ănĭmūm, ŏpūm fŭrĭōsă cŭpīdo. Laūdūm immēnsă cŭpīdo. VERS. Nēc tĭbĭ rēgnāndī vĕnĭăt tām dīră cŭpīdo. Quŏd sī tāntŭs ămŏr mēntī, sī tāntă cŭpīdo ēst. Quæ lūcĭs mĭsĕrĭs tām dīră cŭpīdo? Fērvĕt ăvārĭtĭă, mĭsĕrāquĕ cŭpīdĭnĕ pēctŭs. V. *Desiderium, Amor.*

cŭpĭdŭs, ă, um. *ītĕ prŏcŭl, cŭpĭdĭs vūlnĕră fērtĕ vĭrĭs,* Tib. 1, 1, 36. SYN. ăvĭdŭs, ămāns, āppĕtēns.

cŭpĭo, ĭs, ĭvi, *vel* ĭi, ĭtūm.—*Trōjă cŭpĭĕrĕ rĕlĭctă,* Virg. Æn. 2, 108. SYN. Vŏlo, ŏpto, ēxŏpto, dēsīdĕro, āppĕto, ăvĕo. V. *Desidero.*

cŭpītŭs, ă, ūm.——*vīsāmquĕ cŭpĭt, pŏtĭtūrquĕ cŭpītă,* Ov. F. 3, 21. SYN. ŏptātŭs, ēxŏptātŭs, quæsītŭs.

cŭprēssĭnŭs.——*Jŭvĕnēs, pāssĭsquĕ cŭprēssĭnă quōrūm,* P.

cŭprēssŭs, i, et ūs.——*tŭmŭlōs lēctūră, cŭprēssŭs,* Cl. *Arbor funesta, quæ cariem non sentit, sed cujus rami excisi renascuntur. Hinc olim ante mortuorum domos et tumulos collocabatur.* SYN Cўpărĭssŭs, sēpūlchrālĭs ārbŏr. EPITH. Mœstă, fūnĕrĕă, ŏdōrātă, trīstĭs, fūnēstă, flēbĭlĭs, infaūstă, infēlix, Stўgĭă, fūnĕbrĭs, vĭrēns, vĭrĭdāns, frōndōsă, ūmbrĭfĕră, dēnsă, āltă, pătŭlă, prōcēră, cēlsă, ēxcēlsă, Īdæă, *ab Idâ monte cupressis celebrato,* ārdŭă, āĕrĭă, sūblīmĭs, lūgŭbrĭs, lăcrўmābĭlĭs, sēpūlchrālĭs, dēplōrātă. VERS. Nōn plēbēĭōs lūctūs tēstātă cŭprēssŭs. Fūnĕrĭs āră mĭhī fĕrālī cīnctă cŭprēssū. illæsă cŭprēssŭs brūmă.

cūr. *Cūr nōn ipsă vĕnĭt? cūr hæc cērtāmĭnă vītăt?* Ovid.

cūră. *ō cūrās hŏmĭnūm, ō quāntūm ēst in rēbŭs ĭnānĕ!* Pers. 1, 1. SYN. Sōllĭcĭtūdo, ānxĭĕtās. EPITH. Trīstĭs, insŏmnĭs, mŏlēstă, sēdŭlă, dĭlĭgēns, ĕdāx, vĭtĭōsă, ātră, sēquāx, păvĭdă, ăcērbă, ācrĭs, vĭgĭlāns, grăvĭs, lōngă, ămāră, lānguĭdă, mĕmŏr, dāmnōsă, āttŏnĭtă, mœstă, ægră, ăvāră, ārcānă, infāndă, dĕsĕs, sōllĭcĭtă, pērvĭgĭl, tūrpĭs, irrĕquĭētă, pāllēns, pāllĭdă, ūrgēns, implăcĭdă, fūnēstă, sĕvēră, flăgrāns, ānxĭă, ĭnīquă, tĕtrĭcă, prĕmēns, tūrbĭdă, ingrātă, nŏxĭă, pērnĭcĭōsă, tăcĭtă, nŏcēns, rŏdēns, crŭcĭāns, dīră, impōrtūnă. PHR. Cūrārūm stĭmŭlŭs. āspĕr cūrārūm mōrsŭs. Stĭmŭlāns præcōrdĭă. Pēctŏră dīscrŭcĭāns. Sōllĭcĭtāns ănĭmūm. Mēntēm tūrbāns. Sōllĭcĭtō lătĭtāns in pēctŏrĕ. VERS. Sōmnŏs ābrūmpĭt cūră sălūbrēs. Nēc plăcĭdām mēmbrĭs dăt cūră quĭētēm. Dūm curæ ămbĭgŭæ dūm spēs incērtă fŭtūrī. Cūrĭsque ingēntĭbŭs ægĕr. Spēm vūltū sĭmŭlăt. ēxtĕnŭānt vĭgĭlēs cōrpŭs mĭsĕrābĭlĕ curæ. Mœstās cūră mēdūllās ēxēdĭt, *vel* cŏquĭt.

*curâ angor.* SYN. Cūrĭs cōnsūmŏr, vēxŏr, crŭcĭŏr, ăgĭtŏr, flūctŭo, tōrquĕŏr, ūrgĕŏr. PHR. Vērsārĕ grăvēs sūb pēctŏrĕ cūrās. Vărĭă cūrārūm mōlĕ grăvārī, prĕmī, ŏpprĭmī, ŏbrŭī. Cūrĭs mōrdācĭbŭs ăngī. ācrĭŏr īllūm Cūră dŏmăt, tōrquĕt, prĕmĭt, vēxăt, crŭcĭăt, dīscrŭcĭăt, mōrdĕt. Cūrām sūb cōrdĕ prĕmĭt. VERS. Tūm vēro in cūrās ănĭmŭs dīdūcĭtŭr ōmnēs. ārdēntēm cūræque īræquĕ cŏquēbānt. Vărĭō nēquĭcquām flūctŭăt æstū. Dīvērsæquĕ vŏcānt ănĭmūm in cōntrārĭă curæ. Māgnō cūrārūm flūctŭăt æstū, ātque ănĭmūm nūnc hūc cĕlĕrēm, nūnc dīvĭdĭt īllūc; in pārtēsquĕ răpĭt vărĭās, pērque ōmnĭă vērsăt. Hinc rĕquĭēs ănĭmō nōn dătŭr ūllă mĕō. Cāsū cōncūssŭs ăcērbō Nūnc hūc ingēntēs, nūnc īllūc pēctŏrĕ cūrās Mūtābăt vērsāns. Mūltĭplĭcēs ănĭmō vŏlvēbăt ĭnūcĭă cūrās. Nēc căpĭtūr sūmmō mōrdācĭbŭs ēxcĭtă cūrĭs. Sēmpĕr ĕt in cūrĭs cōnsūmĭt ĭnānĭbŭs ævūm.



Digitized by Google

*curâ eximor.* PHR. Cūrās pōno, dēpōno, dimitto, ābjĭcĭo, pēllo, ēxpēllo, rēsŏlvo. Cūris finēm impōno. Sŏlvo ănĭmŭm cūris. Tristēs ănĭmō cūrās dēpōnĕrĕ, prōpēllĕrĕ. Dictis cūrās āvērtĕrĕ, dēmĕrĕ. VERS. Mitte hānc dē pēctŏrĕ cūrăm. Sōmnō Lăxābānt cūrās ĕt cōrda ŏblită lăbōrŭm. His dictis cūræ ēmōtæ pūlsūsquĕ părŭmpĕr Cōrdĕ dŏlŏr tristi. Sŏlvĭtĕ cōrdĕ mĕtŭm, Teŭcri, sēclūdĭtĕ cūrās. Itĕ prŏcŭl, dūrŭm cūræ gĕnŭs, itĕ, lăbōrēs. Tūrpēs discēdĭtĕ cūræ. Cūrisque ēxūtă mălignis Pēctŏră.

cūrābĭlis. *ista ădĕrām cōrpŭsquĕ vĭdēns cūrābĭlĕ vēni*, M. SYN. Sānābĭlis. PHR. Cui mĕdēlă pŏtēst āffērri.

cūrātŏr, ōris. *Cūrātŏris ĕgĕt, qui nāvēm mĕrcĭbŭs implĕt.* Juv. 14, 283.

Cŭrēs, ĭŭm.—*Tătĭōquĕ sĕni, Cŭrĭbŭsquĕ sĕvĕris*, Virg. Æn. 8, 638. Quirites *et* Sabini. *Populi, aliter Sabini dicti, quorum Rex Tatius cum Romulo fœdus iniit, ut unus ex Curibus Romanisque populus fieret.*

Cŭrētĕs. V. *Creta.*

Cŭrĭŭs. *Nobilis Romanus victoriis et paupertate voluntariâ illustris.* EPITH. Paŭpĕr, pūgnāx, gĕnĕrōsŭs, fŏrtis, illūstris. VERS. Paŭpĕr ĕrăt Cŭrĭŭs, rēgēs cūm vincĕrĕt ārmis.

cūrĭă. *Cūrĭă paŭpĕrĭbŭs claūsa ĕst, dăt cēnsŭs hŏnōrēs*, Ov. Am. 3, 8, 55.

cūrĭōsĭtās, ātis. *isthæc jŭvēntæ dāmnă cūrĭōsĭtās.* (Iamb.)

cūrĭōsŭs. *ŭt ipsĕ nōsti cūrĭōsŭs*, Hor. Ep. 18, 25.

cūro, ās. *Tū rēctĕ vīvis, si cūrās ēssĕ quŏd aūdis*, Hor. E. 1, 16, 17. SYN. Lăbōro, stŭdĕo, *vel* mĕdĕŏr, sāno. V. *Cura.*

cūrrĭcŭlŭm. *Cūrrĭcŭlō grăvis ēst făctă rŭină mĕō*, Ov. Tr. 4, 8, 36. SYN. Cūrsŭs, *vel* spătĭŭm, spătĭă.

cūrro, cŭcūrri, cūrsŭm. *Hæc mĕă pĕr plăcĭdās cymbă cŭcūrrit ăquās*, Ovid. SYN. Fēstino, prŏpĕro, vŏlo, ādvŏlo, fŭgio. PHR. Răpĭdō cūrsū fĕrŏr, cōntēndo, răpĭŏr, tōllŏr. VERS. Pāssibŭs aŭfērtŭr răpĭdis. Cūrsū fēstīnŭs ănhēlō ādvŏlăt. Cūrsū pērnix ăd littŏră tēndit. āĕrĭi cūrsū pĕtit ārdŭă mōntis. Fŭgit ōcyŏr aūrā. Cūrsū trānsmittĕrĕ cāmpŭm. Cūrsūquĕ pĕdŭm prævērtĕrĕ vēntōs. Mōx sēse ăd littŏră præcēps cūm flētū tŭlit. Sŭbĭtō cōllēm cōnscēndĕrĕ cūrsū. Cūrsĭbŭs aūrās prōvŏcăt. Cūrsū vŏlŭcrēs sŭpĕrăt. Pērnicĭbŭs ignĕă plāntis Trānsit ĕquūm cūrsū. Nūnc hūc, nūnc illūc, ĕt ŭtrōquĕ sine ōrdĭnĕ cūrro. Văriōs itĕrăt, init, *vel* rĕnŏvăt cūrsūs. V. *Festino.*

cūrrŭs, ūs. *Aŭt cūm sŭpērbō victŏr in cūrrū stĕtit.* (Iamb.) SYN. Plaūstrŭm, āxis, tēmō, rŏtă, *partes pro toto sæpius usurpatæ.* EPITH. Præcēps, vŏlŭcĕr, răpāx, cĭtātŭs, cĭtŭs, ālēs, sŏnāns, vŏlāns, quādrĭjŭgŭs, cĕlĕr, cōncĭtŭs, prŏpĕrŭs, sŭbĭtŭs, insignis, triūmphālis, ŏvāns, pictŭs, aūrātŭs. VERS. Quādrĭjŭgō vĕhitŭr cūrrū. ĕquis cūrrūquĕ sŭpērbō fērtŭr. Grăvibŭs jŭgă dūcĕrĕ plaūstris. Sāltūquĕ sŭpērbŭs ēmicăt in cūrrum, ĕt mănĭbŭs mōlitŭr hăbēnās. Jūngit ĕquōs răpĭdisquĕ rŏtis insistit. Vŏlăt vi fērvĭdŭs āxis. Cœlōque invēctŭs ăpērtō Flēctit ĕquōs, cūrrūquĕ vŏlāns dăt lōră sĕcūndō. Jūngit ĕquōs cūrrū gĕnĭtŏr, spūmāntĭăque ăddit Frænă fĕris; mănĭbūsque ōmnēs ēffūndit hăbēnās. Hæc nōstrō signābĭtŭr ārĕă cūrrū. Cūrrŭs ăgitārĕ vŏlāntĕs. Vērsānt ăgĭlēs in pūlvĕrĕ cūrrūs. Cēntŭm quādrĭjŭgōs ăgĭtābo ăd flūmĭnă cūrrūs. ōccŭpăt illĕ lĕvēm jŭvĕnili cōrpŏrĕ cūrrŭm.

*Currus Solis.* EPITH. ignĭfĕr, flāmmĭgĕr, aūrĕŭs, ignĭvŏmŭs, flāmmĭvŏmŭs.

cūrsĭto, ās.——*vĕlŭti sŭccinctŭs cūrsĭtăt hŏspĕs*, Hor. Sat. 2, 6, 107. PHR. Văriōs cūrsūs itĕro, rĕnŏvo, inĕo.

cūrsŭs, ūs. *Vēntōs sĕquāntŭr, cūrsĭbŭs mōtæ cĭtis.* (Iamb.) EPITH. Răpĭdŭs, præcēps, cĕlĕr, sŭbĭtŭs, dēclīvis, văgŭs, ēffrænŭs, vivāx, cōncĭtŭs, fŭriōsŭs, ēffrænātŭs, ănhēlŭs, vŏlŭcĕr, prŏpĕrŭs, cĭtātŭs, pērnix, fūlmĭnĕŭs, præpĕs, ăvĭdŭs, ăgĭlis, ălăcĕr, ālĕs, aŭdāx, incĭtŭs, irrĕquiētŭs, ārdēns, ēffūsŭs, vēlōx, āmēns, prærăpĭdŭs, rĕpēntinŭs, vŏlāns, ālĭgĕr, fŭgāx. V. *Curro.*

Cūrtĭŭs. *Nobilis adolescens, Romanus, qui se in abyssum medio in foro patefactum dejecit libens, ut ex Oraculi monitu Deos manes patriæ iratos placaret.* EPITH. Rōmānŭs, nōbĭlis, ănĭmōsŭs, fŏrtis, gĕnĕrōsŭs, clārŭs, illūstris. PHR. Prō patria infērnās qui sē dēvŏvit ăd ārās. VERS. Mŏritūrŭs lūmĭnă cœlō ērēxit, tēmplūmquĕ Jŏvis, quŏd præsĭdĕt ārci, Sŭspĭciēns, tēndēnsquĕ mănŭs sūrsum ātquĕ dēōrsŭm, ātque ōmnēs sŭpĕrōsquĕ Dĕōs Mānēsquĕ prĕcātŭs, ăd quōs tēndēbăt, vălĭdūm cālcārĭbŭs ūltrō ūrgĕt ĕquūm, bărăthrōquĕ vŏlēns infērtŭr ăpērtō: Fit strĕpĭtŭs, cŏĕūnt ripæ ĕt jūngūntŭr in ūnūm.

**cŭrvāmĕn**, ĭnis. *Sectŭs in ŏbliquum ĕst lātō cŭrvāmĭnĕ līmes*, Ov. M. 2, 130. SYN. Flĕxŭs, sinŭs, cŭrvātūră.

**cŭrvātūră.** *Cŭrvātūră rŏtæ rădiōrum ărgĕntĕŭs ŏrdo*, Ov. M. 2, 108. Cŭrvāmĕn, flĕxŭs, ŏrbis.

**cŭrūlis**, is. *Prætŏr ădĕst, văcŭæquĕ lŏcō cĕssērĕ cŭrūlĕs*, Lucan. 3, 107.

**cŭrvo.** *Pōrtŭs ăb Eōō flŭctū cŭrvātŭr in ārcŭm*, Virg. Æn. 3, 533. SYN. Incŭrvo, flecto, inflĕcto, sinŭo, inclīno, rĕcŭrvo, cămĕro, tŏrquĕo, intŏrquĕo. VERS. Măgnā vi flĕxă dŏmātŭr in būrim, ĕt cŭrvi fōrmam ăccipit ŭlmŭs ărātri.

**cŭrvŭs.** *Intĕrit, ĕt cŭrvis frūstrā dĕfēnsă lătĕbris*, Virg. G. 3, 544. SYN. Cŭrvātŭs, inflĕxŭs, rĕcŭrvŭs, sinŭātŭs.

**cŭspis**, ĭdis. *ăt sibi dăt clўpĕŭm, dăt ăcūtæ cŭspĭdĕ hăstăm*, Ov. M. 6, 78. SYN. Spĭcŭlŭm, tēlŭm, fĕrrŭm, hăstă, mūcro. EPITH. aŭrātă, vŭlnĭfĭcă, ærātă, aŭrĕă, fĕră, sævă, dīră, fŭlgĕns, infēstă, vălĭdă, vĭŏlēntă, rigĕns, ăhēnă, trĕmēndă. V. *Hasta.*

**cŭstōdĭă.** *Sūnt quibŭs ăd pōrtās cĕcĭdit cŭstōdĭă sōrti*, Virg. Geo. 4, 165. SYN. SYN. Excŭbiæ, vigiliæ, præsidiŭm, *vel* tūtēlă, *vel* cărcĕr. V. *Carcer.* EPITH. Vigil, pĕrvigil, sōlĕrs, dūră, ărmātă, ărmĭgĕră, sēdŭlă, āttēntă, insōmnis, irrĕquiētă, fidă, fidēlis, văgă, nŏctūrnă.

**cŭstōdio**, is, ivi, itŭm. *Cŭstōdĭte ănimās, ĕt nūlli crēdĭtĕ mēnsæ*, Juv. 6, 629. SYN. Sĕrvo, āssĕrvo, tŭĕŏr. VERS. Lēctō pōrtās cŭstōdĕ tŭēri. Vigil sĕrvăt cŭstōdĭă mūrōs. ōmnēmque ădĭtŭm cŭstōdĕ cŏrŏnănt. Cōmmūni pōrtăm stătiōnĕ tĕnēbănt. Quibŭs ăd pōrtăm cĕcĭdit cŭstōdĭă. V. *Vigilo.*

**cŭstōdītŭs.** *Mūgĭit ĕt Căci spēm cŭstōdītă fĕfēllit*, Virg. Æn. 8, 281. SYN. Sĕrvātŭs, āssĕrvātŭs, *vel* dēfēnsŭs.

**cŭstŏs**, ōdis. *Păllădĭŭm cæsis sŭmmæ cŭstōdĭbŭs ărcis*, Virg. Æn. 166. EPITH. Vigil, vigilāns, sēdŭlŭs, ănxiŭs, insōmnis, irrĕquiētŭs, fidēlis, āttēntŭs, nŏctūrnŭs, sōlĕrs, ărmĭgĕr, ărmātŭs, sōlĭcĭtŭs, pĕrvigil. PHR. Vigilāns in līmĭnĕ. Fīdŭsquĕ ăd līmĭnă cŭstŏs. VERS. Pŏstĭbŭs ăngŭstis ĕădĕm fidissĭmă cŭstŏs āntĕ fŏrēs stăbăt. Fīdō sŭb cŭstōdĕ rĕliquit.

**cŭtis**, is. *Vix hăbĕō tĕnŭĕm, quæ tĕgăt ŏssă, cŭtĕm*, Ov. Tr. 4, 6, 42. SYN. Pēllis. EPITH. Tĕnĕră, tĕnēllă, lăctĕă, tĕnŭis, cāndĭdă, ărĭdă, clāră, mōllis, dūră, pilōsă, hirtă, hirsūtă, rūgōsă, căllōsă, fūcātă.

**cŭtīcŭlă.** *Nōstră bibăt vērnŭm cŏntrăctă cŭtīcŭlă sōlĕm*, Juv. 11, 203. V. *Cutis.*

**Cўănē**, ēs. *inter Sicĕlĭdās Cўănē pŭlchērrĭmă Nўmphās*, Ov. Met. 9, 412. *Nympha Siciliæ, in fontem mutata, dum Proserpina à Plutone raperetur.*

**Cўănĕæ.** *Cўănĕās cĕrtŭs Scўthĭcō cŏncŭrrĕrĕ pōntō*, Val. 1, 60. *Insulæ, seu potiùs scopuli, ad ostium Ponti Euxini.* SYN. Sўmplēgădĕs. EPITH. instăbĭlĕs, pătŭlæ, ĕrrāntĕs, præcĭpĭtĕs, fŭrēntĕs.

**Cўănĕē.** *Nympha Meandri, Phrygii fluminis, filia*, Ov. 9, Met.

**Cўănŭs**, i. f. EPITH. Cœrŭlĕă, clāră, micāns. V. *Gemma.*

**cўăthŭs.** *in Priămi cўăthis, Ăstўănāctă bibēs*, Mart. 8, 6, 16. SYN. Călix, crātĕr, pătĕră, scўphŭs, pōcŭlŭm. EPITH. Cōmmŏdŭs, căpāx, ūtĭlis. V. *Patera, Poculum.*

**Cўbĕlē**, ēs. *ĕt Cўbĕlēs pictō stăt Cŏrўbāntĕ thŏlŭs*, Mart. 1, 71. *Saturni uxor, Cœli ac Terræ filia, quam matrem Deorum adpellârunt Poëtæ; aliis nominibus, Rhea, Ops, Vesta. Pro terrâ sæpius accipitur; fingitur curru à leonibus tracto invecta: turribus et castellis, instar coronæ, præcincta.* SYN. Rhĕă, Ŏps, Vēstă, Dindўmĕnē, *à Dindymo monte Phrygiæ, ubi colebatur.* EPITH. Tŭrrītă, tŭrrĭgĕră, Phrўgĭă, vĕnĕrāndă, tōrvă, grāndævă, Idæă, fœcŭndă, ālmă, priscă, āntīquă, vĕnĕrābĭlis, pŏtēns. PHR. Cўbĕlēĭă mātĕr. Sātŭrnĭă cŏnjūx, Bĕrĕcўnthĭă mātĕr, *à Berecyntho Phrygiæ monte.* Dĕōrŭm mātĕr, părēns, gĕnĭtrix. Idæă părēns, *ab Idâ monte Phrygiæ.* Măgnă Dĕŭm, *vel* Dĕōrŭm mātĕr. ālmă părēns Idæă Dĕŭm, cui Dindўmă cōrdi. Tŭrrĭgĕră căpŭt ēxōrnātă cŏrōnă. VERS. invĕhitŭr cŭrrū, Phrўgiās tŭrrītă pĕr ūrbēs Lætă Dĕŭm pārtū, cĕntŭm cŏmplēxă nĕpōtēs.

**Cўbĕlēĭŭs.** *Dēntĕ prĕmūnt dŏmĭtō Cўbĕlēĭă frænă lĕōnĕs*, Ov. M. 10, 704. SYN. Bĕrĕcўnthĭŭs.

**cўclăs**, ădis. *Hæc nūnc aŭrātā cўclădĕ vĕrrit hŭmŭm*, P. 4, 7, 40. EPITH. Lŏngă, dĕcōră, pŭrpŭrĕă, aŭrātă.

**Cyclōpĕs**, ŭm. *Fĕrrŭm ĕxĕrcēbānt văstō Cўclōpĕs in āntrō*, Virg. Æn. 8, 424. *Ăntĭphătæ mōrēs, immānsuētīquĕ Cўclōpis*, Ov. M. 4, 249. *Gigantes in Siciliâ,*

Digitized by Google

*juxta montem Ætnam, uno in fronte oculo. Hos Vulcani ministros vocant Poetæ. Ætnæi frātrēs; quorum præcipui sunt,* Brŏntēs, Stĕrŏpēs, Pȳrăcmŏn. EPITH. Ætnæi, Sĭcŭli, gĭgāntæi, īnfāndī, vāsti, ăgrēstēs, ærĭsŏni, răbĭdī, pōrtēntōsi, crŭēnti, sānguĭnĕī, fĕrōcēs, lăcērtōsi, nigri, īmmānēs, hōrrēndī, tērrĭbĭlēs, ănhēlāntēs, lăssi, nūdī, pŏtēntēs, crūdēlēs, trŭcēs, bărbări, trŭcŭlēnti, tŭrrĭgĕni, ātri, fulvi, ignĭti, flāmmĕī, sŭpērbī. PHR. Vŭlcāni cŏmĭtēs. Cœlō căpĭtă āltă fĕrēntēs. Ærĭsŏni Vŭlcāni cŏmĭtēs. VERS. Ærĭfĕræ cŏmĭtūm cŏncrĕpŭērĕ mănŭs.

Cyclōpēŭs, ă, ŭm. *āccēstīs scŏpŭlōs, vōs ēt Cyclōpĕă sāxă,* Virg. Æn. 1, 205.

cȳcnēŭs, ă, ŭm. *Bāttūrē cȳcnēās rĕpĕtāmŭs cārmĭnĕ vōcēs,* Clem.

cycnŭs, *vel* cygnŭs, ī. *Cārmĭnă jām mōrĭēns cănĭt ēxĕquĭālĭă cȳgnŭs,* Ovid. Met. 14, 430. *Dōnātūră cȳcni, si lĭbĕāt, sŏnŭm,* (Asclep.) SYN. Ŏlŏr. EPITH. Cāndĭdŭs, ālbŭs, nĭvĕŭs, raūcŭs, flūmĭnĕŭs, mōllĭs, nĭtēns, văgŭs, blāndŭs, Īdălĭŭs, *à Venere, cui sacer,* mĭtĭs, dŭlcĭs, cănōrŭs, sŏnōrŭs, flŭvĭālĭs, ăquōsŭs, pălūstrĭs, īmbēllĭs, păvĭdŭs, āmnĭcŏlă, sēgnĭs, tārdŭs. PHR. Cāȳstrĭŭs ālēs. Mæāndri incŏlă, *à Caystro Lydiæ, et Meandro Phrygiæ fluviis; ubi frequentes cygni.* Flūmĭnă cȳgnŭs ămāns. Cāntātŏr fūnĕrĭs īpsĕ sŭī. Cārmĭnă qui mŏrĭēns cănĭt ēxĕquĭālĭă. Cāndēnti cōrpŏrĕ cȳcnŭs. Nĭvĕĭs ărgēntĕŭs ālĭs. VERS. Dāt sŏnĭtūm raūcŭs pēr stāgnă lŏquācĭă cȳcnŭs. ūtquĕ jăcēns rīpā dēflērĕ Cāȳstrĭŭs ālēs Dīcĭtŭr ōrĕ sŭām dēfĭcĭēntĕ nĕcēm. Cȳgnŭs, in aŭgŭrĭīs, naūtīs grātĭssĭmŭs ālēs. Āt cȳgnūs lĭquĭdīs pēr prātă rĕcēntĭă rĭvĭs, Rĭpārūmquĕ tŏrōs, nĭvĕĭs ărgēntĕŭs ālĭs, Rīmātūr rōstrō lătĭcēs ēt ămœnă cănōrōs ēmĭttĭt pēr cōllă mŏdōs, aūt rēmĭgĕ pēnnā āltērnātquĕ chŏrōs, ēt cāntū nūbĭlă plaūdĭt. Quālĭs ŭbi ēx āltō nōtĭs Mæāndrĭă rīpĭs, pērspēxĭt vădă, seū plăcĭdi stāgna āmplă Cāȳstri: Præcĭpĭtēm sēsē cāndēnti cōrpŏrĕ cȳgnŭs Mīttĭt ăgēns, jāmque īmplūmĭs sēgnĭsquĕ vĭdētŭr īpsĕ sĭbī, dōnĕc tāndēm pŏtĭātŭr ămātĭs vĭctŏr ăquĭs.

cȳlindrŭs. *ārĕă cūm prīmīs ĭngēnti æquāndă cȳlīndrō,* Virg. Geo. 1, 178. EPITH. Tĕrēs, lōngŭs.

Cȳllēnē, ēs. VERS. Vōbĭs Mērcŭrĭŭs pătēr ēst, quēm cāndĭdă Mājă Cȳllēnēs gĕlĭdō cōncēptūm vērtĭcĕ fūdĭt. *Virg.*

Cȳllēnĭŭs. *Hīc prīmūm părĭbŭs nĭtēns Cȳllēnĭŭs ālīs,* Virg. Æn. 4, 252. V. *Mercurius.*

cȳmbă. *ēt fērrūgĭnĕā sŭbvēctăt cōrpŏră cȳmbā,* Virg. Æn. 6, 303. SYN. Nāvĭcŭlă, lēmbŭs, phăsēlŭs, lĭntĕr, nāvĭgĭūm, scăphă. EPITH. ădūncă, cĕlĕr, cōncăvă, căpāx, īnstăbĭlĭs, căvă, frăgĭlĭs, nătāns, cūrvă, fŭgāx, flŭvĭālĭs, ēxĭgŭă, naūfrăgă, āncēps, pārvă, vēlĭvŏlă, cĭtă, sŭbĭtă; æquŏrĕă, āngūstă, prŏpĕră, ērrātĭcă, căpāx. VERS. Nōn ĭtă præcĭpĭtēs ăgĭtāntŭr ĭn æquŏrĕ cȳmbæ. Mēquĕ lĕvĭs māgnō gūrgĭtĕ cȳmbă vĕhĭt. Dīrĭgĕ flūctĭvăgām vēntōsă pēr æquŏră cȳmbām. V. *Navis.*

cȳmbălūm. *Tīnnītūsquĕ cĭē, Mātrĭs quătĕ cȳmbălă cīrcūm,* Virg. Geo. 4, 64. EPITH. Cōncăvūm, Cŏrȳbāntĭūm, Īdæūm, Bĕrĕcȳnthĭūm, *à Corybantibus, Idæ, et Berecynthi, montium Phrygiæ, accolis.* Ærĕūm, sŏnōrūm, tīnnĭēns. PHR. Phrȳgĭæ Bĕrĕcȳnthĭă cȳmbălă mātrĭs. Raūcōs fūndēns sŏnōs. Cȳmbălă pūlsārĕ, tūndĕrĕ, fĕrīrĕ. VERS. Tūndĕt ăd Īdæōs cȳmbălă raūcă sŏnōs. ēt căvă cȳmbălă pūlsānt.

cȳmbĭūm. *Īnfĕrĭmŭs tēmplō spūmāntĭă cȳmbĭă lāctĕ,* Virg. 3, 66. V. *Poculum.*

Cȳmŏdŏcē, ēs, *vel* Cȳmŏdŏcēă, æ. *Quārŭm quæ fāndi dōctĭssĭmă Cȳmŏdŏcēă,* Virg. Æn. 10, 225.

Cȳmŏthŏē. *Cȳmŏthŏē sĭmŭl, ēt Trītōn ădnīxŭs ăcūtō,* Virg. Æn. 1, 148. V. *Nympha.*

Cȳnĭcŭs. *ēt qui nēc Cȳnĭcōs, nēc Stōĭcă dōgmătă lēgĭt,* Juv. 13, 121.

Cȳnŏsūră. *ēssĕ dŭās Ārctōs quārŭm Cȳnŏsūră pĕtātŭr,* Ov. F. 3, 107. V. *Arctos.*

Cȳnthĭă.——— *ārcānæ mŏdĕrātrīx Cȳnthĭă nōctĭs.* V. *Diana, Luna.*

Cȳnthĭŭs.———*Trōsquĕ părēns ēt Trōjæ Cȳnthĭŭs aūctŏr,* Virg. Geo. 3, 36. V. *Apollo, Sol.*

Cȳnthŭs, ī. *Deli insulæ mons.* EPITH. āltŭs, āĕrĭŭs, Āpōllĭnĕŭs.

cȳpărissŭs, ī. f. *āĕrĭæ frūctūs, aūt cōnĭfĕræ cȳpărīssi,* Virg. Æn. 3, 680. V. *Cupressus.*

Cȳpărissŭs, ī. m.

‖ cȳpărissĭnŭs. SYN. Cyprēssĭnŭs, cuprēssĭnŭs.

Cўpărissĭfĕr, ă, ŭm. *Quāntūm nōn cўpărissĭfĕr Lўcēūs.* (Phal.) Sid. Carm. 23, 417. PHR. Cuprēssĭfĕr, cuprēssōs fĕrēns.

Cўpris, ĭdis. *ō Hўmĕnææ dĕcēns, Cўprĭdĭs qui māxĭmă cūra ĕs,* Cl. *ōrbĭs hăbĕt, cūr Lūnam ălĭi, cūr Cўprĭdă quĭdăm,* M. V. *Venus.*

Cўpriŭs. *Nē Cўpriæ Tўriævĕ mērcēs,* (Dactyl.) Hor. Od. 3, 29, 60. *Nūnquām dĭmŏvĕăs, ŭt trăbĕ Cўpriă.* (Alcaic.) Hor. Od. 1, 1, 13.

Cўprŭs, i. f. *ō quæ bĕātām Dĭvă tĕnēs Cўprūm.* (Alc.) Od. 3, 26, 9. *ēmēnsŭs Cўpri scŏpŭlōs quĭbŭs ēxĭt ĭn Aūstrūm,* Lucan. 8, 461. *Insula Ciliciam inter et Syriam, Veneri sacra, ob fertilitatem et luxum.* EPITH. Fērtĭlĭs, Ĭdălĭă, *ab Idalio oppido.* Cўthĕrēĭă, *à Venere, cui dicata erat.* Nēptūnĭă, *à Neptuno, cui etiam sacra.* Cўnărēă, Cўnărēĭă, *à Cynarâ Rege Cypri.* Scŏpŭlōsă, cĭrcūmflŭă, fœcūndă, ŏpīmă. PHR. Æquŏrĕĭs ūndĭs cĭrcūmflŭă Cyprŭs.

Cўrrhă. *scŏpŭlōsăquĕ Cўrrhă,* Lucr. 3, 172. EPITH. ŏpācă, cēlsă, dŏctă, Pārnāssis, Phœbēă, Pārnāssĭă. PHR. Cēlsæ săxă ārdŭă Cўrrhæ, Ăpōllĭnĕæ ōrăcŭlă Cўrrhæ.

Cўrŭs. *Persarum ac Medorum Rex, occisus à Tomyre, Scytharum Reginâ, quæ cùm ipsi caput amputâsset, et illud in vas cruore plenum immitteret, crudelitatem exprobravit his verbis;* Satia te sanguine, quem sitisti. EPITH. Fōrtĭs, pŏtēns, māgnănĭmŭs, gĕnĕrōsŭs, ănĭmōsŭs, īnclўtŭs, trūx, fĕrōx, dĭrŭs, īmmĭtĭs, crūdēlĭs. PHR. Hūmānō sānguĭnĕ gaūdēns. Mūltā cædĕ crŭēntŭs, ăvĭdŭs cædĭs.

Cўthĕră, æ. f. *Urbs Cypri Veneri sacra.* EPITH. Lætă, fēlix.

Cўthĕră, ōrŭm, n. *Insula, juxta Cretam, Veneri dicata. In eam Venus conchâ marinâ primùm advecta est.* VERS. ēst Păphŏs, Ĭdălĭūmquĕ mĭhi, sūnt āltă Cўthēră. *Virg.*

Cўthĕrēă. *Pārcĕ mĕtū, Cўthĕrēă, mănēnt ĭmmōtă tŭōrūm,* Virg. Æn. 1, 161. SYN. Cўthĕrēĭs, Vĕnŭs.

Cўthĕrēŭs, ă, ŭm. *De Citherâ.* *Mōtă Cўthĕrēā lĕvĭtĕr mĕă tēmpŏră mўrtō,* Ov. F. 3, 15.

Cўthĕrēĭŭs.——*āllŏquĭtūr trĕpĭdām Cўthĕrēĭŭs hērōs,* Ov. F. 3, 611.

Cўthĕrĭăcŭs. *Sūmĕ Cўthĕrĭăcō mĕdĭcātūm nēctărĕ cēstōn,* Mart. 14, 207.

Cўthĕrēĭs, ĭdis. *Mērcŭrĭō pŭĕrūm Dĭvā Cўthĕrēĭdĕ nātūm,* Ov. M. 4, 288. SYN. Cўthĕrēă, Vĕnŭs.

Cўthærōn, ōnis. *īndĕ Cўthærōnĭs tĭmĭdō pĕdĕ cūrrĭt ĭn ārcēs.* *Mons in Bœotiâ, Apollini et Baccho sacer.* EPITH. Mārcĭdŭs, gĕlĭdŭs, āltŭs, cēlsŭs, ēlātŭs, săcĕr, nōctūrnŭs.

cўtĭsŭs. EPITH. Flōrēns, vĭrĭdĭs, agrēstĭs, tĕnŭĭs. VERS. Flōrēntēm cўtĭsūm sĕquĭtūr lāscīvă căpēllă, Virg. Ecl. 1, 39.

Cўtōrŭs. *Mons Paphlagoniæ, buxis abundans.* VERS. ēt jŭvăt ūndāntēm būxō spēctārĕ Cўtōrūm, Virg. G. 2, 437.

## D.

DĀCI. *Tē Dăcŭs āspĕr,* Hor. C. 1, 35, 9. SYN. Dăæ. EPITH. Trācēs, fĕrōcēs, lĕvēs, atrōcēs, sўlvĭcŏlæ, spārsi, īmmānēs.

Dædălĕŭs, ă, ŭm. *Jūlĕ cĕrātĭs ŏpĕ Dædălēā.* (Sapph.) Hor. Od. 4, 2, 2. *Dædălĕūm līnō cūm dŭcĕ rēxĭt ĭtĕr,* Prop. 2, 14, 8.

Dædălŭs. *Dædălŭs ĭpsĕ dŏlōs tēcti ămbāgēsquĕ rĕsōlvĭt,* Virg. Æn. 6, 9. *Faber Atheniensis, maximè industrius, qui Labyrinthum in Cretâ construxit. In eo ipse unà cum Icaro filio, Minois jussu, inclusus, alas ex pennis et cerâ confecit, atque ita in Sardiniam evolavit: deinde Cumas delatus est, ubi Apollini Templum erexit. Sed Icarus in mare decidit, cerâ radiis Solis, cùm justo altiùs volâsset, liquefactâ.* EPITH. ingĕnĭōsŭs, făbĕr, dŏctŭs, căllĭdŭs, vŏlŭcĕr, mălignŭs, Cecrŏpĭŭs, i. e. *Atheniensis;* Lăbўrĭnthæŭs; Crētēnsĭs, *à Labyrintho Cretæ,* indūstrĭŭs. PHR. Gōrtўnĭŭs, ālĭgĕr. Ædĭs cōndĭtŏr Eūbŏĭcæ, i. e. *Templi Apollinis, quod Cumis ædificavit, vel ipsius labyrinthi sic dicti à mari Euboico.* Lăbўrĭnthi cōndĭtŏr. VERS. ārtĭfĭcūm stŭpŏr ætērnŭs, quēm dŏctă pŏtēnsquĕ Mīrātūr nātūră vĭrūm. Dædălŭs īngĕnĭō făbræ cĕlĕbērrĭmŭs ārtĭs. Pōnĭt ŏpŭs tūrbātquĕ nŏtās, ēt līmĭnă flēxū Dūcĭt ĭn ērrōrēm vărĭārum ămbāgĕ vĭārŭm. Dædălŭs īmplēt īnnŭmĕrās ērrōrĕ vĭās. vixque ipsĕ rĕvērti ăd līmĕn pŏtŭĭt tāntă

ĕst fāllācĭā tēctī. Dædălŭs, ŭt fāmă ĕst, fŭgiēns Mīnōĭă rēgnă Præpĕtĭbŭs pēnnīs aūsŭs sē crēdĕrĕ cœlō. *Virg.*

Dæmŏn, ŏnis. *Dæmŏnās āc tālĕm prŏhĭbĕt sē păndĕrĕ tēstĕm*, S. SYN. Căcŏdæmōn, dĭābŏlŭs. EPITH. Mălīgnŭs, pērvērsŭs, vĭŏlēntŭs, răbĭdŭs, tētĕr, hōrrĭdŭs, hōrrēndŭs, īnfērnŭs, tōrvŭs, pērfĭdŭs, sævŭs, pērvĭgĭl, fĕrōx, fœdŭs, dīrŭs, mălŭs, hōrrĭfĭcŭs, căllĭdŭs, fāllāx, vĭgĭl, rĕbēllĭs, sŭpērbŭs, īnfēstŭs, Stўgĭŭs, crūdēlĭs, nĕfāndŭs, āstūtŭs, dŏlōsŭs, sūbdŏlŭs, īnsĭdĭātŏr. PHR. Tўrānnŭs īnfērnŭs. Tārtărĕŭs drăco. Stўgĭŭs, *vel* Phlĕgĕthōntæŭs āngŭis, cŏlŭbĕr. Hōstĭs Tārtărĕŭs, ārbĭtĕr Ŏrcī. Mŏdĕrātŏr Ăvērnī. Hūmānī nōmĭnĭs hōstĭs. Tōrtŏr Ăvērnī. īnvēntŏr scēlĕrŭm, ūmbrārŭm pătĕr. Tārtără nīgră cŏlēns. Stўgĭīs qui præsĭdĕt ūmbrĭs. ārtēs cui māllĕ nŏcēndī. Mĭsĕræ dēcēptŏr sūbdŏlŭs Ēvæ. Stўgĭă āgmĭnă. Tārtărĕī frātrēs. īmmūndă mălōrŭm āgmĭnă spīrĭtŭŭm. VERS. Sŭpĕrī quōs īră părēntĭs Cœlō īmmānĕ nĕfās ănĭmĭs ēxcŭssĭt ădōrtōs. Tārtărĕīsquĕ gĕnŭs mĭsĕrābĭlĕ mērsĭt ĭn āntrĭs. Tænărĭō qui rēgnă tĕnēns īnfērnă sŭb Ŏrcō. Cui trīstĭă vērbă, īræque, īnsĭdĭæque, ĕt nōxĭă crīmĭnă cōrdī. Lūcĭfŭgī răptĭm trĕpĭdo ădsūnt āgmĭnĕ frātrēs, Hūmānă făcĭē crūrŭm tĕnŭs, īndĕ drăcōnēs.

dæmŏnĭcŭs. *Dæmŏnĭcō cŭnĕātă glŏbō, sēd squāmĕŭs*, &c. S.

dæmŏnĭŭm. *Dæmŏnĭs aūxĭlĭō, qui prīnceps dæmŏnĭōrŭm*, Juv.

Dālmătĭă. *Sŭbdĭtă mōntānæ brāchĭă Dālmătĭæ*, Ov. P. 2, 2, 78. *Regio Illyrici, conterminа Liburniæ versùs occasum, cujus incolæ Dalmatæ dicuntur.* EPITH. ārdŭă, frōndēns, vĭrēns, ŏpācă, fēlix, bĕātă, aūrĭfĕră. PHR. Aūrĭfĕră tērră.

dāmă, æ. m. *ĕt cănĭbŭs lĕpŏrēm, cănĭbŭs vēnābĕrĕ dāmās*, Virg. Geo. 3, 410. EPITH. Tĭmĭdŭs, păvĭdŭs, mōllĭs, āgrēstĭs, păvēns, tērrĭtŭs, īmbēllĭs, prōnŭs, lēvĭs, fŭgāx, fŭgĭtīvŭs, văgŭs, cĕlĕr. PHR. īn fŭgām prōnŭs, Pĕdĭbŭs cĕlĕr. VERS. Prōspĭcĭt ērrāntēm spătĭōsă pēr æquŏră dāmām. Cūrrĭt ŭt aūdĭtĭs tērrĭtă dāmă lŭpĭs. Præcĭpĭtēs ībānt dāmæ, lūcōsquĕ pĕtēbānt.

Dămāscēnŭs. *āltă Dămāscēnæ sŭbĭtūrŭs mœnĭă tērræ*, S.

Dămāscŭs, i. f. *Quid rămĭs pĭă gērmĭnăt Dămāscŭs.* (Phal.) EPITH. Pĭă, cĕlĕbrĭs, aūgŭstă, āntīquă, pĕrĕgrīnă, prūnĭfĕră, cŭltă, fœcūndă, āmplă, prīscă, ămœnă.

dāmnātĭo, ōnis. *Jūdĭcĭŭm vēstrŭm fŭgĭāt dāmnātĭō sævă*, L.

dāmnātŭs. *Hōs jūxtă fālsō dāmnātī crīmĭnĕ mōrtĭs*, Virg. Æn. 6, 430. PHR. Stўgĭō dāmnātŭs Ăvērnō. Ætērnĭs āddīctŭs īgnĭbŭs, flāmmĭs, rŏgĭs, cămīnĭs. Ætērnĭs prædă vŏrāndă rŏgĭs. Stўgĭīs dătă prædă căvērnĭs. Ætērnĭs Ĕrĕbī tĕnĕbrĭs dāmnātŭs. Ætērnōs dāmnātŭs ăd īgnēs. Stўgĭŭm dāmnātŭs ăd Ŏrcŭm. Trādĭtŭs ætērnĭs pœnĭs. Ætērnō īnfēlix quī cārpĭtŭr īgnĕ. Qui fĭēt Stўgĭīs grātă răpīnă fŏcĭs. īnfērnālĭs prædă cămīnī. Ætērnĭs Ĕrĕbī dāmnātă cătēnĭs āgmĭnă. VERS. Quām vēllēnt æthĕre īn āltō, (*i. e. inter vivos sive superstites,*) Nūnc ĕt paūpĕrĭem, ĕt dūrōs pērfērrĕ lăbōrēs! Fātă ŏbstānt, trīstīquĕ pălūs īnnābĭlĭs ūndă, āllĭgăt. *Virg.*

dāmno, ās. *ăbsŏlvēs hŏmĭnem, ĕt scēlĕrĭs dāmnābĭs ĕūndēm*, Hor. S. 2, 3, 279. SYN. Cōndēmno, mūlcto. V. *Condemno, vel* īmprŏbo, ās, ārgŭo.

dāmnōsŭs. *Dāmnōsŭs pĕcŏrī cūrrĭs, dāmnōsĭŏr āgrĭs*, Ov. Am. 3, 6, 99. SYN. Nŏxĭŭs, nŏcŭŭs, nŏcīvŭs, nŏcēns, īncōmmŏdŭs, īnfēstŭs.

dāmnŭm. *Mē dāmnĭs ūrgērĕ sŏlēt, qui sēmpĕr ăcērbĭs*, Cl. SYN. ēxĭtĭŭm, pērnĭcĭēs, nōxă, dētrīmēntŭm, jāctūră, dīspēndĭŭm, īncōmmŏdŭm. EPITH. fătālĕ, fĕrālĕ, flēbĭlĕ, ăcērbŭm, īrrĕpărābĭlĕ, īntŏlĕrābĭlĕ, crŭēntŭm, hōstīlĕ, vĭŏlēntŭm, mœstŭm, grăvĕ, mŏlēstŭm, fūnēstŭm, īngēns, sŭbĭtŭm, īnŏpīnŭm. VERS. Mārtĕ sŭb ădvērsō trīstĭă dāmnă tŭlĭt. Līnguă fŭĭt dāmnō. V. *Noceo.*

Dănăē, ēs. *Quid Dănăēn Dănăēsquĕ nŭrŭm*, &c. Ovid. *Acrisii Regis Argivorum filia, patris jussu, turri inclusa: sed aditum reperit Jupiter in aureum imbrem mutatus, et per culmen ingressus. Ex Jove Perseum peperit, qui adultus Acrisium ostenso Medusæ capite interfecit.* SYN. Ăcrĭsĭōnēĭs. EPITH. Pūlchră, fōrmōsă, dēcēptă, īnclūsă, dĕcōră, Ăcrĭsĭōnēĭs. PHR. Pērsĕī gĕnĭtrix, mātĕr, părēns. Aūrō dēlūsă. Fūlvī dēcēptă cŭpīdĭnĕ nīmbī. Quām fūlvō dēlūsĭt Jūpĭtĕr aūrō. Făcĭē spēctābĭlĭs. VERS. īnclūsām Dănăēm tūrrĭs ăhēnĕă, Rŏbūstæquĕ fŏrēs, ĕt vĭgĭlŭm cănŭm Trīstēs ēxcŭbĭæ mūnĭērānt sătĭs Nōctūrnĭs ăb ădūltĕrĭs: Sī nōn Ăcrĭsĭŭm vīrgĭnĭs ăbdĭtæ Cūstōdēm păvĭdŭm Jūpĭtĕr ĕt Vĕnŭs rīsīssēnt.

Dănăī,——*Tĭmĕō Dănăōs ĕt dōnă fĕrēntēs*, Virg. Æn. 2, 49. V. *Græci.*

Digitized by Google

**Dănăŭs.** *Māne ĕrăt, ĕt Dănăŭs gĕnĕrōs in cædĕ jăcēntēs*, Ovid. SYN. Iăsĭdēs, Bēlĭdēs, *à Belo Patre, et avo Iasio.*

**Dănăĭdēs**, ŭm. *ūrnāsquĕ frūstrā Dănăĭdēs plēnās fĕrūnt.* (Iamb.) *Quinquaginta Danai filiæ, totidem Ægypti filiis nuptæ.* SYN. Bēlĭdēs. EPITH. impiæ, scĕlĕstæ, mĭsĕræ, iniquæ, crŭēntæ. V. *Belides.*

**Dānŭbĭŭs.** *Cēdĕrĕ Dānŭbĭŭs si tĭbi, Nīlĕ, nĕgăt*, Ov. ex Pont. 4, 10, 58. SYN. Īstĕr. EPITH. Prŏfūndŭs, căpāx, vēlōx, răpĭdŭs, răpāx, fĕrōx, tŭmĭdŭs, rĕtōrtŭs, Scȳthĭcŭs, flāvŭs. PHR. Illȳrĭcis rēgnātŏr ăquis. Qui Scȳthĭcās sēptēmplēx pērmĕăt ōrās Vŏlvēns flāvēntēs Īstĕr ărēnās. VERS. ĕt cēntūm pŏpŭlōs, ĕt māgnās āllŭĭt ūrbēs; Euxinum irrūmpĭt bis tĕrnō flūmĭnĕ pōntūm. V. *Fluvius.*

**dăpālis**, is.——*Lætĭtĭāmquĕ sĕqui, mēnsāsquĕ dăpālēs*, M.

**dăpēs**, ŭm. *Nām sĭmŭl ēxplētŭs dăpĭbŭs, vīnōquĕ sĕpūltŭs*, Virg. Æn. 3, 630. SYN. Cĭbŭs, ĕpŭlæ, pābŭlŭm, ēscă. EPITH. ŏpīmæ, laūtæ, sŭpērbæ, grātæ, vīrĭfĭcæ, nēctărĕæ, fēstæ, sŏcĭæ, āmbrŏsĭæ, mēllĭflŭæ, lætæ. V. *Cibus, Epulæ, Convivium.*

**Dăphnē**, ēs. *Prīmŭs ămōr Phœbī Dăphnē Pēnēĭă, quēm nōn*, Ov. M. 2, 452. *Penei, fluvii Thessaliæ, filia, ab Apolline deamata, et in laurum conversa.* SYN Fĭlĭă Penei. Pēnēĭă nȳmphă. Phœbēĭă virgo. Nȳmphă Pēnēis, (Idŏs.) EPITH. Thēssălis, Ăpōllĭnĕă, Phœbēă, Pēnēis, Pēnēĭă, fŭgĭtīvă, fŭgāx, cāstă, pŭdīcă, innūbă. V. *Laurus.*

**Dăphnis**, ĭdis. *Ămăt bŏnŭs ōtĭă Dăphnis*, Virg. Ecl. 5, 61. *Mercurii filius, Bucolici carminis inventor.* EPITH. Fōrmōsŭs, pūlchĕr, dĕcōrŭs, jŭvĕnis.

**Dăphnōn**, ōnis. *Dīspŏsŭĭt Dăphnōnă sŭō Tōrquātŭs in ăgrō*, Mart.

**dăpsĭlis**, is. *Dăpsĭlis ēxcēpit dĭctis, Cĕrĕrēmquĕ fĕrēntēs*, F. SYN. ăbūndāns, māgnĭfĭcŭs, laūtŭs, ŏpĭpărŭs.

**dăpsĭlĭtĕr.** *in vino esse ŭbi qui invĭtāvit dăpsĭlĭŭs sē*, Lucil. SYN. Laūtē, māgnĭfĭcē.

**Dārdănĭdæ.** *Dārdănĭdæ infēnsi pœnās cūm sānguĭnĕ pōscūnt*, Virg. Æn. 2, 72. V. *Trojani.*

**Dārdănĭŭs.** *isque ŭbi Dārdănĭōs hăbĭtūs, ĕt Trōĭă vīdĭt*, Virg. Æn. 3, 596. SYN. Trōjānŭs, Trōĭŭs.

**Dārdănŭs.**—*Dīvă părēns, gĕnĕris nēc Dārdănŭs aūthŏr*, Virg. Æn. 4, 365. EPITH. Prŏfŭgŭs, fŭgāx, crŭēntŭs, crūdēlis, īmmītis, dūrŭs, fōrtis, pŏtēns, gĕnĕrōsŭs, prīscŭs, āntīquŭs, aūdāx. PHR. Trōjānæ cōndĭtŏr ārcis. Trōjæ Dārdănŭs aūthŏr. Dārdănŭs Īlĭăcæ prīmŭs pătĕr ūrbis ĕt aūthŏr.

**Dărēs**, ētis. EPITH. Sŭpērbŭs, Phrȳgĭŭs, aūdāx, tĕmĕrārĭŭs, infēlix. VERS. Sŭpērbŭm āc fīdēntem ārmis vīrĭdīque ætātĕ Dărētēm. V. 5, 375.

**Dărīŭs.** *Dărīŭm fămŭlī mănĭbŭs dŭlŭīssĕ pĕrēmptŭm*, Claud. *Persarum Rex, pater Xerxis. Alius fuit etiam Persarum rex ab Alexandro superatus.*

**dătŏr**, ōris. *ădsit lætĭtĭæ Băcchŭs dătŏr, ĕt bŏnă Jūno*, Virg. Æn. 1, 738. SYN. Dōnātŏr, lārgītŏr.

**dătŭs**, ă, ŭm. *is dătŭs ā vōbis ēst mĭhĭ nūpĕr hŏnŏr*, Ovid. SYN. Dōnātŭs, cōncēssŭs.

**Dăvĭd**, Dăvĭdis. *ŭt gĕnŭĭt Dăvĭd, ălĭŭs pătĕr ŏptĭmŭs ūnŭm*, Pr. *Nām gĕnĭtŭs pŭĕr ēst Dăvĭdis ŏrĭgĭnĕ clārā*, Juv. *Quis nĕgĕt Ābrāmŭm Dăvĭdis ēssĕ pătrēm?* N. *Jesses filius, Rex Judæ, Propheta, et Psalmorum autor. Gigantem Goliathum adhuc Juvenis fundâ prostravit.* SYN. Jēssĭdēs, Jēssĭădēs, Jēssēĭa prōlēs. Jēssēĭŭs vātēs. Rēx psāltēs; *seu* psālmĭcĕn. EPITH. Sānctŭs, pĭŭs, mūsĭcŭs, cănōrŭs, ārgūtŭs, fātĭdĭcŭs, săpĭēns, mītis, clēmēns, fōrtis, gĕnĕrōsŭs. PHR. Cĭthăræ fūndæquĕ pĕrītŭs. Rēx ātquĕ Prŏphētă. Rēx vātēsquĕ ĭdēm. Vātēs fūndā insīgnis, cĭthărāquĕ dĕcōrŭs. VERS. Tōrtæ vērbĕrĕ fūndæ Præcĭpĭtēm immāni dējēcit mōlĕ Gŏlĭam. Jēssĭădēs; quō nōn rēgŭm præstāntĭŏr āltĕr, Nēc pĭĕtātĕ fŭit, nēc bēllō mājŏr ĕt ārmis. Jōrdānis ăd āmnēm Dūlcĭă fātĭdĭcis mŏdŭlātŭs cārmĭnă nērvis. Jūngēbăt blāndæ cārmĭnă săcră lȳræ.

**Dăvĭdĭcŭs.** —*Fœcūndă dŏmum; ĕt Dăvĭdĭcă rēgnă*, P. *Cūr ĕgŏ Dăvĭdĭcis āssuētŭs cāntĭbŭs ōlās*, Sedul.

**dē.** *Dē cœlō tāctās mĕmĭni prædīcĕrĕ quērcŭs*, Virg. Ecl. 1, 17. SYN. ē, ēx: ăb, *vel* sŭpĕr.

**dĕă.** *Quăttŭŏr his ārās ālta ăd dēlūbră Dĕārŭm*, Virg. Geo. 4, 541. SYN. Dīvă.

Digitized by Google

EPITH. Fŏrmōsă, cœlēstis, æthĕrĕă, vĕnĕrāndă, pŏtēns, mĕtŭēndă, ālmă, inclŷtă, vĕrēndă, ădōrāndă. V. *Deus.*

deāmbŭlo. SYN. āmbŭlo, incēdo, prōcēdo, vādo, ĕo, prōgrĕdĭŏr, spătĭŏr, grădĭŏr. V. *Ambulo.*

dēbācchŏr. *Quā părtĕ dēbācchēntŭr ignēs.* (Iamb. cum Syll.) SYN. Bācchŏr, fŭro. V. *Bacchor.*

dēbēllo. *Părcĕrĕ sŭbjĕctis, ĕt dēbēllārĕ sŭpērbōs,* Virg. Æn. 6, 853. SYN. Vinco, sŭpĕro, dŏmo, sŭbigo. PHR. Bēllō frāngo, tūndo, cōntūndo, stĕrno. Sŭb jŭgă mitto. Sĕrvĭtĭō prĕmo, cōmprimo. VERS. Gēns dūra ătque ăspĕră cūltū Dēbēllāndă tĭbi. Nōbis aūdāx Gĕrmānĭă sĕrvit, Lībĕră Rōmānæ sŭbjēcit cōllă cătēnæ. V. *Vinco.*

dēbĕo. *Nēc sŭmŭs ingrātī, tĭbi nōs dēbērĕ fătēmŭr,* Ov. M. 4, 76. SYN. Tĕnĕŏr, ōblĭgŏr.

dēbĭlis. *Cŏrpŏră dēbĭlĭbūs nītāntŭr sīstĕrĕ mēmbris,* S. SYN. invălĭdŭs, infirmŭs, fēssŭs, dēfēssŭs, frāctŭs, infrāctŭs, inērs, lānguĭdŭs, frăgĭlis, imbēllis, lāssŭs, dēficiēns, ēffœtŭs, mōllis. PHR. Cui ēffœtō lānguēnt in cōrpŏrĕ vīrēs. Tōrpēnt infrāctæ ăd prœlĭă vīrēs. Dēfēctă vīrĭbŭs mēmbră. invălĭdāsquĕ mănŭs, ĕt ĭnānēs cērnĕ lăcērtōs. Dēbĭlĭtātă mălis, mōtū grăvis, ăspĕră tāctū.

dēbĭlitās, ātis. *Scīlĭcĕt ĕt mōrbis ĕt dēbĭlĭtātĕ cărēbis,* Juv. 14, 15. SYN, infirmĭtās, lānguŏr. EPITH. infirmă, inērs, grăvis, lēntă, mŏlēstă, trīstis, quĕrŭlă, invălĭdă. V. *Languor.*

dēbĭlĭtātŭs. *Dēbĭlĭtātă mălis,* Ovid. SYN. ēnērvātŭs, frāctŭs, infrāctŭs. V. *Debilis.*

dēbĭlĭto. *Dīcĕrĕ cōnāntēm dēbĭlĭtābit ŏnŭs,* Ov. Fast. 2, 534. SYN. infirmo, ēnērvo. PHR. invălĭdūm rēddo. Vīrēs ēnērvo, frāngo, infringo, tōllo. Rōbŭr stĕrno. Vĭgŏrēm tōllo. Vīrēs dē cŏrpŏrĕ tōllĕrĕ. Dēbĭlĭtăt vīrēs ănimi, mūtătquĕ vĭgŏrēm. VERS. ūt Vĕnŭs ēnērvăt vīrēs, sic cōpĭă Bācchi, ĕt tēntăt grēssŭs dēbĭlĭtătquĕ pĕdēs.

dēbĭtŏr, ōris. *Pērpĕtŭūsque ănimæ dēbĭtŏr hūjŭs ĕro,* Ov. Tr. 1, 5, 10.

dēbĭtŭs. *Rēddātŭr grātæ dēbĭtŭs ūrbis hŏnŏr,* Ov. Tr. 2, 160. SYN. Mĕrĭtŭs, dignŭs, *vel* āddictŭs.

‖ Dĕcălŏgŭs. EPITH. Săcĕr, dīvīnŭs, sānctŭs, cŏlēndŭs. PHR. Dĕi māndātă, jūssă, præscrīptă, ēdictă. Dīvīnæ ōrācŭlă lēgis. Præcēptă dĕcēm. Aūrĕă jūssă dĕcēm. Lēgis jūră trĕmēndă săcræ.

dēcāntātŭs. *ĕt măribŭs Cŭriis, ĕt dēcāntātă Cămillis,* Hor. Ep. 1, 1, 64. SYN. Laūdātŭs, cĕlĕbrātŭs, illūstris.

dēcēdo, cēssi. *Vīcīna invītĕt dēcēdĕrĕ rīpă călōri,* Virg. Geo. 4, 23. SYN. ăbĕo, ĕxĕo, rĕcēdo, discēdo, migro, ēgrĕdĭŏr, ēxcēdo. V. *Abeo, vel* mŏrĭŏr, intĕrĕo, ŏccŭmbo, cădo, ŏccĭdo. V. *Morior.*

dĕcēm. *ūsquĕ dĕcēm dĕciēs inspĭcĭēndă vĭris,* Ov. Tr. 2, 94. SYN. Bis quīnquĕ.

Dĕcēmbĕr, bris. *ăccēptŭs gĕnĭis illă Dĕcēmbĕr hăbĕt,* Ov. Fast. 3, 8. *Mensis decimus à Martio quo annum incipiebant veteres. Illo Romani Saturnalia conviviis et ludis celebrabant: Sol intrat Capricorni signum.* EPITH. Gĕlĭdŭs, fūmōsŭs, rĭgĭdŭs, cānŭs, frīgĭdŭs, hōrrĭdŭs, ătrōx, brūmālis, pĭgĕr, stringēns, hȳbērnŭs, fēstŭs *ob Saturnalia.* PHR. Ūltĭmŭs ānni mēnsis. Dĕcĭmŭs mēnsis. Quō cănēnt Bŏrĕālibŭs ārvă prŭinis. VERS. ēbrĭă vīnōsŭs fēstă Dĕcēmbĕr hăbĕt.

dĕcēnnālis. *ătquĕ dĕcēnnālī quŏd Lāŏmĕdŏntĭă bēllă,* M.

dĕcēnnis, is. *Nēc crūs cōmpĕdĕ lūbrĭcūm dĕcēnni.* (Phal.) Mart. 9, 58, 3.

dĕcēnnĭūm. *ĕt pĕrăgūs plăcĭdām pĕr mūltă dĕcēnnĭă vītām,* V. PHR. ānnōrūm dĕcēm spătĭūm, cūrrĭcŭlūm, vĭcēs. Dĕcēnnis mŏră.

dĕcēns. *ēssĕt cæcă dĕcēntĭŏr Phĭlēnis.* (Phal.) Mart. 12, 22. SYN. ăptŭs, cōnvĕniēns, cōngrŭēns, cōnsŏnŭs, dĕcōrŭs, cōnsēntānĕŭs, āppŏsĭtŭs, cōngrŭŭs.

dĕcēntĕr. *Quŏ nōn ārs pĕnĕtrăt? discūnt lăcrȳmārĕ dĕcēntĕr,* Ov. A. Am. 3.

dēcēptŭs. *ĕt cœli tŏtiēs dēcēptŭs fraūdĕ sĕrēni,* Virg. Æn. 5, 851. SYN. Dēlūsŭs, căptŭs, circūmvēntŭs, fraūdātŭs.

dēcērno, crēvi. *ĕt nōn dēcērnis, Taūrĕ, quĭd ēssĕ vĕlis,* Mart. 2, 64, 2. SYN. Stătŭo, cōnstĭtŭo, *vel* dēfīnio, jūdĭco, cēnsĕo, *vel* sāncio.

dēcērpo, psi, ptūm.——*āddūctō pōmūm dēcērpĕrĕ rāmō,* Ov. Pont. 3, 5, 19. SYN. Lĕgo, cōllĭgo, cārpo, dētrăho, dēlibo, aūfĕro, ēxcērpo, āvĕllo. V. *Colligo.*

Digitized by Google

dēcerto, ās. *ăgmĭnĕ dēcertānt bēllō, &c.* Stat. SYN. Pūgno, prælĭŏr, dīmĭco, cōnflīgo, cērto, cōngrĕdĭŏr. V. *Bellum gero, Pugno.*

dĕcĕt, dĕcuit. *Tūnc dĕcŭit, cūm scēptră dăbās, &c.* Virg. Æn. 4, 597. SYN. Cōnvĕnit, cōngrŭit, jŭvăt, quādrăt, ēxpĕdit. PHR. Pūlchrūm ĕt dĕcōrūm ēst.

dēcīdo, dēcīdi, dēcīsūm, à Cædo. *ārbŏrĭbūs vĕtĕrēs dēcīdĕrĕ fālcĭbŭs rāmōs*, Lucr. 5, 934. SYN. Sĕco, rĕsĕco, scindo, ābscindo, rēscindo. V. *Scindo.*

dĕcĭdo, cĭdi, à Cădo. *Dēcĭdit in cāssēs prædă pĕtītă mĕās*, Ov. A. Am. 2, 2. SYN. Cădo, ēxcĭdo, lābŏr, cōllābŏr, cōncĭdo, rŭo, cōrrŭo, prōlābŏr, dēlābŏr, præcĭpĭto, prōcūmbo. V. *Cado.*

dēcīdŭŭs, à Cædo. *Cōntrĕmŭit, gĕmĭtūmquĕ dĕdit dēcīdŭă quērcŭs*, Ovid. M. 8, 758. Cædŭŭs, cæsŭs.

dĕcĭdŭŭs, à Cado. *Dĕcĭdŭām frūgēm tĕgit ēt mātērtĕră Phœbi*, M. SYN. Cădūcŭs, cădēns, lābāns, flūxŭs.

dĕcĭēs. *Ægrōtās ūnō dĕcĭēs aūt sæpĭŭs ānnō*, Mart. 12, 56.

dĕcĭmŭs. *Hæsit ĕt in dĕcĭmūm vēstīgĭă rĕtŭlĭt ānnūm*, Virg. Æn. 11, 299. SYN. Dēnŭs, bis quīnŭs, āltĕr ā nōnō.

Dĕcĭi. *Dĕcĭōs pūlchrōs fōrtēsquĕ Mĕtĕllos*, Claud. *Tres fuere apud Romanos celeberrimi, pater, filius, et nepos, qui pro salute patriæ morti se obtulerunt.* EPITH. Fōrtēs, gĕnĕrōsi, ănĭmōsi, impăvĭdi, impērtērrĭti, pĭi, aūdācēs. VERS. Sic sē Dĕcĭi nātūsquĕ părēnsquĕ Dēvōvērĕ nĕci impăvĭdi.

dēcĭpio, cēpi, cēptūm. *Nām nĕquĕ dēcĭpĭtŭr rătĭō nēc dēcĭpit ūnquām*, M. SYN. Fāllo, circūmvĕnio, dēlūdo, ēlūdo. PHR. Dŏlis căpto, căpio, innēcto, vinco, āstū circūmvĕnio, dărĕ vērbă, insĭdĭīs mĕdĭtāri. Fictă dărĕ vērbă, ăgĕrĕ in fraūdēs. Dŏlōs nēctĕrĕ. insĭdĭis dēlūdĕrĕ mēntēs. Sĭmūlātā mēntĕ lŏqui. Fraūdēm invōlvĕrĕ vērbis. VERS. Mūltă mălūs sĭmŭlāns vānā spē lūsit ămāntēm. Fāllĕrĕ mīllĕ mŏdis, tēctāsque intēxĕrĕ fraūdēs. Nŏvās ārtēs, nŏvă pēctŏrĕ vērsăt Cōnsĭlĭă. Illĕ dŏlōs dīrūmquĕ nĕfās in pēctŏrĕ vērsăt. Heū quĭbŭs insĭdĭīs, quā mē circūmdĕdit ārtĕ! insĭdĭāsquĕ părit sŏlĭtāsquĕ rĕcūrrit ăd ārtēs. V. *Fallo.*

dēcĭpŭlă. *Dēcĭpŭlă mūri fit cŏmēs, lĕpŏri plăgă.* (Iamb.)

dēcīsŭs, à dēcīdo. *ingēntēm quērcūm dēcīsis ūndĭquĕ rāmis*, Virg. Æn. 11. 5. SYN. Sēctŭs, rĕsēctŭs, scīssŭs.

dēclāmātio, ōnis. *ŭt pŭĕris plăcĕās, ĕt dēclāmātĭŏ fīās*, Juv. 10, 167.

dēclāmātŏr, ōris. *Dēclāmātōris Mŭtĭnēnsis cōrdĕ Văgēlli*, Juv. 16, 23. EPITH. Scītŭs, ĭnēptŭs, clāmōsŭs.

dēclāmo. *Dēclāmārĕ dŭcēs, ō fērrĕŭ pēctŏră, Vecti*, Juv. 7, 150. SYN. Clāmo, ēxērcĕŏr. VERS. Sēd nĕquĕ dēclāmēnt mĕdĭō sērmōnĕ dĭsērti. *Ovid.*

dēclāro. *Dēclārăt, vĭrĭdique ādvēlăt tēmpŏră laūrō*, Virg. Æn. 5, 246. SYN. Sīgnĭfico, dēnūncio, ăpĕrio, vūlgo, dīvūlgo, rĕvēlo, ēxpōno, mănĭfēsto, ēxprōmo, ēxplĭco, indĭco, ās. V. *Manifesto.*

dēclīno. *Dēclīnāmŭs ĭtēm mōtŭs, nēc tēmpŏrĕ cērtō*, Lucr. 2, 259. SYN. Dēflēcto, fŭgio, vīto, ēvīto.

dēclīvis, is. *Flūmĭnăque ōblīquis cinxit dēclīvĭă rīpis*, Ov. M. 36. SYN. inflēxŭs, inclīnātŭs, dēvēxŭs.

dēcŏlŏr, ōris. *Dētĕrĭŏr dōnēc paūlātim āc dēcŏlŏr ætās*, Virg. Æn. 8, 326. SYN. Pāllēns, pāllĭdŭs. PHR. Pāllēnti cŏlōrĕ līvĭdŭs.

dēcŏquo, xi, ctūm. *Dēcŏquĕrētŭr ŏlŭs sŏlĭti, &c.* Hor. S. 2, 1, 74. SYN. Cŏquo, ēxcŏquo, *metaphoricè*, rēm prōdĭgo, ēffūndo, dispērdo, pērdo, dissĭpo, dēvŏro, ābsūmo, cōnsūmo.

dĕcŏr, ōris. *Mīrā dĕcōrĕ pĭō, sērvābăt nātă pĕnātēs*, St. SYN. Pūlchrĭtūdo, vĕnūstās, fōrmă, spĕcĭēs, dĕcŭs, cūltŭs, ōrnātŭs. EPITH. cōnspĭcŭŭs, rŏsĕŭs, mōllis, rēgālis, grātŭs, pūrpŭrĕŭs, lĕpĭdŭs, tĕnĕr, dīvīnŭs, ēxĭmĭŭs, insīgnis, pĕrēnnis, ămābĭlis, nĭvĕŭs, lāctĕŭs, pŭēllāris. V. mox *Decorus.*

dĕcōro, à dĕcŏr, ōris. *Tārpeii clāmānt Jŏvis, ĕt dēlūbră dĕcōrānt*, Sil. SYN. ōrno, ēxōrno. V. *Orno.*

dĕcŏro, à dĕcŭs, ŏris. *Nēc prāvē fāctis dĕcŏrāri vērsĭbŭs, ōpto*, Hor. Ep. 2, 1, 266. SYN. Hŏnēsto, laūdo, ōrno.

dĕcōrŭs, ă, ūm. *in quāmcūnquĕ vŏlēs vērtĕ, dĕcōrŭs ĕro*, P. SYN. Pūlchĕr, fōrmōsŭs, dĕcēns, cōnvĕnĭēns, hŏnēstŭs, clārŭs, insīgnis, cōnspĭcŭŭs, cōnspĭcĭēndŭs, cōncinnŭs. PHR. Rēgāli plēnŭ dĕcōrĕ. VERS. Fūit mōllis in ōrĕ dĕcŏr. Fūlgĕt in ēgrĕgiō dĕcŏr insŭpĕrābĭlis ōrĕ. V. *Pulcher.*



Digitized by Google

**dēcrĕpĭtŭs**, ă, ŭm. *Sīc cĭtŏ dēcrĕpĭtŭs, quī pŭĕr āntĕ fŭĭt*, T. SYN. Effœtŭs, sĕnĕx, vĕtŭlŭs, grāndævŭs, ānnōsŭs, lōngævŭs. V. *Senex.*

**dēcrētŭm.** *Sīc dēcrētōrŭm mŏdĕrābŏr jūră mĕōrŭm*, V. SYN. Cōnsĭlĭŭm.

**dēcŭmbo**, dēcŭbŭī. *Tē sŭmŭs oblītī dēcŭbŭīssĕ sĕnēm*, Ped. 2, 136. SYN. Rĕcŭmbo, cŭbo, rĕcŭbo, quĭēsco, rĕquĭēsco, jăcĕo. V. *Cubo, Jaceo.*

**dēcurro.** *Lāŏcŏōn ārdēns sūmmā dēcūrrĭt ăb ārcĕ*, Virg. Æn. 2, 41. SYN. Cŭrro, *vel* pĕrcŭrro.

**dēcūrsŭs**, ūs. *Nīl ŏpŭs ēst vērbīs māgnŭs dēcūrsŭs ăquārŭm*, Lucr. 5, 264. SYN. Cūrsŭs, incūrsŭs, impĕtŭs.

**dĕcŭs**, ŏris.———*Vĕtĕrŭm dĕcŏra āltă părēntŭm*, Virg. Æn. 2, 448. SYN. Pŭlchrĭtūdo, vĕnŭstās, dĕcŏr, *vel* cūltŭs, ōrnātŭs, ōrnāmēntŭm, *vel* laūs, glōrĭă, hŏnŏr, dīgnĭtās, splēndŏr, nōmĕn. V. *Honor.* EPITH. Rēgālĕ, ēgrĕgĭŭm, sŭpērbŭm, āltŭm, immōrtālĕ, ēxĭmĭŭm, indēlēbĭlĕ. PHR. Fōrmæ ēgrĕgĭŭm dĕcŭs. VERS. ēgrĕgĭō tāntŭm dĕcŭs ēnĭtĕt ōrĕ. Hī prŏprĭŭm dĕcŭs ēt pārtum indīgnāntŭr hŏnōrēm. ărmis dĕcŭs immōrtālĕ mĕrērī.

**dēcŭtĭo**, ŭssī, ŭssŭm. *Dēcŭtĭāt rōrēm, &c.* Virg. Geo. 4, 12. SYN. ēxcŭtĭo, dējĭcĭo, dētŭrbo. VERS. ēt sŭbĭtā frōndēs dēcŭtĭūntŭr ăquā. Aūt ērrāns bŭcŭlă cāmpō Dēcŭtĭāt rōrem, ēt sūrgēntēs āttĕrăt hērbās.

**dēdĕcĕt.** *Quēm nĕc fērrĕ pĕdēm dēdĕcŭit chŏrīs*, Hor. C. 2, 12, 17. SYN. Nōn dĕcĕt, nōn cōnvĕnĭt: tūrpĕ ēst.

**dēdĕcŏr**, ŏris. m. f. *Dēdĕcŏrem āmplēxī vītām, rĕdĭtūsquĕ pŭdēndōs.* SYN. Tūrpĭs, inhŏnōrŭs, probrōsŭs. V. *Turpis, infamis.*

**dēdĕcŏro.** *Aūt făcĭēm tūrpī dēdĕcŏrārĕ bŏvĕ*, Prop. 3, 22, 36. SYN. Dētūrpo, fœdo, măcŭlo, infāmo.

**dēdĕcŭs**, ŏris. *Nōn ĕgŏ dēdĕcŏrī tĭbĭ sŭm, &c.* Ovid. SYN. ŏpprobrĭŭm, probrŭm, infāmĭă, ignōmĭnĭă, măcŭlă, nŏtă, lābēs. EPITH. Tūrpĕ, pŭdēndŭm, infāmĕ. PHR. infāmĭs nŏtă. V. *Infamia.*

**dēdĭco**, ās. *Tēmplă jŭgō pŏsŭĭt, trēs īllī dēdĭcăt ārās*, Nov. SYN. Dĭco, ās, sacro, cōnsecro, vŏvĕo, dēvŏvĕo, ŏffĕro.

**dēdīgnŏr**, āris. *Quōs ĕgŏ sŭm tŏtĭēs jām dēdīgnātă mărītōs*, Virg. Æn. 4, 536. SYN. Nōn dīgnŏr, āspērnŏr. V. *Aspernor.*

**dēdisco**, dēdĭdĭcī. *Tūrpĕ ēst vĭrtūtēm dēdĭdĭcīssĕ dătām*, Prop. SYN. ōblīvīscŏr.

**dēdo**, ĭs, ĭdī, ĭtŭm. *ūltrō quŏd Sŏlўmām Chāldæīs dēdĭdĭt ūrbēm*, F. SYN. Dō, trādo; trĭbŭo, āddĭco.

**dēdĭtĭo.** *ēt jām cūncta ăcĭēs in dēdĭtĭōnĭs ămōrēm*, P. SYN. Lĭbĕră, cōāctă, tūrpĭs.

**dēdĭtŭs.** *Cōgnātīquĕ pătrēs, tŭă tērrīs dēdĭtă fāmă*, Virg. Æn. 8, 132. SYN. Trădĭtŭs, dătŭs.

**dēdŏcĕo**, dēdŏcŭī. *Dēdŏcĕt ūtī.* (Adonic.) Hor. Od. 2, 2, 20. SYN. Dēsuēfăcĭo.

**dēdūco**, xī, ctŭm. *īllĕ tămĕn nōstrā dēdūcĭt ŏrīgĭnĕ nōmĕn*, Virg. Æn. 10, 618. SYN. ābdūco, rĕdūco, rĕvŏco, retrăho, rĕmŏveo, *vel* dūco, prōsĕquŏr, cŏmĭtŏr.

**dēĕrro**, *vel* deerro, dissyl. *Vĭr grĕgĭs īpsĕ căpĕr dēērrāvĕrăt, ātque ĕgŏ Dăphnĭm*, Virg. Ecl. 7, 7. SYN. ērro, ăbērro, dēflecto, dēvĭo. V. *Vagor.*

|| **dēfătīgo.** *Ter.* SYN. Fătīgo, frăngo, infĭrmo, dēbĭlĭto. V. *Fatigo.*

|| **dēfectĭo**, ōnĭs. SYN. Rĕbēllĭo, *vel* dēlĭquĭŭm ănĭmī.

**dēfēctŭs**, ūs. *Dēfēctūs sōlĭs vărĭōs Lūnæquĕ lăbōrēs*, Virg. G. 2, 378.

**dēfēndo**, dī, sŭm. *āssuētī lōngō mūrōs dēfēndĕrĕ bēllō*, Virg. Æn. 9, 511. SYN. Tŭĕŏr, tūtŏr, tĕgo, prōtĕgo, prōpūgno, sērvo, aūxĭlĭŏr, cūstōdĭo. PHR. Sŭm tūtēlă. Fīnēs cūstōdĕ tŭērī, ārmĭs tŭērī. Dēxtrā tūtārī. VERS. Sī Pērgămă dēxtrā Dēfēndī pŏssēnt, ĕtiam hāc dēfēnsă fŭīssēnt. Mūlcĭbĕr in Trōjăm, prō Trōjă stābăt Ăpōllo. ŏppŏsŭī mōlēm clўpĕī tēxīquĕ jăcēntēm, Sērvārīque ănĭmăm (minimum ēst hŏc laūdĭs) inērtēm. V. *Auxilior.*

|| **dēfēnsĭo**, ōnĭs. SYN. Tūtēlă, patrōcĭnĭŭm: aūxĭlĭŭm.

**dēfēnsŏr**, ōrĭs. *Nōn tālī aūxĭlĭō, nĕc dēfēnsōrĭbŭs īstĭs*, Virg. Æn. 2, 521. SYN. Cūstōs, tūtāmĕn, tūtēlă, sērvātŏr, cūstōdĭă, aūxĭlĭŭm, cŏlūmĕn, prōpūgnātŏr, tūtŏr, patrōnŭs. EPITH. Fīdŭs, fĭdēlĭs, fōrtĭs, māgnănĭmŭs, gĕnĕrōsŭs, ămīcŭs, aūdāx, intrĕpĭdŭs, intērrĭtŭs. PHR. Rērŭm tūtēlă, sălūsquĕ. Dĕcŭs ēt tūtēlă Pĕlāsgī Nōmĭnĭs. Aūxĭlĭŭmque dŏmŭs, sērvātōrēmquĕ fătēntŭr. Rērŭm cērtă sălūs. insīgnĕ mœstĭs præsĭdĭŭm. V. *Auxilium.*

**dēfĕro**, tŭlī, lātŭm. *Dēfĕrĭmŭs, sævōquĕ gĕlū dūrāmŭs ēt ūndīs*, Virg. Æn. 9, 604. SYN. āffĕro, *vel* ŏffĕro, trādo, trĭbŭo, cōncēdo, *vel* nūncĭo, sīgnĭfĭco, *vel* ăccūso.

Digitized by Google

‖ defervĕo, vii. SYN. Dēfervēsco, rĕsido.

dēfessŭs, ă, ūm. *Pāndĭtĕ dēfessis hōspĭtă tēctă vĭris*, Prop. 4, 10, 24. SYN. Fessūs, dēfătīgātŭs, fătīgātŭs, ēxhaūstŭs, lānguēscēns, lānguĭdŭs, frāctŭs, dēbĭlĭtātŭs, ēnērvātŭs, dēbĭlis, lāssŭs.

dēficio, fēci. *Dēfĭcĕrēnt sylvæ, ēt victūm Dōdōnă nĕgārĕt*, Virg. Geo. 1, 149. SYN. Dēbĭlĭtŏr, infirmŏr, ēnērvŏr, ēxhaūrĭŏr, frāngŏr, infrīngŏr, lānguēsco, *vel* dēsūm, *vel* dēsino, *vel* rĕcēdo, rĕbēllo, dēsĕro, dēscisco.

dēfīgo, xi, xūm.—*āt tămēn īrātūs in tē dēfīxĕrit ŏcēllōs*, Ov. Am. 2, 8, 15. SYN. Fīgo, infīgo, plānto, immitto, cŏllŏco, pōno. PHR. āltiŭs, *vel* pĕnĭtŭs, dēfīgo.

dēfīnio, is, ii. *Plaut.* SYN. Fīnio, circūmscrībo, tērmino, dēscrībo.

dēfit. *ēt nūllō văcŭūs tēmpŏrĕ dēfĭt ămŏr*, Prop. 1, 1, 34. SYN. Dēēst, *vel* deēst, dēfĭcit.

dēflāgro.———*Sīc dēflāgrārĕ mĭnācēs*, Lucan. 4, 280. SYN. Flāgro, ārdēo, ūrŏr, ēxūrŏr, cŏmbūrŏr, ārdēsco, ēxārdēsco, cōnflāgro, inflāmmŏr, dēfērvēsco, lānguēsco.

dēflecto, is, xi, xūm. *Quid răpĭdūm dēflēctis ĭtĕr?* Luc. 3, 327. SYN. Dētŏrquĕo, flēcto, dēvio, ăbērro.

dēflĕo, ēvi, ētūm. *Dēflēvērĕ Nūmām; nām cōnjŭx ūrbĕ rĕlictă*, Ov. M. 15, 487. SYN. Flĕo, dēplōro, lūgĕo. V. *Fleo*, *Lacrymor.*

dēflētŭs, ă, ūm.—*Jām mēmbră tŏrō dēflētă rĕpōnūnt*, Virg. Æn. 6, 220. SYN. Flētŭs, dēplōrātŭs.

dēflōrēsco. *Idēm cūm tĕnŭi cāptūs dēflōrŭit ūngui*, Catul. 60, 43. SYN. flōrēm āmitto, flāccēsco, mārcēsco.

dēflūro, ās. *Dēflūrăt frūctūs ătque ēxcŭtĭt ārbŏrĕ flōrēs*, Dracon. SYN. Cōnspūrco, cōntāmino, pŏllŭo, vĭtio. V. *Maculo.*

dēflŭo, dēflūxi, dēflūxūm. *Mērsātŭr mīssūsquĕ sĕcūndō dēflŭĭt āmni*, Virg. Geo. 3, 447. SYN. Flŭo, lābŏr, dēlābŏr, cădo, ēxcido, dēcido.

‖ dēflŭŭs. SYN. Flūxŭs, cădūcŭs.

dēfŏdio, fōdi, fōssūm. *Dēfŏdĭēt cōndĕtquĕ nĭtēntĭă*, Hor. Ep. 1, 6, 25.

dēfōrmis, is. *Sērmōnem indōcti făcĭēm dēfōrmis ămīci*, Juv. 3, 87. SYN. Tūrpis, infōrmis, fœdŭs, squālĭdŭs, tētĕr, hōrrēndŭs, hōrrĭbĭlis. PHR. Fōrmā cărēns, āspēctū hōrrĭdŭs. Hōrrēndŭs vīsū. Cui difficilis fōrmām nātūră nĕgāvit. Quō nōn ēst tūrpiŏr āltĕr. VERS. ēt mānsit tōtō nūllŭs in ōrĕ dĕcŏr. Nōtăt infōrmis pāllĭdă mēmbră cŏlŏr.

dēfōrmo. *Cœlēstem in nōbis dēfōrmātūră fĭgūrām*, M. SYN. Dētūrpo, fœdo, măcŭlo, inquino. V. *Maculo.*

dēfōssŭs. *Dēmērsŭs ăc dēfōssŭs, ēt tōto insŭpĕr.* (Iamb.) SYN. Fōssŭs, infōssŭs.

dēfraūdo. SYN. Fāllo, dēcipio, circūmvēnio. V. *Fallo*, *Decipio.*

dēfrūtūm. *Dēfrūtă vĕl Psўthĭă pāssŏs dē vĭtĕ răcēmōs*, Virg. Geo. 4, 269. PHR. Vīnūm cŏctūm.

dēfūnctŭs, ă, ūm. *ō tāndēm māgnis pĕlăgi dēfūnctĕ pĕrīclis*, Virg. Æn. 6, 83. SYN. ēxtīnctŭs, ēxănĭmis, mōrtŭŭs, ēxănĭmis, fātis ērēptŭs, vĭtā fūnctŭs, mōrtĕ pĕrēmptŭs, lūmĭnĕ cāssŭs. V. *Mortuus.*

‖ dēfūngŏr, ĕris. SYN. Fūngŏr, pērfūngŏr, *vel* lībĕrŏr, ēxĭmŏr.

dēgĕnĕr, ĕris. *Dēgĕnĕrēs ănĭmōs tĭmŏr ārgŭit, &c.* Virg. Æn. 4, 13. PHR. Pātrii nōmĭnis, virtūtis ăvitæ immĕmŏr, haūd mĕmŏr, ōblītŭs. Dēdĕcŭs ēgrĕgii gĕnĕris.

dēgĕnĕro, ās. *Dēgĕnĕrārĕ tămēn, ni vis hūmānă, &c.* Virg. Geo. 1, 198. SYN. Dēficio, dēscisco, dēflēcto, sūm dēgĕnĕr. PHR. ā virtūtĕ pătērnā Dēficit. Virtūti nōn rēspōndĕrĕ pătērnæ. Dēgĕnĕrēs āffērrĕ ănĭmōs. Mārti dēgĕnĕrārĕ pătērnō. Mājōrūm, ăvōrūm, părēntūm făctă dēdĕcŏrārĕ. VERS. Pōmăquĕ dēgĕnĕrānt, sūccōs ōblītă priōrēs. Sŏbŏlēs sŭă dēgĕnĕr ēxtăt.

dēglūtio, is, ivi, et ii. *Dēglūtīrĕ vĭrūm, faūcēs implērĕ căpācēs*, Alc. Av. 4, 364. SYN. Sōrbĕo, ābsōrbĕo, haūrio, ēxhaūrio.

dēgo, gi. *Tēmpŏrĕ in āntĕāctō, cūm pūlchrĕ dēgĕrĕt ævūm*, Luc. 5, 173. SYN. Hăbĭto, ăgo, vīvo.

dēgūsto, ās.———*cĕlĕri dēgūstăt sīngŭlă sēnsū*, Claud. SYN. Gūsto, dēlībo, āttingo.

dēhinc, *vel* dehinc, monosyl. *Cērvĭci sūbnēctĕ dĕhinc ŭbi lībĕră cōllă*, V. *Eūrūm ād sē Zĕphўrūmquĕ vŏcăt, dehinc tălĭă fātŭr*, Virg. 1, 135. SYN. Deindĕ, ēxin, deincēps, pŏstĕă.



Digitized by Google

dĕhisco. *ā mĕdiā cælūm rĕgiōnĕ dĕhiscĕrĕ cœpit*, Ov. F. 1, 371. SYN. Discĕdo, hio, findŏr, ăpĕriŏr.

dĕhortŏr. *Annibăl audāci dūm pectŏrĕ dĕhortātŭr*, Enn. SYN. Dissuādĕo, dētĕrrĕo.

Dēiănīră. *Impĭă quid dŭbĭtās Dēiănīră mŏri?* Ov. Ep. Dei. ad Her. *Oenei, Ætoliæ Regis, filia, desponsata primùm Acheloo, tum Herculi. Huic vim inferre voluit Nessus Centaurus: sed eum Hercules sagittâ Hydræ cruore tinctâ transfixit. Nessus morti vicinus, vestem suam, proprio sanguine perfusam, Deianiræ dono dedit, asserens ei vim amatoriam inesse. Illam credula mulier ad Herculem misit, quam cùm induisset, subito furore correptus, se in ardentem pyram in Oetâ monte constructam conjecit. Deianira verò, morte conjugis acceptâ, Herculis clavâ se interfecit, vel, ut alii volunt, gladio in pectus adacto.* EPITH. Călÿdōnis, *à Calydone Regiâ Ætoliæ;* impĭă, pulchră, formōsă, dĕcōră, infēlix, mĭsĕră. PHR. Nessi răpīnă. Raptă Herculis uxŏr.

dējectŭs, ă, ŭm.——*ŏcŭlōs dējectă dĕcōrŭs*, Virg. Æn. 11, 480. SYN. Dēmissŭs, strātŭs, prōstrātŭs, dīrŭtŭs, ēversŭs.

dējĕro, ās. *illūm līquĕt mĭhi dējĕrāre his mensĭbŭs.* (Iamb.) V. *Juro.*

dējĭcio, jēci, jectŭm. *Dējĭcitŭr pāssūs quŏd pătĕr ipsĕ tŭlit*, N. SYN. Sterno, prōstĕrno, dēstrŭo, ēverto, dīrŭo, *vel* dētūrbo, dēpello, extūrbo, expello. PHR. Sternĕrĕ hŭmi. Sōlō effundĕrĕ. Hūmi fundĕrĕ, effundĕrĕ terrā. Sternĕrĕ ferrō, *vel* cuspĭdis ictū. Ingentis turbĭnĕ săxi prōsternĕrĕ. VERS. Dējicit, aut quŏd hŭmi mŏrĭentiă cŏrpŏră fundit. Dējectūrum arcēs Ităiŭm, excĭdiŏquĕ dătūrŭm. V. *Everto.*

dĕin, *vel sæpius* dein, monosyl. *Dein usque altĕră millĕ deindĕ centum.* (Phal.) Cat. 1, 5, 9. SYN. Dĕindĕ, *vel* deindĕ, *dissyl.* exin, exindĕ, dĕhinc, *vel* dehinc, dĕincēps.

Dēiphŏbē, ēs. *Dēiphŏbē Glauci, fātŭr quæ tālĭă Rēgi*, Virg. Æn. 6, 495. *Glauci filia, una Sibyllarum, quæ oracula reddebat Cumis in Italiâ.* EPITH. Cūmānă, Cūmæă, doctă, Chălcĭdĭcă, Eubŏĭcă, *quia Chalcidenses Euboeæ insulæ accolæ Cumas condiderunt;* longævă. PHR. Vātēs Cūmæă. Phœbi longævă săcerdōs. Filiă Glauci. Cūmæă Sibyllă. Phœbi Triviæquĕ săcerdōs Dēiphŏbē Glauci.

Dēiphŏbŭs. *Dēiphŏbūm vidit lăcĕrūm crūdēlĭtĕr ōră*, Virg. Æn. 6, 495. *Priami filius, qui, interfecto Paride, Helenam duxit. Hæc autem Græcis tradidit occidendum.* EPITH. Prĭămĭdēs, armĭpŏtēns, Trōjānŭs, Dardănĭŭs, ācer. VERS. Atque hic Prĭămĭdēn lăniātūm cŏrpŏrĕ tōtō Dēiphŏbūm vidit lăcĕrūm crūdēlĭtĕr ōră, ōră mănūsque ambās, pŏpŭlātăquĕ tempŏră, raptis Auribŭs, et truncās inhŏnēstō vulnĕrĕ nārēs. *Virg.*

Dĕĭtās, ātis. *Qui nĕgăt intŭĭtū frontēm Dĕĭtātis ădiri*, P. EPITH. ădōrandă, vĕnĕrandă.

dēlābŏr, ĕris, lāpsŭs. *Scīlĭcĕt in terrām dēlābi pondĕrĕ cōgit*, Luc. 6, 837. SYN. Lābŏr, dĕcido, cădo. VERS. Sertă prŏcŭl căpĭti dēlāpsă jăcēbant. V. *Cado.*

dēlāpsŭs, ă, ŭm.——*sēnsit mĕdiōs dēlāpsŭs in hostēs*, Virg. Æn. 2, 377. SYN. Lāpsŭs.

dēlātŏr, ōris. *et dēlātŏr hăbet quŏd dăbăt exĭlĭŭm*, Mart. Spect. 4, 4. SYN. Accūsātŏr.

dēlātŭs. *Tēlĕmŭs intĕrĕā Sĭcŭlām dēlātŭs ăd Ætnēn*, Ov. M. 13, 770. SYN. allātŭs, concēssŭs, trāditŭs, *vel* accūsātŭs.

dēlēbilis. *Căsĭbŭs hic nullis, nullis dēlēbĭlĭs annis*, Mart. 7, 83, 7. SYN. Dēlendŭs, dēlēri făcĭlis.

dēlecto. *Quæ rēs plūs nĭmiō dēlectāvērĕ sĕcundæ*, Hor. Ep. 1, 10, 30. SYN. ōblecto, recrĕo, rĕlăxo, rĕficio, *vel* căpio, dūco, trăho.

dēlectŏr. *Carmĭnĕ tū gaudēs, hic dēlectātŭr iambis*, Hor. Ep. 2, 2, 59. SYN. Căpĭŏr, trăhŏr, dūcŏr, răpĭŏr, tĕnĕŏr, gaudĕo. PHR. Hoc mĭhi plăcĕt, arrīdĕt, grātūm est, jūcundūm est. Nōs arbŭstă jŭvant. Mūsæ nōstĕr ămŏr. Dūm mē Gălătēă tĕnēbăt. Nōbis plăcĕant ante ōmniă Sylvæ. VERS. Sēd mē Parnāssi dēsertă pĕr ardŭă dulcis Raptăt ămŏr, jŭvăt īrĕ jŭgis. V. *Voluptas.*

dēlectŭs, ūs. *Nēc nōn et pĕcŏri est idēm dēlectŭs ĕquinō*, Virg. Geo. 3, 72.

|| dēlēgo, ās. SYN. Lēgo, ās.

dēlĕo, lēvi, lētŭm. *Nēve ŏpĕris fāmām possit dēlērĕ vĕtŭstās*, Ov. M. 1, 445. SYN. expungo, tollo, ădĭmo, abstergo, *vel* ēverto, dēstrŭo, vāsto, perdo, dīrŭo,

Digitized by Google

, extinguo. V. *Everto*. *Vel* cōrrigo, ēmēndo. V. *Corrige*. VERS. Lăcrȳmæ fēcērĕ lītūrās. Hæc ĕrit ē lăcrȳmis făctă lītūră mĕis.

dēlētŭs. *Dēlētās Vōlscōrum ăciēs, cĕcĭdissĕ Cămillăm*, Virg. Æn. 11, 898. V. *Deleo*.

Dēlĭăcŭs. *Quăm cūm Dēlĭăcō mĕārĕ flātū*. (Phal.) SYN. Dēlĭŭs.

dēlībĕrātŭs. *Dēlībĕrātă mōrtĕ fĕrōcĭŏr*. (Alcaic.) Hor. Od. 2, 37, 29. SYN. Stătūtŭs, dēcrētŭs, rătŭs.

dēlībĕro. *Quicquid id ĕst dē quō dēlībĕrăt, ăn pĕtăt ūrbĕm*, Juv. 7, 162. SYN. Stătŭo, cōnstĭtŭo, dēcērno, cōnsŭlto. V. *Cogito*.

dēlibo, ās. *Dēlībāssĕ cibōs cōntēntŭs, &c.* Claud. SYN. Lĕvĭtĕr āttingo, gŭsto, pĕrstringo.

dēlibro. SYN. Dēcōrtico.

dēlĭbūtŭs. *Hōc dēlĭbūtis ūltă dōnis pēllĭcĕm*. (Iamb.) SYN. ūnctŭs, pĕrūnctŭs, inūnctŭs, ōblĭtŭs, imbūtŭs, pĕrfūsŭs, spārsŭs.

dēlĭcātŭs. *ĕt dēlĭcātæ laūrĕŭm nĕmŭs Flōræ*. (Scaz.) Mart. 10, 92, 11. SYN. dēlĭcĭārŭm ămāns: Dēlĭcĭīs dēdĭtŭs, *vel* laūtŭs.

dēlĭcĭōsŭs. *Dēlĭcĭōsă fŭit, nūllūmquĕ rĕlīnquit ĭnānĕm*, A. SYN. Suāvis, dūlcis, jūcūndŭs, grātŭs.

dēlĭcĭæ. *Dēlĭcĭæ pŏpŭlī, quæ fŭērănt dŏmini*, Mart. Spect. 2, 12. SYN. Gaūdĭŭm, vŏlūptās. EPITH. Flŏrēntēs, blāndæ, mōllēs, ămœnæ, dūlcēs, grātæ, jūcūndæ, fŭgācēs, ōptātæ, quæsītæ, ætērnæ, pŏtēntēs. V. *Voluptas*.

dēligo, lēgi, lēctŭm. *ĕt tĕnŭi prīmăm dēlĭgĕre ūnguĕ rŏsăm*, Ov. Ep. 4, 30. SYN. Lĕgo: ēlĭgo, sēlĭgo.

dēlictŭm. *ĕt prō dēlictis hŏstĭă blāndă fŭit*, Ov. F. 5, 300. SYN. ĕrrŏr, crimĕn, cŭlpă, scĕlŭs, ĕrrātŭm, pēccātŭm, nōxă, piācŭlŭm. EPITH. Nĕfāndŭm, tūrpĕ, indignŭm, grāndĕ, lĕvĕ. V. *Peccatum*, *Culpa*.

‖ dēlīnĕo, ās. SYN. Dēscrībo, dēsigno.

dēlīnio, is, ivi, itŭm.—*lōngŭm dēlīnītūră lăbōrĕm*, A. SYN. Lēnio, mūlcĕo, dēmūlcĕo, blāndĭŏr, ădūlŏr.

dēlīnĭmēntŭm. *Măla ætās nūllă dēlīnĭmēntă invēnit*. (Iamb.) Afran. SYN. Blāndĭtĭæ, blāndĭmēntă, lēnōcĭnĭŭm.

dēlīnītŭs. *Crīmĕn ĕrăt nōstrŭm, si dēlīnītă fŭissĕm*, Ov. Ep. 17, 23. SYN. Lĭnītŭs, *vel* căptŭs.

dēlinquo, dēlīqui, dēlictŭm. *Mājŭs pēccātum ĕst paūlŭm dēlīquit ămīcŭs*, Hor. S. 1, 3, 84. SYN. Pĕcco, ĕrro. V. *Pecco*.

dēlĭquĭŭm. *Sēntit dēlĭquĭō quāntŭmque ārmēntă, &c.* P. SYN. Dēfēctio, dēfēctŭs. EPITH. Pĕrīcŭlōsŭm, ēxĭtĭālĕ, mĕtŭēndŭm.

dēlīrāmēntŭm.——*bārbăti dēlīrāmēntă Plătōnis*, P. SYN. Dēlīrĭŭm.

dēlīro, ās. *Quicquid dēlīrānt rēgēs, plēctūntŭr Ăchīvi*, Hor. Ep. 1, 2, 14. SYN. Dēcīpio, insānio, *vel* dēvio, ĕrro, ăbērro.

dēlīrŭs, ă, ŭm. *ăvērsūs mērcātŭris, dēlīrŭs ĕt āmēns*, Hor. S. 2, 3, 107. SYN. Stūltŭs, insānŭs, dēmēns. V. *Demens*.

dēlĭtĕo, *vel* dēlĭtēsco, dēlĭtŭi. *Nēc quĕrăr in plūmis dēlĭtŭissĕ Jŏvĕm*, Ov. Ep. 8, 68. SYN. Lătĕo, lătito, ābdŏr, ābscōndŏr, ōccūltŏr.

Dēlĭŭs. *Dēlĭŭs inspīrăt vātēs, ăpĕrītquĕ fŭtūră*, Virg. Æn. 6, 12. V. *Apollo*.

Dēlŏs. *Dēlŏs ŭbi nūnc, Phœbĕ, tŭă ĕst? ŭbi Dēlphĭcă Pȳthō?* Tib. 2, 3, 31. *Insula maris Ægæi, una è Cycladibus, ubi Latona, metu Junonis delitescens, Apollinem et Dianam peperit. Ante adventum Latonæ, insula hæc per mare ventorum impulsu vagabatur, sed Apollo stabilem fecit.* EPITH. Lătōnĭă, Ăpōllĭnĕă, Ortȳgĭă, *ab Ortygiâ oppido*, ĕrrātĭcă, cāndĭdă, instăbilis, circūmflŭă, văgă. PHR. Clărĭō Dēlŏs ămātă Dĕō. VERS. Circūmflŭă Dēlŏs ĕrrāntem ăccēpit, tūnc cūm lĕvis insŭlă nābăt. *Latonam scilicet errantem*.

dēlphin. *Ŏrphĕŭs in sȳlvis, intĕr dēlphīnăs Ărīŏn*, Virg. Ecl. 8, 56. SYN. Dēlphīnŭs, dēlphis. EPITH. Cūrvŭs, pāndŭs, blāndŭs, æquŏrĕŭs, vĭrĭdis, lĕvis, cĕlĕr, squāmōsŭs, pinnifĕr, vēlōx, fŭgāx, squāmmĕŭs, lāscīvŭs, lūdēns. PHR. Lūdēns vărĭō pĕr cœrŭlă cūrsū. VERS. Dēlphīnēs in ōrbĕm æquŏră vērrēbānt caūdis æstūmquĕ sĕcābānt. Nēc sē sūpĕr æquŏră cūrvi Tōllĕrĕ cōnsuētās aūdēnt dēlphīnĕs in aūrās. Cœrŭlĕŭs pōntō cūm sē dēlphīnŭs in āstră ērigit. Văgiquĕ pĕr æquŏră circūm ădnābānt dēlphīnēs. ūndĭquĕ dānt săltūs, mūltāque āspĕrgĭnĕ rōrānt, ēmērgūntque ĭtĕrŭm, rēdēūntquĕ sūb æquŏră rūrsŭs: inquĕ chŏri



Digitized by Google

Rīdūnt spēciēm, lāscīvāquĕ jāctānt Cōrpŏra, ĕt āccēptūm vŏmĭdis mārĕ nārĭbŭs ēfflānt.

dēlūbrūm. *ād dēlūbră vĕnĭt, mōnstrātās ĕxcĭtăt ārās*, Virg. Geo. 4, 549. SYN. Fānūm, tēmplūm, ædēs, dĕōrūm. EPITH. sānctūm, rĕlĭgĭōsūm, prǣclārūm, dīvēs, cāndĭdūm, āltūm, māgnĭfĭcūm, sācrūm. V. *Templum.*

dēlūdo, si, sūm. *Aūt quæ sōpītōs dēlūdūnt sōmnĭă sēnsūs*, Virg. Æn. 10, 642. SYN. Lūdo, illūdo, rīdĕo, irrīdĕo, dērīdĕo, dēcĭpio, circūmvĕnio. VERS. Cĭbō dēlūsūm gūttŭr ĭnānĭ. Hōc ūnō rēspōnso ănĭmūm dēlūsit Ăpōllo. V. *Decipio, Fallo.*

dēlūsūs, ă, ūm.——*Cĭbō dēlūsūm gūttŭr ĭnānī*, Ov. M. 8, 826. SYN. illūsūs, irrīsūs, fālsūs, dēcēptūs, cāptūs.

dēmēns. *Dēmēns ēt cāntū vŏcăt in cērtāmĭnă dīvōs*, Virg. Æn. 6, 172. SYN. āmēns, fŭrĭōsūs, īnsānūs, mălĕsānūs, fŭrēns, lymphātūs, stūltūs, fătŭūs, vēcors. PHR. Mēntis ĭnōps. Rătĭōnis ĕgēns. Mēntĕ cărēns. Nōn sānæ mēntis. Rătĭōnĕ cărēns. Mēntĕ cāptūs, ĭnōps ănĭmi. VERS. Quæ tānta ănĭmūm dēmēntĭă cēpit? Sævit ĭnōps ănĭmi, tōtāmque incēnsă pĕr ūrbēm Bācchātŭr. V. *Stultus.*

dēmēntĕr. *Tābŭit ēx illō dēmēntĕr ămōrĭbŭs ūsă*, Ov. Met. 4, 259. SYN. Stūltē.

dēmēntĭă. *āh virgō infēlix quæ tē dēmēntĭă cēpit?* Virg. Ecl. 6, 47. SYN. āmēntĭă, īnsānĭă, stūltĭtĭă, fŭrŏr. EPITH. Spūmĕă, vēsānă, frēndēns, răbĭdă, spūmāns, fĕră, præcēps, cæcă, īnsānābĭlis, mălĕsānă. V. *Stultitia.*

dēmērgo, si, sūm. *Sēx tĭbi sī stĭtĕrit, tŏtĭdēm dēmērsĕrit ōrbēs*, Ov. Fast. 3, 517. SYN. Mērgo, immērgo, ōbrŭo.

dēmērsūs. *Dēmērsūs, ăc dēfōssūs, ēt tōto insŭpĕr.* (Iamb.) SYN. Mērsūs, immērsūs, ōbrŭtūs.

dēmĕto, mēssŭi, mēssūm. *Sōlĕ sūb ārdēnti flāvēntĭă dēmĕtĭt ārvă*, Catul. 62, 354. SYN. Lĕgo, cōllĭgo, mĕto. V. *Meto, Colligo.*

dēmīgro, 2. *anc.* SYN. Mīgro, ēxĕo, rĕcēdo, ăbĕo, ēxcēdo, dīscēdo. V. *Exeo, Abeo.*

‖ dēmīrŏr. *Ter.* SYN. Mīrŏr, ădmīrŏr, stŭpĕo, stŭpēsco, ōbstŭpĕo, ōbstŭpēsco: sūspĭcio. V. *Miror, Obstupeo.*

dēmītto, isi, issūm. *Dēmīsērĕ nĕci, nūnc cāssūm*, &c. V. Æ. 2, 85. SYN. īnclīno, dēprĭmo, ābjĭcio. VERS. Jām nŏvă prōgĕnĭēs cœlō dēmīttĭtŭr āltō.

dēmo, dēmpsi, dēmptūm. *Gēmmĕă pūrpŭrĕis cūm jūgă dēmĭt ĕquis*, Ov. F. 2, 70. SYN. Tōllo, aūfĕro, ădĭmo, dētrăho.

Dēmŏcrĭtūs. *Dēmŏcrĭtūs; bŏnă pārs nōn ūnguēs pōnĕrĕ cūrăt*, Hor. A. P. 297. *Philosophus ex Abderâ oppido Thraciæ, qui quocunque rerum humanarum auditu in risum solvebatur, sicut Heraclitus in fletum.* EPITH. Rīdēns, jŏcōsūs, săpĭēns, Ăbdērītēs.

dēmōlĭŏr, iris. *Sūbrŭĭt hæc ævi, dēmōlītūrquĕ prĭōrīs*, Ov. M. 15, 228. SYN. Dētūrbo, dējĭcio, dēstrŭo, ēvērto. V. *Everto.*

Dēmŏphŏōn, ōntis. *Hōspĭtă Dēmŏphŏōn tŭă tē Rhŏdŏpēĭă Phȳllis*, Ov. Ep. Phyl. ad Dem. *Thesei filius, Athenarum rex, qui fidem Phyllidi, Lycurgi filiæ, datam, violavit.* EPITH. Infīdūs, Āttĭcūs. VERS. ēt tĭbi Dēmŏphŏōn Thēsēī crīmĭnis hǣrēs, Phȳllĭdĕ dēcēptă, nūllă rĕlīctă fŭit.

dēmōrdĕo, si, sūm. *Nēc plūtĕūm cædit, nēc dēmōrsōs săpĭt ūnguēs*, Pers. 1, 106. V. *Mordeo.*

Dēmōsthĕnēs, is. *ēlŏquium ăc fāmām Dēmōsthĕnis, aūt Cĭcĕrōnis*, Juv. 10, 114. *Orator Atheniensium maximus, qui patriæ libertatem contra Philippum regem defendit: ac postea in exilio mortem sibi conscivit; Antipatris, qui Alexandro successerat, vindictam metuens.* EPITH. Dīsērtūs, caūsĭdĭcūs, dōctūs, pĕrītūs, făcūndūs. PHR. Grājæ făcūndĭă linguæ. ēlŏquĭō pōllēns. Dēmōsthĕnis ōră dīsērti. V. *Eloquens, Orator.*

dēmūm. *Sīc dēmūm sŏcĭōs cōnsūmptā nōctĕ rĕvīso*, Virg. Æn. 2, 79. SYN. Tāndēm, dēnĭquĕ, pōstrēmo.

dēnārĭūs. *ūnūs sæpĕ tĭbi tōtă dēnārĭūs ūrnă*, M.

dēnāto. *Thūscō dēnătăt ālvĕō.* (Glyconic.) Hor. Od. 3, 7, 28. SYN. Nāto, nō. PHR. Flŭvĭūm trānsmītto nătātū. Flūmĭnă nāndo trājĭcio, sŭpĕro. Sĕcūndō flūmĭnĕ fērri, lăbi, ădvērsō flūmĭnĕ nīti. V. *Nato.*

dēnĕgo, ās. *Dēnĕgăt hōc gĕnĭtŏr, dīvīsque īrāscĭtŭr ipsis*, Ov. M. 13, 168. Nĕgo, ābnĕgo, ābnŭo, rĕcūso. V. *Recuso, Abnego.*

Digitized by Google

dēni, æ, ă. *Bis dēnās Italū tĕxĕrāmŭs rōbŏrĕ nāvēs*, Virg. Æn. 11, 326.

dēnĭquĕ. *ĕst mŏdŭs in rēbŭs, sūnt cērtī dēnĭquĕ fīnēs*, Hor. S. 1, 1, 106. SYN. Tāndĕm, dēmŭm, pōstrēmo.

dēnōmino. *Dēnōmĭnātōs, ĕt nĕpōtŭm*, (Iamb. cum Syll.) Hor. Od. 3, 17, 5. SYN. Vŏco, āppĕllo, nōmĭno, dico.

‖ dēnŏto. SYN. Signĭfĭco, dēsigno, nŏto.

‖ dēnsitās, ātis. PHR. Dēnsă mōlēs.

dēnso. *Vēlă dăbĭt, vōs ūnănĭmi dēnsātĕ cătērvās*, Virg. Æn. 12, 264. SYN. Cōndēnso, stipo, cŏgo, spisso. VERS. ĕt Jūpĭtĕr hūmĭdŭs Aūstris, Dēnsăt, ĕrānt quæ rără mŏdo, ĕt quæ dēnsă rĕlāxăt. *Virg.*

dēnsŭs, ă, ŭm. *Cōrvōrŭm incrĕpŭit dēnsis ĕxĕrcĭtŭs ālis*, Virg. G. 1, 382. SYN. Dēnsātŭs, cōndēnsātŭs, cōmpāctŭs, crāssŭs, spissŭs.

dēntālĕ, is. *Bīnæ aūrĕs, dŭplĭci āptāntŭr dēntālĭă dōrsō*, Virg. Geo. 1, 172. V. *Aratrum.*

dēntātŭs. *Si dēntātă tĭbi vĭdētŭr Æglă*, (Phal.) Mart. 8, 73, 3.

dēntēs, iŭm. *Spūtăquĕ pēr dēntēs īrĕ crŭēntă căvōs*, Prop. 4, 5, 66. EPITH. Răbĭdi, dūri, vălĭdi, cāndēntēs, ălbi, vūlnĭfĭci, ūnci, spūmōsi, mĭnācēs, nĭvĕi, cāndĭdi, prædūri, mōrdācēs, ăcūti, mŏlārēs, gĕnŭīni, sērrāti, fœdi, pūtrĭdi, sōrdĭdi. VERS. Dissēctisque ŏssĭbŭs ōris. ăvĭdō cōnvēllĕrĕ dēntĕ. V. *Mordeo.*

dēnūdo. *Dēnūdăt ărtŭs dūrŭs, ātque ŏssă āmpŭtăt.* (Iamb.) Sen. SYN. Nūdo, ĕxŭo, spŏlio.

dēnūncio.—*Trīstēs dēnūncĭăt īrās*, Virg. Æn. 3, 366. SYN. Nūncio, signĭfĭco, dēclāro, indĭco, ās: prædīco, is.

dēnŭo. *Dēnŭŏ qui mĭhi dĕt vĕtĕrēs ărcēssĕrĕ mūsās*, M. SYN. Rūrsŭm, rūrsŭs, ĭtĕrŭm.

dĕōrsŭm, *vel* dĕōrsŭm. *dissyl.* *Deindĕ quŏd ōmnīnō nātūră pōndĕră dĕōrsŭm*, D.

dēōscŭlŏr, āris. *Hōs āmplēctĭtŭr; hōs dēōscŭlātŭr.* (Phal.) Mart. 8, 31, 5. SYN. ōscŭlŏr, āmplēctŏr. V. *Osculor.*

dēpāsco, is, *vel* dēpāscŏr, ĕris. *Lŭxŭrĭēm sĕgĕtŭm tĕnĕrā dēpāscĭt in hērbā*, Virg. Geo. 1, 112. *Cūm fŭrĭt, ātque ărtŭs dēpāscĭtŭr ārĭdă fĕbris*, Virg. G. 3, 458. SYN. Pāsco, pāscŏr, ĕdo, *vel* dēmĕto, mĕto.

dēpĕllo, dēpŭli, dēpŭlsŭm. *Dēpŭlĭt, ăt cœlō tāndĕm mĭsĕrātŭs ăb āltō ĕst*, Virg. Æn. 5, 727. SYN. Pĕllo, ĕxpĕllo, rĕpĕllo, prōpŭlso, prōpĕllo, dējĭcio, dētūrbo, ĕxtūrbo. V. *Pello.*

dēpēndĕo. *ătrĭă; dēpēndēnt lȳchni lăquĕārĭbŭs aūrĕis*, Virg. Æn. 1, 730. SYN. Pēndĕo, sūspēnsŭs sŭm.

dēpērdĭtŭs. *ŭt Sĕmĕle ĕst cōmbūstŭs, ŭt ĕst dēpērdĭtŭs Iō*, Pr. 2, 30, 29. SYN. Pērdĭtŭs, āmissŭs.

dēpērdo. *ĕt mĕmbrātim vītālĕm dēpērdĕrĕ sēnsŭm*, Lucr. 3, 526. SYN. Pērdo, āmitto.

dēpĕrĕo, is. *Quæ dēpĕrĭt ipsŭm*, Enn. *Gēns hŏmĭnŭm vĭtĭō dēpĕrĭtūră fŭit*, Ovid. SYN. Pĕrĕo, dispĕrĕo, intĕrĕo, ŏccĭdo.

dēpingo, inxi, ictŭm. *Quæ mănŭs ŏbscœnās dēpinxĭt prīmă tăbĕllās*, Prop. 2, 6, 27. SYN. Pingo, pictūro, ădūmbro.

dēplōro. *ăt dēplōrātæ lĭmĕn ădīrĕ dŏmūs*, Ov. Tr. 3, 5, 8. SYN. Lāmēntŏr, lūgĕo, flĕo, plāngo, quĕrŏr, cōnquĕrŏr, gĕmo, dŏlĕo.

dēpōno, dēpŏsŭi, dēpŏsĭtŭm. *Dē grĕgĕ nōn aūsĭm quicquām dēpōnĕrĕ tēcŭm*, Virg. Ecl. 3, 32. SYN. Pōno, rĕpōno, ābjĭcio, dīmitto, ĕxŭo, rĕlinquo, *vel* cōmmitto, crēdo, *vel* pignŏrĕ cērto.

dēpōpŭlŏr, āris. *āgmĭnĕ læsūrō dēpōpŭlēntŭr ŭvās*, Ov. Fast. 1, 684. SYN. Vāsto, pōpŭlŏr, dēprædŏr. V. *Vasto.*

dēpōsco. *Aūt prĭŭs infēctō dēpōscit prœmĭă cūrsū*, Prop. 2, 25, 25. SYN. Pōsco, pĕto, pōstŭlo, ĕxpōsco, rĕpōsco.

dēpŏsĭtŭs. *ille, ŭt dēpŏsĭti prŏfĕrrĕt fātă părēntis*, V. Æ. 12, 395. SYN. Pŏsĭtŭs, ābjēctŭs, rĕlictŭs, *vel* cōmmissŭs, crēdĭtŭs.

dēprāvo. *Dēprāvārĕ fĭdēm Chrīstīque invādĕrĕ rēgnŭm*, S. SYN. Cōrrŭmpo, vĭtio, ădūltĕro.

dēprĕcŏr, āris. *Sæpĕ prĕcŏr mōrtĕm, mōrtĕm quŏquĕ dēprĕcŏr, idĕm*, Ovid. SYN. Prĕcŏr, rŏgo, sūpplico, *vel* rĕcūso. V. *Precor.*

dēprĕhēndo, *vel* dēprēndo, *trissyl.* di, sŭm. *Dēprēndās ănĭmi tōrmēntă lătēntis in ægrō*, Juv. 9, 18. SYN. Cōmprĕhēndo, ăgnōsco, cōmpĕrio, ădvērto, ănĭmădvērto.

Digitized by Google

dĕprĭmo, essi, essum. *ĕt nē dĕprĭmĕrĕt fluctŭs, &c.* Ov. M. 14, 185. SYN. Comprimo, affligo, attĕro, prōtĕro, contĕro, concŭlco, dējĭcio, dēmitto, dēpello.
dēprōmo, mpsi, mptŭm.—*phărĕtrā dēprōmĕ săgittăm*, Virg. Æn. 11, 590. SYN. Prōmo, exprĭmo, prōfĕro, expōno, ĕrŭo, extrăho.
dēpŭdet, ŭit. *Dēpŭdŭit, prŏfŭgŭsquĕ pŭdōr sŭă signă rĕlīquit*, Ov. F. 4, 155.
dēpūgno, ās. *Nōn mĕă măgnănĭmō dēpūgnăt tessĕră tālō*, Mart. 13, 1, 5. SYN. Pūgno, certo, dēcerto, dīmĭco, cōnflīgo, cōngrĕdĭŏr.
dēpūlsŭs. *Dūlcĕ sătĭs hŭmŏr, dēpūlsīs ărbŭtŭs hœdīs*, Virg. Ecl. 3, 81. SYN. Pūlsŭs, expūlsŭs, rĕpūlsŭs.
dēpŭto. *Nōn mihi fălx nĭmĭās Sātūrnĭă dēpŭtăt ūmbrās*, Ovid. SYN. Pŭto, stătŭo, cōnstĭtŭo, dēstĭno, *vel* lĕgo, ās.
dērīdeo, si, sŭm.—*Dērīdēnt stŏlĭdī vĕrbă Lătīnă Gĕtæ*, Ovid. SYN. Rīdĕo, irrīdĕo, lūdo, illūdo, dēlūdo. PHR. Rīsū, căchinnō, sălsīs jŏcīs, fœdīs gānnītĭbŭs excĭpĕrĕ, lăcessĕrĕ, ŏbstrĕpĕrĕ. Tōllĕrĕ, ingĕmĭnārĕ căchinnŭm. V. *Jocus, Irrideo.*
dērĭpio, ŭi. *Dērĭpĭt, ex hŭmĕrīs aūrō fŭlgēntĭă lātō*, Ov. M. 6, 597. SYN. ērĭpio.
dērīsŏr, ōrīs. *Quā Thȳmĕlēn spectās, dērīsōrēmquĕ Lătīnŭm*, Mart. 1, 5, 5. SYN. irrīsŏr, illūsŏr.
dērīvo. *Dērīvārĕ queūnt ălĭō, cūrāquĕ lĕvārĕ*, Lucr. 2, 365. SYN. ăquăm, rīvŭm dēdūco.
‖ dērŏgo. *Sūccŭm păpĭllæ părcă nūtrīx dērŏgăt*, Prud. SYN. Dētrăho, aūfĕro, *vel* ăbrŏgo.
dēsævio, is, ii.———*Nĕc dŭm dēsævĭăt īră*, Lucan. 5, 303. SYN. Mītīgŏr, plăcŏr, mītesco.
dēscēndo, di, sŭm.——*aūt fŭlvŭm dēscēndĕrĕ mōntĕ lĕōnĕm*, Virg. Æn. 4, 159. SYN. Lābŏr, dēlābŏr, illābŏr, dēmittŏr, dēsĭlio. PHR. In īmă fĕrŏr. Ăd tērrăm fĕrŏr, vŏlvŏr, rŭo. VERS. Sŭbdūcta ăd mānēs īmōs dēscēndĭmŭs ūndā. Sūmmō dēlābŏr Ŏlȳmpō. Dēlāpsŭs ăb æthĕrĕ sūmmō. Dēsĭlit in tērrās. Cœlō dēmittĭtŭr āltō. Dē cœlō lāpsă pĕr ūmbrās, Stēllă făcēm dūcēns mūltā cŭm lūcĕ cŭcūrrĭt. Hārum ūnām cĕlĕrēm dēmittĭt ăb æthĕrĕ sūmmō. Īllă vŏlăt, cĕlĕrīque ăd tērrăm tūrbĭnĕ fērtŭr: Nōn sĕcŭs ăc nērvō pĕr nūbem impūlsă săgīttă Strīdēns, ēt cĕlĕrēs incōgnĭtă trānsĭlĭt ūmbrās. Gĕmĭnæ cŭm fōrtĕ cŏlūmbæ Īpsă sŭb ōră vĭri cœlō vĕnĕrĕ vŏlāntēs. V. *E cœlo descendere.*
dēscrībo, psi, ptŭm.—*aūt plŭvĭŭs dēscrībĭtŭr ărcŭs*, H. A. Poet. 18. SYN. exscrībo, exăro, scrībo, cōnscrībo, trānscrībo, *vel* dēsīgno, dēlīnĕo.
dēsĕco, cŭi, ctŭm. *Nī pătrĭŭm crīnēm dēsĕcŭīssĕt ămŏr*, V. Tr. 2, 304. SYN. Sĕco, scindo.
dēsēctŭs. *Gŏrgŏnă dēsēctō vērtēntēm lūmĭnă cōllō*, V. Æn. 8, 438. SYN. Sēctŭs, scīssŭs.
dēsĕro, dēsĕrŭi, dēsērtŭm. *Līttŏră dēsĕrŭērĕ; lătēt sŭb clāssĭbŭs æquŏr*, Virg. Æn. 4, 582. SYN. Dēsŭm, linquo, rĕlinquo, nēglĭgo, ŏmitto, mitto, prætĕrmitto, *vel* dēstĭtŭo, prōdo, *vel* sĕro, dēfīgo. VERS. Dēsĕrĭmŭr vĭtĭīs, fŭgĭt indīgnātă vŏlūptās. Hānc quŏquĕ dēsĕrĭmŭs sēdēm; paūcīsquĕ rĕlīctīs.
dēsērtŭm.——*Lĭbȳæ dēsērtă pĕrăgro*, Virg. Æn. 1, 388. SYN. ĕrēmŭs, sōlĭtūdo, rĕcēssŭs, āvĭă, *pl.* EPITH. ārdŭŭm, lōngŭm, incūltŭm, trīstĕ, mœstŭm, āvĭŭm. PHR. Lŏcŭs ārĭdŭs. Dēsērtă tērră, tēllŭs, ōră, rĕgĭo. Dēsērtă lŏcă. VERS. āvĭă cūrsū Dŭm sĕquŏr, ēt nōta excēdō rĕgĭōnĕ vĭārŭm. In dūmīs, intērque hōrrēntĭă lūstră, Sōlīs exēgit mōntĭbŭs ævŭm. *Virg.* Sic ĕgŏ sēcrētīs pōssŭm bĕnĕ vīvĕrĕ sȳlvīs, Quā nūlla hūmānō sit vĭă trītă pĕdĕ: Hæc cērtĕ dēsērtă lŏca et tăcĭtūrnă quĕrēntī: ēt văcŭŭm Zĕphȳrī pōssĭdĕt aūră nĕmŭs; ēt quŏdcūnquĕ mĕæ pōssūnt nārrārĕ quĕrēlæ, Cōgŏr ăd ārgūtās dīcĕrĕ sōlŭs ăvēs, *Propert.* Nōn ălĭă măgĭs ēst lībĕra ēt vĭtĭō cărēns, Rĭtūsquĕ mĕlĭŭs vītă quæ prīscōs cŏlăt, Quăm quæ rĕlīctīs mœnĭbŭs sȳlvās ămăt: Nōn īllum ăvāræ mēntīs īnflāmmăt fŭrŏr, Quī sē dīcāvit mōntĭum īnsōntēm jŭgīs: Sēd rūrĕ văcŭō pŏtĭtŭr ēt ăpērto æthĕrĕ: Nūnc īllĕ rīpām cĕlĕrīs Ălphēī lĕgit, Nūnc nĕmŏrīs ălti dēnsă mētītŭr lŏcă, ŭbĭ Lērnă pūrō gĕlĭdă pērlūcēt vădō, Sēdēmquĕ mūtăt: Hic ăvēs quĕrŭlæ frĕmūnt: Rāmīquĕ vēntīs lēntĕ pērcūssī trĕmūnt, Vĕtĕrēsquĕ făgi: jŭvăt hic, aūt āmnis văgi Prēssīssĕ rīpās, cēspite aūt nūdō lĕvēs Dūxīssĕ sōmnōs, sīvĕ fōns lārgūs cĭtās Dīffūndit ūndās, sīvĕ pēr flōrēs nŏvōs Fŭgĭēntĕ dūlcīs mūrmŭrăt rīvō sŏnŭs. excūssă sȳlvīs pōmă cōmpēscūnt fămēm, ēt frāgă părvīs vūlsă dūmētīs

călĭcĭbūs Fĭctĭlēs mĭnĭstrānt. Rēgĭōs lūxū prŏcŭl ēst impētūs fūgĭsse: sōllĭcĭtō bĭbūnt Aūrō sŭpērbi, Quām jŭvāt nūdā mănū Căptāssĕ fōntēm! *Senec.* V. *Antrum.*

dēsērtŭs. *Dēsērtis ōlim flūxĕrāt æquŏrĭbŭs*, P. 1, 15, 10. SYN. Rĕlīctŭs, *vel* rĕmōtŭs, dissĭtŭs, vāstŭs.

dēsĕs, ĭdis. *ēt văcŭum in mōntēm, quā dēsĭdis ātrĭă Sōmnī*, Ovid. SYN. Dēsĭdĭōsŭs, ĭnērs, ĭgnāvŭs, sēgnĭs, ēnērvis, lānguēns, tŏrpēns, tārdŭs, pĭgĕr. V. *Piger.*

dēsĭdĕo, ēdi. *Dēsĭdĕt, ātque ălĭquā sēmpĕr in aūrĕ sŏnăt*, Mart. 3, 68, 8. SYN. Dēsĭdo, rĕsĭdĕo: sūm dēsĕs.

dēsĭdĭă. *Dēsĭdĭæ cōrdi, jŭvăt indūlgērĕ chŏrēis*, Virg. Æn. 9, 615. SYN. Pĭgrĭtĭă, tŏrpŏr, sēgnĭtĭēs, ignāvĭă, ĭnērtĭă. EPITH. imprŏbă, ĭnānis, mōllis, imbēllis, tŏrpēns, sōrdĭdă, ĭnērs, mălă, trīstis, fāstīdĭōsă. V. *Pigritia.*

dēsĭdĭōsŭs. *in prōmptū caūsa ēst; dēsĭdĭōsŭs ĕrăt*, Ov. Rem. A. 161. SYN. Dēsĕs, ĭnērs, pĭgĕr.

dēsĭdĕrātŭs. *Dēsĭdĕrātōque ācquĭēscĭmŭs lēctō*, (Scaz.)

dēsĭdĕrĭŭm. *dŏmŭsquĕ sŭbit, dēsĭdĕrĭūmquĕ lŏcōrŭm*, Ov. Tr. 3, 2, 21. SYN. Vōtŭm, cŭpīdo, ămŏr, ārdŏr: sĭtis, fămēs. EPITH. ārdēns, flāgrāns, immēnsŭm, vĕhĕmēns, ingēns, vēsānŭm, nĭmĭŭm, dīrŭm. PHR. Cūris āctŭs, stĭmŭlāns. Aūri sacră fămēs, impĕrĭi sĭtis crŭēntă. Laūdŭm cæcŭs ămŏr, ārdŏr hăbēndi, ŏpŭm fŭrĭōsă cŭpīdo. VERS. Vēllĕ sŭŭm cuique ēst, nēc vōtō vīvĭtŭr ūnō. Vōtă trānscēndit mĕă. Vōtŭm sēcūndĕt, qui pŏtēst, nōstrŭm Dĕŭs. Nēc tĭbi rēgnāndi vĕnĭăt tām dīră cŭpīdo. Sēd si tāntŭs ămŏr cāsūs cŏgnōscĕrĕ nōstrōs: ō dēsĭdĕrĭi sūmmă căpŭtquĕ mĕi! Vōtis ōmnĭbŭsquĕ bŏnis, prĕcĭbŭsquĕ vŏcātŭs, āpprŏpĕră. V. *Cupido.*

dēsĭdĕro. *Sēd nĕquĕ jām fœtūs dēsīdĕrăt ārbŏrĕ dēmptōs*, Ov. M. 14, 689. SYN. Cŭpio, ōpto, ēxōpto, quæro, vŏlo, āspīro, ārdĕo, lĭbĕt, plăcĕt, cōrdi ēst. VERS. Idem ōmnĕs sĭmŭl ārdŏr hăbĕt. ălĭquid jāmdūdŭm invādĕrĕ māgnŭm Mēns ăgĭtăt mĭhi. Pūgnāndi jŭvĕnīli ārdēbăt ămōrĕ. Laūdŭm percŭssŭs ămōrĕ. Fērt ănĭmŭs caūsās tāntārum ēxprōmĕrĕ rērŭm. Cōncūrrĕre in ārcēm Cūm sŏcĭis ārdēnt ănĭmi. ămissōs sūspīrăt ămōrēs. Lætĭtĭāquĕ, mĕtūque ăvĭdi cōnjūngĕrĕ dēxtrās ārdēbānt. V. *Desiderium, Opto.*

dēsīdo, ēdi. *Cūr vĭdĕă dēsīdĕre, ĕt rīpă cŏērcĕăt ūndās*, Stat. Syl. 3, 2, 109. SYN. Dēsĭdĕo, rĕsīdo, rĕsĭdĕo.

dēsīgnātŏr. *Dēsīgnātōrēm dĕcŏrāt līctōrĭbŭs ātris*, Hor. Ep. 1, 7, 6.

dēsīgno. SYN. Nŏto, dēnŏto, dēmōnstro, ōstēndo, dēscrībo, dēfīnio.

dēsĭlĭo, is, ii, *et* ŭi. *Dēsĭlĭit Tūrnŭs bĭjŭgis, pĕdĕs āppārăt īrĕ*, Virg. Æn. 10, 453. SYN. Dēscēndo, ēxĭlio, cădo.

dēsĭno, ĭvi. *ātque ŭt vīvāmŭs, vīvĕrĕ dēsĭnĭmŭs*, M. SYN. Cēsso, fĭnio, intērmītto, dēsisto, ŏmitto, sĭno.

dēsĭpĭo, is, ŭi. *Dēsĭpĭt, ēxtēntăt nērvōs, tōrquētŭr, ănhēlăt*, Lucr. 3, 480. SYN. Dēlīro, insānio.

dēsisto, dēstĭti. *Dēstĭtĭt ēxtīnctōs nātŭs lūgērĕ părēntēs*, Catul. 62, 402. SYN. intērmītto, dēsĭno, cēsso.

dēsĭtŭs. *Dēsĭtă nē mĕrĭtō vīlēscăt grātĭă fāctī*, F. SYN. ŏmissŭs, rĕlīctŭs, dēsŭētŭs.

dēsōlo. *Vīdĭmŭs, ingēntēs ĕt dēsōlāvĭmŭs āgrōs*, Virg. Æn. 11, 367. SYN. Vāsto, dēpŏpŭlŏr.

dēsōlātŭs. *Disjēctīquĕ dŭcēs, dēsōlātīquĕ mănĭpli*, Virg. Æn. 11, 870. SYN. Vāstātŭs, pŏpŭlātŭs.

dēspēctŭs. *Dēspēctŭs tĭbi sŭm*—Virg. Ecl. 2, 19. SYN. Sprētŭs, cōntēmptŭs, nēglēctŭs; pōsthăbĭtŭs, *vel* vīlis, sōrdĭdŭs. V. *Abjectus.*

dēspērātĭo, ōnis. *ōscŭlă dēlēctēnt, ĕt dēspērātĭŏ bārbæ*, Juv. 6, 366. SYN. Spēs ābjēctă.

dēspēro. *Nēc quiă dēspērēs invicti mēmbră Glўcōnis*, Hor. Ep. 1, 1, 30. SYN. Diffīdo. PHR. Spēm pōno, pērdo, ābjĭcio, ănĭmō cădo. Mēntēm dēmitto. Sŭpĕrēst spēs nūllă sălūtis. Nūllăm spērārĕ sălūtēm. Spēs ōmnis ădēmptă ēst. Nēc spēs lībērtātis ĕrăt. Nēc spēs ŏpis ūllă dăbātŭr. ābsūmptă sălūs, nēc spēs jām rēstăt Iūli. Nēc mĭhi jām pătrĭăm āntīquām spēs ūllă vĭdēndi. ōmnis spēs ăbĭĭt. VERS. Fūndĭtŭs ōccĭdĭmŭs, nēque hăbĕt fōrtūnă rĕgrēssŭm.

dēspĭcābĭlis. *ĕgŏ cōrdĕ ĕt ōrĕ jūrĕ dēspĭcābĭlis.* (Iamb.) SYN. Dēspĭcĭēndŭs, āspērnābĭlis, cōntēmnēndŭs, āspērnāndŭs, cōntēmptŭs, vīlis, ābjēctŭs.

dēspĭcio, ēxi, ēctŭm. *ĕt rēgŭm māgnæ dēspĭcĭūntŭr ŏpēs*, Tib. 1, 8, 34. SYN.

Digitized by Google

Spērno, āspērnŏr, tĕmno, cōntĕmno, nĕglĭgo, rēspŭo, fāstĭdĭo, pŏsthăbĕo, nōn cūro. V. *Contemnor*, *Aspernor*.

dēstĭno. *Dēstĭnăt împĕrĭō clārūm prænūntĭă vērī*, Ov. M. 15, 3. SYN. Trĭbŭo, āttrĭbŭo, āssigno, dēcērno, cōnstĭtŭo.

dēstĭtŭo, ŭi, ūtūm. *Tām cĭtŏ mē sŏmnōs dēstĭtŭīssĕ quĕrŏr*, Ov. Ep. 15, 136. SYN. Dēsĕro, lĭnquo, rĕlĭnquo, dērĕlĭnquo.

dēstrŭo, xi, ctūm. *Dēstrŭăt, aūt căptām dūcăt*, &c. Virg. Æn. 4, 326. SYN. ēvērto, dīrŭo. V. *Everto*.

dēsuētŭs. *Tūllŭs in ārmă vĭrōs, ēt jām dēsuētă trĭūmphīs*, Virg. Æn. 6, 814. SYN. Dĭsūtŭs, vĕtŭs, *vel* ŏblītŭs.

dēsūm, dĕfŭi. *Dēsūmŭs, ēccĕ vătēs Dĕŭs hās*, &c. St. SYN. ābsūm, dēfĭcio, dēsīdĕrŏr.

dēsūpĕr. *inspēctūră dŏmōs, vēntūrăquĕ dēsūpĕr ūrbī*, Virg. Æn. 2, 47. SYN. ăb āltō.

dētĕgo, xi, ctūm. *Dētĕgĭs imbēllēs ănĭmōs*, &c. Lucan. 3, 322. SYN. ăpĕrio, pāndo, rĕsĕro, ōstēndo, rĕtĕgo, reclūdo, ēxplĭco.

dētērgo, si, sūm. *ēlĭcis, ēt fœdō dētērgĭs sæcŭlă vĭctū*, Claud. SYN. ābstērgo, tērgo, mūndo, dētērgĕo. V. *Abluo*.

dētĕrĭŏr, ōris. *Pērcŭlĭt împĕrĭō dētĕrĭōrĭs hĕrī*, Catul. 66, 114. SYN. Pējŏr.

dētērrĕo. *Cædĭbŭs, ēt vĭctū fœdō dētērrŭĭt Ŏrphĕŭs*, Hor. A. P. 392. SYN. Dēhŏrtŏr, āvŏco, rĕvŏco, dēdūco, āmŏvĕo, āvērto, ābdūco, *vel* tērrĕo.

dētērmĭno.———*ūt hinc tēlī dētērmĭnĕt ictŭs*, Lucr. 6, 402. SYN. Tērmĭno, dēfīnio, mĕtĭŏr.

dētĕro, trīvi, ītūm. *Hās quōndām nōstrīs mănĭbŭs dētrīvĕrăt ūsŭs*, Pr. 3, 23, 3. SYN. āttĕro, cōntĕro, tĕro, ābsūmo.

dētērrĭmŭs, ă, ūm.———*mōvĕt ŭt dētērrĭmŭs ērrŏr*, P. SYN. Pēssĭmŭs.

dētērrĭtŭs. *tămĕn ēst dētērrĭtă nūnquām*, Tib. 1, 3, 13. SYN. Tērrĭtŭs, *vel* ābdūctŭs, āvērsŭs.

dētēstābĭlis. *ēxēmplum in nōstrō tām dētēstābĭlĕ sēxū*, Juv. 2, 48. SYN. Dētēstāndŭs, ēxecrāndŭs, ēxecrābĭlis, hōrrēndŭs.

dētēstŏr. *Dētēstātă; mănĕt sūb Jŏvĕ frīgĭdō*. (Asclep.) Hor. Od. 1, 1, 25. SYN. ăbōmĭnŏr, ēxecrŏr, ăbhōrrĕo, fŭgio, āvērsŏr, hōrrĕo.

dētĭnĕo. *Sæpĕ ŏcŭlōs ĕtĭām dētĭnŭērĕ tŭōs*, Ov. Tr. 2, 520. SYN. Tĕnĕo, rĕtĭnĕo, mŏrŏr, dēmŏrŏr.

dētōrquĕo, si, tūm. *ūnă ărdŭă tōrquēnt cōrnŭă dētōrquēntquĕ*, Virg. 5, 872. SYN. Dēflēcto, āvērto.

dētrăho, trāxi, ctūm. *Dētŭlĕrĭt fāscēs indignō, dētrăhĕt īdēm*, Hor. Ep. 1, 16, 34. SYN. Mĭnŭo, dērŏgo, aūfĕro, dēcērpo, tōllo.

dētrēcto. *Vērbĕră, dētrēctō nōn ĕgŏ vĭnclă pĕdūm*, Tib. 1, 6, 38. SYN. Vīto, ēvīto, fŭgio, rĕcūso, dēvīto, ābnŭo, dēclīno.

dētrĭmēntūm. *Dētrĭmēntă fŭgās sērvōrūm*, &c. Hor. Ep. 2, 1, 121. SYN. Dāmnūm, nŏxă, incōmmŏdūm.

dētrītŭs. *ōmnĭă dētrītō vĭncŭlă fūnĕ cădūnt*, Prop. 3, 7, 20. SYN. āttrītŭs, trītŭs.

dētrūdo, si, sūm.———*sŭpĕrīsquĕ Jŏvēm dētrūdĕrĕ rēgnīs*, Virg. Æn. 6, 584. SYN. Dēpēllo, dējĭcio, ēxpēllo, ēxtūrbo, dētūrbo.

dētŭmĕo, *vel* dētŭmēsco, ŭi. *Dētŭmŭērĕ ănĭmī mărĭs, ēt clēmēntĭŏr Aūstĕr*, Stat. Theb. 5, 478. SYN. Dēprĭmŏr, sŭbsīdo, dēsīdo, rĕsīdo, sŭbdūcŏr.

dētūrbo. *in mărĕ præcĭpĭtēm pūppī dētūrbăt ăb āltă*, Virg. Æn. 5, 175. SYN. Dēpēllo, dējĭcio, ēxtūrbo. V. *Dejicio*.

|| dētūrpo. SYN. Tūrpo, măcŭlo.

Deūcălĭōn, ōnis. *Crēdānt, ēt nĭmĭās Deūcălĭōnĭs ăquās*, Ov. F. 4, 794. *Promethei filius, Pyrrhæ maritus, rex Thessaliæ. Eo regnante ingens diluvium Thessaliam inundavit, quod Poëtæ cum universo terrarum diluvio, seu Noëmico confuderunt, de quo aliquid acceperant ex Sacrâ Historiâ. Juxta illos, Deucalion et Pyrrha, in quâdam arcâ servati, ad Parnassum montem delati sunt, ubi consulto Themidis Oraculo, lapides post terga jactaverunt qui in homines mutati sunt. Huic autem figmento locum dedisse videtur vox* λαὸς, *quæ et lapidem, et populum seu gentem significat.* SYN. Prŏmēthĭdēs. EPITH. Pĭŭs, jūstŭs, æquŭs, prŏbŭs. PHR. Iăpĕtī nĕpōs *ab avo Iapeto*. Hŏmĭnūm rĕpărātŏr.

dēvĕho, ēxi, ēctūm.———*nūnc ăd tŭă dēvĕhŏr āstră*, Prop. 4, 1, 119. SYN. Dēfĕro, vĕho.

Digitized by Google

**dēvēlo.** *ōrāquĕ dēvēlāt mĭsĕræ pŭdĭbūndă sŏrōri*, Ov. M. 6, 604. SYN. Rĕvēlo, dētĕgo, rĕtĕgo, ăpĕrio.
**dēvĕnio**, dēvēni, dēvēntūm. *Dēvĕnĭēnt, ădĕro, ĕt tŭă si mĭhi cĕrtă vŏlūntās*, Virg. Æn. 4, 125. SYN. Pērvĕnio, ăccēdo, ădvĕnio. V. *Advenio.*
**dēvēxŭs**, ă, ūm. *ăd tērrūmquĕ flŭit dēvēxō pōndĕrĕ cērvix*, Virg. Geo. 3, 524. SYN. Dēclīvis, prōnŭs.
**dēvictŭs.** *Tūm pătĕr ætērnō fātŭr dēvictŭs ămōrĕ*, Virg. Æn. 8, 394. SYN. Victŭs, sŭpĕrātŭs, dŏmĭtŭs, dŏmĭtŭs.
‖ dēvincio, is, xi, ctūm. *Plaut. Ter.* SYN. ŏbstringo, vincio, lĭgo. V. *Vincio.*
**dēvinctŭs.**——*nĕquĕ queis mē sit dēvinctiŏr ălĭĕr*, Hor. S. 1, 5, 42. SYN. Vinctŭs, rĕvinctŭs, lĭgātŭs.
**dēvio**, ās. SYN. ērro, ăbērro, dĕērro. V. *Aberro.*
**dēvito.** *ŭt mălă dēvitēs, præ cūnctis ŏtiă vitēs*, B. SYN. Vīto, ēvito, dēclino, fŭgio, ĕffŭgio, dētrēcto.
**dēviŭs.**——*pēr dēviă lūstră văgāntēm*, Ov. M. 3, 370. SYN. ērrāns, ăbērrāns, *vel* ăviŭs. V. *Avius.*
**dēvŏlvo**, is, vŏlvi, vŏlūtūm. *Vērbă dēvŏlvit, nŭmĕrisquĕ fērtŭr*, (Sapph.) Hor. Od. 4, 2, 11.
**dēvŏro.** *Dēvŏrăt, ĕt claūsŭm pēctŏrĕ vŭlnŭs ălit*, Ov. F. 4, 846. SYN. Vŏro, ăbsŏrbĕo. V. *Voro.*
**dēvōtio**, ōnis. *ūna eădēmquĕ viă, tānta ēst dēvōtiō, lēgūm*, V. SYN. Rĕligio, piĕtās. V. *Pietas.*
**dēvōtŭs**, ă, ūm.——*pēsti dēvōtă fŭtūræ*, Virg. Æn. 1, 716. SYN. Vōtŭs, ăddictŭs, dēstinātŭs.
**dēvŏvĕo**, vōvi, vōtūm.——*quōrūm sē dēvŏvĕt ăris*, Virg. Æn. 12, 234. SYN. Vŏvĕo, cōnsĕcro, dīco, ās; ăddīco, is; dēstino.
**Dĕŭs.** *Dēvōtos, Aŭgŭstĕ, Dĕō, cui sŏrdidă tēmplă*, P. SYN. Nūmĕn. EPITH. ŏmnĭpŏtēns, ætērnŭs, immŏrtālis, clēmēns, vindēx, ūltŏr, prōvidŭs, cœlĭpŏtēns, ăstrĭpŏtēns, immōtŭs, immūtăbĭlis, māgnŭs, ĭnăccēssŭs, trĕmēndŭs, mĕtŭēndŭs, immēnsŭs, infīnitŭs, jūstŭs, æquŭs, ădōrāndŭs, vĕrēndŭs, sūblimis, invictŭs, vĕnĕrāndŭs, tērribilis. PHR. Pătĕr ŏmnĭpŏtēns. Cēlsi mŏdĕrātŏr Ŏlympi. Tērrārūm cœlīquĕ sătŏr. Hŏmĭnūm rērūmquĕ rĕpērtŏr. Rēx māgnŭs Ŏlympi. Sŭpĕrūm, Cœlicŏlūm Rēx, Rēctŏr. Cœli scēptră tĕnēns. Mūndi, ŏrbis, cōnditŏr. Cœli tērræquĕ crĕātŏr. Tŏrquĕt qui sȳdĕră cœli. Cūnctă sŭō qui nūmĭnĕ tŏrquĕt. Qui tēmpĕrăt ŏrbis hăbēnās. Qui scēptră tĕnĕt rădiāntis Ŏlympi. Qui mărĕ, qui tērrās, qui cœlūm nūmĭnĕ cōmplĕt. Ætērnō qui nūmĭnĕ cūnctă gŭbērnăt. Nūtū qui tēmpĕrăt ŏrbēm. Ætērnō nūmĭnĕ cūnctă mŏvēns. Sūmmŭs rērūm ŏpĭfēx. Māgnŭs Ŏlympi rēctŏr ĕt mūndi ărbitĕr. VERS. Qui fĕră tērribili jăcŭlātŭr fūlmĭnă dēxtrā. O qui rēs hŏmĭnūmquĕ Dĕūmquĕ Ætērnis rēgis impĕriis ĕt fūlmĭnĕ tērrēs. Qui tēmpŭs ăb ævō irĕ jŭbĕt stăbĭlisquĕ mănēns dăt cūnctă mŏvēri. Qui mōtŭs ănimi, sēnsūsquĕ lătēntēs pērspicit, ĕt tăciti pēctŏris imă vidĕt. Cūjŭs ăd impĕriūm fūndit sŭă mūnĕră tēllŭs. Qui rĕgit immēnsăm jūstō mŏdĕrāmĭnĕ mōlēm. Quiquĕ mŏvĕt nōstrŭs pĕr tōt mīrācŭlă sēnsŭs. Lūmĭnă sȳdĕribŭs, qui dăt sŭă sēmĭnă tērris. Qui pĕlăgŭs flŭitārĕ jŭbĕt, cōnsistĕrĕ mōntēs. Qui cōrpŭs mēntēmquĕ dĕdit.
***Deus Pater.*** PHR. Pătĕr ŏmnĭpŏtēns. Ætērnŭs Gĕnitŏr. Principiūm sinĕ principiō. Æquævŭs Nătō Pătĕr.
***Deus Filius.*** PHR. inēnārrābilĕ Vērbūm. Ætērni Pătris imāgo nūnciă. Sūmmi săpiĕntiă Pătris. Nātŭs sinĕ mātrĕ. Ætērnō sŏbŏlēs æquævă Părēnti. Nātĕ Pătris sūmmi, vērūm dē lūmĭnĕ lūmĕn. V. *Christus.*
***Deus Spiritus Sanctus.*** PHR. ămŏr ŏmnĭpŏtēns. ămŏr ætērnŭs. Săcrūm Flāmĕn. Divini fŏmĕs ămōris. Spīrābilĕ Nūmĕn. Pătris ĕt Nāti mūtŭŭs ărdŏr. ămbŏrūm cōmmūnis ămŏr. Prōflŭit ēccĕ Pătris Nātique ē nūmine ĕōdēm Nūmĕn idēm. Dōni sēptēmplicis aūthŏr.
**dēxtĕr.** *ĕt sēllăm cŭbitō dēxtĕriōrĕ prĕmit*, Mart. 5, 62, 4. SYN. ingĕniōsŭs, săgāx, sŏlērs, indūstriŭs, ăcūtŭs, *vel* sĕcūndŭs, prōspĕr, faūstŭs, fēlix, fōrtūnātŭs.
**dēxtĕră.** *dēxtĕră pēr fērrum ēst, piĕtās spēctātă pĕr ignēs*, Ov. F. 1, 37. SYN. Dēxtră. EPITH. Pŏtēns, indŏmită, fōrtis, ărtĭfēx. VERS. Cōngrēssi jūngēnt dēxtrās. Jūncta ēst mihi fœdĕrĕ dēxtră. Cūr dēxtræ jūngĕrĕ dēxtrām Nōn dătŭr? V. *Manus.*

dextĕrĭtās, ātis. *Cūm sŏlĭdā mĕntĕ in dextĕrĭtātĕ bŏnōrŭm*, V. SYN. Sōlērtĭă, indūstrĭă.

Dĭăbŏlŭs. *Fĕrvŭm dĭăbŏlī nōmĕn ĕst ĭn ămōrĭbŭs.* (Iamb.) V. *Dæmon.*

dĭădēmă, ătis. *Dignĭŭr ēst scēptro ĕt rēgni dĭădēmătĕ virtūs*, M. SYN. Cŏrōnă. EPITH. insignĕ, cōnspĭcŭŭm, rēgālĕ, nĭtĭdŭm, cŏrūscŭm, pūnicĕŭm, dīvĕs, prĕtĭōsŭm, dĕcōrŭm, clārŭm, splēndĭdŭm, gēmmĭfĕrŭm, rŭtĭlāns. PHR. Rēgis insignĕ. Frōntis dĕcŭs impŏsĭtŭm căpĭti. Gēmmis dĭădēmă cŏrūscis, *vel* cŏrūscāns. Aūrō dīvĕs gēmmisquĕ cŏrōnă. VERS. Huic nōbilĕ flāvŭm Præcinxit dĭădēmă căpŭt. Cui frōns dĭădēmătĕ fūlvō Cincta ĕrăt. ipsĕ tĕnēns scēptrum ĕt nĭtĭdō dĭădēmătĕ fūlgēns.

dĭălēctĭcŭs. *Hinc ōmnis cērtăt dĭălēctĭcă tūrbă Sŏphōrŭm*, Aus.

Dĭānă. *Cōnstĭtĕrānt, sylva ālta Jŏvis, lūcūsquĕ Dĭānæ*, Virg. Æn. 3, 681. *Exĕrcĕt Dĭānă chŏrōs, quăm millĕ sĕcūtæ*, Virg. Æn. 1, 503. *Jovis et Latonæ filia, soror Apollinis. A Poëtis triplex numen habere fingitur, vocaturque in sylvis Diana, in cœlo Luna, et in inferis Hecate. Venationis Dea habita est, et nemorum regina. In Tauricâ Ponti regione prope Scythiam, Templum habuit celebratissimum, cui Iphigenia præerat.* SYN. Lātōnĭă, Dēlĭă, Cynthĭă, *à Delo insulâ, ubi Cynthus mons, in quâ nata est;* Dictynnă, i. e. *venatrix, à* δίκτυον, *rete:* Lūnă, Trĭvĭă, Hĕcătē, Lūcīnă. EPITH. Căstă, trĭfōrmis, hŏnēstă, sūccinctă, phărĕtrātă, tōrvă, jăcŭlātrix, ăgĭlis, ănĭmōsă, sānctă, vĕrēcūndă, pūlchră, vēnātrix, innūptă, nĕmŏrālis, mītis, nĭvĕă, mōntĭvăgă, clāră, lūcĭfĕră, cāndĭdă, ălbă, văgă, cĕlĕr, sylvĭcŏlă, tĕrgĕmĭnă, phărĕtrĭgĕră, intĕmĕrātă, Scythĭcă, *à Tauricâ regione prope Scythiam, ubi colebatur.* PHR. Phœbi sŏrŏr. Lātōnĭă virgo. Lātōnæ gĕnŭs, prōlēs, sŏbŏlēs. Dĕă sylvārŭm. Virgo pŏtēns nĕmŏrŭm. Nĕmŏrŭm cūltrix. Cōnsŏrs Phœbi Dĕă. ăstrōrŭm dĕcŭs, ĕt nĕmŏrŭm Lātōnĭă cūstōs. Dīvă trĭfōrmis. Vēnātrix Dĕă. Sylvĭcŏlis Dĕă cōgnĭtă Nymphis. Tĕrgĕmĭna ēst Hĕcătē, triă virginis ōră Dĭānæ.

dĭcācĭtās, ātis. *Risūs, sĕrĭĕtās, dĭcācĭtātēs.* (Phal.) SYN. Lŏquācĭtās, gārrŭlĭtās.

dĭco, ās. *Cōnnūbiō jūngām stăbĭli, prŏprĭāmquĕ dĭcābo*, Virg. Æn. 1, 77. SYN. Dēdĭco, cōnsecro, sacro, nūncŭpo, vŏvĕo, dēvŏvĕo, *vel* dēstĭno, āddĭco, is.

dīco, is. *Dīcĕrĕt; hæc mĕă sūnt, vĕtĕrēs migrātĕ cŏlōni*, Virg. Ecl. 9, 4. SYN. Lŏquŏr, ēlŏquŏr, fāris, āffāris, prōfāris, (*Sec. pers. ab inusitato* for) pāndo, nārro, ēnārro, rĕfĕro, mĕmŏro. PHR. ēffūndo pĕctŏrĕ vōcēs. Fūndo ōrĕ lŏquēlās. Vōcĕ silēntĭă rūmpo. ōrĕ sŏnōs ēdo, prōfĕro, prōmo, ēxprōmo. V. *Loquor.*

dictērĭŭm. *ōmnĭbŭs ārrīdēs, dictērĭă dīcis ĭn ōmnēs*, Mart. 6, 44, 3.

dĭdĭtŭs. *Cōgnātīquĕ pātrēs, tŭă tērris dĭdĭtă fāmă*, Virg. Æn. 8, 132. SYN. Dīvīsŭs, spārsŭs.

dīdo, dĭdĭdi, dĭdĭtŭm. *Ālbūtī sinis ēxēmplō dŭm mūnĭă dīdit*, Hor. S. 2, 2, 67. SYN. Dīvido, distrĭbŭo, *Virg. 7. Æn.* Dīdĭtŭr hic sŭbĭtō Trōjānă pĕr āgmĭnă rūmŏr.

Dīdō, ūs; *vel* ōnis. *Dīcĭmŭs ōb læsŭm cāstæ Dīdōnis hŏnōrĕm*, Mant. *Alio nomine Elisa, filia Beli, regis Phœniciæ, ubi Tyrus et Sidon urbes: Pygmalionis et Annæ soror; primis nuptiis Sichæo Herculis sacerdoti juncta fuit, quem Pygmalion, thesauris ejus inhians, ante aram obtruncavit. Dido sibi metuens, in Africam fugit, ubi Carthaginem condidit, et Iarbæ Getuliæ Regis conjugium recusavit, ab illo rege obsessa, seipsam occidit, nolens prioris lecti fidem secundis nuptiis violare. Aliud autem fingit Virgilius, Æneam nempe, captâ Trojâ, in Italiam proficiscentem, vi tempestatis Carthaginem delatum fuisse: ubi Didone abusus est, quam postea Deorum jussu deseruit. Cujus perfidiæ impatiens Dido, erecto busto, mortem sibi conscivit. Sed commentum istud haud est ingeniosè adinventum: Nam ab Æneæ in Italiam adventu usque ad Didonis regnum, numerantur plusquam 370 anni: sicque Æneæ tempore nec regina illa, nec Carthago adhuc erant.* SYN. Ēlīsă, Phœnissă: Sīdōnĭă rēgīnă: Sīchæĭă cōnjūx. EPITH. Pūlchră, ēffĕră, dīvĕs, infēlix, cāndĭdă, mĭsĕră, mĭsĕrābĭlis, prŏfŭgă, ādvĕnă, Tyrĭă, fŭrĭātă, āmēns, dēmēns, insānă, mălĕsānă, dēcēptă, dŏlōsă, rĕlictă, dēsērtă, cōncinnă, pūlchērrĭmă. PHR. Tyrĭām quæ cōndĭdit ārcēm. Phrygiō mălĕ nūptă mărītō, i. e. *Æneæ.* VERS. āt trĕpida ĕt cœptis immānĭbŭs ēffĕră Dīdō Sānguinĕām vŏlvēns ăcĭēm, măcŭlīsquĕ trĕmēntēs intērfūsă gĕnās ĕt pāllĭdă mōrtĕ fŭtūră, intĕrĭōră dŏmūs irrūmpit limina ĕt āltŏs Cōnscēndit fŭrĭbūndă rŏgōs, ēnsēmquĕ rĕclūdit Dārdănĭŭm, nōn hōs quæsītŭm mūnŭs in ūsūs.

**diduco**, xi, ctum.——*in partes animus diducitur omnes*, T. SYN. Distraho, dirimo.

**Didymaon**, onis. *et clypeum efferri jussit, Didymaonis artes*, Virg. Æn. 5, 252.

**dies**, diei. *Non ulli pastos illis egere diebus*, Virg. Ecl. 5, 24. SYN. Lux, sol, lumen, Aurora. EPITH. Lætificus, clarus, nitidus, lucidus, volucer, almus, candidus, formosus, splendens, instabilis, pronus, rapidus, Phœbeus, celer, velox, nitens, serenus, serenatus, fugitivus, fugax, fluens, brevis, speratus, gratus, optatus, felix, expectatus. PHR. Diurnum tempus. Diurna mora. Diurni moră temporis. VERS. Fulget candida, Lucifero prævenienté, dies. Revoluta ruebat Matura jam luce dies, noctemque fugabat. Lætificusque dies erat omni bus æthere puro. Hæc mihi lux toto jam longior anno est. ergo aderat promissa dies, et tempora Parcæ Debita complerant. expectata dies aderat. Tecum etenim longos memini consumere soles. Te veniente die, te decedente canebat. Lux terris se crastina tollet. Venit summa dies, et ineluctabile tempus. Totus et ille dies, et qui nascentur ab illo, exactum ad mensem, pluvia ventoque carebunt. Cum suprema dies peritturo illuxerit orbi. omnem crede diem tibi diluxisse supremum. orta dies totum radiis impleverat orbem. Hic primum nova lux oculis effulsit. V. *Mane*.

*Diei unius periphrasis*. ad finem lucis ab ortu. Lucifer amborum natalibus affuit idem.

2. Jamque dies, alterque dies processit.

3. Tertia lux gelidam cœlo dimoverat umbram. Tres adeo incertos cæca caligine Soles erramus pelago, et totidem sine sydere noctes. Ter jungat Titan, terque resolvat equos.

4. Vix lumine quarto prospexi Italiam. Quarto terra die primum se attollere visa.

5. Quintus ab æquoreis nitidum caput extulit undis Lucifer.

6. Sextus ubi e terra clivosum scandet Olympum Phœbus, et alatis æquora carpet equis.

7. Septima cum Solis renovabitur orbita cœlo. Septima jam nitidum terris Aurora diesque, Purpureo vehit axe diem.

8. Bis quater obscuras Aurora fugaverat umbras. Tertia post quintam revoluta Aurora ruebat. Bis quater immenso jam Sol illuxerat orbi.

9. Post ubi nona suos Aurora ostenderit ortus. Præterea si nona diem mortalibus almum Aurora extulerit, radiisque retexerit orbem. Nonamque serena Auroram Phaethontis equi jam luce vehebant.

10. Proxima post nonam cum sese Aurora moveret. Per bis quinque dies, et junctas ordine noctes.

**diffamo**. *Vulgat adulterium, diffamatumque parenti*, Ov. M. 4, 236.

**differo**, distuli, dilatum. *Pleraque differat, et præsens in tempus omittat*, Hor. A. Poet. 44. SYN. Disto, dissentio, discrepo, *vel* tardo, cunctor, moror, procrastino.

**difficilis**. *Heu quam difficile est crimen non prodere vultu?* Ov. M. 2, 447. SYN. arduus, operosus, laboriosus, *vel* morosus, querulus.

**difficultas**, atis. *Plaut*. SYN. Negotium, molestia, labor. VERS. Hoc opus, hic labor est. Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

**difficulter**. *Haud difficulter supplicem mortalium*. (Iamb.) SYN. Difficile, ægre, vix, moleste.

**diffidentia**.——*longus amor quem diffidentia nutrit*, Ovid.

**diffido**, si, sum. *Heu! nimium faciles lætis diffidere rebus*, Sil. SYN. Non fido, non confido, despero. V. *Despero*.

**diffisus**. *Diffisus viribus urbis*, Luc. 4, 145.

**diffiteor**, eris. *et pudor obscœnum diffiteatur opus*, Ovid. SYN. Nego, abnego.

**diffluo**, xi. *Undique vasis diffluere humorem*, Lucr. 8, 436. SYN. effluo, liquesco, liquor, eris.

**diffugio**, ugi. *Diffugimus visu exangues*, &c. Virg. SYN. Fugio, aufugio. V. *Fugio*.

**diffundo**, diffudi, diffusum. *Hæc ait, et liquidum ambrosiæ diffudit odorem*, Virg. Geo. 4, 415. SYN. effundo, profundo, fundo, dispergo, dissipo.

**diffusus**. *Diffusos hedera vestit pallente corymbos*, Virg. Ecl. 2, 39. SYN. effusus, fusus.



Digitized by Google

dīgĕro, dīgĕssī, stūm. *Dīgĕrĭt in nŭmĕrūm*, &c. Virg. Æn. 3, 446. SYN. Ordino, distinguo, distrĭbŭo, dispōno, *vel* cŏquo, cōncŏquo.
dīgĕstŭs.—*vĭtĭbŭs sī sĭt dīgĕstă pĕr āgrōs*, Virg. Geo. 2, 54.
dīgĭtī. *Et dīgĭtōs dīgĭtīs, ĕt frōntĕm frōntĕ prĕmēbām*, Ov. Met. 9, 45. SYN. ārtĭcŭlī. EPITH. Cāndĭdī, ĕbŭrnī, rŏsĕī, nĭvĕī, mōllēs, mōllĭcŭlī, rŭbēntēs, dŏcĭlēs, fōrmōsī, tĕrĕtēs. VERS. Dīgĭtīs īntēndit mōllĭbŭs ārcūm. Cĭthărām dīgĭtīs pĕrcūssĭt ĕbŭrnīs.
‖ dīglădĭŏr, ārĭs. SYN. Pūgno, prœlĭo, cĕrto, dēcĕrto, *vel* rīxŏr, cōntēndo.
dīgnĭtās, ātĭs. *Nūnc ĕst rĕddĭtă dīgnĭtās ĕquĕstrĭs*. (Phal.) Mart. 5, 8, 8. SYN. Hŏnēstās, hŏnŏr, splēndŏr, dĕcŏr, dĕcŭs, ōrnāmĕntūm. EPITH. īnsīgnĭs, ĕxĭmĭă, ōptātă, mĕrĭtă.
dīgnŏr, ārĭs, ātŭs. *Jūssa ălĭēnă pătī, ĕt dŏmĭnōs dīgnārĕ Tĕŭcrōs*, V. Æn. 10, 866. SYN. Haūd dēdīgnŏr.
dīgnŭs, ă, ūm. *Tē sŭpĕrāssĕ vĕlīm; tŭă vītă dīgnĭŏr ætās*, Virg. Æn. 9, 212. SYN. Mĕrĭtŭs, prōmĕrĭtŭs. PHR. Dīgnŭs ămārī. Cāntārī dīgnŭs. Mūltō dīgnāndŭs hŏnōrĕ.
dīgrĕdĭŏr, ĕrĭs. *Dīgrĕdĭĕrĕ sĭmŭl fūgĭĕt pārs āltĕră tĕrræ*, M. SYN. Dīscēdo, ābĕo, ĕxĕo, mīgro, dēmīgro, ēxcēdo, rĕcēdo. V. *Abeo*.
Dĭī, *sæpius* Dii *monosyllabum*. *Nōn ĕgŏ tē mēnsīs ĕt dĭīs dēcēptă sĕcūndīs*, Virg. Geo. 2, 101. SYN. Sŭpĕrī, Dīvī, Nūmĭnă, Cœlĭcŏlæ, Cœlēstēs. EPITH. Fālsī, fīctī, īnānēs, vānī. V. *Deus*.
dījūdĭco.———*nām quī dījūdĭcĕt īsthūc*, Lucil. SYN. Jūdĭco, dīscēpto, dīscĕrno, dīstinguo.
dīlābŏr, ĕrĭs. *nūnc mĕdĭo ālvĕō Cūm pācĕ dīlābēntĭs īn mărĕ*, Hor. C. 3, 29, 30. SYN. ēlābŏr, lābŏr.
dīlăcĕro. *īntĕrĕātquĕ fĕrīs dīlăcĕrātŭs ĕquīs*, Prud. SYN. Lăcĕro, dīscērpo, dīlănio, lănio, dīssĕco. V. *Lacero*.
dīlănio. *Dīlănĭātă fŏrīs dīspērgĭtŭr: īntĕrĭt ĕrgo*, Lucr. 5, 538. SYN. Dīlăcĕro, dīspērgo, lăcĕro, lănio, dīssĕco.
dīlăpĭdo. *Grāndĭnĕ dīlăpĭdāns, hŏmĭnūmque*, &c. Colum. 10, 329. SYN. Dīspērdo, cōnsūmo. V. *Lapido*.
dīlāpsŭs. *Cūm fōrmā dīlāpsŭs ĭmā*, &c. Claud. SYN. ēlāpsŭs, lāpsŭs.
dīlāto, ās. *īpsăquĕ dīlātānt pătŭlōs cōnvīcĭă rīctŭs*, Ov. M. 6, 378. SYN. ēxplĭco, ēxtēndo, prŏpāgo.
dīlātŭs. *Sī fŏrĕt hōc nŏstrūm fātō dīlātŭs īn ævūm*, Hor. S. 1, 10, 68. SYN. Prŏlātŭs.
dīlātĭo, ōnĭs. *ŏ mĭsĕrī, quōs jām jūstæ dīlātĭŏ pœnæ*, M. SYN. Mŏră.
dīlēctio, ōnis. *Tāntŭs ămŏr tĕrræ, tānta ĕst dīlēctĭŏ nōstrī*, P. SYN. ămŏr, stŭdĭūm.
dīlēctŭs.———*ō lūcĕ măgĭs dīlēctă sŏrōrī*, Virg. Æn. 4, 31. SYN. ămātŭs, chārŭs, ămīcŭs.
dīlĭgēns. *Quēm sī tērsĕrĭs aūrĕ dīlĭgēntī*. (Phal.) Mart. 6, 1, 3. SYN. īmpĭgĕr, sēdŭlŭs, stŭdĭōsŭs, īndūstrĭŭs, sōlĕrs, gnāvŭs, vĭgĭlāns, āssĭdŭŭs, āttēntŭs. PHR. Sēgnĭtĭēm fŭgĭēns. Dēsĭdĭām ēxōsŭs, pĕrōsŭs. Dētēstāns ōtĭă. Mūltæ sēdŭlĭtātĭs hŏmo. Dēsĭdĭs vītæ fŭgĭēns ōtĭă, āssĭdŭō īncūmbēns ŏpĕrī. īndēfēssŭs ăgēndo. īmpătĭēns mŏræ. VERS. Nōn tĭbĭ dēsĭdĭās mōllēs, nĕc mārcĭdă lūxū ōtĭă, nĕc sōmnōs gĕnĭtŏr pērmīsĭt īnērtēs.
dīlĭgēntĕr. *Quīdām mē mŏdŏ Rūffĕ, dīlĭgēntĕr*. (Phal.) Mart. 6, 81, 1. SYN. Stŭdĭōsē, sēdŭlo, gnāvĭtĕr, āssĭdŭē.
dīlĭgēntĭă. *Cūrātĕ hæc stūltīs, māgnă dīlĭgēntĭă*. (Iamb.) SYN. Stŭdĭūm, sēdŭlĭtās, īndūstrĭă, sōlērtĭă, cūră. EPITH. Laūdātă, nōbĭlĭs, prōvĭdă, sōlĕrs, ōffĭcĭōsă, sēdŭlă, gĕnĕrōsă, fōrtĭs, aūdāx, ūtĭlĭs, bŏnă. PHR. ōmnĭă vīncēns. Tēndēns ăd ārdŭă. Quæ mēntēm ēxcĭtăt īngĕnĭūm. Prōvĭdă sēdŭlĭtās, rēbŭsque īntēntă gĕrēndĭs.
dīlĭgo, ēxi, ēctūm. *Dīlĭgĭtŭr nēmŏ, nĭsĭ cuī fōrtūnă sĕcūnda ĕst*, Ov. Pont. 2, 3, 23. SYN. ămo, dēpērĕo, ārdĕo. PHR. ămōrĕ tĕnĕŏr, căpĭŏr, ūrŏr, ūrgĕor, īncēndŏr. V. *Amo*.
dīlūcĕo, ūxi. *ōmnĕm crēdĕ dĭēm tĭbĭ dīlūxīssĕ sŭprēmūm*, Hor. Ep. 1, 4, 13. SYN. īllūcĕo, lūcĕo.
dīlūcĭdŭs. *Dīlūcĭdē ēxpĕdīvī, queīs mē ŏpōrtŭĭt*. (Iamb.) SYN. Lūcĭdŭs, clārŭs, nĭtĭdŭs, pĕrspĭcŭŭs, cōnspĭcŭŭs, mănĭfēstŭs, ăpērtŭs, nōtŭs.

Digitized by Google

dīlūcŭlŭm. *Pŭdŏr sĭt ŭt dīlūcŭlŭm.* (Iamb. Dim.) SYN. Aūrōră, mānĕ. EPITH. Clārŭm, nitĭdŭm, pĕrspĭcŭŭm, cōnspĭcŭŭm, rŏsĕŭm, splĕndēns, rŭbrŭm, ălbŭm. PHR. Sŭmmŭm mānĕ. Lūx prĭmă. VERS. Cūm prīmŭm ălbēscĕrĕ cœlŭm Incĭpĭt, ĕt fūscis nōx hūmĭdă trānsfŭgit ălis. Cūm Phœbŭm rĕvĕhit stēllis Aūrōră fŭgātis. Nōx ŭbĭ trānsiĕrit, cœlŭmquĕ rŭbēscĕrĕ prīmō Cœpĕrit. Ĕcĕ cūm Lūcĭfĕr ēxit ăb ūndis. Vix sŭmmōs spărgēbăt lūmĭnĕ mōntēs ōrtă dĭēs. ōrtūs ĕrăt sūmmā tāntŭmmŏdŏ mărgĭnĕ Phœbūs. Cūm prīmŭm ăltō sē gŭrgĭtĕ tōllŭnt Sōlis ĕqui. Tĕmpŭs ĕrăt, vĭtrĕā quō prīmūm tĕrră prŭīnā Spărgĭtŭr, ĕt tăctæ rōrĕ quĕrūntŭr ăvēs. V. *Aurora, Mane.*

dīlŭo, ŭi, ūtŭm. *Stāntĭă cūrrēnti dīlŭĕrēntŭr ăquā,* Prop. 4, 5, 12. SYN. ēlŭo, ăblŭo, tĕrgo, ăbstĕrgo, lavo, *vel* cōnfūto, rĕfūto.

dīlūtŭs. *Dīlūtās quĕrĭtŭr gĕmĭnĕt quŏd fistŭlă gūttās,* Pers. 3, 14. SYN. Tērsŭs, *vel* tinctŭs.

dīlŭvĭēs, ĭēi. *Pārs ĕtĭām glēbārum ăd dīlŭvĭēm rĕvŏcātŭr,* Lucr. 5, 256. SYN. SYN. Dīlŭvĭŭm, ēlŭvĭēs.

Dīlŭvĭŭm. *Dīlŭvĭo ĕx īllō tōt văstă pĕr æquŏră vĕcti,* Æ. 7, 228. SYN. īllŭvĭēs, inūndāntĭă. EPITH. ūndāns, hōrrēndŭm, văgŭm, răpĭdŭm, fŭrēns, tĕrrĭbĭlĕ, răpāx, stŭpēndŭm, trīstĕ, īmmĭtĕ, fŭrĭōsŭm, præcĕps, sŭbĭtŭm, rĕpēntīnŭm, ĭnŏpīnŭm, ĭngēns. PHR. Deūcălĭōnis ăquæ, ūndæ Deūcălĭōnēæ. ūltrīcēs ūndæ. īllŭvĭēs, *vel* strāgēs fātālis ăquæ. VERS. ōmnĭă dūm lātē sĕrĭēs cōnvēllit ăquārŭm. Sŭpĕrānt nūnc flūmĭnă rīpās, īnfūsō stāgnānt æquŏrĕ cāmpi. Quūm grăvis īnfūsō tēllūs fŏrĕt ōbrŭtă pōntō. impĭă quūm plŭvĭis tērră pĕrīrĕt ăquis. V. *Inundatio, et fusiorem diluvii descriptionem, lib.* 1. *Metamorphoseon.*

dīmāno. *īllăcrȳmāssĕ spōntĕ dīmānāntĭbŭs.* (Iamb.) SYN. Māno, prōmāno, flŭo, ēmāno, dīffluo, prŏfĭcīscŏr.

dīmēnsŭs. *ōmnĭă sūnt părĭbŭs nŭmĕrīs dīmēnsă vĭārŭm,* Virg. Geo. 2, 284. SYN. Mēnsŭs, dēfīnītŭs.

dīmētĭŏr, īris, mēnsŭs. SYN. Mētĭŏr, mēnsūro, dēfīnio.

dīmĭco, ās, cŭi. *ŭt vīncăm tŏtĭēs dīmĭcŭīssĕ pŭdĕt.* SYN. Pūgno, cērto, dēcērto, cōnflīgo, cōngrĕdĭŏr. V. *Bellum gero, Pugno.*

dīmĭdĭātŭs, ă, ŭm.——*Vās vīni dīmĭdĭātŭm,* Enn. SYN. Mĕdĭŭs.

dīmĭdĭŭm. *Dīmĭdĭŭm cūræ dēbĕt hăbērĕ tŭæ,* Ov. Fast. 4, 558.

dīmĭnŭo, ŭi, ūtŭm. *Dīmĭnŭīt sĭ quă Nūmĭnĭs īră pŏtĕst,* Ov. Tr. 1, 5, 44. SYN. Mĭnŭo, īmmĭnŭo, āttĕnŭo, ēxtĕnŭo, dētrăho, tōllo, rĕsĕco, dēmo, aūfĕro.

dīmĭnūtŭs. *Dēfĭcĭt pāstŏr grĕgĕ dīmĭnūtō.* (Sapph.) SYN. Mĭnūtŭs, mĭnŏr.

dīmitto, īsi, īssŭm. *Dīmīsītque ănĭmăm nōbĭlĭōrĕ rŏgō,* Mart. 1, 79, 8. SYN. Mitto, ŏmitto, āmitto, rĕmitto, dēpōno.

dīmōtŭs. *ăt sĭ dīmōtă cērtāndi nūbĕ sĕrēnis,* P. SYN. Pūlsŭs, dēpūlsŭs, rĕmōtŭs.

dīmŏvĕo, dīmōvi, dīmōtŭm. *Æthĕrĕ sē mīttīt spīrāntēs dīmŏvĕt aūrās,* Virg. Æn. 9, 645. SYN. Pēllo, dēpēllo, pūlso, rĕmŏvĕo, dījĭcio.

Dīndȳmĕnē, ēs. *Nōn pēr mȳstĭcă săcră Dīndȳmĕnēs,* (Phal.) Mart. 8, 81, 1. V. *Cybele.*

dīnŭmĕro. *Tēmpŏră dīnŭmĕrāns, nēc mē, &c.* Virg. Æn. 6, 691. SYN. Nŭmĕro, ēnŭmĕro, rĕcēnsĕo, pĕrcēnsĕo.

Dĭŏgĕnēs, is. *Dĭŏgĕnēs cui pēră pĕnŭs, cui dōlĭă sēdēs,* A. *Philosophus, patriâ Sinopeus, in Ponto. Divitias contemnebat, ut et alii Cynici, Antisthenis discipuli. Quod de dolio illius narrant, commentum est. Ædicula erat, dolii formam habens, cujus varias fenestras, juxta solares cursus tempestatumque mutationem, aperiebat.* EPITH. Dōctŭs, pĕrītŭs, ĭnŏps, paūpĕr, mēndīcŭs, cōnstāns. PHR. Dĭŏgĕnēs ănĭmō fīxŭs, sĕd mōbĭlis ædĕ. Cȳnĭcŭs Sĭnōpēŭs.

Dĭŏmēdēs, is. *Rex Ætoliæ. Nūnc quālēs Dĭŏmēdis ĕqui, nūnc quāntŭs Ăchillēs,* Virg. Æn. 1, 756. *Ætoliæ rex, Tydei filius, Oenei nepos: Dux Græcorum fortissimus, qui Venerem, tempore belli Trojani, in manu vulneravit. Ejus socios in aves mutatos fuisse fabulantur.* SYN. Tȳdīdēs, Oenīdēs. EPITH. Fōrtis, īmpĭŭs, ătrōx, Ætōlŭs, Ætōlĭŭs, Călȳdōnĭŭs, i. e. *Ætolus, à Calydone urbe.* PHR. Hērōs, dūx, Ætōlŭs, Ætōlĭŭs, Călȳdōnĭŭs. Cōmēs fāllācis Ŭlyssis.

Dĭŏmēdēs, is. *Rex Thraciæ. Nōn tĭbĭ sūccūrrit crūdi Dĭŏmēdis ĭmāgo,* Ov. Ep. 6, 67. *Thraciæ rex, qui equos humanâ carne alebat. Hunc Hercules iisdem equis dilaniandum objecit.* EPITH. Thrāx, Thrēĭcĭŭs, Gĕtĭcŭs, Bīstŏnĭŭs, *à Bistone civitate Thraciæ:* Trūx, crūdŭs, sānguĭnĕŭs, crŭēntŭs, īmmānis, īmmĭtis, īmpĭŭs, āspĕr. PHR. Rēx *vel* Tȳrānnŭs, Bīstŏnĭŭs, Thrēĭcĭŭs. Qui hū-



Digitized by Google

mānū sānguīnĕ pāvĭt ĕquōs. Hōrrĕndā cŭmŭlāns præsēpĭā cædĕ. Hūmānā quī dăpĕ pāvĭt ĕquōs. Quīquĕ sŭis hŏmĭnēs pābŭlā fēcĭt ĕquis.

Dīōnē, ēs. *Cēdāt ĕquūs, Lătĭæ qui cōntrā tēmplā Dīōnēs,* Sc. SYN. Cypris, Vĕnŭs, Cythĕræā. EPITH. Blāndā, pŭlchrā, lāscīvā. V. *Venus.*

Dīŏnysĭŭs. *Bacchi cognomen. Duo ejusdem nominis reges fuere in Siciliā, tyranni vocati, quorum infamis erat crudelitas.* EPITH. ĭmpĭŭs, dīrŭs, crūdēlis, bārbărŭs, atrōx, trūx, sacrĭlĕgŭs, Sĭcŭlŭs.

dīpsăs, ădis. *Dīpsădās īmmēnsīs hōrrēnt Gărămāntĭs ărēnis,* Sil. 3, 313. EPITH. Vĕnēnōsā, mŏrdāx, ārĭdă, răpĭdă, tōrtă, tŏrrĭdă, ūrēns, ăquātĭcă. V. *Serpens.*

Diræ. *ăt prŏcŭl ŭt dīræ strīdōrem āgnōvĭt ĕt ālās,* Virg. Æn. 12, 869. V. *Furiæ.*

Dircē, ēs.———— *Āŏnĭæ cēlsō stĕtĭt āggĕrĕ Dircēs,* Stat. *Lyci Thebarum regis uxor; quæ ab Amphione et Zetho caudæ indomiti equi alligata, et diu raptata; tandem in fontem Deorum commiseratione mutata est.* EPITH. Sŏnōrā, cærŭlā, Āŏnĭă, i. e. *Bæota.* Cādmēĭă, Cādmæā, i. e. *Thebana:* Ĭsmēnis, *ab Ismeno fluvio Bœotiæ.*

dīrēctŭs. *inquĕ vicēm mŏdŏ, dīrēctō cōntēndĕrĕ pāssū,* T, 4, 1, 93. SYN. Rēctŭs.

dīrēptŭs. *īllās dīrēptīsquĕ cŏmis, tŭnĭcīsquĕ sŏlūtis,* Prop. 4, 9, 35. SYN. Rāptŭs, ērēptŭs.

dīrĭgĕo, ŭi. *Dīrĭgŭit visu in mĕdĭō, &c.* Virg. SYN. Rĭgĕo, rĭgēsco, ŏbrĭgĕo, hōrrĕo.

dīrigo, ēxi, ēctūm.—*cērtō cōntōrquēns dīrĭgĭt ictū,* Virg. Æn. 12, 490. SYN. Rĕgo, ōrdĭno, cōmpōno, dispōno, *vel* tĕndo.

dĭrĭmo, ēmi, ēmptūm. *ĕt qui cærŭlĕām dĭrĭmēbāt Nērĕā dēlphin,* Pers. 1, 94. SYN. Dīvido, dīstrăho, sēpăro, dēcīdo.

dīrĭpio, pŭi, ēptūm. *Nōn aūdītūri dīrĭpŭērĕ Nŏti,* Prop. 4, 7, 22. SYN. Răpio, prædŏr, dēprædŏr, pŏpŭlŏr, dēpŏpŭlŏr, vāsto. V. *Prædor.*

dīrŭo, ŭi, ŭtūm. *Dīrŭĭt, ædĭfĭcāt, mūtāt quădrātă rŏtūndis,* Hor. Ep. 1, 1, 100. SYN. Dērĭpio, pērdo, ēvērto, dēstrŭo. V. *Everto.*

dīrŭs. *Cūstōdēs lēctī Phœnīx ĕt dīrŭs Ŭlyssēs,* Virg. Æn. 2, 762. SYN. Crūdēlis, sævŭs, dūrŭs, atrōx.

dīrŭtŭs. *Dīrŭtă sūnt ălĭĭs, ūnī mĭhĭ Pērgămă rēstānt,* Ov. Ep. 1, 51. SYN. ēvērsŭs, dēstrūctŭs.

Dis, dĭtis. *Nōctēs ătquĕ dĭēs pătĕt ātrī jānŭă Dītis,* Virg. Æn. 6, 127. V. *Pluto.*

discēdo, ssi, ssūm.—*discēdĕt sī tū discēdĕrĕ pōssis,* Ov. M. 3, 436. SYN. ăbĕo, ēxĕo, cēdo, rĕcēdo, ēxcēdo, fŭgio, ēffŭgio, migro, dēmigro, dĕcēdo. V. *Abeo.*

discēpto. SYN. Dispŭto, dĕcērto, cōntēndo, cērto.

discērno, crēvi, crētūm.——*tĕnŭī tēlās discrēvērŭt aūrō,* Virg. Æn. 4, 264. SYN. Dījūdĭco, distinguo, intērnōsco, dīvido, discrīmino.

discērpo, psi, ptūm. *In pārvās pārtēs discērpĭtŭr aūrūm,* Lucr. 2, 828. SYN. Dilănio, dissĕco, discindo, lănio, lăcĕro. V. *Lacero.*

discĭdĭūm. *Discĭdĭūm părĕre ĕt nēxŭs ēxsŏlvĕrĕ pōssĕt,* Lucr. 1, 221.

discindo, discĭdi, discissūm. *vĭdĕō mĕdĭūm discindĕrĕ cælūm,* Virg. 9, 21. SYN. Scindo, sĕco, discērpo, dīvĕllo. V. *Scindo.*

disciplīnă. *Dōnĕc ăd aūgūstæ pĭă mūnĕră disciplīnæ.* (Sp.) SYN. Dōctrīnă, ărs, sciēntĭă. V. *Artes.*

discĭpŭlŭs. *Dūc ăgĕ discĭpŭlōs ăd mĕă tēmplă tŭōs,* Ovid. SYN. Aūdītŏr.

disclūdo, si, sūm. *Tūm dūrārĕ sŏlum ĕt disclūdĕrĕ Nērĕă pōntō,* Virg. Ecl. 6, 35. SYN. Disjūngo, sēpăro, *vel* reclūdo.

disco, dĭdĭci. *Jām dĭdĭcī Gĕtĭcē, Sārmătĭcēquĕ lŏquī,* Ov. Tr. 5, 12, 58. SYN. ēdisco, ăddisco, pērdisco, pērcĭpio, cōgnōsco. PHR. ārtĭbŭs ingĕnŭīs văco. Mūsās cŏlo. intēndĕrĕ mēntēm. Stŭdĭīs dărĕ tēmpŏră. Mūsis sērvīrĕ. V. *Studeo.*

discŏlŏr, ŏris. *Călcŭlŭs hic gĕmĭnō discŏlŏr hōstĕ pĕrĭt,* Mart. 14, 17. SYN. Cŏlŏrĕ dispăr, vărĭŭs, dissĭmĭlis, dīvērsŭs.

discōrdĭă.——*Sŏcĭīsquĕ cŏmēs discōrdĭă rēgnis,* Stat. SYN. Dissēnsŭs, dissēntio, dissĭdĭūm, cērtāmĕn, cōntēntio, rīxă, prælĭūm, lis, sēdĭtio, pūgnă. EPITH. Dēmēns, fĕrōx, ēxĭtĭālis, flăgrāns, pērnĭcĭōsă, invĭdă, crūdēlis, sævă, præcēps, bārbără, crŭēntă, āmēns, īnsānă, lītĭgĭōsă, immītis, fĕră, ēffrēnis, bēllĭcă, cæcă, fūnēstă, trŭcŭlēntă, hōrrĭdă, ātră, inhūmānă, immānis, fērālis. PHR. Bēllī gĕnĭtrix, mātĕr, părēns, ūltrix. Lăcĕrō discōrdĭă crīnĕ. Scissā gaūdēns discōrdĭă pāllā. Vīpĕrĕūm crīnēm vittis innēxă crŭēntis. insĭdŏs ăgĭtāns discōrdĭă frātrēs. VERS. Rĕpēns discōrdĭă sūrgit. ēxĕrĭtŭr trĕpĭdōs intĕr discōrdĭă cīvēs. Rēgĭbŭs

Incēssit māgnō discōrdiă mōtū. Nēc vēstră cāpit discōrdiă fīnēm. Dūm māgis increscūnt ănimis discōrdibŭs iræ. Scindĭtŭr incērtŭm stŭdia in cōntrāriă vūlgŭs. ēffērā Rōmānōs ăgităt discōrdiă Mānēs. ēgit flāgrāns discōrdiă civēs. V. *Seditio.*

discrĕpo, ās. *ŭt signum ā signō, sic ā sē discrĕpăt ipsō*, M. SYN. Dissēntio, dissĭdĕo, disto, ābsŭm, *vel* diffĕro, sŭm dissimilis, dispār.

discrētŭs. *Hic ŭbi discrētās insŭlă rŭmpĭt ăquās*, Ov. F. 2, 194. SYN. Distinctŭs, divisŭs, disjūnctŭs, rĕmōtŭs.

discrimĕn, inis. *Cōmpŏsitŭm discrimĕn ĕris, discrimină laŭdā*, Ovid. SYN. Dissĭdiŭm, *vel* pĕricŭlŭm. EPITH. Sævŭm, dūrŭm, ănceps, lēthālĕ, dīrŭm. V. *Periculum.*

discrimĭno, ās.——*ēt pictō vēstēs discrimĭnăt aūrō*, I. SYN. Distinguo, discērno.

discrŭcio. *ābfŏrĕ me ā dŏminæ vērtĭcĕ discrŭciŏr*, Catul. 64, 76. SYN. Crŭcio, tŏrquĕo, vĕxo. V. *Crucio, Affligo.*

discūrro. *ilicĕt in mūrōs tōtă discūrrĭtŭr ūrbĕ*, Virg. Æn. 2, 468. SYN. āccūrro, cōncūrro, cūrro. V. *Curro.*

discŭtio, ŭssi, ŭssŭm.—*rŭmpāmŭs, jŭgă discŭtiāmŭs ĕŏrŭm*, Paul. SYN. Dispēllo, rĕmŏvĕo, tōllo, *vel* ēxcŭtio, ăgito, quătio, quăsso, *vel* ēxămino. VERS. ŭt primŭm discŭssæ ŭmbræ, ēt lūx rēddĭtă mēnti ēst.

disērtŭs. *in caŭsā făcili, cuivis licĕt ēssĕ disērtō*, Ov. Tr. 3, 11, 21. SYN. Fācūndŭs, ēlŏquēns. V. *Eloquens.*

disgrĕgo, ās. *Pōst hās sŏnābit disgrĕgātō psālmŭlĕ.* (Iamb.) SYN. Sĕpăro, distinguo, dīvido, dispērgo.

disjĭcio, jēci, jēctŭm. *Disjĭcit, ēt spārsō lātĕ rigŭt, &c.* Virg. Æn. 12, 308. SYN. Dissipo, spārgo, dīvido, dispērgo.

disjūngo, xi, ctŭm. *ītălis lōngē disjūngĭtŭr ōris*, V. Æ. 1, 252. SYN. ābjūngo, dīvido, sĕpăro.

dispār, ăris. *ēst mihi dispărĭbŭs sēptēm cōmpāctă cicŭtis*, Virg. Ecl. 2, 36. V. *Dissimilis.*

dispārĕo. SYN. ēvānēsco, nōn āmpliŭs āppārĕo; āspēctū mē sŭbtrăho, āspēctŭm fŭgio. V. *Evanesco.*

dispărĭtās, ātis. *Dispărĭtās ănimis nisi quăm, &c.* M. SYN. Dissimilĭtūdo, vărĭĕtās.

dispăro. *is nōs pērgēntēs ălĭam in ălĭām dispărăt.* (Iamb.) SYN. disjūngo, sējūngo, sĕpăro.

dispēllo, dispŭli, dispŭlsŭm. *Dispŭlĕrăt pĕnitŭsque ălĭās ădvērtĕrăt ōrās*, Virg. Æn. 1, 516. SYN. discŭtio, disjĭcio, pēllo, ēxpēllo.

dispēndiŭm.——*nē quă nūræ fŭĕrint dispēndiă tānti*, Virg. Æn. 3, 453. SYN. Dāmnŭm, dētrimēntŭm, incōmmŏdŭm. V. *Damnum.*

dispĕrĕo, ii.——*infĕriŏr pārs hŏrŭm dispĕrit ŏmnis*, Lucr. 5, 289. SYN. Pĕrĕo.

dispērgo, dispērsi, dispērsŭm. *vitām dispērgĕre in aūrās*, V. Æ. 11, 617. SYN. Spārgo, dissēmino, diffūndo, ēffūndo, prōjĭcio.

dispĭcio, spēxi, ēctŭm. *Dispĭcit ŏmnĕ nĕmŭs, &c.* Ovid.

displĭcĕo. *Pœna ēst, quăm tāntō displĭcŭissĕ vĭrō*, Ov. Tr. 2, 140. SYN. Nōn plăcĕo, nōn ārrīdĕo, sŭm ŏdiōsŭs, ingrātŭs, injūcūndŭs. PHR. Aūribŭs ingrātŭm cārmĕn, ănimōs ōffēndit ēt aūrēs.

dispōno, dispŏsŭi, dispŏsitŭm. *ēt quinque in pārtēs tōtŭs dispōnĭtŭr ŏrbis*, Tib. 4, 1, 152. SYN. Cōmpōno, dīrigo, ōrdino.

dispŏsitŭs, ă, ŭm. *Dispŏsiti in tŭrmās, &c.* Stat. SYN. Cōmpŏsitŭs, dīrēctŭs, pŏsitŭs.

dispŭtātio, ōnis. *Quidquid dĕcēntĕr dŏctă dispŭtātio.* (Iamb.) SYN. Cōntēntio, lis, pŭgnă.

dispŭto. *Quŏd ŏptimŭm sit dispŭtăt cōnvīvĭŭm.* (Iamb.) SYN. Discēpto, cōntēndo, rixŏr, *vel* dissĕro.

disquiro, is, sivi, et sii, sitŭm.—*mēcŭm disquirĭtĕ, cŭr hōc*, Hor. S. 2, 2, 7. SYN. Quæro, inquiro, scrūtŏr, invēstigo.

dissĕco, cŭi, ctŭm. *ŏffām mŏlārēs dissĕcārēnt ūvidi*, (Iamb.) SYN. Sĕco, lănio, dilănio, discērpo, scindo, discindo. V. *Lacero.*

‖ dissēmino. SYN. sēmino, spārgo, dispērgo; dissipo; *Metaph.* vūlgo, divūlgo.

‖ dissēnsio, ōnis. SYN. Discōrdiă, dissĭdiŭm, dissēnsŭs. V. *Discordia.*

**dissĕntĭo**, is, si, sūm. *Trēs mĭhĭ cōnvīvæ prŏpĕ dissĕntīrĕ vĭdēntŭr*, Hor. Ep. 2, 2, 61. SYN. Discrĕpo, dissĭdĕo, vărĭo.

**dissĕro**, ŭi.—*infāntūm discĕrne ănĭmōs, ĕt dissĕrĕ quālēs*, P. SYN. Lŏquŏr, nārro, ēnārro, dīco, ēdissĕro, *vel* dispŭto, discĕpto.

**dissĭdĕo**, ēdi. *Mātris ăb ingĕnĭō dissĭdĕt illĕ sŭæ*, Ovid. SYN. Dissĕntĭo, discrĕpo, discōrdo.

**dissĭdĭūm**. *Dissĭdĭūm nōn ĕst hŏc, Prŏcŭlēĭă ; lŭcrum ĕst*, Mart. 10, 8. V. *Discordia*.

**dissĭlĭo**, is, ĭi, et ŭi, sŭltūm. *Dissĭlŭissĕ fĕrūnt ; cūm prōtĭnŭs ūtrăquĕ tēllūs*, Virg. Æn. 3, 416. SYN. Dissŭlto, *vel* discēdo.

**dissĭmĭlis**. *illis dissĭmĭlēs, ĕt nŏstrō tĕmpŏrĕ nātæ*, Juv. 15, 68. SYN. Nōn sĭmĭlis, ābsĭmĭlis, dispār, impār, dĭvērsŭs, vărĭŭs, discrĕpāns, inæquālis.

**dissĭmŭlātŏr**, ōris. *Nām mĭhĭ jām nōtŭs dissĭmŭlātŏr ĕris*, Mart. 4, 89, 10. SYN. Sĭmŭlātŏr, fictŏr, fāllāx. PHR. Fāndi fictŏr.

**dissĭmŭlo**. *Dissĭmŭlārĕ ĕtĭām spērāsti, pērfĭdĕ tāntūm*, Virg. Æn. 4, 305. SYN. Fingo, sĭmŭlo, ōccŭlto, cōnnīvĕo. PHR. Sĭmŭlātā mēntĕ lŏqui. VERS. Blāndō fraŭdēm prætĕxĕrĕ rīsū. Tristi fingĕrĕ mēntĕ jŏcūm. Imĭtāri gaŭdĭă fālsă. Spēm vūltū sĭmŭlāt, prēmit āltō cōrdĕ dŏlōrēm. Lætā cēlāt sŭb frōntĕ dŏlōrēm. Dissĭmŭlārĕ ĕtĭām spērāsti, pērfĭdĕ, tāntūm pōssĕ nĕfās, tăcĭtūsquĕ mĕā discēdĕrĕ tērrā ?

**dissĭpo**. *Fūlmĭnĕō dissĭpăt ōrĕ cănēs*, Ov. Fast. 2, 232. SYN. Spārgo, dispērgo, disjĭcio, *vel* cōnsūmo, ābsūmo, pērdo, prŏfūndo.

**dissĭtŭs**. *Cætĕră pārs ănĭmæ pĕr tōtūm dissĭtă cōrpŭs*, Lucr. 3, 144. SYN. Rĕmōtŭs, disjūnctŭs, distāns.

**dissŏcĭo**. *Dissŏcĭātă lŏcis cōncŏrdi pācĕ lĭgāvit*, Ov. M. 4, 25. SYN. Disjūngo, sēpăro, sēpōno, sēgrĕgo.

**dissōlvo**, sōlvi, sŏlūtūm. *Dissōlvĕ frīgŭs*, Hor. C. 1, 9, 5. SYN. Sōlvo, dīlŭo, rĕsōlvo, *vel* ăpĕrio, reclūdo, *vel* ēxpĕdio.

**dissŏlūtŭs**. *Dissŏlūtis pristĭnōrūm vincŭlis*. (Troch.) Prud. SYN. Sŏlūtŭs, *vel* ăpērtŭs, rūptŭs, *vel* imprŏbŭs, lĭbĭdĭnōsŭs.

**dissŏnŭs**. *Tām vărĭæ cūltū gēntēs, tūm dissŏnă vūlgi*, Lucr. 3, 289. SYN. ābsŏnŭs, nōn cōnsŏnŭs, discōrs.

**dissuādĕo**, dissuāsi, *trissyl.* dissuāsūm. *Hinc dissuādĕt ămŏr, victŭs pŭdŏr ēssĕt ămōrĕ*, Ov. M. 1, 619. SYN. Dēhōrtŏr, dētērrĕo.

**dissŭlto**, ās. *nĕc fūlmĭnĕ tānti dissŭltānt crĕpĭtŭs*, Virg. 12, 928. SYN. Dissĭlĭo, rĕsūlto, *vel* discēdo.

**distāntĭă**. *Quin intĕrcūrrāt quædām distāntĭă fōrmis*, Lucr. 2, 373. SYN. Spătĭūm, discrīmĕn.

**distĕndo**, is, di, sūm. *dūlci distĕndūnt nēctărĕ cēllās*. SYN. ēxtĕndo, *vel* replĕo.

**distĭchŏn**, i, n. *Si quāndo ēx nōstris distĭchă paūcă lĕgis*, Mart. 2, 71, 2.

**distillo**, ās. *Tempŏră distillānt nārdō*, Tib. 2, 2, 7. SYN. Stillo. PHR. Stillātim cădo. Stillās mitto.

**distĭnĕo**, ŭi. *Quæ tūtō tĭbi māgnă vŏlūnt, cūm distĭnĕt hōstēm*, Virg. Æn. 11, 381. SYN. Tĕnĕo, rĕtĭnĕo, dētĭnĕo, tārdo, mŏrŏr, rĕmŏrŏr, *vel* impĕdio, ōccŭpo.

**distinguo**, xi, ctūm. *fālsūm distinguĕrĕ vērō*, Hor. Ep. 1, 12, 29. SYN. Discērno, discrīmĭno, *vel* sēpăro, *vel* vărio.

**disto**. *invĕnĭās tămĕn intĕr sē distārĕ fĭgūris*, Lucr. 2, 848. SYN. ābsūm, sēpărŏr, sēmŏvĕŏr, sējūngŏr, sūm rĕmōtŭs, dissĭtŭs, *vel* discrĕpo, diffĕro.

**distōrquĕo**, si, sūm. *Distōrquēns ŏcŭlōs*, Hor. S. 1, 9, 65. SYN. intōrquĕo, rĕtōrquĕo, tōrquĕo.

**distrăho**, xi, ctūm. *Distrăhĭtŭr măgis, hŏc măgis ēst, &c.* Lucr. 2, 826. SYN. Sēpăro, sējūngo, disjūngo, dīvēllo, dīdūco, ābstrăho.

**distrāctŭs**. *ăc distrāctĭŏr intŭs*, Lucr. 4, 958. SYN. ābstrāctŭs, dīvūlsŭs, disjūnctŭs.

**distrĭbŭo**, is, ŭi, ūtūm. *Distrĭbŭēndă pĭōs hŏmĭnūm māndāvit in ūsŭs*, M. SYN. Dīvĭdo, pārtĭŏr, dispērtĭŏr, trĭbŭo.

**distūrbo**. SYN. Disjĭcio, ēvērto, dīrŭo.

**dītēsco**. *Sīvĕ fĕrās intērfĭcĕre, ĕt dītēscĕrĕ prædā*, Lucr. 5, 1248. PHR. ŏpēs, dīvĭtiās păro, cōmpăro, āssĕquŏr, ācquīro, cōnsĕquŏr, cūmŭlo, ăcērvo, cōngĕro, cōnquīro.

Digitized by Google

**ditio**, ōnis. *Qui mărĕ, qui tērrās ōmni dĭtiōnĕ tĕnērĕnt*, Virg. Æn. 1, 240. SYN. Pŏtēstās, impĕriŭm.

**ditiŏr**, ōris. *Nil ŏbstĕt tĭbi dŭm nĕ sit tĕ dītiŏr āltĕr*, Hor. S. 1, 1, 46. SYN. Dīvitiŏr, ŏpŭlēntiŏr. V. *Dives*.

**ditissimŭs**. *dītissimŭs ăgri*, Virg. Æn. 1, 347. V. *Dives*.

**dito**. *Suēvĕrăt innŭmĕrās hŏmĭnŭm dītārĕ cătērvās*, C. PHR. Dīvitiis, *vel* ŏpĭbŭs, aŭgĕo. Dīvitiis bĕo, cŭmŭlo.

**diū**. *Rhœbĕ, diū, rēs si quă diū mōrtālĭbŭs ūlla ēst*, Virg. Æn. 10, 861. PHR. Mūltōs ānnōs, mūltōs diēs, lŏngŭm tēmpŭs; *vel simpl.* Lŏngŭm.

‖ **divăgŏr**, āris. SYN. Văgŏr, ērro, ŏbērro, cūrro, discūrro.

**divēllo**, vūlsi, vūlsŭm.—*āmplēxū dīvēllĕrĕr ūsquăm*, Virg. Æn. 1, 568. PHR. Sēpăro, distrăho, disjūngo, āvēllo, ābstrăho.

**divērbĕro**, ās.—*Vŏlŭcrēs dīvērbĕrăt aūrās*, Virg. Æn. 5, 503. V. *Verbero*.

**divērsōriŭm**. *Mūtāndŭs lŏcŭs ēst, ĕt dīvērsōriă nōtă*, Hor. Ep. 1, 15, 10. SYN. Hŏspĭtiŭm, dŏmŭs.

**divērsŭs**. *Dīvērsōs ŭbi sēnsit ĕquōs, cūrrŭmquĕ rĕfērri*, Virg. Æn. 12, 495. SYN. Dissĭmĭlis, dispār, văriŭs, discrĕpāns, ălĭŭs.

**divērtĭcŭlŭm**. *ā dīvērtĭcŭlō rĕpĕtātŭr fābŭlă; pōstquăm*, Juv. 15, 72. SYN. Dīvērsōriŭm, *vel* sēmĭtă, trāmĕs.

**divērto**, si, sŭm. *Cāstălĭăm mŏlli dīvērtĭtŭr ōrbĭtă clīvō*, Virg. G. 3, 293. SYN. Dē, *vel* ēx viā dēflēcto: ăliō itĕr flēcto, fĕro: ăliō fĕrŏr. V. *Hospitor*.

**divĕs**, dīvitis. *Dīvĕs ăgri, dīvĕs pĕcŏrŭm, dītissimŭs aūri*, M. SYN. Lŏcuplēs, ŏpŭlēntŭs, dītissimŭs, prædīvĕs. PHR. Dīvĕs ŏpŭm, ŏpĭbŭs, dīvitiis ăbūndāns, āffluēns, pŏtēns, sŭpērbŭs. Quēm mūltæ cŏmĭtāntŭr ŏpēs. Dītissimŭs agri. Ingēns ărgēnti pōndŭs ĕt aūri pŏssidĕt. Qui fōrtūnæ mūnĕrĕ măgnās jāctăt ŏpēs. Intāctis ŏpŭlēntiŏr Thēsaūris Ărăbum ĕt dīvitiis Indiæ. Aūrō dīvĕs ĕt ōstrō. Dīvitiis ĕt mūltō splēndĭdŭs aūrō. Dīvĕs ŏpŭm, dīvĕs pictāi vēstis ĕt aūri. Aūri cōngēstū pēndĕrĕ dīvĕs. Quăm dīvĕs pĕcŏris nĭvĕi. Immēnsās nŭmĕrāns ŏpēs. Cui ēst fūlvi văstă mĕtālli Cōngĕriēs. Indŏcĭlis paūpĕriēm păti. Qui rēbŭs ăbūndăt ŏpimis. VERS. Crēvĕrăt āggēstis cŭmŭlātă pĕcūniă nūmmis; Nēc dŏmŭs immēnsās ārctă tĕnēbăt ŏpēs, Millĕ grĕgēs illi tŏtĭdēmque ārmēntă pĕr hērbās ērrābānt, ĕt hŭmŭm viciniă nūllă prĕmēbăt. Tērrăm cēntŭm vērtēbăt ărātris. Ille tĕnēt cūlti jūgĕră măgnă sŏli.

**divido**, dīvīsi, dīvīsŭm. *Dīvidĭmŭs mūrōs, ĕt mœniă pāndĭmŭs ūrbis*, Virg. Æn. 2, 234. SYN. Sēpăro, disjūngo, distrăho, distinguo, pārtiŏr, dispērtiŏr, distrĭbŭo, in pārtēs sĕco, dissĕco, frāngo.

**dividŭŭs**, *vel* dīvidŭs, ă, ŭm. *ĕt mihi dīvidŭō fŭndētŭr mūnĕrĕ quădră*, Hor. Ep. 1, 17, 49. *Nōsque ŭt sēūrsŭm dīvidŏs lētho ŏffĕrās.* (Iamb.)

**Divinitās**, ātis. *Dīvīnĭtātis vim cŏrūscāntēm căpit.* (Iamb.) SYN. Dĕitās: dīvīnŭm nŭmĕn: Dĕi mājēstās.

**divinitŭs**, Adv.——*Quiă sit dīvīnĭtŭs illis*, Virg. Geo. 1, 415. SYN. ēx Dĕō, cœlitŭs.

**divino**, ās. *ŭt dīvīnātās aūfĕrăt aūgŭr ŏpēs*, Ovid. de Nuce, 83. SYN. Vāticinŏr, aūgŭrŏr, cōnjicio, prædico, is, hăriŏlŏr. V. *Auguror*.

**divinŭs**, ă, ŭm. *ātquĕ dĕindĕ cănit dīvīnō ēx ōrĕ săcērdōs*, Vir. Æn. 3, 373. SYN. Dīvŭs, æthĕrĕŭs, cœlēstis. PHR. Cœlō dēmissŭs ăb āltō. Cœlēsti nātŭs ŏrīgĭnĕ. Dīvīnā stirpĕ crĕātŭs. Sătŭs, crētŭs, gĕnĕrātŭs, sānguĭnĕ Dīvŭm. Qui gĕnŭs dūcit Ŏlympō. Dīvŭm cērtissĭmă prōlēs. VERS. igneŭs ēst ōllis vigŏr, ĕt cœlēstis ŏrigo.

**divisŭs**. *et pĕnĭtŭs tōtō dīvīsōs ōrbĕ Brĭtānnōs*, Virg. Ecl. 1, 67. V. *Divido*.

**divitiæ**. *Dīvitiis hŏmĭnēs ăn sint virtūtĕ bĕāti*, Hor. Sat. 2, 6, 74. SYN. ŏpēs, fōrtūnæ, cŏpiæ, găzæ, nūmmi, thēsaūri, pĕcūniă, aūrŭm, ărgēntŭm. EPITH. imprŏbæ, mĭsĕræ, rēgālēs, pŏtēntēs, invĭdiōsæ, ŏpĕrōsæ, māgnæ, ingēntēs, prĕtiōsæ, sŭpērbæ, vānæ, fŭgitivæ, fŭgācēs, pĕritūræ, flūxæ, cădūcæ, mōllēs, blāndæ, grātæ, nĕfāndæ. PHR. Nūmmōrŭm ăcērvi. ărgēnti pōndŭs ĕt aūri. Aūri ărgēntiquĕ tălēntă. Æs cōngēstŭm. Măgnŭm, *vel* ingēns aūri pōndŭs. Cēnsŭs ingēntēs. Rēgālēs găzæ. Cūnctārŭm cōpiă rērŭm. Măgnă mĕtālli Cōngĕriēs. VERS. ēffŏdiūntŭr ŏpēs, irrītāmēntă mălōrŭm. Primă pĕrēgrīnōs ŏbscœnă pĕcūniă mōrēs intŭlit, ĕt tūrpi frēgērūnt sæcŭlă lūxū Dīvitiæ mōllēs. Cŭm măgnis ŏpĭbŭs dŏmŭs āmplă nitērĕt. Nēc mē rēgnă jŭvānt, nēc Lȳdiŭs aūrifĕr āmnis. Nēc quās tērrārŭm sūstĭnĕt ōrbis ŏpēs. Crēscit ămŏr nūmmi quāntum ipsă pĕcū-

Digitized by Google

niă crēscit. Vētĕrēs tēllūrĕ rĕclūdit Thēsaūrōs, ignōtum ărgĕnti pōndŭs ĕt aūri. immēnsās dīvĕs hăbēbăt ŏpēs. Hūnc lĕvēs nōn cŏmĭtántŭr ŏpēs. Mihi mūnĭfĭcās pārcă nĕgāvit ŏpēs. Dīvĭtĭās ălĭŭs fŭlvō sibĭ cōngĕrăt aūrō, ēt tĕnĕăt cŭltī jūgĕră māgnă sŏlī: Nām grăvĕ quid prōdēst pōndŭs mĭhi dīvĭtĭs aūri ārvăquĕ sī fīndānt pinguiă millĕ bŏvēs? Quidvĕ dŏmūs prōdēst Phrўgiīs innixă cŏlūmnis, Aūrātæquĕ trăbēs, mārmŏrĕŭmquĕ sŏlūm? V. *Potentia et Regia.*

dīvĭtiŏr, ōris. *ōppĭdă sūnt rēgni dīvĭtĭōră mĕi*, Ov. Ep. 16, 32. SYN. Dītiŏr, ŏpŭlēntiŏr, lŏcŭplētiŏr.

dīvōrtiūm.—*in gĕmĭni spārgit dīvōrtĭă pōnti*, Lucan. 2, 404. SYN. Discōrdĭă, dissēntio, dissĭdiūm, līs, *vel* dīvērtĭcŭlūm, sūmĭtă.

dīum. *Dē gēntĕ sūb dīō mŏrĕrĭs.* (Iamb. cum Syll.) PHR. Nūdŭs æthēr.

dīŭs, ă, ūm.—*quās ipsă dĕcūs sĭbi dīă Cămillă*, Virg. Æn. 11, 657. SYN. Dīvīnŭs, *vel* gĕnĕrōsŭs, illūstrĭs.

dĭūtĭnŭs. *Pōstquām văpōr dĭūtĭnŭs.* (Iamb. Dim.) SYN. Dĭūtūrnŭs.

dĭūtĭŭs. Adv. *Fōrtūnæquĕ vĕlit mĕmĭnissĕ dĭūtĭŭs ōro*, F. SYN. Lōngĭŭs.

dĭūtūrnŭs. *His qui dīligĭtŭr, vēllēm dĭūtūrnĭŏr ēssĕt*, Ov. M. 3, 472. PHR. Mūltōs pĕr ānnōs stāns, mănēns, dūrāns. Dĭū mănēns.

dīvŭlgo. *Dīvŭlgātă vĕtūs jam ăd cœlūm glōriă fērtŭr*, Lucr. 6, 8. SYN. Vūlgo, ēvūlgo, pērvūlgo, spārgo.

dīvūlsŭs, ă, ūm. *trĕmĕre ĕt dīvūlsă rĕpēntĕ*, Lucr. 6, 121. SYN. āvūlsŭs, disjūnctŭs, distrāctŭs.

Dīvŭs. *ăccĭpit, ĕt nŭmĕrūm Dīvōrum āltārĭbŭs aūgĕt*, Virg. Æn. 7, 211. SYN. Dĕŭs, nūmĕn.

dīvŭs, ă, ūm. SYN. Dīvīnŭs. V. *Deus.*

dō, dĕdi, dătūm, dărĕ. *Sic ĕgŏ dō pœnās ărtĭbŭs ipsĕ mĕis*, Ov. Tr. 5, 12, 48. SYN. Dōno, præbĕo, trĭbŭo, lārgĭŏr, impērtio, impērtĭŏr, *vel* trādo, *vel* sūppĕdĭto, *vel* pērmitto, cōncēdo. PHR. Mūnĕrĕ dōnārĕ. Dōnō dărĕ. ēxtrēmūm hōc dăt mūnŭs ămānti. V. *Dono, as.*

dŏcĕo, dŏcŭi, dōctūm. *ēxpĕdĭam, ĕt paūcis, ănĭmōs ădhĭbētĕ, dŏcēbo*, Virg. Æn. 11, 315. SYN. ēdŏcĕo, ōstēndo, mōnstro, indĭco, *vel* instrŭo, ērŭdio. PHR. ārtĭbŭs instĭtŭĕrĕ, instrŭĕrĕ, imbŭĕrĕ, infōrmārĕ, ērŭdīrĕ, ārtēs trādĕrĕ. Sē præbērĕ măgistrūm. Dărĕ præcēptă, dŏcŭmēntă. VERS. Tūm quōs ăd stŭdĭum ătque ūsūm fōrmābis ăgrēstēm. illa ĕtĭām stāntēs, rădĭō pērcūrrĕrĕ tēlās ērŭdiit. ūndūm Trītōnĭă Pāllăs ēdŏcŭit, mūltăque insignēm rēddĭdit ārtĕ. Phўllĭrĭdēs pŭĕrūm cĭthără pērfēcit Ăchillēm. in pătrĭās ārtēs ērŭdĭēndŭs ĕrit. Hōrtārĕ, viāmque insistĕ dŏmāndi, Dūm făcĭlēs ănĭmi jŭvĕnūm, dūm mōbĭlis ætās. Cārmĭnă fēci, ārtĭbŭs ŭt pŏssēs nōn rŭdĭs ēssĕ mĕis. ătque ănĭmōs mōlli cōntŭdit ārtĕ fĕrōs. Nūnc quā rătĭōnĕ quŏd instăt Cōnfĭcĕri pŏssit, paūcis ădvērtĕ dŏcēbo.

dŏcĭlis. *ēx nōbis gĕnĭti; quŏnĭăm dŏcĭlēs ĭmĭtāndis*, Juv. 14, 40. SYN. Discĭplinæ, *vel* dŏctrinæ căpāx, āptŭs ăd ārtēs, *vel* făcĭlis, trāctābĭlis, mitis. PHR. Cērĕŭs in virtūtēm flēcti.

dŏctĭlŏquŭs. *Dŏctĭlŏqui mŏrĭētŭr Mūsă Mărōnĭs*, Aug. V. *Doctus, Eloquens.*

dōctŏr, ōris. *Dōctŏr, ărgūtæ fīdĭcēn Thălīæ*, (Sapph.) H. Od. 4, 6, 25. SYN. Măgistĕr, præcēptŏr. EPITH. Pĕrītŭs, sēdŭlŭs, impĭgĕr, sĕvērŭs, rigĭdŭs, āspĕr, dūrŭs, blāndŭs, insignis, cĕlĕbĕr. V. *Magister.*

dōctrīnă. *Dōctrīnæ prĕtĭūm trīstĕ măgistĕr hăbĕt*, Ov. ex Pont. 2, 10, 16. SYN. ērŭdītĭo, sciēntĭă, dŏcŭmēntūm, præcēptūm, discĭplīnă, ārs. EPITH. Sĕnīlis, lăbōrĭōsă, hŏnōrāndă, ūtĭlis, pūlchră, insignis, præclāră, ingĕnĭōsă, nōbĭlis.

dōctŭs, ă, ūm. *Dōctŭs ĭtĕr mĕlĭŭs*, Hor. A. P. 68. SYN. ērŭdītŭs, pĕrītŭs, haūd ignārŭs, nōn nēscĭŭs. PHR. ārtĭbŭs instrūctŭs, Ăŏnĭi glōrĭă rāră chŏri. Rērūm ūndĭquĕ pĕrītŭs. Quēm Mūsæ stŭdĭis ēxcŏlŭērĕ sŭis. Trītōnĭă Pāllăs Quēm dŏcŭit, mūltăque insignēm rēddĭdit ārtĕ. Quēm cāsto ērŭdiit dŏctă Mĭnērvă sinū. Thēspĭădūm dĕcŭs immōrtālĕ sŏrōrūm. Dōctæ nōn ūltĭmă glōrĭă tūrbæ. Qui ingĕnŭās ănĭmūm ēxcŏlŭērĕ pĕr ārtēs.

dŏcŭmĕn, ĭnis; *vel* dŏcŭmēntūm, i. *ēt dŏcŭmēntă dămŭs, quā sīmŭs ŏrīgĭnĕ nāti*, Ov. M. 2, 415. SYN. Præcēptūm, prǣscrīptūm, mŏnĭtūm.

Dŏdōnă. *ēt victūm Dŏdōnă nĕgārĕt*, Virg. Geo. 1, 149. *Civitas, et Sylva in Chaoniâ, seu Epiro, ubi Templum Jovi sacrum. Hic columbæ consulentibus responsa dabant: nemus autem totum quercus erat. Unde Dodonææ quercus celebres fuere.* EPITH. Fĕrāx, glāndĭfĕră, cĕlsă, vĕtŭs, sacră.

Digitized by Google

**Dōdōnæŭs**, *vel* Dōdōnĭŭs, ă, ŭm. *ingēns ărgēntŭm, Dōdōnæōsquĕ lĕbētās*, Virg. Æn. 3, 466. *Cessĕrĭt ĭnvēntīs Dōdōnĭă quĕrcŭs ărīstīs*, Cl. SYN. Chāŏnĭŭs.

**dōgmă**, ătis. *Dōgmătă sīc sĕquĕrīs, tālīs ŭt ēssĕ vĕlīs*, Mart. 1, 9. SYN. Plăcĭtŭm, dēcrētŭm, sēntēntĭă, scītŭm. EPITH. Cērtŭm, clārŭm, pērspĭcŭŭm, cōnstāns, rĕcēptŭm, trītŭm, vŭlgārĕ, nōbĭlĕ, āntīquŭm.

**dŏgmătĭcŭs**. *Dŏgmătĭcās ăgĭtāt plăcĭdō cērtāmĭnĕ lītēs*, A. 17, 16.

**dŏlābră**. *Sī lēntŭs pĭgrā mūnīrēt cāstră dŏlābrā*, Juv. 8, 248. SYN. āscĭă, sĕcūrĭs.

**dŏlēntĕr**. *Pōst Phăēthōntēās vīdīssĕ dŏlēntĭŭs īgnēs*, Ov. M. 2, 246. SYN. Mœstē, trīstĭŭs, cūm gĕmĭtū.

**dŏlĕo**, ŭi. *Aūt dŏlŭīt mĭsĕrāns ĭnŏpem, aūt īnvĭdĭt hăbēntī*, Virg. Geo. 2, 499. SYN. īndŏlĕo, gĕmo, īngĕmo. V. *Queror*. PHR. Dŏlōrĭbŭs ūrŏr, crŭcĭŏr, vēxŏr, āngŏr, ăgĭtŏr, prĕmŏr, ūrgĕŏr, tŏrquĕŏr, cōnfĭcĭŏr, ĕxērcĕŏr, măcĕrŏr, īndūlgērĕ dŏlōri. Mœrōri văcārĕ. Grăvēs haūrīrĕ dŏlōrēs. VERS. Nēc cŏrpŭs quĕrŭlō nēc mēns văcăt ægră dŏlōrĕ. Cūrĭsque īngēntĭbŭs ægĕr Spēm vūltū sĭmŭlăt, prĕmĭt āltŭm cōrdĕ dŏlōrem. Mēns hĕbĕtātă, mălīs tōrpĕt. Cōnfēctă dŏlōrĕ Fūnĕrĕās spēctăt lānguĭdă vītă făcēs. Tăcĭtŭm nūtrĭt sūb pēctŏrĕ vūlnŭs. V. *Dolor*.

**dōlĭŭm**. *Dūmmŏdŏ pūrpŭrĕō spūmēnt mĭhĭ dōlĭă Bācchō*, Pr. SYN. Cădŭs. EPITH. ĭnānĕ, spūmāns, dūlcĕ, fĭctĭlĕ, căvŭm, rīmōsŭm, āmplŭm, căpāx, prŏfūndŭm, pĭcātŭm. VERS. ĕxūndānt pīnguī spūmāntĭă dōlĭă mūstō. In căvă Lēthēās dōlĭă pōrtăt ăquās. Pūrpŭrĕō spūmānt tĭbĭ dōlĭă mūstō. V. *Cadus*.

**dŏlo**, ās. *Nōn sūm dē frūgĭlī dŏlātŭs ūlmō*. (Phal. Mart. 6, 49.) SYN. Lævĭgo, cælo, scūlpo.

**dŏlo**, ōnis. *Pīlă mănū sævōsquĕ gĕrūnt ĭn bēllă dŏlōnēs*, Virg. Æn. 7, 664. EPITH. Tĕrēs, dūrŭs, sævŭs, vălĭdŭs.

**Dŏlōn**, ōnis. *Trojanus magnâ pedum pernicitate præditus, qui, cùm speculator in castra Græcorum missus esset, à Diomede et Ulysse deprehensus fuit, quibus spe conservandæ vitæ consilia Trojanorum aperuit, quem tamen ut proditorem occiderunt*. EPITH. Cĕlĕr, vēlōx, pērnix, āntīquŭs, īmbēllĭs, fŭgāx. VERS. āntīquī prŏlēs bēllō prǣclāră Dŏlōnis. *Virg*.

**Dŏlŏpēs**, ŭm. *Populi Thessaliæ, qui sub Phœnice in bello Trojano militârunt*. VERS. Quĭs tālĭă fāndo Mўrmĭdŏnŭm, Dŏlŏpŭmve aūt dūrī mīlĕs Ŭlўssĭs, Tēmpĕrĕt ā lăcrўmis? *Virg*.

**dŏlŏr**, ōris. *Nūllă fĭdēs dāmnīs, vērīsquĕ dŏlōrĭbŭs ădsĭt*, Hor. Ep. 1, 17, 57. SYN. Mœrŏr, āngŏr, trīstĭtĭă, crŭcĭātŭs, ærūmnă. EPITH. Crūdēlĭs, grăvĭs, sævŭs, ăcērbŭs, īntŏlĕrābĭlĭs, quĕrŭlŭs, mœstŭs, īnfēlix, sōllĭcĭtŭs, fĕrŭs, āltŭs, ŏccūltŭs, ŭlŭlāns, răbĭdŭs, ægĕr, dīrŭs, mĭsĕr, ăcērbŭs, āspĕr, īntēstīnŭs, mălŭs, ārdēns, crūdŭs, ăcūtŭs, īngrātŭs, īnsānŭs, vēsānŭs, ămārŭs, īndŏmĭtŭs, vĭŏlēntŭs, trīstĭs, ātrōx, gĕmĕbūndŭs, flēbĭlĭs, īmpătĭēns, pērvĭgĭl, ānxĭŭs, fūnĕrĕŭs, īrrĕquĭētŭs, vĭgĭl. PHR. Lōngī tōrmēntă dŏlōris. ăcūtī īn cōrdĕ dŏlōrēs. ănĭmŭm, pēctŭs, prǣcŏrdĭă, cōrdă, cōnfĭcĭt, rōdĭt, ĕxēdĭt, ĕxcrŭcĭăt, dīscrŭcĭăt. Quĭētī īnĭmīcŭs. VERS. Stĕtĭt ācrī fīxă dŏlōrĕ. Fŭrēns, ăcrīque īncēnsă dŏlōrĕ. Sūbĭtō mēntēm tūrbātă, *vel* cōncūssă dŏlōrĕ. Dūrĭs dŏlŏr ōssĭbŭs ārdĕt. Fūrĭt īmă dŏlōr dēlāpsŭs ăd ōssă. Prĕmĭt āltŭm cōrdĕ dŏlōrem. Gĕmĭtūsquĕ dŏlōrem Tēstāntŭr. Nōstrō dŏlŭīstī sæpĕ dŏlōrĕ. Tūm vēro ĕxārsĭt jŭvĕnī dŏlŏr ōssĭbŭs īngēns. Sūme ănĭmōs, nēc tē vēsānō trādĕ dŏlōri. Hĭs dīctīs cūræ ēmōtæ, pūlsūsquĕ pārūmpĕr Cōrdĕ dŏlŏr trīstī. Sūbĭto ōmnĭs dē cōrpŏrĕ fūgĭt Quīppĕ dŏlŏr. Nēc dūm ĕtĭām caūsæ īrārŭm, sævīquĕ dŏlōrēs ĕxcĭdĕrānt ănĭmō. īnfāndŭm, Rēgīnă, jŭbēs rĕnŏvārĕ dŏlōrem. ĕxplētŭr lăcrўmīs ēgĕrĭtūrquĕ dŏlŏr. Nūnquām tĭbĭ caūsă dŏlōris Hæc ĕrĭt. Nēc fīnīrĕ lĭcēt tāntōs mĭhĭ mōrtĕ dŏlōrēs. Quĭd me āltă sĭlēntĭă cōgĭs Rūmpĕre, ĕt ōbdūctŭm vērbīs vūlgārĕ dŏlōrem? V. *Luctus*.

**dŏlōsŭs**, ă, ŭm. ———— *mŭlĭĕr sī fōrtĕ dŏlōsă*, Hor. S. 2, 5, 70. SYN. Fāllāx, āstūtŭs, cāllĭdŭs, caūtŭs, văfĕr.

**dŏlŭs**. —— *Dŏlŭs, īnfāndŭm, pătĕfāctŭs ăd aūrās*, Virg. Æn. 2, 259. SYN. Fraūs, āstŭs, fāllācĭă, āstūtĭă, īnsĭdĭæ. EPITH. Tūrpĭs, mălŭs, ŏccūltŭs, cāllĭdŭs, caūtŭs, hōstīlĭs, cōmpŏsĭtŭs, scĕlēstŭs, fīctŭs, īnfīdŭs, īnŏpīnŭs, vērsūtŭs, tăcĭtŭs, tēctŭs, ăbdĭtŭs, mĕtŭēndŭs, īmplĕxŭs, pērvĭgĭl, văfĕr, sēcrētŭs, fālsŭs, fāllāx, vărĭŭs, lāscīvŭs, bĭlīnguĭs, nōctūrnŭs, lătēns, sōlērs, săgāx, īnsĭdĭōsŭs. PHR. Mēns sĭmŭlātă. Fīctŭm pēctŭs. ārs sūbdŏlă. Fraūs mēndācī tēctă cŏlōrĕ. Cōnfēctă dŏlō mēndācĭă tūrpī. VERS. āt mĭhĭ fāllācēs tūm pătŭērĕ dŏlī. Tăcĭtō

quæsitâ dŏlō victōriâ. Nūllăm quippĕ nĕfās quŏd nōn versūtĭ Tўrānni Callĭdĭtās finxissĕ quĕăt. V. *Fraus, Fallacia.*

dōmă, ătis.——*sūprĕmō dōmătĕ crēscĭt*, Sir. V. *Tectum.*

dŏmātŏr. *Tē dūcĕ nōn ŭliās cōnvērsūs tĕrgă dŏmātŏr*, Tib. 4, 1, 116. SYN. Dŏmĭtŏr, dēbēllātŏr, victŏr.

dŏmĕstĭcŭs. *Ille ĕgŏ cōnvictŏr dēnsōquĕ dŏmĕstĭcŭs ūsū*, Ov. Pont. 4, 3, 15.

dŏmĭnă, æ. *Cōncūrrūnt trĕpĭdæ cŏmĭtēs, dŏmĭnāmquĕ rŭĕntĕm*, Virg. Æn. 11, 805. EPITH. Grātă, sŭpērbă, pūlchră, fāllāx, pŏtēns.

dŏmĭnātĭo, ōnis. *Simplĕx dŏmĭnātĭō rērŭm*, Pr. SYN. Dŏmĭnātŭs, ūs: dĭtĭo, pŏtēstās, impērĭŭm, rēgnŭm. V. *Imperium.*

dŏmĭnātŏr, ōris.—*Pŏstquăm dŏmĭnātŏr Ŏlўmpi*, P. SYN. Dŏmĭnŭs.

dŏmĭnŭs. *Rōmānōs rērŭm dŏmĭnōs, gēntĕmquĕ tŏgātăm*, Virg. Æn. 1, 286. SYN. Rēctŏr, hērŭs. EPITH. Sŭpērbŭs, mĭtis, pŏtēns, mĕtŭĕndŭs, trĕmĕndŭs, atrōx, fĕrōx. VERS. Dŏmĭnis pārērĕ sŭpērbis cōgĭmŭr.

dŏmĭnŏr, āris.——*āc victis dŏmĭnābĭtŭr Argis*, Virg. Æn. 1, 289. SYN. impēro, rĕgo, prĕsūm. PHR. impērĭō tĕnĕo, rĕgo, mŏdĕrŏr, prĕmo, impērĭī frænă tĕnĕo. V. *Impero.*

dŏmĭto, ās. *ān prēnsōs dŏmĭtārĕ bŏvēs*, &c. Virg. Geo. 1, 285. SYN. Dŏmo, sŭbĭgo.

dŏmĭtŏr, ōris. *hŏmĭnŭm dŏmĭtŏrquĕ fĕrārŭm*, M. SYN. Victŏr, dēbēllātŏr, dŏmātŏr. V. *Victor.*

dŏmĭtrix, icis. *instrŭxitquĕ mănŭm clāvā dŏmĭtrīcĕ fĕrārŭm*, Ov. Ep. 9, 118. SYN. Victrix.

dŏmĭtŭs, ă, ŭm. *Crēscĕrĕ jăm dŏmĭtis sĭnĭtō*, &c. Virg. G. 3, 206. SYN. Dŏmātŭs, victŭs, dēvictŭs, sŭpērātŭs, sŭbāctŭs, ēxpūgnātŭs, dēbēllātŭs, sŭb jŭgă missŭs.

dŏmo, ās, ŭi, ĭtŭm. *Nōn ānni dŏmŭērĕ dĕcĕm, nōn millĕ cărīnæ*, Virg. Æn. 2, 198. SYN. Vinco, sŭpēro, sŭbĭgo, dēbēllo, dēvinco. PHR. Sŭb jŭgă mitto. Vi sŭbjĭcio, sŭbdo. Sērvĭtĭō victōs prĕmĕrĕ. Cōmpēscĕrĕ frænō. Bēllō cōntūndĕrĕ. VERS. Pŏpŭlōsquĕ fĕrōcēs cōntŭndit victŏr. V. *Vinco, Debello.*

dŏmŭs, ūs. *Hic dŏmŭs Ænēæ cūnctis dŏmĭnābĭtŭr ōris*, Virg. Æn. 3, 97. SYN. Tēctă, ædēs, ātrĭă, līmĕn, pōrtĭcŭs, aŭlă, sēdēs, Pĕnātēs, lār, lārēs, pĕnĕtrālĭă, hŏspĭtĭŭm. EPITH. Sŭpērbă, āltă, cōnspĭcŭă, mārmŏrĕă, ēxĭmĭă, ārdŭă, āntīquă, ingēns, āmplă, ēxĭlis, ēxĭgŭă, māgnă, pūlchră, rēgĭă, splēndĭdă, spătĭōsă, māgnĭfĭcă, pictă, aūrātă, ārdŭă, ēxcēlsă, pārvă, ābjēctă, hŭmĭlis, sōrdĭdă, vīlis, dēsērtă, incūltă. PHR. Sēptă, *vel* tēctă dŏmōrŭm. Fōribŭs dŏmŭs āltă sŭpērbis. Sūblīmĭbŭs āltă cŏlūmnis. Phrўgĭis innixă, *vel* fūltă cŏlūmnis. Aŭgūsti fāstīgĭă tēcti. Dŏmŭs rēgāli splēndĭdă lūxū. Vāstă cōndĭtă mōlĕ dŏmŭs. V. *Regia.* hŭmĭlis villă tēctă cāsæ. āngūsti lārēs. V. *Casa.* VERS. Tēctis sŭccēdĭtĕ nōstris. Nōstris sŭccēdĕ pĕnātĭbŭs, hŏspēs. āppārēt dŏmŭs intŭs, ēt ātrĭă lōngă pătēscūnt. Tēctis mātrēs ingēntĭbŭs ērrānt. ēst ŭbĭ jăm pătrĭæ pērvēntum ād līmĭnă sēdis. illōs pōrtĭcĭbŭs rēx āccĭpĭēbāt in āmplis. Sŭb tērrā fŏdĕrĕ lārēm. *in præt. à fodio.* Rĕdĕūnt in tēctă. Sine ūllis hŏspĭtĭis. Fit strĕpĭtŭs tēctis, vōcēmquĕ pēr āmplă vŏlūtānt ātrĭă. ādўtis ēffērt pĕnĕtrālĭbŭs ignēm. Hŏspĭtĭum āntīquŭm Trŏjæ sŏcĭīquĕ pĕnātēs.

*domum extruo.* SYN. Dŏmŭm cōnstrŭo, cōndo, strŭo, ædĭfĭcŏ. V. *Ædifico.*

dōnārĭŭm. *Si tŭă cōntĭgĭmŭs mănĭbŭs dōnārĭă pūris*, Ov. F. 3, 335. V. *Donum.*

dōnātĭo, ōnis. *Lōngiŭs ōstĕndit cŭlpa dōnātĭō mĭtēm*, Man. SYN. Dōnŭm, mūnŭs, *vel* cōndōnātĭo.

dōnātŭs. *Nēmo ēx hōc nŭmĕrō mĭhĭ nōn dōnātŭs ăbibit*, Virg. Æn. 5, 305. SYN. Dătŭs, *vel* dōnō āffēctŭs. Dōnis cŭmŭlātŭs.

dōnĕc. *Dōnĕc ĕris fēlix, mūltōs nŭmĕrābis ămīcōs*, Ov. Tr. 1, 9, 5. SYN. Dŭm, quāmdĭū, *vel* quŏŭsquĕ.

dōno, ās. *Quĕm pătĕr ipsĕ Dĕŭm scēptri dōnāvit hŏnōrĕ*, V. SYN. Dŏ, trĭbŭo, lārgĭŏr, impērtĭŏr, ēlārgĭŏr. PHR. Dōnō dărĕ. Mūnĕrĭbŭs, dōnis cŭmŭlārĕ, ōrnārĕ, ŏnĕrārĕ. VERS. Hūnc prōmissō mūnĕrĕ dōnāt. Nēmo ēx hōc nŭmĕrō mĭhĭ nōn dōnātŭs ăbibit. Quæ tĭbi, quæ tāli rēddām prō cārmĭnĕ dōnă? ēxtrēmum hōc dāt mūnŭs ămānti. Lætum āmplēxŭs Ăcēstēm Mūnĕrĭbŭs cŭmŭlāt māgnis. Mūltis ŏnĕrāvit līmĭnă dōnis. Quōdvis pĕtĕ mūnŭs, ēt illŭd Mē trĭbŭēntĕ fĕrēs. invītāt prĕtĭis ănĭmōs, ēt mūnĕră pōnit. ēxtrēmum hōc mūnŭs mŏrĭēntis hăbēto. Nil tĭbĭ quŏd dēmŭs mājŭs hăbēmŭs, āit. Hōc tĭbĭ, quō pŏtŭi

Digitized by Google

confectum carminĕ, munĕra Prō mūltis ĭllīs rĕddĭtŭr ŏffĭcĭis. Quēm cāndĭdă Dīdō ēssĕ sŭi dĕdĕrāt mŏnŭmēntum ĕt pĭgnŭs ămōris. Dōnă dĕhinc aūrō grăviă sĕctōque ĕlĕphāntō impĕrăt ăd nāvēs fĕrri, stīpătquĕ cărīnis īngēns ărgēntŭm. Tēxtĭlĭbŭsque ŏnĕrāt dōnis, ăc tālĭă fātŭr: ăccipe, ĕt hæc, mănŭŭm tĭbi quæ mŏnŭmēntă mĕārŭm Sint, pŭĕr, ĕt lōngum Āndrŏmăchēs tēstēntŭr ămōrem Cōnjŭgis Hēctŏrĕæ, căpĕ dōna ēxtrēmă tŭōrŭm. V. *Donum, Præmium, et Liberalis.*

dōnŭm. *ĕt cūr nōn ĭlĭis ĕădĕm dărĕ dōnă licēbit?* Ovid. SYN. Mūnŭs, mūnŭscŭlŭm, prǣmĭŭm. EPITH. Hŏnēstŭm, grātŭm, ăccēptŭm, dīvĕs, ŏpŭlēntŭm, lărgŭm, măgnĭfĭcŭm, rēgālĕ, splĕndĭdŭm, sōlēnnĕ, vīlĕ, ēxĭgŭŭm, rēgĭŭm, prĕtĭōsŭm. VERS. Vēstra, inquit, mūnĕră vōbis Cērtă mănēnt. Dŏmĭnāmquĕ pŏtēntĕm Sūpplĭcĭbŭs sŭpĕră dōnis. Mīttit, ĕt ăccĭpĭăs mūnĕră pārvă rŏgăt. Nōn si mūnĕrĭbŭs cērtās, cŏncēdĕt Iōllās. V. *Dono.*

Dōris, ĭdis. *Sūrgitĕ dē vitrĕis spūmōsæ Dōrĭdŏs āntris*, St. *Nympha maris, Oceani et Tethyos filia, Nerei conjux, et mater Nereidum.* EPITH. ămātă, cærŭlă, spūmōsă, glaūcă, dīffūsă, Nēptūnĭă, fōrmōsă, grāndævă, văgāns, hŭmĭdă, æquŏrĕă.

dōrmio, is, ivi, *vel* ii, itŭm. — *fēssŭs dōrmīrĕ viātŏr*, Hor. S. 1, 5, 17. SYN. Quiēsco, rĕquiēsco, dōrmīto. PHR. Sōmnŭm, sōpōrĕm cārpo, căpio, căpto, dŭco, pĕto. Sōmnō frŭŏr, jăcĕo, prĕmŏr, sĕpĕlĭŏr. Sōmnō *vel* quiētĕ mēmbră, *seu* cōrpŭs lĕvo, lăxo. Dō mēmbră quiēti. Dō plăcĭdăm pēr mēmbră quiētĕm. Sŭbĭt lūmĭnă fēssă sŏpŏr. In dūlcĕm sōlvūntŭr lūmĭnă sōmnŭm. Fēssŏs sŏpŏr ŏccŭpăt, *vel* irrĭgăt, ărtŭs. Sŏpŏr cōmplēctĭtŭr ărtŭs. Sōmnŭs ŏcŭlōs, lūmĭnă, vincit, cŏndit, tĕgit, prĕmit. Plăcĭdi căpio mūnĕră sōmni. Prĕmi grăvĭtātĕ sŏpōris. Dūlci dēclīnăt lūmĭnă sōmnō. Tōtō prōflăt pĕctŏrĕ sōmnŭm. Plăcĭdæ dēmīttĕrĕ mēmbră quiēti. Hūnc sŏpŏr āltŭs hăbĕt. Dărĕ cōrpŏră sōmnō. Plăcĭdă lăxārĕ mēmbră quiētĕ. Rĕquiēscĕrĕ lēctō. VERS. Lūmĭnă cūm plăcĭdō victă sŏpōrĕ jăcēnt. Blāndă quiēs fūrtim victis sŭbrēpsit ŏcēllis, ĕt cădit ā mēntō lānguĭdă făctă mănŭs. Prīmă quiēs ădĕrăt, cūm cūris fēssă diūrnis Pēctŏră sōmnŭs hăbĕt. ĕt cūm tē fūscō Sōmnŭs vēlāvit ămictū. Fēssis ŏcŭlis mūlcēntem ădmīttĕrĕ sōmnŭm. Sōmnō lūmĭnă victă dĕdi. Dānt cōrpŏră fēssă sŏpōri, ātque ŏmnĕs părĭtērquĕ sĭlēnt, părĭtērquĕ quiēscŭnt. Nōx ĕrăt, ĕt vīnō sōmnŭm făcĭēntĕ, jăcēbānt Cōrpŏră dīvērsis victă sŏpōrĕ lŏcis. Vēstă jăcĕt plăcĭdāmquĕ căpit sēcūră quiētĕm Circūmfūsă rŏsis, nīgrōquĕ rĕcūmbit ămōmō. Dōrmit ĕt in plūmā pūrpŭrĕōquĕ tŏrō. Nēc pŭdŏr, in stĭpŭlā plăcĭdăm cēpīssĕ quiētĕm, Nēc fœnŭm căpĭti sūppŏsŭīssĕ sŭō. Nōx ĕrăt, ĕt tērrās ănĭmālĭă sōmnŭs hăbēbăt. Nōx ĕst dātă cētĕră sōmnō. Nōx ĕrăt, ĕt tērrās ănĭmālĭă fēssă pĕr ōmnĕs, ălĭtŭŭm, pĕcŭdūmquĕ gĕnŭs sŏpŏr āltŭs hăbēbăt. Cūm pătĕr in rīpā gĕlĭdīquĕ sŭb æthĕris āxĕ Prōcŭbŭit, sērāmquĕ dĕdit pēr mēmbră quiētĕm. Plăcĭdūmquĕ pĕtīvit, Infŭsŭs mātris grĕmĭō, pēr mēmbră sŏpōrĕm. Cætĕră pēr tērrās ōmnĕs ănĭmālĭă sōmnō Lăxābānt cūrās, ĕt cōrda ŏblītă lăbōrŭm. Tūm mĕ cōnfēctŭm cūris sōmnōquĕ grăvātŭm infēlix hăbŭit thălămŭs, prēssitquĕ jăcēntĕm dūlcis ĕt āltă quiēs, plăcĭdæquĕ sĭmīllĭmă mōrti. Pāssim vīnō sōmnōquĕ pĕr hērbăm Cōrpŏră fūsă vĭdēnt. Lūmĭnă cūstōdis sŭccūmbĕrĕ nēscĭă sōmnō. V. *Somnus.*

dōrmīto. *ān dōrmītābo aūt vĭdēbō, trīstĭă, mæstŭm*, S. SYN. Dōrmio, *vel* ōtĭŏr.

dōrmītŏr, ōris. *Quid tibi dōrmītŏr prōdĕrit Ēndymiŏn?* Mart. 20, 4, 4. SYN. Sōpītŭs, *vel* sōmnŏlēntŭs.

dōs, dōtis. *ĕt nŭmĕrās in dōtĕ trĭūmphōs*, Mart. EPITH. Pătērnă, mātērnă, grāndis, jŭgālis, dīvĕs, āmplă. PHR. Rēgnŭm dōtālĕ rĕlīquit.

dōtālis, is. *ĕst mihi fœcŭndŭs dōtālĭbŭs hōrtŭs in ăgris*, Ov. Fast. 5, 209.

dōto, ās. *Sānguĭnĕ Trōjāno ĕt Rŭtŭlō dōtābĕrĕ virgo*, Virg. Æn. 7, 318. SYN. Dōtĕ dōno.

drăco, ōnis. *Aūt hæc, Māssylī pōmă drăcōnis ĕrānt*, Per. SYN. Sērpēns, ānguis. EPITH. Squāmmōsŭs, immānis, insōpītŭs, sævŭs, tōrtŭs, tōrtĭlis, ālĭgĕr, măcŭlōsŭs, flēxŭs, vĕnēnōsŭs, lēthĭfĕr, hōrrĭdŭs, fĕrŭs, pērvĭgil, dīrŭs, crŭdēlis, tŭmēns, atrōx, trūx, ātĕr, cristātŭs, cærŭlĕŭs, tērrĭbĭlis, fōrmīdābĭlis. V. *Serpens.*

drăcōnĭgĕnă. *inquĕ drăcōnĭgĕnăm nimbis cŏmĭtāntĭbŭs ūrbĕm*, Ov. Fast. 3, 865. SYN. Sērpēntĭgĕnă.

drāmă, ătis. *Nŏvŭm rĕcūsăt drāmă quippĕ sērvīlĕ*, (Scaz.) V. *Tragædia.*

Drĕpănŭm. *Urbs Siciliæ, in quam Saturnus falcem dejecit, ex fabulâ.* Δρέπανον,

Digitized by Google

*Græcè falx*. VERS. Quiquĕ lŏcŭs cŭrvæ nōmĭnă fālcĭs hăbĕt, *Ovid*. Hinc Dĕcĕpāni mē pŏrtŭs ĕt illætābĭlĭs ōră ăccĭpĭt, *Virg*.

Drŭĭdæ, ārŭm, *vel* Drŭĭdēs, ŭm. *Săcrōrŭm Drŭĭdæ pŏsĭtĭs rĕpĕtīstĭs ăb ārmĭs*, Lucan. 1, 446. *Gallorum olim Sacerdotes, Doctores, ac Judices, qui in sylvis degebant*. δρῦς, *Græcè quercus, et generatim quævis arbor*. EPITH. Sĕvēri, sylvĭvăgi, pĕrīti, dŏcti, sacri.

Drўădĕs, ŭm. *Nĕc Drўădās, nĕc nōs vĭdĕāmŭs lăbră Dĭānæ*, Ov. F. 4, 761. *Nymphæ sylvarum præsides, à* δρῦς, *arbor*. SYN. Hămadrўădĕs. EPITH. Sēmĭdĕæ, cūltæ, fōrmōsæ, rūstĭcæ, prŏcācĕs, sўlvēstrĕs, sўlvĭcŏlæ, ērrāntĕs, vĕnŭstæ, cōmptæ, pŭdīcæ, intāctæ, cāstæ, vĕrēcūndæ, nĕmŏrōsæ. incūltæ, trĕpĭdæ, tĭmĭdæ, lætæ, hĭlărĕs. PHR. Drўădŭm chŏrŭs. Drўădĕs pŭēllæ. Nĕmŏrŭm dĕæ. Nўmphæ sўlvĭcŏlæ. VERS. ăt Chŏrŭs æquālis Drўădŭm clāmōrĕ sŭprēmōs implērŭnt mōntēs. Claūdĭtĕ, Nўmphæ, Dictææ Nўmphæ, nĕmŏrŭm jām claūdĭtĕ sāltŭs. V. *Napææ, Oreades*.

dŭbĭto. *ĕt dŭbĭtāmŭs ădhūc vīrtūtem ēxtēndĕrĕ făctīs?* Virg. Æn. 6, 800. SYN. ămbĭgo, flŭctŭo, hærĕo. PHR. in dŭbĭō sūm, vērsŏr. Mēns in cōntrărĭă fērtŭr. Mēns hærĕt in ămbĭgŭō. Mēns, ănĭmŭs hærĕt, pēndĕt, ănĭmŭs stăt incērtŭs. Quid sĕquăr in dŭbĭō ēst. ăncēps æstŭs incērtām mēntēm răpit. Mēns tĭtŭbăt: pārtēs fērtŭr in ōmnēs. Pēctŏrĕ sēnsŭs Vērtūntŭr vărĭi. ănĭmō incērtō *vel* dŭbĭō, flŭctŭārĕ, nūtārĕ. Quō fĕrăr ignōro. Nōn hăbĕt ēxāctŭm quid ăgăt. VERS. ĕt lĭbĕt, ĕt tĭmĕō; nĕc ădhūc ēxāctă vŏlūntăs ēst sătis, in dŭbĭō pēctŏră nōstră lăbānt. Dūm cūræ ămbĭgŭæ, dūm spēs incērtă fŭtūri. Māgnō cūrārŭm flŭctŭăt æstū: ătque ănĭmŭm nūnc hūc cĕlĕrēm, nūnc dīvĭdĭt illūc, in pārtēsquĕ răpit vărĭās, pērque ōmnĭă vērsăt. ĕt mŏdŏ dēspērăt, mŏdŏ vūlt tēntārĕ, pŭdētquĕ, ĕt cŭpit, ĕt quid ăgăt nōn invĕnit: ūtquĕ sĕcūri Saūcĭă trăbs ingēns, ŭbi plāgă nŏvissĭmă rēstăt, Quō cădăt in dŭbĭo ēst, ōmnique ā pārtĕ tĭmētŭr: Sic ănĭmŭs vărĭō lăbĕfāctŭs vūlnĕrĕ nūtăt: Hūc lĕvis ătque illūc mōmēntăquĕ sūmit ŭtrinquĕ. Mēns dŭbĭis pērcūssă păvĕt. Sæpĕ mĭhi dŭbĭăm trāxit sēntēntĭă mēntēm. ūt vīdit vūlgi vărĭārĕ lăbāntĭă cōrdă. Spēquĕ tĭmŏr dŭbĭă, spēsquĕ tĭmōrĕ cădit. Nēc sum ănĭmi dŭbĭŭs, vērbis ĕă vincĕrĕ māgnŭm quām sit. ănĭmŭs vărĭō cūrārŭm flŭctŭăt æstū. Vērsānt ănimum in cōntrărĭă cūræ. Mēns incērtō flŭĭtāns ērrōrĕ văgātŭr. Lăbăt ămbĭgŭō spēs mĭxtă mĕtū. Heū quid ăgăt vărĭō nēquicquām flŭctŭăt æstū. V. *Curis angor*.

dŭbĭŭs. *Sæpĕ mĭhi dŭbĭām trāxit sēntēntĭă mēntēm*, Claud. SYN. incērtŭs, ămbĭgŭŭs, ăncēps, vărĭŭs, sūspēnsŭs, ănxĭŭs. PHR. Dŭbĭis ăffēctĭbŭs ērrāns. Mēntĕ lăbāns. ănĭmi dŭbĭŭs, incērtŭs, quō fātă fĕrānt: ēxĭtŭs in dŭbĭō ēst. Rūmŏr in ămbĭgŭō ēst. VERS. ūt stăt, ĕt incērtŭs quā sit sĭbĭ nēscit ĕūndŭm, Cūm vĭdĕt ēx ōmni pārtĕ viātŏr ĭtĕr. Dicam ĕquĭdĕm, nĕc tē sūspēnsŭm, nātĕ, tĕnēbo. Nūnc ădĕō quæ sit dŭbĭæ sēntēntĭă mēnti ēxpĕdĭām. *Dubia Martis alea*. ĕt pēndēbăt ădhūc bēlli fōrtūnă, dĭūquĕ intĕr ŭtrūmquĕ vŏlăt dŭbĭis vīctōrĭă pēnnis. Nēscĭă quēm mănĕăt tānti vīctōrĭă rēgni. V. *Dubito*.

dŭcātŭs, ūs. *ăt nōs signĭfĕrō qui tālĭă vōtă dŭcātū*, A.

dŭcēnti. *Nām fŭit hōc vĭtĭōsŭs: in hōrā sæpĕ dŭcēntōs*, Hor. S. 1, 4, 9. SYN. Bis cēntŭm.

dŭcēntĭēs. *Dŭcēntĭēs ăccēpit, ĕt tămēn vīvit*, (Scaz.) Mart. 5, 38, 24.

dŭcēnŭs. *Quām dōtis mĭhi quinquĭēs dŭcēnă*, (Phal.) Mart. 12, 76, 8.

dūco, xi, ctŭm. *Dūcite ăb ūrbĕ dŏmŭm, mĕă cārmĭnă, dūcitĕ Dăphnin*, V. SYN. Dēdūco, āddūco, ăgo, *vel* ēdūco, *vel* cōgito. VERS. Dūc ăgĕ, dūc ăd nōs, făs illi lĭmĭnă Dīvŭm tăngĕrĕ. *Pro Existimo*. Tāntōn' mē crīmĭnĕ dignŭm Dūxisti? Sic ĕquĭdēm dūcēbam ănĭmō, rēbarquĕ fŭtūrŭm. *Pro Traho*: Dūcĕrĕt āprīcis in cōllĭbŭs ūvă cŏlōrēm. *Pro Educo; stringo*: Aūxĭlĭŭm dūctō mūcrōnĕ pĕtēbăt. *Virg*.

dūctĭlis, is. *Pālmĭtis; hōc rĭgŭæ dūctīlĕ flūmĕn ăquæ*, Mart. 12, 31, 2. SYN. Făcĭlis, lēntŭs, *vel* dūctŭs.

dūctŏr, ōris. *ipsis præcĭpŭōs dūctōrĭbŭs āddĭt hŏnōrēs*, Virg. Æn. 5, 248. V. *Dux*.

dūdŭm. *ipsa ĕgŏmĕt dūdŭm Bĕrŏēn dīgrēssă rĕlīqui*, Virg. Æn. 5, 650. SYN. Jāmdūdŭm, jāmprĭdēm, jāmdĭū.

dŭēllĭcŭs. *ĕt căpŭt ăbscindis: sic pūgnă dŭēllĭcă pĕr sē*, F.

dŭēllŭm. *Græcĭă bărbărĭæ lēntō cōllīsă dŭēllō*, Hor. Ep. 1, 2, 7. SYN. Pūgnă,

Digitized by Google

certāmĕn, bellūm. EPITH. Fōrtĕ, incērtūm, sānguinĕūm, rābidūm, insānūm, dirūm, fūriōsūm. VERS. Qui tŏtiēs aūsūs sævō cērtārĕ dūēllō.

dūlcēdo, inis. *Nēsciō quā prætēr sŏlĭtūm dūlcēdĭnĕ læti*, Virg. G. 1, 412. SYN. Suāvitās. EPITH. Māgnă, grātă, jūcūndă, miră, blāndă, suāvis, mēllītă, nēctārĕă. VERS. Nēsciō quā nātālĕ sŏlūm dūlcēdĭnĕ cūnctŏs Dūcit, ĕt immĕmŏrēs nōn sĭnit ēssĕ sŭi, *Ovid.*

dūlcĭlŏquŭs. *Mōllĭt dūlcĭlŏquā cănŏrūs ārtĕ.* (Phal.) Sid. SYN. Blāndĭlŏquŭs, blāndŭs, fācūndŭs.

dūlcis. *Dūlcĭbŭs in stāgnis rimāntūr prātă Căÿstri*, Virg. Geo. 1, 384. SYN. Suāvis, mēllĕŭs, mitis, nēctārĕŭs, *Metaph.* Jūcūndŭs, grātŭs, chārŭs, *vel* ămœnŭs.

dūm. *mūltă—pāssūs dūm cōndĕrĕt ūrbēm.* Virg. 1, 5. SYN. Dōnĕc, *vel* quāndo, *vel* dūmmŏdŏ, mŏdŏ.

dūmētūm. *Tēr cēntūm nivĕi tōndĕnt dūmētă jūvēnci*, Virg. Geo. 1, 16. SYN. Spinētūm, vēprētūm, rūbētūm. EPITH. Hōrrēndūm, hōrrĭdūm, dēnsūm, āspĕrūm, āvīūm, impērvīūm, flōrēns. V. *mox Dumus.*

dūmicŏlă. *Caūcăsĕās ārcēs, ēt dūmĭcŏlās Ărĭēnŏs*, A. PHR. Dūmōs cŏlēns.

dūmmŏdŏ. *Dūmmŏdŏ pūgnāndō sŭpĕrēm*, &c. Ov. M. 9, 30. SYN. Dūm, mŏdŏ, ŭt: si tămĕn.

dūmōsŭs. *Dūmōsā pēndĕrĕ prŏcŭl dē rūpĕ vĭdēbo*, Virg. Ecl. 1, 77. SYN. Spinōsŭs, spinifĕr. PHR. Dūmis, spinis, *vel* rūbis plēnŭs, hōrrēns, āspĕr. V. *Spinosus.*

dūmŭs, i. *Hōrrēntēsquĕ rūbōs, ēt ămāntēs ārdŭă dūmōs*, Virg. Geo. 4, 315. SYN. Rūbŭs, dūmētūm, sēntēs, vēprēs, spinæ. EPITH. Hōrrĭdŭs, hōrrēns, dēnsŭs, pinguis, āspĕr, āvīŭs, ūmbrōsŭs, spinōsŭs, sylvēstris, virēns, viridis, rĭgĭdŭs, impērvĭŭs, spinifĕr, hirsūtŭs, ăcūtŭs. VERS. Sylvă fŭit lātē dūmis, ātque ilicĕ nigrā Hōrrĭdă, quām dēnsi cōmplērānt ūndĭquĕ sēntēs. āspĕră dūmis Rūră tĕnēnt. V. *Rubus.*

dŭo. *Vĕl sĭmŭlācră dŭō fōrsān dŭō dōnă fŭērĕ*, M. *Sĕd pār ātque ĕādĕm eœnă dŭōbŭs ĕrāt*, Mart. 6, 11, 4. SYN. Duplēx, bini, gĕmini.

dŭōdĕcimŭs, *vel* duōdĕcimŭs, *quadrissyl.* *Dŭōdĕcĭmō Tūrnŭs dīvīnīs ŏccĭdĭt ārmis*, Virg. Æn. PHR. āltĕr ăb ūndĕcimō. Primŭs ăb ūndĕcimō.

dŭōdēnŭs. *Pēr dŭōdēnă rĕgĭt mūndi Sōl aūrĕŭs āstră*, Virg. Geo. 1, 233. SYN. Bis dēnŭs.

duplēx, icis.——*ēt dŭplĭcēm, gēmmis, aūrōquĕ cŏrōnām*, Virg. Æn. 1, 659. SYN. Gĕminŭs, āmbo.

duplicitĕr. *Dŭplĭcĭtĕr, nām vis vēnti cōntrūdĭt, ēt ipsă*, Luc. 6, 509.

duplico. *Mōbĭlĭtās dŭplĭcātŭr, ēt impĕtŭs illĕ grăvēscit*, Luc. 6, 336. SYN. ăddūplico, cōnduplico, gĕmino, ăggĕmino, cōngĕmino. PHR. Sōl crēscēntēs duplicăt ūmbrās.

dūrābilis. *Quŏd cărĕt āltĕrnā rĕquiĕ, dūrābĭlĕ nōn ēst*, Ov. Ep. 4, 89. SYN. Diūtūrnŭs, stābilis, mănēns, pērmănēns, cōnstāns. PHR. Diū mănēns, dūrāns, stāns. Mūltōs pēr ānnōs pērmănēns.

dūrēsco, dūrŭi. *Limŭs ŭt hic dūrēscit ĕt hæc ŭt cēră liquēscit*, Virg. Æn. 8, 80. SYN. indūrēsco, indūrŏr, cōncrēsco, āstringŏr, prĕmŏr, rigĕo. V. *Gelo.*

dūritās, ātis. *ŏblītă tērră dūrĭtātis hўbērnæ.* (Scaz.) SYN. Dūritiēs, rigŏr, *vel* sævitiă, crūdēlitās.

dūritĕr. *Dūrĭtĕr ēt dūrō tērrām pĕdĕ pēllĕrĕ mātrēm*, Ovid. SYN. Dūrĕ.

dūritiēs, iēi, *vel* dūritiă, æ. *Pōnĕrĕ dūrĭtiēm cœpērĕ, sŭūmquĕ rigōrēm*, Ov. M. 1, 401. SYN. Dūritās, rigŏr, sævitiēs, crūdēlitās, bārbāriēs. EPITH. ădămāntină, ăcērbă, fērrĕă.

dūro, ās. *Dūrāvitque ănimūm*, Ov. ad Liv. 198. SYN. indūro, āstringo, cōnstringo, prĕmo, gĕlo, firmo, *vel* stō, mănĕo, pērmănĕo, diū mănĕo, stābilis, diūtūrnŭs sūm. VERS. Sævōquĕ gĕlū dūrāmŭs ĕt ūndis. *Pro Tolero.* Dūrāte: ēt vōsmĕt rēbŭs sērvātĕ sĕcūndis. Pătiār quēmvis dūrārĕ lăbŏrēm. Virg.

dūrŭs, ă, ūm. *Dūrŭs ŭtērquĕ lăbŏr; laūdāto ingĕnĭă rūră*, Virg. Geo. 2, 412. SYN. Sŏlĭdŭs, firmŭs, fērrĕŭs, ădămāntinŭs, mārmŏrĕŭs. *Metaph.* Mŏlēstŭs, ingrātŭs, injūcūndŭs, *vel* sĕvērŭs, rigĭdŭs, crūdēlis. V. *Crudelis.*

dux, dŭcis. *Cōnsēdĕrĕ dŭcēs, ēt vūlgi stāntĕ cŏrōnā*, Ov. M. 13, 1. SYN. Dūctŏr. EPITH. Crŭēntŭs, bēllĭgĕr, bēllicŭs, fōrtis, aūdāx, Mārtiŭs, māgnănimŭs, indŏmitŭs, gĕnĕrōsŭs, prūdēns, săgāx, sōlērs, prōvĭdŭs, vigil, pērvigil, Māvōrtĭŭs,



Digitized by Google

terrificus, metuendus, trux, atrox, ferus, cristatus, insignis, præclarus, magnus, tremendus, ferox, acer, callidus, astutus, cautus, versutus, fidelis, potens, sedulus, strenuus, minax, imperterritus, invictus. PHR. Primus inire manu bellum. armis clarus, nobilis, acer, belloque ferox. Vinci nescius armis. Primus inire manu, postremus ponere Martem. Nulli cessurus in armis. Hostibus haud tergo, sed forti pectore notus. V. *Bellicosus.*

Dyrrhachium. *Dyrrhachii præceps rapiendas tendit ad arces,* Luc. 6, 14. *(Urbs in ea parte Macedoniæ, quæ mari Adriatico incumbit.)* EPITH. Clarum, nobile.

## E.

E Præpos. *Tu quod es, e populo quilibet esse potest,* Mart. 5, 13, 10. SYN. ex, de, *vel* juxta, ad.

ea, Fœm. *ab* is. *Frugibus infelix, ea nec mansuescit arando,* Virg.

ea, Adv. *Corpus ea non est qua porro cumque tenet se,* Lucr. 1, 509. SYN. Hac.

eadem. *Fœm. sing. vel Neut. plur. ab* Idem. *Canities eadem est, eadem violentia vultus,* Ov. M. 1, 238. *Verba mihi desunt, eadem tam sæpe roganti,* Ov. ex Pont. 3, 7, 1.

eadem, *vel* eadem, *dissyl. Ablat. ab* Idem. *Ridetur chorda qui semper oberrat eadem,* Hor. A. Poet. 356. *Hac eadem rursus, Lygdame, curre via,* Prop. 3, 6, 36.

eatenus. *ortus erat, cum rex insomnis eatenus altum,* M. SYN. Hactenus.

ebeninus, a, um. SYN. ex ebeno.

ebenus, i. f. *Fert ebenum, solis est thurea virga Sabæis,* Virg. Geo. 2, 117. SYN. ebenum. *Neut. gen.* EPITH. Dura, splendida, splendens, atra, nitens, nitida, fusca, nigra, Inda, Indica, Eoa, Mareotica, i. e. *Ægyptia,* polita, enodis.

ebibo. *Filius, aut etiam hæc libertus, ut ebibat hæres,* Hor. S. 2, 3, 122. V. *Bibo.*

ebrietas, atis. *Non semel ebrietas est simulata mihi,* Ov. Ep. 16, 246. SYN. Crapula, temulentia. EPITH. Turpis, amens, improvida, fœda, iners, stupida, insana, obscœna, loquax, garrula, tremula, titubans, gravis, furens, malesana, exitiosa, perniciosa. PHR. Corporis robur frangens, enervans, exhauriens, ingenii frangens vires, animique vigorem. Fœcunda malorum ebrietas. Mater fœcunda malorum. Certa juventæ pernicies. Rixis gaudens. Sanæ menti inimica. Illecebris exitiosa suis. Mala arcani custos, operta recludens. Extinctæ prodiga famæ. arcana revelans. VERS. arcanum demens detegit ebrietas. in prælia trudit inermem. ebrietas cunctis fugienda, sed altis Principibus funesta lues. ut Venus enervat vires, sic copia Bacchi et tentat gressus, debilitatque pedes. V. *Ebrius.*

ebriosus. *ebriosa acina ebriosioris.* (Phal.) SYN. Bibax, potor, potator, vinosus.

ebrius. *Non magis audierit, quam Fusius ebrius olim,* Hor. S. 2, 3, 60. SYN. ebriosus, temulentus, vinolentus. PHR. Somno vinoque sepultus, solutus. Vino madidus, madens, udus, madefactus, gravis. Cui titubat multo linguaque mensque mero. Nimio venas inflatus Iaccho. Miti delusus Iaccho. Multo perfusus tempora Baccho. Cibo vinoque gravis. Largoque Lyæi Flumine submersus. VERS. Ægre titubantes sustinet artus. Multoque jacebat Membra Deo victus. ille mero somnoque gravis titubantia membra Vix trahit. ebrius inprudens vertitur arte meri. Stupent multo corda mero. Passim vino somnoque per herbam Corpora fusa jacent. Silenum pueri somno videre jacentem, inflatum hesterno venas, ut semper, Iaccho. Nam simul expletus dapibus vinoque sepultus Cervicem inflexam posuit jacuitque per antrum immensum, saniem eructans. Somno vinoque sepulti procubuere, silent late loca. immodico nutant tempora quassa mero. Nascitque regi mens plena Lyæo.

*Descriptio Ebrii.*

—— Hominem cum vini vis penetravit  
Acris, & in venas discessit plurimus ardor,  
Consequitur gravitas membrorum, præpediuntur  
Crura vacillanti, tardescit lingua, madet mens,  
Nant oculi, clamor, singultus, jurgia gliscunt. *Lucret.* 3, 475.

Digitized by Google

ēbullio, is, ii, ītūm. *ēbullīt pătrŭī prĕclārŭm fūnŭs, ĕt ōssi*, Pers. 2, 10.

ēbullo, ās. *ătque ălĭă flĕtŭs ēbullănt părtĕ vĭrīlĕs*, F. SYN. Būllo, būllio.

Ĕbŭr, ŏris. *Mūnĕră pŏrtāntēs ĕbŏrisque aūrīquĕ tălēntă*, Virg. *Æn.* 11, 333. *Fit ex dente Elephantis. Frequens est in Indiâ et Africâ.* EPITH. Indūm, Indicūm, cāndēns, Āssȳrĭūm, *ab Assyriâ, ubi frequens illius usus, vel Assyriâ purpurâ tinctum:* nĭvĕūm, splēndĭdūm, lĭquĭdūm, cāndēns, nĭtĭdūm, pŏlītūm. PHR. Nĭvĕi mūnĕră dēntis. VERS. ĕbūr nĭtĭdūm fāstīgĭă sūmmă tĕgēbăt. Sĕctĭlĕ dēlĭcĭīs Indĭă prĕbĕt ĕbŭr. V. *Elephas. Pro Citharâ:* Dūm cănit, ĕt liquĭdūm dūm Dĕă pūlsăt ĕbŭr.

ĕbŭrnĕŭs, *vel* ĕbŭrnŭs, ă, ūm. *ŏppĭdă tŭrrĭtĭs cĭngūntŭr ĕbŭrnĕă mūrĭs*, Ov. Pont. 3, 4, 105. *Pŏrtābăt nĭtĭdūs cŭrrŭs ĕbŭrnŭs ĕquis*, Tib. 1, 7, 8. SYN. ĕlĕphāntinŭs.

Ĕbusŭs. *Jāmque Ĕbŭsŭs Phœnissă mŏvĕt*, Sil. 3, 363. *Āc dēlictă văgō pĕcŏri cōnsūrgit Ĕbŭsŭs*, Avien. *Insula in Mari Hispanico prope Baleares, ubi nullum oritur animal noxium.* EPITH. Circŭmflŭă, dīvĕs, ŏpĭmă, innŏcŭă, irrĭgŭă, rĭgŭă, mădĭdă, mădēns.

ĕccĕ. *ēccĕ Dĭōnæi prŏcēssit Cæsăris āstrŭm*, V. Ecl. 9, 47. SYN. ēn.

Ĕcclēsiă. *Cūjūs dē mănĭbūs sūmēns Ĕcclēsiă cōrpŭs*, M. SYN. Tēmplūm, dēlūbrūm, fānūm, ædēs. PHR. Ædēs sacră Dĕō. Sacră tēctă Tŏnāntis. V. *Templum: vel* Christĭădūm cœtūs, pŏpŭlŭs, gēns. Pĭōrūm fŏrtūnātă mănŭs. Gēns pĭă. Gĕnŭs ēlēctūm. Christi cūltŏrēs. Grĕx Christi qui mīlĭtăt ārmis.

Ĕchĕnēis, is. *Pārva Ĕchĕnēis ădēst, mīrūm, mŏră pūppibŭs ingēns*, Ov. H. 96. SYN. Rēmŏră.

Ĕchidnă.—*Lērnææ sānguis Ĕchidnæ*, Ov. M. 9, 156. EPITH. tŭmĭdă, fĕră, dīră, răbĭdă, fŭrĭālis, lēthĭfĕră, vĕnēnōsă, vĕnēnĭfĕră, tŭmēns, hōrrĭdă. V. *Hydra.*

Ĕchinădēs, ūm. *Tŭrbĭdŭs ŏbjēctās Ăchĕlōŭs Ĕchĭnădās ēxit*, St. Th. 2, 732.

ĕchinŭs. *Cŏrtĭcĕ dēpŏsĭtō mōllis ĕchĭnŭs ĕrit*, Mart. 13, 86. EPITH. Rŭbĕr, hīrtŭs, vŏlūbĭlis, æquŏrĕŭs, sȳlvēstris, caūtŭs, spīnōsŭs.

Ēchō, ūs.——*rĕpărābĭlis āssŏnăt Ēchō*, Pers. 1, 102. *Nympha fuit, ut fabulantur Poëtæ, Narcissi amore capta, quæ, cùm ab illo sperneretur, dolore contabuit, et corpore in saxum mutato, nihil præter vocem retinuit.* SYN. Vōx rĕpērcūssă. EPITH. gārrŭlă, cănōră, văgă, clāră, rĕflēxă, rĕdĭtūră, lŏquāx, rĕsŏnāns, pērcūssă, ĭmĭtātrix, rēspōnsūră, rĕcōndĭtă, lătēns, vĭgil, pērvĭgil. PHR. Vōx rĕsŏnă. Sŏnāns rĕpērcūssis vōcĭbŭs Ēchō. Vōx rĕdĭēns ădvērsis cōllĭbŭs ictă. Rēspōnsāns vōcis ĭmāgo. Sŏnŭs ă vōcālĭbŭs āntris rēddĭtŭs. Hăbĭtāns in mōntĭbŭs Ēchō. Fōntĭbŭs ātque āntris gaūdēns. Ingĕmĭnāns vōcēs. Aūdĭtă vērbă rĕpŏrtāns. VERS. Plāngēntĭbŭs āssŏnĕt Ēchō. Cūm gĕmĭtū rĕbŏānt sȳlvæ. illĕ cănit, pūlsæ rĕfĕrūnt ăd sȳdĕră vāllēs. ĕt vōx āssēnsū nĕmŏrum ingĕmĭnātă rĕmūgit. Cōncăvă pūlsū Săxă sŏnānt, vōcisque ŏffēnsă rĕsūltăt ĭmāgo. Rīpæquĕ lăcūsquĕ Rēspōnsānt circā, gĕmĭtū nĕmŭs ōmnĕ rĕmūgit. Cōnsŏnăt ōmnĕ nĕmŭs vōcēmque inclūsă vŏlūtānt Līttŏră, pūlsāti cōllēs clāmōrĕ rĕsūltānt. Căvis Ēchō prŏcŭl āssŏnăt āntris. Crēbris mūgītĭbŭs āmnēs ărēntēsquĕ sŏnānt rīpæ, cōllēsquĕ sŭpīni. Tōtŭsquĕ rĕmūgit Mōns circum, ĕt vōcēm lātē nĕmŏra āltă rĕmittūnt. Tōtō clāmānti līttŏrĕ, Thēseū, Rēddēbānt nōmēn cōncăvă săxă tŭūm: ĕt quŏtĭēs ĕgŏ tē, tŏtĭēs lŏcŭs ipsĕ vŏcābăt. Pūlsātăquĕ săxă Aūdĭmŭs lōngĕ frāctāsque ăd līttŏră vōcēs. Vōcālis Nȳmpha ĕst, quæ nĕc rĕtĭcērĕ lŏquēnti, Nĕc prĭŏr ipsă lŏqui dĭdĭcit rĕsŏnābĭlis Ēchō. Eūrĭdĭcēn tōtō rĕfĕrēbānt flūmĭnĕ rīpæ. insŏnŭērĕ căvæ, gĕmĭtūmquĕ dĕdērĕ căvērnæ. V. *Clamo.*

*Descriptio* Echûs, Narcissum *insequentis.*

Dixerat: *Ecquis adest?* et *adest*, responderat Echo.
Hic stupet: utque aciem partes divisit in omnes,
Voce, *Veni*, clamat magnâ: vocat illa vocantem.
Respicit, et nullo rursus veniente, *Quid*, inquit,
*Me fugis?* et totidem, quot dixit, verba recepit.
Perstat, et alternæ deceptus imagine vocis,
*Huc coëamus*, ait: nullique libentiùs unquam
Responsura sono, *coëamus* rettulit Echo. *Ov. Met.* 3, 380.



Digitized by Google

ĕclipsis, is. SYN. Dēfectŭs, dēlĭquĭŭm. EPITH. Mĭnāx, fātālis, fūnestă, trīstis, infēlix, hōrrendă, mētŭendă, nigră, ātră.

*eclipsis Solis.* VERS. Sōl vēlāmĭnĕ nigrō ōră tĕgit. Phœbūs cālīgĭnĕ mergĭtŭr ātrā. Dēfectūs pătĭtŭr Phœbūs răptæquĕ lăbōrēs Lūcis. Sōl nĕgăt ōffĭcĭūm mūndo, ēt sē sūbtrăhit ōrbi. Ipsĕ căpŭt mĕdĭō Tītān cūm fērrĕt Ōlympō, Cōndĭdit ārdēntēs nigrā cālīgĭnĕ cūrrūs, invōlvitque ōrbēm tĕnĕbris gēntēsquĕ cŏēgit Dēspērārĕ dĭēm. V. *Sol.*

*eclipsis Lunæ.* VERS. Dēnsis tĕgit ōră tĕnēbris Cynthiă. Vēlātō Phœbē lătĕt ābdĭtă vūltū. Lūnă tērrārūm sūbĭtā pĕrcūssa ēxpāllŭit ūmbrā. Lūnă ōbrŭĭtŭr tĕnĕbris cālīgĭnis ātræ. Cūm mĕdĭūs Phœbi rădĭōs intērcĭpit ōrbis. Cāntātă Lūnă lăbōrăt ĕquis. Cœlō dēdūcūnt Thēssălă Lūnām Cārmĭnă. Lūnæ ōbscūrĭŏr ōrbis Pāllŭit. V. *Luna.*

ĕclŏgă. *Vērnāns pēr vărĭi cārmĭnis ĕclŏgās.* (Asclep.) EPITH. Tĕnŭis, dīdūctă, fēstīvă.

ē cōntrā. *Æmŭlŭs ē cōntrā spērăt, quōs vīcĕris ōdit,* Sid. SYN. Cōntrā.

ĕcŭlĕūs. *ēviscĕrāndŭm, cōrpŭs, ĕcŭlĕo ēmĭnŭs.* (Iamb.) V. *Equus, et Supplicium.*

ĕdācĭtās, ātis. *Gŭla ēst fĕrīnă, sēd sōcōrs ĕdācĭtās,* (Iamb.) SYN. Vŏrācĭtās, ingluvĭēs, gŭlă.

ĕdāx, ăcis. *Tēmpŭs ĕdāx rērŭm, &c.* Ov. Met. 15, 234. SYN. Vŏrāx, gŭlōsŭs, hēllŭo. V. *Gulosus.*

ēdēntŭlŭs. *ēdēntŭlārŭm cāntĭlēnæ suāsĕrint.* (Iamb.) SYN. ēdēntātŭs.

ēdīco, is, xi, ctūm. *Tāntăquĕ cōncēdis tū mēnti ēdīcĕrĕ dōnis,* P. SYN. Dēnūncio, sīgnĭfĭco, dīco, præmŏnĕo, *vel* stătŭo, cōnstĭtŭo, dēcērno, sāncio, jŭbĕo.

ēdictŭm. *āddĕ quŏd ēdictŭm quāmvis īmmītĕ mĭnāxquĕ,* Ov. Tr. 2, 135. SYN. Dēcrētŭm, stătūtŭm, lēx.

ēdisco, ēdĭdĭci. *Aŭdĭit Eūrōtās, jūssitque ēdiscĕrĕ laūrōs,* Virg. Ecl. 6, 83. SYN. Disco, pērdisco, pērcĭpĭo, cōncĭpĭo. V. *Disco.*

ēdĭtŏr, ōris. *Vūltūrnūsquĕ cĕlĕr, nōctūrnæque ēdĭtŏr aūræ,* L. SYN. Aūtŏr, *vel* nūncĭŭs.

ēdĭtŭs. *Fēlīcēmquĕ trăhūnt līmŭm, quīque ēdĭtŭs Aūstrō,* Virg. G. 2, 188. SYN. Nātŭs, *vel* vūlgātŭs, *vel* āltŭs.

ĕdo, ēdi, ēsŭm. *Mīrāmŭr sī Dēmŏcrĭti pĕcŭs ĕdit ăgēllōs,* Hor. Ep. 1, 12, 12. SYN. Cŏmĕdo, māndūco, māndo, pāscŏr, vēscŏr. PHR. Jējūnĭă sōlvo. ĕpŭlis fămēm pēllo, sōlŏr, ĕximo, lĕvo, sēdo, cōmprĭmo. Mēmbră cĭbō fŏvĕo, ĕpŭlis sūstēnto, rēstaūro. Victū vīrēs rĕvŏco. Cĭbŏs, dăpēs, căpĭo, sūmo. Dăpēs ăvĭdām dēmittĕrĕ in ālvŭm. Cĭbōs ăvĭdō cōnvēllĕrĕ dēntĕ. āppŏsĭtis dăpĭbŭs pāsci. VERS. Pōstquam ĕpŭlis ēxēmptă fămēs. Mĭsĕrōs mōrsū dēpāscĭtŭr ārtūs. Frūndĭbŭs ārbŏrĕis, ēt ămārā pāscĭtŭr hērbā. ŭt dăpĭbŭs cōmprēssă fămēs, tūm cōrpŏră cūrānt Fēssă lăbōrĕ grăvi. Nūllŭs vēnit in ōrĕ cĭbŭs. Nūllōs cōntĭgit ōrĕ cĭbōs. Cōnsuēvit quērnā jējūnĭă sōlvĕrĕ glāndĕ. V. *Manduco.*

ĕdo, *Comp.* à dō, ēdĭdi, ēdĭtŭm. *mūrmŭr prō vērbis ēdĕrĕ raūcŭm,* Ov. M. 14, 280. SYN. Făcĭo, *vel* prōfĕro, dīvūlgo, ēmitto, ēxprōmo.

ēdŏcĕo. *ēdŏcĕăt, mūltāsquĕ vĭrō se ādjūngĕrĕ gēntēs,* Virg. Æn. 8, 13. SYN. Dŏcĕo, *vel* nūncio.

ēdŏmo, ās, ŭi, ĭtŭm. *ēdŏmăt īnvălĭdis mēntēs quæ sīmplĭcĭtātēm,* P. SYN. Dŏmo, dŏmĭto.

ēdōrmio, is, īi. *Cum Iliŏnam ēdōrmit Cătĭēnŭs mīllĕ dūcēntis,* Hor. S. 2, 3, 61. SYN. Dōrmio, *vel* ēxpērgēfīo.

ēdŭco, ās. *Nōn ăgĕr hic pōmŭm, nōn dūlcēs ēdŭcăt ūvās,* Ov. Ex Pont. 1, 3, 61. SYN. Nūtrio, ălo. V. *Nutrio; vel* īnstĭtŭo, īnfōrmo.

ēdūco, is, xi, ctūm.——*cœlōque ēdūcĕrĕ cērtānt,* Virg. Æn. 6, 178. SYN. ēxtrăho, lĭbĕro, sōlvo, ēxpĕdio, ĕxĭmo, trăho, ēmitto.

ĕdūlis, is. *Vīnĕă sūbmittit căprĕās nōn sēmpĕr ĕdūlēs,* Hor. S. 2, 4, 43.

ēdūrŭs. *ēdūrāmquĕ pyrum ēt spīnōs jām prūnă fĕrēntēs,* Virg. Geo. 4, 145. SYN. Dūrŭs, sŏlĭdŭs.

Eĕtĭōn, ōnis. *Pater fuit Andromaches, et socer Hectoris, qui apud Thebas Ciliciæ imperabat, à quo Eetioneus.* Eĕtĭŏnēās īmplēvit sānguĭnĕ Thēbās, *Ov.*

ēffāri. *incipit ēffāri, mĕdĭāque in vōcĕ rĕsīstit,* Virg. Æn. 4, 76. SYN. Fāri, lŏqui, ēlŏqui, dīcĕrĕ, prōfērrĕ. V. *Loquor.*

ēffātŭm. SYN. Dictŭm, sēntēntĭă, sērmo.

Digitized by Google

effatus. *Quæ postquam vātĕs sic ōre ĕffātŭs ămīco ēst*, Virg. Æn. 8, 463. SYN. Fātŭs, lŏcūtŭs.

efferatus. *ĕt ĕffĕrātæ pĕr nĕfās ingēns rŭūnt*, (Iamb.) SYN. ēffĕrŭs, fĕrōx, fĕrŭs, sævŭs, crūdēlis.

ēffĕro, extŭli, ēlātŭm. *Sæpe ĕffĕrēndŭs intĕrim hæc ignēs fĕrānt.* (Iamb.) SYN. Tōllo, ēvĕho, prōvĕho, *vel* laūdo.

ēffĕro, ās. *Quid te ĕffĕrārit, si nŏvŭs sŭffixĕrit*, (Iamb.) SYN. ăcērbo, īrrito.

ēffervĕrĕ, *ab* ēffervĕo, *vel* ēffĕrvĕrĕ, *ab ant.* ēffervo. *Stridĕre ăpēs ŭtĕro, ĕt rūptīs ĕffĕrvĕrĕ cōstis*, Virg. Geo. 4, 556. SYN. Fērvēsco, fĕrvĕo, ēffĕrvēsco, ēbūllio.

ēffĕrŭs. *ăt trĕpĭda, ĕt cœptīs immānĭbŭs ĕffĕră Dīdō*, Virg. Æn. 4, 642. SYN. Fĕrŭs, indŏmĭtŭs, sævŭs, crūdēlis. V. *Crudelis.*

ēffĭcāx, ācis. *Jām jam ĕffĭcācī dō mănŭs sciēntiæ.* (Iamb.) Hor. Ep. 18, 1. SYN. Pŏtēns, ŭtĭlis.

ēffĭcio, ēffēci. *Nil Claūdiæ nōn ĕffĭciēnt mănŭs.* (Alcaic.) SYN. Făcio, pērfĭcio, pĕrăgo, præsto, ēxĕquŏr.

ēffĭgiēs, iēi. *ĕffĭgiēs intĕr vēstrās, stătŭāmquĕ Băthȳlli*, Juv. 13, 119. SYN. Īmāgo, sĭmŭlācrŭm, spĕciēs, signŭm. EPITH. Pictă, dĕcōră, pŭlchră, aŭrĕă. V. *Statua.*

ēffingo, inxi, ictŭm. *Bis cōnātŭs ĕrāt cāsūs ĕffingĕre in aūrō*, Virg. 6, 32. SYN. ēxprĭmo, fōrmo, infōrmo.

ēffllāgito.—*nōtūmque ĕfflāgĭtāt ēnsĕm*, Virg. Æn. 12, 759. SYN. Flāgito, pĕto, pōsco, ēxpōsco, pōstŭlo.

ēfflōrĕo. SYN. ēfflōrēsco, splēndĕo, splēndēsco, *vel* māno, ēmāno.

ēffllŭo, ēffllūxi. *dūm dēsīdĕrĭīs ĕfflŭāt īllă tŭīs*, Ov. R. A. 646. SYN. Flŭo, ēlābŏr, ēffūndŏr, ēxcido, ăbĕo, ēvānēsco.

ēffŏdio, is, ēffōdi, ēffōssŭm. *ĕffōdiŭntŭr ŏpēs, īrrītāmēntă mălōrŭm*, Ov. M. 1, 140. SYN. ērŭo, ēvĕllo, ēxtrăho, fŏdio.

ēffœtŭs, ă, ŭm. *frigēntque ĕffœtæ in cŏrpŏrĕ vīrēs*, Virg. 5, 598. SYN. infīrmŭs, dēbĭlis, invălĭdŭs, ægĕr.

ēffrænātŭs. *ĕffrænātōrŭm mŏdĕrāmĭnĕ păcĭfĭcātŏr*, P. SYN. ēffrænis, ēffrænŭs, præcēps, indŏmĭtŭs.

ēffŭgio, ēffūgi. *ĕffŭgĕrēnt ălĭquā stāgnă prŏfūndă viā*, Prop. SYN. Fŭgio, ēvādo, ēlābŏr, vito, dēvito, dēclino, ēvito.

ēffŭgiŭm. *Quōs—ăd pœnās ōb nōstră rĕpōscēnt ĕffŭgiă*, V. Æ. 2, 140. SYN. Fŭgă.

ēffŭlgĕo, ēffūlsi. *Hic prīmŭm nŏvă lūx ŏcŭlīs ĕffūlsit*, Virg. Æn. 9, 110. *Reperitur* ēffŭlgĕrĕ, 8 *br. ab ant.* ēffŭlgo. *Fērvĕrĕ Leūcātēn, aūrōque ĕffŭlgĕrĕ flūctūs*, Virg. Æn. 8, 677. SYN. Fūlgĕo, ēmico, mico, cŏrūsco, splēndĕo, ēlūcĕo.

ēffūndo, ēffūdi, ēffūsŭm. *Tālis ĕt ipsă jŭbām cērvīce ĕffūdit ĕquīnă*, Virg. Geo. 3, 92. SYN. Fūndo, prŏfūndo, ēmitto, spārgo.

ēffūsŭs. *ēxcĭdĕrāt pŭppi, mĕdiīs ĕffūsŭs in ūndīs*, Virg. Æn. 6, 339. SYN. Fūsŭs, prŏfūsŭs.

ēffūtio, is, ii, itŭm. *ĕffūtīrĕ lĕvēs indīgnă trăgœdĭă vērsūs*, Hor. A. P. 231. SYN. Gărrio. PHR. Tĕmĕrĕ dīco, īnānĭă vērbă fūndo, prŏfĕro.

ēgĕlĭdŭs. *Sēd gĕlĭdŭm Bŏrĕān, ēgĕlĭdūmquĕ Nŏtŭm*, Ov. Am. 2, 11, 10. SYN. Gĕlĭdŭs.

ĕgēnŭs. *Quāmvīs lārgŭs ŏpūm, sēmpĕr ĕgēnŭs ĕro*, Max. SYN. ĕgēns, indĭgēns, indĭgŭs, paūpĕr, īnōps, mēndīcŭs. V. *Pauper.*

ĕgĕo. *ăccērsās, ĕt ĕgērĕ vĕtēs, ĕt scrībĕrĕ cōgās*, Hor. Ep. 1, 1, 228. SYN. indĭgĕo, cărĕo, ŏpŭs hăbĕo, ŏpŭs ēst mĭhi, paūpĕr sŭm.

ēgĕro, is, ēgēssi, ēgēstŭm. *ēxplētŭr lăcrȳmīs ēgĕrĭtūrquĕ dŏlŏr*, Ov. Tr. 4, 3, 38. SYN. ēxpĕllo, ējĭcio, dējĭcio, aūfĕro, rĕmŏvĕo, ārcĕo.

ĕgēstās, ātis.——*dūrīs ūrgēns in rēbŭs ĕgēstās*, Virg. Geo. 1, 146. SYN. Paūpērtās, paūpĕrĭēs, īnŏpiă, pēnūrĭă. EPITH. Sōrdĭdă, grăvis, tūrpis, crūdēlis, dūră, īmmītis, infēlix, mĭsĕră, pānnōsă, prædūră, mŏlēstă, lānguĭdă, ūrgēns, cōntēmptă, dēspēctă, hŭmĭlis, dīră, ăcērbă, lăcĕră. V. *Paupertas.*

ĕgo. *illĕ ĕgŏ qui quōndām grăcĭlī mŏdŭlātŭs ăvēnā*, Virg. Æn. 1, 1. *Aūsŭs ĕgō prīmŭs cāstōs vĭŏlārĕ pŭdōrēs*, Catull.

ĕgŏmĕt. *Vīdi ĕgŏmĕt dŭō dē nŭmĕrō cŭm cŏrpŏră nōstrō*, Virg. Æ. 3, 623. SYN. ipsĕ.

ĕgŏmĕt. *ĕgŏmĕt ŭt părēntīs sānguĭne āspērgām mănŭm.* (Iamb.) SYN. ăn ĕgo.

ēgrĕdiŏr, ĕrīs. *ēgrĕdĭtŭr, fĕrrōquĕ mănūs ārmātă bĭdĕnti*, Virg. SYN. ēxĕo, ēxcēdo, dīscēdo, ăbĕo. V. *Exeo*, *Abeo*.

ēgrĕgiŭs.——*Tāntum ēgrĕgiō dĕcŭs ēnĭtĕt ōrĕ*, Virg. Æn. 4, 150. SYN. īnsīgnĭs, ēxĭmiŭs, ēxcēllēns, præstāns.

ēheū. *ēheū! quid vŏlŭi mĭsĕrō mihi*, &c. Virg. Ecl. 2, 58. SYN. Heū, prōh!

ējă. *ēja ăgĕ, rūmpĕ mŏrās*, &c. V. *ărbŏris ējă pĕr ipsūm*, Val.

ējăcŭlŏr. *ējăcŭlātŭr ăquās, ātque ictĭbŭs āĕră rūmpit*, Ov. M. 4, 124. V. *Jaculor*.

ējĭcio, ējēci. *Tūrpiŭs ējĭcitūr, quām nōn ădmittĭtŭr hōspĕs*, Ov. Tr. 5, 6, 13. SYN. Pēllo, ēxpēllo, dējĭcio, dētrūdo, ēxtrūdo, dētūrbo. V. *Pello*.

ējŭlātio, ōnis. *ēt illă nōn vĭrĭlis ējŭlātio*. (Iamb. pur.) H. Epod. 20, 17.

ējŭlātŭs, ūs. *Hūnc ējŭlātūm, quēm gĕmis cūncti gĕmūnt*. (Iamb.) Sen. SYN. SYN. ŭlŭlātŭs, lāmēntūm, lūctŭs.

ējŭlo, ās. *Sic ējŭlāntēs ōssă clāmāns, dīvidi*, (Iamb.) SYN. Lāmēntŏr, ŭlŭlo, lūgĕo, flĕo, dēplōro.

ēlābŏr, ĕris. *Māxĭmŭs hic flĕxū sinŭōso ēlābĭtŭr ānguis*, Virg. Geo. 1, 244. SYN. ēvādo, ēxcēdo; ēffŭgio, *vel* lābŏr, ēxcido.

ēlăbōrātŭs. *Nōn ēlăbōrābūnt sŏpōrēm*, (Iamb. Dim.) H. Epod. 14, 12. SYN. Lăbōrātŭs, ēxcūltŭs.

ēlăbōro. *Dūlcem ēlăbōrābūnt sŏpōrēm*, (Iamb. cum syll.) H. Od. 3, 1, 19. SYN. ēxcŏlo, ēxōrno, ēxpŏlio, *vel* lăbōro, ēnītŏr.

ēlānguĕo.——*Dŭbiīsque ēlāngŭit ālis*, Val. SYN. Lānguēsco.

ēlāpsŭs, ă, ūm.—*tēlis Pānthēŭs ēlāpsŭs Ăchivūm*, Virg. Æn. 2, 318.

ēlārgiŏr, īris. *Quāntum ēlārgīri dĕcĕăt, quēm tē Dĕŭs ēssĕ*, Pers. 8, 70. SYN. Lārgiŏr.

ēlātŭs. *Cōntra ēlātă mări rēspōndĕt Gnōssiă tēllūs*, Virg. Æn. 6, 23. SYN. ērēctŭs, *vel* āltŭs, cēlsŭs, sūblīmis, ērēctŭs. V. *Altus*.

ēlēctio, ōnis. SYN. Dēlēctŭs, ūs: ōptio.

Ēlēctră. *Ēlĕctra, ŭt Graii pĕrhĭbĕnt, Ătlāntĭdĕ nātŭs*, Virg. Æn. 3, 135. *Nympha, Atlantis filia, Dardani ex Jove mater*. SYN. Atlāntis.

ēlēctrūm. *Pīnguiă cŏrtĭcĭbŭs sūdēnt ēlēctră myrīcæ*, Virg. Ecl. 8, 54. *Fingunt Poëtæ, sorores Phaëthontis in populos induruisse; ex earum verò ramis liquorem stillâsse electro similem*. SYN. Sūccinūm. EPITH. Pinguĕ, lacrȳmōsūm, rōscidūm, pāllēns, pāllidūm, præfūlgēns, liquidūm, flāvūm, splēndēns, micāns, lūcidūm. VERS. Pāllidăque ōcĕānō quærūnt ēlēctră sūb āltō.

ēlēctŭs. *in nĕcis ēlēctis pārvă fŭtūră mŏra ēst*, Ov. Ep. 2, 144.

ēlēēmŏsȳnă. *quās sōla ēlēmŏsȳnă sērvăt*, Alcin. SYN. Bēnīgnă mūnĕră, dōnă. V. *Liberalis*.

ēlĕgāns. *Nĕc sānē nimis ēlĕgāntĕ linguā*. (Phal.) Catul. SYN. Cōncinnŭs, pŏlītŭs, vēnŭstŭs, *vel* ēlŏquēns, *vel* ēximiŭs.

ēlĕgiă, *vel* ēlĕgēiă, *vel* ēlĕgŭs. *Quās intĕr mūltūm pĕtŭlāns ēlĕgiă prŏpinquăt*, Stat. *Blāndă phărĕtrātōs ēlĕgēiă cāntĕt ămōrēs*, Ov. Rem. Am. 379. *Hic ēlĕgōs, impūnĕ diēm cōnsūmpsĕrit ingēns*, Juv. 1, 4. EPITH. Flēbilis, tristis, mœstă, īnfēlix, mĭsĕrābĭlis, quĕrŭlă, gĕmĕbūndă, mōllis, lēnis, imbēllis, ăcūtă, pārvă, blāndă, pĕtŭlāns. PHR. Vērsūs impărĭtĕr jūncti, impărēs nŭmĕri. VERS. Vēnit ŏdōrātōs ēlĕgēiă nēxă căpillōs. Hūc ēlĕgi tristēs, lăcĕræ hūc prŏpĕrātĕ Cămœnæ. Nēc cĕlĕrēs ēlĕgōs dūlcĕ quĕrēntis ŏpŭs.

Ēlēi. *Unde* Ēlēi *equi et* Ēliădĕs *equæ*.—*Ēliădūm pālmās Ēpīrŭs ĕquārūm*, Virg. Geo. 1, 59. *Elidis populi, apud quos Templum erat Jovi Olympio sacrum, juxta quod ludi Olympici celebrabantur*.

Ēlĕleūs. *Trissyl. Nȳctēliūsque Ēlĕleūsquĕ părēns, ēt Iăcchŭs ēt Ēvān*, Ov. M. 4, 15. V. *Bacchus*.

ēlĕmēntă. *Mōs ēlĕmēntōrūm cēdit, rēgnīquĕ fŭtūri*, Sid. PHR. intĕr sē pūgnāntiă sēmpĕr. VERS. Quătŭŏr hæc simili cūm sint ēlĕmēntă fĭgūrā Prædĭtă, nōn ūnō pērgūnt tămēn incĭtă mōtū īrĕ, sēd hæc sūrsūm lēvĭtās răpit, illă dĕōrsūm. Quāndōquām mūtātis pĕrĕānt, rĕdĕāntquĕ fĭgūris: Quōtīdiē tămēn ætērnā sē lēgĕ prŏpāgānt. *Numero quatuor, scilicet, Ignis, Aër, Aqua, Terra*.

ēlĕphāntĭcŭs. *ēlĕphāntĭcŭs tētērrimŭs vĕnēnātŏr*. (Scaz.) SYN. Leprōsŭs.

ēlĕphāntīnŭs, ă, ūm. SYN. Bārrīnŭs.

ēlĕphās, *vel* ēlĕphāntŭs. *Sive ēlĕphās ālbŭs vūlgi cōnvērtĕrĕt ōră*, Hor. Ep. 2, 196. *Frequens est in Indiâ et Africâ. Eo utuntur ad bellum, portandis turribus, et castellis. Ex ejus dentibus Ebur perficitur*. SYN. Bārrŭs. EPITH.

Indĭcŭs, Indŭs, Eōŭs: Āfĕr, Lĭbўcŭs, Gētūlŭs, Mārmărĭcŭs, i. e. *Africus*, Fōrtĭs, lăcērtōsŭs, immānĭs, pŏtēns, rōbūstŭs, dŏcĭlĭs, bēllĭcŭs, vāstŭs, ingēns, mītĭs, clēmēns, sōlērs, indūstrĭŭs. PHR. Bēllŭă Gētūlă, Lĭbўcă, Lĭbўssă, Indĭcă. Tūrrītō bēllŭă dōrsō. Quæquĕ sŭis ōbtēmpĕrăt Indă măgistris Bēllŭă. Tūrrītās mōlēs ăc prōpūgnācŭlă dōrsō Gēstāns. *Pro Ebore*. Īn fŏrĭbūs pūgnam ēx aūrō sŏlĭdōque ĕlĕphāntō. āltĕră cāndēnti pērfēctă nĭtēns ĕlĕphāntō. *Pro Morbo*. Lăcĕrōsque ĕlĕphās ēffūsŭs in ārtūs ūlcĕră sānguinĕō sīstĕt mānāntĭă tābō.

Ēlĕvo. *Nēve ĭnĭmīcă mĕās ēlĕvĕt aūră prĕcēs*, Prop. 1, 8, 12. SYN. Lĕvo, tōllo, *vel* ēxtōllo, *vel* mĭnŭo, dĭmĭnŭo.

Ēlĭās, æ. *Cōnvĕnĭt Ēlĭă mĕrĭtōque ēt nōmĭnĕ fūlgēns*, Sedul. *Propheta, qui in monte Carmelo degebat. Raptus ad Cælum curru igneo Elisæo discipulo pallium projecit*. PHR. Nūmĭnĕ plēnŭs Ēlĭās. Vātēs ignĭvŏmō trānsvēctŭs ăd æthĕră cūrrū. Quī vīvĭt ădhūc ŭbĭ nāscĭtŭr Eūrŭs. Quĕm cōrvī quōndăm pāvērĕ mĭnistrī. Flāmmĭfĕrō invēctŭs cūrrū.

Ēlĭcio, ēlĭcŭi, ēlĭcĭtūm. *ēlĭcĭt, īllă cădēns raūcŭm pĕr lēvĭă mūrmŭr*, Virg. Geo. 1, 109. SYN. āllĭcĭo, āttrăho, ēxtrăho, ēdūco.

ēlĭcĭtŭs. *ēlĭcĭtās sĭmĭlī crēdāmŭs ŏrĭgĭnĕ Nȳmphās*, Rutil. SYN. ēdūctŭs.

ēlīdo, is, si, sūm. *ēlīdĭt gĕmĭnōs īnfāns, nēc rēspĭcĭt āngŭēs*, Mart. 14, 177. SYN. Frāngo, īncīdo, *vel* ēlĭcĭo.

ēlĭgo, ēgi. *ēlĭgĭtŭr lŏcŭs, hūnc āngūstīque īmbrĭcĕ tēctī*, Virg. Geo. 4, 296. SYN. Lĕgo, dēlĭgo, sēlĭgo, ōpto. VERS. Sŏbŏlem ārmēntō sŏrtīrĕ quŏtānnĭs. Vīdī lēctă dĭu ēt mūltō spēctātă lăbōrĕ, Dēgĕnĕrārĕ tămĕn, nī vis hūmānă quŏtānnĭs Māxĭmă quæquĕ mănū lĕgĕrĕt. Hūc dēlēctă vĭrūm sōrtītī cōrpŏră fūrtĭm īnclūdūnt. Nēc nōn ēt pĕcŏrī ēst idēm dēlēctŭs ĕquīnō.

ēlīmino, ās. *Sĭt quī dĭctă fŏrās ēlīmĭnĕt, ŭt cŏĕăt păr*, Hor. Ep. 1, 5, 25. SYN. ējĭcio, ēxpēllo, pēllo, ēxclūdo.

ēlīmo, ās. *ēlīmăt; nōn īllŭd ŏpŭs tĕnŭissĭmă vīncānt*, Ov. Met. 4, 178. SYN. Pŏlĭo, ēxpŏlĭo, pērpŏlĭo, ēxcŏlo.

ēlīnguis, is. *ēlīnguis ōrĭs ŏrgănŭm faūtŏr mŏvĕ*. (Iamb.) SYN. Mūtŭs.

Ēlis, ĭdis. *Ēt quās Ēlis ŏpēs āntĕ părārĕt ĕquis*, Prop. *Urbs Peloponnesi juxta quam Olympicum certamen celebrari solebat*. EPITH. Nōbĭlĭs, Ōlȳmpĭăcă.

Ēlīsă.——*Nēc mē mĕmĭnīssĕ pĭgēbĭt Ēlīsæ*, Virg. Æn. 4, 335. V. *Dido*.

Ēlīseŭs, ei. *trissyl*. PHR. ēt cŏmēs, ēt māgni sūccēssŏr Ēlīæ. V. *Elias*.

ēlīsŭs. *Tēr spūmam ēlīsam, ēt rōrāntĭă vĭdĭmŭs āstră*, Virg. Æn. 3, 567. SYN. Frāctŭs, *vel* ēlĭcĭtŭs, ēdūctŭs.

ēlīxŭs. *Mīscŭĕrĭs ēlīxă sĭmŭl cōnchȳlĭă tūrdīs*, Hor. Sat. 2, 2, 74. SYN. Līxātŭs, ēlīxātŭs.

ēllĕbŏrŭs. *Scīllāmque, ēllĕbŏrōsquĕ grăvēs, &c.* Virg. Geo. 3, 451. EPITH. Grăvĭs, trīstĭs. *Dicitur et Neut. Gen.* ēllĕbŏrūm. VERS. ī, bĭbĕ, dīxīssēm, pūrgāntēs pēctŏră sūccŭs, Quicquid ēt īn tōtā nāscĭtŭr Āntĭcȳră.

ēlŏgĭūm. *ēlŏgĭūm tăcĭtā fŏrmānt quŏd līttŏră vōcĕ*, V. V. *Laus*.

ēlŏquŏr, ĕris. *ēlŏquăr, ān sĭlĕām? gĕmĭtūs lăcrȳmābĭlĭs īmō*, Virg. Æn. 3, 39. SYN. Dīco, prōfĕro, rĕnūncio, ēxprĭmo. V. *Loquor*.

§ ēlŏquēns. SYN. Făcūndŭs, dĭsērtŭs. PHR. Ēlŏquĭō pŏtēns, tŏnāns, pōllēns, vălēns, præstāns. Flēxănĭmō sērmōnĕ pŏtēns, ōs mēllĕ flŭēns. Cĕlĕbrĭs făcūndæ mūnĕrĕ līnguæ. Fāndī pĕrītŭs. Cuī lārgă ēst cōpĭă fāndī. Fāndī dŏctīssĭmŭs. Quī præstăt dūlcēdĭnĕ līnguæ. Trītōnĭă Pāllās Quĕm dŏcŭit, mūltāque īnsīgnēm rēddĭdĭt ārtĕ. ārgūtō făcĭēns vērbă dĭsērtă sŏnō. Quī Pĭĕrĭīs pōllēt stŭdĭīs mūltōquĕ rĕdūndăt ēlŏquĭō. Lārgă fŭit sēmpĕr cuī cōpĭă fāndī. VERS. Lēgĭmŭs, ō jŭvĕnis, pătriī nōn dēgĕnĕr ōrĭs, Dĭctă tĭbī plēnō vērbă dĭsērtă fŏrō. V. *Causidicus*.

ēlŏquēntĭă. SYN. Făcūndĭă, ēlŏquĭūm. EPITH. Nēctărĕă, făcūndă, āmbrŏsĭă, dŏctă, flēxănĭmă, dūlcĭs, mēllītă, ōrnātă, pŏtēns, dīvīnă, cūltă, ēxcūltă, fūlmĭnĕă, fāllāx, dŏlōsă, cāllĭdă, īnsĭdĭōsă, blāndă, vĕnūstă, mēllĭflŭă. PHR. Dīcēndī ārs, ūbērtās, cōpĭă. Lārgă cōpĭă fāndī. ōrĭs făcūndĭă cūltī. Blāndæ mŏdŭlāmĭnă līnguæ. Făcūndĭă mēllĕ dūlcĭŏr. ēlŏquĭī nĭtŏr, dĕcŏr, grātĭă. Vērbă dĭsērtă. Lĭquĭdō vērbă flŭēntĭă cūrsū. Pŏtēntĭs ēlŏquĭī vīrtŭs. Făcūndæ suāvīssĭmă grātĭă līnguæ. Grātĭă făcūndī quāntă sĭt ēlŏquĭī.

ēlŏquĭūm. *Quī lĭcĕt ēlŏquĭō fĭdūm quŏquĕ Nēstŏră vīncăt*, Ov. Met. 13, 68. SYN. Făcūndĭă, ēlŏquēntĭă. EPITH. Nēctărĕūm, făcūndūm, &c. V. *Eloquentia*.

Digitized by Google

ēlūcĕo, ēlūxi.——*ēlūcĕnt ălĭæ, ĕt fŭlgŏrĕ cŏrūscĕnt*, Virg. Geo. 4, 98. SYN. Lūcĕo, ēnĭtĕo, ēmĭco, āppārĕo, ēmĭnĕo, *vel* ĕxcello.

ēlūctŏr, ārĭs. *ăqua ēlūctābĭtŭr ōmnĭs*, Virg. G. 2, 244. SYN. Lūctŏr, *vel* ĕrūmpo.

ēlūcubro, ās. SYN. ēlăbōro, ĕxpŏlio, pĕrpŏlio, ăccūro.

ēlūdo, si, sūm. *Quā vāfĕr ēlūdi pŏssĭt rătĭōnĕ mărītŭs*, H. SYN. Lūdo, ĭrrīdĕo, fāllo, dēcĭpio.

ēlŭo, ŭi, ūtūm. *ĭnfĕctum ēlŭĭtŭr scĕlŭs, aūt ĕxūrĭtŭr ignĭ*, Virg. Æn. 6, 742. SYN. Lăvo, dīlŭo, tĕrgo, ābstĕrgo, dēlĕo. V. *Purgo.*

ēlūsŭs. *ĭncrĕpŭĭt mălĭs, mōrsūque ēlūsŭs ĭnānī ĕst*, Virg. Æn. 12, 755. SYN. Lūsŭs, dēcēptŭs.

ēlūtŭs. *Dūlcĭŏr ĭrrĭgŭō nīl ĕst ēlūtĭŭs hōrtō*, Hor. S. 2, 4, 16. SYN. Dīlūtŭs, tērsŭs.

ēlŭvĭēs, ĕi.——*ēlŭvĭē mōns ĕst dēdūctŭs ĭn æquŏr*, Ov. M. 15, 267. SYN. Dīlŭvĭūm, āllŭvĭūm, dīlŭvĭēs, āllŭvĭēs. V. *Diluvium.*

Ēlȳsĭūm. *Mīttĭmŭr Ēlȳsĭum ĕt paūcĭ læta ărvă tĕnēmŭs*, Virg. Æn. 6, 744. *Locus, ex Ethnicis, ubi piorum animæ habitant. Sunt et Elysii campi in Bœotiâ circa Thebas.* EPITH. āmplūm, lætūm, quĭētūm, fēlix, ămœnūm. PHR. Ēlȳsĭi cāmpi, cōllēs, Ēlȳsĭæ vāllēs, sēdēs, dŏmŭs. Pĭi, fēlīcēs, læti cāmpi, lūci. Nĕmŏră fōrtūnātă. Sēdēs quĭētæ, bĕātæ. Dŏmŭs plăcĭdæ. Lætă ărvă. VERS. Dēvēnērĕ lŏcōs lætōs ĕt ămœnă vĭrētă Fōrtūnātōrūm nĕmŏrūm, sēdēsquĕ bĕātās. ămœnă pĭōrūm Cōncĭlĭa Ēlȳsĭūmquĕ cŏlo.

|| ēmăcŭlo. SYN. Pūrgo: măcŭlās tĕrgo, ābstĕrgo, dēlĕo, tŏllo, aūfĕro, ēlŭo, dīlŭo.

ēmāncĭpātŭs. *ēmāncĭpātŭs fœmĭnæ.* (Iamb. Dim.) Hor. Ep. 9, 11.

ēmāno, ās. *ēmānārit, ŭtĭ fūmŭs, dĭffūsa ănĭmæ vis*, Lucret. 3, 585. SYN. Māno, dīmāno, prōmāno, ēffluo, ĕxĕo: ŏrĭŏr.

Ēmăthĭă. *Bēllă pĕr Ēmăthĭōs plūsquăm cīvīlĭă cāmpōs*, Luc. *Scribitur aliter*, Æmăthĭă.

ēmāx, ācis. *Nōn tū prĕcĕ pōscĭs ĕmācī*, Pers. 2, 3. PHR. ēmptŏr āssĭdŭŭs.

ēmblēmă, ătis. *ărtĕ păvīmēntī ătque ēmblēmătĕ vērmĭcŭlātō*, Lucil. EPITH. Dīvēs, mĭnūtūm.

ēmēndo. *ēmēndātūrŭs, sī lĭcŭīssĕt, ĕrām*, Ov. Tr. 1, 7, ult. SYN. Cōrrĭgo, mēndīs pūrgo. V. *Corrigo.*

ēmēnsŭs. *Hōc ĕtĭam, ēmēnsō cūm jām dēcēdĕt Ŏlȳmpō*, Virg. Geo. 1, 450. SYN. Dēmēnsŭs.

ēmēntĭŏr, īrĭs. *ēmēntĭtŭs ĕrăt, clȳpĕō quŏquĕ flūmĭnă sēptēm*, Ov. M. 5, 188. SYN. Mēntĭŏr, fingo, cōnfingo.

ēmērgo, si, sūm. *Haūd făcĭle ēmērgūnt, quōrūm vīrtūtĭbŭs ōbstăt*, Juv. 3, 164. SYN. Ĕxĕo: ēvādo: ĕxūrgo.

ēmĕrĭtŭs. *ēmĕrĭtōs Mūsīs ĕt Phœbō trādĭdĭt ānnōs*, Mart. 7, 62, 11. SYN. Mūnĕrĕ fūnctŭs, *vel* mĕrĭtŭs.

ēmētĭŏr, īrĭs. *Nōn ălĭquĭd pătrĭæ tānto ēmētĭrĭs ăcērvō*, Hor. S. 2, 2, 105. SYN. Mētĭŏr, mēnsūro.

ēmĭco, ēmĭcŭi.——*Jŭvĕnūm mănŭs ēmĭcăt ārdēns*, Virg. Æn. 6, 5. SYN. Mĭco, lūcĕo, splēndĕo, ēffulgĕo, lūcēsco, ēnĭtĕo, *vel* ĕxūlto.

ēmĭgro, ās. *Nēmo intrō rĕtŭlĭt sĕmĕl ŭt ēmĭgrāvĭmŭs.* (Iamb.) SYN. Mĭgro, dēmĭgro, discēdo, ĕxcēdo, ĕxĕo.

ēmĭnĕo. *ĭn pārtēsque ēmĭnĕt āmbās*, Ov. Met. 5, 139. SYN. ĕxto, āppārĕo, ĕxcēdo, sŭpĕro, ĕxcēllo.

ēmĭnŭs. *Cōmĭnŭs ēnsĕ fĕrĭt, jăcŭlō cădĭt ēmĭnŭs ĭpsĕ*, Ov. M. 3, 119. SYN. Lōngĕ, lōngĭŭs, prŏcŭl.

ēmīssŭs. *ĕt sĕmĕl ēmīssūm vŏlăt īrrĕvŏcābĭlĕ vērbūm*, Hor. Ep. 1, 18, 71. SYN. Mīssŭs.

ēmītto, īsi, īssūm. *ĭpsĕ Dĕūs sōmnō dŏmĭtōs ēmīttĕrĕ vōcēm*, Tib. 1, 9, 27. SYN. Mītto, dīmītto, *vel* ējĭcio.

ĕmo, ēmi, ēmptūm. *Hæc ĕmĭs, hīrsūtō spīrānt ŏpŏbālsămă cōllō*, Juv. 2, 41. Păro, cōmpăro.

ēmōllĭo, is, ivi; et ĭi, ītūm. *ēmōllĭt mōrēs, nēc sĭnĭt ēssĕ fĕrōs*, Ov. Pont. 2, 9, 48. SYN. Mōllĭo, *vel* plāco, mītĭgo, mūlcĕo, cŏhĭbĕo.

ēmŏlŭmēntūm.—*ătque ălĭa ēmŏlŭmēntă nŏtēmŭs*, Juv. 16, 35. SYN. ūtĭlĭtās, lūcrūm, cōmmŏdūm.

Digitized by Google

ēmŏrĭŏr, ĕris. *ānte dĭĕ ēmŏrĭār quām sĭt tĭbī cōpĭă nōstri*, Ov. M. 3, 391. SYN. Mŏrĭŏr, ēxtinguŏr.

ēmŏvĕo, ōvi, ōtūm. *ēmŏvĕt, ĕt fīdūm cŭpĭti, &c.* Virg. Æn. 6, 524. SYN. Mŏvĕo, *vel* ēdūco, sūbdūco.

ēmōtŭs. *Jānŭa ĕt ēmōtī prōcŭmbūnt cārdĭnĕ pōstĕs*, Virg. Æn. 2, 493. SYN. Mōtŭs, *vel* rĕmōtŭs.

Ĕmpĕdŏclēs, is. *Dūm cŭpĭt Ĕmpĕdŏclēs, ārdēntēm frīgĭdŭs Ætnām Īnsĭlŭit*, Hor. A. P. 465. EPITH. Ăgrĭgēntīnŭs, Sĭcŭlŭs.

ēmpīrĭcŭs.—*Mĕthŏdŭs, sīmplēxque ēmpīrĭcă pūngĭt*, M. V. *Experientia.*

ēmpŏrĭūm. *Pīsārum ēmpŏrĭō, dīvĭtĭīsquĕ măris*, Rutil. 1, 532. V. *Forum.*

ēmpȳrĕŭs, ă, ūm. *Prōmĭttūnt, ĭtĕr ēmpȳrĕās ăffĕctăt ăd ărcēs*, M. SYN. Æthĕrĕŭs, cœlēstĭs.

ēmūndo. SYN. Mūndo, pūrgo, ēlŭo.

ēmūngo, is, xi, ctūm. *ēmūnctæ nāris, dūrŭs cōmpōnĕrĕ vērsŭs*, H. Sat. 1, 4, 8. SYN. Mūngo.

ēn———*Hōs tĭbĭ dānt călămōs, ēn āccĭpĕ, Mūsæ*, Virg. Ecl. 6, 69. SYN. ēccĕ.

ēnārrābĭlĭs. *Hāstāmque ĕt clĭpĕī nōn ēnārrābĭlĕ tēxtūm*, Virg. Æn. 8, 625. SYN. ēffābĭlis.

‖ ēnārro. *Ter.* SYN. Nārro, ēxplāno, mĕmŏro, cōmmĕmŏro, rĕfĕro.

‖ ēnāscŏr, ĕris. SYN. Nāscŏr.

ēnāto.—*Quĭd hōc, sī frāctĭs ēnātăt ēxspēs*, Hor. A. Poët. 20. SYN. Năto, nō. V. *Nato.*

ēnāvĭgo. *ēnāvĭgāndă, sīvĕ rēgēs.* (Iamb. cum syll.) Hor. Od. 2, 14, 11. V. *Navigo.*

Ĕncĕlădŭs. *Fāma ēst Ĕncĕlădī sēmĭūstūm fūlmĭnĕ cōrpŭs*, Virg. Æn. 3, 578. *Gigas Titanis et Terræ filius; quem Jupiter fulmine ictum Ætnæ monti supposuit.* SYN. Gĭgās cēntĭpēs. EPITH. Jăcŭlātŏr, fĕrōx, trūx, ātrōx. Trīnăcrĭŭs, Sĭcŭlŭs, cēntĭpēs.

‖ ēncōmĭūm. SYN. Præcōnĭūm, laūs.

ēndrŏmȳs, ȳdis. *Ēndrŏmȳdās Tyrĭās*, Juv. 6, 545. EPITH. Tȳrĭă, pĕrĕgrīnă, vīllōsă, hīrsūtă. VERS. Sōrdĭdă, sēd gĕlĭdō nōn āspērnāndă Dĕcēmbrī Dōnă, pĕrēgrīnām mīttĭmŭs ēndrŏmȳdēm. *Mart.* 4, 13.

Ĕndȳmĭōn, ōnis. *Quĭd tĭbĭ dōrmĭtŏr prōdĕrĭt Ĕndȳmĭōn?* Mart. 10, 4, 4. *Pastor formosus quem adamavit Luna, adeò ut cœlo relicto in montem Latmium ejus osculandi gratiâ descenderet. Poëtæ fingunt Lunam à Jove impetrâsse, ut quod Endymion optaret, consequeretur. Optavit autem ut perpetuum dormiret somnum immortalis et expers senii.* EPITH. Lātmĭŭs, dōrmĭtŏr, vēnātŏr, tĕnĕr, dūlcĭs, fōrmōsŭs, dīlēctŭs, pūlchĕr, blāndŭs, cōmĭs, vĕnūstŭs, ămābĭlĭs, dĕcōrŭs, Thēssălŭs. PHR. Lātmĭŭs hērōs, vēnātŏr.

ēnĕco, cŭi, ēnēctūm. *ēnēcăt, ĕt nūllā pātrĭs rādīcĕ tĕnētŭr*, Luc. 9, 434. SYN. Nĕco, ōccīdo, pĕrĭmo, īntērfĭcio. V. *Occido.*

ēnērvĭs, is. *Scōrtă plăcēnt, frāctīque ēnērvī cōrpŏrĕ grēssūs*, Pet. SYN. ēnērvŭs, īmbēllĭs, dēbĭlĭs.

ēnērvo, ās. *ŭt Vĕnŭs ēnērvăt vīrēs, sīc cōpĭă Bācchī*, Virg. de Ven. et Vino. SYN. Dēbĭlĭto, īnfīrmo.

ĕnĭm. *Prōgĕnĭēm sēd ĕnīm Trōjāno ā sānguĭnĕ dūcī*, Virg. Æn. 1, 23. SYN. Nām, nāmquĕ, ĕtĕnim.

Ĕnīpeūs. ei. *Trissyl. Thessaliæ fluvius, Pharsalicum agrum alluens.* EPITH. Lēntŭs, tŭmĭdŭs, ūndāns, pūlchĕr, āltŭs, Æmŏnĭŭs, Thēssălĭcŭs. VERS. Sānguĭnĕ Rōmānō quām tūrbĭdŭs ībĭt Ĕnīpeūs!

ēnĭtĕo.—*Tāntum ēgrĕgĭō dĕcŭs ēnĭtĕt ōrĕ*, Virg. Æn. 4, 150. SYN. Nĭtĕo, mĭco, ēmĭco, lūcĕo, splēndĕo, cŏrūsco, ēlūcĕo, ēlūcēsco, fūlgēsco, ēffūlgēsco.

ēnĭtŏr, ĕris, xŭs. *Nēc sīc ēnĭtĭtŭr trăgĭcō dĭffērrĕ cŏlōri*, Hor. Ar. Poët. 256. SYN. Nītŏr, cōnŏr, mōlĭŏr, cōntēndo, *vel* părio.

Ēnnă. *Urbs Siciliæ, ubi Templum Cereri sacrum, quæ inde* Ennæa *dicta est.*

Ĕnnĭŭs. *Āspĭcĭte, Ō cīvĭs, sĕnĭs Ēnnĭī ĭmāgĭnĭs fōrmām*, Cic. Ter. 1, 34. *Poëta antiquissimus apud Romanos: scripsit Annalium libros, Satyras, Comœdias, Tragœdias, et Bellum Punicum secundum, quæ penè omnia interciderunt.* EPITH. Grăvĭs, dōctŭs, māgnŭs, rŭdĭs, īngĕnĭōsŭs, ālūmnŭs, Pătĕr. PHR. Īngĕnĭō māxĭmŭs, ārtĕ rŭdĭs.

Digitized by Google

ēnōdĭs, ĭs. *Aūt rūrsum ēnōdēs trūnci rēsĕcāntŭr, ĕt āltē,* Virg. Geo. 1, 78. SYN. Lævis, nōdis cărens.

ēnōrmis, ĭs. *Lūsit ĕt ēnōrmēs mănŭs ēst ēxpērtă Cŏlōssūs,* Stat. Syl. 1, 3, 51. SYN. immēnsŭs, immānis.

Ēnōs, *vel* Ēnŏch. *Pōstĕrĭtās cūjūs dē sēmĭnĕ prōdĭĭt Ēnōs,* Vict. *Patriarcha, filius Jared, in Cœlum evectus. Alter fuit, Caini filius.* SYN. Ēnōchŭs, Jărĭdēs. EPITH. Sānctŭs, pĭŭs, jūstŭs, lōngævŭs, prīscŭs, āntīquŭs, vĕtŭs. PHR. ăd æthĕrĕās răptŭs sēdēs Jărĕdĭcă prōlēs.

ēnsĭs. *Hōrrēscit strictīs sĕgĕs ēnsĭbŭs ærăquĕ fūlgĕnt,* Virg. Æn. 7, 526. SYN. Fērrŭm, glădĭŭs, mŭcro, cūspis. EPITH. Rĭgĭdŭs, dīstrictŭs, nĕfāndŭs, fērvĭdŭs, īnfĭdŭs, fūtĭlĭs, cŏrŭsceŭs, fātĭfĕr, dĕcōrŭs, Mārtĭŭs, fērrĕŭs, bēllĭcŭs, fĕrŭs, lēthālĭs, ăcūtŭs, īmprŏbŭs, īmpĭŭs, īnfaūstŭs, vūlnĭfĭcŭs, sānguĭnĕŭs, crŭēntŭs, crŭēntātŭs, īnfēstŭs, mĭnāx, īmmītis, pūgnāx, hōrrēndŭs, īnsānŭs, aūrātŭs, vălĭdŭs, hōstĭcŭs, bārbărŭs, Māvōrtĭŭs, crūdēlĭs, sānguĭnŏlēntŭs. PHR. Stēllātŭs ĭāspĭdĕ fūlvă ēnsĭs. Crŭŏrĕ fūmāns. VERS. Vīrĭbŭs ēnsĭs ădāctŭs Trānsădĭgit cōstās, ēt cāndĭdă pēctŏră rŭmpit. Pēr cōstās ēxĭgit ēnsēm. Fērrŭm ădvērsō sŭb pēctŏrĕ cōndit. Vāgīna ērĭpit ēnsēm Fūlmĭnĕŭm. Ēnsēmquĕ rĕclūdit Dārdănĭŭm. Vāgīnāquĕ căvā fūlgēntēm dīrĭpit ēnsēm. Sĭmŭl, ēnsĕ rĕclūsō, ībăt in Eūrўălŭm. Mĭcăt ærĕŭs ēnsĭs. Strīctĭs hōrrēscūnt ēnsĭbŭs ārvă. Cōrrĭpĭt hīc sŭbĭtā trĕpĭdŭs fōrmīdĭnĕ fērrŭm. Sŭblātum āltē cōnsūrgit in ēnsēm. Strīctūm rŏtăt ēnsēm. Lătĕri căpŭlō tĕnŭs ābdĭdit ēnsēm. Strīctāmque ăcĭēm vĕnĭēntĭbŭs ōffērt. Lătĕrique ăccōmmŏdăt ēnsēm. Fīdōque āccingĭtŭr ēnsĕ. Ēnsēm cōllō sūspēndit ĕbūrnŭm. Lătĕrique āccīnxĕrăt ēnsēm. Tūm lătĕri ātque hŭmĕris Tĕgĕæŭm sŭblĭgăt ēnsēm. Jŭgŭlŭm mŭcrōnĕ rĕsōlvit. Pēctŭs mŭcrōnĕ rĕclūdit, ēt tĕnĕrŭm dūrō tŭndĭtŭr ēnsĕ lătŭs. ēnsēm tŭmĭdo in pŭlmōnĕ rĕcōndit.

ēnuclĕo. *Prædă dătŭm, călўcēs cūltro ēnūclĕārĕ mŏlēstŭm,* M. SYN. ēxpōno, pāndo, ēxplĭco, ēnārro, ăpĕrĭo.

ēnŭmĕro. *ēnŭmĕrăt mīlēs vūlnĕră, pāstŏr ŏvēs,* Prop. 2, 1, 44. SYN. Nŭmĕro, rĕcēnsĕo, dīnŭmĕro, pērcēnsĕo.

‖ ēnūncĭo. SYN. Prōnūncĭo, ēlŏquŏr, prōfĕro, ēxprĭmo, nūncĭo.

‖ ēnūtrĭo, ĭs, ĭi, *vel* īvi, ītŭm. *Ēnūtrīre ănĭmŭs,* Arat. SYN. Nūtrĭo, ălo, pāsco. V. *Nutrio.*

Ēnўō. *Cŭm dŭbĭtārĕt ădhūc bēlli cīvīlis Ēnўō,* Mart. 6, 32, 1. SYN. Bēllōnă. EPITH. Sævă, Mārtĭă, nāvālĭs, fŭrĭālis, dīră, fĕrālĭs, crūdēlĭs. V. *Bellona.*

ĕo, īvi, ĭtŭm. *Deinde ĕō dōrmītŭm nōn sōllĭcĭtŭs mĭhĭ quŏd crās,* Hor. S. 1, 6, 119. SYN. īncēdo, grădĭŏr, prōgrĕdĭŏr, tēndo, vādo, prōfĭcīscŏr, fĕrŏr, prōcēdo, pērgo, pĕto. PHR. Vĭām tēnto, cārpo, tĕro, mētĭŏr. VERS. Quĭbŭs vĕnīstĭs ăb ōrĭs, Quōvĕ tĕnētĭs ĭtĕr. ĭtĕr ăd nāvēs tēndēbăt Ăchātēs. Pătrĭās vēntō pĕtĭĕrĕ Mўcænās. Vādĭmŭs haŭd dŭbĭam ĭn mōrtēm, mĕdĭæquĕ tĕnēmŭs ūrbĭs ĭtĕr. Pērgĕ mŏdo, ēt quā tē dūcit vĭă, dīrĭgĕ grēssŭm. īndĕ dătŭm mōlītŭr ĭtĕr. Cōrrĭpŭērĕ vĭam īntĕrĕā, quā sēmĭtă mōnstrăt. Prīncĭpĭō dēlūbra ădĕūnt. Pērgĕ mŏdo, ātque hīnc tē Rēgīnæ ăd līmĭnă pērfĕr. Grēssūmque ăd mœnĭă tēndi. Tālēm Dīdō sē lætă fĕrēbăt. Mēque ēxtrā tēctă fĕrēbăm. Fĕrĭmŭr pĕr ŏpācă lŏcōrŭm. ăd āltŏs Tēndēbăt mūrōs, grēssūmque īn cāstră fĕrēbăt. Ītălĭām pĕtĕre, ēt tērrās tēntārĕ rĕpōstās. V. *Abeo.*

ĕō. Adverb. *ībit ĕō, quō vīs, quī zōnăm pērdĭdit, inquit,* Hor. Ep. 2, 2, 40. SYN. Hūc, *vel* tāntō.

Ēōs. *Trēs tĭbi Lūcĭfĕrōs vĕnĭēns præmīsĕrit Ēōs,* Ov. F. 3, 877. SYN. Aūrōră. EPITH. Lūtĕă, crŏcĕă, fūlgĭdă, pūrpŭrĕă, clāră, ālmă, cāndĭdă, rŭbēns, pāllēns, pāllĭdă, fōrmōsă, rubră, Tīthōnĭă, Pāllāntĭās, Pāllāntĭs. V. *Aurora.*

Ēōŭs, ă, ŭm. *Pōrtŭs ăb Ēōō flūctū cūrvātŭs in ārcŭm,* Virg. Æn. 3, 533. *Trādĭmŭs Hēspĕrĭæ, gēntēs ăpĕrĭmŭs Ēōŭs,* Lucan. 4, 352. *E* est anceps, quia Græcè scribitur per ε et ι. V. *Oriens.*

Eōŭs, Lucifer. *Cōnscĭă nōx scĕlĕris rŏsĕō cēdēbăt Ēōō,* Sil. Ital. 9, 180.

Eōŭs, Solis equus. *īntĕrĕā vŏlŭcrēs Pўrŏĕis, ēt Ēōŭs, ēt Æthōn,* Ov. M. 2, 153. EPITH. ārdēns, ăcĕr.

ĕphēbŭs. *Quō păctō pārtēs tūtētŭr ămāntĭs ĕphēbi,* Hor. Ep. 2, 1, 171. SYN. ădŏlēscēns, jŭvĕnis. EPITH. Gĕnĕrōsŭs, fōrtĭs, aūdāx, fōrmōsŭs, pūlchĕr, dĕcōrŭs. V. *Adolescens.*

Digitized by Google

**ĕphĭppĭŭm.** *ōptăt ĕphĭppĭă bōs pĭgĕr, ōptăt ărārĕ căbāllŭs,* Hor. Ep. 1, 14, 43. EPITH. Strātūm.

**Epictētŭs.** *Philosophus Stoicus, singulari morum scientiâ, eximiâque virtute illustris, cujus ipsa lampas tribus drachmarum millibus vaeniit.* EPITH. Paūpĕr, sērvŭs, ĭnōps, pĕrītŭs, dŏctŭs, ĭngĕnĭōsŭs, săpĭēns, Stōĭcŭs; claūdŭs.

**Ĕpĭcūrŭs.** *Cūm rīdērĕ vŏlēs Ĕpĭcūri dē grĕgĕ pōrcūm,* Hor. Ep. 1, 4, 16. *Philosophus Cynicus, qui summum bonum in voluptate ponebat, non corporis, quemadmodum finxit Aristippus, sed animi.* EPITH. Lāscīvŭs, mōllis, dŏctŭs, Cy̆nĭcŭs.

**Ĕpĭcūrēŭs,** ă, ŭm. *ăst Ĕpĭcūrēōs ēlīmĭnăt ūndĭquĕ vīrtūs,* Sid. Carm. 15, 125.

**Ĕpĭcūrĭŭs.** *ŭt crēdās Ĕpĭcūrĭōs cĭtāri.* (Phal.) Auct.

**ĕpĭcŭs.** *Quōd tū sīve ĕpĭcō tŏnās cŏthūrnō.* (Phal.) SYN. Hērōĭcŭs.

**ĕpĭgrāmmă,** ătis. *Hĕxămĕtris ĕpĭgrāmmă făcis, sciō dīcĕrĕ Tūccām,* Mart. 6, 65. EPITH. Blāndūm, ĭngĕnĭōsūm, ārgūtūm, sūbtīlĕ, lĕpĭdūm, fēstīvūm, brĕvĕ, vīvĭdūm, grātūm. VERS. Quique ăstrictă brĕvi claūdūnt ĕpĭgrāmmătă nōdō.

**Ēpīrŭs.** *Ēlĭădūm pālmās Ēpīrŭs ĕquārūm,* Virg. Geo. 1, 59. *Regio Græciæ olim Molossia dicta, nunc verò Albania vocatur.* SYN. Chāŏnĭă. EPITH. Mōntānă, sy̆lvōsă, āspĕră, pŏtēns, fērăx.

**ĕpīscŏpŭs.** *Sānctæ plēbĭs ĕpīscŏpŭs.* (Glycon.) Prud. Per. 7, 22. SYN. Præsŭl, āntīstēs. EPITH. Vĕnĕrāndŭs, săcĕr, pĭŭs, īnclȳtŭs, lōngævŭs, vĭttātŭs, rēlĭgĭōsŭs, vĕrēndŭs, pūrŭs, sānctŭs, īntĕgĕr. PHR. Sacrōrūm āntīstēs. Mītră lĭtŭōquĕ dĕcōrŭs. Săcrōrūm mōrūmquĕ măgistĕr. Mitræ quēm săcĕr ōrnăt hŏnōs. Quēm săcĕr ōrnăt ăpĕx. Infŭlă cui crīnēs cīngit. Mĭtrāti dĕcŏrăt quēm cūlmĕn hŏnōris. Cui tēmpŏră mĭtră bĭcōrnis āmbit. CHRISTI qui sērvăt ŏvīlĕ. Dĭvīni cui cūră grĕgis cōmmīssă. Qui dēxtră pāstōrālĕ pĕdūm gĕrit.

**ĕpīstŏlă.** *Nūnc ŏcŭlōs tŭă cūm vĭŏlāvĭt ĕpīstŏlă nōstrōs,* Ov. Ep. 17, 1. SYN. Lĭttĕră, ĕpīstŏlĭūm, chārtă, lĭbēllŭs. EPITH. Nūncĭă, īntērnūncĭă, mīssă, cōmmīssă, vērbōsă, brĕvis. PHR. Lĭttĕră sērmōnis fīdă mĭnīstră mĕi. Cōnscrīptūm lăcry̆mis mīttit ĕpīstŏlĭūm. Scrīptō mīssă sălūs. Vĭcārĭă lĭttĕră. Linguæ sŭbĭtūră vĭcēs. Cōnscĭă mēntis. ănĭmi fīdă īntērnūncĭă, mĭnīstră. Fēstīnă prŏpĕrātă mānū. Cōmmīssă tăbēllis. VERS. Sĕcrētă lĭbēllō Trādĭtă. V. *Litteræ.*

|| **ĕpĭtăphĭūm.** PHR. Sīgnātūm cārmĭnĕ sāxūm, inscrīptă sĕpūlchrō fāctă. Sūb sāxō cārmĭnă fīxă. Tŭmŭlō sŭpĕrāddĭtă vērbă. Incīsūm in mārmŏrĕ nōmĕn.

**ĕpŏs.** *Fāctă cănit pĕdĕ tēr pērcūssō, fōrte ĕpŏs ăcĕr,* Hor. Sat. 1, 10, 43. V. *Carmen.*

**ēpōto.** *Quōquĕ Ty̆rōn tŏtĭes ēpōtāvērĕ lŭcērnæ,* Mart. 2, 29. SYN. Pōto, haūrio, ēxhaūrio.

**ĕpŭlæ.** *Tūrgĭdŭs hic ĕpŭlis ătque ālbō vēntrĕ lăvātŭr,* Pers. 3, 98. SYN. Dăpēs, cĭbi: cōnvīvĭūm, ĕpŭlūm. EPITH. Dūlcēs, rēgālēs, sŭpērbæ, sŏlūtæ, suāvēs, ūnctæ, lætæ, fūmāntēs. PHR. Rēgālēs ĕpŭlæ, ēt fēstō cōnvīvĭă lūxū. ĕpŭlæque āntĕ ōră părātæ Rēgĭfĭcō lūxū. VERS. ŏnĕrāntŭr ŏpīmis Strūctæ ĕpŭlis mēnsæ. Dăpĭbūs mēnsās ŏnĕrābăt ĭnēmptis. V. *Epulor.*

**ĕpŭlo,** ōnis. *Hic prĕmĭtŭr părăsītōrūm, lūcrōnum, ĕpŭlōnūm,* M. SYN. Cōnvīvă.

**ĕpŭlŏr.** *Extrŭĭmūsquĕ tŏrōs dăpĭbŭsque ĕpŭlāmŭr ŏpimis,* Virg. Æn. 3, 224. SYN. Cōnvīvŏr. PHR. Cōnvīvĭă ăgito, cĕlebro, ĕpŭlis văco. ĕpŭlās īnstaūro, īnstĭtŭo. Fēstīvās cĕlebrārĕ dăpēs. VERS. īnstĭtŭūnt dē mōre ĕpŭlās. Lūxŭrĭānt, ĕpŭlisquĕ văcānt gĕnĭālĭbŭs. Nūtrĭmŭs laūtis mōllīssĭmă cōrpŏră mēnsis. Tū dās ĕpŭlis āccūmbĕrĕ Dīvūm. Pātrĭisque ĕpŭlāndum āppōnĕrĕ mēnsis. Cæsis gēns ēst ĕpŭlātă jŭvēncis. V. *Convivor.*

**ĕquă,** æ. *Cāstŏrĕa Ēlĭădūm pālmās Ēpīrŭs ĕquārūm,* V. G. 1, 59. EPITH. ārmĕntālis, lāscīvă.

**ĕquĕs,** ĭtis. *Quŏd nōn vĭdīsti făcĭānt ĕquĭtēs Asĭāni,* Juv. 7, 14. EPITH. Sĕvērŭs, clārŭs: bēllātŏr, sŭpērbŭs, hāstātŭs, cēlsŭs, ēgrĕgĭŭs. PHR. ĕquōrūm dŏmĭtŏr, ăgĭtātŏr. Flēctĕrĕ dŏctŭs ĕquōs. ĕquōs qui flēctit hăbēnis. Spūmāntis ĕqui fŏdĭēns călcārĭbŭs ārmōs. Tōrquēns frænis ōră fŭgācis ĕqui. ĕquūm sævis călcārĭbŭs ūrgēns. ādmīssō sŭbdĕrĕ dŏctŭs Călcăr ĕquō. ăcĕr ĕquis. Vēlăt ēccĕ pĕr hōstēs Vēctŭs ĕquō spūmāntĕ Săgēs. Spūmāntĭă frænis ōră cĭtātōrūm dēxtră cōntōrquĕt ĕquōrūm. Fŭrit āctŭs ĕquō răpĭdŭs. Cōllă fĕrōcis ĕqui lūctāntĭă tōrquĕt. V. *Equito.*

Digitized by Google

ĕquĕstĕr, *vel* strĭs, ĕ. *Tū cūm prŏjĕctīs insignĭbŭs ānnŭlo ĕquĕstri*, Hor. S. 2, 7, 53.
ĕquĭdĕm. *Pēr me ĕquĭdĕm sint ōmniă prōtĭnŭs ālbă*, Per. 1, 110. SYN. ĕgŏmĕt, *vel* cērtē.
ĕquīlĕ, is. *in vāstis hăbĕăt nĕc plūrima ĕquīliă rēgnis*, F. V. *Stabulum.*
ĕquīnŭs. *Hūmānō căpĭti cērvīcēm pictŏr ĕquīnăm*, Hor. A. Poet. 1.
Ĕquīriă. *Ludi Curules à Romulo instituti in honorem Martis, sic appellati ab Equis.* Jāmquĕ dŭæ rēstānt nōctēs dē mēnsĕ sĕcūndō, Mārsquĕ cĭtōs jūnctīs cūrrĭbŭs ūrgĕt ĕquōs: ēx vērō pŏsĭtūm pērmānsĭt Ĕquīriă nōmĕn, *Ovid.*
ĕquĭtātŭs, ūs. *Jāmque ădĕo ēxiĕrăt pōrtīs ĕquĭtātŭs ăpērtis*, Virg. Æn. 8, 585. SYN. ĕquĭtēs.
ĕquĭto. *Tēr circum āstāntēm lævōs ĕquĭtāvĭt in ōrbēs*, Virg. Æn. 10, 885. PHR. ĕquō ūtŏr, vĕhŏr, invĕhŏr, insĭdĕo, fĕrŏr, dēfĕrŏr. Sŭbdo călcăr ĕquō, ĕqui tērgă prĕmo. Quadrŭpĕdēm fērrātā călcĕ fătīgăt. Tērgūmquĕ prĕmēbăt ăcris ĕqui. Tērgă prĕmēbăt ĕqui, spūmāntiăque ōră rĕgēbăt. Quadrŭpĕdēs ăgitārĕ vŏlucrēs. Cūm răpĭdum ēffūsis ăgĕrēt sūblīmĭs hăbēnis Quadrŭpĕdēm. VERS. Cērtūm flēctĭt in ōrbēm Quădrŭpĕdis cūrsūs, spūmāntiăque ōră cŏērcēt. Cĕlĕrēm sŭpĕr ēdĕrĕ cōrpŭs Aŭdēt ĕquūm, vălĭdisquĕ sĕdēt mŏdĕrātŏr hăbēnis. Mŏdŏ spūmānti pērmittĭt hăbēnās Quădrŭpĕdi, mŏdŏ călcĕ cĭtăt, mŏdŏ tōrquĕt in aūrās Flēxĭbĭlēs rictūs, mŏdŏ jām cērvīcĕ rŏtātā incipĭt ēffūsōs in gȳrūm cārpĕrĕ cūrsūs. immĭtēm quătĭēbăt ĕquūm spūmāntiă sævō Frænă crŭēntāntēm mōrsū. ăt pŭĕr Ascănĭūs mĕdĭīs in vāllĭbŭs ācri Gaŭdēt ĕquō, jāmque hōs cūrsū, jām prætĕrĭt illōs. ānte ūrbēm pŭĕri, ēt prīmævō flōrĕ jŭvēntūs ēxērcēntŭr ĕquis. āgmĭnĕ fāctō Quādrŭpĕdāntĕ pūtrēm sŏnĭtū quătit ūngŭlă cāmpūm. ārdŭŭs āltis Pŭlvĕrŭlēntŭs ĕquis fŭrit. Spūmāntēmque ăgĭtābăt ĕquūm, quēm pēllis ăhēnis in spūmām squāmis, aūrōque insērtă tĕgēbăt. Cūm sŭbsūltāntem *equum* hinc prĕmĕrēt călcărĭbŭs, illinc Tārdārēt frænō grădĭbūsquĕ sŏnārĕ dŏcērĕt in nŭmĕrūm mōtis, dein æquŏrĕ lātūs ăpērtō āntĕ Nŏtūmquĕ dătis Zĕphȳrūmquĕ vŏlārĕt hăbēnis. V. *Equus et Eques.*
ĕquŭlĕŭs. ī. V. *Eculeus.*
ĕquŭs. *ille ĕquŭs, illĕ mĕōs in cāstră rĕpōnit ămōrēs*, Prop. 4, 4, 37. SYN. Cōrnĭpēs, quadrŭpēs, sŏnĭpēs. EPITH. Bēllātŏr, ārdŭŭs, ārdēns, fōrtis, spūmāns, cĭtātŭs, frĕmēns, fĕrōx, impĭgĕr, vēlōx, mōrdāx, ănĭmōsŭs, ănhēlŭs, cĭtŭs, răpĭdŭs, āspĕr, nōbĭlis, tērrĭbĭlis, vŏlūcĕr, lĕvis, præcēps, ignĭpēs, intrĕpĭdŭs, bēllĭcŭs, aŭdāx, pūgnāx, pērnix, ălăcĕr, gĕnĕrōsŭs, Mārtĭŭs, Thrăcĭŭs, impăvĭdŭs, phălĕrātŭs, sŭpērbŭs, fŭrēns, fŭrĭbūndŭs, cōmāns, jŭbātŭs, crīnītŭs, fūmāns, sūdāns, intērrĭtŭs, impērtērrĭtŭs, stērnāx. PHR. Frænă rĕcūsāns. ōbluctāns frænis, ōstrō insīgnis ēt aūrō. Māndēns spūmāntiă frænă, ēlātā cērvīcĕ sŭpērbŭs. Spīrāns nārĭbŭs ignēm. VERS. Quēm Thrăcĭŭs ālbis Pōrtăt ĕquŭs bĭcŏlŏr măcŭlis, vēstīgiă prīmi ālbă pĕdis, frōntēmque ōstēntāns ārdŭŭs ālbām: ignēscūnt pătŭlæ nārēs, nēc sēntĭt ărēnās ūngŭlă. ĕquŭs cāmpō sēsē ārdŭŭs infērt. Fŭrit āltăquĕ jāctăt Vŭlnĕris impătĭēns ārrēctō pēctŏrĕ crūră. ārrēctis aūrĭbŭs ācrēm Hinnītūm fūndēbăt ĕquŭs. Hinnītū lŏcă cōmplĕt ăcūtō. Sē tōllit quădrŭpēs ārrēctum, ēt calcĭbŭs aūrās Vērbĕrăt. ĕquŭs ēlātā cērvīcĕ sŭpērbit. Qui cāndōrĕ nĭvēs āntĕīrēt, cūrsĭbŭs aūrās, ēmĭcăt, ārrēctisquĕ frĕmĭt cērvīcĭbŭs āltĕ Lūxŭrĭāns, lūdūntquĕ jŭbæ, pēr cōllă, pēr ārmōs. Hic frĕmĭt insūltāns, frænăquĕ māndit ĕquŭs. Quālis ŭbi ābrūptis fŭgit præsēpiă vinclis Tāndēm lībĕr ĕquŭs, cāmpōquĕ pŏtītŭs ăpērtō. Ut frĕmĭt ācĕr ĕquŭs, cūm bēllĭcŭs ærĕ cănōrō Signă dĕdit tŭbĭcēn. Strĕpĭt trĕmŭlis hinnītĭbŭs āēr. V. *Equito.*

*Descriptio Equi optimi*, Virg. Geo. 3, 79.

—————— Illi ardua cervix,
Argutumque caput, brevis alvus, obesaque terga;
— Tum, si qua sonum procul arma dedêre;
Stare loco nescit, micat auribus, et tremit artus,
Collectumque premens volvit sub naribus ignem.

*Equus Trojanus.* SYN. ĕquŭs Dārdănĭŭs, Īlĭăcŭs, Phrȳgĭŭs, EPITH. immānis,

Digitized by Google

fatalis, infelix, arduus, ingens, fallax, ligneus. PHR. Trabibus contextus acernis. Palladiæ ligneus artis equus. Donum exitiale Minervæ. VERS. instar montis equum divina Palladis arte ædificant, sectaque intexunt abjete costas. Scandit fatalis machina muros fœta armis. et molem mirantur equi. arduus armatos mediis in mœnibus adstans Fundit equus. Fatalis equus saltu super ardua venit Pergama, et armatum peditem gravis attulit alvo.

*Equi Solis*. EPITH. ignivomi, ignipedes, flammipedes, flammigeri, alipedes, volucres, lucentes, purpurei. VERS. Cum primum alto se gurgite tollunt Solis equi lucemque elatis naribus efflant. interea volucres Pyroeis, Eous, et Æthon Solis equi quartusque Phlegon, hinnitibus auras Flammiferis implent, pedibusque repagula pulsant.

erado, si, sum. *eradenda Cupidinis*, (Choriamb.) Hor. Od. 3, 24, 51. SYN. Rado, expungo.

eradico, as. *Plaut. Ter. An.* 4, 3, 22. SYN. avello, convello, extirpo, evello.

Erato. *Nunc age, qui reges, Erato, quæ tempora rerum*, Virg. Æn. 7, 30. *Una Musarum ab Amore dicta, quod præsit his qui rapiuntur amore.* V. *Musæ*.

Erebus. *et magnos Erebi tranavimus amnes*, Virg. Æn. 6, 671. SYN. Orcus, Styx, Avernus, Tartarus. V. *Infernus*.

Erechtheus, ei. *triss. Hinc* Erechtheus, a, um. *Qualis Erechtheis olim portatur Athenis*, Virg.

erectus. *erectas in tergo sudes, hoc defuit unum*, Juv. 4, 128. SYN. Rectus.

eremus, i. F. *Tempore quo vasta Hebræi versantur eremo*. SYN. Desertum. EPITH. sola.

ereptus. *Nomen et erepti sæpe vocasse viri*, Ov. Tr. 1, 3, 96. SYN. Raptus, ademptus.

ergastulum. *Lucanos, aut Thusca ergastula mittas*, Juv. 6, 180. SYN. Carcer.

ergo. *Tu captas aliam, jam sumus ergo pares*, Mart. 2, 15, 2. *ergo, jussa parat*, &c. V.

ergone. *ergone sollicitæ tu causa pecunia vitæ es?* Prop. 3, 7, 1. SYN. an ergo.

Erictho. *Illic mentis inops, ut quem furialis Erictho Impulit.*—Ov. Ep. Sapph. 139. EPITH. efferа, Thessalis, venefica, tristis, profana. PHR. Impexis onerata comis. Grata Deis Erebi.

Eridanus. *Plurimus Eridani per sylvam volvitur amnis*, Virg. Æn. 6, 659. *In hunc fluvium è cælo Phaethontem decidisse fabulantur Poetæ*. SYN. Padus. EPITH. Auratus, superbus, Phaethonteus, maximus, turbidus, exundans, violentus, ferus, rapax, vagus, nobilis, ingens, corniger, inundans, Venetus, *à Venetis quos alluit*, rigguus, irriguus, fœcundus, fertilis. PHR. Fluviorum Rex, Princeps. Phaethonteæ perpessus damna ruinæ Eridanus. Stellifer Eridanus, sinuatis fluctibus errans. V. *Fluvius*.

erigo, rexi, ctum. *Corticis atque solo proceras erigit alnos*, Virg. Ecl. 6, 63. SYN. extollo, excito, eveho, effero, elevo, attollo. PHR. Tollere humo. Tollere in auras. ad sydera tollere palmas. educere cœlo turrim. Cœloque attollere molem.

Erigone, es. *Liber ut Erigonen falsa deceperat uva*, Ov. M. 6, 25. *Icari filia, quæ, patre mortuo, ipsa se interfecit*. EPITH. Icaris, Icaria, flebilis, pia.

Erinnys, yos. *Ferte faces in me quas fertis Erinnyes atræ*, Ov. Ep. 11, 103. EPITH. Tristis, feralis, insana, crudelis, nocturna, flammifera, torva, sæva, minax, anguifera, furialis, Stygia, inferna, dira, impatiens, funesta, rabida, scelerata, discors, infelix, improba, vesana, anguicoma. PHR. Sata nocte. nocte edita. Tenebrarum incola. Crine minax. VERS. Cui tristia bella, iræque insidiæque, et crimina noxia cordi. Postquam visa satis primos acuisse furores, Protinus hinc fuscis tristis Dea tollitur alis. acribus excivit stimulis furialis Erinnys. Qua terra patet, fera regnat Erinnys. V. *Furiæ*.

Eriphile, vel Eriphyla. *Amphiarai uxor, quæ maritum Polynici prodidit, deinde à filio occisa, patris mortem ulciscente*. EPITH. Perfida, nefanda, impia, improba, scelerata, avara, mœsta. VERS. Mœstamque Eriphylen, Crudelis nati monstrantem vulnera cernit.

eripio, eripui, ereptum. *eripit hærentes adverso littore naves*, Hor. S. 2, 3, 205. SYN. Rapio, præripio, aufero, adimo, extorqueo, tollo.

Erisichthon, onis. *Pœnamque Erisicthonis orant*, Ov. M. 8, 779. *Rex Thessaliæ, Tryopæ filius, lucum Cereri sacrum incendit, ac postea, in pœnam scele-*



Digitized by Google

*ris, fame ita cruciatus est, ut omnibus consumptis, seipsum vivum membratim devoraverit.* EPITH. Sacrĭlĕgŭs, prŏfānŭs, impĭŭs, nĕfandŭs, ăvĭdŭs, Trȳŏpēĭŭs. V. *Famelicus.*

‖ ērŏgo. SYN. Largĭŏr, dō, distrĭbŭo, dōno, expendo.

ĕrrābundŭs, ă, ŭm. *ĕrrābundă bŏvis vĕstīgĭă, &c.* Virg. Ecl. 6, 58. SYN. Văgābundŭs, văgŭs, ērrāns, ăbērrāns,

ĕrrātĭcŭs. *ōrbem intĕrdīxi, quām vix ĕrrātĭcă Dēlŏs,* Ov. M. 6, 333. SYN. ĕrrābundŭs, *vel* vŏlātĭlis.

ĕrro, ās. *ēxcŭtĭmŭr cŭrsu, āc cæcis ērrāmŭs in ŭndis,* Virg. Æn. 3, 200. SYN. Văgŏr, dēflecto, ăbērro, dēvio. V. *Aberro, Vagor, vel* pĕcco, lābŏr, dēlinquo, ŏffendo, cŭlpæ sŭccumbo. V. *Pecco.*

ĕrrŏr, ōris. *Paŭlātim vĭtĭa ātque ērrōrēs ēxŭit ōmnēs,* Juv. 13, 168. SYN. ĕrrŏr vĭæ, *vel* ĕrrātŭm, pĕccātŭm, cŏmmissŭm, cŭlpă, mĕndŭm. EPITH. Dŭbĭŭs, mălŭs, vānŭs, grāvis, tĕmĕrārĭŭs, pērplēxŭs, prāvŭs, cæcŭs, tŭrpis, ăvĭŭs, dēvĭŭs, văgŭs, vĕrēcŭndŭs, indēlēbĭlis, inēxtrĭcābĭlis. V. *Peccatum.*

ĕrŭbēsco, ērŭbŭi. *Sāxăquĕ rōrātis ērŭbŭīssĕ rŏsis,* Ov. Pont. 2, 1, 36. SYN. Rŭbĕo. PHR. ōră rŭbōrĕ tingŏr, sŭffundŏr. Rŭbŏr ōră, vūltŭm, gĕnās pingit, nŏtăt, īnfĭcit, tingit, cŏlōrăt, sŭbit, sŭccendit, pērfŭndit, ērŭbŭērĕ gĕnæ, ōră vĕrēcŭndŭs tingit rŭbŏr. Mānăt cōnscĭŭs ōrĕ rŭbŏr. VERS. Læsi dăt signă rŭbōrĕ pŭdōris. īncāndŭit ōrĕ, Cōnfēssūs sēcrētă rŭbŏr. Cui plūrĭmŭs ignĕm sŭbjēcit rŭbŏr. Prāvă vĕrēcŭndŭs tinxērăt ōră rŭbŏr. ērŭbŭit Phăĕthōn, īrāmquĕ pŭdōrĕ rēprēssit. Sŭbĭtūsque invītă nŏtāvit ōră rŭbŏr rūrsūsque ēvānŭit, ŭt sŏlĕt āēr Pūrpŭrĕŭs fĭĕri, cŭm prĭmum Aūrōră mŏvētŭr. ērŭbŭit, grĕmĭōquĕ pŭdŏr dējēcit ŏcēllŏs. īllă vĕrēcŭndō vix tŏllēns lūmĭnă vūltū. Pŭdōrĕ Sēnsi mē tōtis ērŭbŭīssĕ gĕnis. ērŭbŭērĕ gĕnæ, tōtōquĕ rĕcāndŭit ōrĕ: āc si virgĭnĕŭm sŭffŭdĕrit ōrĕ rŭbōrĕm.

ērūcă. *Ērūcās vĭrĭdēs,* Hor. S. 2, 8, 51. EPITH. Călĭdă, sālāx, ūrēns, vĭrēns. VERS. ēxcĭtĕt ŭt Vĕnĕri tārdōs ērūcă mărītōs.

ērūcto, ās. *ērĭgit ērūctāns līquĕfāctăquĕ sāxă sŭb aūrās,* Virg. Æn. 3, 576. V. *Ejicio.*

ērŭdĭo, is, ĭi, ītŭm. *Pānnŏsāsque ērŭdit ārtēs,* Ov. M. 8, 15. SYN. īnstĭtŭo, īnstrŭo. V. *Doceo.*

ērŭdītŭs. *Nil ēxāctĭŭs; ērŭdĭtĭŭsque ēst,* (Phal.) Mart. 4, 87, 4. SYN. Dŏctŭs, pĕrītŭs. V. *Doctus.*

ērŭmpo, ērŭpi. *sŭbĭto ērŭmpŭnt clāmōrĕ frĕmĕntēs,* Virg. Æn. 11, 609. SYN. ēxĕo, ēgrĕdĭŏr, ăbĕo, ēvādo: cŭm sŏnĭtū ēgrĕdĭŏr: vi ēxĕo. V. *Abeo.*

ērŭo, is, ērŭi, ērŭtŭm. *Cōrnĭcum immĕrĭtās ērŭit ŭnguĕ gĕnās,* Prop. 4, 5, 16. SYN. Vĕllo, ēvĕllo, ēxtirpo, ēffŏdĭo, *vel* dīrŭo, ēvērto. V. *Everto.*

ērŭtŭs, ă, ŭm.—*rādīcĭbŭs ērŭtă pīnŭs,* Virg. Æn. 5, 449.

Ĕrycīnă. *Dēpŏsĭtīquĕ mĕtūs; vīdĕt hŭnc Ĕrycīnă văgāntēm,* Ov. M. 5, 363. *Veneris cognomen, ab Eryce Siciliæ monte, in quo colebatur.* V. *Venus.*

Ĕrymănthŭs. *Nigris aŭt Ĕrymănthi silvis,* Hor. 1, 2, 33. *Arcadiæ Mons ubi Hercules Aprum horrendum Cervamque æripedem occidit.* EPITH. āltŭs, sŭblīmis, ārdŭŭs, prærūptŭs, rĭgĭdŭs, gĕlĭdŭs, cŭprēssĭfĕr, mōnstrĭfĕr.

Ĕryx, ycis. *Zĕphyrō sēmpĕr ăpērtĭŭs Ĕryx,* Ov. F. 4, 479. *Mons in Siciliâ, sic dictus ab Eryce Veneris filio ab Hercule interempto, et ibi sepulto.* EPITH. āltŭs, cēlsŭs, sŭblīmis, invĭŭs, nimbōsŭs, Sĭcŭlŭs.

Ēsăĭās, *vel* Ēsājās, *trissyl.* *Ēsaĭās lŏcŭplēs, vātēs.*—Tert. EPITH. Sānctŭs, săcĕr, dīvīnŭs, fātĭdĭcŭs, prænūncĭŭs, præscĭŭs, præsāgŭs, vērŭs, vērāx. PHR. āffiātŭs nŭmĭnĕ. Nātŭs Āmō. Āfflātŭs sānctō Vātēs præcōrdĭă mōtū.

ēscă. *Nŭx ĕrăt ēscă tĭbi,* Ov. M. 2, 6, 31. SYN. Cĭbŭs, dăpēs, ălĭmēntŭm, pābŭlŭm. V. *Cibus.*

ēscŭlŭs. *Vid.* Æscŭlŭs.

ēssĕdŭm. *Bēlgĭcă vēl mōllī mĕlĭŭs fĕrĕt ēssĕdă cōllō,* Virg. Geo. 3, 224. EPITH. Bēlgĭcŭm, strīdēns, mūltĭsŏnŭm, Brĭtānnŭm, cŭrvŭm. VERS. Ēssĕdă cōncōrdēs mūltĭsŏnōră trăhŭnt. V. *Currus.*

ēsŭrĭēs, ĭēi. *ēsŭrĭēs ignōtă cĭbōs nōn pōscĕrĕt ūllōs,* Alcim. SYN. Fămēs.

ēsŭrĭo, is, rĭi. *Sŭstŭlit ēsŭrĭēns: mĭnŭs hōc jūcŭndĭŭs ămīcŭs,* Hor. S. 1, 3, 93. PHR. Fămĕ prĕmŏr, cōnfĭcĭŏr. VERS. Fŭrit ārdŏr ĕdēndi, Pērque ăvĭdās faūcēs, immēnsăquĕ viscĕră rĕgnăt. Lēntă dēpĕrit īllĕ fămĕ. Cōllēctă fătīgăt ĕdēndi ēx lōngō răbĭēs. V. *Fames.*

Digitized by Google

Esus. *Sōlennisquĕ nŏvō cūltū dēpōnĭtŭr ēsŭs,* Alcim.

Ĕt. *Nātŭs ĕt ipsĕ Dĕā,* &c. Virg. 6, 90. SYN. ăc, ātquĕ, quĕ.

Ĕtĕŏclēs, is, *vel* ĕos. *Mūltūmquĕ nĕfās Ĕtĕŏclis ăcērvăt,* Stat. Th. 2, 204. *Sævŭs Ĕthĭŏclēs,* Ib. 12, 91. EPITH. Dūrŭs, infāndŭs, nĕfāndŭs, Cādmæŭs, Thēbānŭs. V. *Polynices.*

Ĕtrūrĭă. *Regio Italiæ. Fūlmĭnĕās sōlērs Ĕtrūrĭă cōnsŭlăt ignēs,* Claud. ——— *sīc fōrtĭs Ĕtrūrĭă crēvĭt,* Virg. Geo. 2, 537.

Ĕtĕnim. *Nūlla ĕtĕnim mĭhĭ tē sōrs ōbtŭlĭt: ŏptĭmŭs ōlim,* Hor. S. 1, 6, 54. SYN. ĕnim, nām.

Ĕtiām. *Nūnc ĕtiām pĕcŭdēs ūmbrās ĕt frīgŏră cāptānt,* Virg. Ecl. 2, 8. SYN. ĕt, ăc, quŏquĕ, părĭtĕr, sĭmĭlĭtĕr.

Ĕtsi. SYN. Lĭcĕt, quāmvĭs, quānquām.

Ēvă. *Trāxĭt ăt Ēvă vĭrūm dīræ ăd cōnsōrtĭă cūlpæ,* Prud. *Adami conjux, quæ maritum ad pomum vetitum comedendum impulit, decepta prius à Dæmone sub formâ serpentis. Hinc prima mali labes, humanique generis exitium.* EPITH. āntīquă, nŏcēns, vānă, crēdŭlă. PHR. Prīmă părēns, Adāmi nĭmĭūm crēdŭlă cōnjŭx. Quām sērpēns prŏdĭdĭt āstū. VERS. Ădām, quēm, cāptă vĕnēnis, Implĭcŭit sŏcĭūm blāndis ērrōrĭbŭs Ēvă. Heū quāntūm nŏcŭit tōti nūnc ūnĭcă mūndō insĭdĭis Sātănæ fœmĭnă făctă nŏcēns! Cūm jām cœlēstĭă fœdĕră rūpit Prīmŭs hŏmo, ĕt mōrti sēse, ăc gĕnŭs ōmnĕ fŭtūrūm, sŭbdĭdit Ēvă părēns, blāndis heū crēdŭlă dictis.

ēvăcŭo, ās. *ēvăcŭāt quŏd cūlpă grăvāt, trūncātă lĭbido,* Ar. SYN. Văcŭo.

Ēvădnē. *Nēc fīda Ēvădnē, nēc pĭă Pēnĕlŏpē,* Prop. 3, 13, 24. *Martis et Hyphiæ filia, uxor Capanei, quæ in bustum mariti se conjecit.* EPITH. Hŷphĭās, Căpănēĭă, aūdāx, gĕnĕrōsă. VERS. Aūsăque in ăccēnsōs Hŷphĭās īrĕ rŏgōs. *Ovid.*

ēvādo, si. *ēxsŭpĕrātquĕ jŭgūm sylvāque ēvādĭt ŏpācā,* Virg. Æn. 11, 905. SYN. Fio, *vel* ĕxĕo, ăbĕo, fŭgio, aūfŭgio, ēxcēdo, ērūmpo, *vel* ĕffŭgio, vito, ēvito, dēclīno. PHR. Hōstĭbŭs ēlābi. Pĕrĭclis ērĭpio. Cāsŭs ēvāsĕrăt ōmnēs, ērĭpŭi mē lētho ĕt vincŭlă rūpi. Hōstēs, vincŭlă, pĕrĭclūm ēffŭgĕrĕ. Vinclis sē ēxpĕdīrĕ. Pĕrīcŭlis fūnctŭs, dēfūnctŭs, ērĕptŭs. V. *Abeo.*

‖ ēvāgŏr, āris. SYN. Văgŏr, ĕrro, dīvăgŏr. V. *Vagor.*

Ĕvān. *Nyctēlĭŭsque Ĕlĕlēŭsquĕ părēns, ĕt Iācchŭs ĕt Ĕvān,* Ov. M. 4, 15. SYN. Bācchŭs, Lyæŭs. EPITH. Thŷrsĭgĕr, ūvĭfĕr. V. *Bacchus.*

Ēvāndĕr, dri. *Cædĕ nŏvă quærēns; Pāllās Ēvāndĕr, in ipsis,* Virg. Æn. 10, 515. *Arcadiæ Rex, qui in Italiam venit: ubi urbem nomine* Pallantēum *in monte Palatino condidit.* EPITH. ēxŭl, Pălātīnŭs. PHR. Rōmānæ cōndĭtŏr ārcis. Pāllāntīŭs hērōs. Dūx Ārcădĭŭs, Dārdănĭŭs.

ēvānēsco, nŭi.—*in tĕnŭem ĕx ŏcŭlis ēvānŭit aūrăm,* Virg. Æn. 9, 658. SYN. Vānēsco, ĕxĕo, ēxcēdo. PHR. ŏcŭlŏs fŭgio. ūmbris mē cōndo. ĕx ŏcŭlis fŭgio, rĕcēdo, dēlābŏr, mē sŭbtrăho, prōrĭpio. VERS. Tĕnŭēsquĕ fŭgit, ceū fūmŭs, in aūrās. Mōrtālēs vĭsŭs mĕdĭō sērmōnĕ rĕlīquit. ēffŭgit īmāgo Pār lĕvĭbŭs vēntis, vŏlŭcrīquĕ sĭmĭllĭmă sōmnō. Dixit, ĕt ĕx ŏcŭlis sŭbĭtō, ceū fūmŭs, in aūrās Cōmmīstŭs tĕnŭēs fŭgit dīvērsă, nĕque illūm, Prēnsāntēm nēquicquam ūmbrās, ĕt mūltă vŏlēntēm dīcĕrĕ prætĕrĕă vīdit. Tēr frūstră cōmprēnsă mănŭs ēffŭgit īmāgo.

ēvānĭdŭs.—*in tĕnŭēs ăbĕūnt ēvānĭdă rīvōs,* Ov. M. 5, 435. SYN. Vānēscēns, *vel* vānŭs.

Ēvāngĕlĭcŭs. *Aūt Ēvāngĕlĭci pĭĕtās spērnēndă lĭbēlli,* Prud. Apoth. 15.

Ēvāngĕlīstă. *Ēvāngĕlīstă scrīpsit tālĭă.* (Iamb.)

Ēvāngĕlĭūm. *Clāră Ēvāngĕlĭi vērbīque ārdēntĕ lŭcērnă,* Al.

Eŭbœă. *Insula in Archipelago, ubi Promontorium Caphareum, et urbs Chalcis.* EPITH. Circūmflŭă, rĭgŭă.

‖ Eūchărīstĭă. PHR. Cœlēstēs ĕpŭlæ. Sacræ lībāmĭnă mēnsæ. Dīvīnæ dăpēs. Sālūtĭfĕrō cœnă. ēscă sălūtĭfĕră. Sacris cœlēstĭă păbŭlă mēnsis. Cœlēstĭă mēnsæ Mūnĕră, Christĕ, tŭæ, ĕt sævi mŏnŭmēntă dŏlōris. Cērtă sălūs, ăc vītă piis. Vēlātūmquĕ dăpis sŭb īmāgĭnĕ nūmĕn.

ēvēctŭs. *Prō quĭbŭs ăĕrĭis mĕrĭtis ēvēctŭs ăd aūrās,* Ov. M. 14, 127. SYN. Vēctŭs, sŭblātŭs.

ēvĕho, vēxi, ctūm. *in pĕlăgŭs răpĭdis ēvĕhăt āmnis ăquis,* Tibul. 4, 4, 8. SYN. ēxtōllo, ēffĕro, āttōllo, prōmŏvĕo.

ēvēllo, ēlli, *vel* vūlsi, vūlsūm. *Nēquicquām cœnō cŭpĭēns ēvēllĕrĕ plāntām,* Hor. S.



Digitized by Google

2, 7, 27. SYN. Vello, cōnvēllo, ēffŏdio, ērŭo, ēxtirpo, ēxtrăho. VERS. ărbŏris ābstrāxit mōlēm, pĕnītŭsquĕ rĕvūlsām ēvērtit. Rādicitŭs ērŭtă pinŭs cōncĭdit. Viridēmque āb hŭmō cōnvēllĕrĕ sylvām Cōnātŭs, fŭndo ēt rādicĭbŭs ērŭit īmis. Sŏlĭdōquĕ rĕvēllĕrĕ dōrsō ānnŏsām pinūm māgnō mōlimĭnĕ tēntăt. V. *Vello.*

ēvĕnit, ēvēnit, in Præt. *ēvĕnit inquīrānt vĭtĭa ŭt tŭă rūrsŭs ĕt īlli*, Hor. Sat. 1, 3, 28. SYN. Cōntingit: ŏbtingit, fit, āccĭdit.

ēvēntŭs, ūs. *Quisquis ăb ēvēntū făctă nŏtāndă pŭtăt*, Ov. Ep. 2, 85. SYN. Cāsŭs, ēxitŭs, sōrs.

ēvērsŭs. *Hūnc sāltem ēvērsō jŭvĕnēm sūccūrrĕrĕ sĕclō*, Virg. Geo. 1, 500. SYN. Sŭbvērsŭs, dirŭtŭs.

ēvērto, i, sūm. *Disjĕcitquĕ rătēs, ēvērtitque æquŏră vēntis*, Virg. Æn. 1, 47. SYN. Vērto, invērto, pērvērto, sŭbvērto, dēstrŭo, dirŭo, dēmōliŏr, vāsto, pŏpŭlŏr, dēpŏpŭlŏr: vi frāngo, stērno, prōstērno, dējĭcio, quătio, cōncŭtio. PHR. Æquārĕ sŏlō. Fŭndō vērtĕrĕ, ēxcŭtĕrĕ. āb hŭmō cōnvēllĕrĕ. Stērnitque ā cŭlmĭnĕ Trōjām. Ōppĭdă cūm tōtis prōstērnĕrĕ dirŭtă mūris. Præcĭpitēmquĕ dĕdit tŭrrim. VERS. ipsĕ mănū Thēbās cōrrēptăquĕ mœnĭă fŭndō, Ēxcŭtiām, vērsāquĕ sŏlō sŭpĕr Ināchă tēctă ēffŭndām tŭrrēs. Hic ŭbi disjēctās mōlēs, āvūlsăquĕ sāxis Sāxă vidēs, mistōque ŭndāntēm pŭlvĕrĕ fŭmŭm, Nēptūnŭs mūrōs māgnōque ēmōtă tridēnti Fŭndāmēntă quătit, tōtāmque ā sēdibŭs ŭrbēm ērŭit. V. *Vasto, et Dejicio.*

eūgĕ. *Eūgĕ pŭĕr săpĭās diis dēpēllēntĭbŭs āgnām*, Pers. 5, 167. V. *Hortor.*

Eūhyŭs, *vel* Ēviŭs. *Dissĭpăt Ēviŭs Cūrās ĕdācēs*, Hor. C. 2, 11, 17.

|| ēvĭdēns. SYN. Clārŭs, pērspĭcŭŭs, cōnstāns, mănĭfēstŭs, cērtŭs, ăpērtŭs, nōn dŭbĭŭs.

ēvĭgĭlo. *Quōs stŭdĭŭm cūnctōs ēvĭgĭlāvit idēm*, Ov. Tr. 2, 1, 108. SYN. Ēxpērgēfăcio, *vel* ēxpērgiscŏr, ēxcitŏr, *vel* vigĭlo, invĭgĭlo.

ēvincio, nxi, nctŭm. *Pūnĭcĕō stābis sūrās ēvinctă cŏthūrnō*, Virg. Ecl. 7, 32. SYN. Vincio, ligo, āllĭgo, cōllĭgo, stringo, ādstringo, cōnstringo.

ēvinco, ici, ictŭm. *ēxiit ŏppŏsitāsque ēvicit gŭrgitĕ mōlēs*, Virg. Æn. 2, 497. SYN. Sŭpĕro, vinco, dēbēllo, ēxpūgno. V. *Vinco.*

ēviscĕro, ās. *Cŏmprēnsāmquĕ tĕnēt, pĕdĭbŭsque ēviscĕrăt ŭncis*, Virg. Æn. 1, 723. PHR. viscĕră, dirĭpio, ērĭpio, cōrrōdo.

ēvitābĭlis. *Frænă dăbăt; dāntēm nōn ēvitābĭlĕ tēlŭm*, Ov. Met. 6, 234. SYN. Vitābĭlis, vitāndŭs.

ēvito. *ēffĭcit, ēvitārĕ? bŏnām dēpērdĕrĕ fāmām*, Hor. S. 1, 2, 61. SYN. Vito, dēvito, fŭgio, ēffŭgio, dēclino.

Eŭmĕnĭdēs, ŭm. *Fērreique Eŭmĕnĭdŭm thălămi, &c.* Virg. Æn. 2, 280. SYN. Fŭriæ, Diræ. EPITH. Tŭrbĭdæ, lævæ, fērālēs, crŭēntæ, trŭcēs, Tārtărēæ, ānguicŏmæ, hōrrēndæ, fŭrēntēs. V. *Furiæ.*

eūnūchŭs. *Eūnūchum ipsĕ făcit cŭpĭēns ēvādĕrĕ dāmnō*, Juv. 12, 35. EPITH. Mōllis, imbēllis, rūgōsŭs, tĕnĕr.

ēvŏco. *ēvŏcăt āntiquis prŏăvōs ătăvōsquĕ sĕpŭlchris*, Ov. Am. 1, 8, 17. SYN. Vŏco, āccio, ēxcio, āccērso, ciĕo, *vel* ēxcito, ēxsŭscito.

Ēvŏhĕ. *Ēvŏhĕ Băcchĕ frĕmēns*, Virg. 7, 389.—*al. Euhoe.*

ēvŏlo.—*mădĭdis Nŏtŭs ēvŏlăt ālis*, Ov. M. 1, 264. SYN. āvŏlo, fŭgio, ēffŭgio, ēxĕo, ēxcēdo, ērŭmpo.

ēvŏlvo, vŏlvi, vŏlūtŭm. *ēt mēcum ingēntēs ōrās ēvŏlvitĕ bēlli*, Virg. Æn. 9, 528. SYN. Vŏlvo, pērvŏlvo, pēndo, pērpēndo, discŭtio, *vel* ēxplĭco, ēxpōno.

ēvŏlūtŭs. *Pārtĭbŭs vix dūm trĭbŭs ēvŏlūtis.* (Sapph.) Prud.

ēvŏmo, ŭi, ĭtŭm. *Tārtărŭs ēvŏmŭit, prŏcĕrēs pātrēsquĕ bĕāti*, Vict. SYN. Vŏmo, ēmitto, ējĭcio, ēgĕro, ērŭcto. V. *Vomo.*

Eūphŏrbŭs. *Tros, occisus à Menelao. Pythagoras, ut metempsychosim suaderet, asserebat se olim hunc Euphorbum fuisse.* ipse ĕgŏ, (nām mĕmĭni) Trōjāni tēmpŏrĕ bēlli, Pānthŏidēs Eūphŏrbŭs ĕrām. *Ovid.*

Eūphrātēs, is. *Hinc mŏvĕt Eūphrātēs illinc Gērmānĭă bēllŭm*, Virg. Geo. 1, 509. EPITH. āltŭs, fērtĭlis, văgŭs, tŭmĭdŭs, cĕlĕr, flēxŭōsŭs, præcēps, răpĭdŭs, citŭs, fœcŭndŭs, Āssyrĭŭs, *ab Assyriâ quam alluit.* PHR. Cœlō grātissĭmŭs āmnis. Tōllēns cūm Tigrĕ căpŭt. Sēcāns lēni āgmĭnĕ rūră, āgrōs ŭbĕrĭbŭs fœcŭndăt ăquis.

Eūrīpŭs. *Eūrīpŭsquĕ trăhit cūrsŭm mūtāntĭbŭs ŭndis*, Lucan. 5, 235. *Fretum inter Aulidem Bœotiæ portum, et Eubœam insulam; quod unius diei et noctis*

Digitized by Google

*spatio septies refluit, maximo impetu. Sunt et Euripi canales seu ductus aquarum, vel in sublime salientium, vel per fossas deductarum.* EPITH. Eŭbŏïcŭs, fŭgāx, văgŭs, vărĭŭs, tĕnŭĭs, instăbĭlĭs, lubrĭcŭs, incōnstāns, vēlōx. PHR. Văgŭs incērtis dēflŭĭt ŭndis. ŭndās flēctit instăbĭlis văgās. Vărĭō æstū fervēns.

Eūrōpă, *vel* Eūrōpē. *Tўrĭæ pĕr ŭndās vēctŏr Eūrōpæ nĭtĕt.* (Iamb.) *Agenoris, Phœniciæ Regis, filia, soror Cadmi. Hanc Jupiter sub formâ bovis raptam, trajecto mari, in Cretam vexit, et ex eâ filium Minoa suscepit.* SYN. Ăgēnŏrĭs: Sīdŏnĭs. EPITH. Tўrĭă, Sīdŏnĭă, pŭlchra, fōrmōsă, vĕnŭstă, răptă. PHR. Ăgēnŏrē nătă. Cādmi sŏrŏr. Jūnōnis pēllēx. Quām taŭrŭs Crētæis āppŭlit ōris. Vēctă bŏvĕ. Quām taŭrŭs, frātērnă pĕr æquŏră vēxit. Quām Jŭpĭtĕr sŭb fālsō bŏvĕ lūsit.

Eūrōpă. *Nōn gĕnĭtrix Eūrōpă tĭbi, sĕd inhōspĭtă Sўrtis,* Ov. M. 6, 120. SYN. Dīvĕs, pŏtēns, fērtĭlis, fĕrāx, Mārtĭă, bēllĭgĕră, ŏpŭlēntă, fœcūndă, præclāră, cūltă, dōctă, făcūndă. PHR. Rēgīnă Eūrōpæă. Eūrōpææ ōræ. Māgnōrūm gĕnĭtrix Eūrōpă vĭrōrūm. Frūgum āltrix, vīnīquĕ fĕrāx, fœcūndă vĭrōrūm. Rōbūrquĕ, dĕcŭsquĕ pŏtēntis Eūrōpæ.

Eūrōtās, æ. *Quālis in Eūrōtæ rīpis,* Virg. 1, 502. *Fluvius Laconiæ, lauris et olivis consitus. Ad ejus ripas carmina decantabat Apollo.* EPITH. Frīgĭdŭs, gĕlĭdŭs, āspĕr, ŏlīvĭfĕr, Lăcĕdæmŏnĭŭs, Spārtānŭs, vĭrĭdis, vĭrēns. VERS. ōmnĭă quæ, Phœbō quōndām mĕdĭtāntĕ, bĕātŭs Aŭdiit Eūrōtās, jūssitque ēdiscĕrĕ laūrōs. *Virg.*

Eūrŭs. *Tărtărĕŭs tŭrbo, ătque insānō sævĭŏr Eūrō,* S. SYN. Vūltūrnŭs. EPITH. Eōŭs, Phœbēŭs, Năbăthæŭs, *à Nabathæâ, regione Arabiæ, quæ Orientem spectat;* insānŭs, răpĭdŭs, fĕrōx, nūbĭfĕr, vĭŏlēntŭs, trŭx, sævŭs, præcēps, nimbōsŭs. PHR. Pūrpŭrĕō spīrāns ăb ōrtū, Eōis Eūrŭs ĕquis. VERS. Eūrŭs ăd Aūrōrām, Năbăthæăquĕ rēgnă rĕcēssit. V. *Ventus.*

Eūrўdĭcē. *Orphei uxor, quæ cùm ab Aristæo urgeretur, fugiens colubri morsu interiit. Orpheus autem inferos cùm adiisset, obtinuit ejus reditum eâ lege, ne priùs eam intueretur, quàm ad superos rediisset. Sed præ amoris impatientiâ sese non continuit, statimque Eurydice à Plutonis ministris retracta est.* EPITH. Răptă, mĭsĕră, īnfēlix, pŭlchră, nĭvĕă, fōrmōsă, dĕcōră, Thrēĭcĭă, Thrāĭcĭă. PHR. Orphĕi cōnjūx. Quām Orpheŭs rĕvŏcāvit ăb Ōrcō. VERS. Thrēĭcĭām vātēs pŏtŭit rĕvŏcārĕ pŭēllām, Jāmquĕ pĕdēm rĕfĕrēns cāsūs ēvāsĕrăt ōmnēs, Rēddĭtăque Eūrўdĭcē sŭpĕrās vĕnĭēbăt ăd aūrās, Pōnĕ sĕquēns (nāmque hānc dĕdĕrăt Prōsērpĭnă lēgēm) Cūm sŭbĭta incaūtūm dēmēntĭă cēpit ămāntēm, *&c. Virg. G.* 4, 486.

Eūrўpĭlŭs. *Eūrўpĭlūm scītātum ōrācŭlă Phœbi Mīttĭmŭs,* Virg.

Eūtĕrpē. *Una è novem Musis, quæ Mathemata, vel ut aliis placet, tibias invenit.* Dūlcĭlŏquis călămōs Eūtĕrpē flātĭbŭs implĕt, *Virg.* V. *Musæ.*

‖ ēvūlgo. SYN. Vūlgo, dīvūlgo, pāndo. PHR. Ārcānă mŏvērĕ, rĕtĕxĕrĕ. Rēm ōmnēm pāndĕrĕ. Pĕr vūlgūs spārgĕrĕ. In lūcēm ēdĕrĕ. VERS. ŏbdūctūm vērbis vūlgārĕ dŏlōrēm. V. *Explico.*

ēvūlsŭs, ă, ūm. *Ēvūlsīsquĕ trūncis,* Hor. C. 3, 4. 55. SYN. Vūlsŭs, āvūlsŭs.

Eūxīnŭs pōntŭs. VERS. Frīgĭdă mē cŏhĭbēnt Eūxīni līttŏră pōnti, Dictŭs ăb āntīquis Āxĕnŭs illĕ fŭit, *Ovid.*

ēxāctŭs. *Ānnŭŭs ēxāctis cōmplētŭr mēnsĭbŭs ōrbis,* Virg. 5, 46. SYN. āctŭs, *vel* pĕrfēctŭs. V. *Exigo.*

ēxăcŭo, ŭi, ūtūm. *ēxăcŭūnt ălĭi vāllōs fūrcāsquĕ bĭcōrnēs,* Virg. Geo. 1, 264. SYN. ăcŭo, ăcūmĭno. V. *Acuo, vel* āspĕro, ēxāspĕro, ēxăcērbo, *vel* ēxcito, āccēndo, incito, impēllo.

ēxæquo. *ēxæquātăquĕ sūnt crĕpĕri cērtāmĭnă bēlli,* Lucr. 5, 1295. SYN. Æquo, ădæquo.

ēxæstŭo. *Hōs ĭgĭtūr tēllūs ōmnēs ēxæstŭăt æstŭs,* Lucr. 6, 816. SYN. Æstŭo, flagro, ārdĕo, ēxārdĕo, ārdēsco, *vel* ēxūndo.

‖ ēxāggĕro, ās. SYN āmplĭfĭco, ēxtōllo, *vel* āggĕro, cōngĕro, cŏăcērvo.

ēxăgito. *ēxăgĭtēt nōstrōs mānēs sēctētŭr ĕt ūmbrās,* Pro. 2, 8, 19. SYN. ăgito, vēxo, dīvēxo, insēctŏr, ēxērcĕo, jācto.

‖ ēxālto. SYN. āttōllo, ēxtōllo, ērigo, tōllo, ēffĕro.

ēxāmĕn, ĭnis. *Sic tŭă Cўrnæōs fŭgĭānt ēxāmĭnă tāxōs,* Virg. Ecl. 9, 30. SYN.



Digitized by Google

Discŭssio, *vel* āgmĕn ăpūm. V. *Apes.* EPITH. Jūstūm, æquūm, injūstūm, īniquūm, sĕvērūm.

ĕxāmīno.—*Mălĕ vērum ĕxāmĭnăt ŏmnis,* Hor. S. 2, 2, 8. SYN. Pērpēndo, ēxpēndo, pŏndĕro, discŭtio, ēxquiro, ănimō vōlvo, ăgito.

ēxānguis, ĕ. *Lābĭtŭr ēxānguis, lābūntūr frīgĭdă lēthō,* Virg. Æn. 11, 818. SYN. Pāllĭdŭs, pāllens, mŏrtŭŭs. V. *Mortuus.*

ĕxănĭmis, ĕ. *Căstră, nĕc ĕxănĭmĕs pŏssūnt rĕtĭnērĕ măgistri,* Virg. Æn. 5, 669. SYN. ēxănimŭs, ēxănimātŭs, ēxānguis, mŏrtŭŭs. V. *Mortuus.*

ĕxănimo, ās. *Cūr mĕ quĕrēlis ĕxănĭmās tŭis.* (Alcaic.) Hor. Od. 2, 17, 1. SYN. ēnĕco, ŏccido.

ĕxārdĕo, ēxārsi. *ĕxārsēre īgnēs ănĭmō, &c.* Virg. Æn. 2, 575. SYN. ēxārdēsco, īnflāmmŏr, ārdēsco, ārdĕo.

‖ ēxārĕo. *Plaut.* SYN. ārĕo, ārēsco, ēxārēsco, mārcĕo, mārcēsco.

ēxăro. *ăd frātrēm scrīptās ĕxărăt īllă nŏtās,* Ovid. SYN. Pingo, scribo, *vel* ăro.

ĕxăspĕro. *Vēntōrūm răbĭēs mŏtis ĕxăspĕrăt ūndis,* Ov. M. 5, 7. SYN. āspĕro, ēxăcĕrbo, *vel* ēxăcŭo.

ēxaŭctōro. *ātquĕ măgistrātūs ēxaūctōrārĕ vĕtūstōs,* M. SYN. Dimitto.

ēxaūdio, is, ivi, & ii, itūm. *Plāne ēxaūdīri dīscērnīque ārtĭcŭlātim,* Lucr. 4, 559. SYN. ānnŭo. PHR. ānnŭo vōtis. Aūdio prĕcāntēm. Vōtis ădsūm, ānnŭo, făvĕo. Aūrēs prǣbĕo prĕcānti. Prĕcēs ēxcipio, rătās hăbĕo. Prĕcibŭs nōn āvērtĕrĕ vūltūm. Dărĕ sē făcilēm vōtis. Vērbă ēxaūdīrĕ prĕcāntis. Prĕcibŭs flēcti, mōllīri. Aūrēs prĕcibŭs prǣbērĕ bĕnignās. Vānās nōn sinit ēssĕ prĕcēs. Nūllis īllĕ mŏvētŭr Flētibŭs, aūt vōcēs ūllās trāctābĭlis aŭdit.

ēxaūdītŭs. *Rīdēbit mŏnĭtŏr nōn ēxaūdītŭs, ŭt īllĕ,* Hor. Ep. 3, 20, 14. SYN. Aūdītŭs.

ēxcǣco. *Līmŭs vēnās ēxcǣcăt in ūndis,* Ov. P. 4, 2, 17. SYN. Cǣco.

ēxcăvātŭs. Mart. 7, 19, 11. SYN. Căvātŭs, căvŭs.

ēxcēdo, cēssi. *Sī jŭbĕăt pătrĭā dāmnātum ēxcēdĕrĕ tērrā,* Man. SYN. Discēdo, rĕcēdo, ăbĕo, fŭgio, āvŏlo, *vel* mŏriŏr, *vel* sŭpĕro.

ēxcēllo, ŭi. *Ōmnĭbŭs ōrnātūm vŏlŭīsti ēxcēllĕrĕ rēbŭs,* Lucr. 1, 26. SYN. Sŭpĕro, prǣtĕrĕo, ēxŭpĕro, sŭpĕrēmĭnĕo, prǣsto, ēmĭnĕo. PHR. āntĕ ălĭōs prǣstāntiŏr ōmnēs. Victōrquĕ vĭrōs sŭpĕrēmĭnĕt ōmnēs. Tāntum ălĭās intĕr căpŭt ēxtŭlit ūrbēs. Mĭcăt intĕr ōmnēs Jūlĭūm sīdŭs, vĕlŭt intĕr ignēs Lūnă mĭnōrēs. Ipse intĕr prīmōs prǣstānti cŏrpŏrĕ Tūrnŭs Vērtĭtŭr ārmă tĕnēns, ĕt tōtō vērticĕ sūpra ēst. Quāntum ipsĕ fĕrōci Virtūte ēxŭpĕrās.

ēxcĭdo, *à cado,* ēxcĭdi. *ēxcĭdĕt aūt in ăquās tĕnŭēs dīlāpsŭs ăbībit,* Virg. Geo. 4, 410. SYN. Lābŏr, cōllābŏr, prōcŭmbo, dēficio. VERS. ēxcĭdit, ĕt misĕrō vōxquĕ cŏlōrquĕ fŭgit. Sŭbitōquĕ dŏlōrĕ Cōllāpsŭs cĕcĭdit.

ēxcīdo, *à cædo,* di, sŭm. *Rŭpĭbŭs ēxcīdūnt scēnis dĕcŏra āltă fŭtūris,* Virg. Æn. 1, 443. SYN. Scindo, sĕco, ēxsĕco, ēxscindo. V. *Scindo, Cædo.*

ēxcīdĭŭm. *Vīdĭmŭs ēxcīdĭa ĕt căptæ sŭpĕrāvĭmŭs ūrbi,* Virg. Æn. 2, 643. SYN. rŭīnă, clādēs, strāgēs. EPITH. Mĭsĕrābĭlĕ, nĕfāndūm, tristĕ, hōrrēndūm, crūdēlĕ, īmmitĕ, sǣvūm, lāmēntābĭlĕ, flēbĭlĕ, mœstūm, lūctĭfĭcūm, fūmāns, inhūmānūm, ăcērbūm, cōmmūnĕ, dīrūm, īgnĕūm, īmmĕrĭtūm. V. *Ruina, Cædes.*

ēxcio, is, ivi, *vel* ii, itūm, *vel* ēxcitum, *ab* excieo. —*ănĭmās īmis ēxcīrĕ sĕpūlchris,* Virg. Ecl. 8, 98. V. *Evoco.*

ēxcipio, ēpi.—*intĕr ĕt ēxcipĕrĕt cœli indūlgēntiă tērrās,* Virg. Geo. 2, 345. SYN. āccipio, rĕcipio, *vel* sĕquŏr.

ēxcīsŭs. *ēxcīsum Eūbŏicæ lătŭs īngēns rūpis in āntrūm,* Virg. Æn. 6, 42. SYN. Cǣsŭs, scissŭs, *vel* ēvērsŭs.

ēxcito. *ăd dēlūbră vĕnit mōnstrātās ēxcĭtăt ārās,* Virg. Geo. 4, 546. SYN. ădhŏrtŏr, incito, āccēndo, cōncito, stĭmŭlo, cōmmŏvĕo, *vel* ēxpērgĕfăcio, sŭscito. PHR. Sŏmnōs pēllo, ēxpēllo, ābrŭmpo, ēxcŭtio, ēxclūdo, ăbigo. Sŏmnō mēmbră rĕsōlvo, *vel* Vitæ, rĕstĭtŭo, rĕddo, ā mŏrtĕ rĕdūco. Rĕvŏco sŭb lūmĭnis aūrās. VERS. Sŏmnōs ābrūmpit cūră sălūbrēs. ēxpŭlĕrānt sŏmnōs hæc mĕă vērbă tŭōs. Nōx Ænēām sŏmnūsquĕ rĕliquit. Ēvāndrūm lūx sŭscităt ălmă. Tērrĭtŭs ēxūrgit, fŭgit ŏmnis īnērtiă sŏmni.

ēxcito, *ab* ēxcio. *ēxcĭtĕt Tyrĭūs, lătĕbrōsis cōllĭbŭs Āstŭr,* Sil. 5, 192. SYN. Ēxcio, ēvŏco.

ēxcitŭs, *à* cio. *strātis ēxcĭtă jŭvēntŭs,* Lucan. 1, 2, 9.

ĕxcĭtŭs, *à* cieo. *Nēc frŭĭtŭr sōmnō vĭgĭlāntĭbŭs ēxcĭtă cūrīs*, Ov. M. 2, 779. SYN. Vŏcātŭs, *vel* ēxcĭtātŭs.

ēxclāmo. *Tū mĭsĕr ēxclāmās, ŭt Stēntŏră vīncĕrĕ pōssīs*, Juv. 13, 112. SYN. Clāmo, prōclāmo, cōnclāmo, vōcĭfĕrŏr. V. *Clamo*.

ēxclūdo, si. *Crēdĭt, ĕt ēxclūdĭt sānōs Hĕlĭcōnĕ pŏētās*, Hor. Ar. Poët. 296. SYN. ărcĕo, ăbārcĕo, prŏhĭbĕo, ēxpēllo, ējĭcio.

ēxclūsŭs. *Mœnĭbŭs ēxclūsōs dūro ĭn cērtāmĭnĕ līnquĭt*, Virg. Æn. 9, 726. SYN. Pūlsŭs, ēxpūlsŭs.

ēxcōgito. *ēxcōgĭtāvĭt, hŏmŏ săgāx, ĕt āstūtŭs*. (Scaz.) Mart. 12, 89, 4. SYN. Cōgĭto, mĕdĭtŏr, māchĭnŏr, fingo, invĕnio.

ēxcŏlo, cŏlŭi, cūltūm. *aūt qui vītam ēxcŏlŭērĕ pĕr ārtēs*, Virg. Æn. 6, 663. SYN. Cŏlo, ēxōrno, ēxpŏlio, pērpŏlio, ăccūro.

ēxcŏquo, cōxi, cōctūm. *ēxcŏquĭtŭr vĭtĭum ātque ēxsūdāt ĭnūtĭlĭs hūmŏr*, V. G. 1, 88. SYN. Cŏquo, pērcŏquo.

‡ ēxcŏrio, ās. PHR. ōssă pēllĕ ēxŭo, nūdo, spŏlio. Pēllēm ōssĭbŭs ēxtrăho, ērĭpio, dētrăho, ădĭmo. Tĕrgŏră, pēllēm dīrĭpio cōstis. VERS. Pēllĭs, cōstis dētrāctă fĕrārūm. Clāmānti cūtĭs ēst sūmmōs dīrēptă pĕr ārtūs. Nēc quicquām nĭsĭ vūlnŭs ĕrăt, crūŏr ūndĭquĕ mānăt: Dētēctīquĕ pătēnt nērvi, trĕpĭdæquĕ sĭne ūllā Pēllĕ mĭcānt vēnæ: Sălĭēntĭă vīscĕră pōssēs, ēt pēllūcēntēs nŭmĕrāre in pēctŏrĕ fĭbrās. Tĕrgŏră dīrĭpĭūnt cōstis, ēt vīscĕră nūdānt. Nūdāvĕ dīrēptā pătĕānt tŭă vīscĕră pēllĕ.

ēxcŏrs, dis. *Tūne ĭnsānŭs ĕris, sĭ āccēpĕris? ān măgĭs ēxcōrs*, Hor. S. L. 2. S. 3, 67. SYN. Vēcōrs, stūltŭs, āmēns, īnsĭpiēns, stŏlĭdŭs.

ēxcrŭcio. *Quæ rēs jām tē cūr āmplĭŭs ēxcrŭcĭĕt?* Catul. 74, 10. SYN. Crŭcio, tŏrquĕo, vēxo, ăngo, cōnfĭcio.

ēxcŭbĭtŏr, ōris. *ēxcŭbĭtōrquĕ dĭēm cāntū prædīxĕrăt ālĕs*, V. SYN. Vĭgĭl, cūstōs, ēxplōrātŏr.

ēxcŭbo, ās. SYN. *Āntĕ dŏmum ēxcŭbŭi*, Ov. Am. 3, 11, 12. SYN. Vĭgĭlo: ēxcŭbĭās ăgo: sūm in ēxcŭbĭis. VERS. Vēstĭbŭlum īnsōmnēs sērvānt. ōmnis pĕr mūrōs lĕgĭō sōrtītă pĕrīclūm ēxcŭbăt ēxērcētquĕ vĭcēs. Vĭgĭl sērvăt cūstōdĭă mūrōs. Pōrtām stătĭōnĕ tŭēri. V. *Vigilo*.

ēxcŭbiæ. *ĭntĕrĕā vĭgĭlum ēxcŭbĭīs ōbsīdĕrĕ pōrtās*, Virg. Æn. 9, 159. SYN. Cūstōdĭæ. EPITH. Pērvĭgĭlēs, nōctūrnæ, mūrālēs, āttēntæ, sōllĭcĭtæ, fĭdēlēs, īmpāvĭdæ, īnsōmnēs, fĭdæ. VERS. Fĭdūsque ād līmĭnă cūstōs Pōnĭtŭr. in stătĭōnĕ mănēbānt ēxcŭbiæ. ōmnēmque ădĭtūm cūstōdĕ cŏrōnānt. Nōctēm cūstōdĭă dūcĭt īnsōmnēm lūdō. V. *Vigilo*.

ēxcūdo, ūdi, ūsūm. *ēxcūdēnt ălĭi spīrāntĭă mōllĭŭs ærā*, Virg. Æn. 6, 847. SYN. Cūdo, prōcūdo, *vel* cōmpōno, ēlūcubro, *vel* ēlĭcio, ēxcūtio.

ēxcūso. *ēxcūsārĕ lăbōrēm*, Hor. Ep. 1, 7, 67. PHR. Crīmĭnĕ pūrgo, lībĕro, ēxĭmo. Crīmĕn rĕmŏvĕo, ā cūlpā ēxĭmo. Nŏcēntēm cūlpā lībĕro. VERS. Dā vĕnĭām nĭmĭōque ĭgnōscĕ dŏlōri. Cūlpām prætēxĭt hŏnēstō Nōmĭnĕ. Sīquă mĕis fŭĕrĭnt, ŭt ĕrūnt, vĭtĭōsă lĭbēllis, ēxcūsātă sŭō tēmpŏrĕ, lēctŏr, hăbĕ.

ēxcūtio, cūssi, ssūm. *ēxcŭtĭăt Teūcrōs vāllō, &c.* Virg. Æn. 9, 68. SYN. Dīscŭtio, ăgĭto, quăsso, quătio, dējĭcio, *vel* ēlĭcio, ēxcūdo.

ēxecrābĭlis. *Nĕfāndŭs, īncēstĭfĭcŭs, ēxĕcrābĭlĭs*. (Iamb.) SYN. ēxecrāndŭs, dētēstāndŭs, hōrrēndŭs.

ēxecrŏr, āris. *ĕt tērram āltrīcēm sævi ēxĕcrāmŭr Ŭlyssis*, Virg. Æn. 3, 273. SYN. Dētēstŏr, ăbhōrrĕo, ăbōmĭnŏr, dāmno, fŭgio, hōrrĕo. PHR. Dīris ŏnĕro, Căpĭti *alicujus* dīră căno. Mălă, dīră, prĕcŏr, īmprĕcŏr, ōpto.

ēxĕdo, ēdi, sūm.——*febris jăctātōs ēxēdĭt ārtūs*, Ser. SYN. ĕdo, ăbsūmo, rōdo, cōrrōdo, circūmrōdo, cōnsūmo, cōnfĭcio.

ēxēmplăr, āris. *ūtĭlĕ prōpŏsŭit nōbis ēxēmplăr Ŭlyssēm*, Hor. Ep. 1, 2, 18. SYN. ēxēmplūm, ĭmāgo, spĕcĭēs. EPITH. Īmĭtābĭlĕ, vērūm.

ēxĕo, is, ivi, et ii. *Quāmvis mūltă mĕis ēxīrēt vīctĭmă sēptis*, Virg. Ecl. 1, 34. SYN. ēgrĕdĭŏr, ābscēdo, ēxcēdo, ăbĕo, dīscēdo. VERS. ēxcēssēre ădўtis ōmnēs. Lūcōque ābscēdĕ vĕrēndō. V. *Abeo*.

ēxĕquĭālis. *Vērbīsquĕ dēflēnt ēxĕquĭālĭbŭs*. (Alcaic.) Pr. SYN. Fūnebrĭs, fūnĕrĕŭs, fĕrālis, fūnēstŭs.

ēxĕquiæ. *Prǣclārīquĕ dŭcēnt fūnĕrĭs ēxĕquiæ*, Ov. Tr. 3, 5, 40. SYN. Fūnĕră, īnfĕriæ, jūstă. EPITH. Trīstēs, mœrēntēs, piæ, mœstæ, mĭsĕræ. PHR. ēx-

Digitized by Google

quālis hŏnŏs. Fūnebris pōmpă, hŏnŏr. VERS. Ēffērtūr fūnŭs, lūgēt trīstīsquĕ circūm Mūltă cŏhōrs. Dōnă rŏgō trīstēsquĕ rĕpēndūnt ēxĕquiās: ēt fūnĕră trīstĭă dūcūnt. V. *Funus.*

ēxĕquŏr, ĕris. *Jūssă tămĕn dīvum ēxĕquĭtūr, clāssēmquĕ rĕvīsit,* Virg. Æn. 4, 396. SYN. Pērficio, cōnficio, pĕrăgo, ābsōlvo, finio.

ēxērcĕo, ŭi, ĭtūm.—*ūtērquĕ lĭbēns, cēnsēbo, ēxērcĕāt ārtēm,* Hor. Ep. 1, 14, 44. SYN. Fătigo, vĕxo, *vel* trădo, prŏfĭtĕŏr. PHR. Mēmbră ĕxērcērĕ lăbōrĕ.

ēxērcĭtātŭs. *ēxērcĭtātās aūt pĕtit Sȳrtēs Nŏtō.* (Iamb.) Hor. Epod. 9, 31. SYN. ăgĭtātŭs, ēxērcĭtŭs.

ŭ ēxērcĭtĭūm. SYN. ūsŭs. EPITH. āssĭdŭūm, sēdŭlūm, īndēfēssūm.

ēxērcĭtŭs. *Dŏlŏpūmquc ēxērcĭtŭs ōmnis,* Virg. Æn. 2, 413. SYN. ăciēs, cŏhōrs, tūrmă, phălānx, āgmĕn. EPITH. īnfēstŭs, fōrtis, nŭmĕrōsŭs, hŏrrēndŭs, trĕmēndŭs, dūrŭs, sævŭs, mĭnāx, crŭēntŭs, tērrĭfĭcŭs, īnĭmīcŭs, pŏtēns, vălĭdŭs. PHR. Dēnsis ăciēs stīpātă cătērvis. Pūgnācēs ēquitūm tūrmæ, pĕdĭtūmquĕ cătērvæ. VERS. Cāmpis ēxērcĭtŭs ībāt ăpērtis. Fērvēt crīstātis ēxērcĭtŭs ūndĭquĕ tūrmis. Rŭit vărĭis ēxērcĭtŭs ārmis. ăciēs stĕtit ōrdinĕ cērtō. Cāmpō stĕtit āgmĕn ăpērtō. Īmplēbānt vălĭdās nŭmĕrōsō mīlĭtĕ tūrmās. V. *Agmen.*

ēxĕro, ĭs, ŭi, ērtūm.——*Căpŭt ēxĕrit āltūm,* Ser. SYN. ēdūco, is: ēxērto, ās.

ēxēsŭs. *Pūmĭcĭbūsquĕ căvis, ēxēsæque ārbŏris āntrō,* Virg. Geo. 4, 44. SYN. ēsŭs, ădēsŭs, rōsŭs, cōrrōsŭs.

ēxhālo. *Sævāmque ēxhālāt ŏpācă Mĕphītim,* Virg. Æn. 7, 84. SYN. ēmitto, ēffūndo, spiro, hālo.

ēxhaūrio, is, si, stūm. *ēxhaūrĭēbāt īngĕmēns lăbōrĭbŭs.* (Iamb.) Hor. Ep. 5, 31. SYN. Haūrio, văcŭo, ēvăcŭo, ēxsicco, *vel* ēbibo.

ēxhĭbĕo, ŭi, ĭtūm. *ēxhĭbŭit pūlsō sīdĕră clāră dĭē,* Ov. Ep. 19, 94. SYN. Prōfēro, ōstēndo, prōdo, ēdo.

ēxhĭbĭtŭs. *Præstĭtit ēxhĭbĭtūs tōtă tĭbi Cæsăr ărēnā,* M. Spect. 9, 1. SYN. Dătŭs, *vel* ēdĭtŭs, ōstēnsŭs.

ēxhĭlăro. *ēxhĭlărānt ipsōs gaūdĭă nōstră Dĕōs,* Mart. 8, 50, 6. SYN. Hĭlăro, recrĕo, ōblēcto. V. *Recreo.*

ēxhōrrĕo, *vel* ēxhōrrēsco. *Pāllĭdĭōră gĕrēns ēxhōrrŭit æquŏris īnstăr,* Ovid. Met. 4, 135. SYN. Hōrrĕo, rĭgĕo, ōbrĭgĕo.

ēxhōrtŏr, āris. *Gnātum ēxhōrtārĕr,* Virg. Æn. 8, 530. SYN. Hōrtŏr, ēxcito, īncito, āccēndo, ăcŭo. V. *Hortor.*

ēxigo, ēgi, āctūm. *ēxĭgăt ēt pūlchrā făcĭāt tē prōlĕ părēntēm,* Virg. Æn. 1, 79. SYN. Pĕto, pōsco, rĕpōsco, *vel* ēxclūdo, ējicio, ēxpēllo, *vel* pĕrăgo, ābsōlvo, cōnficio.

ēxĭgŭŭs. *ēt quāmvis īgni ēxĭgŭō prŏpĕrātă mădērēnt,* Virg. Geo. 1, 196. SYN. ēxilis, pārvŭs, tĕnŭis, grăcilis.

ēxĭlio, is, ŭi, et ii. *ăgrēstēm pĕpŭlērĕ dŏmō, lĕvis ēxĭlit, īndĕ,* Hor. S. 2, 6, 28. SYN. Sălio, prōsilio, ēmĭco. V. *Salto, Salio.*

ēxilis, ĕ. *in lătĕre ēxīlēs dĭgĭti prō crūrĭbŭs hærēnt,* Ov. M. 6, 143. SYN. Pārvŭs, tĕnŭis, ēxĭgŭŭs, grăcilis.

ēxĭlĭūm. *ēxĭlĭōquĕ dŏmōs, ēt dūlcĭă līmĭnă mūtānt,* Virg. Geo. 2, 511. EPITH. Dūrūm, lōngūm, mĭsĕrūm, flēbĭlĕ, ăcērbūm, văgūm, tūrpĕ, īnfēlix, īnfaūstūm, lānguĭdūm, ămārūm, mœstūm, īnfāmĕ, ānxĭūm, sōllĭcĭtūm, quĕrŭlūm, tædĭōsūm. VERS. Pātriæ fīnēs, ēt dūlcĭă līnquĭmŭs ārvă. Rēgnōquĕ dŏmōquĕ Pēllĭmŭr, ējēctōs ūltĭmŭs ōrbis hăbēt. Divērsa ēxĭlia ēt dīvērsās quærĕrĕ tērrās, Aūgŭrĭis ăgĭmŭr Dīvūm. V. *Exul, et Exulo.*

ēximo, ēmi, ēmptūm. *Nūllă dĭēs ūnquām mĕmŏri vōs ēxĭmĕt ævō,* Virg. Æn. 9, 447. SYN. Lībĕro, sōlvo, ēxpĕdio, ērĭpio, *vel* aūfĕro.

ēxĭmĭŭs. *Quātŭŏr ēxĭmĭōs præstānti cōrpŏrĕ taūrōs,* Virg. Geo. 4, 538. SYN. ēgrĕgĭŭs, ēxcēllēns, præstāns, præclārŭs, īnsignis, nōbilis.

ēxin, *vel* ēxindĕ.—*Mānēs, ēxīndĕ pĕr āmplūm,* V. Æ. 6, 743. SYN. Dēin, *vel* dein, dēindĕ, *vel* deindĕ, *dissyl.* *vel* hīnc, īndĕ.

ēxīstĭmo. *ēt bĕnĕ prōcēdit, bŏnŭs ēs cum hæc ēxīstĭmās.* (Iamb.) SYN. Pŭto, sēntio, cēnsĕo, jūdico.

ēxisto, ēxtiti. *ēxīstūnt mōntēs, ēt spārsās Cȳclădăs aūgēnt,* Ov. M. 2, 264. SYN. ēmĭnĕo, ēxūrgo, prōdĕo, āppārĕo, ēxŏrĭŏr; *vel* sūm.

ēxĭtĭābĭlis. *Dūmquĕ mănū tēntāt trăhĕre ēxĭtĭābĭlĕ tēlūm,* Ov. M. 6, 257.

Digitized by Google

exĭtĭālis.—*Dŏnum exĭtĭālĕ Mĭnervæ*, Virg. Æn. 2, 31.

exĭtĭōsŭs. *Tū nĕ quid pĕccēs exĭtĭōsĕ vĭdĕ*, Mart. 6, 21, 4. SYN. Pērnĭcĭōsŭs, fūnēstŭs, fātālis.

exĭtĭŭm. *Immĭnĕt exĭtĭō vir cōnjŭgis, illă mărīti*, Ov. M. 1, 146. SYN. Clādēs, strāgēs, pērnĭcĭēs. EPITH. Dūrŭm, fŭrĭālĕ, crūdēlĕ, tristĕ, infāndŭm, mĭsĕrābĭlĕ, grăvĕ, flēbĭlĕ, ăcērbŭm. PHR. Agris Tēmpēstās tŭlit exĭtĭŭm. Fœmĭnă Trōjæ āttŭlit exĭtĭŭm. V *Ruina*.

exĭtŭs, ūs. *Dĕdĭt pōst exĭtŭs ingēns*, Virg. Æn. 5, 523. SYN. ăbĭtŭs, dīscēssŭs, rĕcēssŭs, *vel* fīnis; *vel* mōrs; *vel* cāsŭs, ēvēntŭs.

exŏlēsco, ēvi. *Quăm nūllō săcĕr exŏlēscĕt ævō*, (Phal.) Stat. Syl. 1, 6, 99. SYN. ŏbsŏlēscŏ, ăbŏlēŏr, āntīquŏr.

exŏlētŭs, ă, ŭm. *Stăt exŏlētŭs, sŭggĕritquĕ rŭctānti*. (Scaz.) SYN. ŏbsŏlētŭs, āntīquātŭs, dēsuētŭs.

exŏlvo, ōlvi, ŏlūtŭm. *Mūtăt, ĕt exŏlvĭt glăcĭēm, nōdōsquĕ rĕlāxăt*, Lucr. 6, 878. SYN. Sŏlvo, ēxpĕdĭo, lībĕro.

exŏnĕro. *āttămĕn hūnc ŏdĭis exŏnĕrārĕ fŭgām*, Ov. Tr. 1, 3, 36. SYN. Lĕvo, sŭblĕvo. PHR. Ŏnŭs dēpōno. Cŏrpŭs pōndĕrĕ sŏlvo, lībĕro, ēxĭmo. Pōndĕră pōno, dēpōno, excŭtĭo, ăbjĭcĭo.

exōpto. *Rēm strŭĕre exōptās cæsō bŏvĕ, Mērcŭrĭŭmquĕ*, Pers. Sat. 2, 44. SYN. ŏpto, pērŏpto, cŭpĭo, dēsīdĕro, vŏlo. V. *Opto*.

exōrābĭlis. *Grāndĭă cŭm pārvis, nōn exōrābĭlis aūrō*, Hor. Ep. 2, 2, 179.

exōrdĭŏr, īris, exōrsŭs. *Sŭă cuique exōrsă lăbōrēm Fōrtūnāmquĕ fĕrēnt*, V. Geo. 2, 46. SYN. ōrdĭŏr, incĭpĭo, inchŏŏ, aūspĭcŏr.

exōrdĭŭm. *exōrdĭōrum ēst ĕt dĭērum ĕt tēmpŏrŭm*. (Iamb.) SYN. exōrsŭs, princĭpĭŭm. *In plur.* exōrsă, ōrŭm.

exŏrĭŏr, īris, *vel* ĕris, exōrtŭs. *exŏrĭāre ălĭquis nōstris ĕx ōssĭbŭs ūltŏr*, Virg. Æn. 4, 625. SYN. ŏrĭŏr, ēgrĕdĭŏr, nāscŏr, ēmērgo, exŭrgo.

exōrno. *Tōtă lĭcĕt vĕtĕrēs exōrnēnt ūndĭquĕ cēræ*, Juv. 8, 19. SYN. ōrno, ădōrno, ăppăro, instrŭo, dĕcŏro.

exōro. *exōrăt pācēm Dīvŭm, vittāsquĕ rĕsŏlvĭt*, Virg. Æn. 3, 370. SYN. Plāco, sēdo, mītĭgo, lēnio, *vel* ōro.

exōsŭs, ă, ŭm.———*Sī nōndum exōsŭs ăd ūnŭm*, Virg. Æn. 5, 687. SYN. Pērōsŭs, ădvērsātŭs.

expāndo, di, sŭm. *Nātūram expāndĕrĕ dictis*, Lucr. 1, 126. SYN. Pāndo, explĭco, expōno, ăpĕrio.

expăvēsco, expāvi, *vel* expăvĕo. *Frātrem expăvēscăt frātĕr, ĕt nātŭm părēns*, (Iamb.) Sen. Thyest. 40. SYN. Tĭmĕo, mĕtŭo, păvĕo, vĕrĕŏr.

expĕcto. *Rūstĭcŭs expĕctăt dŭm dēflŭăt āmnis ăt illĕ*, Hor. Ep. L. 1, E. 2, 42. SYN. ŏppĕrĭŏr *vel* mănĕo, cūnctŏr, mŏrŏr, hærĕo, stŏ, *vel* spēro. VERS. Quæ tāntæ tĕnŭērĕ mŏræ? Quæ tārdis mŏră grēssĭbŭs ŏbstăt. Ăbdūctis sūbsistĭt hăbēnis. Pārvi tēmpŏris āddĕ mŏrām. Sistĕ grădŭm. V. *Desidero*, *Spero*.

expĕdĭo, is, īvi, ĭi, ītŭm. *expĕdĭūnt fēssi rērŭm, frūgēsquĕ rĕcēptās*, Virg. Æn. 1, 182. SYN. Sŏlvo, lībĕro, ēximo.

expĕdītĭo, ōnis. *Nām quis Pērsĭdis expĕdītĭōnēm*. (Phal.) EPITH. Bēllĭcă, Mārtĭă.

expĕdītŭs. *Tērmĭnŭm cūris văgŏr expĕdītŭs*. (Sapph.) Hor. Od. 1, 22, 11. SYN. Sŏlūtŭs, lībĕr, exēmptŭs.

expēllo, expŭli, expūlsŭm. *insignis Mēssāpŭs ĕquis: expēllĕrĕ tēndŭnt*, Virg. Æn. 10, 354. SYN. Pēllo, ējĭcio, exĭgo, dējĭcio, dētūrbo. V. *Pello*.

expēndo, di, sŭm. *Sŭpplĭcĭa, ĕt scĕlĕrum pœnās expēndĭmŭs ŏmnēs*, Virg. Æn. 11, 258. SYN. Pōndĕro, *vel* exsŏlvo.

expērgo, pērrexi. *Heŭs vĭgĭlēs prŏpĕrāte, expērgĭtĕ pēctŏră tārdă*, Accius. SYN. Expērgēfăcio.

‖ expērgēfăcio. *Plaut*. SYN. Excĭto, sŭscĭto. V. *Excito*.

expērgēfăctŭs. *expērgēfăctīquĕ sĕquūntŭr ĭnānĭă sæpĕ*, Lucr. 4, 992. SYN. Expērrēctŭs.

expĕrĭŏr, īris. *Tīgnă căva, ĕt pictōs expĕrĭērĕ mētūs*, Prop. 4, 6, 50. SYN. Tēnto, āggrĕdĭŏr. PHR. Nil ĭnexpērtŭm, *vel* intēntātŭm rĕlĭnquĕrĕ. Cūnctă prĭŭs tēntāndă. VERS. Pĕr vārĭōs ūsŭs ārtem expĕrĭēntĭă fēcĭt. Ānĭmŭm tēntārĕ prĕcāndo.

Digitized by Google

ēxpĕrĭentĭă.—*ingrĕssūs hŏmĭnum ēxpĕrĭentĭă cēpit*, Virg. Geo. 4, 316. SYN. Ūsŭs. EPITH. Dŏctă, lōngă, măgistră.
ēxpĕrimēntŭm. *ĕt ēxpĕrimēntŭm căpĕ.* (Iamb. Dim.) Prud. Per. 2, 407. SYN. Tēntāmĕn, tēxtāmĕntŭm.
ēxpĕtītŭs. *Rĕdde ēxpĕtītōs, quicquid īrātŭm fŭit*, (Iamb.) Sen. Thyest. 516. SYN. ŏptātŭs, ēxŏptātŭs.
ēxpĕto, is, ivi, et ii, itūm.—*Tōtō nitidissĭmă săltū, ēxpĕtitŭr cōnjŭx, &c.* Ov. M. 9, 47. SYN. ŏpto, ēxŏpto, cŭpio, dēsīdĕro. V. *Opto.*
ēxpilo, ās. *ēxpilātquĕ gĕnis ŏcŭlōs: făcit ĭră vălēntĕm*, Ovid. SYN. Dirĭpio, spŏlio.
ēxpio, ās. *Pŭrūtŭs ēxpiārĕ, seŭ pŏpŏscĕris.* (Iamb. pur.) Hor. Epod. 17, 38. SYN. Pio, pūrgŏr, dēlĕo.
ēxpiro. *ēxpirāvit ăpĕr mājŏris dēntibŭs āpri*, Juv. 15, 162. SYN. Ēxhālo, spiro, *vel* mŏriŏr.
ēxplāno. *Ter.* SYN. Ēxplico.
ēxplĕo, plēvi, tūm. *Discēdam, ēxplēbō nŭmĕrūm, rēddārquĕ tĕnēbris*, Virg. Æn. 6, 545. SYN. Implĕo, ădimplĕo, *vel* pērficio, cōnficio, ăbsolvo, pērăgo, *vel* sătūro, sătio.
ēxplētŭs. *Nām simŭl ēxplētŭs dăpibŭs vinōquĕ sĕpūltŭs*, Virg. Æn. 3, 630. SYN. Implētŭs, *vel* sătiātŭs, sătūrātŭs.
ēxplicitŭs. *Vērsibŭs ēxplicitum ēst ŏmnĕ dŭōbŭs ŏpŭs*, Mart. 14, 1, 14. SYN. Ēxplicātŭs, *vel* pērfēctŭs.
ēxplico, ŭi, ātūm, *vel* itūm. *ēxplicŭit vinō cōntrāctæ sēriă frōntis*, Hor. S. 2, 2, 125. SYN. Prōmo, pāndo, ēvŏlvo, ēxpōno, ăpĕrio, ēxplāno, intērprĕtŏr. VERS. Tōtām rēm ōrdinĕ pāndo. Fērt ănimūs caūsās tāntārum ēxprōmĕrĕ rērūm, ēxpĕdiām dictis, ēt tĕ tŭă fātă dŏcēbo. Fās mihi Grājōrūm săcrātă rĕsōlvĕrĕ jūră.
ēxplōdo, si, sūm.—*Nŏctem ēxplōdēntibŭs ālis*, Lucr. 4, 714. SYN. Plaūdo, *vel* rējicio.
ēxplōsŭs. *Cōntēmptis ălĭis ēxplōsa Ărbūscŭlă dixit*, Hor. S. 1, 10, 77. SYN. Rējēctŭs.
ēxplōrātŏr, ōris. *ēxplōrātōrēs ĕquitŭm lēvia imprŏbŭs ārmă*, Virg. Æn. 11, 512. SYN. Ēxcŭbitŏr, vigil.
ēxplōro. *ēxplōrārĕ lăbŏr, mihi jūssă căpēssĕrĕ fās ēst*, Virg. Æn. 1, 81. SYN. Inquiro, ēxquiro, lūstro, scrūtŏr, rimŏr.
ēxpŏlio, is, ii, et ivi, itūm. *Quārĕ ētiām quædām nūnc ărtēs ēxpŏliūntŭr*, Luc. 5, 343. SYN. Pŏlio, pērpŏlio, ēxcŏlo, ēxōrno, ăccūro.
ēxpŏlitŭs. *āridă mŏdŏ pūmice ēxpŏlitŭm.* (Phal.) Catull. 1, 2. SYN. Pŏlitŭs, ēxcūltŭs.
ēxpōno, pŏsŭi, pŏsitūm. *Vērsibŭs ēxpōni trăgicis rēs cōmică nōn vult*, Hor. A. Poët. 89. SYN. ŏbjicio, *vel* ēxplico, ēxprōmo.
ēxpŏsitŭs.——*Qui nihil ēxpŏsitŭm sŏlĕăt dēdūcĕrĕ nēc qui*, Juv. 7, 54. SYN. ēxpŏstŭs, ŏbjēctŭs.
ēxpōsco. *ēxpōscūnt; mittūnquĕ virōs qui cērtă rĕpōrtēnt*, Virg. Æn. 9, 193. SYN. Pŏsco, pĕto, pŏstŭlo.
‖ ēxpŏstŭlo. *Plaut. Ter.* SYN. Quĕrŏr, cōnquĕrŏr, *vel* ēxpōsco, pŏstŭlo.
ēxprimo, prēssi, prēssūm. *ēxprimĕt, ēt mŏllēs imitābitŭr ærĕ căpillōs*, Hor. A. Poët. 33. SYN. ēlicio, *vel* ēxpōno, ēxplico, ēxpāndo, *vel* ēffingo, imitŏr, repræsēnto.
ēxprobro. *ēst ăliqua ingrātō mĕritum ēxprŏbrārĕ vŏlūptās*, Ov. Ep. 12, 21. SYN. ŏbjicio, ŏppōno, ŏbjēcto.
ēxprōmo, mpsi, mptūm.——*ēt mœstās ēxprōmĕrĕ vōcēs*, Virg. Æn. 2, 280. SYN. Prōmo, prŏfĕro, ēxpōno, dēprōmo.
ēxpūgno. *ēxpūgnābis, ĕt ēst qui vinci pŏssit ĕōquĕ*, Hor. S. 1, 9, 55. SYN. Vinco, sŭpĕro, dēbēllo, ŏccŭpo. V. *Debello.*
ēxpūlsŭs, ă, ūm. *Finibŭs ēxpūlsŭm pătriis, nŏvă rēgnă pĕtēntĕm*, Virg. Æn. 1, 620. SYN. Pūlsŭs, dējēctŭs.
ēxpūngo, xi, ctūm. *impēllo, ēxpūngām! nāmque ēst scăbiōsŭs ĕt ăcri*, Pers. S. 2, 13. SYN. Dēlĕo, tŏllo, *vel* pūngo.
Ēxquiliæ. *Mons Romæ, ubi Tullus Hostilius, tertius Romanorum Rex, excubias collocavit.* VERS. ăddĕ, quŏd ēxcŭbiās ibi Rēx Rōmānŭs ăgēbăt, Qui nūnc Ēxquiliās, nōminĕ cŏllis, hăbĕt. *Ovid. Fast.* 3, 246.

Digitized by Google

exquiro, sivi, et sii, sitūm. *Æstibūs āc mědiis ūmbrōsam ēxquirěrě vāllēm,* Virg. Geo. 3, 331. SYN. Quæro, inquiro, pērquiro, scrūtŏr.
¶ ēxquisitūs. SYN. Præstāns, ēxcēllēns, præclārūs, ēximiūs, ēgrěgiūs.
ēxsātūro, ās. *Si dāmnis răbidūm quěāt ēxsātūrārě dŏlōrēm,* Stat. Th. 6, 83. SYN. Sātūro, sātio, ēxplěo.
ēxscindo, scīdi, scissūm. *Nōn ěgŏ cūm Dănăis Trōjānam ēxscinděrě gēntēm,* V. Æ. 4, 425. SYN. ēxsěco, ēxcido, sěco, scindo, *vel* ēvērto, dirŭo, dēlěo.
ēxsěco, ās, ěcŭi, ēctūm. *Quinās hic căpiti mērcēdēs ēxsěcăt; ătquě,* Hor. S. L. 1. S. 2, 14. SYN. Sěco, scindo, ēxscindo.
ēxspātiŏr, āris.——*Clāre ēxspătiāntūr in aūrās,* Sil. 17, 95. SYN. Spātiŏr, ērro, vāgŏr, divāgŏr, āmbūlo.
ēxstimŭlo. *His sŏlita ēst dictis ēxstimŭlārě virūm,* Ov. F. 6, 588. SYN. Stimŭlo, ēxcito.
¶ ēxsūscito. SYN. Sūscito, ēxcito.
ēxtă, ōrūm. *Pēctŏribūs inhiāns, spirāntiă cōnsŭlit ēxtă,* Virg. Æn. 4, 64. SYN. Viscěră, intēstină. EPITH. Pinguiă, lūbrică, tūmidă, fūmāntiă, călēntiă, mŏllia, intimă, călidă, těpidă, těpēntiă. V. *Viscera.*
¶ ēxtābēsco, ŭi. SYN. Tābēsco, tāběo, mārcēsco. PHR. Tābě cōnficiŏr, ēxědŏr.
ēxtēmplo. *ēxtēmplō Tūrni sic ēst āffātă sŏrōrēm,* V. Æ. 12, 136. SYN. Cōntinŭō, prōtinŭs, sŭbitō, haūd mŏră, rěpēntě, ōcyŭs, cōnfēstim, ilicēt, āctūtūm.
ēxtēmpŏrālis. *ēxtēmpŏrālis făctūs ēs měūs rhētŏr.* (Scaz.) SYN. Sŭbitūs, rěpēntinūs.
ēxtēndo, di, sūm, et tūm. *Fūsūs hŭmi, tōtōque ingēns ēxtēndĭtŭr āntrō,* Virg. Æn. 6, 423. SYN. Tēndo, pāndo, ēxpāndo, diffūndo, pŏrrigo, ēxplico, *vel* prōpāgo. VERS. Virtūtem ēxtēnděrě făctis. sě fūlvā mŏribūndum ēxtēndit ărēnā.
ēxtēnŭo.——*Lōnga ēst ēxtēnŭāndă mŏră,* Ov. Pont. 1, 3, 26. SYN. Tēnŭo, āttēnŭo, minŭo, imminŭo.
ēxtěriŏr, ōris. *Tū cōmēs ēxtěriŏr, si pōstŭlēt, irě rěcūsēs,* Hor. Sat. 2, 5, 11. SYN. Sūmmŭs, ēxtērnŭs.
ēxtērmino. *Tē Paūlūs hinc ēxtērminăt.* (Iamb. Dim.) SYN. ăbŏlěo, *vel* ējicio, ēxpēllo, pēllo, ăbigo.
ēxtērnŭs, ă, ūm.——*Gěněrōs ēxtērnis ăffŏre ăb ōris,* Virg. 7, 276. SYN. ēxtěrŭs, ēxtrāněŭs.
ēxtērritūs. *Tūm vēro Æněās sŭbitis ēxtērritŭs ūmbris,* Virg. Æn. 4, 571. SYN. Tērritūs, āttŏnitūs.
ēxtěrŭs. *invidia ēst, ēt nōs fās ēxtěră quærěrě rēgnă.* SYN. ēxtērnŭs.
ēxtimēsco, ŭi. *Ēxtimŭitquě măgistrūm,* Hor. A. P. 415. SYN. Timěo.
ēxtinguo, xi, ctūm. *Cædě săcērdŏtis flāmmās ēxtinguitě Vēstæ,* Ov. M. 15, 778. SYN. Rēstinguo, *vel* ăbŏlěo, pērdo, dēlěo, ēvērto, *vel* ŏccido, intērficio, pērimo, intěrimo. PHR. Gělidis rēstinguěrě fŏntibūs ignēs. Lȳmphā injēctā ignēs dŏmārě. Vūlcānūm ūndā sŭpěrārě, ŏbrŭěrě. VERS. Viribūs ābsūmptis ēxtinguitŭr ignis. ēxănimăt flāmmām sŭbdūctō stipitě. Nūtritŭr vēntō, vēntō rēstinguitŭr ignis: Lēnis ăgit flāmmās grāndiŏr aūră něcăt.
ēxtirpo. *Ēxtirpārě pilōs dē cŏrpŏrě tōtō,* Mart. 6, 56. SYN. Vēllo, ēvēllo, ērŭo, ērādico, āvēllo. V. *Evello.*
ēxtōllo, ēxtŭli, ēlātūm. *Nē cēssā tūrbārě mětu, ătque ēxtōllěrě virēs,* Virg. Æn. 11, 401. SYN. ēffěro, ēdūco, is, *vel* laūdo, prædico, ās, cělebro.
ēxtŏrquěo, rsi, rtūm. *Tēndūnt ēxtōrquērě pŏēmătă; quid făciām vis?* Hor. Ep. 2, 2, 57. SYN. Aūfěro, răpio, ēripio.
ēxtrā. *Quāmvis nil ēxtrā nūměrūm fēcissě mŏdūmquě,* H.
ēxtrăho, āxi, āctūm.——*Virūm pŭěrum ēxtrăhăt ălvō,* Hor. A. Poët. 340. SYN. ēxprŏmo, ēlicio.
ēxtrāněŭs. *Tōllăt pědēs indŏmitā străto ēxtrāněō.* (Iamb.) SYN. ēxtērnŭs, ēxtěrŭs.
ēxtrēmŭs. *impigěr ēxtrēmōs cūrrit mērcātŏr ăd Indōs,* Hor. Ep. 1, 1, 45. SYN. Ultimŭs, sŭprēmŭs, *vel* sūmmŭs.
ēxtrico, ās.—*Aūt nūmmōs ūnde, ūnde ēxtricăt ămārās,* Hor. S. 1, 3, 88. SYN. ēxpědio, sŏlvo, liběro.
ēxtrūdo, si, sūm. *Laūdăt vēnālēs qui vūlt ēxtrūděrě mērcēs,* H. E. 2, 2, 11. SYN. Dētrūdo, dētūrbo, pēllo, ēxpēllo, ējicio.

Digitized by Google

ēxstrŭo, xi, ctum. *ēxstrŭis, heū rēgni rērūmque ōblītĕ tŭārūm*, Virg. Æn. 4, 267. V. *Ædifico.*

ēxtūbĕro, ās. *Plūmbōquĕ cērvix vērbĕrāta ēxtūbĕrĕt.* (Iamb.) SYN. ēxtŭmēsco, tūrgĕo, tŭmēsco, īnflŏr, prōtūbĕro.

ēxtūndo, ĭs, ŭdi, ūsūm. *ūt vărĭās ūsūs mĕdĭtāndo ēxtūndĕrĕt ārtēs*, Virg. Geo. 1, 133. SYN. ēlīdo, ēxprimo, ēlicio, *vel* ēxcūdo.

ēxūbĕro, ās. *āt sī lūxŭrĭā fŏlĭōrum ēxūbĕrăt ūmbrā*, Virg. Geo. 1, 191. SYN. ăbūndo, ăfflŭo.

ēxūdo, ās.——*ātque ēxūdăt ĭnūtĭlĭs hūmŏr*, Virg. Geo. 1, 88. SYN. ēxstīllo, sūdo, stīllo.

‖ ēxūgo, ĭs, xi. *Plaut.* SYN. Sūgo.

ēxŭl, ēxŭlĭs. *ēxŭl ăb ōctāvā Mărĭūs bĭbĭt ēt frŭĭtŭr Dīs*, Juv. 1, 49. SYN. ēxpūlsŭs, ējēctŭs, prŏfŭgŭs, ēxtōrris. EPITH. Văgŭs, mĭsĕr, vāgābūndŭs, flēbĭlĭs, tristis, mœstŭs, sōlĭcĭtŭs, insōmnis, lānguĭdŭs, ānxĭŭs, mœrēns, īncōgnĭtŭs. PHR. Patriā pūlsŭs, ēxpūlsŭs, cărēns. Patrĭīs ōris, fīnĭbŭs, sēdĭbŭs pūlsŭs, ēxpūlsŭs, ējēctŭs. Fīnĭbŭs ēxtōrris. Patriā cēdĕrĕ, *vel* dēcēdĕrĕ jūssŭs. Patrĭīs ēxŭl ăb ōris. ēxŭl ĭnōps ērrăt. Sēdĭbŭs incērtis ērrāns, ăliēnăquĕ lūstrāns Līmĭnă. Qui prŏcŭl ēxtrēmō pūlsŭs ĭn ōrbĕ lătĕt. Rēgnis ēxŭl ădēmptis. VERS. Mē pūlsūm pătriā, pĕlăgique ēxtrēmă sĕquēntēm Fōrtūna ōmnĭpŏtēns ēt ĭnēlūctābĭlĕ Fātūm His pŏsŭērĕ lŏcis. Sī quĭbŭs ējēctūs sylvis aūt ūrbĭbŭs ērrăt. Pēr frĕtă, pēr scŏpŭlōs ēxŭlĭs ībŏ cŏmĕs. V. *Exulo.*

‖ ēxūlcĕro, ās. SYN. ăspĕro, ēxăspĕro, ēxăcērbo, *vel* crŭcio, tōrquĕo, ēxcrŭcio.

ēxŭlo, ās. *Victŭs ăbĭt lōngēque ignōtis ēxŭlăt ōris*, Virg. G. 3, 225. PHR. Patrĭīs ēxpēllŏr ăb ōris. Patriām fŭgio. Patriā, *vel* Patriæ fīnĭbŭs fŭgŏr, pēllŏr, ējĭcĭŏr, ārcĕŏr, ēxcēdo. Prŏfŭgŭs ērro. Prŏcŭl ā patriā, ĭn ēxtrēmās ōrās, *vel* tērrās rĕlēgŏr, āris. ēxĭlĭō dŏmōs ēt dūlcĭă līmĭnă linquo. Quæro ălĭō patriām sŭb Sōlĕ jăcēntēm. ăbit lōngēque ignōtis ēxŭlăt ōris. ignōtă pēr ōppĭdă tristēs ēxŭl ăgit cāsūs. Pēlli ĭn tērrās ălĭō sŭb Sōlĕ jăcēntēs. ēxŭlăt ēt tōtō quærit ĭn ōrbĕ fŭgām. ēxŭl ăgŏr patriāmquĕ rĕlinquo. ignōtā cōnstĭtĭt ēxŭl hŭmō. Cūm patriām pūlsūs dūlcēsquĕ pĕnātēs Linquĕrĕt, ēt tristēs ēxŭl trăhĕrētŭr ĭn ōrās. Văgŭs, ēxŭl ĭn ōrbĕ ērrābit tōtō pătrĭīs ējēctŭs ăb ōris. Pēllĭmŭr ē pătrĭīs lărĭbŭs, pĕtĭmŭsquĕ vŏlēntēs ēxĭlĭŭm. VERS. Littŏră tūm pătriæ lăcrymāns pōrtūsquĕ rĕlinquo; ēt cāmpōs ŭbi Trōjă fŭit; fĕrŏr ēxŭl ĭn āltūm Cūm sŏcĭīs. ēxĭlĭūm dīrā pœnām prō cædĕ lŭēbăt. Nōs pătria āmissā dŏmĭnis pārērĕ sŭpērbis Cōgĭmŭr. V. *Exul, et Exilium.*

ēxŭlto, ās. *Sēmĭnă mīttēntēs nōs ēxūltābĭmŭs ōmnēs*, Sedul. SYN. Gēstio, lætŏr, gaūdĕo, trĭūmpho.

ēxŭlŭlo, ās. *Nēc pŭdŭit scissis ēxŭlŭlārĕ cŏmis*, Ov. Ep. 15, 114. SYN. ŭlŭlo, vōcĭfĕrŏr. V. *Ululo.*

ēxŭo, ŭi, ūtūm. *ābstŭlĭt hæc ănĭmūs dēxtra, ēt tŏtĭdem ēxŭit ārmis*, Virg. Æn. 8, 567. PHR. ārtŭs nŭdo. Vēstēm, ămictūm, pōno, dēpōno. ēx hŭmĕris vēstēm răpio, ēripio. Dŭplicem ēx hŭmĕris rējēcit ămictūm. V. *Nudo.*

ēxŭpĕro. *Sānguinĕæ ēxŭpĕrānt ūndās; pārs cætĕră pōntūm*, Virg. Æn. 2, 207. SYN. Sŭpĕro, vinco, præsto.

ēxūro, ssi, stūm. *infēctum ēlŭĭtŭr scĕlŭs, aūt ēxūrĭtŭr igni*, Virg. Æn. 6, 742. SYN. ūro, ădūro, crĕmo, incēndo, āccēndo, inflāmmo. V. *Uro.*

ēxŭviæ. *Hēctŏrĕ, qui rĕdĭt ēxŭvĭās indŭtŭs Ăchillis*, Virg. Æn. 2, 275. SYN. spŏlĭă, prædă. EPITH. Dītēs, ŏpimæ, crŭēntæ, hōstilēs. PHR. ēxŭvĭās dēlētō ēx hōstĕ rĕferrĕ. ēx hōstĕ ēxŭvĭās răpĕrĕ, ērĭpĕrĕ. VERS. Pōnitŭr ăd pătrĭōs bārbără prædă Dĕōs. Prædam āssērvābānt, hūc ūndĭquĕ Trōĭă găză, incēnsis ērēpta ădytis, mēnsæquĕ Dĕōrūm, Crātērēsque aūrō sŏlĭdi, căptīvăquĕ vēstis Cōngĕrĭtŭr.

## F.

FĂbă. *ēt fābă fābrōrūm, prōtŏtŏmiquĕ rŭdēs*, Colum. EPITH. Dūră, pāllēns, pinguis, pictă, vēntōsă.

făbĕr, fabri. *Æmylĭūm circā lūdūm făbĕr imŭs, ēt ūnguēs*, Hor. A. Poet. 32. SYN. ārtĭfēx, ŏpĭfēx. EPITH. Fērrārĭŭs, lignārĭŭs, ærārĭŭs, industrĭŭs, rŭ-

Digitized by Google

bāstŭs, fortis. PHR. Māgnā vi brāchiā tōllēns. ingēnti mōlimĭnĕ vīrēs ēxērcēns. Mūltō cōnāmĭnĕ nītēns. Rigida ēxērcēns vālidis incūdibūs ærā. Vērsāns tĕnāci fōrcipĕ māssām. VERS. Nēcdum ēnsem immiti dūxērāt ārtĕ fābĕr. V. *Procudo.*

fābrĭcā. *Dēnique ŭt in fābricā, si prāva ēst rēgŭlă primă,* Lucr. 4, 516. SYN. Fabrīlĕ ŏpŭs, *vel* ōfficīnă.

fabrĭcātŏr, ōris.——*ĕt ipsĕ dŏlī fābrĭcātŏr Ĕpēŭs,* Virg. Æn. 2, 264. SYN. ārtĭfēx, ŏpĭfēx, strūctŏr, ēxstrūctŏr, fābĕr.

fābrĭcŏr, et fabrico, ās. *Pūgnābānt ārmis, quæ pōst fābrĭcāvĕrāt ūsŭs,* Hor. Sat. 1, 3, 102. SYN. Făcio, ēfficio, cōndo, ēxtrŭo, ædĭfico, mōlĭŏr, cūdo, ēxcūdo. V. *Procudo, Ædifico.*

fābrīlis. *Fābrīlēs ŏpĕrās rŭdĭbūs cōntūndĕrĕ māssis,* Sev.

fabrīlĭtĕr. *ēst illŭd quŏd nēmo ŏpĭfēx fābrīlĭtĕr āptāns,* Prud. Apoth. 519.

Fābiŭs. *ūnă dĭēs Fābiōs ād bēllūm misĕrāt ōmnēs,* Ov. Fast. 2, 235. *Dictator Romanus, in bello adversùs Annibalem creatus. Cunctabundâ quâdam prudentiâ rem Romanam aliorum Imperatorum temeritate labefactatam restituit.* EPITH. Sōlērs, invictŭs, cūnctātŏr, mŏrāns, lēntŭs. PHR. Qui primŭs sævūm lēntō lūctāmĭnĕ Pœnūm cōmprēssit. infrāctāsquĕ mĭnās dilātō Mārtĕ fătīgāt. Sōlērs cūnctāndī Fābiŭs. invictūsquĕ mōrā Fābiŭs. Cūnctātōrquĕ sĕnēx Fābiŭs.

Fabriciŭs. *Fābriciūm ? vĕl tē sŭlcō, Sērrānĕ, sĕrēntēm ?* Virg. Æn. 6, 844. *Civis Romanus, summâ virtute ac frugalitate illustris. Cùm ad Pyrrhum legatus missus esset, nullis pollicitationibus adduci potuit, ut à Romanis deficeret.* EPITH. Grāvis, paupĕr, rigĭdŭs, tristis, Rōmānŭs, fĭdēlis, fōrtis, gĕnĕrōsŭs, īncōrrūptŭs, invictŭs. PHR. Qui cōntēntŭs hŏnēstō Mūnĕrā cōntēmpsit Rēgūm. Nūlli pērvĭā cūlpæ Pēctŏrā Fabricii, dōnis invictă. Qui sprēvit mūnĕrā Pyrrhi.

fābŭlă. *Nōmĭnĕ sŭb nōstrō fābŭlă nūllă fŭit,* Ov. F. 4, 10, 614. SYN. Cōmmēntūm, figmēntūm, fābēllă. EPITH. ănīlis, mēndāx, vānă, gārrŭlă, fictă, ĭnānis, ingĕniōsă, sōlērs, pĕrĭtă, mōnstrōsă, vūlgāris, pŏētĭcă, lætă, āntiquă, dŏctă, dēlīră. PHR. Vēri ēxpērs, nĕscĭă. VERS. Fābēllās gārrīrĕ pĕrītŭs ănīlēs. Aūrēs implēbit fābŭlă nūllă mĕās. Cōntĭnĕt ōbscænōs fābŭlă nūllă jŏcōs.

fābŭlŏr. *Dūm fābŭlāmŭr millĭbŭs dĕcēm dīxit,* (Scaz.) Mart. 4, 61, 4. SYN. Cōllŏquŏr, fābŭlās nārro.

fābŭlōsŭs. *Caūcăsūm, vĕl quæ lŏcă fābŭlōsŭs.* (Sapph.) Hor. Od. 1, 22, 7. SYN. Fictŭs, fictītiŭs, ēffictŭs, vānŭs, ĭnānis.

fac. *Nōn pōssūnt, fāc ĕnim minimis ē pārtibŭs ēssĕ,* Lucr. 2, 484. *Hōs fāc Ārmĕniōs, hæc ēst Dănăēiă Pērsis,* Ovid.

făcēsso, is.——*Mātris māndātă făcēssit,* Virg. Geo. 4, 548. SYN. Făcio, *vel* āmŏvĕo, *vel* rĕcēdo.

făcētiæ. *Disērtŭs pŭēr āc făcētiārūm,* (Phal.) SYN. Jŏci, sālēs, lĕpōrēs, fēstīvitās.

făcētŭs. *ŭt cuique ēst ætās, ĭtă quēmquĕ făcētŭs ădōptă,* Hor. E. 1, 6, 55. SYN. Lĕpĭdŭs, fēstīvŭs, sālsŭs, jŏcōsŭs, ūrbānŭs, ārgūtŭs.

făciēs, ĕi. *Vērtitŭr ēxēmplō făciēs ēt mēntis ĕt ōris,* Ovid. SYN. ōs, vūltŭs, frōns. EPITH. Pūlchră, nĭtēns, dĕcōră, cāndĭdă, ēgrĕgiă, hŏnēstă, sĕrēnă, insignis, fōrmōsă, grātă, blāndă, vĕrēcūndă, bĕnignă, ingĕnŭă, vĕnūstă, rōsĕă, mŏdēstă, hĭlăris, jŭvĕnilis, vĕnĕrāndă, vĕnĕrābĭlis, sūbrīdēns, lætă, sĕvēră, mĭnāx, cōntrāctă, ŏbliquă, tōrvă, fĕră, tērrĭfĭcă, hōrrēndă, mĕtŭēndă, fōrmidābĭlis, sōrdĭdă, fœdă, rūgōsă. VERS. Gĕnis făciēs squāllēntibŭs hōrrĕt. In aūrīgæ făciēm mūtātă Mĕtisci. Vērte ōmnēs tēte in făciēs. ēt făciēs taūrō prŏpiŏr. Făciēmquĕ Dĕæ, vēstēmquĕ rĕpōnit. Quōs hŏmĭnum ēx făciē Dĕă lævă pŏtēntibŭs hērbis indŭĕrāt Circe in vūltŭs, āc tērgă fĕrārūm. Cūrvāta in mōntis făciēm circūmstĕtit ūndă. V. *Os, oris.*

făcile. *Nēc tēmpĕrāri făcilĕ nēc rĕprimi pŏtēst.* (Iamb.) *ingĕniō făcilĕ cōnciliāntĕ plăcēns,* Ovid.

făcilis. *ĕt făcilēs mōtūs mēns gĕnĕrōsă căpit,* Ov. Tr. 3, 5, 32. SYN. Haūd difficilis, *vel* mŏbilis, *vel* āptŭs, hăbĭlis, *vel* mītis, lēnis.

făcinŭs, ŏris. *Tē pēr mĕōrūm făcinŏrūm laūdēm prĕcŏr.* (Iamb.) SYN. āctio, ŏpŭs, fāctūm, *vel* scĕlŭs, crimĕn, flāgitiūm. EPITH. ēgrĕgiūm, insignĕ, gĕnĕrōsūm, præclārūm, mālūm, atrōx, ōbscœnūm, hōrrēndūm, nĕfāndūm, tētrūm, mălignūm. * V. *Scelus.*



Digitized by Google

făcio, fēci, fāctūm.——*nūcĭbŭs făcĭmŭs quæcūnquĕ rĕlictīs*, Pers. 1, 10. SYN. efficio, cōnficio, pĕrficio, ĕxĕquŏr, ăgo, pĕrăgo, mōlĭŏr, ŏpĕrŏr, patro, pĕrpetro.

făcūltas, ātis. *Cūjūs Ărĭstæō quŏnĭam ĕst ōblātă făcūltās*, Virg. Geo. 4, 437. SYN. Pŏtēstās, vis.

făcūndĭă. *Nĕc făcūndĭă dēsĕrĕt hūnc, nĕc lūcĭdŭs ōrdo*, Hor. A. Poet. 41.

făcūndŭs. *ŭbi nūnc făcūndŭs Ŭlyssēs?* Ov. M. 13, 92. V. *Eloquens.*

fæcŭlēntŭs. *ĕt fæcŭlēntōs gūrgĭtēs hærēscĕrĕ.* (Iamb.) SYN. Cœnōsŭs, *vel* crāssŭs.

fæx, fæcis.——*ĕgŏ fæcēm prīmŭs ĕt hālēc*, Hor. S. 2, 4, 73. SYN. Cœnūm. EPITH. Lĭquĭdă, vīnōsă, crāssă, lēntă, fœtĭdă, ĭmă, sĕdēns.

fāgŭs, i. F. *Fāgŭs, ĕt Ărcădĭō pīnŭs ămātă Dĕō*, Prop. 1, 18, 20. EPITH. Pătŭlă, ărdŭă, ĕxcēlsă, āltă, ūmbrōsă, frōndōsă, dēnsă. PHR. Lātē rāmōs, ānnōsāquĕ brāchĭă pāndēns. ūmbrōsă cācūmĭnă fāgi. Rūgōsō cōrtĭcĕ fāgŭs ăspĕră. Rāmōs āltē spārgēns. Pătŭlæ sŭb tēgmĭnĕ fāgi.

fālcātŭs. *Lævās cētră tĕgit: fālcāti cōmĭnŭs ēnsēs*, Virg. Æn. 7, 732. SYN. Fālcĭbŭs ārmātŭs, *vel* cūrvātŭs.

fālcĭfĕr, ă, ūm. *Nām si fālcĭfĕri dēscēndĕrĕ tēmplă Tŏnāntis*, Mart. 5, 16, 5. PHR. Fālcĕ ārmātŭs.

fālco, ōnis. *Sūblīmĕ vŏlāns, tĕnŭēm sĕcăt āĕră fālco.* EPITH. Răpāx, răpĭdŭs, vŏrāx, fĕrŭs, atrōx, ăvĭdŭs, rāptŏr, crŭēntŭs. PHR. Pēnnis ĕt cūrvis ŭnguĭbŭs ācĕr. V. *Accipiter.*

Fălērnŭm. *Māllĕrĭs, quām si mūstă Fălērnă bĭbās*, Mart. 13, 120. *Vinum in Falerno monte Campaniæ in Italiâ crescens.* SYN. Vīnūm. EPITH. Fūmōsūm, indŏmĭtūm, vĕtŭlūm, ācrĕ, mōrdāx, suāvĕ, Cāmpānūm, Sūrrēntinūm, *à Surrento Campaniæ oppido.* PHR. Cāmpāni mōllĭssĭmă vīnă Fălērni. V. *Vinum.*

făllācĭă. *Vērum ŭbi nūllă fŭgām rĕpĕrit făllācĭă, victŭs*, Virg. G. 4, 443. SYN. Dŏlŭs, fraūs, āstŭs, āstūtĭă, cāllĭdĭtās, vafrĭtĭēs, insĭdĭæ. EPITH. ĭnīquă, mălă, ōccūltă, mēndāx, mălīgnă, pērfĭdă, scĕlĕrātă, ĭmprŏbă, tēctă, ĭmplēxă. PHR. Ărs sūbdŏlă. Fraūs mēndāci tēctă cŏlōrĕ. Cōnfictă dŏlō mēndācĭă tūrpi. V. *Dolus.*

făllācĭtĕr. *Quæquĕ văcānt ănĭmā făllācĭtĕr ōmnĭă trānsit*, Ovid. SYN. Dŏlōsĕ, āstū.

făllāx, ācis. *incŏlŭmēm făllāci pērfĕrĕt Aūnō*, Vir. Æn. 11, 717. SYN. Mēndāx, dŏlōsŭs, pērfĭdŭs. PHR. Dŏlōs vērsārĕ pĕrītŭs. Vir fictō pēctŏrĕ. Dŏlis instrūctŭs, ĕt ārtĕ Pĕlāsgā. Qui dīrūm nĕfās in pēctŏrĕ vērsăt. Mūltă mălŭs sĭmŭlāns. VERS. Blāndă quidēm vūltū, sēd quō nōn tētrĭŏr ūllă intĕrĭŭs, fūcātă gĕnās, āt ămīctă dŏlōsis illĕcĕbris.

fāllo, fĕfelli, fālsūm.——*dŏlŭs, quis făllĕrĕ pōssit ămāntēm?* Virg. Æn. 4, 296. SYN. Dēcĭpio, fraūdo, dēlūdo, ēlūdo. PHR. Dŏlōs vērsārĕ, nēctĕrĕ. Dŏlis, āstū, căpĕrĕ, cāptārĕ, dēcĭpĕrĕ. Fāllĕrĕ dŏlō. Fraūdēm āstūtō pēctŏrĕ vērso. Dărĕ vērbă. insĭdĭās mĕdĭtŏr. VERS. Mūltă mălŭs sĭmŭlāns vānā spĕ lūsit ămāntēm. Nŏvās ārtēs, nŏvă pēctŏrĕ vērsăt Cōnsĭlĭă. ĭllă dŏlōs dīrūmquĕ nĕfās in pēctŏrĕ vērsăt. Heū quibŭs insĭdĭis, quā mē circūmdĕdit ārtĕ! V. *Decipio.*

fālsĭdĭcŭs. *Fālsĭdĭcŭs cōnfīdēnsquĕ, quĭd tūm pōstĕă?* (Iamb.) SYN. Mēndāx.

fālsō. *invĭdia ēst, fālsō, plūrĭmă vūlgŭs ămăt*, Tib. 3, 3, 20. SYN. Fālsē.

fālx, cis. *Vĕnĕris hūc ĕt fālcis hŏnōs, hūc ōmnis ărātri*, Virg. Æn. 7, 635. EPITH. Cūrvă, prōcūrvă, ōbtūsă, ăcūtă, ădūncă, fērrĕă, dūră, æstīvă, pāndă, rĕpāndă, fœnĭsĕcă, lōngă, mōrdāx, cāmpēstris, Cĕrĕālis. PHR. Fālcĕ mĕto, sĕco, stērno, prōstērno. VERS. Mātūris fālcēm sūppōnit ărīstis. Cĕrēs fālcĕ rĕsēctă cădit. Fālcĭbŭs æstīvās dētōndēnt Gārgără mēssēs. Jām fālcĕ rĕcūrvā Rūră mĕtūnt.

Fāmă.——*Māgnās it Fāmă pĕr ūrbēs*, Virg. Æn. 4, 173. *Poëtæ fabulantur Titanis et Terræ filiam, quæ pennis instructa, tubam unam, aut duas gerit. Hanc Virgilius exhibet ut monstrum alatum, quod oculos, aures, ora, linguasque innumerabiles habet.* SYN. Rūmŏr, mūrmŭr, sērmo. EPITH. Pēnnātă, vŏlĭtāns, mēndāx, văgă, incērtă, gārrŭlă, tūrbĭdă, sŭpērstēs, mĕmŏr, vēlōx, pĕrēnnis, mălīgnă, prōcāx, prænūncĭă, vivāx, cĕlĕr, vērbōsă, pŏtēns, præpēs, pērnix, sūbĭtă, rĕpēntīnă. PHR. Rērūm prænūncĭă Fāmă. Tām ficti prāvīquĕ tĕnāx, quām nūncĭă vēri. innūmĕrās sŏlvēns fālsa in præcŏnĭă lingŭās. Vŏlĭtāns pĕr rēgnă pĕr ūrbēs. Văcŭās implēns sērmōnĭbŭs aūrēs. Māgnārūm nūncĭă rērūm. Incērtæ mūrmŭră Fāmæ. VERS. Fāmă mălūm, quō nōn ălĭŭd vēlōcĭŭs ūllūm

Mōbĭlĭtātĕ vĭgĕt, vīrēsque ăcquīrĭt ĕūndo. Nūncĭă Fāmă rŭĭt, pŏpŭlīsque āllābĭtŭr aūrēs. Fāmă lŏquāx pērvĕnĭt ăd aūrēs. Fāmă lŏquāx, quæ vēris āddĕrĕ fālsă Gaūdĕt, ĕt ē mĭnĭmō sŭă pĕr mēndācĭă crēscĭt. ād nōs vix tĕnŭis fāmæ pĕrlābĭtŭr aūră. intĕrĕā pāvĭdām vŏlĭtāns pēnnātă pĕr ūrbēm Nūncĭă Fāmă rŭĭt. ĕt jām Fāmă vŏlāns tānti prænūncĭă lūctūs Ēvāndrum Ēvāndrīquĕ dŏmōs, ĕt mœnĭă cŏmplĕt. V. *Rumor.*

*famæ est.* SYN. Fāmă vŏlăt, văgātŭr, fĕrt, pĕrhĭbĕt, vūlgātŭr. PHR. Fāmă ŏccŭpăt aūrēs. ĭtă Fāmă fĕrēbăt. V. *Fama.*

*fama.* SYN. Glōrĭă, laūs, nōmĕn, dĕcŭs, hŏnŏr. EPITH. Clāră, ēgrĕgĭă. PHR. Cĕlebrĭs præcōnĭă fāmæ. Māgnūm ĕt mĕmŏrābĭlĕ nōmĕn. VERS. Nōbĭlĭs, ĕt fāmā mūltis mĕmŏrātŭs ĭn ōrĭs. Nōstră pĕr īmmēnsās ĭbūnt præcōnĭă laūdēs. Fāmāmquĕ fŏvēbăt ĭnānĕm.

*Descriptio Famæ.* Virg. Æneid. 4, 173.

——Magnas it Fama per urbes:
Fama, malum quo non aliud velocius ullum,
Mobilitate viget, viresque acquirit eundo.
Parva metu primo, mox sese attollit in auras,
Ingrediturque solo, et caput inter nubila condit.
Illam Terra parens, irâ irritata Deorum,
Extremam, ut perhibent, Cæo Enceladoque sororem
Progenuit, pedibus celerem, et pernicibus alis.
Monstrum horrendum, ingens; cui quot sunt corpore plumæ,
Tot vigiles oculi subter (mirabile dictu)
Tot linguæ, totidem ora sonant, tot surrigit aures.
Nocte volat cæli medio, terræque per umbram
Stridens, nec dulci declinat lumina somno.
Luce sedet custos, aut summi culmine tecti,
Turribus aut altis, et magnas territat urbes,
Tam ficti pravique tenax, quàm nuncia veri.
Hæc tum multiplici populos sermone replebat
Gaudens, et pariter facta atque infecta canebat.

fămēlĭcŭs. *Nōctĕ bŏvēs mācri lăssōquĕ fămēlĭcă cōllō*, Juv. 14, 145. SYN. ĭmpāstŭs. PHR. Fămē cōnfēctŭs, prēssŭs, victŭs. VERS. Nil hăbĕt, ĕt lēntā dēpĕrĭt īllĕ fămē. īllĕ fămē răbĭdā trĭă gūttŭră pāndēns. ĭmpāstūs ceū plēnă lĕō pĕr ŏvīlĭă tūrbāns (suādĕt ĕnim vēsānă fămēs) māndĭtquĕ trăhĭtquĕ Mōllĕ pĕcŭs. īllōs lōngă dŏmānt ĭnŏpi jējūnĭă victū. Cērnĭt mĭsĕrābĭlĕ vūlgŭs ĭn pĕcŭdūm cĕcĭdissĕ cĭbōs, ĕt cārpĕrĕ dūmōs, Vēllĕre ĕt ignōtĭs dŭbĭās rādīcĭbŭs hērbās. Ūtquĕ frĕtūm rĕcĭpĭt dē tōtā flūmĭnă tērrā, Nĕc sătĭātŭr ăquis, pĕrĕgrīnōsque ēbĭbĭt āmnēs: Ūtquĕ răpāx ignis, ligni quō cōpĭă mājŏr ēst dătă, plūră pĕtit, tūrbāque vŏrācĭŏr ipsa ēst: Sic ĕpŭlās ōmnēs Ērĭsĭchthŏnis ōră prŏfāni āccĭpĭūnt, pōscūntquĕ sĭmŭl, cĭbŭs ōmnis ĭn īllō Caūsă cĭbi ēst, sēmpĕrquĕ lŏcŭs, fit ĭnānis ĕdēndo. Jāmquĕ fămē pătrĭās āltīquĕ vŏrāgĭnĕ vēntrĭs āttĕnŭārăt ŏpēs, sĕd ĭnāttĕnŭātă mănēbăt. Tūm quŏquĕ dīră fămēs, ĭmplācātæquĕ vĭgēbăt Flāmmă gŭlæ. ipsĕ sŭōs ārtūs lăcĕrō dīvēllĕrĕ mōrsū cœpĭt, ĕt ĭnfēlix mĭnŭēndō, cōrpŭs ălēbăt.

*Descriptio Famelici.* Ov. M. 8, 824.

——Petit ille dapes sub imagine somni,
Oraque vana movet, dentemque in dente fatigat,
Exercetque cibo delusum guttur inani;
Proque epulis tenues nequicquam devorat auras;
Ut verò est expulsa quies, furit ardor edendi,
Perque avidas fauces immensaque viscera regnat.
Nec mora, quod pontus, quod terra, quod educat aër,
Poscit, et appositis queritur jejunia mensis,
Inque epulis epulas quærit, quodque urbibus esse,
Quodque satis populo poterat, non sufficit uni,
Plusque cupit, quo plura suam demittit in alvum.



Digitized by Google

**fămēs**, ĭs. *ĕt Mĕtŭs, ĕt mălĕsuādă Fămēs, ĕt tūrpĭs Ĕgēstās*, Virg. Æn. 6, 276. SYN. Ēsŭrĭēs. EPITH. Răbĭdă, mălĕsuādă, insānă, sævă, mĭsĕră, jējūnāns, āmbĭtĭōsă, stĭmŭlāns, dūră, ĭnŏps, ātră, crūdēlĭs, ūrgēns, vŏrāx, ăcērbă, impŏrtūnă, āspĕră, ægră, prædūră, ăvĭdă, pāllĭdă, lānguĭdă, fŭrĭbūndă, vĭŏlēntă, ĭnērs, impătĭēns, quĕrŭlă, vĭgĭl, insōmnĭs, irrĕquĭētă, grăvĭs, rĕdūx, rĕdĭvīvă. PHR. ārdŏr ĕdēndī. ĕdēndī răbĭēs, ăvĭdæ flāmmă gŭlæ. Răbĭēs imprŏbă vēntrĭs. Mŏrtĭs ălūmnă fămēs. Tūrpī lūrĭdă vūltū. VERS. Răbĭdī jējūnĭă vēntrĭs, insŏlĭtīs ădĭgūnt vēscī. Trīstī mŏrĭēntĭă tōrpēnt Mēmbră fămē. Cōllēctă fătīgăt ĕdēndī ēx lōngō răbĭēs. Pāllĭdă jējūnō sævĭăt ōrĕ fămēs. Tūm quŏquĕ dīră fămēs, implācātæquĕ vĭgēbăt Flāmmă gŭlæ. Fŭrit ārdŏr ĕdēndi, Pērque ăvĭdās faucēs immēnsāquĕ viscĕră rēgnăt. in stĕrĭlī jējūnă Fămēs, Pāllōrquĕ Trĕmŏrquĕ Sēde hăbĭtānt. Suādĕt, ūrgĕt vēsānă fămēs. Frāctūs mōrbōquĕ fămēquĕ. Pāllĭdă sēmpĕr ōră fămē. Cūm tē, nātĕ, fămēs, ignōta ăd littŏră vēctūm ăccīsīs cōgĕt dăpĭbūs cōnsūmĕrĕ mēnsās. V. *Famelicus*.

*Descriptio Famis.* Ov. M. 8, 799.

Quæsitamque Famem lapidoso vidit in agro,
Unguibus, et raras vellentem dentibus herbas.
Hirtus erat crinis; cava lumina, pallor in ore;
Labra incana situ, scabri rubigine dentes;
Dura cutis, per quam spectari viscera possent;
Ossa sub incurvis extabant arida lumbis:
Ventris erat pro ventre locus: pendere putares
Pectus, et à spinæ tantummodo crate teneri.
Auxerat articulos macies, genuumque rigebat
Orbis, et immodico prodibant tubere tali.

*famem satiare.* PHR. Fămēm ēxplērĕ, plācārĕ, ēxĭmĕrĕ. VERS. Pōstquam ēxēmptă fămēs, ĕt ămōr cōmprēssŭs ĕdēndī.

**fămĭlĭă.** *Pătĕr fămĭlĭæ vērŭs ēst Quĭrīnālĭs*, (Scaz.) Mart. 1, 85, 5. SYN. āgnātio, cōgnātio, stīrps, gĕnŭs.

**fămĭlĭārĭs.** *ĕgŏ lār sŭm fămĭlĭārĭs, ēx hāc fămĭlĭā.* (Iamb.) SYN. Dŏmēstĭcŭs.

**fāmōsŭs.** *Nēc spōnsæ lăquĕŭm fāmōsō cārmĭnĕ nēctĭt*, Hor. Ep. 2, 19, 31. SYN. Insīgnĭs, prægclārŭs, fāmā sŭpĕr ætĕră nōtŭs, *vel* tūrpĭs, infāmĭs.

**fămŭlārĭs.** *Fămŭlārĭs rĕtĭnĕt ērrāntēm mănŭs.* (Iamb.)

**fămŭlātŭs**, ūs. *Dāmnātōs cōhĭbēnt ērgāstŭlă quōs fămŭlātū*, Pr. SYN. Sērvĭtĭŭm.

**fămŭlŏr**, ārĭs. *ĕt stŭdĭīs cĕlĕbrārĕ bŏnĭs, fămŭlēmŭr ŭt īllī*, Ar. SYN. Sērvio.

**fămŭlŭs.** *intĕrĭmām fămŭlŭm, rŭm quō, &c.* Ov. F. 2, 809. SYN. Mĭnĭstĕr, sērvŭs, pŭĕr. EPITH. Prōmptŭs, cĕlĕr, fīdŭs, sūccīnctŭs, gnāvŭs, sōlērs, sāgāx, fĭdēlĭs. V. *Servus*.

**fānŭm.** *āgrōs ātquĕ Lărēs prōprĭōs, hăbĭtāndăquĕ fānă*, Hor. Ep. 16, 19. SYN. Tēmplūm, dēlūbrŭm. EPITH. Sacrŭm, vĕtūstŭm, āntĭquŭm. V. *Templum*.

**fār**, fārrĭs. *Fār ĕrăt, ĕt pūrī lūcĭdă mīcă sălĭs*, Ovid. SYN. Frūmēntŭm, trĭtĭcŭm.

**fārī.**——*dictisque ĭtă fātŭr ămīcīs*, Virg. Æn. 2, 147. SYN. ēffārī, prōfārī, lŏquī.

**fărīnă.** *Nūm quā pŭlvĕrĕæ fŭĕrīnt cōnfūsă fărīnæ*, Ovid. EPITH. Trĭtĭcĕă, ădōrĕă, pūltĭfĭcă, cāndĭdă, lĕvĭs, āttrītă.

**fārrāgo**, ĭnĭs. *Tūm dēmŭm crāssā māgnŭm fārrāgĭnĕ cōrpŭs.* Virg. Geo. 3, 205. EPITH. Mixtă, crāssă.

**fās.** *Fās ĕt jūră sĭnūnt, rīvōs dēdūcĕrĕ nūllă*, Virg. Geo. 1, 269. SYN. Jūs, æquūm, lĭcĭtŭm, jūstĭtĭă, æquĭtās.

**fāscĭă.** *Pōplĭtĭbŭs sĕdĕăt, quăm dēnsō fāscĭă lĭbrō*, Juv. 6, 262. EPITH. Tĕnŭĭs, grăcĭlĭs, sĭnŭōsă, mōllĭs, pūrpŭrĕă, pēndēns, pēndŭlă.

**fāscĭcŭlŭs.** *Fāscĭcŭlŭm pōrtēs lĭbrōrum, ŭt rūstĭcŭs āgnŭm*, Hor. Ep. 1, 13. SYN. Fāscĭs.

**fāscĭno**, ās. *Nēscĭŏ quĭs tĕnĕrōs ŏcŭlŭs mĭhĭ fāscĭnăt āgnōs*, Virg. Ecl. 3, 103. V. *Veneficium*, *Magia*.

**fāstīdio**, īs, īvī, & ĭī. *invĕnĭēs ălĭŭm, sĭ tē hĭc fāstīdĭt, Ălēxĭm*, V. Ec. 2, 73. SYN. ăbhōrrĕo, āvērsŏr, rĕfŭgio, cōntēmno, āspērnŏr. V. *Contemno*, *Aspernor*.

Digitized by Google

**Fastidiōsŭs.** *Fāstīdĭōsă trīstĭs ægrīmōnĭā.* (Iamb.) Hor. Epod. 18, 21.

**Fastidiŭm.** *Mātri lōngă dĕcĕm tŭlērūnt fāstīdĭă mēnsēs,* Virg. Ecl. 4, 6. SYN. Tædĭŭm, naūsĕă, cōntēmptŭs. EPITH. Lēntŭm, dĭffĭcĭlĕ, mōrōsŭm, lōngŭm, sŭpērbŭm.

**Fastigiŭm.**——*ĕt sūmmă sĕquăr fāstīgĭă rērŭm,* Virg. Æn. 1, 346. SYN. Cūlmĕn, vērtĕx, ăpĕx, căcūmĕn. EPITH. Sūmmŭm, āltŭm, cēlsŭm, ēxcēlsŭm. V. *Cacumen.*

**Fastōsŭs.** *ăd nŏctūrnă jăcēs fāstōsæ līmĭnă mœchæ,* Mart. 10, 13, 37. SYN. Sŭpērbŭs, fāstū tŭmēns, tŭmĭdŭs.

**Fastŭs,** ŭs. *Tū quŏquĕ quī plēnō fāstūs āssūmĭs ămōrĕ,* Prop. 2, 25, 21. SYN. Sŭpērbĭă, āmbĭtĭo. EPITH. Tŭmĭdŭs, prŏtērvŭs, ĭnīquŭs, ĭnānĭs, sŭpērbŭs, tŭmēns, mălīgnŭs, grăvĭs, tūrgĭdŭs, ĭmpĕrĭōsŭs, ēlātŭs. VERS. Lāxēt tērrĭbĭlēs mājēstās rēgĭă fāstūs. īllĕ trŭcēs fāstūs, vĭŏlēntăquĕ pēctŏră lēnit. Tūrgĭdă vēntōsīs pēctŏră fāstŭs ăgit.

**fātālĭs.** *Aūt fīnītĕ mĕtūm fātālĭs mōrtĕ tўrānni,* Ov. M. 15, 602. SYN. Fūnēstŭs, *vel* cērtŭs, rătŭs.

**fātālĭtĕr.**—*ăt Hēctŏrĕā prīmūs fātālĭtĕr hāstā,* Ov. M. 15, 57. SYN. Fātō, fātālī lēgĕ.

**fătĕŏr,** ērĭs. *ĭpsĕ fătēbātūr, sēd rēddĕrĕ pōssĕ nĕgābăt,* Virg. Ecl. 3, 24. SYN. Cōnfĭtĕŏr, nōn nĕgo: cōncēdo.

**fătĭdĭcŭs.** *Vātĭs fātĭdĭcæ, cĕcĭnit quæ prīmă fŭtūrōs,* Virg. Æn. 8, 340. SYN. Præsāgŭs, prænūncĭŭs, vātēs.

**fātĭfĕr,** ă, ŭm. *Fātĭfĕrūmque ēnsēm, lōrīcam ēx ærĕ rĭgēntĕm,* Virg. Æn. 8, 621. SYN. Fūnēstŭs, lēthĭfĕr.

**fătīgo.** *Tērgă fătīgāmŭs hāstā, nēc tārdă sĕnēctūs,* Virg. Æn. 9, 610. SYN. Lāsso, *vel* ūrgĕo, prĕmo.

**fătīgātŭs.** *īrĕ fătīgātās ŭbī Dædălŭs ēxŭĭt ālās,* Juv. 3, 25. SYN. Lāssātŭs, lāssŭs, fēssŭs, dēfēssŭs.

**fătīsco,** ĭs.——*Neū pūlvĕrĕ vīctă fătīscăt,* Virg. Geo. 1, 180. SYN. Sūccŭmbo, *vel* dĕhīsco.

**fātŭm.** *Cōncōrdēs stăbĭlī fātōrŭm nūmĭnĕ Pārcæ,* V. E. 4, 47. SYN. Fōrs, fōrtūnă, *vel* mōrs, fūnŭs, lēthŭm. EPITH. ĭnēxōrābĭlĕ, ĭnēlūctābĭlĕ, crūdēlĕ, mĭsĕrŭm, ăcērbŭm, īncērtŭm, mĭsĕrābĭlĕ, trīstĕ, æmŭlŭm, cæcŭm, sōllĭcĭtŭm, ŏccūltŭm, dēflēndŭm, mĭnĭtāns, īnvĭdŭm, dūrŭm, dŭbĭŭm, ēxĭtĭālĕ, ĭnsŏlābĭlĕ, prŏpĕrāns, ĭmmōtŭm, mălīgnŭm, pērnĭcĭōsŭm, lāmēntābĭlĕ, tērrĭbĭlĕ, fērrĕŭm, fūnĕrĕŭm, āmārŭm, ĭmmōbĭlĕ, flēbĭlĕ, ĭmmānĕ, īnstāns, rĕpēntīnŭm. PHR. Fātālĭs lēx. Nūllī mūtābĭlĕ fātŭm. Fātī ætērnŭs ōrdo. Fātōrŭm fērrĕŭs ōrdo. Dīvŭm dēcrētă. Immōtæ cœlī lēgēs ātquĕ āspĕră fātă. Nūllă prĕcĕ mōbĭlĭs ōrdo. Pārcārŭm fērrĕă fātă. Trĭŭm dēcrētă sŏrōrŭm. Occūltī mīrāndă pŏtēntĭă fātī. VERS. Fātă vŏlēntēm Dūcūnt nōlēntēmquĕ trăhūnt. Immōbĭlĭs ōbstăt Caūsārŭm sĕrĭēs ēt ĭnēlūctābĭlĭs ōrdo. Dēsĭnĕ fātă Dĕūm flēctī spērārĕ prĕcāndo. Sōrs ōmnĭă vērsăt. Sīc ĕrăt īn fātīs. Trōjæ sīc fātă fĕrēbānt. Sīc vōlvūnt Pārcæ. Sīc fātă Dĕūm rēx Sōrtītŭr, vōlvitquĕ vĭcēs, ĭs vērtĭtŭr ōrdo. Nēc præcēps ăgit ōmnĭă fātŭm. Fātīs ăgĭtātŭs ĭnīquīs. Sūnt quī sўdĕrĕīs trĭbŭānt hæc ōmnĭă fātīs.

**fătŭŭs,** ă, ŭm. *īd quōd vērbōsīs dīcĭtŭr ēt fătŭīs,* Catull. 95, 2. SYN. Stūltŭs, stŏlĭdŭs, vēcōrs, īnsānŭs. V. *Stultus.*

**faūcēs,** ĭŭm. *Faūcĭbŭs ēxŭpĕrāt grăvĭs hālĭtŭs, īnspĭcĕ sōdēs,* Pers. 3, 89. SYN. Jŭgŭlŭm, gūttŭr, ōră. EPITH. ōbscūræ, ăvĭdæ, āngūstæ, pătŭlæ.

**făvĕo,** fāvi, faūtŭm. *Cāstă făvĕ Lūcīnă,* &c. Virg. Ecl. 4, 10. SYN. āspīro, ădsŭm. VERS. Dă făcĭlēm cūrsum ātque aūdācĭbŭs ānnŭĕ cœptīs. Quīsquĭs ĕs, ō făvĕās, nōstrīsquĕ lăbōrĭbŭs ădsīs. ădsīs ō pĕdĕ Dīvă sĕcūndō. ădsīs ō plăcĭdŭsquĕ jŭvēs. Dēxtĕr ădēs. āspīrēt prīmō fōrtūnă lăbōrī. Nōstrīs bŏnŭs ānnŭĕ vōtīs. Nōstrīs āllābĕrĕ vōtīs. Dă mĭhĭ tē plăcĭdŭm, *vel* făcĭlēm. Sīs bŏnŭs, ō fēlīxquĕ tŭīs. V. *Auxilior, Aspiro.*

**făvīllă.** *Rēspĭcĭūnt ātram īn nĭmbō vŏlĭtārĕ făvīllăm,* Virg. Æn. 5, 66. SYN. Scīntīllă, cĭnĭs. EPITH. Cāndēns, lĕvĭs, călēns, fērvēns, tĕnŭĭs, ārdēns, fūmāns, īncēnsă, călĭdă, vŏlāns, tĕpĭdă, īgnĕă, bĭbŭlă, spārsă, cānă, vānă, rŭtĭlă, mōbĭlĭs, trĕmŭlă, āltĭvŏlă, crĕpĭtāns, vŏlŭcrĭs, flāmmāns, tōrrēns. PHR. Vŏlĭtāns pĕr ĭnānĕ făvīllă. V. *Ignis.*

**Faūni.**——*īn nŭmĕrŭm Faūnōsquĕ fĕrāsquĕ vĭdērēs,* Virg. Ecl. 6, 27. *Agrorum et sylvarum Dei, quibus poëtæ cornua, corneos pedes, aures acutas, formamque*



Digitized by Google

*caprinam tribuunt.* SYN. Sātyri, Sylvāni. EPITH. Sylvicŏlæ, agrēstēs, bĭcŏrnēs, caprĭpĕdēs, Mænălii, Lўcæi, Ārcădici, *ab Arcadiâ, ubi colebantur, in quâ Mænalus et Lycæus montes;* rūricŏlæ, nŏctivăgi, cōrnigĕri, mōnticŏlæ, prŏcācēs, lāscivi. PHR. Nūmĭnă sylvārūm. Rūstică nūmĭnă. V. *Satyri.*

Făvōniŭs. *Prīmō rēstĭtŭēnt vērĕ Făvōnii,* (Choriamb.) H. Od. 3, 7, 2. *Zephyrus sic dictus, à* favendo, *vel* fovendo, *quia lenis ac benignus.* SYN. Zĕphўrŭs. EPITH. Spirāns, cāndĭdŭs, tĕnŭĭs, liquidŭs, lēvis, flōrifĕr, plăcĭdŭs, flōrĭdŭs. PHR. Aūră Făvōni. Grātă Făvōni Tēmpĕriēs. Flātŭs spīrāntis lēnĕ Făvōni. Spīrăt gĕnĭtābĭlĭs aūră Făvōni. V. *Zephyrus.*

făvŏr, ōris. *ūnctæ dĕt făvŏr ārbĭtĕr cŏrōnæ.* (Phal.) Mart. 7, 71, 10. SYN. Stŭdĭūm, grātĭă. EPITH. Dūlcis, bĕnignŭs, prŏpēnsŭs, sĕcūndŭs.

faūstŭs. *i bŏnĕ, quō virtūs tŭă tē vŏcĕt; i pĕdĕ faūstō,* Hor. E. L. 2, 2, 37. SYN. Fēlix, fōrtūnātŭs, bĕātŭs. V. *Felix.*

faūtŏr, ōris. *Hic ŭbĭ nēquĭtĭæ faūtōrĭbŭs, ĕt tĭmĭdŭs nil,* Juv. SYN. Făvēns, stŭdĭōsŭs, prōtēctŏr, dēfēnsŏr, ădjūtŏr, ămīcŭs.

făvŭs. *Mēllă făvis, illi tĭlĭæ ātque ūbērrĭmă pīnŭs,* Virg. G. 4, 141. SYN. Mĕl. EPITH. Prēssŭs, mēllītŭs, flāvŭs, pūrŭs, dūlcis, Hўblæŭs, Sĭcŭlŭs, *ab Hyblâ monte Siciliæ.* Nēctărĕŭs, āmbrŏsĭŭs, grātŭs, ŏlēns, Cecrŏpĭŭs, i. e. *Atticus, quia ibi mel exquisitum.* ŏdōrŭs, ŏdōrifĕr, ŏdōrātŭs, pinguis, cœlēstis, āĕrĭŭs. VERS. Spūmāntĭă cōgĕrĕ prēssis Mēllă făvis. V. *Mel.*

făx, făcis—*Sic ĕffātŭ făcēm jŭvĕni cōnjēcit ĕt ātrō,* Virg. Æ. 7, 456. SYN. Tædă, lāmpăs, lūx, lūmĕn. EPITH. Cŏrūscă, fūmĭdă, lūcēns, flāmmĭfĕră, fērvēns, fūmāns, rŭtĭlă, ārdēns, flāmmāns, lūcĭdă, lūcĭfĕră, flāmmĕă, ignĭvŏmă, splēndĭdă, trĕmŭlă, fērvĭdă, mĭcāns, ignĭtă, flāmmĭvŏmă, nōctūrnă, grātă, cŏrūscāns, sўdĕrĕă, cœlēstis, Phœbēĭă, clāră, fūnĕrĕă. PHR. Pīnĕă tædă. Flāmmĭfĕră pīnŭs. Indūctō cērātæ sūlphŭrĕ tædæ. VERS. Făcĭbŭs lūcĕt rădĭāntĭbŭs aūlă. Flāmmĭfĕræque ārdēnt pīnūs. Pĭcĕūm fērt fūmĭdă lūmĕn Tædă. ātrō Lūmĭnĕ fūmāntēs fixit sŭb pēctŏrĕ tædās. Dēpēndēnt lўchni lăquĕārĭbŭs aūreis incēnsi, ĕt nōctēm flāmmis fūnālĭă vincūnt. Jāmquĕ făcēs, ĕt săxă vŏlānt, fŭrŏr ārmă mĭnistrăt.

‖ fĕbrĭcŭlă. SYN. Fĕbris. EPITH. Lĕvis, lēntă, diffĭcĭlis.

fēbrĭcŭlōsŭs. *Vērūm nēscĭō quōd fēbrĭcŭlōsi.* (Phal.) Catul. 6, 4. SYN. Fēbrēm āccēndēns *vel* febrĭcĭtāns.

fĕbris. *Cūm fŭrit, ātque ārtūs dēpāscĭtŭr ārĭdă fĕbris,* Virg. Geo. 3, 458. SYN. Fĕbrĭlis æstŭs, ārdŏr, ignis. EPITH. ārĭdă, ăvĭdă, ŏccūltă, călĭdă, flăgrāns, ārdēns, ănhēlă, mălignă, mŏlēstă, dīră, ăcērbă, īnsānă, ămāră, grăvis, trĕmŭlă; īnērs, fērvēns, rĕcĭdīvă, vĭŏlēntă, vĭgil, sēgnis, fŭrēns, ăcūtă, pāllĭdă, cōrrōdēns, ĕdāx, dēpāscēns, fŭrĭbūndă, răpĭdă, sĭtĭbūndă, tōrrēns, rĕcūrrēns, lēntă, rĕdĭvīvă, rĕdŭx, ēxūrēns, ădūrēns, rĕnāscēns, gĕlĭdă, frīgĭdă, mūtābĭlis. PHR. Dēpāscēns cōrpŭs. Dīris ūrēns fērvōrĭbŭs ārtūs. Cōrpŏris ārdŏr. V. *Febricito.*

fēbrĭcĭto. *Fēbrĭcĭtāntēm bāsĭābit ĕt flēntēm,* Mart. 11, 99, 20. PHR. Fēbrĭbŭs ūrŏr, ăgŏr, vēxŏr, crŭcĭŏr, cōrrĭpĭŏr, discrŭcĭŏr, āccēndŏr, prĕmŏr. Fēbrĕ lăbōro, dēcūmbo, lānguĕo, ārĕo. Ārĭdă lānguēntēs fēbris dēpāscĭtŭr ārtūs. Tōrrēntŭr fēbrĭbŭs ārtūs. Tōrquĕt ănhēlă ōră sĭti fēbris. ūrit fērvēns præcōrdĭă fēbris. ārĕt ĕt ēxūstō tābēscit linguă pălātō.

Fēbrŭārĭŭs. *Brūmālēs Jānŭs, Fēbrŭārĭŭs, ātquĕ Dĕcēmbĕr,* Auson. *Mensis sic dictus à verbo antiquo* Februo, i. e. purgo: *quòd illo civitas ex Numæ Pompilii instituto variis sacrificiis lustraretur, quorum præcipua erant Lupercalia in honorem Panos ac Junonis.* EPITH. Brūmālis, fērālis, plŭvĭŭs, imbrĭfĕr, nĭvōsŭs, brĕvis, frīgĭdŭs, gĕlĭdŭs. PHR. Mēnsis qui sĕquĭtŭr Jānūm, rĕlĭquis quŏquĕ mēnsĭbŭs impār.

fĕl, fēllis. *Sīvĕ fĕl ūrsinūm tĕpĕfāctă dĭlŭĕ lўmphā,* Seren. EPITH. ātrūm, vīpĕrĕum, mōrdāx, ămārūm, vĭrĭdĕ, vīrōsūm, mălūm, trīstĕ, cærŭlĕūm.

fēlīcĭtās, ātis. *ō nūllă lōngī tēmpŏris fēlīcĭtās* (Iamb.) Senec. SYN. Prōspĕrĭtās. EPITH. Fōrtūnātă, prōspĕră, sĕcūndă. PHR. Rēs sĕcūndæ, prōspĕræ. V. *Felix.*

fēlīcĭtĕr. *Nām spīrăt trăgĭcūm sătis, ĕt fēlīcĭtĕr aūdĕt,* Hor. Ep. 3, 1, 166. SYN. Fōrtūnātē, bĕātē, faūstē. PHR. Sĕcūndō ālĭtĕ. Dēxtrō ālĭtĕ, ōmĭnĕ dēxtrō. Aūspĭcĭō faūstō. Dīis aūspĭcĭbŭs. Aūspĭcĕ Chrīstō.

fēlix, icis. *Sēptĭmă pōst dĕcĭmūm fēlix ĕt pōnĕrĕ vītēm,* Virg. *Nōs Āmĭtērnŭs ăgĕr fēlīcĭbŭs ēdŭcăt hōrtis,* Mart. 13, 20. SYN. Bĕātŭs, fōrtūnātŭs, *vel* prōspĕr, faūstŭs, sĕcūndŭs, *vel* cōmmŏdŭs, ūtĭlis, ŏppōrtūnŭs. PHR. Quō nōn fēli-

Digitized by Google

ăŏr ăltĕr. Tĕrquĕ quătĕrquĕ bĕātŭs. ăb ŏmnī părtĕ bĕātŭs. Cuī vūltū rīdĕt fŏrtūnă sĕrēnō. Cui vūltūm sĕrvăt fŏrtūnă bĕnīgnūm. Cui fŏrtūnă sĕcūndă ĕst. ŏmnĭă Dī cui vōtă sĕcūndănt. Quēm lārgă bĕănt fōrtūnæ mūnĕră. Cui nĭhĭl ŏptāndūm sŭpĕrĕst. VERS. Ō fēlix ūna ānte ălĭās Prĭămēĭă virgo. Fēlix heū nīmĭūm fēlix, si, &c. Vīvĭtĕ fēlīcēs, quĭbŭs ēst fōrtūnă pĕrāctă. ăspīrăt prīmō fōrtūnă lăbōri. Crēbrēscūnt ŏptātæ aūræ. Dīs ĕquĭdem aūspĭcĭbūs rĕŏr ĕt Jūnōnĕ sĕcūndā. Aūspĭcĭō fēlix tōtŭs ŭt ānnŭs ĕăt. Nūnquăm rēbŭs crēdĕrĕ lætis. Rĕdĕăt fēlix fŏrtūnă lĭcĕt. Dēsĭnăt ēlātis quisquăm cōnfīdĕrĕ rēbŭs. Dūm flāvĭt vēlis aūră sĕcūndă mĕis. Quămcūnquĕ Dĕŭs tĭbĭ fōrtūnāvĕrĭt hōrăm.

fēlis, is. *Fēlĕ sŏrŏr Phœbi, nĭvĕā Sātŭrnĭă văccā*, Ov. M. 5, 330. SYN. Ælūrŭs, cătŭs. EPITH. Căllĭdŭs. PHR. Mūrĭbŭs īnfēnsŭs.

fĕmŭr, ŏris.—*Rōstrō fĕmŭr hæsĭt ădūncō*, Ov. M. 8, 371. SYN. Crūs, fĕmĕn. EPITH. Tĕnĕrūm, hirsūtūm, trĕmŭlūm, mōllĕ, tŭmĭdūm, tĕnēllūm, cāndēns, nĭvĕūm, firmūm, rōbūstūm, fōrtĕ, vălĭdūm, lāctĕūm, hirtūm, tĭtŭbāns.

fĕnēstră. *Pĕrquĕ căvās dēnsī tēla intōrquĕrĕ fĕnēstrās*, Virg. Æn. 9, 534. EPITH. Căvă, āngūstă, pătēns, ăpērtă, pătŭlă, sūblīmis, bĭfŏris, claūsă, lĭgnĕă, vĭtrĕă. VERS. Quā lūmĕn thălămis părvă fĕnēstră dăbăt.

fĕr. *Vāde ăge ĕt ingĕntĕm factis fĕr ăd æthĕră Trōjăm*, Virg. Æn. 3, 462.

fĕră. *Cĕrtum ĕst, in sylvis, intĕr spēlæă fĕrārŭm*, Virg. Ecl. 10, 52. SYN. Bēstĭă, bēllŭă, brūtūm. EPITH. Hōrrĭbĭlis, immānis, sævĭēns, rĭgĭdă, hirsūtă, sævă, răbĭdă, crūdēlis, răpāx, immītis, ăcris, hōrrĭdă, īnhūmānă, aūdāx, mĭnāx, văgă, atrōx, ĕrrāns, sylvēstris, fŭrĭōsă, fĕrōx, impăvĭdă, frĕmēns, dīră, intērrĭtă, impērtĕrrĭtă, sānguĭnŏlēntă, cōncĭtă, hōrrēns, fōrmīdābĭlis. PHR. Pĕr ŏpācă văgāntēs Lūstră fĕræ. Fĕră vēnāntūm sēptă cŏrōnā. Fĕræ cănūm lātrātĭbŭs āctæ. ĕrrāns pĕr cāmpōs, vĭrĭdēsquĕ rĕcēssŭs. Cōntrā tēlă fŭrēns. Pĕragrāns dēvĭă lūstră. Mōntĭvăgūm fĕrārŭm gĕnŭs. VERS. Sylvăquĕ mōntānās ōccŭlit āltă fĕrās. Răbĭēmquĕ frĕmēntēs dēpŏsŭērĕ fĕræ. V. *Venor.*

Fērālĭă. *Feriæ erant Romanis, Diis Manibus sacratæ, sic dictæ à ferendis ad tumulum epulis.* VERS. Hānc, quĭă jūstă fĕrūnt, dixērĕ Fērālĭă lūcēm, ūltĭmă plācāndis mānĭbŭs īllă fŭĭt. *Ov. Fast.* 2, 569.

fērālis. *Sōlăquĕ cūlmĭnĭbŭs fērālī cārmĭnĕ būbo*, Virg. Æn. 4, 461. SYN. Fūnēstŭs, dīrŭs, ēxĭtĭālis.

fĕrāx, ācis. *Tērră fĕrāx Cĕrĕris, mūltōquĕ fĕrācĭŏr ūvæ*, Ov. Am. 2, 16, 7. SYN. ūbĕr, fœcūndŭs, fērtĭlis, ăbūndāns. V. *Fertilis.*

fĕrcŭlūm. *Mūltăquĕ dē māgnā sŭpĕrēssēnt fĕrcŭlă cœnā*, Hor. S. 2, 6, 140. SYN. ēscă, dăpēs, ĕpŭlæ, cĭbŭs. EPITH. Laūtūm, ŏpīmūm, suāvĕ, dūlcĕ, rēgālĕ, sŭpĕrbūm, tĕnŭĕ. V. *Epulæ.*

fĕre. *Nām tēcūm fĕrĕ tōtŭs ĕrō quōcūnquĕ rĕcēdām*, Aus. *Jāmquĕ fĕrē siccō sūbdūctæ lĭttŏrĕ pūppēs*, Virg. Æn. 3, 135. SYN. prŏpĕ, fērmē, pēnĕ.

fĕrēndŭs. *Sŭpĕrānda ŏmnis fōrtūnă fĕrēndo ĕst*, Virg. 5, 710. V. *Fero.*

Fĕretrĭŭs. Feretrius *dictus Jupiter à ferendis spoliis, quæ in ejus templum, partâ victoriâ, ferculo portabantur, ex edicto Romuli.* Hinc Fĕrĕtrī dicta ĕst āră sŭpērbă Jŏvis. *Prop.*

fĕretrūm. *Auxĭlĭūm vītālĕ tŭlit, tūrtōquĕ fĕrētrō*, Sedul. SYN. Sĕpūlchrūm, tŭmŭlŭs. EPITH. misĕrūm, tristĕ, mœstūm, flēbĭlĕ, fātālĕ, fūnĕrĕūm, căvūm, lūgubrĕ, ātrūm, ŏbscūrūm. PHR. Jām virgo ēffērtūr nigrō cōmpŏstă fĕrētrō. Dūrō pŏsŭērūnt mēmbră fĕrētrō.

fērĭæ. *Pœnārūm cĕlĕbrēs sūb Stygĕ fērĭæ.* (Choriamb.) P. SYN. Fēstă, *vel* ōtĭă.

fĕrĭātŭs. *Săcră mēntītō mălĕ fĕrĭātŏs.* (Sapph.) Hor. Od. 4, 6, 14. SYN. Fēstŭs, *vel* ōtĭōsŭs, quĭētŭs.

fĕrīnŭs. *ārmēntālis ĕquæ māmmis, ĕt lāctĕ fĕrīnō*, Virg. Æn. 11, 5, 1. SYN. Bēllŭīnŭs.

fĕrio, ĭi. *Sūblīmi fĕrĭām sīdĕră vērtĭcĕ.* (Choriamb.) Hor. Od. 1, 1, 36. SYN. Cædo, pērcūtio, vērbĕro, tūndo, pūlso. PHR. Mānū pērcūtio. Mānĭbŭs fœdo, īnsĕquŏr, pūlso. VERS. Nūnc dēxtra ingĕmĭnāns ictūs, nūnc īllĕ sinistrā. Dēnsis ictĭbŭs hērōs Crēbĕr ūtrāquĕ mānū pūlsăt, vērsātquĕ Dărētă. Crūdēli lăcĕrāvit vērbĕrĕ tērgă.

‖ fērĭŏr, āris. SYN. Cēsso, quĭēsco, văco, ōtĭŏr. V. *Cesso.*

fĕrĭtās, ātis. *Quāmquĕ lŭpi sævæ plūs fĕrĭtātis hăbēnt*, Ov. Tr. 5, 7, 46. SYN. Fĕrōcĭă, bārbărĭēs, crūdēlĭtās. EPITH. Tōrvă, sævă, Scythĭcă, immānis, indŏcĭlis. V. *Crudelitas, Barbaries.*

Digitized by Google

fermē. *Mōbĭlĭs ĕt vărĭa ĕst fermē nātūrā mălōrŭm*, Juv. 13, 236. SYN. Fere, pēnĕ, prŏpĕ.

fĕro, tŭli, lātŭm. *Quŏd fĕrăr in pārtēs ipsĕ fŭisse tŭās*, Prop. 3, 9, 60. SYN. Pŏrto, tōllo, sŭstĭnĕo, gĕsto, gĕro, *vel* sŭffĕro, tŏlĕro, pătĭŏr, *vel* āffĕro, *vel* aufĕro, *vel* dūco. PHR. Hŭmĕrōs ŏnĕri sŭppōno. Hŭmĕris fĕro. Ŏnĕri sŭccēdo; *vel* cērvīcēm sŭbjĭcio. Cœlūm Atlās hŭmĕrō tŏrquĕt, gēstăt. VERS. Fērt ingēns tōtō cōnnixŭs cōrpŏrĕ sāxŭm. *Pro Duco.* Hinc vĭă Tārtărĕī quæ fert Ăchĕrōntis ăd ūndās. *Pro Dico.* Quăm Jūnō fērtŭr, *&c.* *Pro Offero.* Săcră Dĭōnæ mātri Dĭvisquĕ fĕrēbām. *Pro Produco.* Si dŭŏ prætĕrĕā tālēs Idæă tŭlissĕt Tērră virōs. *Pro Aufero.* Pōstquăm tē fātă tŭlērŭnt. *Pro Cupio.* Fērt ănĭmūs caŭsās tāntārum ēxprōmĕrĕ rērŭm.

fĕrōcĭă *et* fĕrōcĭtās. *illĕ fŭgit păvĭdŭs: dŏmĭnæquĕ fĕrōcĭă Caŭni*, Ov. Met. 9, 579. SYN. Fĕrĭtās, sævĭtĭēs. V. *Barbaries.*

fĕrōcio, is, ĭi. *Mŏx intrāctāti mōrĕ fĕrōcit ĕqui*, Ovid. SYN. Ēffĕrŏr, sævio. V. *Furo.*

fĕrōcĭtĕr. *ārgŭit, ĕt vĭtĭō dătŭr, ēssĕ fĕrōcĭtĕr aŭsŭm*, M. SYN. Crūdēlĭtĕr, ĭmmānĭtĕr.

fĕrōx, ōcis. *Ægis fĕrōcēs ōrĕ sāxĭfĭcō mĭnās.* (Iamb.) Senec. SYN. Fĕrŭs, ēffŭrŭs, bārbărŭs, trŭcŭlēntŭs, crūdēlĭs, atrōx. V. *Crudelis, Barbarus.*

fērrūgĭnĕŭs. *ĕt pinguĕm tĭlĭam ĕt fērrūgĭnĕōs hўăcinthōs*, Virg. Geo. 4, 183. SYN. Nigricāns, rŭbēns.

fērrūgo, ĭnis. *Cūm căpŭt ōbscūrā nĭtĭdūm fērrūgĭnĕ tēxit*, Virg. Geo. 1, 467. SYN. Rubigo. EPITH. Ātră, scabră, ōbscūră, ŏpācă, pĭcĕă, pāllēns, pictă. V. *Rubigo.*

fērrūm. *Cōntĭnŭŏ fērrō cŭlpam cōmpēscĕ, prĭŭsquăm*, Virg. Geo. 3, 468. SYN. Ēnsis, glădĭŭs, mūcro. EPITH. Dūrūm, vălĭdūm, sŏlĭdūm, rĭgĭdūm, grăvĕ, strīdēns, fōrtĕ, mōrdāx, nŏcēns, ăcūtūm, mōrtĭfĕrūm, sævūm, crŭēntūm, infēstūm, trīstĕ, fātālĕ, rĭgēns, missĭlĕ, vūlnĭfĭcūm, sānguĭnĕūm, lēthālĕ, strictūm. PHR. Ōbdūctūm rubigĭnĕ fērrūm, ignĕ rŭbēns. VERS. Vērsānt tĕnāci fŏrcĭpĕ fērrūm. Vītām crūdēli ăbrūmpĕrĕ fērrō. V. *Ensis et Telum.*

fērtĭlis. *Fērtĭlis æstīvā Nīlŭs ăbūndĕt ăquā*, Tibul. 1, 7, 22. SYN. Fœcūndŭs, fĕrāx, dīvĕs, ăbūndāns, ūbĕr, grăvis, pinguis, ŏpimŭs. PHR. Tēllūs ditissĭmă frūgūm. Frūgibŭs fēlix. Pŏtēns ūbĕrĕ glēbæ. Frūgūm fĕrāx. Cĕrĕris Bācchĭquĕ fĕrāx. Dătūm sēmĕn mūltō cūm fœnŏrĕ rēddēns. Dīvĭtĭs ūbĕr agri. Tūrgēns nŭmĕrōsō grāmĭnĕ tēllūs. Frĕquēns hērbis, ĕt fērtĭlis ūbĕrĕ cāmpŭs. VERS. āspĭcĕ cūrvātōs pōmōrŭm pōndĕrĕ rāmōs, ŭt sŭă quŏd pĕpĕrit vix fĕrăt ārbŏr ŏnŭs. V. *Fructuosus.*

fērtĭlĭtās, ātis.——*hūnc fērtĭlĭtātis hŏnōrēm*, Ov. M. 2, 285. SYN. Fœcūndĭtās, ūbērtās, fĕrācĭtās, ūbĕr, ăbūndāntĭă. EPITH. ăbūndāns, māgnă, fēlix, lætă, ōptātă, ŏpŭlēntă, dīvĕs, grātă, spērātă, ingēns, Cĕrĕālis. PHR. Tēllūris ālmæ lætă sĭnūm bĕāns. VERS. Tibi rūris hŏnōrūm Cōpĭă mānābit cōrnū fœcūndă bĕnīgnō. ārvă cŏlōnis, quāmvis ăvĭdis, pārēnt. Bĕnīgnō prōvēntū dŏmĭnūm ditāt ăgĕr. Aŭrĕă frūgēs Ītălĭæ lætō diffūndit cōpĭă cōrnū. V. *Abundantia.*

‖ fērvĕfăcio. *Plaut. Pseud.* 3, 2, 44. SYN. Călĕfăcio, āccēndo.

fērvĕo, vi, et bŭi. *Fērvēbit sæpe insūlsō cœnāndă Glўcōni*, Pers. 5, 9. SYN. Fērvēsco, æstŭo, ēxæstŭo, ārdĕo, būllio, ēbūllio. VERS. Sŭbjēctis ignibŭs ūndă Fērvĕt, ĕt ēxūltăt, spūmisquĕ tŭmēntibŭs ālbĕt. Pārs călĭdōs lătĭcēs, ĕt ăhēna ūndāntĭă flāmmis ēxpĕdĭūnt. ūndānti claūsūs lĭquŏr, indignātŭr ăhēnō. ēxūltānt æstū lătĭcēs, fŭrit intŭs ăquæ vis. Fūmĭdŭs, ātque āltē spūmis ēxūbĕrăt āmnis. Nēc jām sē căpit ūndă, vŏlāt văpŏr ātĕr ăd aūrās.

fērvĕrĕ, *à Ferveo; vel* fērvĕrĕ, *ut à Fervo.* *Cōllūcĕrĕ făcēs, jām fērvĕrĕ lĭttŏră flāmmis*, Virg. Æn. 4, 567.

fērvĭdŭs. *ātquĕ nŭmĕrŭm pīnū flāgrānti fērvĭdŭs implĕt*, Virg. Æn. 9, 72. SYN. Fērvēns, ārdēns, ignĕŭs, æstŭāns, *vel* ăgĭtātŭs.

fērvŏr, ōris.—*mĕdĭis fērvōrĭbŭs ăcrĭŏr instăt*, Virg. Geo. 3, 154. SYN. ārdŏr, æstŭs, călŏr. EPITH. Æstīvŭs, călĭdŭs, siccŭs, ignĕŭs, răbĭdŭs, vĕhĕmēns. VERS. Flāmmĭfĕris tēllūs rădĭis cum ēxūstă dĕhiscit Cāndēntiquĕ glŏbō mĕdĭūs cŏquit æthĕră fērvŏr. Tūm prīmūm siccis āĕr fērvōrĭbŭs ūnŭs Cānduit. incēnditque āĕră fērvŏr æstīvŭs. V. *Siccitas. Æstus, Æstatis tempore et Calor.*

fĕrŭlă. *ĕt nōs ērgŏ mănūm fĕrŭlæ sŭbdūximŭs, &c.* Juv. 1, 15. EPITH. Minax, trīstis, invīsă, dūră.

Digitized by Google

**Fĕrŭs.** *Glōriă Teūcrōrūm; fĕrŭs ōmniă Jūpĭtĕr Ārgōs,* Virg. Æn. 326. SYN. Effĕrŭs, crūdēlis, bārbărŭs, immānis, immītis, fĕrōx, trŭcŭlēntŭs. V. *Crudelis.*

**Fessŭs.** *ĕt stătŭit fessōs fĕssŭs ĕt ipsĕ bŏvĕs,* Prop. 4, 10, 4. SYN. Dēfēssŭs, lāssŭs, fătīgātŭs, frāctŭs, lānguēns, lānguĭdŭs.

**Festino.** *Fēstīnātĕ virī, nām quæ tām sērā mŏrātŭr?* Virg. Æn. 2, 373. SYN. Prŏpĕro, mātūro, cĕlĕro, āccĕlĕro, vŏlo, ādvŏlo. PHR. Mŏrās rūmpo, pĕllo, tōllo. Răpĭdis pāssibŭs, fĕrŏr, āvŏlo, vŏlo, ēvŏlo. Præcĭpĭtārĕ mŏrās. Grădūm cĕlĕrārĕ, āccĕlĕrārĕ. Mātūrārĕ fŭgām. Cĕlĕri pĕdĕ hūmūm pūlsārĕ. Cĕlĕrēm grădūm cōncĭtārĕ. VERS. Haūd mŏrā, fēstīnānt jūssi, răpĭdisquĕ fĕrūntŭr Pāssibŭs. Nēc mŏrā, nēc rĕquiēs. Tĕnŭit mŏrā nūllā vŏcātŏs. Jūssā Deæ cĕlĕrēs pĕrăgūnt. ōcyŭs ōmnēs impĕrĭō læti pārēnt, āc jūssā făcēssūnt. ēvŏlāt hic pĕdĭbŭs cĕlĕr ēt pērnĭcĭbŭs ālis. āvŏlāt illĕ Nŏtō cĭtiŭs, cĕlĕrique săgĭttā. Sic illām fērt impĕtŭs ipsĕ vŏlāntēm. ēn āgĕ sēgnēs Rūmpĕ mŏrās. Mōx sese ād littŏrā præcēps Pērtŭlit. in mă mŏrā nōn ĕrit ūllā. Jām jām, nūllā mŏra ēst, sĕquŏr, ēt quā dūcĭtis ādsūm. Haūd mŏrā, cōntĭnŭō fŭgit illĕ pĕr ūndās, ōcyŏr ēt jăcŭlo, ēt vēntōs æquāntĕ săgĭttā. Fīnibŭs ōmnēs Haūd mŏrā prōsĭlŭērĕ sŭis. Inde ălĭis cĕlĕrānt cūrsūs. Dictō cĭtiŭs tūmĭda æquŏră plācāt. Vix sūmmō vēstīgiă pūlvĕrĕ signāt. V. *Curro.*

**Festinŭs.** *Cānĭtiēs fēstīnă vĕnit, cōnsōrtĕ rĕmōtā,* Claud. in Nupt. Hon. 325. SYN. Vēlōx, cĭtŭs, cōncĭtŭs, cĭtātŭs, lĕvis, pērnix, prŏpĕrŭs, vŏlŭcĕr, răpĭdŭs. V. *Velox, Celer.*

**Festīvŭs.** *ārdŭă fēstīvō pūlsēmŭs sīdĕră cāntū,* Text. SYN. Lĕpĭdŭs, făcētŭs, ūrbānŭs: lætŭs, jŏcōsŭs, hĭlăris.

**Fēstūm.** *intēmpēstīvā tūrbāntēs fēstā Mĭnērvā,* Ov. M. L. 3, 33. EPITH. insignĕ, sōlēnnĕ, ānnŭūm, lætūm. PHR. Diēs fēstŭs. Fēstīvā diēs. Fēstā lūx. ānnŭă sōlēmniă. Sacră lūx. Sōlēmniă sacră. VERS. Fēstā diēs ānnō rĕdĕūntĕ rĕsūrgit. ānnŭă jām fēstis vĕnērūnt săcră diēbŭs. Sōl fēstām lūcēm rĕdūxit, rĕtŭlit. Lūcĕ săcrā rĕquiēscāt hūmŭs, rĕquiēscāt ărātŏr, ēt grăvĕ, sūspēnsō vōmĕrĕ, cēssēt ŏpŭs. Fēstīvūm cĕlĕbrārĕ diēm. ipsĕ diēs ăgĭtāt fēstōs. illūxit fēstīvā diēs. Dūm fēstās pĕrăgūnt lūcēs. Jūdæis ădĕrānt sōlēnniă Pāschæ.

**Fibĕr,** fibri. *ēnătāt intēntō prædæ fĭbĕr āviŭs hŏstĕ,* Sil. 15, 487. SYN. Cāstŏr.

**Fibră.** *ān quiă nōn fībris ăvium Ērgēnnăquĕ jŭbēntĕ,* Pers. 2. 26. EPITH. Vītālis, tĕnĕră, spīrāns, ārcānă, tĕnŭis, ōccūltă.

**Fibŭlă.** *Aūrĕă pūrpŭrĕām sūbnēctit fībŭlă vēstēm,* Virg. Æn. 4, 159. EPITH. Răsĭlis, mŏrdāx, ĕbūrnĕă, aūrĕă, ārgēntĕă, fērrĕă, ænĕă, dūră, tĕnāx, cūrvă, ădūncă. VERS. Sūmmām mŏrdēbāt fībŭlă vēstēm. Strīngit ĕbūrnĕă vēstēm Fibŭlă.

**Ficedŭlă.** *Cērĕă quæ pătŭlō lūcēt fīcēdŭlă lūmbō,* Mart. 13, 5. *Mērgĕrĕ fīcēdŭlās dĭdĭcit nĕbŭlōnĕ părēntĕ,* Juv. 14, 9. EPITH. Viridis, nătāns, pinguis.

**Fictilis.** *Fictĭlĭbŭs crēvĕrĕ Deis hæc aūrĕă tēmplă,* Prop. 4, 1, 5. SYN. Fĭglinŭs.

‖ **Fictitiŭs.** SYN. Fictŭs, ēffictŭs, sĭmŭlātŭs.

**Ficŭs,** ŭs. *Cūm mĕ fīcŭs ălāt, cūm pāscăr dūlcĭbŭs ūvis,* Mart. 13, 49. EPITH. Pinguis, virēscēns, lāctĕă, lāctēns, mūnĭfĭcă, nēctārĕă, dūlcis, suāvis, fœcūndă, mōllis, tĕnĕră. PHR. Băccis cærŭlă, fœcūndă.

**Fidēliă.** *Rēspōndĕt viridi nōn cōctă fĭdēliă līmō,* Pers. 3, 22. SYN. Tēstă, fĭglinūm. *suppl.* opus. EPITH. Cōctilis, lūtĕă.

**Fidēlis.** *Pārcă, tĕnāx vĕri, seū nātă fĭdēlĭbŭs hōră,* Pers. 5, 48. SYN. Fīdŭs, ămīcŭs. PHR. Fāllĕrĕ nēsciŭs. Fĭdĕi tĕnāx, mĕmŏr. Fidē cōnspĭcŭŭs, insignis, spēctātŭs, inclytŭs, illūstris, cōnstāns. Pēctŏră nēsciă fraūdūm, mēntīri nēsciă, ignāră fāllēndi. Cūjŭs fĭdēs mūltis spēctātā pĕrīclis Cērtā mănĕt. Qui mūtārĕ fĭdēm nēscit. Cūjŭs rāră fĭdēs. Cūjŭs incōncŭssă fĭdēs nōn cēdit Ŏrēsti. Thēseă pēctŏră jūnctă fĭdē. V. *Constans.*

**Fidēlitĕr.** *Nēc rĕtĭnēnt pătŭlæ cōmmīssă fĭdēlĭtĕr aūrēs,* Hor. Ep. 1, 18, 70. SYN. Fĭdē, cōnstāntĕr.

**Fidēns.** *Tūlĕrisquĕ tŭō fĭdēntēm præsĭdĭō, qui,* Hor. Ep. 1, 18, 81. SYN. Fīsŭs, cōnfīdēns, cōnfĭdēntissĭmŭs, cōnfīsŭs, frētŭs. PHR. Fīdēns ănĭmi, ātquĕ in utrūmquĕ părātŭs. Thrēiciā frētŭs cithărā. V. *Audax.*

**Fidēs,** ĕi. *Cānă Fĭdēs, ĕt Vēstă, Rĕmō cūm frātrĕ Quĭrīnŭs,* Virg. Æn. 1, 296. SYN. Fīdŭciă. EPITH. sānctă, piă, pūră, tĕnāx, sŏlĭdă, impōllūtă, jūrātă, cōnstāns, pāctă, rēctă, sŏciālis, intāctă, rĕligiōsă, vērāx, fīrmātă, sincēră, incōrrūptă, ingĕnŭă, sŏciă, ūnănĭmis, stăbĭlis, immōtă, pĕrēnnis, inviŏlātă. PHR.

Digitized by Google

Fīdēs lōngōs intēmĕrātă pĕr ānnōs. Pāctām sērvārĕ fĭdēm. Dātām vĭŏlārĕ fĭdēm. Pūrām nōn tĕmĕrārĕ fĭdēm. VERS. Sērvābō pāctām tēmpŭs ĭn ōmnĕ fĭdēm. Nūllă fĭdēs pĭĕtāsquĕ vĭrīs quī cāstră sĕquūntŭr. Ēt stĕtĭt ād fīnēm lōngē tĕnāxquĕ fĭdēs. Gēstāt Pēctŏră jūrātām fāllĕrĕ dōctă fĭdēm. V. *Fido, et Fidelis.*

fĭdēs, ĭūm. *Thrēĭcĭā frētūs cĭthărā, fĭdĭbūsquĕ cănōrīs,* Virg. Æn. 6, 120. SYN. Cĭthără, chĕlys, bārbĭtŏs, lyră, tēstūdo, *vel* chordæ, nērvi, fīlă. EPITH. Dūlcĭsŏnæ, jŏcōsæ, ārgūtæ, dōctæ, quĕrūlæ, sŏnāntēs, blāndæ. Āŏnĭæ, *à Musis,* dūlcēs, tēstūdĭnĕæ. V. *Cithara.*

*fidibus cano.* PHR. Fĭdēs, cĭthărām, chĕlyn, lyrām, *vel* lyræ fĭdēs, chōrdās, nērvōs, fīlă pūlso. Fĭdēs, pōllĭcĕ, dĭgĭtīs, plēctrō, pēctĭnĕ, pūlso, pērcŭtĭo, impēllo, sōllĭcĭto, tēnto, ĭncrĕpo, mŏvĕo, tāngo, impēllo fĭdēs mŏdŭlāmĭnĕ dōctō. Sŏnōrīs fĭdĭbŭs ārgūtōs cāntūs mŏdŭlŏr. Cănōrīs fĭdĭbūs rĕsŏnārĕ, dūlcīs mŏdŭlāmĭnă cāntūs. Nŭmĕrīs intēndo nērvōs. Fĭdĭbūs strĕpŭērĕ sŏnōrīs.

fĭdĭcēn, ĭnĭs. *Rōmānæ fĭdĭcēn lyræ.* (Glyconic.) Hor. Od. 4, 3, 23. SYN. Lyrĭcēn, cĭthărœdūs, cĭthărīstă. EPITH. Dōctūs, sōlērs, pĕrītūs. V. *Citharœdus.*

fīdo, dī, *et* sūs, sūm. *Fīdĭtĕ nē pĕdĭbūs, fērrō rūmpēndă pĕr hōstēs,* Virg. Æn. 10, 372. SYN. Cōnfīdo, fĭdēm hăbĕo, crēdo. VERS. Cōrpŏrĕ prīmævō fīdĭs. Nĭmĭūm nē fīdĕ jŭvēntæ. Nūnquām rēbūs fīdĕrĕ lætīs. Nē dŭbĭtēs, ādsītquĕ tĭbī fīdūcĭă fōrmæ. Dēsĭnăt ēlātīs quĭsquām cōnfīdĕrĕ rēbūs. *Fiducia.*

fīdūcĭă. *Tāntănĕ vōs gĕnĕrīs tĕnŭīt fīdūcĭă vēstrī?* Virg. Æn. 1, 136. SYN. Cōnfīdēntĭă, aūdācĭă, aūsūs. EPITH. Aūdāx, sŭpērbă, fīrmă, cērtă, cōnstāns, intrĕpĭdă, immōtă, tĕmĕrārĭă, fāllāx. VERS. Quæ sĭt fīdūcĭă cāptō. In vŏlŭcrī tĕnŭīs fīdūcĭă cūrsū. Dēcēpĭt vānæ mēndāx fīdūcĭă fōrmæ. Aūdācī cēssĭt fīdūcĭă Tūrnō. ōmnĭs spēs Dănăūm, ēt cœptī fīdūcĭă bēllī Pāllădĭs aūxĭlĭō sēmpēr stĕtĭt. Vītæ nōn ēst fīdūcĭă nōstræ Cērtă sătĭs. Hūmānīs quæ sĭt fīdūcĭă rēbūs. V. *Audacia, Spes.*

fīdūs. *Fōrtūnātă dŏmūs, mŏdŏ sĭt tĭbĭ fīdūs ămīcūs,* Prop. 3, 20, 9. SYN. Fĭdēlĭs. V. *Fidelis.*

‖ fīgmēntūm. SYN. Fābŭlă, cōmmentūm. V. *Fabula.*

fīgo, xi, xūm. *ēt sŏlĭdā rāmōs fīgĕrĕ pūgnăt hŭmō,* Ov. F. 2, 648. SYN. āffīgo, dēfīgo, infīgo, præfīgo, *vel* fĕrĭo, vūlnĕro, *vel* immītto, plānto, cōndo, fŏdĭo. *Metaph.* Fīrmo, rōbŏro, stătŭo. PHR. Scŏpŭlōquĕ infīxĭt ăcūtō. In hāstīs præfīgūnt căpĭtă. Hærĕt lătĕrī lēthālĭs ărūndo.

fĭgŭlūs. *Sĭcănĭæ fĭgŭlō sŭm gĕnĭtōrĕ sătūs;* Auson. Epigr. 8, 6. SYN. Fīctŏr, ārgĭllæ fābrĭcātŏr, tēstārūm ŏpĭfēx. PHR. Fōrmāt hŭmūm mănĭbūs, sīgnă făcĭtquĕ lŭtō. Vēstāmquĕ pĕrītūs ē mōllī fīnxīssĕ lŭtō. Fīctĭlĕ, *vel* lŭtĕūm ŏpŭs fīgĕrĕ dōctŭs. V. *Artifex.*

fĭgūră. *Nēc rĕpĕrīrĕ fĭgūrārūm tōt nōmĭnă, quōt sūnt,* Lucret. 3, 318. SYN. Fōrmă, spĕcĭēs, ĭmāgo, făcĭēs. EPITH. Rēctă, vărĭă, cērtă, āptă, cērĕă.

fĭgūro, ās. *ōs tĕnĕrūm pŭĕrī bālbūmquĕ pŏētă fĭgūrăt,* Hor. Ep. 2, 1, 126. SYN. Fōrmo, fīngo, ēffīngo, cōmpōno, quadro. PHR. Fĭgūrīs sīgno, dēscrībo. Fĭgūrās dūco, trăho, ēffīngo, ēxprĭmo.

fīlĭūs. *Lūsĕrăt ĭn cāmpō fōrtūnæ fīlĭŭs, ōmnēs,* Hor. S. 2, 6, 49. SYN. Nātūs, prōlēs, sŏbŏlēs, prōgĕnĭēs, pŭĕr, sătūs, crĕātūs, gĕnĭtūs; sānguĭs. EPITH. Chārūs, dīlēctūs, vĕnūstūs, ingĕnŭūs, blāndūs, suāvĭs, dūlcĭs. PHR. Māscŭlă prōlēs. Părēntĭs spēs, ādjūmēntūm, sōlāmĕn. Cūrārūm ēt sĕnĭī dūlcĕ lĕvāmĕn. Spēs fīrmă părēntĭs. Sŏcĭī pīgnŏră chāră tŏrī. VERS. Fīlĭūs huic, fātō Dīvūm, prōlēsquĕ vĭrīlĭs Nūllă fŭĭt.

fīlĭă. *Quŏd tĭbĭ fīlĭŏlūs, vēl fīlĭă nāscĭtŭr, ēx mē,* Juv. 9, 83. SYN. Nātă, sŏbŏlēs, prōlēs. EPITH. Pūlchră, vĕnūstă, vĕrēcūndă, pŭdīcă, nūbĭlĭs, cāstă. PHR. Sŭpĕrāns rĕlĭquās fōrmā præstāntĕ pŭēllās. Jām mātūră vĭrō, jām plēnīs nūbĭlĭs ānnīs.

fīlĭx, ĭcĭs. *Nōn tămĕn īstă fĭlĭx ūllō mānsuēscĭt ărātrō,* Pers. 4, 41. EPITH. Vĭrēns, vĭrĭdĭs, nŏcēns, nōxĭă, invīsă.

fīlūm. *Pūrpŭrĕāsquĕ nŏtās fīlīs intēxŭĭt ālbīs,* Ov. Met. 6, 577. SYN. Stāmĕn, līnūm, fīlī stāmĕn. EPITH. Grăcĭlĕ, tĕnŭĕ, sūbtīlĕ, lĕvĕ, tĕrēs, sērĭcūm, tēxtĭlĕ, nōdōsūm. PHR. Tĕrĕtī dēdūcĭt stāmĭnă fīlō. Lēvĭbūs fīlīs cōnnēctĭt ēt aūrō. Dēdūcēns pōllĭcĕ fīlūm. V. *Neo.*

‖ fīmbrĭă. SYN. Lăcĭnĭă, īnstĭtă, līmbūs, vēstĭs ōră. VERS. Ēt circūm tēxtūm crŏcĕō vēlāmĕn ăcānthō. Quām plūrĭmă circūm Pūrpŭră Mæāndrō dŭplĭcī Mĕlĭbœă cŭcūrrĭt.

Digitized by Google

fimus. *Nē sătŭrārĕ fĭmō pinguī pŭdĕăt sōlă, &c.* Virg. Geo. 1, 80. SYN. Lŭtum, cœnūm, stĕrcŭs. EPITH. Pinguis, immūndŭs, ūdŭs, tĕnāx, putris, fœtens, fœtidŭs, vilis. V. *Stercus.*

findo, fidi, fissūm. *Hic lŏcŭs ĕst, părtēs ŭbi sē viă findĭt in ămbās,* Virg. Æn. 6, 540. SYN. Diffindo, scindo, prōscindo, sĕco, divido. V. *Scindo.*

fingo, xi, ictūm. *Pērsĕquitūr vitem āttŏndēns fingitquĕ pŭtāndo,* Virg. Geo. 2, 407. SYN. Effingo, *vel* simŭlo, dissimŭlo, *vel* crĕo, formo, ēffōrmo, infōrmo, *vel* imitŏr, ēxprimo, *vel* ēxcōgito.

finio, ii, *vel* ivi, itūm. *Si bĕllūm finirĕ mănū, &c.* Virg. Æn. 11, 116. SYN. Cōnficio, pērficio, ābsōlvo, cōnclūdo: finēm făcio, dō, pōno, impōno, *vel* limito, tĕrmino. PHR. Ăd finēm pērdūcĕrĕ. Sūmmām, ĕxtrēmām mănūm ŏpĕri ăddĕrĕ, ădhibērĕ, āffērrĕ, ădmŏvērĕ. VERS. Primă mĕi pārs ĕst ĕxāctă lăbōris. Nōstrō dirimātŭr sānguinĕ bĕllūm. Ānnŭs ĕxiit ēmĕritis cūrsibŭs. Cōntigimŭs pōrtūm quō mihi cūrsŭs ĕrăt. Piĕridĕs cœptis ăddĭtĕ sūmmă mĕis. Dūlcibŭs ŏptābām vērbis impōnĕrĕ mētām. Finēm dĕdit ōrĕ lŏquēndi. Ŏptātām cōntingĕrĕ mētām. Vēntum ăd sŭprēmum ĕst. Nĕc vēstră căpit discōrdiă finēm. V. *Finis.*

finis. *Nūllănĕ finis ĕrit nōstrō cōncēssă dŏlōri?* Prop. 1, 16, 21. SYN. Ĕxitŭs, tērminŭs, mētă, limĕs, *vel* ēvēntŭs, sūccēssŭs, ēffēctŭs. VERS. Hic finis Priămi fātōrum, hic ĕxitŭs illūm Sōrtĕ tŭlit. Extrēmō jām sŭb finĕ lăbōrūm. Quis scĕlĕrūm mŏdŭs ĕst? Quēm dās finēm, Rēx māgnĕ, lăbōrūm? ĕxitŭs āctă prŏbăt. Finis ădĕst. Ĕt jām finis ĕrăt. V. *Finio.*

fines, iūm.—*Dĕdit sŏnitūm tŭbă, finibŭs ōmnĕs,* Virg. Æn. 5, 139. SYN. Cōnfiniă. PHR. Finitimi agri, cāmpi, pŏpŭli. Vicină, cōntērmină tēllŭs.

finitimŭs. *Finitĭmās in bēllă fĕrām rūmōribŭs ŭrbēs,* Virg. Æn. 7, 549. SYN. Vicinŭs, prŏpinquŭs, prōximŭs.

finitŭs. *Scriptŭs ĕt in tĕrgō, nĕc dūm finitŭs Ŏrēstēs,* Juv. 1, 6. SYN. Pērfēctŭs. V. *Finio.*

fio, fis, fit. *ōmniă jām fiūnt, fiĕri quæ pōssĕ nĕgābăm,* Ov. Tr. 1, 8, 7. SYN. Evādo, *vel* ēvĕnio.

firmāmĕn, inis. *Pōrrigitŭr rādix lōngi firmāmĭnĕ trūnci,* Ov. M. 10, 491.

‖ firmāmēntŭm. SYN. Firmāmĕn: fŭlcrūm, cŏlŭmĕn.

firmitĕr. *Flūctibŭs ā vēntisque ădvērsis firmitĕr ĕssĕnt,* L. SYN. Immōtĕ, *vel* cōnstāntĕr.

firmo. *Firmārĕt aūctŏr nūnquam ăliās dătō,* Hor. SYN. Rōbŏro, cōrrōbŏro, cōnfirmo, stăbilio, mūnio.

firmŭs. *Nōn Hŷdră sĕctō cōrpŏrĕ firmiŏr.* (Alc.) Hor. Od. 4, 4, 61. SYN. Cōnstāns, immōtŭs, immōbilis, cĕrtŭs, stăbilis, fixŭs.

fiscină. *Prēssăquĕ flāmmĕŏlă rūmpātŭr fiscină călthă,* Col. SYN. Fiscēllă, fiscēllŭm, cistă, cistŭlă, cănistrūm, călăthŭs. EPITH. Viminĕă, frăgilis, tĕnuis, tēxtilis. PHR. Văs lēntō viminĕ tēxtŭm. Viridi hibiscō tēxtă. Cānnis, *vel* jūnci viminĕ cōntēxtă.

fissilis. *Nām primūm cūnĕis scindēbānt fissilĕ lignūm,* Virg. Geo. 1, 144. SYN. Scissŭs, *vel* rimōsŭs.

fistŭlă. *Quēm mĕă cārminibŭs mĕrŭissĕt fistŭlă căprūm?* Virg. Ecl. 3, 22. SYN. ăvēnă, călămŭs, tibiă, ărūndo, cānnă, cicūtă, būxŭs. EPITH. Ărgūtă, dūlcis, suāvis, lĕvis, tinnŭlă, raūcă, stridēns, indōctă, cănōră, agrēstis, jūcūndă, grātă, ămœnă, lætă, sylvēstris. PHR. Fistŭlă dispăribŭs sēptēm cōmpāctă cicūtis. ărgūtă ărūndo. Cănōră būxŭs. VERS. Sēptēm cĕcinit fistŭlă blāndă mŏdōs. Suādētquĕ lĕvēs căvă fistŭlă sŏmnōs. Lūdĕrĕ quæ vēllēm călămō pērmisit ăgrēsti. Tū călămōs inflārĕ lĕvēs, ĕgŏ dicĕrĕ vērsŭs. ărgūtis dūlcĕ sŏnăt călămis. Gărrŭlă sylvēstri fistŭlă săcră Dĕō. Sōlāmēnquĕ măli, dĕ cōllō fistŭlă pēndĕt. Sic rūstică quōndām fistŭlă dispăribŭs paūlātim sūrgit ăvēnis. Sylvēstrēm tĕnŭi mūsām mĕditāris ăvēnā. Tĕrĕtiquĕ sŏnōs mŏdŭlēmŭr ăvēnā. Călămōs lābris inflārĕ sŏnōrōs. Pān primŭs călămōs cĕrā cōnjūngĕrĕ plūrēs instituit. Ăgrēstēm tĕnŭi mĕditābŏr ărūndinĕ mūsām. Sūspirăt mōtōs in ărūndinĕ vēntōs.

fisŭs. *Sæpe hāc quă fisŭs victŏr ăb hōstĕ rĕdit,* Nov. SYN. Fidāns, cōnfisŭs. V. *Fido.*

flabēllūm. *Prōfŭit ĕt tĕnŭi vēntōs mōvissĕ flăbēllō,* Ov. A. Am. 1, 161. *Ĕt mŏdŏ pāvōni caūdă flăbēllă sŭpērbæ.* Prop. 2, 24, 11. SYN. Lĕvĕ, vēntōsŭm, tĕnŭĕ, pictŭm, dĕcōrŭm. V. *Ventilo.*

flabrūm. *Lēnibŭs hōrrēscūnt flābris, sūmmæquĕ sŏnōrēm,* Virg. Geo. 3, 199. SYN.

Flāmĕn, flātŭs, aūră, vĕntŭs, *vel* flabēllŭm. EPITH. tĕnŭĕ, vēntōsŭm, ăn[illegible]-sŭm, sævŭm. VERS. Pĕtŭlāntibŭs incĭtă flābris. V. *Flatus.*

flăgĕllo. *Lūmină sīdĕrĭbŭs cērtēnt, mōllēsquĕ flăgēllēnt,* M. SYN. Cædo, pērcŭtio, vērbĕro. PHR. Flăgēllis, virgis, vērbĕrĭbŭs, cædo, căstigo, tŭndo, cōntŭndo, lăcĕro. Flăgēllō ĕquōs, ēxcĭto, stĭmŭlo. Flăgris ĕt vērbĕrĕ cædĕrĕ. Crūdēli vērbĕrĕ tērgă lăcĕrārĕ. VERS. ŭrgĕt ĕnim stĭmŭlis aūrigă crŭēntis. Sōntēs ŭltrix āccinctă flăgēllō, Tisiphŏnē quătit. Mārs fŭrit, ĕt dūrŭm quătiēns Bēllōnă flăgēllŭm. Tĕrribili Fŭriæ insōnŭērĕ flăgēllō. Nĕc dūră tĭmēbis Flāgră păti. illi īnstānt vērbĕrĕ tōrtō. Dātĕ sævă fĕrō vērbĕră tērgō. Vērbĕrĭbŭs cædūntŭr tērgă nĕfāndis. Sic tibi dē Fŭriis scindāt lătŭs ūnă flăgēllō. Nūdăt ĕt ātrōci prŏscindit tērgă flăgēllō.

flăgēllŭm. *Cōntĭnŭō sōntēs ŭltrix āccinctă flăgēllō,* Virg. Æn. 6, 570. SYN. Flăgrŭm, vērbĕr, virgă, lōrŭm, scŭtĭcă. EPITH. Crŭēntŭm, ātrŭm, hōrrisŏnŭm, dūrŭm, grăvĕ, atrōx, dīrŭm, sævŭm, crūdēlĕ, spinōsŭm, rigidŭm, tristĕ, vūlnĭfĭcŭm, hōrrēndŭm, sānguinĕŭm, mināx, vindēx, ăcērbŭm, fŭriālĕ, tōrtŭm, cōntōrtŭm, nōdōsŭm, mĕtŭēndŭm, crŭēntŭm, rĕsŏnāns, immitĕ, crēbrŭm. PHR. Sānguinĕŭm vĕlŭti quătiēns Bēllōnă flăgēllŭm. V. *Flagello.*

flăgĭto. *Flāgĭtăt in mōrsūs rĕfĭci, quin ōmniă mālit,* Hor. S. 2, 4, 61. SYN. Pĕto, pōstŭlo, pōsco, prĕcŏr. V. *Precor.*

‖ flăgĭtiōsŭs. SYN. Scĕlĕrātŭs, scĕlēstŭs.

flăgĭtiŭm. *Pōssēs in tāntō vīvĕrĕ flāgĭtiō,* Prop. 2, 34, 12. SYN. Scĕlŭs, crimĕn. EPITH. Dĕtēstābĭlĕ, tŭrpĕ, īnaŭdītŭm, infāndŭm. V. *Crimen.*

flagro. *Nōs păvĭdi trĕpĭdārĕ mĕtū, crinēmquĕ flāgrāntēm,* Virg. Æn. 2, 685. SYN. Dēflagro, ārdĕo, ēxārdĕo, incēndŏr. V. *Ardeo.*

flagrŭm. *ăd sŭă qui dŏmĭtōs dēdūxit flāgră Quĭrītēs,* Juv. 10, 109. ——*ēxpŏsŭit sŭă mēmbră flāgris.* (Dactyl.) Damas. V. *Flagellum.*

flāmĕn, ĭnis. *Seū tērrăm răpĭdō pārĭtĕr cūm flāmĭnĕ pōrtānt,* Virg. Æn. 4, 241. SYN. Vēntŭs, flātŭs, aūră, spīrĭtŭs. EPITH. Spīrāns, sŏnōrŭm, lēnĕ. V. *Flatus.*

Flāmĕn, ĭnis. *Quōndām Lŭpērci ĕt Flāmĭnēs.* (Iamb. Dim.) *Sacerdos apud Romanos sic dictus, quasi Filamen, à Filo quo tegebat caput. Tres autem erant Flamines, Dialis, Martialis, et Quirinalis, qui Jovi, Marti, et Quirino sacra faciebant.* SYN. Săcērdōs. EPITH. Sacrĭfĭcŭs, Dĭālis, Quĭrīnŭs, săcĕr, vĕnĕrāndŭs. V. *Sacerdos.*

flāmmă.—*Lūcĕt viă lōngō ōrdĭnĕ flāmmārum, ĕt lātĕ discrīmĭnăt ăgrōs,* Virg. Æn. 11, 144. SYN. ignis, fāx, Vŭlcānŭs. EPITH. crĕpĭtāns, cŏrŭscă, tōrrēns, ācris, cĕlĕr, călĭdă, ignĕă, vŏlāns, vĕlōx, ăvĭdă, rŭtĭlă, vīvă, răpĭdă, fērvĭdă, rŏgālis, lūcēns, rŭtĭlāns, rōsĕă, mĭcāns, rădiāns, clāră, cŏrŭscāns, ăgĭlis, fērvēns, răpāx, impĭă, vŏrāx, tōrrĭdă, ārdēns, ēxārdēns, Ætnæă, ignītă, cōmāns, mōbĭlis, sĕquax, fŭlgēns, aūdāx, fūmōsă, fŭrēns, pŏpŭlātrix, vāstātrix, fĕră, crūdēlis. VERS. ēxŭpĕrānt flāmmæ, fŭrit æstŭs ăd aūrās. Cōrrĭpŭit trĕmŭlis āltāriă flāmmis ignis ĕdāx. Flāmmis ăd cŭlmĭnă jāctăt. Flāmmă prŏpiōrĕ călēsco. Mœniă cōllūcēnt flāmmis. ignĕă tēmpēstās, flāmmisquĕ sŏnāntĭbŭs ārdŏr. Sūrgit in immēnsŭm gĕmĭnātis ignĭbŭs ātrōx Flāmmă rŏgŭm. āccēnsōquĕ rŏgō strīdŭlă flāmmă fŭrit. ē mĕdiō lūcĭdă flāmmă mĭcāt. V. *Ignis, Incendium.*

flāmmĕŏlŭm. *Flāmmĕŏlō, Tŷriūsquĕ pălām, gĕniālis, &c.* Juv. 10, 334. SYN. Flāmmĕŭm.

flāmmēsco.—*Flāmmēscĕrĕ cœlŭm,* Lucr. 6, 669. SYN. ignēsco, āccēndŏr, incēndŏr, inflāmmŏr. PHR. Flāmmās cōncĭpio, sūmo. Flāmmis cōrrĭpiŏr.

flāmmĕŭs. *Tāntăquĕ sē făcĭēs ăpĕrit cūm flāmmĕă tōrquēns,* Virg. Æn. 7, 448. SYN. Flāmmātŭs, ignĕŭs, ignītŭs, āccēnsŭs, ūrēns, flagrāns, flāmmĭvŏmŭs, flāmmĭfĕr, ignĭfĕr, ignĭvŏmŭs.

flāmmĭfĕr, ă, ŭm. *Flāmmĭfĕris implēnt, pĕdĭbūsquĕ, &c.* Ov. M. 2, 155. SYN. Flāmmĭgĕr, flāmmĕŭs.

flāmmĭvŏmŭs. *Flāmmĭvŏmō sŭb Sōlĕ jăcēt, &c.* Arator.

flātŭs, ŭs. *ōrbis, ĕt hŷbērnis pārcēbānt flātĭbŭs Eūri,* Virg. Geo. 2, 339. SYN. Flāmĕn, flābrŭm, vēntŭs, aūră, spīrĭtŭs. EPITH. Lēnis, lĕvis, tĕnŭis, răpĭdŭs, sŏnōrŭs, vēntōsŭs, ănĭmōsŭs, sævŭs, văgŭs. V. *Ventus.*

flāvēsco. *Mōlli paŭlātim flāvēscĕt cāmpŭs ărīstă,* Virg. Ecl. 4, 28. SYN. Flāvĕo. PHR. Flāvŭm cŏlōrĕm indŭo, cōntrăho, sūmo.

Digitized by Google

**flāvŭs.** *ĕt crīnēs flāvōs, ĕt mēmbră dĕcōră jŭvĕntæ,* Virg. Æn. 5, 559. SYN. Rŭtĭlŭs, crŏcĕŭs, lūtĕŭs, flāvēns, aŭrĕŭs.

**flēcto,** xi, xūm. *Jūpĭtĕr ōmnĭpŏtēns, prĕcĭbūs sī flēctĕrĭs ūllīs,* Virg. Æn. 2, 689. SYN. Inflēcto, tŏrquĕo, cōntŏrquĕo, cūrvo. V. Cūrvo, *vel* plāco, mītĭgo, mŏvĕo.

**flēbĭlĭs.** *Nēc jăcĕām claūsām flēbĭlĭs āntĕ dŏmūm,* Tib. 2, 4, 22. SYN. Lacrȳmābĭlĭs, dēflēndŭs, lūgubrĭs, lāmēntābĭlĭs, trīstĭs, mœstŭs, fūnēstŭs.

**flĕo,** ēvi. ētūm. *Flēbăt ĕt ăbdūctās Tītȳrŭs æ̆gĕr ŏvēs,* Mart. 8, 56, 8. SYN. Dēflĕo, lūgĕo, lacrȳmŏr, lāmēntŏr, cōnquĕrŏr, quĕrŏr, dŏlĕo, gĕmo, sūspīro. PHR. Flētūs fūndo, cĭĕo, dūco. Flētū ōră, gĕnās rĭgo. In flētūm ērūmpo. Lōngās in flētūm dūcĕrĕ vōcēs. VERS. Fūndēbăt lăcrȳmās, lōngōsquĕ cĭēbăt incāssūm flētūs. Quid lūgēs, imōquĕ trăhis dē pĕctŏrĕ quēstūs? Lōngis singūltĭbūs ilīă pūlsăt. Lārgōque hūmēctăt flūmĭnĕ vūltūm. Tālēsquĕ mĭsĕrrĭmă flētūs Fērtquĕ rĕfērtquĕ pārēns. In ămārōs lūmĭnă flētūs sŏlvit. V. *Lacrymæ.*

**flētŭs,** ūs. *ĕt trĕmŭlūs mœstīs ŏrĭĕtŭr flētĭbŭs hŏrrŏr,* Prop. 1, 5, 15. SYN. Lacrȳmæ, lāmēntūm, lūctŭs, gĕmĭtŭs, quēstŭs. EPITH. Trīstĭs, ăcērbŭs, mĭsĕr, ămārŭs, rōrāns, tĕnĕr, plŭs, lārgŭs, immēnsŭs, ūbĕr, mădēns, mădĭdŭs, stīllāns, mūltŭs, nĭmĭŭs, āssĭdŭŭs, fāllāx, insĭdĭōsŭs, flŭēns, mānāns, hūmēns, lūctĭsŏnŭs, gĕmēbūndŭs, quĕrŭlŭs, mĭsĕrāndŭs, ēffūsŭs, crēbĕr, lūgubrĭs, sūpplĕx, inēxplētŭs. VERS. Nūllĭs illĕ mŏvētŭr Flētĭbŭs. Flētū mădŭĕrĕ tĕpēnti ōră. Explētŭr lăcrȳmĭs ĕgērĭtūrquĕ dŏlŏr. Flētĭbŭs aūlă frĕmĭt. V. *Lacrymæ.*

**flētŭs,** ă, ūm. *Hīc mūltūm flēti ăd sŭpĕrōs, bēllōquĕ cădūci,* Virg. Æn. 6, 481. SYN. Dēplōrātŭs, dēflētŭs.

**flēxĭbĭlĭs.** *Nōbĭs flēxĭbĭlēs cūrvāntŭr Ăpōllĭnĭs ărcūs,* Ovid.

**flēxĭlĭs.** *Flēxĭlĭs ŏbtōrti pĕr cōllūm circŭlŭs aūri,* Virg. Æn. 5, 559. SYN. Lēntŭs, făcĭlĭs, *vel* lēnis.

**flēxŭs,** ă, ūm. *Tūm vălĭdīs flēxōs incūrvānt vīrĭbŭs ărcūs,* Virg. Æn. 5, 500. SYN. Inflēxŭs, cūrvātŭs, cūrvŭs, sĭnŭātŭs.

**flēxŭs,** ūs. *ĕt lōngōs sŭpĕrānt flēxūs, vărĭīsquĕ tĕgūntŭr,* Virg. Æn. 8, 95. SYN. Sĭnŭs, gȳrŭs, spīră, circŭĭtŭs. EPITH. văgŭs, ōblīquŭs, lūnātŭs, sĭnŭātŭs, mūltĭvăgŭs, sŭpīnŭs. VERS. Cūrvātĭs claūdēns ingēntēm flēxĭbŭs ŏrbēm. Cūrvātās sĭnŭātĭs flēxĭbŭs āmnis ōblīquăt rīpās. Māxĭmŭs hic flēxū sĭnŭōso ēlābĭtŭr ānguis. V. *Gyrus.*

**flō,** ās. *Flābăt ădhūc Eūrŭs, rĕdĭtūrăquĕ vēlă tĕnēbăt,* Ov. M. 7, 264. SYN. Spīro, āspīro. PHR. Flātŭs mitto, ingĕmĭno. VERS. Lēnĭŭs āspīrāns aūră sĕcūndă vĕnit. Tērrās tūrbĭnĕ pērflānt. Fēră mūrmŭră vēnti Dēmĭttūnt. V. *Venti.*

**Flōră.** *Chlōrĭs ĕrām quæ Flōră vŏcŏr, cōrrūptă Lătīnō,* Ov. F. 5, 195. *Dea florum, cui florales ludi instituti sunt à Romanis.* SYN. Chlōrĭs, Zĕphȳrĭtĭs, idis. EPITH. Rūstĭcă, fōrmōsă, ŏlēns, rĕdŏlēns, lætă, jūcūndă, suāvĭs, cāndĭdă, vērnă, ŏdōrĭfĕră, ŏdōrātă, bĕnignă, cōmptă, vĕnūstă, fœcūndă, ămœnă, mītĭs, dūlcĭs, mūltĭcŏlŏr, cūltă, rĕnāscēns, rĕdīvīvă. PHR. Zĕphȳri pūlchērrĭmă cōnjūx. Impĕrĭūm quæ Dĕă flōrĭs hăbĕt. Cui Zĕphȳrŭs dōtālēs trādĭdĭt hōrtōs. Flōrĭbŭs ărvă cŏrōnāns. Rĕdĭmītă rŏsĭs. Lūdĭs cĕlĕbrātă jŏcōsĭs. Vĭrĭdi rĕsĭdēns in grāmĭnĕ. Cīnctă flōrĭbŭs. Vūltū vērsĭcŏlŏrĕ dĕcēns. VERS. Tāntŭs vēris hŏnōs, ĕt ŏdōræ grātĭă Flōræ.

**Flōrēntĭă.** *Urbs insignis Etruriæ, olim Fluentia, quòd sita ad fluentum Arni fluminis.* EPITH. Mārtĭă, pŏtēns, ōrnātă, nŏbĭlĭs, inclȳtă.

**flōrĕo.** *Flōrĕăt, irrĭgŭāmquĕ bĭbānt vĭŏlārĭă fōntēm,* Virg. Geo. 4, 32. SYN. Flōrēsco. PHR. Flōrēs indŭo, fūndo, trūdo, ēxplĭco, spārgo, mĭnistro, gĕro, fĕro. Flōrĭbŭs indŭŏr, pūbĕo, cŏmŏr, vēstĭŏr, vărĭŏr, ālbĕo, rūbĕo, hālo. Indŭĕrĕ sē in flōrēm. Trūdo dē cōrtĭcĕ gēmmās. VERS. Flōrĕă gēmmātō grāmĭnĕ prātă vĭrēnt. Incāndŭĭt ālbō Flōrĕ pȳri. Spīrānt ărvă crŏcĕĭs vēstītă flōrĭbŭs. Ăpĕrītŭr flōrĭbŭs ărbŏr. Nūnc ōmnis pārtŭrĭt ărbōs. Pūrpŭrĕĭs cōllūcēnt, *vel* dĕcŏrāntŭr, flōrĭbŭs ăgri. Sēmpĕr ŏdōrātĭs spīrābānt flōrĭbŭs ărvă.

**flōrĕŭs.** *Quālĭs ăpēs æstātĕ nŏvā pĕr flōrĕă rūră,* Virg. Æn. 4, 34.

**flōrĭdŭs.** *Seū vĕtŭs in trĭvĭīs flōrĭdă sērtă lăpis,* Tibul. 1, 1, 12. SYN. Flōrēns, flōrĕŭs, flōrĭgĕr. PHR. Flōrĭbŭs ōrnātŭs, insignĭs, cōnspĭcŭŭs, cŏrūscŭs, dĕcōrŭs, ŏnūstŭs. Flōrĕ vĭrēns, pūbēns. Flōrūm gērmĭnĕ grātŭs.

**flōrĭgĕr,** ă, ūm. *Tālĭă flōrĭgĕrīs nūnquām nāscūntŭr in hōrtĭs,* V.

**flōrĭlĕgŭs,** ă, ūm. *Flōrĭlĕgæ nāscūntŭr ăpēs,* Ov. M. 12, 336. SYN. Flōrēs lĕgēns, cārpēns.



Digitized by Google

**flōs**, ōris. *Pūbĕrĭbŭs caulem fŏlĭis ĕt flōrĕ cŏmantem*, Virg. Æn. 12, 413. SYN. Sērtŭm: flōscŭlŭs, *dimin.* EPITH. Blāndŭs, lætŭs, ŏdōrŭs, ŏlēns, rĕdŏlēns, mŏllis, ŏdōrātŭs, nivĕŭs, suāvis, dūlcis, mĭcāns, vērnŭs, æstīvŭs, cāndĭdŭs, ŏdōrĭfĕr, nēctărĕŭs, nĭtĭdŭs, grātŭs, frāgrāns, dĕcōrŭs, pūrpŭrĕŭs, crŏcĕŭs, hălāns, vērnālis, nāscēns, ămœnŭs, vērsĭcŏlŏr, pictŭs, vărĭŭs, rŭtĭlŭs, gēmmāns. PHR. Prātōrŭm, *vel* hōrtōrŭm, hŏnŏs. Vēris ŏpēs. Flōrĕă gērmĭnă, sērtă. Vĭrĭdānti ĭn grāmĭnĕ gēmmāns. Prātă ēxhĭlărāns. Quēm mūlcēnt auræ, fīrmāt Sōl, ēdŭcăt imbĕr. Ŏdōrātō gērmĭnĕ rīdēns. Qui dūlcēm lātē diffūndit ŏdōrem. V. *Floreo.*

**flōscŭlŭs.** *Flōscŭlŭs āngūstæ, mĭsĕræquĕ brĕvĭssĭmă vītæ*, Juv. 9, 127. EPITH. Tĕnĕr, nŏvŭs, blāndŭs.

**flūctĭvăgŭs.** *Flūctĭvăgi nautæ scrūtātōrēsquĕ prŏfūndi*, S. SYN. Ŭndĭvăgŭs, æquŏrĕŭs.

**flūctŭo**, *et* flūctŭŏr.—*cūrārŭm flūctŭăt æstū*, Virg. 8, 19. *Cŏr flūctŭātŭr: īrā pĭĕtātem fŭgăt.* (Iamb.) Sen. SYN. Flŭĭto, æstŭo, ūndo, *vel* flūctĭbŭs, æstū jăctŏr, ăgĭtŏr, impēllŏr: ūndis innăto, sŭpērnăto. *Vel, Metaph.* Dŭbĭto, văcĭllo: tĭtŭbo. PHR. Spūmōsis vŏlvĭtŭr ūndis. Mărĕ vŏlvĭt văstŭs ăd līttŏră flūctŭs. Flūctŭs sĭnŭōsō vōrtĭcĕ vŏlvit. Măris flūctŭs spūmāntĭă līttŏră pūlsānt. VERS. Īma ēxæstŭăt ūndā Vōrtĭcĭbŭs, nigrāmque āltē sŭbjēctăt ărēnăm. Mărĕ sōllĭcĭtŭm strīdĕt rĕflŭēntĭbŭs ūndis. Vēntōrŭm vălĭdis fērvēscit flātĭbŭs ūndă. Īnsĕquĭtŭr cŭmŭlō prærūptŭs ăquæ mōns. Fŭrit æstŭs ărēnis. Văstāquĕ vŏrāgĭnĕ gūrgĕs æstŭăt. Īmō bărāthri tĕr gūrgĭtĕ văstŏs, Sōrbĕt in ābrūptŭm flūctŭs, rūrsūsquĕ sŭb aurās ērĭgit āltērnōs, ĕt sȳdĕră vērbĕrăt ūndă. Vēntō rĕsĭstĭt æstŭs, ĕt vēntŭs rĕtrō æstŭm rĕvŏlvit. Lōngō pĕr mūltă vŏlūmĭnă trāctū æstŭăt ūndă mĭnāx. Fit sŏnĭtŭs spūmāntĕ sălō. Ērrāmŭs vēnto hŭc ĕt văstis flūctĭbŭs ācti. Nūnc mē flūctŭs hăbĕt, vērsāntque in līttŏrĕ vēnti. Cȳmbă prŏcēllōsis flūctĭbŭs ictă tĭmĕt. V. *Fluctus.*

**flūctŭs**, ūs. *Flūctĭbŭs in mĕdĭis, ĕt tēmpēstātĭbŭs ūrbis*, Hor. Ep. 2, 2, 85. SYN. Æstŭs. EPITH. Tŭmĭdŭs, tŭmēns, cānŭs, mărīnŭs, spūmāns, prŏcēllōsŭs, sŏnōrŭs, răpĭdŭs, trĕmŭlŭs, mĭnāx, nimbōsŭs, sævŭs, ăgĭtāns, spūmōsŭs, săxĭfrăgŭs, vēsānŭs, hōrrĭsŏnŭs, văgŭs, ūndōsŭs, sălĭēns, frĕmēns, ărēnōsŭs, ērrāns, prŏfūndŭs, vălĭdŭs, spūmĭfĕr, īnsānŭs, ūndāns. PHR. Spūmōsæ impĕtŭs ūndæ. Ingēns mōtŭs ăquārŭm. Ūndă tŭmēns. Prærūptŭs ăquæ mōns, ăquārŭm mōlēs. Ūndă dĕhĭscēns. Rĕsŏnāns immēnsō mūrmŭrĕ flūctŭs. Cŭmŭlŭs ăquārŭm. Lōngō pĕr mūltă vŏlūmĭnă trāctū ūndă mĭnāx. Spūmāntĭă līttŏră pūlsāns. Sē sĭnŭōsō vōrtĭcĕ vŏlvēns. VERS. Flūctŭs ŭti prīmō cœpit cum ālbēscĕrĕ vēntō, Paulātim sēsē tōllit măre, ĕt āltĭŭs ūndās ērĭgit, inde imō cōnsūrgit ăd æthĕră fūndō. Sĭnŭōsō vōrtĭcĕ invŏlvit nāvēmquĕ vĭrōsquĕ. āltĭsŏnis frĕmŭit mărĕ flūctĭbŭs ingēns. Mē mĭsĕrŭm! quānti mōntēs vŏlvūntŭr ăquārŭm! Jām jām tāctūrōs sȳdĕră sūmmă pŭtēs. āssĭliūnt flūctŭs imōque ā gūrgĭtĕ pōntŭs Vērtĭtŭr. inquĕ mŏdŭm tŭmŭli cōncăvă sūrgit ăquă. Flūctĭbŭs ērĭgĭtŭr cœlūmque æquārĕ vĭdētŭr Pōntŭs, ĕt indūctās āspērgĭnĕ tāngĕrĕ nūbēs. Qui vĕnit hic flūctŭs, flūctŭs sŭpĕrēmĭnĕt ōmnēs. Pūlsābāntquĕ nŏvi mōntānă căcūmĭnă flūctŭs. V. *Tempestas et Fluctuo.*

**flŭēntŭm.** *ūndĕ pătĕr Tĭbĕrīnŭs, ĕt ūnde Ănĭēnă flŭēntă*, Virg. Geo. 4, 369. SYN. Flŭvĭŭs, flūmĕn, āmnis.

**flŭĭdŭs.** *Lūmĭnis ēffōssi flŭĭdŭm lăvit indĕ crŭōrem*, Virg. Æn. 3, 663. SYN. Flŭēns, flūxŭs, lābĭlis, lĭquĭdŭs, dēflŭŭs.

**flŭĭto**, ās. *Frāgmĭnă rēmōrŭm, quōs ĕt flŭĭtāntĭă trānstră*, Virg. Æn. 10, 306. SYN. flūctŭo, ūndo.

**flūmĕn**, ĭnis. *Flūmĭnĭbŭs sălĭcēs, crāssīquĕ pălūdĭbŭs ālni*, Virg. Geo. 2, 110. SYN. Flŭvĭŭs, āmnis, flŭēntŭm. V. *Fluvius, Torrens.*

**flūmĭnĕŭs.** *Nē sŭă flūmĭnĕā cōrpŏră mērgăt ăquā*, Ov. Fast. 2, 596. SYN. Flŭvĭālis.

**flŭo**, flūxi, xŭm.—*vĭrŭm, lēni flŭĭt āgmĭnĕ Tībris*, Virg. Æn. 2, 782. SYN. Dēflŭo, īnflŭo, prōflŭo, lābŏr, āllābŏr, dēcūrro. PHR. Vărĭis flŭo cūrsĭbŭs. Cōnsuētōs ăgo cūrsŭs. Sĭnŭōsis flēxĭbŭs ērro, vŏlvŏr. Cĭtātō cūrsū in ārvă fĕrŏr. ăquās, vŏlvo, cōncĭto. ăquis pinguĭă cūltă hŭmēcto, irrōro. VERS. ēxspătĭātă rŭūnt pĕr ăpērtōs flūmĭnă cāmpōs. Văstō cūm mūrmŭrĕ mōntis it mărĕ prærūptŭm. ūrbēs āngūsto intērlŭit æstū. Pēr săxă vŏlūtŭs Pūrĭŏr ēlēctrō cāmpŭm pĕtit āmnis. Sĭnū lābēns circūmflŭit ătrō. ē gĕlĭdō fōns prōsĭlit āntrō. āmnis

Digitized by Google

ēxiit āggĕrĭbūs rūptis. in pōntūm lātō rŭit incĭtŭs ālveō. Dēcūrsū răpĭdō dē mōntĭbŭs āltīs, Dānt sŏnĭtūm spūmōsi āmnēs. Rŭūnt dē mōntĭbŭs āmnēs. Vĭŏlēntă rŭūnt ābrūptis flūmĭnă rīpis. Mūltā flāvŭs ărēnā in mărĕ prōrūmpĭt. Cāmpōquĕ rĕcēptæ lībĕrĭŏris ăquæ prō rīpis līttŏră pūlsānt. Pĕr cāmpōs, scŏpŭlōsque illābĭtŭr āmnis. Tĕnŭis fŭgiēns pĕr grāmĭnă rīvŭs. in frĕtă dūm flŭvĭī cūrrēnt. Cūm mūrmŭrĕ lābēns ībăt, ĕt āttrītās vēnābāt rīvŭs ărēnās. Sīc sŏlĕt ēxĭguæ cūrrĕrĕ rīvŭs ăquæ. āspĭcĕ lābēntēs jūcūndō mūrmŭrĕ rīvōs. in mărĕ dēcēdūnt (*amnes*) fēssās ērrōrĭbŭs ūndās. in mărĕ pūrpŭrĕūm vĭŏlēntĭŏr īnflŭĭt āmnis. ĕt dīvērsā rŭēns, sēptēm discūrrit in ōră. V. *Inundatio*, *Fluvius*.

flŭvĭālis. *Vīmĭnă pēr sylvam, ĕt rīpis flŭvĭālis ărūndo*, Virg. Geo. 2, 414. SYN. Flūmĭnĕŭs, ăquātĭcŭs.

flŭvĭŭs. *Pōpŭlŭs in flŭvĭis, ăbĭēs in mōntĭbŭs āltis*, Virg. Ecl. 7, 66. SYN. Flūmĕn, āmnis, flŭēntūm, tōrrēns, pălūs, rīvŭs. EPITH. Văgŭs, sŏnōrŭs, lābēns, cĭtŭs, cōncĭtŭs, ēffūsŭs, răpĭdŭs, spūmĕŭs, spūmōsŭs, tŭmĭdŭs, ūndāns, ēxūndāns, vēlōx, tōrrēns, frīgĭdŭs, gĕlĭdŭs, tūrbĭdŭs, līmōsŭs, sĭnŭōsŭs, dēclīvis, ōblīquŭs, rĕfŭgŭs, sĭnŭāns, flēxŭs, īnflēxŭs, lūbrĭcŭs, prŏpĕrāns, vĭŏlēntŭs, prææcēps, hērbōsŭs, prŏfūndŭs, cĭtātŭs, vĭtrĕŭs, vĭrĭdāns, āmœnŭs, pūrŭs, glaūcŭs, cœrŭlĕŭs, lēntŭs, tōrpēns, pĭgĕr, dūctĭlis, rĭgŭŭs, īrrĭgŭŭs. PHR. Rĭguæ dūctĭlĕ flūmĕn ăquæ. Dēclīvis cūrsŭs ăquārūm. Cĕlĕrēs ăquārūm lāpsŭs. Rīvŭs lēnĕ flŭēntis ăquæ. ăquă cūrrēns. Flŭvĭālis ūndă. Flūmĭnis ūndæ. ărdŭă rīpis Flūmĭnă. Sĭnŭōsō trāmĭtĕ cūrrēns. ēxĭgŭō sŏnĭtū fŭgiēns pĕr dēvĭă sāxă. Jūcūndō mūrmŭrĕ lābēns. Quĕrŭlī pĕr grāmĭnă rīvī. Mōllēs invītāns mūrmŭrĕ sōmnōs. ērrāntēs lātē sĭnŭāntĭă flūmĭnă flēxŭs, *vel* gyrōs. ēxērcĭtă cūrsū Flūmĭnă. Hērbōsō mārgĭnĕ cīnctă. Flŭvĭŭs dēvēxā rūpĕ vŏlūtŭs. Pĕr prātă vĭrēntĭă cūrrūnt, flŭūnt. ūbĕrĭbŭs fœcūndŭs ăquis. Vărĭīs flŭēns cūrsĭbŭs. Cōnsuētōs ăgēns cūrsūs. Sĭnŭōsis flēxĭbŭs ērrāns. In mărĕ dēcūrrēns. Mūrmŭrĕ raūcō strĕpĭtāns. Mūrmŭrĕ trānquīllŭs sōmnōs indūcēns. īrrōrāns mōllĭă grāmĭnă. Dūlcēs invītāns mūrmŭrĕ sōmnōs. Tĕnŭis fŭgiēns pĕr grāmĭnă rīvŭs. Hūmēctāns ārvă pĭnguĭă, cūltă. Mĕdĭăm sūlcāns tērrăm. Sūb māgnă lābēntĭă flūmĭnă tērrā. Rĭgŭī plăcĕānt in vāllĭbŭs āmnēs. Nīgrā cāmpōs fœcūndăt ărēnā. V. *Rivus*.

‖ flūxŭs, ūs. SYN. Cūrsŭs, dēcūrsŭs, īnflūxŭs, lāpsŭs: flŭēntūm.

*fluxus maris reciprocus.* SYN. Mărĭs æstŭs. Æstŭs mărīni. PHR. ūndă rĕcīprŏcă. Rēflŭŭs æstŭs. VERS. Mărĕ crēscēnti āllābĭtŭr æstū. Pĕr cērtās it, rĕmĕātquĕ vĭās. Pĕr āltērnōs, ūndā lābēntĕ, rĕcūrsŭs æstŭăt. Sāllĭcĭtūm strīdĕt rĕflŭēntĭbŭs ūndis. āltērnōs æquŏr vŏlvit flūctŭs. Fērtquĕ rĕfērtquĕ frĕtūm, sĕquĭtūrquĕ rĕcīprŏcă Tēthys. Quās aūgĕt vĕnĭēns, rĕflŭūsquĕ rĕcīprŏcăt æstŭs. Quā vī mărĭă āltă tŭmēscānt ōbĭcĭbŭs rūptis, rūrsūsque in se ipsă rĕsīdānt. Sūbsīdūnt ūndæ, īnflāntūrquĕ vĭcissim.

fŏcŭlŭs. *Jām lăvăt, ĕt būccā fŏcŭlum excĭtăt, ĕt sŏnăt ūnctis*, Juv. 3, 262. SYN. Fŏcŭs.

fŏcŭs. *ădvōlvĕrĕ fŏcis ūlmōs, īgnīquĕ dĕdērĕ*, Virg. G. 3, 378. EPITH. Călēns, călĭdŭs, fūmōsŭs, ārdēns, āccēnsŭs, fērvēns, flāmmĭvŏmŭs: thūrĭcrĕmŭs, săcĕr, ŏdōrātŭs. PHR. Sūbdĕrĕ, impōnĕrĕ lĭgnă fŏcō, āssĭdŭō lūcĕăt īgnĕ fŏcŭs. V. *Caminus*, *Ignis*.

fŏdĭco, ās. *Qui fŏdĭcĕt lătŭs, ĕt cōgăt trāns pōndĕră dēxtrām*, Hor. Ep. 1, 6, 51. SYN. Fŏdio, tūndo, trānsfŏdio.

fŏdīnă. *ărgēntōquĕ rŭdī vivo, āc ŏrĭchălcă fŏdĭnis*, Fil. PHR. Vēnă mĕtāllĭcă. Mĕtālli, aūri, æris, ărgēnti vēnæ. Mĕtālli rīvŭs, sēmĕn, sēmĭnārĭă, căvēæ. Viscĕră tērræ prĕtĭōsă. ābdĭtæ tērris lāmĭnæ *vel* lāmnæ. Aūri fērācēs mĕdŭllæ. Hŭmŭs gĕnĕrōsă mĕtāllis. Tērră mĕtāllōrūm dīvĕs. Tēllūs fœtă, frĕquēns mĕtāllis.

fŏdio, fōdi, fōssūm. *Seū spūmāntis ĕqui fŏdĕrĕt cālcārĭbŭs ārmōs*, Virg. Æn. 6, 881. SYN. ēffŏdio, fŏdĭco, cōnfŏdio, dēfŏdio, *vel* căvo, ēxcăvo, pērfŏro, *vel* fĕrio. VERS. Lăcērtōsi fŏdĭēbānt ārvă cŏlōni. Dūrātām rĕnŏvāt nūnc mihi fōssŏr hŭmūm. Fŏdĭūnt rāstris, dūrisquĕ lĭgōnĭbŭs ārvă, *vel* Scrŏbĭbŭs cōncīdĕrĕ mōntēs. Sūb tērrā fŏdĕrĕ lărēm. Vēnās rīmātă sĕquācēs ābdĭtă tēllūris nĭmĭūm gēns fŏdĭt ăvārā. V. *Aro*.

‖ fœcūndĭtās, ātis. SYN. Fērtīlĭtās, ūbērtās.

fœcūndo. *Fœcūndāvit ămŏr mātĕrnō viscĕră pārtū*, Prud. SYN. ūbĕro. PHR.



Digitized by Google

" Quid făciăt lætās sĕgĕtēs. ārvă fērăcibŭs āllŭlt ŭndis. ūbĕribŭs īrrŏrăt ăquis. Nigrā fœcūndăt ărēnā.

fœcūndŭs. ăt si nōn fŭĕrit tēllūs fœcūndă, sŭb ipsūm, Virg. Geo. 1, 67. SYN. Fērtilis, fĕrāx. V. *Fertilis.*

fœdo. *fœdāvit vūltūs, aūt cūr hæc vūlnĕră cērno,* Virg. Æn. 2, 286. SYN. Măcŭlo, īnquĭno, cōīnquĭno, cōmmăcŭlo, cōntămino, pōllŭo. V. *Maculo.*

fœdŭs, ĕris. *Mūltă Jŭvem, ĕt læsi tēstātūs fœdĕris ārās,* T. SYN. Pāctŭm, pāctio, cōncōrdiă. EPITH. Sŏciālĕ, jŭgālĕ, plăcidūm, ætērnūm, fīrmūm, īncōrrūptūm, tăcitūm, cōncōrs, sŏciūm, ămīcūm, stăbilĕ, lætūm, jūrātūm, păcifĭcūm, grātūm, mūtŭūm, pērpĕtŭūm, rūptūm, vĭŏlātūm, fictūm, mēndāx, dŏlōsūm, fāllāx, insidĭōsūm, ōptātūm, pĕrēnnĕ, cōnjūrātūm, lēgitimūm. PHR. Lēx fœdĕris. Fīrmātæ pācis lēgēs. Pāctă fidēs dēxtræ. Pācis invĭŏlābĭlĕ pīgnūs. Trānquillæ fœdĕră pācis.

*fœdus facio.* SYN. Păciscŏr. PHR. Fœdūs ĭnĕo, cōmpōno, fĕrio, pāngo, īco, fīrmo: īn fœdŭs cŏĕo. Fœdĕrĕ *alios* jūngo, sŏcio, vincio, cōncilio. Fœdĕrĕ pācēm īnīrĕ, jūngĕrĕ, cōmpōnĕrĕ. Dēxtræ cōnjūngĕrĕ dēxtrām. Fidēm dărĕ, ăccipĕrĕ. jūngĕrĕ fœdĕrĕ dēxtrām. Præsēnti pīgnŏrĕ jūngĕrĕ ănimōs. Dărĕ, tāngĕrĕ dēxtrām. Strictō cōnstringĕrĕ fœdĕrĕ mēntēs. Sŏciō fœdĕrĕ jūnctă mănūs. Cŏĕūnt īn fœdĕrĕ dēxtræ. Cōnjūrātō fœdĕrĕ bēllūm īnīrĕ.

*fœdus violo.* PHR. Fœdūs frāngo, sōlvo, rūmpo, tĕmĕro, cōnfūndo, dīrimo, rēscindo. Fœdĕră tĕmĕrārĕ dŏlis. Cōncēptūm ēxcŭtĕrĕ fœdŭs. Fāllĕrĕ dēxtrās. VERS. Disjicĕ cōmpŏsitām pācem, ēt sĕrĕ sēmină bēlli. Ēxcidĕrānt ănimō sŏciālĭă fœdĕră. Fœdūsquĕ prĕcāntŭr īnfēctūm. Plăcidām suāsit tĕmĕrāndō rūmpĕrĕ pācēm. Vōs ēt fœdĕra, ēt ōmnēm Spēm pācis vĭŏlāssĕ pălam ēst. Pāctă fidēs, spērnitūr.

fœdŭs, ă, ūm. *Sēmēsām prædam ēt vēstigiă fœdă rĕlinquūnt,* Virg. Æn. 3, 224. SYN. Fœdātŭs, sōrdidŭs, tūrpis, ŏbscœnŭs. V. *Turpis.*

fœmină. *ūnă dŏlō Divūm si fœmină victă dŭōrum ēst,* Virg. Æn. 4, 95. SYN. Mŭliĕr. EPITH. Cūltă, cōmptă, pēxă, cāndidă, lætă, īmbēllis, căllidă, mōllis, mŏbĭlis, lŏquāx, insidiōsă, prōdigă, cōncinnă, vĕnūstă, pūlchră, vānă, sŭpērbă, īnvidă, mēndāx, īncōnstāns, īncērtă, gārrŭlă, mūtābĭlis, frăgĭlis, lĕvis, fāllāx, vărĭābilis, mălĕsānă, imprūdēns, vērbōsă, pērfidă, īnfidēlis, bilinguis, fūcātă. Lītigiōsă, fŭgiēndă. PHR. Fœminĕūm gĕnŭs. Sēxŭs imbēllis, Crūdēlĕ gĕnŭs, nēc fidūm fœmină nōmĕn. Vărium ēt mūtābilĕ sēmpĕr Fœmină. Dēdĭtă blāndītĭis, cūrāndæ dēdĭtă fōrmæ. VERS. Quōt scĕlĕrātă gĕrăt fœmină mēntĕ dŏlōs. Nōtūmquĕ fŭrēns quid fœmină pōssit. Fœmină mē lăquĕis cēpit iniquă sŭis. Dēdĭt Nātūră cui prōnūm mălō Ănimum, ăd nŏcēndūm pēctŭs instrūxit dŏlis, sēd vim nēgāvit. Crēdĕ rătēm vēntis, ănimūm nē crēdĕ pŭēllis, Nāmque ēst fœminĕă tūtiŏr ūndă fidĕ. Ūritquĕ vidēndō Fœmină. Tūnc grāvis illă virō, tūnc ōrbā tigridĕ pējŏr. Tūnc simŭlăt gĕmitūs, ŏccūlti cōnsciă făcti. Ūt flērēnt, ŏcŭlōs ērŭdiĕrĕ sŭōs.

fœminĕŭs. *ēt dē fœminĕō rĕpărāta ēst fœmină jāctū,* Ov. M. 1, 413. SYN. Mŭliĕbris.

fœnĕrātŏr, ōris. *Hæc ŭbi lŏcūtūs fœnĕrātŏr Ālphiŭs,* (Iamb.) Hor. Ep. 2, 67. EPITH. Āvārŭs, īnjūstŭs, ăvidŭs, cŭpidŭs, impiŭs, sōrdidŭs. PHR. Fœnŭs ăvārūm ēxērcēns. Ūsūræ lucrūm quærēns, lucră căptāns: lucris inhiāns.

fœnĕro, *seu* fœnĕrŏr, dep. *Hæc sūpit, hæc ōmnēs fœnĕrăt ūnă Dĕōs,* Mart. 1, 77, 6. PHR. Dō fœnŏri, *vel* in ūsūrām. Fœnŏrĕ lŏco, cōmmŏdo. Fœnŭs, ūsūrām ēxērcĕo. Fœnŏrĕ lucrūm, divitiās, cōmmŏdă, ŏpēs, quæro. Făcĕrĕ lucrūm, pŏsitis in fœnŏrĕ nūmmis, illicitis quæstibŭs aūgĕt ŏpēs. His ŏccūltō rēs fœnŏrĕ crēscit: *vel* Fœnŏri āccipio: in fœnŭs căpio. Fœnŏrĕ mūtŭŏr. Pēndo ūsūrām. Cūm fœnŏrĕ rēddo, rĕpēndo.

fœnūm. *fœnum hăbĕt in cōrnū.*—Hor. S. 1, 4, 34. SYN. Hērbă, grāmĕn. EPITH. Rigēns, rigidūm, āspĕrūm, vilĕ, viridĕ, tĕnŭĕ, grātūm, vērnāns, ŏdōrūm, ămœnūm, āridūm, aūtūmnālĕ, hērbōsūm.

fœnŭs, ŏris. *Sæpĕ vĕnit măgnō fœnŏrĕ tārdŭs ămŏr,* Prop. 1, 7, 26. SYN. Lucrūm, ūsūră, ēx fœnŏrĕ quæstŭs. EPITH. grāndĕ, fœcūndūm, inēxplētūm, ēxitiālĕ, ĕdāx, vŏrāx. PHR. Ūsūră vŏrāx, ăvidūmque in tēmpŏrĕ fœnŭs. Fœnŭs ăvāritiæ cŏmĕs. VERS. Rĕdĕūnt cŭmŭlātō fœnŏrĕ mērcēs. Hōrdĕăque ingēnti fœnŏrĕ rēddit ăgĕr. V. *Fœnero.*

fœtĕo. *Hēstērnō fœtĕrĕ mĕrō.*—Mart. 1, 29. SYN. Pŭtĕo. PHR. Mălĕ, grāvitĕr,

Digitized by Google

ŏlĕo, rĕdŏlĕo, spīro. Fœtĭdŭm ŏdōrĕm mitto, afflo, ēxhālo, āspīro. V. *Odor, et Oleo.*

fœtĭdŭs. *Părārĕ pōrcō fœtĭdō vŏlūtābrŭm.* (Scaz.) SYN. Pūtĭdŭs, fœtēns, pūtēns, mălĕ ŏlēns, tētĕr, grăvis, pēstĭfĕr.

‖ fœtŏr, ōris. SYN. Pūtŏr, mĕphĭtis. EPITH. Pūtĭdŭs, ŏlēns, pēstĭfĕr, grăvis. PHR. Tētĕr ŏdŏr. Grăvis ŏdŏr.

fœtūră. *Sī fœtūră grĕgēm sūpplēvĕrĭt aūrĕŭs ēsto,* Virg. Ecl. 7, 36. SYN. Fœtŭs, ūs.

fœtŭs, ūs. *Sīc quŏquĕ mūtātīs rĕquĭēscūnt fœtĭbŭs ārvă,* Virg. Geo. 1, 82. SYN. Pārtŭs, *vel* prōlēs, *vel* frūctŭs.

fœtŭs, ă, ŭm. *Ērgo ăpĭbūs fœtīs ĭdĕm, &c.* Virg. Geo, 4, 139. SYN. Plēnŭs, grăvĭdŭs, grăvis, *vel de muliere,* grăvĭdă, prægnāns.

fŏlĭŭm. *Spārgĭte hŭmŭm fŏlĭīs, īndūcĭtĕ fōntĭbŭs ūmbrās,* Virg. Ecl. 5, 40. SYN. Frōns, *vel* chārtă, *vel* brāctĕă. EPITH. Mōllĕ, tĕnŭĕ, tĕnĕrŭm, crīspŭm, mŏbĭlĕ, ŏpācŭm, ŏdōrātŭm, lēvĕ, cŏmāns, vīrēns, flēxĭlĕ, trĕmŭlŭm, trĕmĕfāctŭm, cădūcŭm, glaūcŭm, vērnŭm, vĭrĭdāns. PHR. Fŏlĭōrŭm ūmbræ. ārbŏrĭs cŏmæ. VERS. Lūxŭrĭă fŏlĭōrum ēxŭbĕrāt ŭmbră, *vel* ārbŏr. V. *Frondes.*

fōllĭs, ĭum. *Cūm prŏpĕrānt: ălĭi taūrīnīs fōllĭbŭs aūrās,* Virg. G. 4, 171. SYN. Vēntōsæ pēllēs. EPITH. Vēntōsi, taūrīni, trĕmēntēs, căvi, īnflāti, tŭmĭdī, Ætnæi, Sĭcŭlī, i. e. *Vulcanii.* PHR. Vēntōsæ pēllis spīrāmĭnă, spīrāmēntă, utrēs vēntōrŭm plēni. VERS. Vēntōsis fōllĭbŭs aūrās āccĭpĭūnt rēddūntquĕ. Fēstīnānt, īgnēs quătĭūnt, fōllēsquĕ trĕmēntēs ēxānĭmānt.

fōllĭs, *lusorius.* *Fōllĕ dĕcēt pŭĕrōs lūdĕrĕ, fōllĕ sĕnēs,* Mart. 14, 47. PHR. Ălūtă tŭmēns, īnflātĭlĕ, īnflātŭm, tērgŭs, cŏrĭŭm. EPITH. Pŭgĭllātōrĭŭs, tŭmĭdŭs, īnflātŭs, vŏlĭtāns, mīssĭlis, ăgĭtābĭlis.

fōllĭcŭlŭs. *Fōllĭcŭlōs ŭt nūnc tĕrĕtēs æstātĕ cĭcādæ,* Lucr. 5, 801. SYN. Săcculŭs, lŏcŭlŭs.

fōmēntŭm. *Frīgĭdă cūrārŭm fōmēntă rĕlīnquĕrĕ pōssēs,* Hor. Ep. 1, 3, 26. SYN. Lēnīmĕn, lĕvāmĕn, mĕdēlă.

fōmĕs, ĭtis. SYN. Fōmēntŭm, nūtrīmēntŭm, nūtrīmĕn, *pro igne,* ārĭdă, pinguis mātĕrĭēs, sŭlphŭr, bĭtūmĕn. VERS. Āc prīmŭm sĭlĭcis scīntīllam ēxcūdĭt Achātēs, sūscēpitque īgnēm fŏlĭis, ātque ārĭdă circŭm Nūtrīmēntă dĕdit răpŭitque in fōmĭtĕ flāmmām.

fōns, ōntis. *Fōntis ĕgēns ērrō, circāquĕ sŏnāntĭă lȳmphīs,* Ovid. SYN. Lătēx, flŭēntŭm. EPITH. Līmpĭdŭs, gĕlĭdŭs, īrrĭgŭŭs, mūndŭs, mōntānŭs, săcĕr, lārgŭs, pŭtĕālis, āmœnŭs, lārgĭflŭŭs, frīgĭdŭs, dūlcis, īllĭmĭs, ārgēntĕŭs, fœcūndŭs, văgŭs, cœrŭlĕŭs, lŭtōsŭs, præcēps, văpōrōsŭs, grāmĭnĕŭs, rĭgŭŭs, sŏnāns, āltŭs, pĕrēnnis, vĭrēns, raūcŭs, gārrŭlŭs, grātŭs, clārŭs, crȳstāllĭnŭs, sūsūrrāns, cūrrēns, sălĭēns, fŭgĭēns, ŭndāns, ērrāns, cĕlĕr, vēlōx, prŏpĕrāns, tūrbĭdŭs, sĭnŭōsŭs, ōblīquŭs, dĕfŭŭs, lēntŭs, pēllūcĭdŭs, ūmbrōsŭs, vĭtrĕŭs, mŭscōsŭs, ŏpācŭs, pūmĭcĕŭs. PHR. Fōns ăquæ. Fōntis ăquæ. Fōntāni lătĭcēs. Vēnă pĕrēnnis ăquæ. Sălĭēns rīvŭs ăquæ. Spīrācŭlă fōntis. Scătēns rīvŭlŭs. Fōns lārgŭs ăquæ. Lēnĕ flŭēns. Splēndĭdĭōr vĭtrō. Tĕnŭi pēllūcĭdŭs ŭndā. Tĕnŭis fŭgĭēns pĕr grāmĭnă rīvŭs. Nĭtĭdis ārgēntĕŭs ŭndis. Mōllēs īnvītāns mūrmŭrĕ sōmnōs. Lĭquĭdī fōntēs ēt stāgnă vĭrēntĭă mūscō. Dūlcēs ā fōntĭbŭs ŭndā. Quĕrŭlis fōns gārrŭlŭs ŭndis. Raūci pĕr flōrĕă grāmĭnă fōntēs. Fōntis lȳmphă sŏnāns. VERS. Mūscōque ădŏpērtă vĭrēnti, Mānābāt săxō vēnă pĕrēnnis ăquæ. Nĭvĕō de pūmĭcĕ fōntēs Rōscĭdă mŏbĭlĭbŭs lāmbēbānt grāmĭnă rīvis. Fōns dissĭlĭēns vārĭa in glŏmĕrāmĭnă pāssim Lĭquĭtŭr. Scătēt mĕdĭis fōns lārgŭs ărēnis. Spūmāntem in lătĭcēm sē dējĭcit āltō ē săxō, ŭndĕ lŏquācēs Lȳmphæ dissĭlĭūnt. ēt pŏtĕrĕ ē vīvis lĭbāndās fōntĭbŭs ŭndās. Fōns sŏnāt ā dēxtrā tĕnŭi pēllūcĭdŭs ŭndā, Mārgĭnĕ grāmĭnĕō pātŭlŭs sūccīnctŭs hĭātŭs. Hīc fōns, ēt vĭrĭdi cēspĭtĕ mōllis hŭmŭs.

*Descriptio Fontis.* Ov. M. 3, 407.

Fons erat illimis, nitidis argenteus undis,
Quem neque pastores, neque pastæ monte capellæ
Contigerant, aliudve pecus; quem nulla volucris,
Nec fera turbârat, nec lapsus ab arbore ramus.
Gramen erat circà, quod proximus humor alebat;
Sylvaque sole locum passura tepescere nullo.



Digitized by Google

‖ fŏntālĭs. *Plaut.*—SYN. Fōntānŭs.
fōntānŭs. *Bĭs căpŭt intōnsūm fōntānā spārgĭtŭr ŭndā*, Ov. Fast. 4, 655. SYN. Fōntālĭs.
fōntĭcŭlŭs. *Quam ĕx hōc fōntĭcŭlō tāntūndĕm*, &c. Hor. S. 1, 1, 56.
fŏrāmĕn, ĭnis.—*sīmplēxquĕ fŏrāmĭnĕ paūcō*, Hor. A. Poet. 203. SYN. Mēātŭs căvŭs, āntrūm, rīmă, fīssūră, spīrāmēntūm. EPITH. Căvūm, ăpērtūm, pătēns, hĭāns, tĕnŭĕ, āngūstūm. PHR. Āngūstŭs ădĭtŭs, ārctŭs ĕxĭtŭs. V. *Rima.*
fŏrās. *Sī quī dīctă fŏrās ēlĭmĭnĕt, ŭt cŏĕăt pār*, Hor. Ep. 1, 5, 25.
fŏrātŭs. *Pācĕ sălūtāntĭs sēsē intŭlĭt ātquĕ fŏrātās*, Sedul. SYN. Fōssŭs, ēffōssŭs, pătēns, hĭāns.
fōrcēps, ĭpis. *ā cārbōne ĕt fōrcĭpĭbŭs, glădĭīsquĕ părāntĕ*, Juv. 10, 131. SYN. Fōrfĕx, *vel* vūlsēllă. EPITH. Tĕnāx, cūrvă, ădūncă, ăhēnă, bĭfĭdă, mōrdāx, hăbĭlĭs, ăcūtă, bĭsūlcă. PHR. Vērsāntquĕ tĕnācī fōrcĭpĕ fērrūm. Fērrūm ēdūcĭt fōrcĭpĕ cūrvā ĕt lăcūbūs dēmĭttĭt, *vel* ĕt tĕpĭdīs dēmĭttĭt ăquīs.
fŏrēnsĭs, ĭs.——*pŏsĭtā grăvĭtātĕ fŏrēnsī*, Ovid.
fŏrēs, ĭūm. *īn fŏrĭbŭs lāxōs sūspēndĭt ărānĕă cāssēs*, Virg. G. 4, 247. SYN. Jānŭă, ōstĭă, ădĭtŭs, vēstĭbŭlūm. EPITH. Ăspĕræ, rōbūstæ, rĭgĭdæ, dĭffĭcĭlēs, sūrdæ, pīctæ, quĕrŭlæ, cælātæ, ærĕæ, fērrĕæ, fōrtēs, ōrnātæ. VERS. Dĭffĭcĭlēm mōtū cārdĭnĕ pāndĕ fŏrēm. Impŭlĭt ācrī Tūm vălĭdās strīdōrĕ fŏrēs. ĕt sēdĕō dūrās jānĭtŏr āntĕ fŏrēs. V. *Porta, Janua.*
fōrfĕx, ĭcis. *Fōrfĭcĕ læsă cŭtĭs, tăcĭtūm nĕ pūstŭlă vīrŭs*, C. SYN. Fōrcēps. EPITH. Bĭfĭdă, bĭsūlcă, ăcūtă.
fŏrī, ōrūm. *Dētūrbāt lāxātquĕ fŏrōs, sĭmŭl āccĭpĭt ălvĕō*, Virg. Æn. 6, 412. SYN. Trānstră, *vel* ālvĕŭs, ālvĕārĕ.
fŏrĭs, Adv. *Nĕ bĭbĕrĭs dīlūtă; fŏrĭs ēst prōmŭs, ĕt ātrūm*, Hor. S. 2, 16, 412. SYN. ēxtrā.
fōrmă. *āt mĭhĭ, quōd fōrmās ūnŭs vērtēbăr ĭn ōmnēs*, Prop. 4, 2, 47. SYN. Fĭgūră, ēffĭgĭēs, ĭmāgo, *vel* ēxēmplăr, tȳpŭs, *vel* pūlchrĭtūdo, vĕnūstās, dĕcŏr, spĕcĭēs. EPITH. Ēxĭmĭă, sŭpērbă, dĕcēns, gĕnĕrōsă, ēgrĕgĭă, hŏnēstă, ānceps, fŭgāx, vēlōx, brĕvĭs, cădūcă, flūxă, frăgĭlĭs, cāndĭdă, dĕcōră, splēndĭdă, vĕnūstă, præstāns, pŏtēns, lætă, vānă, mūtābĭlĭs, īnstăbĭlĭs, īnsīgnĭs, nōbĭlĭs, laūtă. PHR. Ēgrĕgĭūm fōrmæ dĕcŭs, dĕcŏr, hŏnŏs, nĭtŏr. V. *Pulchritudo.*
fōrmīcă.——*ēxēmplo ēst māgnĭ fōrmīcă lăbōrĭs*, Hor. S. 1, 1, 33. EPITH. Impĭgră, sōlērs, răpāx, sōllĭcĭtă, frūgĭlĕgă, prūdēns, prōvĭdă, ĭngĕnĭōsă, vĭgĭl, prōmptă, ēxĭlĭs, pārvă, pārvŭlă, tĕnŭĭs, lăbōrĭōsă, ăvāră, pārcă, sēdŭlă. PHR. Prōvĭdă bēstĭă. Pārcūm gĕnŭs. Nĭgrūm āgmĕn. Quæsītī fōrmīcă tĕnāx. Fārrĭs pŏpŭlātrĭx tūrbă. Pătĭēns fōrmīcă lăbōrūm. Nōn īncaūtă fŭtūrī. Præsāgă fŭtūrī. Hȳĕmĭs mĕmŏr. Stŭdĭōsă lăbōrĭs. Ĭnŏpī mĕtŭēns sĕnēctæ. VERS. In brūmām cōndĭt nŏvă fārră. Ōrĕ trăhĭt quōdcūnquĕ pŏtēst, ātque āddĭt ăcērvō, quēm strŭĭt, haūd ĭgnāra ăc nōn īncaūtă fŭtūrī. Ūt rĕdĭt, ĭtquĕ frĕquēns lōngūm fōrmīcă pĕr āgmĕn, Grānĭfĕrō sŏlĭtūm dūm vĕhĭt ōrĕ cĭbūm. Hic nōs frūgĭlĕgās āspēxĭmŭs āgmĭnĕ lōngō, Grānde ŏnŭs ēxĭgŭō fōrmīcās ōrĕ gĕrēntēs.

*Descriptio formicarum grana convectantium*, Virg. Æn. 4, 402.

Ac veluti ingentem formicæ farris acervum
Cùm populant, hyemis memores, tectoque reponunt;
It nigrum campis agmen, prædamque per herbas,
Convectant calle angusto; pars grandia trudunt
Obnixæ frumenta humeris, pars agmina cogunt,
Castigantque moras: opere omnis semita fervet.

fōrmīdābĭlĭs. *Nūllæ ĭn frōntĕ mĭnæ nĕc fōrmīdābĭlĕ lūmĕn*, Ov. M. 2, 857. SYN. Trĕmēndŭs, tērrĭbĭlĭs, hōrrĭbĭlĭs, hōrrēndŭs, fōrmīdāndŭs, tĭmēndŭs, mĕtŭēndŭs.
fōrmīdo, ās. *Jūdĭcĭs, ārgūtūm quæ nōn fōrmīdăt ăcūmĕn*, Hor. A. Poet. 364. SYN. Mĕtŭo, tĭmĕo, păvĕo, rĕfōrmīdo, pērtĭmēsco. V. *Timeo.*
fōrmīdo, ĭnis. *Tū nĭhĭl ādmīttēs ĭn tĕ fōrmīdĭnĕ pœnæ*, Hor. Ep. 1, 16, 53. SYN. Păvŏr, mĕtŭs, tĭmŏr, trĕmŏr, hōrrŏr. EPITH. ānceps, ānxĭă, trĕpĭdă, ēxānguĭs, gĕlĭdă, sēgnĭs, sōllĭcĭtă, vĭgĭl, īnsōmnĭs, pāllĭdă, hōrrĭdă, ægră, dŭbĭă, frīgĭdă, sŭbĭtă. Ĭnŏpīnă, rĕpēntīnă, ĭmbēllĭs, păvēns. V. *Timor.*

Digitized by Google

**formo**, ās. *ĕt sĭmĭli fōrmātā vĭdēbānt ēssĕ fĭgūrā*, Lucr. 2, 1259. SYN. Ēffōrmo, fingo, ēffingo, cŏmpōno.

**fōrmōsŭs.** *Sic ĕtĭām pŏsĭtis fōrmōsŭs ămōrĕ căpĭllis*, Mart. 7, 28, 3. PHR. Pŭlchĕr, dĕcōrŭs, vĕnūstŭs. PHR. Fōrmā insignis, cōnspĭcŭŭs, ēgrĕgĭŭs, cōnspĭcĭēndŭs, præstāns: făcĭē spēctābĭlis. Cui plūrĭmă frōntis Mājēstās, ĕt hŏnōs. V. *Pulcher*.

**fōrnāx**, ăcis. *Vĭdĭmŭs ŭndāntĕm rŭptis fŭrnācĭbŭs Ætnām*, Virg. Geo. 1, 372. SYN. Căminŭs. EPITH. căpāx, cŭrvă, văpōrĭfĕră, ārdēns, cāndēns, ănhēlāns, fŭrēns, flagrāns, ignĕă, ignĭvŏmă, flāmmĭvŏmă, rŭtĭlă, ignĭtă, Ætnæă, ātră, fūmāns, fūmĭfĕră, Sĭcŭlă, vŏrāx, ăvĭdă, nigră, pĭcĕă, ærārĭă, cālcārĭă, mĕtāllĭcă. VERS. Fōrnāx lōngo incāndŭit æstū. Chălybs vāstā fōrnācĕ lĭquēscit. Rūptīquĕ căvis fōrnācĭbŭs ignēs. Fōrnācĕ ignĕă vis fŭrit. Ē fōrnācĕ prŏfūndā Sāxa igni tōrquēntĕ crĕpānt. Sūlphŭrĕis ārdēt fōrnācĭbŭs Ætnă. Qui fŭrēntēs sēmpĕr Ætnæis jŭgis Vērsāt căminōs.

‖ **fōrnico**, ās. SYN. Cămĕro, ārcŭo, cŭrvo. PHR. Fōrnicis in mōrĕm strŭo, ērigo, ædĭfico, sinŭo, fōrmo, ēdūco. Incūrvæ strŭit in tēstūdĭnis ārcūs. Cămĕræ sinŭōsă strŭit cūrvāmĭnă. Cămĕræquĕ sinūs mōlītŭr ŏpācæ. Inflēxōs tēctūm ēdūcit in ārcūs.

**fōrnix**, ĭcis. *Lēnōnŭm pŭĕri quŏcŭnque in fōrnĭcĕ nāti*, Juv. 3, 156. SYN. Cămĕræ, tēstūdo, ārcŭs, thŏlŭs, *testudinis umbilicus*. EPITH. Căvŭs, cōncăvŭs, cŭrvŭs, inflēxŭs, pēndēns, pēnsilis, ŏpācŭs. PHR. Cōnvēxi fōrnicis ārcŭs. Incŭrvŭs lātō cūrvāmĭnĕ fōrnix. Flēxŭs fōrnicis ingēntēs. VERS. In lātōs ăbĕūnt cūrvāti fōrnicis ārcūs. Căvērnōsi fōrnicis āntră lŏcās. Cārcĕris ūmbrōsi nigrō sŭb fōrnicĕ. Ūmbrāt mūltĭcăvŭs spătĭŏsō limĭtĕ fōrnix.

**fōrsăn.** *Mittĭtĕ: fōrsăn ĕt hæc ōlim mĕmĭnīssĕ jŭvābit*, Virg. Æn. 1, 207.

**fōrsităn.** *Hæc ă Sārdōis tĭbi fōrsitān ēxŭlis ōris*, Mart. 8, 32, 7.

**fōrtāssĕ.** *Crēdĭdĕrāt cæloque ănĭmŭm fōrtāssĕ fĕrēbăt*, Virg. Æn. 10, 548.

**fōrtāssis.**—*Căstŭs fōrtāssis ămātŏr*, Sed.

**fōrtĕ.** *Fōrtĕ sŭb ārgūtā cōnsēdĕrăt ilĭcĕ Dăphnis*, Virg. Ecl. 7, 1. SYN. Fōrsăn, fōrsităn, fōrtāssĕ, fōrtāssis, *vel* fōrtŭĭtō, fōrtūnā, cāsū.

**fōrtis**, *animo*. SYN. Māgnănĭmŭs, gĕnĕrōsŭs, ănĭmōsŭs, invictŭs, aūdāx. PHR. Præstāns ănimi. Vir fōrti pēctŏrĕ. Virĭbŭs invictŭs. Vinci nēscĭŭs. Ārmis ăcĕr. Ingēns ănĭmis. Bēllō fōrtis, invictŭs, dūrŭs. Cui gĕnĕrōsŭs ēbūllit sănguis. Quĕm māscŭlă virtŭs ēxcitāt. Mārtĕ fĕrōx, ĕt vinci nēscĭŭs ārmis. Căpŭt insŭpĕrābĭlĕ bēllō. Virĭbŭs ēgrĕgĭis ĕt firmō pēctŏrĕ præstāns. Invictāquĕ bēllō Dēxtĕră. Quām fōrti pēctŏre ĕt ārmis? VERS. Sūnt nōbis fōrtiă bēllō Pēctŏră, sūnt ănimi, ĕt rēbŭs spēctātă jŭvēntūs. Ō præstāns ănimi jŭvĕnis, quāntum ipsĕ fĕrōci Virtūte ēxŭpĕrās? Qui se in bēllă sĕquāntŏr, Præstāntēs virtūtĕ lēgit. V. *Bellator*, *Generosus*.

**fōrtis**, *corpore*. *Vi fōrtis ăd ārmă*, Ov. Fast. 2, 681. SYN. Rōbūstŭs, vălĭdŭs, virĭbŭs insignis, pŏtēns, ăcĕr. V. *Robustus*.

**fōrtĭtĕr.** *Sōlō, nil vērbi, pĕrĕās quin fōrtĭtĕr, āddām*, Hor. Sat. 2, 3, 42. SYN. Ănĭmōsĕ, cōnstāntĕr, *vel* vălĭdē, nērvōsĕ.

‖ **fōrtĭtūdo**, inis. SYN. Rōbŭr, virēs, vigŏr, ănimŭs. EPITH. Firmă, vălĭdă, prævălĭdă, fōrtis, sŏlĭdă, dūră, invictă, rigĭdă, indŏmĭtă, inēxpūgnābĭlis, nērvōsă. V. *Robur*, *et Animus*.

‖ **fōrtŭĭtō.** SYN. Cāsū, fōrtĕ, fōrtūnā.

**fōrtŭĭtŭs.** *Nĕc fōrtŭĭtŭm spērnĕrĕ cēspĭtĕm.* (Alcaic.) *Nām nĕquĕ fōrtŭĭtōs ōrtŭs sŭrgēntĭbŭs āstris*, M. *Alii*, fōrtuĭtŭs, *trissyl. faciunt*.

**Fōrtūnă.** *Stăt Fōrtūnă dŏmūs, ĕt ăvi nŭmĕrāntŭr ăvōrŭm*, Virg. Geo. 4, 209. *Dea credita apud Ethnicos, culta honore præcipuo ab incolis Prænestis et Antii, in Latio: et Rhamnuntis, in Atticâ. Cæcam fingebant, modò medios inter fluctus globo malè insistentem, modò cum rotâ perpetuò volubili.* SYN. Căsŭs, fōrs, sōrs, fātŭm, Rhāmnūsis, Rhāmnūsiă, Prænēstină Dĕă. EPITH. Sŭpērbă, impĕrĭōsă, lĕvis, incērtă, vŏlūbĭlis, infĭdă, ăncēps, dŭbĭă, imprŏbă, mĭnāx, insĭdĭāns, caūtă, văgă, fāllāx, fātālis, vēlōx, răpĭdă, impŏtēns, lābāns, mūtābĭlis, ămbĭgŭă, mălĭgnă, illūdēns, insĭdĭōsă, cădūcă, fŭgāx, fŭgĭtīvă, præcēps, jŏcāns, jŏcōsă, insānă, vērsūtă, inānis, vānă, mŏbĭlis, dēcēptrix, mēndāx, incōnstāns, instābĭlis, ingrātă, crūdēlis, inēlūctābĭlis, ōmnĭpŏtēns. PHR. Dĕă cæcă, immitis, mŏbĭlis. Fōrtūnæ nūmĕn, ārbitrĭŭm, ālĕă fōrtūnæ. Sōrtis hūmānæ vicēs. VERS. Fōrtūnă nūnquām sistit in ĕōdĕm grădū. Cērtō stārĕ lŏcō nēscĭă.

Versātur celeris Fors levis orbe rotæ. Sēmpēr mōvētūr, vărīăt, ēt mūtāt, vĭces: ēt summa in imum vertit, āc versa ērigit. Mŏdŏ lætă mănĕt, vultūs mŏdŏ sūmit ăcērbōs ēt tāntūm cōnstāns in lēvitātĕ suă ēst. Spēs hŏmĭnūm vānās insĭdĭōsă făcit. Miscēt ădversă sĕcūndis. Nūlli fortūnă fĭdēm præstāt. Fŏrtūnă lăbăt succēssibūs ancēps. Ancēps vărĭōs rŏtăt ālĕă cāsūs. Pāssibūs ambĭgŭis fortūnă vŏlūbĭlis ērrăt. Sŏlĕt ēssĕ bŏnis dūrĭŏr, æquă mălis. Quāntī cāsūs hūmānă rŏtānt! Quāntis sēsē fortūnă rĕvŏlvit Cāsibŭs! Lūdūm insŏlēntēm lūdĕrĕ pērtĭnāx, Trānsmūtāt incērtŏs hŏnōrēs: Nūnc mĭhi, nūnc ălĭis bĕnignă. Cērtūm præsēns vix hăbĕt hōră fĭdēm. Omnĭă sūnt hŏmĭnūm tĕnŭi pēndēntĭă filō: ēt sŭbĭtō cāsū, quæ vălŭērĕ rŭūnt. Fīdĭtĕ virtūtī, fortūnă fŭgācĭŏr ūndis. Hæc Dĕă nōn stăbĭlis, quām sit lĕvis, orbĕ fătētūr, Quæ sūmmūm dŭbiō sūb pĕdĕ sēmpēr hăbĕt: Quŏlĭbĕt ēst fŏliō, ēt quāvis incērtĭŏr aūră. Aūdēntēs fortūnă jŭvăt. O fortūnă pŏtēns, quām vărĭăbĭlis, Tāntūm jūris ătrōx quæ tĭbi vēndĭcās, ēvērtisquĕ bŏnŏs, ērigis imprŏbŏs, Nēc sērvārĕ pŏtēs mūnĕrĭbūs fĭdēm. Fortūna immĕrĭtŏs aūgĕt hŏnōrĭbūs. Fortūna innŏcŭŏs clādĭbŭs āfficit, Jūstŏs istă virŏs paūpĕriē grăvăt, indignŏs ĕădēm dīvĭtiis bĕăt: Hæc aūfērt jŭvĕnēs, ēt rĕtĭnēt sĕnēs, injūsto ārbitriō tēmpŏră dīvĭdēns: Quŏd dignis ădĭmit, trānsit ăd impĭŏs, Nēc discrīmĕn hăbĕt, rēctăquĕ jūdĭcăt: incōnstāns, frăgĭlis, pērfĭdă, lūbrĭcă. Nēc quŏs clārĭfĭcăt pērpĕtŭō fŏvĕt, Nēc quŏs dēsērŭit pērpĕtŭō prĕmit.

*fortuna secunda.* SYN. Fortūnă rĭdēns, ămīcă, plăcĭdă, prōspĕră, faūstă, fēlix, bĕnignă, mītis, făvēns. Vultūs fortūnæ bĕnignŭs. PHR. Vultū rīdĕt fortūnă sērēnō. Faūstis sūccēssĭbūs, fātis, ămīcis ūtī. Alĭtĕ dēxtrō, lætis aūspĭcĭis frŭī. Vēntis sĕcūndis, sĕcūndō flātū ūtī. VERS. Dūm flārēt vēlis aūră sĕcūndă mĕis. Si plăcĭdō dūcās cāndĭdă vēlă mări. Bēlli sĕcūndōs rĕddĭdit ēxĭtūs. V. *Felix.*

*fortuna adversa.* SYN. Fortūnă iniquă, sævă, dūră, incōmmŏdă, inĭmīcă, trīstis, āspĕră, fērrĕă, invĭdă, nŏxĭă, dīră, crūdēlis, mălă, grăvis, ădvērsi incōmmŏdă fāti. Aspĕră fātă. Trīstēs cāsūs. Rēs āfflīctæ, ārctæ, dŭbiæ, dūræ. PHR. Fātis trīstĭbūs āngi. Dūris ēxērcēri fātis. Vărĭis, iniquis ūrgēri cāsĭbŭs. VERS. Mĭsĕrūm trīstis fortūnă tĕnācĭtĕr ūrgĕt, insōntēm dūris sōrs prĕmit ātră mălis. Gĕnŭs hūmānūm sōrs ŏpĕrōsă prĕmit, vēxăt. Nēc vĕnit incœptis mōllĭŏr aūră mĕis. V. *Infortunium.*

fortūnātē. *ingĕnĭūm mĭsĕrā quĭă fōrtūnātĭūs ārtĕ,* Hor. A. Poët. 295. SYN. Fēlīcĭtĕr, bĕātē, faūstē. PHR. Sĕcūndō sūccēssū. Fēlīcĭbŭs aūspĭcĭis. Dīis aūspĭcĭbŭs. Aūspĭcĕ Christō, cœlō. Aūspĭcĭō faūstō, ōmĭnĕ dēxtrō. V. *Feliciter.*

fortūnātūs. *Fōrtūnātŭs ĕt illĕ Dĕōs qui nōvit ăgrēstēs,* Virg. Geo. 2, 40. SYN. Fēlix, bĕātŭs, *vel* prōspĕr, faūstūs. PHR. Blāndā ūtēns fortūnā. Dĕōs ēxpērtūs ămīcōs. V. *Felix.*

fortūno, ās.——*Dĕūs tĭbi fōrtūnāvĕrit hōrūm,* Hor. Ep. 1, 11, 22. SYN. Bĕo, prōspĕro, fēlīcĭto, sĕcūndo, făvĕo, vōtis ānnŭo.

fŏrūm *mercatorium.*—*Fŏrum Āppī Dĭffērtūm naūtīs,* Hor. Sat. 1, 5, 3. SYN. Plătĕă, ārĕă, cōmpĭtă, mērcātūs, măcēllūm, nūndĭnæ. EPITH. Sŏlēnnĕ, frĕquēns, vēnālĕ, vēnālĭtĭūm. PHR. Ānnōnæ gĕnŭs ōmnĕ, *vel* mērcēs vēnālĭtĭās ēxpōnēns.

*forum civile.* *Fŏrŭmquĕ lĭtĭbŭs ōrbūm,* Hor. C. 4, 2, 43. SYN. Cūrĭă, Sĕnātūs, rōstră. EPITH. clāmōsūm, frĕmēns, tūrbĭdūm, vērbōsūm, trīstĕ, ārgūtūm, dŏlōsūm, lēgĭfĕrūm, raūcūm, sĕvērūm, sānctūm, injūstūm. PHR. Fŏrēnsĭă, jūdĭcĭālĭă, claūstră. Jūdĭcĭālĕ, jūris trĭbūnăl. Aūlă fŏrēnsis. Fŏrēnsēs cāncēlli. VERS. Rĭgĭdi flēctĕrĕ jūră fŏri. Fōră Mārtĕ sŭō lītĭgĭōsă văcānt. Cēdānt vērbōsi gārrŭlă vērbă fŏri. Strīdŭlă clāmōsis ēxērcēnt pēr fōră lītēs Caūsĭdĭcōs.

fōssă. *ingēntēsquĕ tĕnēnt fōssās, ĕt tūrrĭbŭs āltīs,* Virg. Æn. 9, 470. SYN. Fŏvĕă, lăcūnă, scrŏbs, *vel* vāllūm. EPITH. prærūptă, pătŭlă, hĭāns, īmă, prŏfūndă, ōbscūră, ātră, pătēns, ăpērtă, āltă, hūmĭlis, ōbscœnă, căvă. VERS. Pārs in præcĭpĭtēs fōssās ūrgēntĕ rŭīnā Vōlvĭtūr. Cæcō fŏvĕæ dēcēptūs hĭātū. In pătŭlōs cōncāvă fōssă lăcūs. Cingĕrĕ, circūmdărĕ mœnĭă fōssis.

‖ fŏssĭlis. SYN. Fōssūs, ēffōssūs.

fōssŏr, ōris. *Ēt lăbĕfāctă mŏvēns rōbūstūs jūgĕră fōssŏr,* Virg. G. 2, 264. V. *Arator.*

fŏvĕă. *Dōnĕc hŭmō tĕgĕrĕ, āc fŏvĕis ābscōndĕrĕ discānt,* Virg. Geo. 4, 558. SYN. Fōssă.

fŏvĕo, fōvi, fōtūm. *Hærĕt, ĕt intĕrdūm grĕmĭō fŏvĕt; inscĭă Dīdō,* Virg. Æn. 1,

718. SYN. Călĕfăcio, *vel* ălo, tĕgo, *vel* mŭlcĕo, *vel* tŭĕŏr, tūtŏr, dēfendo. VERS. Prōgĕniem, nīdōsquĕ fŏvēnt. Fœtūsquĕ tĕnēllōs Blāndă fŏvēt. Sŭppŏsītis incŭbăt ōvis. Vūlnĕră crūdă fŏvēt lȳmphis. Cāstră fŏvēt mīlĕs.

frāctŭs, ă, ŭm. *Cōntūsōsque ănĭmōs, ĕt rēs mĭsĕrābĕrĕ frāctās*, Virg. G. 4, 240. SYN. Infrāctŭs, cōntūsŭs, ēffrāctŭs, ōbtrītŭs, *vel* dēbĭlĭtātŭs, āfflictŭs.

frœno. *Rūmpĕrĕt, ĕt glăcĭĕ cūrsūs frænārĕt ăquārŭm*, Virg. Geo. 4, 136. SYN. Infræno, *vel* cōĕrcĕo, cōntĭnĕo, rĕtĭnĕo, sŭbĭgo, dŏmo, mŏdĕrŏr. PHR. Frænis, hăbēnis flecto, cōhĭbĕo, cōmpēsco, prĕmo, tōrquĕo, dŏmo, rĕgo. Equōrŭm cōllă flectĕrĕ frænis. Lōră tĕnērĕ mănū. VERS. Rĭgĭdisquĕ dŏcēt sērvīrĕ lŭpātis. Pārĕt ĕquūs lēntis ănĭmōsŭs hăbēnis. Lēntă păti frænă dŏcēntŭr ĕqui. Tergă prĕmēbăt ĕqui, spūmāntĭăque ōră rĕgēbăt. Flēctit in ōrbēm Quādrŭpĕdis cūrsūs, spūmāntĭăque ōră cōērcēt. V. *Habena.*

frænŭm. *Stăt sŏnĭpēs ăc frænă fĕrōx spūmāntĭă māndit*, Virg. Æn. 4, 135. SYN. Hăbēnæ, lōră, lŭpātŭm, căpīstrŭm, lŭpi, rĕtĭnācŭlŭm, vīncŭlă, *aliq.* Fræni, ōrŭm, m. EPITH. Ārctŭm, strictŭm, sŭbstrictŭm, tōrtŭm, sŏnāns, spūmāns, flēxĭlĕ, ēffūsŭm, lāxŭm, vălĭdŭm, lēntŭm, rĭgĭdŭm, hŭmēns, ūdŭm, dūrŭm, īmmīssŭm, dĭffĭcĭlĕ, mōbĭlĕ, văgŭm. PHR. Mŏdĕrāmĕn ĕquōrŭm. VERS. Dăt mōllĭbŭs ōră căpīstris. Hinnit, ĕt ūdă fĕrōx frænă rĕmōrdĕt ĕquūs.

frāgă, ōrŭm.——*ĕt hŭmi nāscēntĭă frāgă*, Virg. Ecl. 3, 92. EPITH. Mōntānă, mōllĭă, rŭtĭlāntĭă, rŭbēntĭă, rĕdŏlēntĭă. PHR. Jūcŭndi frāgă săpōris.

frăgĭlĭs. *Jām sŭbĕūnt ānni frăgĭlēs, ĕt īnērtĭŏr ætās*, Ov. Tr. 4, 8, 5. SYN. Tĕnŭis, tĕnĕr, cădūcŭs, *vel* dēbĭlĭs, īnfīrmŭs.

frāgmĕn, ĭnis.—*ātque īngēnti frāgmĭnĕ mōntis*, Virg. Æn. 10, 698. SYN. Frāgmēntŭm, sēgmēntŭm, frūstŭm. EPITH. Părvŭm, ēxĭgŭŭm, ēxīlĕ, tĕnŭĕ, mĭnūtŭm.

frăgŏr, ōris.—*Cœlŭm tŏnăt ōmnĕ frăgōrĕ*, Virg. Æn. 9, 541. SYN. Sŏnĭtŭs, sŏnŭs, strĕpĭtŭs, strīdŏr, mūrmŭr. EPITH. Hōrrĭsŏnŭs, hōrrēndŭs, grăvis, raūcŭs, rĕsŏnŭs, răbĭdŭs, mŏlēstŭs, māgnŭs, sŭbĭtŭs, rĕpēntīnŭs, vĕhĕmēns, rĕsŏnāns, rĕsūltāns, vāstŭs, præcēps. VERS. Tērrĭfĭcŭm tēllūs dĕdit ictă frăgōrĕm. Fūlmĭnĕŭs quătit āstră frăgŏr. Ārmis crĕpĭtāntĭbŭs īngēns ēxŏrĭtŭr frăgŏr. Tērrĭfĭcō rĕbŏānt mōntānă frăgōrĕ. Cœlŭm tŏnăt ōmnĕ frăgōrĕ. Īngēns frăgŏr ætĕră cōmplĕt. ĭtĕrum ătque ĭtĕrŭm frăgŏr īntŏnăt īngēns, ēnsēsquĕ clȳpĕīquĕ sŏnānt. V. *Murmur.*

frāgrāns. *Fērvĕt ŏpŭs, rĕdŏlēntquĕ thȳmō frāgrāntĭă mēllă*, Virg. Geo. 1, 169.

‖ frāgrāntĭă. SYN. Suāvis ŏdŏr. V. *Odor.*

frāgro. *Frāgrăt ăcērbŭs ŏdŏr*, Valer. 4, 493. SYN. Rĕdŏlĕo, suāvĭtĕr ŏlĕo, spīro. V. *Oleo.*

frăgōsŭs. *Ūrgĕt ŭtrīnquĕ lătŭs nĕmŏris, mĕdĭōquĕ frăgōsŭs*, Virg. Æn. 7, 566. SYN. Sŏnōrŭs, strīdēns, *vel* āspĕr.

Frāncĭă.——*Prōvīncĭă mīssōs Expēllĭt cĭtĭŭs făllāx quăm Frāncĭă rēgēs*, Claud. *Vid.* Gallia.

Frāncŏfōrdĭă, *vel* Frāncfōrdĭă. *Duplex ejusdem nominis urbs in Germaniâ: utraque celebri scientiarum Academiâ illustris.* SYN. Frāncŏfūrtŭm, Hĕlĕnŏpŏlĭs. EPITH. Splēndĭdă, clāră, īnsignis. PHR. Dīvĕs ŏpŭm. Clāră vĭris, ŏpĭbūsquĕ pŏtēns. Ūrbs ā Frāncōrŭm nōmĕn ădēptă vădō. Cūjŭs ĕt Hēctŏrĕi pŏsŭērŭnt nōmĭnă Frānci.

frāngo, frēgi, frāctŭm. *īmpăvĭdŭs frāngit tēlum, ĕt frĕmit ōrĕ crŭēntō*, Virg. Æn. 12, 8. SYN. Īnfrīngo, cōnfrīngo, ēffrīngo, rūmpo, pērrūmpo, pērfrīngo, cōmmĭnŭo, cōntūndo, ēlīdo, *vel* īnfīrmo, fătīgo, dēbĭlĭto. PHR. Pērfrīngo mănū *vel* ōppŏsĭtō gĕnū pērrūmpo. VERS. Ād săxŭm cōrpŏră prēnsă mănū Frāngĕbăt. Frēgĕrăt săxō grăvi Bălīstă pōrtās. Fit viă vi, rūmpūnt ădĭtūs. Bĭpēnnĭs īnstāns quătit ictĭbŭs ārcĕm. Lăbăt ărĭĕtĕ crēbrō Jānŭă, ĕt ēmōti prōcūmbūnt cārdĭnĕ pōstēs. Vīrĭbŭs ōbnīxŭs quăssātăm dīrŭit ŭlmŭm. Cōrrēptā dūră bĭpēnni Līmĭnă pērrūmpit, pōstēsque ă cārdĭnĕ vēllit.

frātĕr, tris. *Frātĕr ŭt Ænēās pĕlăgō tŭŭs ōmnĭă cīrcŭm*, Virg. Æn. 1, 671. SYN. Gērmānŭs. EPITH. Chārŭs, ămātŭs, dīlēctŭs, dūlcis, ūnănĭmis, fīdŭs, fĭdēlis. PHR. Gērmānă prŏpāgo, prōlēs, sōbŏlēs. Frātērnō, gērmānō sānguĭnĕ jūnctŭs. Gĕmĭni frātrēs, fœcūndæ glōriă mātris. Gĕmĭnīquĕ sŭb ūbĕrĕ nāti. Frātrŭm quŏquĕ grātĭă rāra ĕst, *de ætate ferreâ.*

frātrĭcīdă. *Quid frātrĭcīdă quid pĕrēmptŏr īnvĭdŭs.* (Iamb.)

fraūdo. *Nĕc cĭbŭs īpsĕ jŭvăt mōrsū fraūdātŭs, ăcēti*, Mart. 7, 24, 5. SYN. Frūs-

Digitized by Google

tro, ās; et frūstrŏr, āris, fāllo, dēcipio. PHR. Insidiīs, ārtĕ, dēlūdo, circūmvĕnio, irrĕtio, căpio, In fraūdēm ăgo, indūco. Mēntĕ dŏlōsā, āstū fāllāci, fraūdĕ mălignā, ūrgĕo. Fraūdēm mĕdĭtātŭs iniquām. Clām fraūdēs intēxit. Fraūdēm invŏlvĕrĕ vērbīs. V. *Fallo, Decipio.*

fraūdŭlēntŭs. *Cūm pŏpŭlo ĕt dŭcĕ fraūdŭlēntō.* (Dact. T.) Hor. Od. 3, 3, 24. SYN. Dŏlōsŭs, fāllāx, pērfĭdŭs.

fraūs, aūdis.—*Tērrārum ĕt fraūdĭs ăbūnde ēst,* Virg. Æn. 7, 552. SYN. Dŏlŭs, tĕchnæ, fāllăciā, præstigiæ, āstūtiā, āstŭs, insidiæ. EPITH. Occūltā, mālignā, insidiōsā, scĕlĕrātā, nĕfāndā, dŏlōsā, mălā, dīrā, infidā, tăcitā, hōstīlis, caūtā, impiā, invisā, iniquā, vērsūtā, āstūtā, tēctā, hōrridā, ingĕniōsā, lătēns, fictā, sūbdŏlā, mēndāx. PHR. Cōnfictā dŏli mēndăciā. Crīminā fraūdis. Āstūtā mōlīminā. VERS. Tūrpi Fraūdĕ sălūs hōsti quæsitā. ĕt clāndēstinis sūrgēntiā fraūdĭbūs ārmā. V. *Dolus, Fallacia.*

frāxinĕūs. *Frāxinĕæquĕ trăbēs; cūnĕis ĕt fissilĕ rōbūr,* Virg. Æn. 6, 181.

frāxinŭs. *Frāxinŭs in sylvis pūlchĕrrimă, pinŭs in hōrtis,* Virg. Ecl. 7, 65. EPITH. Āltā, ingēns, prōcērā, āĕriā, ūmbrōsā. PHR. Hāstis ūtilis ārbōs. Frāxinĕæ sūdēs, trăbēs. Invisā cōlubris Frāxinŭs.

frāxinŭs, *pro hastā.—nōn stridūlă frāxinŭs irĕt,* Claud. EPITH. Crŭēntā, bĕllicā, sævā, fātālis, fērrātā, missīlis.

frĕmĕbūndŭs.—*Cūrrū frĕmĕbūndŭs ăb āltō,* Ov. M. 12, 128. SYN. Frĕmēns, frēndēns.

frĕmitŭs, ūs. *Circūmstānt frĕmitū dēnsō, stipāntquĕ frĕquēntēs,* Virg. Geo. 4, 216. SYN. Strĕpitŭs. EPITH. Hōrrisŏnŭs, raūcŭs, sŏnōrŭs, grāvis, trĕpidŭs, flēbilis, tristis. PHR. Stridēns mūrmŭr. Clāmŏr frĕmēns. Ĕt răbidi frĕmitŭs, ĕt mūrmŭrā sævā minārūm. V. *Murmur, et Fremo.*

frĕmo, ŭi, ĭtūm. *Pōst tērgūm nōdis, frĕmit hōrridŭs ōrĕ crŭēntō,* Virg. Æn. 1, 296. SYN. Infrĕmo, stridĕo, frēndĕo, mūrmŭro, *vel* indignŏr. PHR. Frĕmitūm dō. Frĕmitū rĕsŏno. VERS. Frĕmitū rĕsŏnānt cūnctā sŏnōrō. Frĕmitu āssūrgēns ūndā mărinō. Cūncti simūl ōrĕ frĕmēbānt. Māgnō circūm clāmōrĕ frĕmēbānt. Vicinæquĕ frĕmūnt ripæ crĕpitāntibŭs ūndis. Frĕmitūquĕ sŏnōrō cōllūctāntŭr ăquæ. Vēnti indignāntēs māgnō cūm mūrmŭrĕ mōntis Circūm claūstrā frĕmūnt.

frēndĕo, ŭi. *ĕt grāvitĕr frēndēns, sic fātis ōră rĕsōlvit,* Virg. Geo. 4, 452. SYN. Infrēndĕo, frĕmo, fŭro. PHR. Dēntĕ minări. Dēntēm dēntĕ fătigāt infrēndēns. Dēntibŭs incūtio dēntēs, frēndēns. Prōdit cōllisis dēntibŭs irās, Dirā frĕmēns.

frĕquēns, ēntis.—*Tēlisquĕ frĕquēntibŭs instānt,* Virg. Æn. 10, 692. SYN. Crēbĕr, nūmĕrōsŭs, mūltŭs, plūrimŭs, *vel* cĕlĕbĕr, frĕquēntātŭs, *vel* āssidŭŭs.

frĕquēntĕr.—*Cūrrŭs nūmĕrāns ĕlĕphāntă frĕquēntĕr,* Mart. 8, 65, 9. SYN. Crēbro, sæpĕ, nōn rārō, *vel* āssidŭē, cōntinŭō.

frĕquēntiă. *Sprēvissĕ trūdūnt crīminŭm frĕquēntiăm.* (I.) SYN. Mūltitūdo, tūrbă, cōpiă. PHR. Vis, nūmĕrŭs ingēns. Tūrbă frĕquēns. Dēnsă cŏhōrs.

frĕquēnto, ās. *ūltimă, quæ bēllō clāri sēcrētă frĕquēntānt,* Vir. Æn. 6, 478. SYN. Cĕlebro. PHR. Sæpĕ ădĕo, cōnvĕnio, viso, inviso. Frĕquēns ădĕo, pĕto.

frĕtūm. *Cyclădăs ĕt crēbris lĕgimŭs frĕtă cōnsită tērris,* V. 3, 127. SYN. Māris āngūstiæ, faūcēs, *vel* mărĕ. EPITH. Tūmēns, ăpērtūm, ūndāns, tōrrēns, naūfrăgūm, spūmōsūm, mināx, săliēns, tūmidūm, frĕmēns. PHR. Cæcō ūndāns æstū. Crēbris frĕtă cōncită vēntis. Frĕmēntis iră frĕti. V. *Mare.*

frētŭs, ă, ūm. *Queis ĕgŏ frētŭs ămō. Cynthiă rūră mĕa ĕst,* Prop. 1, 8, 42. SYN. Fidēns, fisŭs, cōnfisŭs.

frico, ŭi, ctūm. *ĕt pĕdĕ prōsŭbigit tērrām, fricăt ārbŏrĕ cōstās,* Virg. Geo. 3, 156. SYN. Pērfrico, *vel* ūngo, ŏblino.

frigĕfăcio, fēci, făctūm. *Quid jām quid hōc nūnc, frigĕfăctŭs quūm rĭgŭs.* (Iam.) PHR. Frigŏrĕ lædo, prĕmo, āstringo, gĕlo, glăcio.

frigĕo, ŭi.—*Cōrpūsquĕ lăvānt frigēntis ĕt ūngūnt,* Virg. Æn. 6, 219. SYN. Ālgĕo, frigēsco. PHR. Frigŏrĕ cōrripiŏr, cōntrăhŏr, lædŏr, tōrpĕo, pāllĕo, rigĕo. Frigŭs mēmbră, cōrpŭs, ārtŭs, lædit, prĕmit, infēstāt, ūrit, ădūrit. VERS. Āstrictūm gĕlidō frigŏrĕ pēctŭs ĕrāt. Rigidūm pērmānāt frigŭs ăd ōssă. Rigidæ frigŏrĕ pāllĕt ăquæ. Gĕlidŭs cōncrēvit frigŏrĕ sānguis. Tōrpētquĕ vinctŭs frigidō sānguis gĕlū. Ĕt păvĕt ŏbsēssūm glăciāli frigŏrĕ cōrpŭs. Frigūsquĕ pĕr ārtŭs Lābitŭr, ĕt pāllēnt āmissō sānguinĕ vēnæ. Sic lĕthālis hyĕms paūlātim in pēctŏrĕ vĕnit; Vitālēsquĕ viās ĕt rēspirāminā claūsit. V. *Frigus.*

Digitized by Google

**frigēsco.** *Pūlsūs ămŏr, sĕgnĭquĕ jŭvăt frĭgēscĕrĕ lūctū*, Val.
**frigĭdĭtās**, ātis. *ărdōrĕm dŏmĭtă frĭgĭdĭtātĕ făcit*, M. SYN. Frigŭs, gĕlū.
**frigĭdŭs.** *Frigĭdŭs in prātĭs cāntāndō rūmpĭtŭr ānguis*, Virg. Ecl. 5, 71. SYN. Frīgēns, gĕlĭdŭs, ălgĭdŭs, ălgēns. PHR. Gĕlū, frigŏrĕ hŏrrĭdŭs, rigēns, tŏrpēns, ūstŭs, ădūstŭs, sĕgnis, păllĭdŭs. Cui frigŏrĕ păllēnt, *vel* tŏrpēnt mēmbră. Glăcĭē cōnstrictŭs frigŏrĕ. Frigĭdă bĕllō dĕxtĕră. Quēm frigŭs prĕmit. V. *Frigeo.*
**frigŭs**, ŏris. *Frigŏrĭbŭs părto ăgrĭcŏlæ plērūmquĕ frŭūntŭr*, Virg. Geo. 1, 300. SYN. Gĕlū. EPITH. Cōncrētūm, cōntrāctūm, hȳĕmālĕ, brūmālĕ, glăcĭālĕ, Scȳthĭcūm, tŏrpēns, ăcērbūm, rĭgĭdūm, ăcrĕ, immĭtĕ, hŏrrēndūm, dūrūm, inērs, Ărctōūm, mălīgnūm, Rĭphæūm, Bŏrĕālĕ, ĭnīquūm, Hȳpērbŏrĕūm, ăcūtūm, hȳbērnūm, gĕlĭdūm. PHR. Frigŏris ăspĕrĭtās, minæ, vis. Frigĭdŭs hŏrrŏr. Frigĭdŭs āēr. VERS. Strictō cōncrēscūnt frigŏrĕ gūttæ. Intrāt pĕnĕtrābĭlĕ frigŭs in ărtūs. Sævă rĕcūrrēnti mītēscūnt frigŏră vērĕ. Aūt Bŏrĕæ pĕnĕtrābĭlĕ frigŭs ădūrăt. Extĕmplo Ænēæ sŏlvūntŭr frigŏrĕ mēmbră. V. *Frigeo et Hyems.*
*frigus æstivum.* SYN. Æstīvæ ūmbræ: Frigŭs ămœnūm. VERS. Æstīvās prætābāt pŏrtĭcŭs ūmbrās. Ūmbrās ēt frigŏră căptānt. Ămœnī quærĕrĕ frigŏris aūrās. Frigŭs căptābĭs ŏpācūm.
**frōndātŏr**, ōris. *Hinc ăltă sŭb rūpĕ cănēt frōndātŏr ăd aūrās*, Virg. Ecl. 1, 47. SYN. Pūtātŏr.
**frōndĕo.** *Bālsămăque ēt băccās sēmpĕr frōndēntĭs ăcānthi*, Virg. G. 2, 119. SYN. Frōndēsco. PHR. Frōndēs fūndo, ēffūndo, prŏfūndo, spārgo, ăpĕrio, ēxplĭco, gĕro, mitto, ēmitto, indŭo. Frōndĭbŭs indŭo. Frōndĭbŭs indŭŏr, tĕgŏr, cōmŏr, vēstĭŏr, vĭrĕo, vērno, ădŏlēsco, cŏmo. VERS. In pătŭlās lŭxŭrĭārĕ cŏmās. Lūxŭriā fŏliōrum ēxūbĕrăt ărbŏs. Pătŭlō sē tēgmĭnĕ vēstit ărbŏr, ēt ingēntēs āttŏllit ăd æthĕră rāmōs. Ărbŏr fŏlĭīs ēt frōndĕ cŏmāns. Rāmis tēgĭtūr frōndēntĭbŭs ărbŏs. Pērpĕtŭōs gĕrit frōndis hŏnōrēs. Pătŭlis dīffūsă rāmis tērrām ŏpācăt. Dīffūsās pătŭlō lāxābăt stīpĭtĕ frōndēs. Crīnĭbŭs in cœlūm sūrgit fēlīcĭbŭs ărbŏr. Crēvit ēt ūmbrōsās pōrrēxit in āĕră frōndēs ărbŏr dīffūsis ămbĭtĭōsă, *vel* lūxŭrĭōsă cŏmis. Frōndis ŏdōrĭfĕræ laūrōs ŭbī sȳlvă cŏmāntēs ēxplĭcăt. V. *Frons.*
**frōndĕŭs.** *Cōntēmplātŏr ăquās dūlcēs ēt frōndĕă sēmpĕr*, Virg. Geo. 4, 61. SYN. Frōndōsŭs.
**frōndĭfĕr**, ă, ūm. *Frōndĭfĕrăsque ăvĭūm*, &c. Lucr. 1, 18. SYN. Frōndōsŭs.
**frōndōsŭs.** *Sēmĭpŭtātă tĭbī frōndōsā vītis in ŭlmo ēst*, Virg. Ecl. 2, 70. SYN. Frōndĭfĕr. PHR. Frōndĭbŭs, *vel* fŏlĭis ŏpērtŭs, ŏpācŭs, vĭrēns, cŏmāns, vērnāns, tēctŭs, dēnsŭs, lætŭs, ămœnŭs, lūxŭrĭāns, dīvĕs, ăbūndāns.
**frōns**, frōndis. *ēxtrūctōsquĕ tŏrōs ŏbtēntū frōndis ĭnūmbrānt*, Virg. Æn. 11, 66. SYN. Fŏlĭūm, ărbŏrēæ cŏmæ, crīnēs. EPITH. Vĭrĭdis, ăltă, pătŭlă, tĕnĕră, tĕnŭis, crīspă, ărbŏrĕă, grāmĭnĕă, trĕmŭlă, cŏmāns, ūmbrōsă, vērnāns, mŏllis, vĭrĭdāns, crīspāns, lætă, ŏdōrātă, ŏdōrĭfĕră, dēnsă, rĕdĭvīvă, dēcĭdŭă, cădūcă, flāvēscēns, ŏpācă, mŏbĭlis. PHR. Sȳlvārūm, *vel* ărbŏris, dĕcŭs, hŏnōs. Nēmŏrūm cŏmæ, ărbŏris tēgmĕn, ūmbræ. Ărbŏrĕæ cŏmæ. VERS. Ărbŏr dēcĭdŭis vĭdŭātă căpillis. V. *Frondeo.*
**frōns**, frōntis. *Nāsĭdĭēnĕ rĕdis mūtātæ frōntis, ŭt ărtĕ*, Hor. Sat. 2, 8, 84. SYN. Ōs, vūltŭs, făcĭēs. EPITH. Tĕnĕră, dĕcōră, hŏnēstă, sērēnă, nĭtĭdă, lūcĭdă, vĕnūstă, nĭvĕă, plăcĭdă, cāndĭdă, hĭlăris, vĕnĕrāndă, rūgōsă, mŏdēstă, rĕmīssă, ēlātă, mĭnāx, aūdāx, fĕrōx, tŏrvă, ŏbscœnă, sĕvēră, ŏbdūctă, sĕnīlis. PHR. Frōntis hŏnŏr, dĕcŭs. VERS. Căstīgātæ cōllēctă mŏdēstĭă frōntis. Cōntrāctæ sēriă frōntis. Ănŭs ŏbscœnă rūgis ărāt frōntēm. Rūgăque in āntīquā frōntĕ sĕnīlis ĕrit. Grăvēm rĕmīttĕrĕ frōntēm. Sŏlĭcitam ēxplĭcŭĕrĕ frōntēm.
‖ **frūctĭfĕr**, ă, ūm. SYN. Fērtĭlis, frūctŭōsŭs.
**frūctĭfĭco.** *Laūrŭs frūctĭfĭcānt, vīcīnăquĕ nāscĭtŭr ărbŏr*, C. SYN. Frūctŭs părio, fĕro, prōmo, fūndo, ēdo, părtūrio, prōfĕro.
**frūctŭōsŭs.** *Sātūrnālĭă frūctŭōsĭōră*. (Phal.) Mart. 4, 46, 18. SYN. Frūctĭfĕr, frūctĭfĭcŭs, frūgĭfĕr, fērtĭlis, *vel* ūtĭlis. PHR. Frūctŭs ēdēns, fūndēns, părĭēns, părtūrĭēns, mĭnīstrāns, ēdūcēns, fĕrēns, prōfĕrēns, ēdūcāns. Frūctĭbŭs ūbĕr, fœcūndŭs, dīvĕs, ăbūndāns, lŏcŭplēs, grăvis, ŏnĕrātŭs. Frūctŭs ūbĕrĕ, *vel* frūgūm ūbĕrĕ dīvĕs. VERS. Dūlcēs frūctŭs nōn ēdūcăt ărbŏs. Pōmis sē fērtĭlis ărbŏr indŭĕrăt. Prōdĭgă lætō Prŏvēntū bĕăt ăgrĭcŏlām. Lætās fērtĭlis ărbŏr fūndit ŏpēs. Cūrvāntŭr pōndĕrĕ rāmi. Nēc flōrĕ cădūcō ărrĭdēns, blāndă dŏmĭnūm spē lăctăt ĭnānēm. Dēdūcēntĭă rāmōs Pōndĕrĕ pōmă sŭō. Ăspĭcĕ cūrvātōs pō-

Digitized by Google

mōrūm pōndĕrĕ rāmōs: ūt sŭă, quŏd pĕpĕrit, vix fĕrăt ărbŏr ŏnŭs. Pōmăquĕ læsissēnt mātrem, i. e. *arborem*, nisi sūbdĭtă rāmō Lōngă lăbōrānti furcă tŭlissĕt ŏpĕm. V. *Frugifer.*

frūctŭs, ūs. *Frūctŭs ămīcĭtĭæ māgnæ*, &c. Juv. 5, 14. SYN. Pōmă, *vel* fœtŭs, pārtŭs, *vel* ūtĭlĭtās. EPITH. Tĕrrēstris, sȳlvēstris, ămœnŭs, dūlcis, grātŭs, nŏvŭs, dēlĭcĭōsŭs, cŏrrūptŭs, æstīvŭs, suāvis, ānnŭŭs, tĕnĕr, mātūrŭs, præcŏx, ūbĕr, dīvĕs, jūcūndŭs, tēmpēstīvŭs. PHR. Ārbŏrĕi fœtŭs. Præmiă tēllūris. Ārbŏris ŏpēs. Dīvĭtĭæ rāmōrūm. Ārbŏrĕă prōlēs, prŏpāgo. Fœtŭs ărbŏrĕ dēmpti. Pōmă pătŭlis pēndēntiă rāmis. Prēssōs cūrvāntiă rāmōs. Pēndēntēs ărbŏrĕ frūctŭs. Cūrvāns, prĕmēns pōndĕrĕ rāmōs. V. *Suprà fructuosus.*

frūgālis. *Vēntrĕ nĭhĭl nŏvi frūgālĭŭs; hŏc tămĕn ipsūm*, Juv. 5, 6. SYN. Frūgi, bŏnæ frūgis, sōbrĭŭs, mŏdĕrātŭs, mŏdēstŭs, tēmpĕrāns, tēmpĕrātŭs, ābstĭnēns, prūdēns. PHR. Pārvō cōntēntŭs. Lŭxūm pĕrōsŭs, ēxōsŭs. Sōbrĭĕtātis, prŏbĭtātis, virtūtis, pārcĭtātis ămāns.

frūgālĭtās, ātis. *Frūgālĭtātis lēgĕ pōllĕt ēxāctā.* (Scaz.) Pet. A. SYN. Sōbrĭĕtās, mŏdēstĭă.

frūgālĭtĕr. *Cūm me hōrtārētūr pārcē, frūgālĭtĕr, ātquĕ*, Hor. S. 1, 4, 103.

frūgēs, ūm.—*Nŏcēnt ēt frūgĭbŭs ūmbræ*, Virg. Ecl. 10, 76. SYN. Sĕgĕs, mēssis, frūmēntūm. EPITH. Lætæ, ămœnæ, nĭtĭdæ, tĕnĕræ, nŏvæ, fĕrācēs, ŏpīmæ, ūbĕrēs, fœcūndæ, grăvĭdæ, cūltæ, mātūræ. Cĕrĕālēs, aūrĕæ, flāvæ, flāvēntēs, spīcĕæ, trĭtĭcĕæ, tōstæ. PHR. Mūnĕră tērræ. Cĕrĕālĭă dōnă. Cĕrĕris mūnŭs. Rūris ŏpēs. Frūgūm prīmĭtĭæ, mītĭă dōnă, ăcērvi, lŭxŭrĭēs. Tērræ præmĭă, fœtŭs. VERS. Āstrūm quō sĕgĕtēs gaūdĕrēnt frūgĭbŭs. Mēdĭō tōstās æstū tĕrit ārĕă frūgēs. Quīquĕ nŏvās ălĭtis fœcūndō sēmĭnĕ frūgēs. Frūgēs tēllŭs ĭnărātă fĕrēbăt. V. *Seges.*

frūgēsco. *Hinc ăit ēt stĕrĭlēs frūgēscĕrĕ pārcĭŭs āgrōs*, Virg. PHR. Frūgēs ēdo, fūndo, părĭo, pārtŭrĭo. Frūgĭbŭs ăbūndo, dīvĕs sūm.

frūgī. *Tām frūgi Jūnō vēllĕt hăbĕrĕ Jŏvēm*, Mart. 6, 21, 8. SYN. Prŏbŭs.

frūgĭfĕr, ă, ūm. *Tāngit fœcūndis vēntūrās frūgĭfĕr ūndis*, Porph. SYN. Frūctĭfĕr, frūctŭōsŭs. PHR. Frūgēs ēdēns, fūndēns, fĕrēns. Frūgĭbŭs ūbĕr, fœcūndŭs. Frūgūm fērtĭlis, fœcūndŭs, fĕrāx. Frūgūm ūbĕrĕ dīvĕs, fērtĭlis. In frūgēs fœcūndŭs. Lætō frūgūm prōvēntū dīvĕs, *vel* dĭtāns āgrĭcŏlām.

frūgĭlĕgŭs. *His nōs frūgĭlĕgās cōnspēxĭmŭs ōrdĭnĕ lōngō*, Ov. M. 7, 624. SYN. Frūgēs lĕgēns.

‖ frūmēntŏr, āris. PHR. Frūmēntātūm ĕo. Frūmēntūm quæro. Frūmēntūm, *vel* frūmēntārĭă pābŭlă cūro. V. *Pabulor.*

frūmēntūm. *Sī quis ăd ingēntēm frūmēnti sēmpĕr*, &c. Hor. S. 2, 3, 111. SYN. Frūgēs, Cĕrēs, sĕgĕs, mēssis, trĭtĭcūm. EPITH. Pūrūm, flāvēscēns, æstīvūm, aūrĕūm, Cĕrĕālĕ, grāvĕ, lāctēns, grāndĕ, lætūm. PHR. Cĕrĕris frūgēs. Hūmānis ūsĭbŭs āptă Cĕrēs. VERS. Frūmēnta in viridi stĭpŭlā lāctēntĭă tūrgēnt. V. *Fruges.*

frŭŏr, ĕris. *Pōssĕ frŭi; frŭăr ō sōlŭs ămōrĕ tŭō*, Prop. 2, 1, 48. SYN. Pŏtĭŏr, ūtŏr, tĕnĕo, pŏssĭdĕo. VERS. Ōptātō jŭvĕnis pālmæ pŏtĭētŭr hŏnōrĕ.

frūstātim. *Frūstātim sĕcŭit, mōx ēst cōngrēssŭ lĕōni*, M. SYN. In frūstă, mĭnūtātim, mēmbrātim.

frūstrā. *Nē quid ĭnēxpērtūm frūstrā mŏrĭtūră, rĕlinquăt*, Virg. Æn. 4, 432. SYN. ĭncāssūm, nēquĭcquām, ĭnānĭtĕr, ĭnūtĭlĭtĕr. PHR. Vānō cōnāmĭnĕ. Mōlīmĭnĕ cāssō. Ĭnāni cōnātū, nīsū, stŭdĭō. Cāssō ēvēntū. Vānis sūccēssĭbŭs. Quid prōdēst? Quid jŭvăt.

*frustrà laboro.* PHR. Ŏpĕrām pērdo. Cūrās ĭnānēs sūmo, impēndo. Lăbŏr hic stŭdĭō vānēscĕt ĭnāni. Răpĭēnt cōnāmĭnă vēnti. Fūndūm stĕrĭlēm cŏlo. Stĕrĭlĕ sŏlūm ēxērcĕo. Sīccūm stĕrĭli vōmĕrĕ līttŭs ăro. Quid ărēnæ sēmĭnă māndās? Nōn prōfēctūris līttŏră bōbŭs ărās. Făcĕrĕ in sāxō sēmēntēm. Haūrīrĕ ăquām crībrō. Nūgās ăgis. Văcŭās in aūrās ēffūndĕrĕ quēstŭs. Cănĕrĕ sūrdō. In răpĭdōs jăcĕrĕ irrĭtă vērbă Nŏtōs. Vērbă mĭsĕr frūstrā nil prōfĭcĭēntĭă pērdo. Tērrĭbĭlisquĕ Nŏtŭs jāctăt mĕă vērbă, prĕcēsquĕ, ăd quōs mīttŭntŭr, nōn sĭnit īrĕ Dĕōs. Ĭnānēs pērdis, ăit, lăcrȳmās. Tēr frūstrā cōmprēnsă mănŭs ēffūgit ĭmāgo.

frūstro, ās; et frūstrŏr, āris. *Crēdĭtĕ vēră fĭdēs, nēc spē frūstrābŏr ĭnāni*, Arator. *Ēxĭgŭām incēptŭs clāmŏr frūstrātŭr hĭāntēs*, Virg. Æn. 493. SYN. Fraūdo, fāllo, dēcĭpĭo.

frūstūm. *Tēmpŏrĕ ēt ēxĭgŭæ frūstis ĭmbūtŭs ŏfēllæ*, Juv. 11, 144. SYN. Frūs-

Digitized by Google

tŭlūm, pārtĭcŭlă, sĕgmĕntūm, frāgmĕn, frāgmĕntūm, mĭnūtăl. EPITH. Exĭgŭūm, tĕnŭĕ, pārvūm, ēxĭlĕ, mĭnūtūm. PHR. Pārs ĭn frūstă sĕcānt, in frūstŭlă, frūstātim, mĭnūtātim, mĭnūtim cōncĭdĕrĕ, pārtīri.

frŭtēx, ĭcis. *Sylvārūm frŭtĭcūmquĕ vĭrēt, nĕmŏrūmquĕ săcrōrūm*, Virg. Geo. 3, 21. SYN. Ārbūstūm, ārbūscŭlūm, virgūltūm. EPITH. Rāmōsŭs, ārbŏrĕŭs, pārvŭs, ūmbrōsŭs, tĕnĕr, hŭmĭlĭs, ābjĕctŭs, lætŭs, dēnsŭs, crispāns, ŏpācŭs, vĭrĭdĭs, frōndōsŭs, vĭrēns, vĭrĭdāns. V. *Arbustum*.

frŭtĭco, ās: *vel* frŭtĭcŏr, āris. Dep. *Cērnĭs rāmōsĭs pālmās frŭtĭcārĕ lăcērtĭs*, Sidon. SYN. Frŭtĭcēsco, pūllŭlo, gērmĭno. PHR. Frŭtĭcēs, sŭrcŭlōs, rāmōs, pălmĭtēs ēmitto, fūndo, ēffūndo, prōfūndo, spārgo, ēxplĭco. Frŭtĭcūm rāmis, *vel* sylvā vĭrĕo, vĭrēsco, ădŏlēsco, lūxŭrio, ēxŭbĕro, ăbūndo. VERS. Ārbŏr quām mūltŭs ŏpācăt frŭtēx. Mūltĭplĭcēs fūndit frŭtĭcēs, ēt vīmĭnĕ crēbrō Gērmĭnăt. V. *Germino*.

frŭtĭcōsŭs. *Vāllĭbŭs āgrēstēs illĭs frŭtĭcōsă lĕgēbānt*, Ov. M. 6, 344. PHR. Frŭtĭcēs ēmittēns, fūndēns. Frŭtĭcĭbŭs frĕquēns, dīvĕs, crēbĕr, ăbūndāns.

fūcātŭs. *Cārpēbānt, hyălī sătŭrō fūcātă cŏlōrĕ*, Virg. Geo. 4, 335. SYN. Fūcōsŭs, infūcātŭs. PHR. Fūcō illĭtŭs, pictŭs, āspērsŭs, nĭtēns, splēndēns. Fūcātă gĕnās, ēt ămictă dŏlōsis illĕcĕbris. Făcĭēs ŏpĕrōsă cūltū, sătūrō fūcătă cŏlōrĕ. Cērūssātis cāndĭdă būccis.

fūco, ās. *ālbă nĕque Āssyrĭō fūcātūr lānă vĕnēnō*, Virg. Geo. 2, 465. SYN. Infūco. PHR. Fūcō pingo, cŏlōro, tingo, lĭno, illĭno, ōblĭno, āspērgo, ōbdūco, ădūltĕro, ōrno. Fūcūm illĭno, indūco. Cŏlōrēm fūcārĕ. Fūcō cŏlōrēm mēntīŏr. Nātīvūm cŏlōrēm fictā ārtĕ mūtārĕ. Mĕdĭcāmĭnĕ, cōmpŏsĭtis vĕnēnis, mērcātō cūltū nātūrālĕ dĕcūs jŭvārĕ. Pigmēntis ōră, gĕnās, mănūs ēxcŏlĕrĕ, cōmĕrĕ, ădōrnārĕ. Dĕfōrmēs ōrĕ fŭgārĕ nŏtās. Rūgōsām făcĭēm ūnguēntis cēlārĕ, ōbtĕgĕrĕ. Nātūrālĕ dĕcūs fictæ nōn cōmmŏdăt ārti. Ēxtērnō fōrmām cōrrūmpĕrĕ lūxū. Hirsūtās ēxcŏlŭisse gĕnās. VERS. Quid tĭbĭ nūnc mōllēs prōdēst cŏlŭissĕ căpillōs, Sæpĕquĕ mūtātās dispŏsŭissĕ cŏmās? Quid sūccō splēndēntĕ gĕnās ōrnāssĕ? Quid ūnguēs ārtĭfĭcis dōctă sūbsĕcŭissĕ mănū? Vēstēs ēt cingŭlă cōmit Sæpĕ mănū, vĭrĭdīque āngūstăt īaspĭdĕ pēctŭs: Sūbstringītquĕ cŏmām gēmmis, ēt cōllă mŏnīli Circuit: ēt băccis ŏnĕrăt cāndēntĭbŭs aūrēs.

fūcŭs. *Spīrāmēntă lĭnūnt fūcōque ēt flōrĭbŭs ōrās*, Virg. Geo. 4, 29. SYN. Cērūssă, pigmēntūm, ūnguēntūm, *Metaph.* Fraŭs, dŏlŭs. EPITH. vānŭs, fāllāx, ĭnānis, rŭsĕŭs, cŏlōrātŭs, fœmĭnĕŭs, pictŭs, nĭtēns, ŏdōrŭs, ŏdōrātŭs, splēndēns, pĕrĕgrīnŭs. PHR. Vūltūs mĕdĭcāmĕn. Cŏlōrātūm, pictūm vĕnēnūm. Cŏlŏr fūcātŭs, ēmēntītŭs, fictŭs, quæsītŭs, pĕrĕgrīnŭs, ēxtērnŭs nĭtŏr. Sūccŭs splēndēns. VERS. Mēndāci rēsplēndēns glōrĭă fūcō. V. *Fuco*.

fūcŭs. *Insectum. immūnisquĕ sĕdēns ălĭēnā ād pābŭlă fūcŭs*, Virg. Geo. 4, 244. SYN. Vēspă. EPITH. ignāvŭs, ĭnērs, sēgnis, stĕrĭlis. PHR. Sēgnis ăpēs. Spĭcŭlī ēxpērs, ignāvūm pĕcŭs.

fŭgă.—*Lōngūmquĕ fŭgæ nĕ linquĕ lăbōrēm*, Virg. Æn. 3, 160. SYN. Ēffŭgĭūm. EPITH. Fūrtīvă, trĕpĭdātă, præcēps, cĕlĕr, pērnix, ēffūsă, cĭtă, păvĭdă, văgă, tūrpis, tĭmĭdă, tristis, tūtă, āstūtă, prŏbrōsă, vēlōx, rĕpēntīnă, prŏpĕră, lēvis, nōctūrnă, ōccūltă, fēstīnă, prōvĭdă, hŏnēstă, sōllĭcĭtă. PHR. Fŭgæ cūrsŭs. Cūrsŭs fŭgāx, fŭgĭēns. Fŭgæ lăbŏr. Præcēps discēssŭs, ēxĭtŭs, ēxcēssŭs. V. *Fugio*.

fŭgāx, ācis.——*Pĕdĭbŭsquĕ fŭgācĭbŭs istis*, Virg. Æn. 11, 390. SYN. Tĭmĭdŭs, ignāvŭs, mōllis, ĭnērs: ād fŭgām pĕdĕ fērvĭdŭs; *vel* fŭgĭēns, fŭgĭtīvŭs, prŏfŭgŭs, *vel* cĕlĕr, vēlōx, pērnix, *vel* cădūcŭs, frăgĭlis, flūxŭs, brĕvis.

fŭgĭo, fūgi. *implĭcŭit bēllō; qui nōs fŭgĭātis ămīcōs*, Virg. Æn. 11, 109. SYN. Ēffŭgĭo, aūfŭgĭo, diffŭgĭo, *vel* ōdi, vīto, căvĕo, *vel* ēvānēsco. PHR. Fŭgām căpĭo, mātūro, fēstīno, cĕlĕro, mōlĭŏr, ārrĭpĭo, cōrrĭpĭo, ērĭpĭo, tēnto, ăgĭto. Fŭgā ăbīrĕ, sē prōrĭpĕrĕ. Fŭgæ, in fŭgām, *vel* fŭgā tērgă dō. Cāmpōs fŭgā pĕto, cōrrĭpĭo, cārpo. Fŭgā, *vel* pĕdĭbŭs quæro sălūtēm: pĕrīcŭlă vīto: ērĭpĭo mē lēthō. Āspēctū clām mē sūbtrăho. Tăcĭtŭs dēcēdo. Tērgă dō, præbĕo, vērto, cōnvērto. Dătō vēstīgĭă tērgō vērtĕrĕ. VERS. Tūtă pĕtūnt, ēt ēquīs ăvērsi ād mœnĭă tēndūnt. Diffŭgĭūnt quōcūnque ăgĭt ērrŏr. Fŭgit īlĭcĕt ōcyŏr Eūrō. Dīvērsă mĕtū pēr līttŏră pāssim Diffŭgĭūnt. Fŭgā sylvās, sāltūsquĕ pĕrāgrăt. Fŭgĕrĕ ēt pătrĭīs ēxcēdĕrĕ tērris. Răpĭdō tĕmĕrārĭă cūrsū Tūrbă fŭgit. Fŭgām mĕdĭōs tĕnŭērĕ pēr hōstēs. Pĕdĭbŭs tĭmŏr āddĭdit ālās. Cūrsū fēstīnŭs ănhēlō



Digitized by Google

Aūfūgit. Aūt hōs vērsā fŭgā victŏr dărĕ tērgă cŏēgit. Pūlvĕrŭlēntā fŭgā Rŭtŭli dānt tērgă pĕr āgrōs. Dīxĕrāt ēt tĕnŭēs fūgit sceū fūmŭs in aūrās. Haūd mŏră, cōnvērsīsquĕ fŭgāx aūfērtŭr hăbēnis, immīsitquĕ fŭgām Teūcris ŭtrūmquĕ tĭmōrēm. Diffŭgiūnt vērsi trĕpĭdā fōrmīdĭnĕ Trōĕs. Ērgo āmēns dīvērsā fŭgā pĕtit æquŏră Tūrnŭs. Vērsis dărĕ tērgă cărīnis Jūssit, ēt ēxtērnō quærĕrĕ in ōrbĕ fŭgām. Tāndēm prōrĭpŭit sēse, ātque inīmīcă rĕfūgit Līttŏră. īllă dătō vērtit vēstīgiă tērgō. Ālĭpĕdūmquĕ fŭgām cūrsū tēntāvit ĕquōrūm. Ālĭā dē pārtĕ pătēntēs Trānsmīttūnt cūrsū cāmpōs, ātque āgmĭnă cērvi pūlvĕrŭlēntā fŭgā glŏmĕrānt, mōntēsquĕ rĕlinquūnt. Ōmnis cāmpis diffūgit ărātŏr.

fŭgĭtīvŭs. *Vīctōrēm fŭgĭtīvŭs ăgit quis sūffĕrăt hōstēm?* Sidon. V. *Fugax.*

fŭgo, ās. *Trāns pōntūm fŭgăt, ēt tērris īmmīttit ăprīcis,* Virg. Æn. 6, 312. SYN. Pēllo, rĕpēllo, ēxpēllo, prōpūlso, ăbigo. PHR. In fŭgām dō, vērto, cōnvērto, cōnjĭcio; Fŭgām immītto. Sæpĕ fŭgā vērsōs dūx ēgĕrăt hōstēs. Dărĕ tērgă cōgo. V. *Fugio.*

fūlcīmĕn, ĭnis; *vel* fūlcīmēntūm. *Tērră pĭlæ sĭmĭlis nūllō fūlcīmĭnĕ nīxă,* Ov. F. 6, 269. SYN. Cŏlūmĕn, fūlcrūm.

fūlcio, fūlcis, fūlsi, et fūlcīi, fūltūm. *Tū Ptŏlĕmæĕ pŏtēs māgni fūlcīrĕ rŭīnām,* Lucan. 8, 528. SYN. Sūffūlcio, sūstĭnĕo, sūstēnto, fĕro. VERS. Rōbūstis fūltă cŏlūmnis Tēctă. Fērrātis incūmbūnt tēctă cŏlūmnis. In tē ōmnis dŏmŭs inclīnātă rĕcūmbit. Cœlum hŭmĕrō tōrquĕt. Hŭmĕris stēllātūm fūlcit Ŏlympūm Māgnŭs Ātlās. V. *Fero.*

fūlcrūm. *Aūrĕă fūlcră tŏris, ĕpūlæque ānte ōră părātæ,* Virg. Æn. 6, 604. SYN. Fūlcīmĕn, fūlcīmēntūm, cŏlūmĕn, ādmĭnĭcŭlūm. EPITH. Sūppŏsĭtūm, fōrtĕ, vălĭdūm, tūtūm. VERS. Fūlcrō nītūntŭr ăcērnō. Inērs sĕnēctūs ădjūvăt băcŭlō grădūm. Fūlcrō stērnātŭr lēctŭs ĕbūrnō.

fūlgĕo, fūlsi. *Pīctă nĕc īndūctō fūlgēbăt părmă pўrōpō,* Prop. 4, 11, 21. SYN. Ēffūlgĕo, rĕfūlgĕo, fūlgŭro, splēndĕo, lūcĕo, nĭtĕo, cŏrūsco, mĭco. VERS. Jăcit ignĕŭs hāstæ Dīrūm lūmĕn ăpĕx, āc lātē fūlgŭrăt ūmbo.

fūlgĕrĕ, *ab ant. Fulgo. īllæ aūtēm părĭbūs quās fūlgĕrĕ cērnis in ārmis,* Virg. Æn. 6, 826.

fūlgĭdŭs. *Fūlgĭdă prætērtim cūm cērnĕrĕ sæpĕ nĕquīmŭs,* Lucr. 3, 364. SYN. Fūlgēns, cŏrūscŭs, lūcĭdŭs, rŭtĭlŭs, splēndĭdŭs, mĭcāns.

fūlgŏr, ōris. *īllĕ nŏtām fūlgŏrĕ dĕdit, tŏnĭtrūquĕ sĕcūndō,* Ov. M. 6, 619. SYN. Splēndŏr, lūx, nĭtŏr. EPITH. Nĭtĭdŭs, cŏrūscŭs, aūrĕŭs, rŏsĕŭs, rădĭāns, vīvŭs, splēndĭdŭs, nĭvālis, gēmmĕŭs, flāmmĕŭs. VERS. Āspĭcĭēs ŏcŭlōs trĕmŭlō fūlgŏrĕ mĭcāntēs. Mĭcăt ignĕŭs ōrĕ Fūlgŏr. Cūm tŏnĭtrū mĭcăt ignĭfĕris fūlgōrĭbŭs æthĕr.

fūlgŭr, ŭris. *Nām prætĕr pĕlăgi cāsūs, ēt fūlgŭris īctūm,* Juv. 12, 17. SYN. Fūlgētrūm. EPITH. Răpĭdūm, mĭcāns, clārūm, rŭtĭlūm, sŭbĭtūm, ignĭtūm, flăgrāns, flāmmĕūm, rĕpēntīnūm, ignĭfĕrūm, ārdēns, vēlōx, mĭnāx, hōrrĭfĭcūm, fōrmīdābĭlĕ, vānēscēns, rădĭāns, cŏrūscūm. PHR. Fūlmĭnis ignēs. Ēlīsi nūbĭbŭs ignēs. Rŭtĭlæ pĕr nūbĭlă flāmmæ. Rūpti, dĕhīscēntis cœli crēbră lūx. Vĭbrātŭs ăb æthĕrĕ fūlgŭr. Cūm sŏnĭtū trĕmŭlūm vĭbrāntĭă lūmĕn Fūlgŭră. Tērrĭfĭcō mūgītu ārdēns sĕcăt āĕră fūlgŭr. Ēxcūssă nūbĭbŭs ātris Fūlgŭră. V. *Fulmen, Tonitru, et Fulguro.*

fūlgŭrăt. SYN. Fūlgŭr cœlō cădit. Cŏrūscăt fūlmĭnis ignĕă vis. Ingĕmĭnānt ābrūptis nūbĭbŭs ignēs. Crēbris mĭcăt ignĭbŭs æthĕr. Vĭbrātŭs ăb æthĕrĕ fūlgŭr Cūm sŏnĭtū vĕnit. Rūptōquĕ pŏlō mĭcăt ignĕŭs æthĕr. Spārgit rŭtĭlās pĕr nūbĭlă flāmmās Jūpĭtĕr. Cœlō cĕcĭdērūnt crēbră sĕrēnō Fūlgŭră. Căvis ēlīsi nūbĭbŭs ignēs ēxĭlĭūnt, dissĭlĭūnt. Tŏnĭtrū cūm rūptă cŏrūscō ignĕă rīmă mĭcāns pērcūrrit lūmĭnĕ nimbōs. Cæci in nūbĭbŭs ignēs Tērrĭfĭcānt ănĭmōs. Sŭbīndĕ Dissĭlĭūnt rŭtĭlō vĭbrāntĭă fūlgŭră trāctū. Rūmpūnt āĕrĭās fūlgŭră crēbră plăgās. Ignĕă dēcūrsis ērūmpit nūbĭbŭs æthră. Ābrūptă trĕmīscūnt Fūlgŭra ēt āttrītŭs sŭbĭtā făcĕ rūmpĭtŭr āĕr. Rūptisquĕ mĭcānt ē nūbĭbŭs ignēs. Flāmmĭfĕræquĕ vŏlānt māgnūm pĕr īnānĕ săgittæ. Fūlgŭrăque ignĕ mĭcānt. Hinc tŏnăt, hinc missis ābrūmpĭtŭr ignĭbŭs āĕr. V. *Fulmen.*

fūlgŭro. *īnsĭdĭæ, vĕtĭtōquĕ dŏmŭs jām fūlgŭrăt aūrō,* Stat. Theb. 4, 191. SYN. Fūlgŭr jăcio, jăcŭlŏr, vĭbro, ēxcŭtio, ēmitto, spārgo. PHR. Jăcŭlāri ē nūbĭbŭs ignēs. Rĕpĕtītō fūlgŭrĕ tērrĕt ignĭpŏtēns.

fŭlĭcă. *In siccō lūdūnt fŭlĭcæ,* Virg. Geo. 1, 363.—*Avis aquatilis, prope mare,*

Digitized by Google

*stagna, et lacus degens. Cùm in siccum se recipit, et clariori voce clangit, nautas imminentis tempestatis admonet.* SYN. Fŭlix. EPITH. Mărīnă, pălūstris, părvă, văgă. PHR. Plŭvĭām, *vel* imbrēs, signāns.

fūlīgĭnōsus. *Fūlīgĭnōsō thūrĕ plācāntŭr Lărēs,* (Iamb.) Prud. Per. 10, 261. SYN. Ātĕr, nĭgĕr, pĭcĕŭs. Fūlīgĭnĕ tētĕr, squāllēns, nĭgĕr.

fūlīgo, ĭnis. *Sēmpĕr ĕt āssĭdŭā pōstēs fūlīgĭnĕ nigri,* Virg. Ecl. 7, 50. EPITH. Pĭcĕă, ātră, tētră, ŏbscūră, mădĭdă. PHR. Ātrō cōncrētă fūmō īllŭvĭēs. VERS. Āssĭdŭā nigri fūlīgĭnĕ pōstēs. Æstŭăt, āc nigrā sēmpĕr fūlīgĭnĕ squāllĕt Tōtă dŏmŭs.

fūlmĕn, ĭnis. *Fūlmĕn ĕrăt tōtō gĕnĭtōr quæ plūrĭmă cœlō,* Virg. Æn. 8, 427. EPITH. Hōrrēndŭm, ignĭfĕrŭm, infēstŭm, tŏrtŭm, īnĕvītābĭlĕ, Ætnæŭm, cŏrūscŭm, hōrrĭdŭm, ātrŭm, rāpĭdŭm, hōrrĭfĭcŭm, rŭtĭlŭm, vĭŏlēntŭm, intŏrtŭm, ŏblīquŭm, fŭgāx, lævŭm, vălĭdŭm, mīssĭlĕ, æthĕrĕŭm, hōrrĭsŏnŭm, cŏrŭscāns, cœlēstĕ, sūlphŭrĕŭm, ignĭvŏmŭm, trĕmēndŭm, mĕtŭēndŭm, flāmmāns, rĕpēntĭnŭm, fŭrēns, tĕrrĭbĭlĕ, vĭbrātŭm, pĕnĕtrābĭlĕ, trĭfĭdŭm, præsāgŭm. PHR. Fūlmĭnis ictŭs, vīs, īră, ālæ. Fūlmĭnĕŭs, trĭsŭlcŭs ignis. Ēlisi nūbĭbŭs ignēs, ignĕă tēlă Jŏvis. Jŏvis ārmă insignĭă: trĭsŭlcŭm flăgrāns tēlŭm. Cyclōpĕă tēlă. Vindĭcēs flāmmæ Jŏvis. Jŏvis haūd īmĭtābĭlĕ fūlmĕn. Săcrŭm sūlphŭr, cōncŭtĭēns cēlsās vērtĭcĕ tūrrēs. Pērmistăquĕ nimbis Fūlmĭnă missă pŏlō. Jŏvis īrāti missă mānŭ. Sūmmōs fĕrĭēntĭă mōntēs Fūlmĭnă. VERS. Prōcērās quătĭŭnt tūrrēs, ĕt tūrbĭnis ictŭ Dējĭcĭŭnt. Ēxprēssŭm vēntis pĕr nūbĭlă fūlmĕn, æthĕris impŭlsi sŏnĭtū mĭcăt. V. *Fulgur, et Tonitru, et infrà Fulmino.*

fūlmĭnăt. SYN. Fūlmĕn rŭit, cădit, præcĭpĭtăt, mĭnātŭr, *vel fig.* tŏnăt, fūlgŭrăt. PHR. Trĭfĭdēs jăcŭlātŭr Jūpĭtĕr ignēs. Fūlmĭnăt īrātŭs cœli ārbĭtĕr. Tŏnĭtrŭ mĕtŭēndă cŏrūscō Fūlmĭnă præcĭpĭtānt. Cădit in tērrās vis flāmmĕă. Hōrrŏrēm incŭtĭŭnt impĕrĭō īrāti fūlmĭnă missă Jŏvis. Fūlmĭnă vĭbrăt ignĭpŏtēns. V. *Fulmino.*

‖ fūlmĭnātŭs. PHR. Fūlmĭnĕ ictŭs, pĕrcŭssŭs, tāctŭs, āfflātŭs, pĕrcūlsŭs, ēxūstŭs. Dē cœlō tāctŭs.

fūlmĭnĕŭs. *Laūdāvitquĕ sŏnō fūlmĭnĕō,* Sid. SYN. Vĭŏlēntŭs, ācĕr, ārdēns.

1. fūlmino, ās. *Cæsăr dŭm māgnŭs ăd āltŭm Fūlmĭnăt Eūphrātēn bēllō,* Virg. Geo. 4, 561. PHR. Fūlmĭnă mitto, vibro, jăcŭlŏr, libro, tŏrquĕo, intŏrquĕo, mōlĭŏr, jăcto, spārgo. VERS. Tōtō vindēx plūrĭmă cœlō Dējĭcit in tērrās Dīvŭm Rēx fūlmĭnă. Tērrās fūlmĭne infēstō quătit: Mēntēsquĕ nōstrās ignĭbŭs tērrēt săcris. Missō pērfrēgit Ōlympŭm Fūlmĭnĕ. Quătit immāni mĕtŭēndŭm pōndĕrĕ fūlmĕn. Fĕrit tĕrrĭbĭli jăcŭlātŭr fūlmĭnă dēxtră. Fūlmĕn ābrūptō mittĭtŭr cœlō. Āt Pătĕr ŏmnĭpŏtēns dēnsa intĕr nūbĭlă tēlŭm Cōntŏrsit. Quātĕr indĕ cŏrūscŭm Cōntŏrsit dēxtrā fūlmĕn, quā tōtă rĕlūxit Mæŏnĭdŭm tēllŭs. Jāmque ĕrăt in tōtās spārsūrŭs fūlmĭnă tērrās Jūpĭtĕr. Īpsĕ pătĕr mĕdĭā nimbōrum in nŏctĕ cŏrūscă Fūlmĭnă mōlĭtŭr dēxtrā, quō māxĭmă mōtū Tērră trĕmit. Īnquĕ Jŏvis dēxtrā missĭlĕ fūlmĕn ĕrăt. Quālĭtĕr ēxprēssŭm vēntis pĕr nūbĭlă fūlmĕn Æthĕris impŭlsi sŏnĭtū, mūndiquĕ frăgōrĕ ēmĭcŭit rūpitquĕ dĭēm, pŏpŭlōsquĕ părēntēs Tērrŭit, ŏblīquā præstrĭngēns lūmĭnă flāmmā. Nāmque imprŏvīsō vĭbrātŭs ăb æthĕrĕ fūlgŏr Cŭm sŏnĭtū vēnit, ĕt rŭĕre ŏmnĭă visă rĕpēntĕ. Nūnc hinc, nūnc illinc ābrūpti nūbĭbŭs ignēs Cōncŭrsānt, cădit in tērrās vis flāmmĕă. V. *Fulminat, et Fulgor.*

2. fūlmino. PHR. Fūlmĭnĕ ico, fĕrĭo, ūro, ēxūro, cōncŭtĭo, rŭo, dīrŭo, disjĭcio, quătio, pŏpŭlo, āfflo, pĕrcēllo. Fūlmĭnis ictū disjĭcio, ignĕ crĕmo. Tĕrrĭbĭli fūlmĭnis ignĕ pĕto. VERS. Quŏd sŭpĕrēst, infēstō fūlmĭnĕ mŏrti, Si mĕrĕŏr, dĭmittĕ: tŭăque hic ŏbrŭĕ dēxtrā. Si scĕlŭs ēst in mē fĕrĭānt mē fūlmĭnă sūmmō ignĕă missă pŏlō. Pătĕr ŏmnĭpŏtēns ădĭgăt mē fūlmĭne ăd ūmbrās. Æthĕrĕi vindĭcis ignĕ cădis. Ŏblūctătă cădūnt flăgrānti cŏrpŏră tēlō. Incŭbŭit nūnquăm cœlēstis flāmmă sălictis, Nēc părvi frŭtĭcēs īrām mĕtŭĕrĕ Tŏnāntis: ingēntēs quērcŭs, ānnōsās fūlmĭnăt ŏrnŏs. Cœlō tŏnāntēm nōn mĕtŭis Jŏvēm, Dŭm săxă, dūm tūrrēs cădūcō, Sōspĭtĕ tē, fĕrĭūntŭr igni. *De Lauro.*

fūltŭs, ă, ŭm. *Ipsĕ căpŭt nĭvĕi fūltŭm Pāllāntis ĕt ōră,* Virg. Æn. 11, 39. SYN. Ēffūltŭs, sūffūltŭs, innixŭs.

fūlvŭs. *Nēc mŏrŭ, nēc rĕquĭēs: ăt fūlvæ nimbŭs ărēnæ,* Virg. Geo. 3, 110. SYN. Flāvŭs, rŭtĭlŭs, crŏcĕŭs, aūrĕŭs.

fūmĕŭs. *Fūmĕă Māssĭlĭæ pōnĕrĕ vină pŏtēs,* Mart. 13, 123.

fūmĭdŭs. *Fūmĭdŭs ātque ālte spūmis ēxūbĕrăt āmnis,* Virg. Æn. 7, 465. SYN.



Digitized by Google

Fūmōsŭs, fūmĕŭs, fūmāns, fūmĭfĭcŭs. PHR. Fūmō plēnŭs, ŏpācŭs, nĭgĕr, ātĕr, ŭndāns. Fœdă nigrō sĭmŭlācră fūmō.

fūmĭfĕr, ă, ŭm. *Fūmĭfĕrām nŏctēm cōmmixtĭs ignĕ tĕnĕbrĭs*, Virg. Æn. 8, 255.

fūmĭfĭcŭs. *Fūmĭfĭcĭsquĕ lŏcūm mūgĭtĭbŭs implēvērĕ*, Ov. M. 7, 114.

‖ fūmĭgo, ās. PHR. Fūmō implĕo, spārgo, sūffio, văpōro, ŏdōro.

fūmo. *Thūră dăbānt: tĕpĭdūsquĕ crŭŏr fūmābăt ăd ārās*, Virg. Æn. 8, 106. PHR. Fūmūm dō, mitto, dōno, ēvŏmo, ēxhālo, spārgo, vōlvo, glŏmĕro. Cœlūm sūbtēxĕrĕ fūmō. Crāssă vōlvĭt cālĭgĭnĕ fūmūm. VERS. Ignĭbŭs ātriă fūmānt. Inclūsūm glŏmĕrānt æstu ēxpīrāntĕ văpōrēm. Ērigit ātrō Nigrāntēm fūmō rŏgŭs ālta ăd sȳdĕră nūbēm. Ātrām prōrūmpĭt ăd æthĕră nūbēm Tūrbĭnĕ fūmāntēm pĭcĕo, ēt cāndēntĕ făvīllā. Sūlphŭrĕūm vŏmit ēxēsō vērtĭcĕ fūmūm. Exūndāt fūmāns pĭcĕŭs cālĭgĭnĕ vērtĕx. Faūcĭbŭs ingēntēm fūmūm (mīrābĭlĕ dictū) ēvŏmĭt, invōlvĭtquĕ dŏmūm cālĭgĭnĕ cæcā. Udō sūb rŏbŏrĕ vīvĭt Stūpă vŏmēns tārdūm fūmūm.

fūmōsŭs. *Cōlāquĕ prælōrūm fūmōsĭs dērĭpĕ tēctĭs*, Virg. Geo. 2, 242. SYN. Fūmĕŭs, fūmĭfĕr, fūmĭfĭcŭs, fūmĭdŭs.

fūmŭs. *Sāxă vĭdēs mixtōque ŭndāntēm pūlvĕrĕ fūmūm*, Virg. Æn. 2, 609. SYN. Fūlīgo, cālīgo. EPITH. Ātĕr, nĭgĕr, sōrdĭdŭs, tētĕr, vŏlŭcĕr, sĕquāx, tĕnŭĭs, vŏlāns, călĭdŭs, pinguĭs, pĭcĕŭs, grăvĭs, ārēns, tĕnebrōsŭs, ŭndāns, ĭnānĭs, lĕvĭs, văpōrōsŭs, āĕrĭŭs, vānēscēns, tūrbĭdŭs, ămārŭs, sūlphŭrĕŭs, ignĭtŭs. PHR. Fūmĕŭs văpŏr, hālĭtŭs. Fūmi nūbēs, ŭmbră. Fūmĭfĕr æstŭs. Spătĭōsă vŏlūmĭnă fūmi. Nĕbŭlă ātræ cālĭgĭnĭs. Nĕbŭlæ quās ēxĭgĭt ignĭs. VERS. Vŏlāt văpŏr ātĕr ăd aūrās. Vōlvĭtŭr ātĕr ŏdŏr. Văcŭās it fūmŭs ăd aūrās. Intērrūpti ignēs, ātrāque ăd sȳdĕră fūmŭs ērigĭtŭr. Ipsōs pĕnātēs nūbĕ dĕfōrmi ŏbsĭdĕt. Sūrgĭt ŏdōrātĭs sūblĭmĭs fūmŭs ăb ārĭs. Crāssă cālĭgĭnĕ fūmŭs cœlūm prætēxĭt. Prōspēctum ērĭpĭēns ŏcŭlĭs, glŏmĕrātquĕ sūb āntrō Fūmĭfĕrām nŏctēm, cōmmistĭs ignĕ tĕnĕbrĭs. Quā plūrĭmŭs ŭndām Fūmŭs ăgĭt, nĕbŭlāque ingēns spĕcŭs æstŭăt ātrā. Tūrbĭnĕ cæcō Vōlvĭtŭr, immēnsōsquĕ cĭēt pēr nūbĭlă trāctŭs. Altāriă fūmō Pērvŏlĭtānte ŏlĕānt.

fūnālĕ, ĭs. *incēnsi, ēt nŏctēm flāmmĭs fūnālĭă vĭncūnt*, Virg. Æn. 1, 731. *Fax ex contortis funiculis.* SYN. Făx, tædă, lāmpăs.

fūnāmbŭlŭs. *Fūnāmbŭli ĕōdem ārcēssĭt ēxpĕctātĭo.* (Iamb.) EPITH. Sōlērs, lĕvĭs, ăgĭlĭs.

fūndă. *Stūpĕă tōrquēntēm Bălĕārĭs vērbĕră fūndæ*, Virg. Geo. 1, 309. EPITH. Bălĕārĭs, Bălĕārĭcă, *à Balearibus insulis in mari Hispanico, ubi earum usus repertus est.* Cĭtă, tōrtă, vŏlūtă, vŏlūbĭlĭs, āĕrĭă, lĕvĭs, flēxă, vălĭdă, pūĕrĭlĭs, vērsātĭlĭs, ēxcūssă, intōrtă, sŏnāns. PHR. Fūndæ vērbĕr. Bălĕārĭs hăbēnă. Hăbēnă tĕrēs. Glāndĕ mĭnāx. Fūndūm lībrārĕ, vĭbrārĕ, tōrquērĕ. VERS. Fūndă pĕr ĭnānĕ vŏlūtă. Āĕrĭās plūmbūm jăcŭlātŭr in aūrās āctă mănū. Tĕrĕtēs pārs vērtĕrĕ fūndās āssuētĭ. Strīdēntēm fūndām tĕr āddūctă circūm căpŭt ēgĭt hăbēnā. Missĭlĕ plūmbūm Mūltĭplĭci gȳrō cōntōrquĕt.

fūndāmĕn, ĭnĭs. *Prīmă făvĭs pōnūnt fūndāmĭnă; deindĕ tĕnācēs*, Virg. G. 4, 161.

fūndāmēntūm. *Fūndāmēntă lŏcānt ălĭi, immānēsquĕ cŏlūmnās*, Virg. Æn. 1, 432. SYN. Fūndāmĕn, sŏlūm, stăbĭlĭmĕn, stăbĭlĭmēntūm. EPITH. Āltūm, stăbĭlĕ, firmūm, sŏlĭdūm, mānsūrūm, tūtūm, sūppŏsĭtūm.

fūndātŏr, ōrĭs. *Nēc Prænēstīnæ fūndātŏr dēfŭĭt ūrbĭs*, Virg. Æn. 7, 678. SYN. Cōndĭtŏr.

fūndĭtŭs.——*ōmnĕ mălūm mĭsĕrĭs, nēc fūndĭtŭs ōmnēs*, Virg. Æn. 6, 736. SYN. Stīrpĭtŭs, rādīcĭtŭs, *vel* pĕnĭtŭs, prōrsŭs, ŏmnīnō. PHR. Ā sēdĭbŭs īmĭs. Ā rādīcĭbŭs īmĭs.

fūndo, ās. *Prīmŭs quī lēgĭbŭs ūrbēm Fūndābĭt*, Virg. 6, 810. SYN. Fūndāmēntă, fūndāmĭnă, pōno, jăcio, lŏco, mōlĭŏr. PHR. Mœnĭă prīmă lŏco. Āb īmō mūrōs dēdūco. Mūrōs jăcio, figo. VERS. Rōmŭlŭs æternæ nōndūm fūndāvĕrăt ūrbĭs Mœnĭă. V. *Ædifico.*

fūndo, fūdi, fūsūm. *Fūndĭtŭr, ēt vāstōs ŭmbō vŏmĭt aūrĕŭs ignēs*, Virg. Æn. 10, 271. SYN. Effūndo, spārgo, dispērgo, prōjĭcio, ēmitto, *vel* dissĭpo, prōstērno, *vel* lŏquŏr. VERS. Fūndĭt hŭmō făcĭlēm victūm jūstissĭmă tēllūs. *Pro prosterno.* Ingēntiă victŏr Cōrpŏră fūndĭt hŭmi. *Pro loquor.* Tālĭă fūndēbāt lăcrȳmāns.

fūnĕbrĭs. *īră trŭcēs ĭnĭmīcĭtĭās, ēt fūnĕbrĕ bēllūm*, Hor. Ep. 2, 19, 49. SYN. Fūnĕrĕŭs, fērālĭs, fūnēstŭs.

fūnĕrĕŭs. *Fūnĕrĕāsque īnfērrĕ făcēs tĭbĭ nōmĭnă millĕ*, Virg. Æn. 7, 337.

Digitized by Google

fūnēstŭs. *Lūmĭnă fūnēstī cōnscĭă făctă mălī*, Ov. Tr. 3, 6, 28. SYN. Fūnebris, fūnĕrĕŭs, *vel* lēthālis, *vel* tristis, mœstŭs.

fungŏr, ĕris, ctŭs. *ĕt fungăr ĭnānī Mūnĕrĕ*, Virg. Æn. 6, 885. SYN. Dēfungŏr, pērfungŏr, præsto, ēffĭcĭo, ēxērcĕo, ēxēquŏr, ŏbĕo. PHR. Fūngi tristĕ mĭnistĕrĭūm. Ŏffĭcĭō fungi pĭĕtātĭs.

fūngŭs. *Prātēnsĭbŭs ŏptĭmă fūngĭs*, Hor. S. 2, S. 4, 20. SYN. Bōlētŭs. EPITH. Ālbŭs, frīgĭdŭs, hūmĭdŭs, hūmēns, ūdŭs, fœdŭs, sōrdĭdŭs, plŭvĭālĭs. PHR. Īrrĭtāmēntă gŭlæ, fūngī.

fūnĭs, ĭs. *Nēc tĭbĭ Tўrrhēnā sōlvātŭr fūnĭs ărēnā*, Prop. 1, 8, 11. SYN. Rēstĭs, lōrūm, rŭdēns, rĕtĭnācŭlă, stūpĕă, vĭncŭlă, cătēnă. EPITH. Tōrtŭs, intōrtŭs, vŏlūtŭs, dūrŭs, nōdōsŭs, rĭgĭdŭs, tēnsŭs, ēxtēnsŭs, cōntēntŭs, ŏblōngŭs, naūtĭcŭs, mărīnŭs, dūctārĭŭs, sāltātōrĭŭs: stūpĕŭs, cānnăbĭnŭs, lĭnĕŭs, lōrĕŭs, spārtĕŭs. V. *Catena*.

fūnŭs, ĕris. *Fēlīx ēōs lēx fūnĕrĭs ūnă mărītīs*, Prop. 3, 13, 15. SYN. Ēxēquĭæ, īnfĕrĭæ, jūstă. EPITH. Crūdēlĕ, tristĕ, mĭsĕrābĭlĕ, mœstūm, lāmēntābĭlĕ, flēbĭlĕ, ēxtrēmūm, ămārūm, jūstūm, pĭūm, gĕmĕbūndūm, ĭnīquūm, lūgubrĕ, ăcērbūm, mĭsĕrāndūm, lăcrўmōsūm, crŭēntūm, sŭprēmūm, sōlēnnĕ, fēlix, prǣclārūm, hŏnēstūm, dēbĭtūm, illūstrĕ, cōnspĭcŭūm. PHR. Fūnebris pōmpă, lūctŭs. Sūprēmŭs hŏnōs. Mūnĕră sŭprēmă. Sĕpŭlchri hŏnōrēs. Fūnebrĭă săcră. VERS. Dōnă rŏgō, tristēsquĕ rĕpēndūnt ēxēquĭās. ēxpōrtānt tēctĭs, ĕt tristĭă fūnĕră dūcūnt. Fūnĕră dūcēbāt mĕdĭām lăcrўmōsă pĕr ūrbēm. Cāntābāt mœstĭs tĭbĭă fūnĕrĭbŭs. V. *Exequiæ, Sepelio*.

fūnŭs, *pro cadavere*. *Ēt fūnŭs lăcĕrūm tēllūs hăbĕt*, Vir. Æn. 9, 491.

fūnŭs, *pro morte*. *Ēxtĭnctūm crūdēlī fūnĕrĕ Dăphnĭm*, Virg. Ecl. 5, 20.

fūr, ūris. *Fūrĭs ĕt implăcĭdās dīrŭĭt īră fŏrēs*, Prop. 4, 10, 14. SYN. Latro, prædo, prædātŏr, pŏpŭlātŏr, rāptŏr, ērēptŏr, ăbāctŏr. EPITH. Răpāx, nōctūrnŭs, văgāns, tăcĭtŭs, ŏccūltŭs, pērvĭgĭl, ăvārŭs, crūdēlĭs, ingĕnĭōsŭs, caūtŭs, āstūtŭs, sōlērs, vērsūtŭs, insĭdĭōsŭs, scĕlĕrātŭs, imprŏbŭs, nĕfārĭŭs, ērrāns, insōmnĭs, ābdĭtŭs, rĕcōndĭtŭs, ăncēps, trĕpĭdŭs, ārmātŭs, mĭnāx, nōctĭvăgŭs, sōllĭcĭtŭs. PHR. Nūmmōrūm spŏlĭātŏr. Fūrtōrūm dŏctŭs. Fūrtūm ingĕnĭōsŭs ăd ōmnĕ. Ūncĭs mănĭbŭs răpāx. Vīvēns ēx rāptō. Āssuētŭs vīvĕrĕ rāptō. Fūrēs, ăvĭdūm gĕnŭs: mălĕfĭdă cŏhōrs. Gēns āssuētă răpīnĭs. Ălĭēnĭs insĭdĭāns ŏpĭbŭs. Mērcŭrĭī prōlēs, nĕpōs. Tēlō, fērrō ăccīnctŭs, fŭrēns, in sўlvĭs sŭbsĭdēns. Dē nōctĕ sūrgēns ăd prǣdām. Nōctĕ lătēns, văgāns. VERS. Nōn fŭit Aūtŏlўcī tām pĭcĕātă mănŭs. Căllĭdŭs ēffrāctă nūmmōs fūr aūfĕrĕt ārcā. Căcŭs Ăvēntīnæ tĭmŏr ātque īnfāmĭă sўlvæ. Nōn lĕvĕ fīnĭtĭmīs, hōspĭtĭbŭsquĕ mălūm. Sўlvārūmquĕ trĕmŏr tăcĭtă quī fraūdĕ sŏlēbāt Dūcĕrĕ, nēc tēstās Căcŭs ĭn āntră bŏvēs. V. *Furor, aris*.

fūrāx, ācis. *Fūrācēs mŏnĕō mănūs rĕpēllās*. (Phal.) Mart. 8, 40, 4. SYN. Răpāx, rāptŏr. V. *Fur*.

fūrcă. *ēxăcŭūnt ălĭī vāllŏs, fūrcāsquĕ bĭcōrnēs*, Virg. G. 1, 264. EPITH. Fērrĕă, lignĕă, fīrmă, bĭfĭdă, bĭcūspĭs, trĭcōrnĭs, trĭcūspĭs. PHR. Bĭcūspĭs cōntŭs. Lignūm bĭfūrcūm.

fūrcă. *pro patibulo*. *ēt jām rētŏrtĭs brāchĭĭs fūrca ēmĭnŭs*, (Iamb.) Prud.

fŭrēns. *Nēptūnūm prŏcŭl ē tērrā spēctārĕ fŭrēntēm*, Hor. Ep. 1, 11, 10. SYN. Fŭrĭbūndŭs, fŭrĭōsŭs, fŭrĭālĭs, lўmphātŭs, răbĭdŭs, īrātŭs, insānŭs, dēmēns. PHR. Fŭrōrĕ āccēnsŭs, inflāmmātŭs, ārdēns, ēxārdēns, flăgrāns, ăgĭtātŭs, impŭlsŭs. Indŏmĭtōs gēstāns īn cōrdĕ fŭrōrēs. Fŭrĭĭs āccēnsŭs, ĕt īră Tērrĭbĭlĭs. Āmēntī fŭrōrĕ cæcŭs.

Fŭrĭæ. *Nēscĭă sē fŭrĭīs āccŭbŭīssĕ nŏvĭs*, Prop. 4, 4, 68. *Filiæ noctis et Erebi, seu Acherontis: Tres numero, Alecto, Tisiphone, et Megæra. Illis Poëtæ tribuunt alas, et pro crinibus angues; in manibus verò facem et flagellum, ad infestandos improbos.* SYN. Dīræ, Eūmĕnĭdēs. EPITH. Crīnītæ, immānēs, hōrrēndæ, Ăchĕrūntĭdēs, ārdēntēs, dēfōrmēs, squāllĭdæ, crūdēlēs, ātræ, nōctĭgĕnæ, sĕvēræ, fēræ, sævæ, dīræ, immītēs, fĕrōcēs, fŭrēntēs, ignĭfĕræ, flāmmĭgĕræ, tōrvæ, scĕlĕrātæ, implācābĭlēs, vĕnēnōsæ, fŭrĭōsæ, mĭnācēs, discōrdēs, Ăvērnālēs, mĕtŭēndæ, crŭēntæ, lūctĭfĕræ. PHR. Dīræ, ūltrīcēs, Tārtărĕæ, ānguĭcŏmæ, Stўgĭæ, īnfērnæ. Nōctĕ gĕnĭtæ Sŏrōrēs. Nōctĕ sătæ. Nōctĭs ălūmnæ. Scĕlĕrūm ūltrīcēs Dēæ. Crūdēlēs Ĕrĕbī, Dĭtĭsquĕ mĭnistræ. Tūrbă sĕvēră Eūmĕnĭdūm. Sŏrōrēs, grāvĕ ĕt implācābĭlĕ Nūmĕn. Trĕmēndī hōrrĭdæ fămŭlæ Tўrānnī. Āgmĕn īnfērnūm, īnfērnæ Cănēs, pēstēs. Dīră Fŭrĭārūm cŏhōrs. Fămŭlæ Jūnō-



Digitized by Google

nis Ăvērnæ. Impēxæ fĕrōs prō crīnĭbŭs ānguēs. Mūltō āngŭĕ cŏmāntēs. Īmōs ăgĭtāntēs vērbĕrĕ Mānēs. Stўgĭām crŭēntā præfĕrēns dēxtrā făcēm ătrōx Ĕrīnnўs. Queis sævæ făcĭēs. Quĭbŭs ātrā cŏlŭbrīs ōrā. VERS. Hās nōn ūno eōdēmquĕ tŭlit pārtū, pārĭbūsquĕ rĕvinxit Sērpēntūm nōdis, vēntōsāsque āddĭdĭt ālās. Făctā vĭrūm mūlctānt, vindĭcĕ pœnā. Sōntēs fūnēstō sūpplĭcĭō crŭcĭānt. Trīstēs sūmūnt dē crīmĭnĕ pœnās. Queis dătum ēst scĕlĕra ŭlcisci. His trīstĭă bēllă, īræque, īnsĭdĭæque, ēt crīmĭnă nōxĭă cōrdi. Impĭă tūrbă Quæ sēdĕt īnfērni cārcĕrĭs āntĕ fŏrēs. Ūltrīcēsquĕ sĕdēnt in līmĭnĕ Dīræ. Eūmĕnĭdēs, quĭbŭs ānguĭnĕō rĕdĭmītă căpīllō Frōns hōrrĕt. Invĭdĭæ quōndām stĭmŭlīs incāndŭĭt ātrōx Ālēctō, plăcĭdās lātē cūm cērnĕrĕt ūrbēs: Prōtĭnŭs īnfērnās ăd līmĭnă tētră sŏrōrēs, Cōncĭlĭūm dēfōrmĕ vŏcăt, glŏmĕrāntŭr in ūnūm innūmĕræ pēstēs Ĕrĕbi, quāscūnquĕ sĭnistrō Nōx gĕnŭit fœtū. Tū pŏtĕs ūnănĭmēs ārmāre in prœlĭă frātrēs, ātque ŏdĭīs vērsārĕ dŏmōs, tū vērbĕră tēctis, Fūnĕrĕāsque īnfērrĕ făcēs, tĭbi nōmĭnă millĕ, Millĕ nŏcēndi ārtēs. Dīrĭgŭērĕ ŏcŭli: tōt Ĕrīnnўs sībĭlăt hўdris, Tāntăquĕ sē făcĭēs ăpĕrit, tūm flāmmĕă tōrquēns Lūmĭnă cūnctāntem ēt quærēntēm dīcĕrĕ plūră Rēppŭlĭt, ēt gĕmĭnōs ērēxit crīnĭbŭs āngues. Vērbĕrăque īnsŏnŭit, răbĭdōque hæc āddĭdĭt ōrĕ: Rēspĭce ăd hæc, ădsūm dīrārum āb sēdĕ sŏrōrūm: Bēllă mănū lēthūmquĕ gĕro.

fŭrĭālĭs. *Sērpēntis fŭrĭālĕ mălūm, tōtāmquĕ pĕrērrăt*, Virg. *Æn.* 7, 375. SYN. Fŭrĭōsŭs, fŭrēns: răbĭdŭs.

fŭrĭālĭtĕr. *Nōn tămĕn ēxāctūm, quid ăgăt; fŭrĭālĭtĕr ōdit*, Ov. Fast. 3, 637. SYN. Fŭrĭōsē: fŭrĭātā mēntĕ.

fŭrĭātŭs. *Nōn tŭlit hānc spĕcĭēm fŭrĭātā mēntĕ Chŏrœbŭs*, Virg. *Æn.* 2, 407.

fŭrĭbūndŭs. *Sæpe ĕgŏ lāscīvūm Mārtēm fŭrĭbūndă cĕcīdi*, Mart. 6, 21, 5.

fŭrĭōsŭs. *Nēmpĕ tŭō, fŭrĭōsĕ: mĕō, sēd nōn fŭrĭōsŭs*, Hor. Sat. 2, 3, 207. SYN. Fŭrĭbūndŭs, fŭrĭātŭs, fŭrēns. V. *Furens.*

fŭro, is. *Quid fŭris? aŭt quōnām nōstrī tĭbi cūră rĕcēssit?* Virg. *Æn.* 2, 595. SYN. Īnsānio, bācchŏr, īrāscŏr. PHR. Fŭrōrĕ āccēndŏr, ārdĕo, ăgŏr, ăgĭtŏr, impēllŏr, răpĭŏr, ābrĭpĭŏr, æstŭo. Mēntĕ fŭrōrēs cōncĭpio. Fŭrĭīs ăgŏr. Fŭrĭās cōncĭpio. Fŭrŏr īrăquĕ mēntēm Præcĭpĭtānt. Cæcō īnsānīrĕ fŭrōrĕ. VERS. Sævit ĭnōps ănĭmī tōtāmque incēnsă pĕr ūrbēm Bācchātŭr. Frēmit hōrrĭdŭs ōrĕ crŭēntō. His ăgĭtŭr fŭrĭīs tōtōque ārdēntis ăb ōrĕ Scīntīllæ ābsīstūnt, ŏcŭlīs mĭcăt ācrĭbŭs ignis. Æstŭăt ingēns īmo in cōrdĕ pŭdŏr mistōque īnsānĭă lūctū. ēt fŭrĭīs ăgĭtātŭs ămŏr. Quæ tē, gērmānĕ, fŭrēntēm mēns ăgit in făcĭnŭs? Fŭrēns spūmās ăgit ōrĕ crŭēntās. Ōs răbĭdūm, fĕră cōrdă gĕrit. Indŏmĭtōs gēstāre in cōrdĕ fŭrōrēs. Īnsānĭă mēntēm ōccŭpăt. Cæcō rāptŭs ămōrĕ fŭrit. Quæ mēntem īnsānĭă mūtăt. Tūm dēnĭquĕ cōncĭtă mātĕr ēxŭlŭlăt: pāssīsquĕ fŭgit mălēsānă căpīllis. Immēnsām sĭnĕ mōrĕ fŭrit lўmphātă pĕr ūrbēm. Ēccĕ fŭrēns ănĭmis ădĕrăt. Dēntĭbŭs īnfrēndēns tĕr tōtūm fērvĭdŭs īrā Lūstrăt Ăvēntīni mōntēm. Fŭrĭīs āccēnsŭs, ēt īră tērrĭbĭlis. V. *Furor, oris, et Irascor.*

fŭrŏr, ōris. *Jāmquĕ făcēs ēt sāxă vŏlānt, fŭrŏr ārmă mĭnīstrăt*, Virg. *Æn.* 1, 154. SYN. Īnsānĭă, āmēntĭă, dēmēntĭă, vēsānĭă, fŭrĭæ, răbĭēs, īră. EPITH. Impĭŭs, āmēns, ārdēns, ignĕŭs, dīrŭs, præcēps, ēffrēnŭs, răbĭdŭs, pērtĭnāx, vēsānŭs, īmmītis, immānis, ēxĭtĭōsŭs, crŭēntŭs, bārbărŭs, văgŭs, fērrĕŭs, īnsānŭs, impătĭēns, flăgrāns, indŏmĭtŭs, īnflāmmātŭs, āccēnsŭs, vēcōrs, mălēsānŭs, implācābĭlis, crūdēlis, scĕlĕrātŭs, nĕfāndŭs, fōrmīdābĭlis, sŭbĭtŭs, vĭŏlēntŭs, nōxĭŭs, hōstīlis, discōrs, bēllĭcŭs, Mārtĭŭs, Māvōrtĭŭs, impŏtēns, vindēx, ātrōx, hōrrĭdŭs, sævŭs, sānguĭnĕŭs, ārmātŭs. PHR. Fŭrōris stĭmŭli. Mălă mēns, fŭrŏrquĕ vēcōrs. Fŭrĭātă mēns. Lўmphātæ vĭŏlēntĭă mēntis. Ănĭmi ēffĕră vis, impĕtŭs, ārdŏr. Nēscĭŭs rēgi fŭrŏr: Prōnŭs in ārmă. Frǣni impătĭēns. Pērdĕrĕ cūnctă părāns. Āccēnsis tōrquēns præcōrdĭă flāmmis. In præcēps ōmnĭă vērtēns. Ănĭmōs cæcā cālīgĭnĕ vērsāns. In clādēs, sævăquĕ bēllă trăhēns. VERS. Ūt prīmūm cēssit fŭrŏr, ēt răbĭda ōră quĭērūnt. Tĭmĭdis cæcŭs fŭrŏr ēxcĭtăt īrās. Cūm sŭbĭtă īnfrǣnŭs sūrgit in ārmă fŭrŏr. Intĭmă Tārtărĕūm spīrābānt cōrdă fŭrōrēm. Lāxīsquĕ fŭrŏr bācchātŭr hăbēnis. V. *Furor, Rabies, et Furiæ.*

*furor poëticus.* SYN. Oēstrūm: ēnthĕŭs ārdŏr, ignis, vĭgŏr, Ăpōllĭnĕŭs, Pĭĕrĭŭs cālŏr. PHR. Impĕtŭs illĕ săcĕr qui vātūm pēctŏră nūtrit. VERS. Laūrĭgĕrō fōrtĭŏr, *vel* cōncĭtŭs œstrō. Cœlēstis intŭs ēxcĭtăt vātēs vĭgŏr. Nūmĕn inēst illis Pĭĕrĭdēsquĕ făvēnt.

fūrŏr, āris. *Pōnĕ căpŭt, fēssōsque ŏcŭlōs fūrārĕ lăbōri*, Virg. *Æn.* 5, 845. SYN. Răpio, ābrĭpio, dīrĭpio, ērĭpio, sūrrĭpio, pŏpŭlŏr, cōmpīlo, ēxpīlo, sūbtrăho,

Digitized by Google

ăverto, sūbdūco, aūfĕro, tōllo. PHR. Admittĕrĕ fūrtūm, Vīvĕrĕ rāptō. Insīdĭīs ēxcĭpĕrĕ, ăbĭgĕrĕ. VERS. Tristi spŏlĭāntūr tēmplă răpīnā. Nĕc ĕgo hōc ābscōndĕrĕ fūrtō spĕrāvi. Sī quĭs răpĭăt stăbŭlīs ārmēntă rĕclūsīs. Aūfĕrăt hīc aūrūm, pĕrĕgrīnōs īllĕ lăpīllōs; ĕt quāsēcūnquĕ pŏtēst tōllĕrĕ, tōllăt ŏpēs. V. *Prædor.*

fūrtīvūs. *Fūrtīvīs nūdātă cŏlōrĭbŭs; ipsĕ quid audēs?* Hor. Ep. 1, 3, 20. SYN. Răptūs, ērĕptūs, *vel* ōccūltūs.

fūrtūm. *Caūcăsĕāsquĕ rĕfert vŏlŭcrēs fūrtūmquĕ Prŏmēthei,* Virg. Æn. 6, 42. SYN. Prædă, răpīnă, rāptūm: latrōcĭnĭūm. EPITH. Păvĭdūm, nōctūrnūm, tăcĭtūm, tūrpĕ, īnīquūm, nĕfāndūm, lătĕbrōsūm, sacrĭlĕgūm, infāmĕ. PHR. Fūrti crimĕn. Fœdūm lucrūm. Fœdi insānĭă lucri. VERS. Nōn hăbĕt ēvēntūs sōrdĭdă prædă bŏnōs.

fūrvūs. *Quăm pœnĕ fūrvæ rēgnă Prōsērpĭnæ,* Hor. Car. 2, 12, 21. SYN. Fūscūs, ōbscūrūs, nĭgĕr, ātĕr. V. *Niger.*

fūscĭnă. *Fūscĭnă dēntĕ mĭnāx, nēxū fŭit ānchŏră cūrvō,* Mart. Spect. 26, 3. SYN. Trĭdēns, Nēptūni scēptrūm. EPITH. Sævă, ădūncă, Nēptūnĭă.

fūsco, ās. *Fūscābătquĕ dĭēm,* Ov. Tr. 1, 10, 15. SYN. Infūsco, ōbscūro, fūscō cŏlōrĕ tingo, inficio.

fūsĭlĭs. *Fūsĭlĕ pĕr rictūs aūrūm flŭĭtārĕ vĭdērēs,* Ov. M. 11, 126. SYN. Dūctĭlĭs, *vel* fūsūs.

fūstĭs, ĭs. *Rūmpūntūr sōmni: Fūstēs hūc ōcyūs, inquit,* Juv. 6, 415. SYN. Băcŭlūs, băcŭlūm, stīpĕs, sŭdēs, cōntūs. V. *Baculus.*

fūsūs, sī. *Cārmĭnĕ quō cāptæ, dūm fūsīs mōllĭă pēnsă,* Virg. G. 4, 348. EPITH. Grăvĭdūs, vērsātūs, prægnāns, lēvĭs, tōrtūs, pŭēllārĭs, vērsātĭlĭs, vŏlūbĭlĭs, sōlērs, sūccinctūs. PHR. Tĕrēs, vērsātĭlĕ lignūm. V. *Neo.*

fūsūs, ă, ūm. *Tūm victū rĕvŏcānt vīrēs, fūsīquĕ pĕr hērbām,* Virg. Æn. 1, 218. SYN. Effūsūs, spārsūs, *vel* strātūs, jăcēns.

fūtĭlĭs.——*Cōnsĭlĭīs hăbĭtūs nōn fūtĭlĭs aūctŏr,* Virg. Æn. 11, 339. SYN. Gārrŭlūs, lŏquāx, *vel* lēvĭs, vānūs, ĭnānĭs, īrrĭtūs.

fŭtūrūs, ă, ūm. *Hīc victŏr pūgnīs, īllĕ fŭtūrūs ĕquīs,* Cl. SYN. Vēntūrūs, pōstĕrūs.

*futurum.* *Ēffĭgĭēmquĕ tŏrō lŏcăt haūd īgnāră fŭtūri,* Virg. Æn. 4, 508. SYN. Fŭtūră ætās. Fŭtūrūm ævūm, tēmpūs. Vēntūri tēmpŏrĭs ætās. Pōstĕră, sēră, sēcŭlă, sēclă. V. *Posteritas: vel* Fŭtūră sors. Vēntūră fātă. Fŭtūri cāsūs. VERS. Quid crāstĭnă vōlvĕrĕt ætās, Scīrĕ nĕfās hŏmĭnī. Nōstrōs fōrtūnă lăbōrēs, Vērsăt ădhūc, cāsūsquĕ jŭbĕt nēscīrĕ fŭtūrōs. Caūtă spĕcŭlāri mēntĕ fŭtūră. Nēscĭă mēns hŏmĭnūm fātī, sōrtīsquĕ fŭtūræ. V. *Successus.*

## G.

Găbĭi, ōrūm.—*ĕt Găbĭōs, ūrbēmquĕ Fĭdēnām,* Virg. 6, 773. *Urbs Volscorum, à Galacto et Bio fratribus Siculis condita, fraude Sexti, Tarquinii Superbi filii, in Romanorum ditionem redacta.*

Gabriēl, ēlis. *Găbrĭēl Pătrĭs ĕx sŏlĭō, sēdēmquĕ rĕpēntĕ,* Pr. *Hānc Găbrĭēl vŏcĭtăt bĕnĕdictām laūdĕ pŭēllām,* Fort. *Archangelus, qui sanctissimæ Virgini* MARIÆ Verbum *ex eâ nasciturum nunciavit.* EPITH. Cœlēstĭs, vĕnūstūs, fēlix. PHR. Āngĕlūs hūmānæ sĕquēstĕr sălūtĭs. Sălūtĭs hūmānæ nūncĭūs. Nūncĭūs vĭrgĭnĕi pārtūs. Părānўmphūs ālĭgĕr. Fīdūs suprēmi cōnsĭlĭi mĭnistĕr. Quī cāstæ māndātă tŭlīt dīvīnă Pŭēllæ. V. *Angelus.*

Gādēs, ĭūm. *ōmnĭbŭs in tĕrrīs, quæ sūnt ă Gādĭbŭs ūsquĕ,* Juv. 10, 1. *Insulæ juxta fretum Gaditanum (nunc Gibraltar) et columnas Herculis.* EPITH. Hērcŭlĕæ, ōccĭdŭæ, Hēspĕrĭæ, rĕmōtæ, ēxtrēmæ, Tўrĭæ, Ērўthrææ, *à Tyriis, qui ex Erythræo mari profecti, illas primi incoluerunt.* PHR. Gādĭtānæ īnsŭlæ ōræ. Tērrārūm fīnĭs.

Gălānthĭs, ĭdĭs. *Alcmenes ancilla, quæ Junonem decepit, cùm hæc Dea partum Dominæ suæ incantationibus retardaret. Ipsam nempe peperisse asseveravit, quod Juno credens abstinuit.* Nūmĭnĕ dēcēptō rīsīssĕ Gălānthĭdă fāmă ēst. *Ovid.* Quæ quĭă mēndācī părĭēntēm jūvĕrăt ōrĕ, ōrĕ părĭt. *Idem.*

Gălătēă. *Hūc ădĕs, ō Gălătēă, quĭs ēst nām lūdŭs ĭn ūndīs,* Virg. Ecl. 9, 39.

Digitized by Google

*Nympha, Nerei et Doridos filia. Est etiam nomen rusticæ puellæ.* SYN. Nērēis, Nērīnē. EPITH. Prŏcax, vĭrĭdis, căndĭdă, formōsă.

gălĕă. *Tertiŭs Argŏlĭcā gălĕā cōntĕntŭs ăbĭto,* Virg. Æn. 5, 314. SYN. Cāssis, căssĭdă, cūdo. *Partes, et ornamenta,* ăpex, cōnŭs, crĭstă, jūbæ, pēnnæ. EPITH. Cōmāns, crīnītă, tĕrrĭbĭlis, dĕcōră, nĭtēns, ærĕă, fŭlgēns, cŏrŭscă, fĕrrĕă, mĭnāx, ăhēnă, rĭgēns, ærātă, mĭnĭtāns, crĭstātă, ārdēns, lūcēns, pēnnĭcŏmă, Mārtĭă. Aūrātă, hōrrēns, hōrrĭfĭcă, Māvōrtĭă. PHR. Fērrātŭs ăpex. Æs căvum. Căpĭtis ārmă, tūtă tĕgmĭnă, mūnīmēntŭm, tūtāmĕn. Ærĕ rĭgēns. Hīrsūtă jŭbis. Crĭstis dĕcōră. Crĭstis sūbnīxă cŏrŭscis. Tĕrrĭbĭlēm crĭstis gălĕām, flāmmāsquĕ vŏmēntēm. VERS. Exĭt in aūrās Cāssĭdis āltŭs ăpex. Căpĭti īntrĕmĭt ærĕă cāssis. Nĭtŏr gălĕæ clārō rădĭāntis ăb aūrō. Gălĕa hōrrĭdă flĭctū ādvērsæ ārdēscit gălĕæ. Ārdĕt ăpex căpĭtī, crĭstisque ā vērtĭcĕ flāmmă Fūndĭtŭr. In gălĕā fōrmōsŭs ĕrăt. Căpĭtīquĕ mĭcāntēm Impōnit gălĕām. Tēcti scūtis, ĕt cāssĭde ăhēnā ārmāti. Scūtă căvæquĕ Dānt sŏnĭtŭm flĭctū gălĕæ. Imam ĭntĕr gălĕām, sūmmī thōrācis ĕt ōrās ābstŭlit ēnsĕ căpŭt.

gălĕātŭs. *Hæc ănĭmāntĕ tŭbā, gălĕātăm sĕrŭ dŭĕlli,* Prop. SYN. Gălĕā ārmātŭs. V. *Galea.*

gălērŭs, ĕt gălērŭm. *Bĭnă mănŭ, fūlvōsquĕ lŭpī dĕ pēllĕ gălērōs,* Virg. Æn. 7, 688. SYN. Pĭlĕŭs, pĕtăsŭs. V. *Pileus.*

Gălēsŭs. *Quā nĭgĕr hūmēctāt flāvēntĭă cūltă Gălēsŭs,* Virg. Geo. 4, 126. (*Fluvius juxta Tarentum*). EPITH. Lăcĕdæmŏnĭŭs, Spārtānŭs, Thĕrāpnæŭs, *quia Tarentum à Lacedæmoniis conditum,* ūmbrōsŭs, pĭgĕr, lēntŭs. Œbălĭŭs, lĭquĭdŭs, ālbŭs.

Gălĭlæă. *Ēxĭn pĕr tērrās Gălĭlææ sānctă sĕrēbăt,* Juven. *Syriæ pars, ad Judææ Septentrionem sita: In quâ urbs Nazareth.* EPITH. Fēlix, īllūstris, nōbĭlis. PHR. Gălĭlææ tēllŭs, rĕgio: Gălĭlæī fīnēs, agri. Gălĭlæis ōră.

Gālli. *Crīnēmquĕ rŏtāntēs Sānguĭnĕŭm pŏpŭlis ŭlŭlārŭnt trīstĭă Gālli,* Luc. 1, 566. *Sacerdotes Cybeles, sic dicti à Gallo Phrygiæ fluvio.* SYN. Cŏrўbāntēs. EPITH. Phrўgĕs, sānguĭnĕī, rĕsŭpīnāti, sacrĭfĭci, sēcti, sēmĭvĭri.

*Galli.* SYN. Frānci, Frāncĭgĕnæ, Cēltæ. EPITH. Gĕnĕrōsi, bēllĭcōsi, fōrtēs, māgnănĭmi, īndŏmĭti, fŭrĭōsi, bēllĭgĕri, Mārtĭi, aūdācēs, īntrĕpĭdi, ēffĕri, ārdēntēs, fĕrōcēs, cūlti, hūmāni, mānsuēti, bĕnīgni, dŏcti, făcūndi, īngĕnĭōsi, ācrēs, cōmēs, sōlērtēs, săgācēs. PHR. Fĕrōcēs Gāllōrŭm pŏpŭli. Gāllōrŭm īnvīctă gēns. VERS. Quōs Rhŏdănŭs vēlōx, Ārăris quōs tārdĭŏr ămbit. Quōsquĕ rĭgāt rĕtrō pērnĭcĭŏr ūndă Gărŭmnæ.

Gāllĭă. *Gāllĭă fērt ācrēs ănĭmōs, ĕt ĭdōnĕă bēllō,* M. SYN. Frāncĭă. EPITH. Ănĭmōsă, fĕrōx, dīvēs, ārmĭpŏtēns, fērtĭlis, pīnguis, fœcūndă, fĕrāx, ŏpīmă, clāră, nōbĭlis, īnsignis, īnclўtă, sŭpērbă, pŏtēns, īntrĕpĭdă, īmpāvĭdă, Mārtĭă, bēllĭcă, Māvōrtĭă, īndŏmĭtă, aūdāx, māgnĭfĭcă, gĕnĕrōsă, fŭrĭōsă. PHR. Gāllĭcă, Frāncĭcă tēllŭs, rĕgio. Lĭlĭgĕrŭm rēgnŭm. Fœcūndă vĭrōrŭm Gāllĭă. Frūgŭm āltrix vīnīquĕ fĕrāx. Flāvă rĕpēxō Gāllĭă crīnĕ fĕrōx. Dīvēs ŏpŭm, stŭdĭīsque āspērrĭmă bēlli. Illūstri īnclўtă fāmā.

Gāllĭcŭs. *Gāllĭcŭ qui Phrўgĭŭm dūxit in ārvă sĕnēm,* Ov.

|| gāllĭcĭnĭŭm. SYN. Gālli cāntŭs. VERS. Jām cĕcĭnit mĕdĭŭm vŏlŭcris Tītānĭă nōctēm. Excŭssit sōmnŭm nūncĭă lūcis ăvis.

gāllīnă. *Nĕc gāllīnă mălŭm rēspōndĕt dūră pălātō,* Hor. Sat. 2, 4, 18. EPITH. Crĭstātă, strēnŭă, sēdŭlă, sōlērs, sōllĭcĭtă, vĭgil. PHR. Pūllōrŭm fīdīssĭmă cūstōs. Quæ fœtūs stŭdĭōsă fŏvĕt. Crĭstāti fœmĭnă gālli. Cōnjŭx crĭstāti fœtă mărĭti. Tĕgēns ālārŭm tēgmĭnĕ pūllōs. Pūllis tŭmĭdās ālās ēxpāndēns.

gāllŭs. *Quŏnĭam ăvŏlāvit gāllŭs gāllīnācĕŭs.* (Iamb.) SYN. Gāllīnācĕŭs. EPITH. Tītānĭŭs, vĭgil, sŭpērbŭs, īnsōmnis, pērvĭgil, cānōrŭs, Mārtĭŭs, bēllĭgĕr. PHR. Tītānĭŭs, *vel* Phœbēŭs ālēs. Ālēs ēxcŭbĭtŏr: ēxcŭbĭās ăgēns. Lūcis prænūncĭŭs ālēs. Mātūtīnŭs, crĭstātŭs ālēs. Vŏlŭcris Tītānĭă. Pērsĭcŭs ālēs, *quia à Persis cultus.* Nūncĭă lūcis ăvis. Aūrōræ præco vĭgil. Qui tĕpĭdŭm vĭgili prōvŏcăt ōrĕ dĭēm. Mĕtŭēndă lĕōnĭbŭs ālēs. Crĭstā spēctābĭlis āltā. VERS. Instāntis quōd sīgnă cănēns dĕt gāllŭs ĕōi: ĕt rĕvŏcĕt fămŭlās ăd nŏvă pēnsă mănŭs. Aūrōrām vŏcăt ōrĕ mŏrāntēm. Nōndŭm crĭstāti rūpērĕ sĭlēntĭă gālli.

gānĕo, ōnis *Sĕd laūdĕm sĭlĭquās ōccūltŭs gānĕŏ, pūllēs,* Juv. 11, 58. EPITH. Tūrpis, ēbrĭŭs.

Gāngēs, is, *vel* ētis. *Gāngētisquĕ rĕplĕt pŏpŭlōs, ătque Indĭcă rēgnă,* Virg. EPITH. Cōrnĭgĕr, Indĭcŭs, Indŭs, ĕōŭs, răpĭdŭs, ūndāns, dīvēs, aūrĭfĕr, tōr-

Digitized by Google

rēns, māgnŭs, gēmmĭfĕr, flāvŭs. PHR. Gāngētĭdēs ūndæ. Gāngētĭs flūmĭnă. Līttŏră Gāngĭs. Quēm bĭbĭt Īndĭă. VERS. Quā cŏlĭtūr Gāngēs, tōtō quī sōlŭs ĭn ōrbĕ Ōstĭă nāscēntī cōntrārĭă sōlvĕrĕ Phœbō Aūdĕt, ĕt ādvērsūm flūctūs īmpēllĭt ĭn Eūrūm. Ārēnōsō quā tīngĭtŭr Īndĭă Gāngĕ.

Gāngētĭcŭs. *ĕt quās sēntĭt Ărābs, ĕt quās Gāngētĭcă tēllūs*, Lucan. 4, 64.

Gāngētĭs, ĭdĭs. *Cāmpōs Gāngētĭdĭs ōræ*, Av. SYN. Īndŭs, Īndĭcŭs.

gānnītŭs, ūs. *ĕt gānnītĭbŭs īmprŏbĭs lăcēssās.* (Phal.) Mart. 5, 60. EPITH. Strĕpēns, trĕmŭlŭs.

Gănȳmēdēs, is.——*răptī Gănȳmēdĭs hŏnōrēs*, Virg. Æn. 1, 32. *Trois Phrygiæ Regis filius à Jove adamatus, et ab aquilâ raptus in cœlum, ubi pincerna Jovis, et signum Aquarii fuit.* SYN. Īlĭădēs. EPITH. Pŭlchĕr, ūrnĭgĕr, vĕnūstŭs, fōrmōsŭs, cāndĭdŭs, lāctĕŭs, rŏsĕŭs, nĭvĕŭs, dĕcōrŭs, blāndŭs, flāvŭs, rēgĭŭs, nōbĭlĭs. PHR. Īlĭăcŭs, Īdæŭs, Trōjānŭs, Trōs, Phrȳgĭŭs, Phrȳx pŭĕr, jŭvĕnĭs. Pīncērnă Jŏvĭs. Pŭĕr rēgĭŭs Īdæ. Quī pōcŭlă tēmpĕrăt Tŏnāntī. Dārdănĭŭs Phrȳgĭā răptŭs ăb ārcĕ pŭĕr.

Gănȳmēdēŭs, ă, ūm. *ĕt Gănȳmēdēă pōcŭlă mīstă mănū*, Mart. 7, 39, 4.

Gărămāntēs, ūm. *Rhŏdŏpē, aūt ēxtrēmī Gărămāntēs*, Virg. Ecl. 8, 44. EPITH. Nūdī, ūstī, pĕrūstī, īncūltī, sævī, vĕlōcēs, īnŏpēs, văgī, ărēnĭvăgī, īnfēlīcēs, ātrī, fĕrōcēs, trŭcēs, ădūstī, săgīttĭfĕrī, tēlĭgĕrī, phărĕtrātī. PHR. Gēns Gărămāntĭcă. Quăquĕ cŏlūnt stĕrĭlēs nĭgrī Gărămāntēs ărēnās. Īn ēxtrēmās gēns dīssĭtă tērrās.

Gārgănŭs. *Vīctŏr Gārgănī cōndēbăt Īāpȳgĭs āgrĭs*, Virg. Æn. 11, 247. *Mons in Apuliâ, nunc Mons sancti Angeli dictus, in Regno Neapolitano.* SYN. Mōns Āpŭlŭs, Īāpȳx, *ab Iapygiâ, quæ pars est Apuliæ.* EPITH. Ārdŭŭs, sūblīmĭs, săcĕr. PHR. Gārgănī cūlmĭnă, jŭgă, Āpŭlă jŭgă.

Gārgărŭs, *et sæpius in plurali* Gārgără. *Idæ montis vacumen in Phrygiâ, summâ fertilitate affluens.* EPITH. Ārdŭŭs, Phrȳgĭŭs, Īdæŭs, fēlīx, flāvēscēns, cūltŭs, fœcūndŭs. PHR. Fērtĭlĭbŭs Prĭămēĭă Gārgără cāmpĭs. VERS. Ārdŭă lŭxŭrĭānt flāvĭs ŭbĭ Gārgără cūlmĭs. Jām flāvēscēntĭă cēntūm Mēssĭbŭs æstīvæ dētōndēnt Gārgără fālcēs.

gārrĭo, is, ivi, ii, itūm. *Gārrĭs ĭn aūrēm sēmpĕr ōmnĭbŭs*, Mart. 1, 90. SYN. Gārrītūm ēdo, *vel* nūgŏr. PHR. Nūgās lŏquŏr, sēro. Dō ĭnānĭă vērbă. Īnēptă lŏquŏr. Gārrŭlĭtāte ācrī nūnc hōs, nūnc mōrdĭcŭs īllōs Vēxăt. V. *Garrulus.*

gārrītŭs, ūs. *ēxpĕdĭūnt, lætĭsquĕ pĕtūnt gārrītĭbŭs ēscăm*, M. EPITH. Ārgūtŭs, dūlcĭs, lætŭs, *de cantu avium.* Īnēptŭs, ĭnānĭs, īmpōrtūnŭs, mŏlēstŭs, *de garrulitate.*

gārrŭlĭtās, ātis. *Aūctōrĭs pĕrĕūnt gārrŭlĭtātĕ sŭī*, Mart. 5, 53, 8. SYN. Vērbōsĭtās, lŏquācĭtās. EPITH. Ōdĭōsă, īnsānă, ācrĭs, īntēmpēstīvă, īmpōrtūnă, mēndāx, mŏlēstă, fœmĭnĕă, prŏcāx, lōngă, nĭmĭă, lītĭgĭōsă. PHR. Lŏquācĭs mūrmŭră līnguæ. Raūcăquĕ gārrŭlĭtās, stŭdĭūmque īmmānĕ lŏquēndī. Īmprŏbă gārrŭlĭtās, vērbĭsquĕ prŏcācĭbŭs ārdēns.

gārrŭlŭs. *Pērcūnctātōrēm fŭgĭtō, nām gārrŭlŭs īdem ēst*, Hor. Ep. 1, 18, 69. SYN. Lŏquāx, nūgāx, dĭcāx, vānĭlŏquŭs. PHR. Gārrŭlĭtātĭs ămāns. Vānĭs sērmōnĭbŭs aūrēs īmplēns, fāllēns, ĭnānēs ĭtĕrāns vōcēs. V. *Garrio.*

Gărūmnă. *Quōsquĕ rĭgăt rĕtrō pērnĭcĭŏr ūndă Gărūmnæ*, Cl. EPITH. Æquŏrĕŭs, vălĭdŭs, vĕlīvŏlŭs, răpĭdŭs, cĕlĕr, māgnŭs, ămœnŭs, grātŭs, præcēps, sĭnŭōsŭs. V. *Fluvius.*

gaūdēns, ēntis. SYN. Lætŭs, hĭlărĭs, ŏvāns. PHR. Lætĭtĭă ēxūltāns. Quī frōntĕ sērēnā ēst. Lætā mēntĕ gaūdĭă căptāns. Quī ēst vūltū blāndō, lætō, rĭdēntī. V. *Gaudeo.*

gaūdĕo, ēs, gāvīsŭs sūm. *Gaūdĕt ĕquĭs, cănĭbŭsque, ĕt ăprīcī grāmĭnĕ cāmpī*, Hor. A. Poët. 162. SYN. Lætŏr, ŏvo, ēxūlto, gēstĭo. PHR. Gaūdĭă cōncĭpĭo, căpĭo, ăgĭto. Lætĭtĭă pērfūndŏr, ēxūlto, trĭūmpho, frēmo, gēstĭo, ēxĭlĭo, ănĭmĭs ēxūlto. Lætŭs, hĭlărĭs, gaūdēns gēstĭo. Lætŭs sūmo, īndŭo, vūltŭs. Gaūdĭă blāndō vūltū, lætĭs vōcĭbŭs, gĕmĭnātĭs plaūsĭbŭs ēdo, tēstŏr, prōdo. Fēstūm cĕlĕbrārĕ dĭēm. Lætŭs dīffūndĕrĕ vūltŭs. Hĭlărī mēntĕ gaūdĭă cārpĕrĕ. Mēntēm lætĭtĭă pērfūndĭt, ēxhĭlărăt. VERS. Ēxūltātque, ĕt vīx ănĭmō sŭă gaūdĭă dīffert. Sēnsĭtque ălăcrēs ĭn pēctŏrĕ mōtŭs. Tăcĭtām pērtēntānt gaūdĭă mēntēm. Vūltūm pŭlsō mœrōrĕ sērēnăt. Lætĭtĭæ dārĕ sīgna, ĕt tōllĕrĕ plaūsŭs. Īndŭĕrĕ făcĭlēs gaūdēntī pēctŏrĕ vūltŭs. Sēpŏsĭtĭs ăgĭtārĕ gaūdĭă cūrĭs. Ēdĕrĕ nōn fīctŏs hĭlărī dē pēctŏrĕ plaūsŭs. Lætĭtĭăquĕ frĕmūnt, ănĭmōsque ăd sȳdĕră tōllūnt.

Digitized by Google

Jām nūbĕ rĕpūlsā Trīstĭtĭæ, lætōs hĭlărābānt gaūdĭă vūltūs. Cērtātim ingēnti cĕlĕbrānt nŏvă gaūdĭă plaūsū. Nēscĭō quā prætĕr sŏlĭtūm dūlcēdĭnĕ læti. Ōmnis lōngō sōlvĭt sē Teūcrĭă lūctū. Īngēns lætĭtĭæ fērtūr ăd āstră sŏnūs. Īŏquĕ Mīlēs, Īŏ, māgnā vōcĕ, trĭūmphĕ, cănĕt.

gaūdĭūm. *Nōs prŏcŭl ēxpūlsōs cōmmūnĭă gaūdĭă fāllūnt*, Ov. Tr. 4, 2, 17. SYN. Lætĭtĭă, vŏlūptās, ōblēctāmēntūm, jŏcūs, plaūsūs. EPITH. Lætūm, dūlcĕ, fēstīvūm, bĕātūm, sēcūrūm, blāndūm, spērātūm, vērūm, rĕpēntīnūm, brĕvĕ, fŭgāx, fāllāx, fŭgĭtīvūm, īnstābĭlĕ, ēffūsūm, nĭmĭūm, ōptātūm, trĭūmphālĕ, īnsŏlĭtūm, pĭūm, nŏvūm, sŏlēnnĕ, prŏfānūm. PHR. Lætĭtĭæ sīgnă, vōcēs, plaūsūs. Vūltūs hĭlărēs. Ēxhĭlărāns ănĭmōs. Fāllācis văgă gaūdĭă mūndi. Īngēns ēxōrtă tŭmūltū Lætĭtĭă.

*gaudio afficio.* SYN. Dēlecto. PHR. Lætĭtĭā pērfūndo, implĕo, recrĕo, mūlcĕo. Blāndā dūlcēdĭnĕ sēnsūs īnflecto. Āffēctūs tăcĭtā dūlcēdĭnĕ mēntēs implĕo.

gāvīsūs. *Nōn ĭtă Dārdănĭō gāvīsūs Ātrīdă trĭūmphō ēst*, Prop. 2, 14, 1. SYN. Lætātūs: gaūdēns.

Gaūrūs. *Seū tĭbi Bācchæi vīnētă mădēntĭă Gaūri*, Stat.

gāză. *Nōbĭlĭbūs gāzis, ŏpĭbūsquĕ cŭbīlĭă sūrgūnt*, Cl. SYN. Dīvĭtĭæ, thēsaūri, ŏpēs, pĕcūnĭă. EPITH. Dīvĕs, prĕtĭōsă, pĕrēgrīnă, eōă, Pērsĭcă, Ăsĭătĭcă. PHR. Ŏpŭlēntă sŭpēllēx. Lȳdæ pōndĕră gāzæ. Ŏpūm cŭmŭlūs, ăcērvūs, cōngĕrĭēs. V. *Dīvĭtiæ.*

Gĕhēnnă. *Mūndāni invōlvăt pŏpŭli, dāmnētquĕ Gĕhēnnæ*, Prud. EPITH. Ōbscūră, hōrrĭdă, tētră, mĕtŭēndă, căvă.

gĕlĭdūs. *Sēd gĕlĭdūm Bŏrĕān ēgĕlĭdūmquĕ Nŏtūm*, Ov. Am. 2, 11, 10. SYN. Gĕlātūs, cōngĕlātūs, frīgĭdūs. PHR. Gĕlū cōncrētūs, rĭgĭdūs, rĭgēns. V. *Frigidus.*

gĕlo, ās. *Pāvĭdōquĕ gĕlāntūr pēctŏrĕ*, Juv. 6, 95. SYN. Cōngĕlo, cōnglăcĭo, indūro, *activè*: dūrēsco, gĕlāsco, *pass.* PHR. Gĕlū āstringo, indūro, cōnstringo, incrūsto, prĕmo. Gĕlū, *vel* glăcĭē cōncrēsco, indūrŏr, indūrēsco, āstringŏr, rĭgĕo, prĕmŏr, hōrrĕo. VERS. Dūrātūr cōncrētō frīgŏrĕ cōllis. Stānt flūmĭnă dūrō īncrūstātă gĕlū. Cōncrēscūnt sŭbĭtæ cūrrēnti in flūmĭnĕ crūstæ. Āstrīctō cōit ūndă gĕlū. Tērră rĭgēt glăcĭālĭbūs ūstă prŭīnis. Sŏlĭdis hærēnt flūmĭnă lȳmphis. Vĭdĭmūs in glăcĭē piscēs hærērĕ lĭgātōs. Hȳēms dūm sævă rĭgēnti Strīngĕrĕt ārvă gĕlū. Mārmŏrĕō pāllēt ădūstă gĕlū. Glăcĭēquĕ nĭvāli, Hīspĭdŭs, ēt mūltā cōncrētūs grāndĭnĕ crīnēs. Cūm glăcĭē brūmă rĭgēntĕ vēnit. Pēndŭlă tēctis Hōrrēscit glăcĭēs. Glăcĭēm cūm flūmĭnă trūdūnt. Vĭdĭmūs ingēntēm glăcĭē cōnsīstĕrĕ pōntūm. Glăcĭē cūrsūs frænātūr ăquārūm. Tēr frīgŏrĕ cōnstĭtĭt Īstĕr: Făctă ēst Eūxīni cūră tēr ūndă măris. Ūndăquĕ jām tērgō fērrātōs sūstĭnĕt ōrbēs, Pūppĭbūs īllă prĭūs pătŭlis, nūnc hōspĭtă plaūstris; æraquĕ dīssĭlĭūnt vūlgō, vēstēsquĕ rĭgēscūnt indūræ, cædūntquĕ sĕcūrĭbūs hūmĭdă vīnă, ēt tōtæ sŏlĭdam in glăcĭēm vērtērĕ lăcūnæ, Stīriăque impēxis indūrŭit hōrrĭdă bārbis: Intĕrĕūnt pĕcŭdēs, stānt circūmfūsă prŭīnis Cōrpŏră māgnă bŏūm. Quăquĕ rătēs iĕrānt, pĕdĭbūs nūnc ĭtŭr, ēt ūndās Frīgŏrĕ cōncrētās ūngŭlă pūlsăt ĕqui. Tēllūs sūb stĕrĭli lānguĕt ădūstă gĕlū. Ōmnĭă brūmāli dīrĭgŭērĕ gĕlū. V. *Frigeo, Hyems.*

Gĕlōni, Gĕlōnōrūm. *Pīctōsquĕ Gĕlōnōs*, Virg. Geo. 2, 115. EPITH. Ăcrēs, săgīttĭfĕri, vŏlŭcrēs, sævi, flāvi, impĕrĭōsi, dīspērsi, fĕrōcēs, immītēs, fōrtēs, lăcērtōsi. V. *Bisaltæ.*

gĕlū. *Rūră gĕlū tūm claūdĭt hȳēms, nēc sēmĭnĕ jāctō*, Virg. Geo. 2, 317. SYN. Glăcĭēs, frīgūs. EPITH. Glăcĭālĕ, hȳĕmālĕ, pīgrūm, ārctūm, āstrīctūm, cōncrētūm, cānēns, cānūm, sævūm, mārmŏrĕūm, nĭvālĕ, hōrrēns, dēnsūm. PHR. Ārctō frīgĭdă brūmă gĕlū. Cōncrētūm frīgŭs. Tērră cōncrētă gĕlū. Hȳbērnō prægrăvis ūndă gĕlū. V. *Gelo, Frigus.*

gĕmĕbūndūs, ă, ūm. *īllĕ quĭdēm tōtām gĕmĕbūndŭs ŏbāmbŭlăt Ætnăm*, Cl. SYN. Gĕmēns. V. *Gemo.*

gĕmēlli, frātrēs.——*nĭdō nāmquĕ gĕmēllōs*, Virg. Ecl. 1, 14. SYN. Gĕmĭni. PHR. Gĕmĭni sūb ūbĕrĕ nāti. Gĕmĭnūs pārtūs, fœtūs. Prōlēs gĕmĭnă. Gĕmĭni frātrēs: fœcūndæ glōrĭă mātris.

gĕmĭni. *Prōcŭbŭīssĕ lŭpăm; gĕmĭnōs huic ūbĕră circūm*, Virg. Æn. 8, 631.

Gĕmĭni. *Tȳndărĭdæ Gĕmĭni*, Ov. M. 8, 301. *Signum Zodiaci, quod Sol intrat mense Maio. Fingunt Poetæ hos esse Castorem et Pollucem, geminos Ledæ filios.* PHR. Cȳcnĭgĕni frātrēs. Tȳndărĭdæ jŭvĕnēs. Gĕmĭnīquĕ părēs. Sȳdĕră

Digitized by Google

dextrā māris. Sȳdŭs gĕmĭnŭm. Lēdæ sŏbŏlēs. Lāmpās Tȳndărĭdūm. Œbălĭdæ gĕmĭni. Clārā Gĕmĭni Signā Tȳndărĭdæ. Nautis sȳdŭs ămīcŭm. Cūm Cāstŏrĕ Pōllūx. V. *Castor*.

gĕmĭno, ās. *æstūs ĕrāt māgnūmquĕ lăbŏr gĕmĭnāvĕrăt æstūm*, Ov. M. 5, 586. SYN. Ingĕmĭno, cŏngĕmĭno, duplĭco, cŏnduplĭco, cŏmbĭno, *vel* rĕpĕto, ĭtĕro.

gĕmĭnŭs. *Tērgă prĕmĭt pĕctŏrĭs gĕmĭnis ămŏr aurĕŭs ālis*, M. SYN. Gĕmĕllŭs, gĕmĭnātŭs, duplĕx, dŭo, bĭni.

gĕmĭtŭs, ūs. *ĕxtrēmōsquĕ ciĕt gĕmĭtūs, ĕt tristis ărātŏr*, Virg. Geo. 3, 517. SYN. Lūctŭs, sūspīrĭă, plānctŭs, plāngŏr, lāmēntŭm, flētŭs, quĕrēlă, quēstŭs, clāmŏr, ŭlŭlātŭs. EPITH. Tristis, mœstŭs, ăcērbŭs, frĕmēns, sævŭs, dūrŭs, ămārŭs, grăvis, mœrēns, lacrȳmābĭlis, æ̆gĕr, mĭsĕrāndŭs, atrōx, lōngŭs, tŭrbĭdŭs, quĕrŭlŭs, fœmĭnĕŭs, rĕsŏnāns, crēbĕr, ĭtĕrātŭs, pērpĕtŭŭs, fīctŭs, ĕxŏsŭs. PHR. Attrāctŭs ăb āltō Spīrĭtŭs intĕrdŭm gĕmĭtū grăvis. VERS. Gĕmĭtūs lăcrȳmābĭlis īmō Audītŭr tŭmŭlō. Lāmēntis, gĕmĭtūque, ĕt fœmĭnĕō ŭlŭlātū Tēctă frĕmūnt. Ædēs gĕmĭtu ĕt clāmŏrĕ rĕsūltānt. V. *Gemo*.

gĕmmă. *Sæpĕ vĕlūt gĕmmās ējŭs sīgnūmquĕ prŏbārĕm*, T. SYN. Lăpĭllŭs: cōnchă, bāccă. *Gemmarum species aliquot*, Ăchātēs, Ădămās, Ămĕthȳstŭs, Bērȳllŭs, Chrȳsŏlīthŭs, Cȳănŭs, Hȳăcinthŭs, Iāspis, Mārgărītă, *sive* Ūnio; Ŏnȳx, Sārdŏnȳx, Sāpphīrŭs, Smărāgdŭs, Tŏpāzŭs, Pȳrōpŭs. EPITH. Cŏlōrātă, tŭmēns, nĕxĭlis, lūcĭdă, nĭtĭdă, rŭtĭlă, mĭcāns, rădĭāns, scintĭllāns, Indĭcă, dīvĕs, ignĕă, Gărămāntis, pērspĭcŭă, fŭlgēns, ărdēns, iāspĭdĕă, prĕtĭōsă, cūltă, rădĭōsă, fŭlgĭdă, clāră, Scȳthĭcă, stēllāns, pūră, flāmmātă, ĕŏă, nĭtēns, cŏrŭscă: Indă, sȳdĕrĕă, pēllūcĭdă, vĭrĭdis, pĕrĕgrīnă, Ĕrythræă, Gāngĕtĭcă, tĕrēs. PHR. Spŏlĭă rubri măris. Lăpis rubris ādvēctŭs ăb ŭndis. Rubri mŭnĕră Pōnti. Dŏnă măris Indi. Pĕlăgi dŏnă rŭbēntis. Cōnchĕă bāccă măris, i. e. *unio*. Gĕmmĕŭs fŭlgŏr, nĭtŏr, lūx, ignis. Gĕmmārŭm prĕtĭŭm. Nĭtĭdō fŭlgŏrĕ cŏrŭscāns. Gĕmmă mīrō cāndŏrĕ cŏrŭscāns. Quæ lĕgĭtŭr rŭbris gĕmmă sŭb æquŏrĭbŭs. VERS. Nōbĭlis ĕŏō splēndēscit gĕmmă mŏnīli. Gēmmæ aurŏ intēxtæ rădĭānt. Pŏsitæque ĕx ōrdĭnĕ gĕmmæ Clāră rĕpērcūssō rĕddēbānt lūmĭnă Phœbō. Dăt dĭgĭtis gĕmmās, dăt lōngă mŏnīlĭă cŏllō. Sūbstrīngĭtquĕ cŏmām gĕmmis, ĕt cōllă mŏnīli Circŭit. Ēt bāccis ŏnĕrăt cāndēntĭbŭs aurēs. Pēndēbānt tĕrĕti gĕmmātă mŏnīlĭă cŏllō. Ārdēbāt gĕmmā Gărămāntĭdĕ cærŭlă vēstis, ŭt cūm spārsă mĭcānt stēllārŭm lūmĭnă cœlō. V. *Orno*.

*gemma, in arboribus.—Tūrgĕnt in pālmĭtĕ gĕmmæ*, Virg. Ecl. 7, 48. SYN. Gērmĕn, ŏcŭlŭs, sūrcŭlŭs.

gĕmmātŭs. *Pēndēbānt tĕrĕti gĕmmātă mŏnīlĭă cŏllō*, Ov. Met. 10, 113. SYN. Gĕmmis ōrnātŭs, rădĭāns, cŏrŭscŭs, ŏnĕrātŭs, ŏnŭstŭs, distinctŭs, mĭcāns. PHR. Gĕmmārŭm nĭtŏrĕ, *vel* lūcĕ rădĭāns. Gĕmmārŭm vărĭō fŭlgŏrĕ cŏrŭscāns.

gĕmmĕŭs. *Lābĕris, ĕt dŏmĭni gĕmmĕă tēctă sŭbis*, Mart. 6, 47.

gĕmmĭfĕr, ă, ŭm. *ĕt frĕtă gĕmmĭfĕri fĭndĕrĕ clāssĕ măris*, Prop. 3, 4, 2. PHR. Gĕmmārŭm fĕrāx, dīvĕs.

gĕmo, ŭi, ĭtŭm. *ĕt gĕmŭit, gĕmĭtūs vērbă părĕntis ĕrānt*, Ovid. Fast. 2, 186. SYN. Ingĕmo, gĕmisco, lūgĕo, sūspīro, quĕrŏr, plāngo. PHR. Āltō dĕ cōrdĕ, pĕctŏrĕ ăb īmō gĕmĭtŭm dŏ, ĕdo, dūco, ēmitto, trăho, haurio, fŭndo, cĭĕo, tōllo. Gĕmĭtū lŏcă implĕo. Quēstū pĕctŏră rŭmpo. VERS. Pērdĭŭs, ĕt pērnŏx āltō dĕ cōrdĕ pĕtītōs ēdēbāt gĕmĭtūs. Grăvĭtĕr gĕmĭtūs īmō dĕ pĕctŏrĕ dūcēns illăcrȳmăt. Ānxiă nŏctĕ, ānxiă lūcĕ gĕmit. Ingĕntēm gĕmĭtŭm tūnsis ăd sīdĕră tōllūnt Pēctŏrĭbŭs. Mœstŭsquĕ pĕr ōmnĕs it gĕmĭtŭs. Dūrōs gĕmĭtūs sŭb cōrdĕ prĕmēbāt. V. *Gemitus, Fleo*.

gĕnæ. *Pēndēntēsquĕ gĕnās, ĕt tālĕs āspĭcĕ rŭgās*, Juv. 10, 193. SYN. Mālæ. EPITH. Pūlchræ, pūrpŭrĕæ, āmbrŏsĭæ, nĭtĭdæ, ĕbūrnĕæ, nĭvĕæ, rŏsĕæ, dĕcŏræ, cāndēntēs, cŏlōrātæ, ālbēntēs, nĭvōsæ, rŭbēntēs, jŭvĕnīlēs, vĕrēcŭndæ, vĕnŭstæ, rŭbēscēntēs, tĕnēllæ, ālbēntēs, blāndæ, tŭmĭdæ, sĕnīlēs, rŭgōsæ, hirsūtæ, crāssæ, sĕvēræ: *In luctu*, tābēntēs, mœstæ, pāllēntēs, hūmēntēs, mădĭdæ, ūdæ. PHR. Gĕnārŭm pūrpŭră, cāndŏr, grātĭă, dĕcŭs, blāndĭtĭēs, vĕnŭstās. VERS. Occŭpăt ŭt tĕnĕrās pūrpŭră grātă gĕnās. Lăcrȳmis mōllēs īmmădŭērĕ gĕnæ.

‖ gĕnĕālŏgĭă. PHR. Gĕnĕris dēscrīptă sĕrĭēs. Sĕrĭēs ăvōrŭm. Stēmmătis ōrdo, dēscrīptio.

gĕnĕālŏgŭs. *ēssĕ Dĕŭm vĕlŭt illŭd ăit gĕnĕālŏgŭs idĕm*, Pr.

gĕnĕr, ĕri. *Mōnstră sĭnūnt: gĕnĕrŏs ĕxtērnis ăffŏrĕ ăb ōris*, Virg. Æn. 7, 270.

gĕnĕrālis. *ōstēndānt măcŭlās gĕnĕrālēs cŏrpŏrĕ inēssĕ*, Lucr. 1, 584.

Digitized by Google

gĕnĕrātim. *Quārĕ ăgĭtĕ ō prŏprĭōs gĕnĕrātim discĭtĕ cultūs*, Virg. Geo. 2, 35.

‖ gĕnĕrātĭo, ōnis. *Nōn tămĕn ipsă Dĕūs, quŏnĭăm gĕnĕrātĭō nōn ēst*, Prud. SYN. Prōductĭo, *vel* prŏgĕnĭēs, prŏpāgo, gĕnŭs.

gĕnĕrātŭs. *Bīnă bŏūm vōbīs Trōjā gĕnĕrātūs Ăcēstēs*, Virg. Æn. 5, 61. SYN. Gĕnĭtŭs, prŏgĕnĭtŭs, crĕātŭs, crētŭs, sătŭs, ēdĭtŭs, nātŭs.

gĕnĕro. *Fēlīcĭ jăm mōrtĕ Dĕō gĕnĕrārĕt ŭt ēssĕt*, Alcim. SYN. Prŏgĕnĕro, gigno, prŏgigno, crĕo, prŏcrĕo, prōdūco, *vel* părio. PHR. Prōlĕm sŭscĭpio. Ēdĕrĕ pārtŭm. VERS. Fōrtēs crĕāntŭr fōrtĭbŭs, ĕt bŏnis: ēst in jŭvĕncis, ēst in ĕquis pătrŭm virtŭs, nĕc imbēllĕm fĕrōcēs Prŏgĕnĕrānt ăquilæ cŏlŭmbăm. Pŭlchrā fĭĕri prōlĕ părĕntĕm. Săltĕm sī quă mĭhī dĕ tĕ sŭscēptă fŭissĕt āntĕ fŭgăm sŏbŏlēs. Quī tānti tălĕm gĕnŭĕrĕ părĕntēs. Quō sănguĭnĕ crētŭs. Sătŭs sănguĭnĕ Dīvŭm. Fĭgŭlō sŭm gĕnĭtōrĕ sătŭs. V. *Pario*.

‖ gĕnĕrōsĭtās, ātis. SYN. Nōbĭlĭtās, *vel* fŏrtĭtūdo, virtŭs, ănĭmī rōbŭr, vis. PHR. Māscŭlă vis ănĭmī. Gĕnĕrōsŭm pĕctŭs. Mēns gĕnĕrōsă. Mārtĭŭs ărdŏr. Nōbĭlis, virīlis, cōnstāns ănĭmŭs. Fōrtĕ pĕctŭs. Invictæ virēs. Māscŭlă virtŭs.

gĕnĕrōsŭs. *incŭlŭit fīnēs, nēmō gĕnĕrōsĭŏr ēst tē*, Hor. S. 1, 6, 2. SYN. Nōbĭlis, *vel* fōrtis, aŭdāx, māgnănĭmŭs, intrĕpĭdŭs, ănĭmōsŭs, impăvĭdŭs, intĕrrĭtŭs. PHR. Tĭtŭlis gĕnĕrōsŭs ăvītis, *vel* Præstāns ănĭmī. Virtūtĕ pŏtēns. Bēllō fōrtis, invictŭs. Vir fōrti pĕctŏrĕ. Vīrĭbŭs invictŭs. Fīdēns ănĭmī. Vinci nēscĭŭs. Ărmis ācĕr. Ingēns ănĭmis. Cui gĕnĕrōsŭs ēbŭllit sānguis. Quĕm māscŭlă virtūs ēxcĭtăt. V. *Fortis*.

gĕnĭālis. *immĭnĕt āssĭmĭlis, lūcēnt gĕnĭālĭbŭs āltis*, Virg. Æn. 6, 603. SYN. Gĕnĭō săcĕr, fēstŭs, *vel* lætŭs, fēstīvŭs, dēlĭcĭōsŭs, ămœnŭs, dăpsĭlis, laūtŭs.

gĕnīstă.——*mōllĕ sĭlĕr lēntæquĕ gĕnīstæ*, Virg. Geo. 2, 12. SYN. Spārtŭm. EPITH. Hŭmĭlis, vĭrĭdis, lēntă, flēxĭlis. PHR. Spārtī vīmĕn. Spārtĕă vīmĭnă.

gĕnĭtābĭlis. *ēt rĕsĕrātă vĭgĕt gĕnĭtābĭlis aūră Făvōnī*, Lucr. 1, 11.

gĕnĭtālis. *Rōmŭlŭs in cœlō cŭm Dis gĕnĭtālĭbŭs ævŭm*, P.

gĕnĭtŏr, ōris.——*Pēnēi gĕnĭtōris ăd ūndăm*, Virg. Geo. 4, 355. SYN. Gĕnĕrātŏr, prŏgĕnĭtŏr, sătŏr, părēns, pătĕr. V. *Pater*.

gĕnĭtrix, īcis. *Jămquĕ dŏmŭm mīrāns gĕnĭtrīcis, ĕt hūmĭdă rēgnă*, Virg. Geo. 4, 363. SYN. Părēns, mātĕr. V. *Mater*.

gĕnĭtŭs. *Dis quănquăm gĕnĭtī, ātque invictī vīrĭbŭs ēssēnt*, Virg. Æn. 6, 394. SYN. Gĕnĕrātŭs, *vel* fīlĭŭs, prōlēs, prŏgĕnĭēs.

Gĕnĭŭs. *Māgnĕ gĕnī, căpĕ thūră lĭbēns, vōtīsquĕ făvēto*, Virg. *Dæmon, quem nativitati et vitæ præesse fingebant. Voluptatis etiam Deum faciebant veteres.* SYN. Tūtēlāris Dĕŭs, *vel* vŏlŭptātis Dĕŭs. EPITH. Dēxtĕr, bŏnŭs, faūstŭs, sĕcūndŭs, fēlix, faūtŏr, ămīcŭs, fīdŭs, cŏmĕs, dŭx, nātālis, hĭlăris, lætŭs, jūcūndŭs, fēstīvŭs.

gĕnŭīnŭs. *Tē Lŭpĕ, tē Mūtī, ĕt gĕnŭīnŭm frēgĭt in illis*, P. SYN. Nātīvŭs; *vel* Māxillāris.

gēns. *Gēntĭbŭs in nōstris rĭtŭ quătĭĕrĕ: sĕd illis*, Juv. 13, 171. SYN. Sŏbŏlēs, prŏgĕnĭēs, prōlēs, gĕnŭs, stirps, sānguis, prŏpāgo, *vel* pŏpŭlŭs, nātio.

gĕntīlis. *ōblīquās, nĕc nōn gēntīlĭă tўmpănă sēcŭm*, Juv. 3, 64.

gĕntīlĭtās, ātis. *Gēntīlĭtātis sōrdĭdă nūbĭlă*. (Alcaic.) Prud.

gĕnū. *Dīxĕrăt, ĕt gĕnŭă āmplēxŭs, gĕnĭbŭsquĕ vŏlūtāns*, Virg. Æn. 3, 607. SYN. Poplĕs. EPITH. Prōcĭdŭŭm, sŭccĭdŭŭm, hŭmĭlĕ, cūrvātŭm, flēxŭm, immīssŭm, incūrvŭm, sŭpplēx, lăbāns, trĕmēns, firmŭm, cērtŭm, tĭtŭbāns, dūrŭm. VERS. Quă crūs ēsse incĭpit ĕt quă Mōllĭă nōdōsŭs făcĭt intērnōdĭă pōplĕs, i. e. *junctura genuum*. Tārdă trĕmēntī Gĕnŭă lăbānt. Gĕnŭa ægră trăhēntĕm. Rĭgĭdō nīxŭs gĕnū. Trĕmŭlō mĕdĭōs ābrŭmpit pŏplĭtĕ gȳrōs.

*genua flecto*. PHR. Gĕnŭă sŭbmitto, inclīno, pōno, inflēcto, sĭnŭo. Pŏsĭtō, *vel* flēxō gĕnū prōcūmbo, cădo. Gĕnĭbŭs sŭpplēx ădvŏlvŏr. Gĕnŭă āmplēxŭs, gĕnĭbŭsquĕ vŏlūtāns. Vĕnĕrāri pŏplĭtĕ cūrvō, sĭnŭātō. Āntĕ pĕdēs jăcĕo, sŭpplēx. Flēxō pŏplĭtĕ prōnŭs: Prōnis gĕnĭbŭs sŭpplēx cădo. VERS. Prōcĭdŭō dic bŏnă vērbă gĕnū. Nĕc mōrŏr āntĕ pĕdēs prōcŭbŭissĕ tŭōs. Gĕnĭbŭsquĕ sălūtānt sŭbmīssī aŭgŭrĭŭm. Sŭpplēx vōlvĭtŭr āntĕ pĕdēs. Pŏsĭtōquĕ gĕnū Tītānĭă tērrăm Prēssit. Sic cădĭt inflēxō lăpsă pŭēllă gĕnū. Sŭpplĭcĭtĕr pŏsĭtō prōcŭbŭērĕ gĕnū. Flēxō gĕnū jăm tōtŭs ăd tērrăm rŭit. Quĕm gĕnū nīxæ trĕmŭērĕ gēntēs. Ĕt sŭpplēx jăcĕt āllāpsă gĕnĭbŭs.

gĕnŭs, ĕris. *Năm gĕnŭs, ĕt prŏăvōs, ĕt quæ nōn fēcĭmŭs ipsī*, Ov. Met. 13, 140. SYN. Gēns, gēntīlĭtās, ōrtŭs, ōrĭgo, stirps, sānguis, *vel* prŏpāgo, prŏgĕnĭēs, *vel*

Digitized by Google

stēmmă. EPITH. Nōbĭlĕ, ăntīquūm, clārūm, īllūstrĕ, vĕtŭs, rēgĭūm, prǣclārūm, nōtūm, rēgālĕ, īgnōbĭlĕ, ăbjēctūm, vīlĕ, hŭmĭlĕ, sōrdĭdūm, īgnōtūm. PHR. Gĕntĭs hŏnōs. Gĕnĕrĭs prīmōrdĭă, grădŭs. Sānguĭnĭs īnclytŭs ōrdo. Ōrtŭs nōbĭlĕ prīncĭpĭūm. VERS. Gĕnŭs īmmōrtālĕ mănēt, mūltōsquĕ pĕr ānnōs, Stāt fōrtūnă dŏmūs, ĕt ăvī nŭmĕrāntŭr ăvōrūm. Māctă viri virtūs ănĭmō, mūltūsquĕ rĕcūrsăt Gĕntĭs hŏnōs. Āb Jŏvĕ prīncĭpĭūm gĕnĕrĭs. V. *Nobilis, et Ignobilis.*

gĕōmĕtră, *vel* gĕōmĕtrēs, *seu* gĕōmĕtrēs, *trissyl. Grāmmătĭcŭs, rhētŏr, gĕōmĕtrēs, pīctŏr, ălīptēs,* Juv. 3, 76.

Gĕrmānĭă. *Aūt Ārărĭm Părthŭs bĭbĕt, aūt Gĕrmānĭă Tĭgrĭm,* Virg. Ecl. 1, 63. SYN. Ălĕmānnĭă. EPITH. Aŭdāx, fĕrōx, pŏtēns, dīvĕs, bārbără, hōrrĭdă, ĕffĕră, fĕră, dīră, bēllātrīx, bēllĭcōsă, pĕrfĭdă, frīgĭdă, pūgnāx, ătrōx, fōrtĭs. PHR. Gĕrmānĭcă, Gĕrmānă tēllūs, plāgă, rĕgĭo, Gĕrmānæ ōræ.

Gĕrmānī. SYN. Ălĕmānnī, Teŭtŏnī, *seu* Teŭtŏnĕs, *à Teutone Rege ab ipsis olim culto:* Sĭcāmbrī. *Populi Germaniæ.* EPITH. Īnvīctī, pŏtēntēs, fĕrōcēs, bēllācēs, aŭdācēs, fōrtēs. PHR. Gĕrmānă gēns, nātĭo. Gĕrmānŭs pŏpŭlŭs. Flāvī gēns ăccŏlă Rhēnī. Ōræ Teŭtŏnĭcæ cīvēs.

Gĕrmānĭcŭs. *Quēm Gĕrmānĭcŭs ōrĕ nōn rŭbēntī,* (Phal.) Mart. 5, 2, 7. SYN. Gĕrmānŭs, Teŭtŏnĭcŭs.

gĕrmānŭs.—*sēd rēgnă Tўrī gĕrmānŭs hăbēbăt,* Virg. Æn. 1, 350. SYN. Frātĕr, *vel* āgnātŭs, *vel* vērŭs.

gĕrmĕn, ĭnĭs.——*ălĭēna ĕx ărbŏrĕ gĕrmĕn,* Virg. Geo. 2, 76. SYN. Sēmĕn, stīrps. EPITH. Mōllĕ, tūrgēns, ŏdōrūm, flōrĭfĕrūm, āmbrŏsĭūm, fœcūndūm, gĕnĭtālĕ, pūbēns. V. *mox Germino.*

gērmĭno. *Gērmĭnăt, ĕt nūnquām fāllēntĭs tērmĕs ŏlīvæ,* V. SYN. Prŏgērmĭno, pūllŭlo, gēmmo. PHR. Gērmĕn ēdo, părĭo, mītto, ēmītto, fūndo, trūdo. Gērmĭnĕ pūllŭlo, frōndĕo, flōrēsco, pūbĕo. VERS. Dīvĭtĕ gēmmă Vēstĭt pāmpĭnĕās vītĭs ŏpācă cŏmās. Ēffūndĭt gēmmās, tūrgēntĭ ĕt gērmĭnĕ frōndĕt. Mūltĭplĭcēs fūndĭt frŭtĭcēs, ĕt vīmĭnĕ crēbrō Gērmĭnăt. V. *Frutico.*

gĕro, ĭs, gēssī, gēstūm. *āspĕră sī gĕrĭtĭs cōrdă, rĕdīrĕ lĭcĕt,* Mart. 10, 103, 12. SYN. Făcĭo, *vel* ădmĭnĭstro, *vel* pōrto, gēsto, fĕro.

gĕrŭlŭs. *Fēstīnăt călĭdūs mūlĭs gĕrŭlīsquĕ rĕdēmptŏr,* Hor. Ep. 2, 2, 72. SYN. Bājŭlŭs.

Gĕrўōn, ŏnĭs. *Tērgĕmĭnī nĕcĕ Gĕrўŏnĭs, &c.* Virg. Æn. 1, 202. *Hīs nĕquĕ Gĕrўŏnēs trĭplĕx, nĕc tūrbĭdŭs Ōrcī,* Cl. *Crysaoris filius, Hispaniæ Rex, qui tribus Insulis, duabus nempe Balearibus, et Ebuso, imperabat. Tricorporem fingunt Poëtæ. Ejus Boves Hercules victoriâ potitus abduxit.* SYN. Gĕrўŏnēs, Gĕrўŏnēŭs, *quadrisз.* EPITH. Trĭcōrpŏr, trĭfōrmĭs, vāstŭs, fĕrŭs, fĕrōx, īmmānĭs, mĭnāx, fōrtĭs, aŭdāx, crūdēlĭs, hōrrēndŭs, Ībērŭs. PHR. Pāstŏr Ībērŭs. Rēx trĭfōrmĭs.

gēstāmĕn, ĭnĭs.——*māgnī gēstāmĕn Ābāntĭs,* Virg. Æn. 3, 286.

gēstĭo, īs, īvī, & ĭī. *ĕt stŭdĭō īncāssūm vĭdĕās gēstīrĕ lăvāndī,* Virg. Geo. 1, 387. SYN. Ēxūlto, lætŏr, gaūdĕo. PHR. Gēstū ēxūlto: Lætĭtĭă ēxĭlĭo, sŭbsĭlĭo, ŏvo, trĭūmpho. V. *Gaudeo.*

gēsto, ās. *Nōn ŏbtūsa ădĕō gēstāmŭs pēctŏră Pœnī,* Virg. Æn. 1, 571. SYN. Gĕro, pōrto, fĕro.

gēstŭs, ūs. *īllă plăcēt gēstū.*——Ov. Am. 4, 29. SYN. Āctĭo, mōtŭs. EPITH. Lŏquēns, pĕtŭlāns, grātŭs, mōllĭs, sŏlūtŭs, dĕcōrŭs, hŏnēstŭs, scēnĭcŭs. VERS. Lūmĭnĭbūs mōtīs āptĕ, gēstūquĕ vĕnūstō. Hīnc dūlcĭs lĕpŏr ĕt grātō mōllī dĕdūcĭt cāndĭdă gēstū Brāchĭă.

gēsūm, *sive* gēssūm, *vel* gæsūm. *Nōbĭlĭs ērēctĭs fūndĕrĕ gēsă rŏtīs,* Prop. 4, 11, 42. *Teli genus, quo utebantur Galli. E lignis Alpinis sæpe confectum.* VERS. Lēvī jăcŭlātūr Gāllĭcă gēsă mănū. Ālpīnă cŏrūscāns Gēsă mănū.

Gĕtæ. *Cūm fŭgĭt īn Rhŏdŏpēn, ătque īn dēsērtă Gĕtārūm,* Virg. Geo. 3, 462. EPITH. Hўbērnī, āstūtī, rĭgĭdī, īnfēstī, squāllĭdī, dūrī, īnhūmānī, hīrsūtī, trŭcēs, fĕrī, fĕrōcēs, īndŏmĭtī, īntōnsī, bārbărĭcī, phărētrātī, Thrācĭī, Thrēĭcĭī. PHR. Gĕtĭcă gēns. VERS. Cŏrўtŏn ĕt ārcūm, Tēlăquĕ vīpĕrĕō lūrĭdă fēllĕ gĕrūnt. Nūllă Gĕtīs tōtō gēns ēst trŭcŭlēntĭŏr ōrbĕ.

Gĕtĭcŭs. *Hānc tĭbĭ ē Gĕtĭcō mīttĭt tĭbĭ Nāsō sălūtēm,* Ov. Tr. 5, 13, 1.

Gĭgāntēs, ūm. *Sūb tērrīs sīnt jūră dĕūm, ĕt tōrmēntă gĭgāntūm,* Prop. 3, 5, 39. *Gigantes fuere homines magnitudinis immensæ, quorum origo præcessit Diluvium Noemi. Horum successores in ædificandâ Turri Babylonicâ, duce Nim-*



Digitized by Google

*rode, frustrà laborarânt. Primi quidem impiis factis Deo*, i. e. *pietati, bellum intulerunt, alii verò non minùs scelerati fuere. Ex his malè intellectis Fabulas suas Poëtæ contexuerant. Titanes, inquiunt, filii fuerunt Titanis fratris Saturni et Terræ, qui cùm à Jove victi essent, irata Tellus Gigantes protulit, qui in Phlegræis campis Thessaliæ, collatis montibus gradum in cœlum struxerunt, et cum Diis pugnavere: Tandem verò fulmine dejecti sub Ætnâ monte et aliis oppressi sunt.* SYN. Titanes, terrigenæ. EPITH. immanes, horrendi, superbi, audaces, vasti, tumidi, feri, furentes, impavidi, crudeles, barbari, potentes, sævi, metuendi, horribiles, furiosi, diri, terrifici, interriti, minaces, truculenti, tetri, acerbi, nefandi, immites, scelerati, impii, anguipedes, Ætnæi, *ab Ætnâ, quia sub hunc montem fulmine dejecti;* Phlegræi, *à Phlegræis Thessaliæ campis, ubi pugnârunt adversùs Deos.* PHR. Titania proles. Gigantum cohors, manus, acies. Terrigenæ fratres. Telluris juvenes, alumni. Genus antiquum Terræ. Hostes Phlegræi. impia turba Gigantum. Immania monstra, Gigantes. Feri Terræ partus. Vasta se mole moventes. Cœlo capita alta ferentes. Molis monstra stupendæ. Propago contemptrix superum. Conjurati Cœlum rescindere fratres. Deos ausa lacessere bello, sæva cohors. Ausi cœlum affectare Gigantes. Cœlo irata juventus. Quos vibrato fulmine, *vel* vindice flamma Jupiter obruit, protrivit, vastis involvit ruinis. Quos partu Terra nefando edidit. Quos tellus in Cœlum furibunda tulit. VERS. Affectasse ferunt regnum cœleste Gigantes, altaque congestos struxisse ad sydera montes. Qui manibus magnum rescindere cœlum aggressi, superisque Jovem detrudere regnis. Tentavere humeris monti superaddere montem, Pervius ut fieret congestis molibus æther. Terra feros partus, immania monstra Gigantes edidit, ausuros in Jovis ire domum. Mille manus illis dedit, et pro cruribus angues. Atque ait in magnos arma movere Deos. Extruere hi montes ad sydera summa parabant, et bello magnum sollicitare Jovem. Fulmina de cœli jaculatus Jupiter arce, Vertit in authores pondera vasta suos. Phlegra Giganteis famosa ruinis.

Giganteus, a, um. *Sive Gigantea spatiabere littoris ora*, Prop. 1, 20, 9.

Gigas. *Centimanus Gigas*, al. *Gyas*, Hor. C. 2, 17, 14.—*Terræ filius, frater Briarei.* EPITH. Tumidus, superbus, ferox.

gigno, genui, genitum. *Sæcula? qui tanti talem genuere parentes?* Virg. Æn. 1, 610. V. *Genero.*

glacialis. *et glacialis hyems canos hirsuta capillos*, Ov. M. 2, 30. SYN. Gelidus, pruinosus, algidus, frigidus.

|| glaciatus. SYN. Gelatus, congelatus, conglaciatus. PHR. In glaciem concretus. Glacie rigens, astrictus, concretus, horrens.

glacies, iei. *ah tibi ne teneras glacies secet aspera plantas!* Virg. Ecl. 10, 49. EPITH. Aspera, nivalis, concreta, solida, rigens, durata, Alpina, *ab Alpibus:* Riphæa, *à Riphæis montibus Scythiæ:* dura, lucida, fragilis. PHR. Unda gelu concreta. Gelu concretus latex. Crusta lubrica. Stiria pendens. Hyberno prægravis unda gelu. VERS. Ventis glacies astricta pependit: Terram hirsuta premit glacies, et bruma perennis. V. *Gelu.*

glacio, as. *Ventis et positas ut glaciet nives*, (Choriamb.) Hor. Od, 3, 10, 7. SYN. Conglacio, gelo, congelo. *Neut.*

gladiator, oris. *Lustravitque fuga mediam gladiator arenam*, Juv. 3, 144. SYN. Pugil, luctator, lanista, *gladiatorum Magister.* EPITH. Fortis, robustus, nudus, tunicatus. PHR. Armatæ peritus palæstræ. Media pugnat gladiator arena. V. *Athleta.*

gladius. *Nescierint primi gladios extendere fabri*, Juv. 15, 168. SYN. Ensis, ferrum, pugio, sica, mucro, cuspis, acies. EPITH. Fulgens, minax, ferreus, anceps. V. *Ensis.*

glandifer, a, um. *Glandiferas inter curabant corpora quercus*, Lucr. 5, 937. PHR Glandis ferax. Glandibus onustus.

glans. *Sin autem existit durum tibi glandibus ingens*, S. *Hoc fructu, inquiunt Poëtæ, vescebantur olim homines, ætate aureâ, antequam Ceres agriculturam docuisset. Præclarum verò commentum.* EPITH. Dura, sylvestris, excussa, virens, agrestis, hyberna, vetus, caduca, querna, iligna, æscula, Chaonia, *à Dodonâ sylvâ Chaoniæ quercubus abundante.* PHR. Quernea, iligna, *vel* æsculea nux, frux, bacca. Quercus, ilicis, æsculi fœtus, fructus. Quernum, iliceum pomum. Chaoniæ fruges. Sylvestria pabula, glandes. VERS. Conten-

tĭs nĕmŏrŭm pōmis, ĕt glāndĕ sŏnōrā Vīvĭt. Tōllăt ĕt īmmŏdĭcām glāns mĭhĭ strictā fămēm. Sūppĕdĭtăt glāns quĕrnĕă victūm. Āntĕ mĭnīstrābānt glāndēs ălĭmēntă. Cĕrĕris mūnĕrĕ tēllūs Chāŏnĭām pĭngui glāndēm mūtāvĭt ărĭstā.

glāns. *Globus tormentarius.* EPITH. Plūmbĕă, fĕrrĕă, ăhēnă, mīssă, vŏlāns, vŏlŭcris, mīssĭlis, ignĕă, vūlnĭfĭcă. PHR. Glŏbŭs ænĕŭs. Pīlă fĕrrĕă. Plūmbĕă māssă. Mīssĭlĕ plūmbūm. Vŏlātĭlĕ fĕrrūm. VERS. Evŏmit ignĭtās hŏstĭlis māchĭnă glāndēs. Fĕrrĕă lævām Glāns ignĭtă mănūm fĕrĭīt. Vŏlŭcrēs īmĭtāntūr fūlgŭră glāndēs.

glārĕă. *Nām jĕjūnă quĭdēm clīvōsī glārĕă rūris,* Virg. Geo. 2, 212. SYN. Ărēnă. EPITH. Flāvă, jĕjūnă, dūră, stĕrĭlis. PHR. Crēbĕr līttŏris āspĕrăt ōrām Cālcŭlŭs, sĭlĕx, scrūpŭlŭs, lăpīllŭs.

glaūcŭs.——*Căpŭt glaūcō cōntĕxit ămictū,* Virg. 12, 885. SYN. Cœrŭlŭs, cœrŭlĕŭs, vĭrĭdis, vĭrēns, cæsĭŭs, prăsĭnŭs.

glēbă. *Liquitŭr, ĕt Zĕphȳrō pūtris sē glēbă rĕsōlvĭt,* Virg. Geo. 1, 44. SYN. Cēspĕs. EPITH. Jăcēns, ĭnērs, pinguis, siccă, fœcūndă, mădĭdă, fērtĭlis, hūmēns, cāmpēstris, ēffūsă, fĕrāx, spĭcĕă. PHR. Glēbæ dīvĭtis ūbĕr. Dītēs sĭnĕ vōmĕrĕ glēbæ. Ūlīgĭnĕis tēllūs ūbērrĭmă glēbis. Ūbĕrĕ glēbă tērră fĕrāx. V. *Arare.*

glīs, glīris. *Sōmnĭcŭlōsōs īllĕ pōrrigĭt glīrēs.* (Scaz.) Mart. 3, 58, 36. SYN. Mūs Alpīnŭs. EPITH. Ĭnērs, pĭgĕr, hȳbērnŭs, sŏpōrātŭs, dōrmītŏr, brĕvis, Alpīnŭs. PHR. Glis brĕvis hȳbērnō sŏlĭtūs pinguēscĕrĕ sōmnō. VERS. Tōtă mĭhĭ dōrmītŭr hȳēms, ĕt pinguĭŏr īllō Tēmpŏrĕ sūm, quō mē nīl nĭsĭ sōmnŭs ălīt.

glīsco.—*ăccēnsō glīscĭt vĭŏlēntĭă Tūrnō,* Virg. 12, 9. SYN. Crēsco, ăccrēsco, aūgēsco, invălēsco.

glŏbōsŭs. *Scīlĭcĕt ēssĕ glŏbōsă tămēn, cūm, &c.* Lucr. 2, 468. SYN. Rŏtūndŭs, ŏrbĭcŭlātŭs. PHR. Īn glŏbī fōrmām ēffēctŭs, fĭgūrātŭs. In glŏbūm ēffōrmātŭs. Glŏbī dĕdĭt īllĕ fĭgūrām, Tōrnō circūmdŭcēns.

glŏbŭs. *Quis glŏbŭs, ō cīvēs, cālīgĭnĕ vōlvĭtŭr ātrā?* Virg. Æn. 9, 36. SYN. Sphæră, ōrbis. EPITH. Rŏtūndŭs, lævis, dēnsŭs, tŏrnātĭlis.

*globus lusorius.* PHR. Rŏtātĭlĕ būxūm. Vŏlūbĭlĕ lignūm. Rŏtūndă būxŭs. Vŏlūbĭlis ălnŭs.

*globus tormentarius.* V. *Glans.* *Pro Turbâ,* V. *Turba.*

glŏmĕrāmĕn. *Dissĭmĭlēs igĭtŭr fōrmæ glŏmĕrāmĭnĕ in ūnūm,* Lucr. 2, 685. SYN. Gȳrŭs, *vel* cōngĕrĭēs.

glŏmĕro. *In spĕcĭem ērvīllæ pārvōs glŏmĕrābis in ōrbēs,* S. SYN. Ăgglŏmĕro, ăggĕro, cōnvĕho, ăccūmŭlo. PHR. Māgnūm mistæ glŏmĕrāntŭr in ōrbēm. Grēssūs glŏmĕrārĕ sŭpērbōs. Vōlvūntŭr in ōrbēm. Īmmēnsōs sĭnŭātŭr in ārcūs. V. *Accumulo.*

glōrĭă.——*hōrtātrix ănĭmōsī glōrĭă lēthī,* Stat. Theb. 2, 717. SYN. Laūs, hŏnŏr, dĕcŭs; nōmĕn, fāmă, splēndŏr. EPITH. Īnclȳtă, ārdŭă, ĭnānis, vēntōsă, frăgĭlis, nōbĭlis, fŭgĭtīvă, brĕvis, mūtābĭlis, ŏptātă, dēbĭtă, mĕrĭtă, insignis, māgnă, pĕrēnnis, sūmmă, trĭūmphālis, invĭdĭōsă, cĕlĕbris, ŏpĕrōsă, īmmŏrtālis, vīvāx, āmbĭtĭōsă, fēlix. PHR. Nūllō ūnquām dēlēbĭlis ævō. Pērpĕtŭūm mānsūră pĕr ævūm. Hōrtātrix ănĭmōsī glōrĭă lēthī. Nēscĭă mōrtis glōrĭă. Expērs sĕpūlchrī. Pōst fātă sŭpērstĕs. Mēndācī rēsplēndēns glōrĭă fūcō. Pērfūsāquĕ glōrĭă fūcō. VERS. Īmmēnsūm glōrĭă cālcăr hăbĕt. Nōmĕn ăb ætērnā pōstĕrĭtātĕ fĕrēs. Clārăque ĕrit scrīptis glōrĭă vēstră mĕis. V. *Nomen.*

glōrĭŏr, āris. *Vīs cūrsū pĕdĭbūsquĕ glōrĭārī.* (Phal.) Mart. 12, 36, 11. SYN. Ŏstēnto, jăcto, jāctĭto. PHR. Dōtēs ŏstēntārĕ sŭās. Vērbis īmmŏdĭcis, *vel* sŭpērbis ēxtōllĕrĕ, fērrĕ in āstră, fērrĕ pŏlō. V. *Superbio.*

glūtĕn, ĭnis. *Glūtĭnĕ mātĕrĭēs taūrīno ĭtă jūngĭtŭr ūnā,* Lucr. 6, 1067. SYN. Glūtĭnūm, viscŭs, viscūm. EPITH. Tĕnāx, fōrtĕ, vălĭdūm, strīngēns, lēntūm, viscōsūm.

glūtĭnĕŭs. *Quæ pĕdĕ glūtĭnĕō quŏd tĕtĭgērĕ trăhūnt,* Rut. SYN. Viscōsŭs.

glūtĭno, ās. *Quŏd fŭĕrăt vērbūm, cārnis dūm glūtĭnăt ūsūm,* S. SYN. Cōnglūtĭno, āgglūtĭno. PHR. Glūtĭnĕ jūngo, strīngo, cōmpingo, nēcto, cōnnēcto.

gnārŭs. *Nōn cūltŏr instāns, nōn ărātŏr gnārŭs ēst.* (Iamb.) SYN. Pĕrītŭs, sōlērs, ēxpērtŭs, sciēns, dŏctŭs, gnāvŭs, prūdēns.

gnātŭs. *Gnātum ĕxhōrtārēr, nī mistŭs mātrĕ Săbēllā,* Virg. Æn. 8, 510. SYN. Nātŭs, fīlĭŭs.



Digitized by Google

gnāvitĕr.—*mŏrāntŭr ăgĕndī gnāvĭtĕr id quŏd*, Hor. Ep. 1, 1, 24. SYN. Fortĭtĕr, aūdāctĕr, sōlērtĕr.

gnāvŭs. *Gnāvŭs mānĕ fŏrum, ĕt vēspĕrtīnŭs pĕtĕ tēctŭm*, Hor. Ep. 1, 6, 20. SYN. Gnārŭs, sōlērs, strēnŭŭs, fŏrtis, aūdāx, gĕnĕrōsŭs.

gnōmōn, ŏnis.——*Sōlquĕ mĭcāns ăd sēxtŏs gnōmŏnăs ībăt*, Cl. SYN. Nōrmă, rēgŭlă. *In Horologiis*, indēx, stȳlŭs, ăcŭs. PHR. Stȳlŭs hōrārĭŭs. Hōrārŭm īndēx, ăcŭs. Hōrās ŭmbră nŏtāns.

gōbio, ōnis, et gōbĭŭs, ĭi. *Prīncĭpĭŭm cœnæ gōbĭŭs ēssĕ sŏlĕt*, Mart. 13, 88. EPITH. Căpĭtātŭs, pīnguĭs, ŏpīmŭs, flŭvĭālĭs, ămnĭcŏlă.

Gŏlĭăs. *Vīdĭmŭs hŏrrēndŭm mēmbrĭs ănĭmīsquĕ Gŏlĭăm*, Prud. *Gigas, Philistæorum dux, quem David puer fundâ prostravit.* SYN. Gŏlĭāth, Gŏlĭăthŭs. EPITH. Sŭpērbŭs, mĭnāx, gĭgās, prōcērŭs, Phĭlīstæŭs. PHR. Īngēns ēxĭgŭō læsŭs ăb hōstĕ gĭgās. Pārvō cădĭt ĭctŭs ăb hōstĕ, *sc. à Davide puero.*

Gōrgōn, ŏnis. *Gŏrgŏnĕ bĭs cēntŭm rĭgŭērŭnt cŏrpŏră vīsă*, Ov. M. 5, 209. *Phorci filiæ tres, Medusa, Sthenyo, et Euryale, Gorgones appellatæ sunt à Græco γοργὸν, quod est truculentum, seu horrendum. Quos aspexerant in saxa convertebant. Finguntur capite spiris anguium implexo, manibus æreis, aliis autem aureis. Has in Africâ degisse referunt.* SYN. Phōrcȳs, Phōrcȳnĭs. EPITH. Sævă, āspĕră, rĭgĭdă, tērrĭfĭcă, dūră, crŭēntă, hōrrēndă, hōrrĭbĭlĭs, fĕră, mĕtŭēndă, fōrmĭdābĭlĭs, bārbără, hōrrĭdă, săxĭfĭcă, atrōx. PHR. Sērpēntĭgĕrŭm mōnstrŭm. Phōrcĭ tērnă prŏpāgo. Săxĭfĭcæ sŏrōrēs. Ănguĭfĕræ Phōrcĭ nātæ. Sērpēntĭgĕră crūdēlĭă lūmĭnă mōnstri. VERS. Hæ sūnt Phōrcȳnĭdēs ōrĕ Mōnstrĭfĭco, ēxtrēmĭs Lĭbȳæ quæ fīnĭbŭs ōlim, ăspēctū mūtāre hŏmĭnēs in săxă sŏlēbānt. Gōrgŏnĭs ănguĭcŏmæ cœlātŏs ægĭdĕ vūltŭs Pāllăs hăbĕt. V. *Medusa.*

Gōrgŏnĕŭs, ă, ŭm. *ēxin Gŏrgŏnĕĭs Ālēcto īnfēctă vĕnēnĭs*, Virg. Æn. 7, 341. SYN. Mĕdŭsæŭs.

Gŏthi. *Hinc pōssēm vīctŏs, īndĕ rĕfērrĕ Gŏthŏs*, Auson. *Scythiæ populi, postea in Ostrogothos et Visigothos divisi. Illi, sub Alarico duce, Italiam et Orientalem regionem occupârunt; Hi Galliam et Hispaniam invaserunt, ubique sævitiâ et barbarie efferatâ grassantes.* EPITH. Sævi, īmmānēs, dūri, crūdēlēs, īnfrænēs, fĕri, crŭēnti, atrōcēs, ēffĕri, fŭrĭōsi, scĕlĕrāti, Mārtĭi, Māvōrtĭi, ărmĭpŏtēntēs.

grăbātŭs. *Sĕd sĭ nĕc fŏcŭs ēst, nūdī nĕc spōndă grăbātī*, Mart. 1, 93, 5. SYN. Cŭbīlĕ, tŏrŭs, thălămŭs, strātŭm, lēctŭs. EPITH. Tĕnŭĭs, mōllis, nōctūrnŭs, spūmōsŭs, plăcĭdŭs, vīlis. VERS. Mēmbră lĕvăt sēnsim vīli dēmīssă grăbātō. V. *Lectus.*

grăcĭlēntŭs. *Dēdūcŭnt hăbĭlēs glădĭŏs fīlō grăcĭlēntō*, En.

grăcĭlis. *ĕt grăcĭlis strūctŏs ēffŭgĭt ŭmbră rŏgŏs*, Ov. Tr. 4, 10, 86. SYN. Grăcĭlēntŭs, ēxĭlis, măcĭlēntŭs, tĕnŭĭs, pārvŭs, ēxĭgŭŭs.

grădātim. *ūsque ăd prīncĭpĭŭm plăcĕăt dāmnārĕ grădātim*, Prop. SYN. Sēnsim, paūlātim, pĕdĕtēntim.

Grădīvŭs. *Grădīvŭmquĕ pătrēm, Gĕtĭcĭs, &c.* Virg. Æn. 3, 35.—*īrrīdēns strĕpĭtŭmquĕ mĭnāsquĕ Grădīvi*, Val. 5, 651. V. *Mars.*

grădĭŏr, ĕris.—*ipse ūnō grădĭtŭr cŏmĭtātŭs Ăchātĕ*, Virg. Æn. 1, 316. SYN. Īncēdo, ĕo, vādo, āmbŭlo. PHR. Fērrĕ grădŭm. Grēssŭm flēcto, tēndo, dīrĭgo, fĕro, tōrquĕo, mōlĭŏr. Præcĭpĭtārĕ, *vel* ăccēlĕrārĕ grădŭm. Grădū dīscēdĕrĕ vērsō. VERS. Cōmpŏsĭtōsquĕ grădūs ăgit. Ātquĕ lĕvēs circŭm fērtquĕ rĕfērtquĕ grădŭs. Īnquĕ tŭō cĕlĕrēm līttŏrĕ sīstĕ grădŭm. V. *Incedo.*

grădŭs, ūs. *Tēmplă vĭdēs cōntră grădĭbŭs sūblīmĭă lōngis*, Ov. M. 7, 587. SYN. Grēssŭs, pāssŭs, īncēssŭs. EPITH. Cĕlĕr, præcēps, cĭtātŭs, vēlōx, præpēs, văgŭs, prŏpĕrŭs, tārdŭs, lēntŭs, sēgnis, īnērs, dŭbĭŭs, cērtŭs, fīrmus, tĭtŭbans, trĕmŭlŭs, răpĭdŭs, fŭgāx, sŭbĭtŭs, incērtŭs, ănhēlŭs, sūccĭdŭŭs, lābāns, fēssŭs, ægĕr, cōmpŏsĭtŭs, sūspēnsŭs, sūblīmis, sŭpērbŭs. V. *Gradior.*

*gradus scalarum.* *Ēt quēm pūnĭs ălĭt grădĭbŭs dīspēnsŭs ăb āltĭs*, Prud. EPITH. Sūrgēns, scānsĭlis, āssūrgēns. PHR. Scānsĭlĕ līgnŭm, sāxŭm.

Græci. *Quŏd rŭdĭs ĕt Græcĭs īntāctī cārmĭnis aūctŏr*, Hor. S. 1, 10, 66. SYN. Graii, Grăjŭgĕnæ, Argīvi, Pĕlāsgi, Āchīvi, Āchæi, Āchāĭci, Ārgŏlĭci, Dānăi, Īnăchĭi, Dōrĭci, *à variis Græciæ regionibus.* EPITH. Făcūndi, lŏquācēs, mēndācēs, fāllācēs, ārmĭgĕri, pŏtēntēs, pūgnācēs, bēllācēs, aūdācēs, sōlērtēs, săgācēs, vāni. PHR. Graiŭm, *seu* Graiōrŭm pŏpŭli, gēns, nātio. Gēns Dănăŭm. Gēns,

pūbēs, Graiă, Argivă, Pĕlāsgă, Āttĭcă, &c. Gēns instrūctă dŏlis: fraūdĭbŭs insĭdĭōsă mălignis. Græci fācūndūm, sĕd mălĕ fōrtĕ gĕnŭs.

**Græcĭă.** *ĕt quidquid Græcĭă mĕndāx Aūdĕt ĭn hĭstŏrĭā*, Juv. 10, 174. *Pars Europæ, quæ nunc obtemperat Imperatori Turcarum.* SYN. Hēllās, Ăchāiă. EPITH. Făllāx, vindĕx, sōlĕrs, dŏctă, ūltrix, vānă, vĕtŭs, gărrŭlă, lŏquāx, dĭsērtă, făcūndă, fĕrtĭlis, ingĕniōsă. PHR. Graiă tēllūs, plāgă, ĕră, rĕgio. Graiōrūm, Grājŭgĕnūm rĕgio. Ārgivæ jūgĕră tērræ. Ārgŏlĭci cāmpi. Ārgivi agri. Ăchāică tēllūs. Tēllūs Ăchīvă, Dōrĭcă, Pĕlāsgă. Līttŭs Ĭnăchĭūm.

**Grājŭgĕnæ.** *Grājŭgĕnūmquĕ dŏmōs, sūspĕctăquĕ*, &c. Virg. Æn. 3, 550.

**Graiŭs.** *Fās mĭhĭ Graiōrūm săcrātă rĕsŏlvĕrĕ jūră*, Virg. Æn. 2, 157. SYN. Græcŭs. V. *Græci.*

**grāmĕn**, grāmĭnis. *Lĭbāvĭt quădrŭpēs, nĕc grāmĭnĭs āttĭgĭt hērbām*, Virg. Ecl. 5, 26. SYN. Hērbă. EPITH. Lætūm, tĕnĕrūm, tĕnāx, mōllĕ, mōntānūm, fĕrtĭlĕ, ŏdōrūm, vērnāns, frōndēns, tĕnēllūm, pictūm, mĭcāns, fœcūndūm, vĭrēns, flōrēns, flōrĭgĕrūm, hĕrbōsūm, hālāns, hūmĭdūm, rĕdĭvīvūm, rĭdēns, ămœnūm, mădĭdūm, rĭgŭūm, irrĭgŭūm, jūcūndūm, rōscĭdūm. PHR. Grāmĭnis hērbă. Hērbæ grāmĭnĕæ. Grāmĭnĕŭs cēspĕs, tŏrŭs. Tērræ gērmĭnă. Lætă vĭrēscūnt, flōrēnt, hālānt, rĭdēnt, vērnānt Grāmĭnă. Pūbēscūnt cāmpis vărĭis grāmĭnă mŏdis. Hērbōsō vēstĭtū, vĭrĭdēs, vērnāntēs grāmĭnĕ cāmpi. Vĭrĭdi tēllūs sē grāmĭnĕ vēstit. V. *Herba.*

**grāmĭnĕŭs.** *Grāmĭnĕō rīpæ rĕlĭgāvĭt ăb āggĕrĕ clāssĕm*, Virg. Æn. 7, 107. SYN. Hērbōsŭs, hērbĭdŭs.

Grāmmătĭcă et Grāmmătĭcē. EPITH. Dŏctă, pĕrītă, nōbĭlis, măgīstră, āptă, ingĕniōsă, Pălæmŏniă. PHR. Ars Pălæmŏnis.

**grāmmătĭcŭs.** *Grāmmătĭcās āmbīrĕ trĭbūs, ĕt pūlpĭtă*, &c. Hor. Ep. 1, 19, 40.

**grānārĭūm.** *Cūr tŭă plūs laūdēs cūmĕrĭs grānārĭă nōstrĭs?* Hor. S. 1, 1, 53. SYN. Hōrrĕūm. EPITH. Căpāx, āmplūm, dīvĕs, trĭtĭcĕūm, Cĕrĕālĭs, rĕfērtūm.

**grāndævŭs.**—*Vēctĭūs Ăbās, ĕt quā grāndævŭs Ālētēs*, Virg. 1, 121. SYN. Lōngævŭs, ānnōsŭs, sĕnĕx. V. *Senex.*

**grāndĭlŏquŭs.** *intĕr grāndĭlŏquōs pĕr millĕ*, &c. At. SYN. Māgnĭlŏquŭs, sŏnōrŭs. V. *Eloquens.*

**grāndĭnĕŭs.** *Grāndĭnĕūm flāmmis fērvēntĭbŭs āĕrĕ frīgŭs*, Ovid.

**grāndo**, grāndĭnis. *Hīs ĕgŏ nĭgrāntĕm cōmmīstā grāndĭnĕ nimbūm*, Virg. Æn. 4, 120. EPITH. Săxĕă, dīră, hōrrĭdă, hybērnă, hyĕmālis, pērnĭcĭōsă, ĕxĭtĭōsă, sævă, inĭmīcă, brūmālis, cānă, mĭnāx, Ārctōă, Hypērbŏrĕă, Bŏrĕālis, dēnsă, grăvis, cōncrētă, spīssă, crĕpĭtāns, ēffūsă, sălĭēns, glăcĭālis, nĭvālis. PHR. Grāndĭnis imbĕr, prŏcēllă, tĕmpĕstās, hōrrŏr, vērbĕr. Gĕlātæ grāndĭnis ictūs, iræ. Nimbi mūltā grāndĭnĕ mixti. Nix indūrātă, cōncrētă. Gĕlĭdis cōncrēti vēntis nimbi. Lăpĭdūm dūræ hyĕmēs. Dūris grāndo invīsă cŏlōnis. Prōstērnēns sĕgĕtēs. Tēctis crĕpĭtāns. Sŏnĭtū strīdēntĕ rŭēns. Lăpĭdōsæ grāndĭnis imbĕr. Quătĭēns sylvās. Nĭgrāns cōmmīstā grāndĭnĕ nimbŭs. Grāndĭnĕ læsă sĕgĕs.

**grāndĭnăt.** PHR. Grāndo plŭit, rŭit, præcĭpĭtăt, ēffūsā grāndĭnĕ nimbi præcĭpĭtānt. Strīdēnti rĕsŏnāns crĕpĭtū rŭit āĕrĕ grāndo. Rŭit crĕpĭtāns lăpĭdōsæ grāndĭnis imbĕr. Tēctis crĕpĭtāns sălit hōrrĭdă grāndo. Vītēs, sĕgĕtēs, tērrām, hŭmūm, tēctă, grāndo vērbĕrăt, lædit, pērcŭtit, icit, pūlsăt, quătit, tĕrit, cōntĕrit. Cūlmĭnă grāndĭnĕ crēbrā ictă sŏnānt. Crēbră sŏnāns vŏlŭtābăt ăb āĕrĕ grāndo. Grāndĭnis ĕt crēbrā tēllūs crĕpĭtāntĕ prŏcēllā Pūlsă sŏnăt. Dēnsŭs vērbĕrăt imbĕr hŭmūm. Hōrrŭit æthĕr Grāndĭnĕ tērrĭbĭlis. VERS. Quām mūltā fĭĕt grāndĭnĕ sānŭs Āthŏs. Heū mălĕ tūm mītēs dēfēndĕt pāmpĭnŭs ūvās. Quām mūltā grāndĭnĕ nimbi Cūlmĭnĭbūs crĕpĭtānt. Quām mūltā grāndĭnĕ vēnti in vădă præcĭpĭtānt. Ac vĕlūt ēffūsā si quāndō grāndĭnĕ nimbi Præcĭpĭtānt, ōmnis cāmpis diffūgit ărātŏr. Jām sătis tērris nĭvis, ātquĕ diræ Grāndĭnis mīsit Pătĕr, ĕt rŭbēntĕ Dēxtĕră săcrās jăcŭlātŭs ārcēs Tērrŭit ūrbĕm.

**grānĭfĕr**, ă, ūm. *Grānĭfĕrūmque āgmĕn sūbjēctĭs spārgĕre in ārvis*, Ov. M. 7, 638.

**grānūm.** *Quŏtquŏt sŏpōrĭfĕrām grānă păpāvĕr hăbĕt*, Ov. Tr. 5, 2, 24. EPITH. Părvūm, lāctēns, flāvēscēns, Cĕrĕālĕ, tŭmēns.

**grāssātŏr**, ōris. —*Sŭbĭtŭs grāssātŏr ăgit rēm*, Juv. 3, 305. SYN. Pŏpŭlātŏr, latro, fūr. V. *Fur.*



Digitized by Google

**grāssŏr**, āris. *Mīscŭīt aūt fērrō grāssātŭr sæpĭūs ūllūm*, Juv. 14, 174. SYN. Fūrŏr, āris: pŏpŭlŏr, *vel* invādo, *vel* diffūndo, spārgo.

**grātēs**. *Jām jām sŭprēmō nūmĭnī grātēs ăgo.* (Sen.) V. *Gratias ago.*

**grātĭă**.——*ābŏlēscĕt grātĭă fāctī*, Virg. Æn. 7, 230. SYN. Lĕpŏr, vĕnūstās, pūlchrĭtūdo, *vel* ămŏr, stŭdĭūm, pĭĕtās, fāvŏr, dōnūm, mūnŭs, ōffĭcĭūm, *vel* Grātŭs ănĭmŭs: grātă mĕmŏrĭă, grātă vŏlūntās. EPITH. Bĕnīgnă, grātă, jūcūndă, ămīcă, sincēră, ăccēptă, blāndă.

Grātĭă *Dei*. EPITH. Rŏbūstă, vălĭdă, victrix, ēffĭcāx, fōrtĭs, pŏtēns, ōmnĭpŏtēns, immĕrĭtă, suāvis, blāndă, dīvīnă, aūrĕă, dĭă. PHR. Dīvīnă inspīrātio. Dīvīnŭs ăfflātŭs, instīnctŭs. Săcrūm chărismă. Dīvīnă lūx. Săcĕr ārdŏr. Cœlēstĕ dōnūm. Suāvĕ, pŏtēnsquĕ Dĕī dōnūm. Īgnis qui săcrō mōrtālĭă cōrdă călōrĕ ăccēndit. Undĕ sălūs hŏmĭnis mānāt. Grātĭă, quā Christi pŏpŭlūs sūmŭs. Vŏlūntātūm gĕnĭtrix, ŏpĕrūmquĕ crĕātrix. Nōn ēst ēx mĕrĭtō.

Grātĭæ. *Grātĭă nūdis jūnctă sŏrōrĭbŭs*, Hor. *Grātĭæ dĕcēntēs*, ib. *à Poëtis tres nominantur*, Āglăĭă, *vel* Pāsĭthĕă, Thălĭă, *et* Eūphrŏsўnē. SYN. Chărĭtēs. EPITH. Mītēs, dūlcēs, cōmptæ, blāndæ, cŏmēs, pūlchræ, fōrmōsæ, vĕnūstæ, vĕrēcūndæ, dĕcōræ, cūltæ, lætæ, jŭvĕnēs, rīdēntēs, suāvēs, hĭlărēs. PHR. Nātæ Eūrўnŏmēs. Blāndæ sŏrōrēs. Trĭjŭgēs sŏrōrēs Ăcĭdălĭæ. Jŏvĭs suāvēs fīlĭæ, trĭplĭcī jŭgātæ nēxū. Fēstīvūs Chărĭtūm chŏrŭs. Pār trĭbŭs ēst ætās. Trĭplēx nēxă vĭcissim Grātĭă. V. *Charites.*

*Gratias ago.* PHR. Grātēs sōlvo, rĕddo, pēndo, rĕpēndo, ēxsōlvo, pērsōlvo, rĕfĕro, dīco, cōncĭno. Mĕrĭtās, dīgnās, mĕmŏrī dē pēctŏrĕ grātēs Prōmĕrĕ. Rĕddĕrĕ vĭcēm mĕrĭtis. Prœmĭă dĕbĭtă rĕddĕrĕ. Jūstă pēndĕrĕ dōnă. Grātī ănĭmī pīgnŏră, *vel* mŏnĭmēntă dărĕ. VERS. Quās dīcĕrĕ grātēs, Quāsvĕ rĕfērrĕ părās? Nōmĭnis āntĕ mĕī vĕnĭēnt ŏblīvĭă nōbis, Pēctŏrĕ quām pĭĕtās sit tŭă pūlsă mĕō. Fōrtūna ēst impār ănĭmō. Dūm lūmĕn vītālĕ vĭdēbo, Spīrĭtŭs ōffĭcĭō sērvĭĕt istĕ sŭō. Vērbă sēd ōffĭcĭis cūnctă mĭnōră tŭis. Grātēs pērsōlvĕrĕ dīgnās Haūd ŏpis ēst nōstræ. Mĕrĭtisne hæc grātĭă tāntis Rĕddĭtŭr? Ēt lĕvis hæc mĕrĭtis rĕfĕrētŭr grātĭă tāntis. Sin mĭnŭs invītō tē quŏquĕ grātŭs ĕro. Vēstrī nōn immĕmŏr ūnquăm, Quī mălă sōllĭcĭtē nōstră lĕvātis, ĕro. Dī tĭbī (si quă pĭōs rēspēctānt nūmĭnă, si quĭd ūsquăm jūstĭtĭæ ēst, ăc mēns sĭbī cōnscĭă rēctī) Prœmĭă dīgnă fĕrānt. Dī (si qua ēst cœlō pĭĕtās, quæ tālĭă cūrēt) Pērsōlvānt grātēs dīgnās, ēt prœmĭă rĕddānt Dēbĭtă. Sēmpĕr inōblītā rĕpĕtām tŭă mūnĕră mēntĕ, ēt mĕă mē tēllūs aūdĭēt ēssĕ tŭūm. Prō quĭbŭs ŭt mĕrĭtis rĕfĕrātŭr grātĭă, jūrāt Sē fŏrĕ māncĭpĭūm tēmpŭs in ōmnĕ tŭūm: Grātĭă quām mĕrĭtī pŏssit ăbīrĕ tŭī. Ēt prĭŭs hānc ănĭmām văcŭās rĕddēmŭs in aūrās, Quām mĕrĭtī fĭăt grātĭă vānă tŭī. Nēc ărgŭĕt ingrātūm nōn mĕmĭnissĕ sŭī. Pārvă quĭdēm fătĕŏr prō māgnis mūnĕră rĕddī, Cūm prō cōncēssā vērbă sălūtĕ dămŭs: Sēd quī, quām pŏtŭit, dāt māxĭmă, grātŭs ăbūnde ēst. Hæc mĭhĭ sēmpĕr ĕrūnt īmis infīxă mĕdūllis, Pērpĕtŭūsque ănĭmæ dĕbĭtŏr hūjŭs ĕro. Spīrĭtŭs hīc văcŭās prĭŭs ēxtĕnŭāndŭs in aūrās ībit, ēt in tĕpĭdō dēsĕrĕt ōssă rŏgō; Quām sŭbĕānt ănĭmō mĕrĭtōrum ōblīvĭă nōstrō, ēt lōngā pĭĕtās ēxcĭdăt istă dĭē. V. *Remunero.*

**grātĭfĭcŏr**. SYN. Făvĕo, mūnĕro, dōnis ōbstrīngo, ōffĭcĭis dēvincio.

**grātis**, Ad. *Dāt grātis, ūltrō dāt mĭhĭ Gāllă, nĕgo*, Mart. 10, 75. ult. SYN. Ūltrō, grātŭītō.

**grātŏr**, āris. *Grātātŭr rĕdŭcēs*, Virg. 6, 434. SYN. Grātŭlŏr.

**grātŭītŭs**. *Lārgis grātŭītūm cădit răpīnis.* (Phal.) Stat. Syl. 1, 6, 16. SYN. Grātis, *vel* ūltrō dătŭs, ōblātŭs.

**grātŭlātio**, ōnis. *Lăcrўmās in ipsis grātŭlātĭōnĭbŭs.* (Iamb.) P. EPITH. Lætă, ămīcă.

**grātŭlŏr**, āris. *Grātŭlŏr ingĕnĭūm nōn lătŭissĕ tŭūm*, Ov. Tr. 1, 10, 18. SYN. Cōngrātŭlŏr, grātŏr. PHR. Gaūdĭă tēstŏr, prōdo. Lætĭtĭæ dărĕ signă sŭæ. Fēlīcī, *vel* sĕcūndō lætŏr ămīcī Sūccēssū. Cērtātim sōlēnnĭă gaūdĭă jūngit, cĕlĕbrāt. VERS. Tōtōquĕ lĭbēns tĭbĭ pēctŏrĕ grātŏr. V. *Plaudo, et Gratias ago.*

**grātŭs**. *Flēctĕ vĭām vēlis; ān sit mĭhĭ grātĭŏr ūllă*, Virg. Æn. 5, 28. SYN. Jūcūndŭs, ăccēptŭs, dūlcis, suāvis, ămātŭs, *vel* mĕmŏr ōffĭcĭī, nōn ingrātŭs, nōn immĕmŏr. PHR. Cui grātă vŏlūntās, grātŭs ănĭmŭs. VERS. Bĕne ăpŭd mĕmŏrēm vĕtĕris stăt grātĭă fāctī. V. *Gratias ago.*

**grăvātim**. *Qui nĭmĭā lĕvĭtātĕ cădūnt plērūmquĕ grăvātim*, Luc. 3, 388. SYN. Grăvitĕr, ægrē.

Digitized by Google

grăveŏlēns. *trisyl.*——*ād faūcēs grāveŏlēntĭs Ăvērni*, Virg. Æn. 6, 201. SYN. Grăvĭtēr ŏlēns, fœtēns, fœtĭdŭs.

grăvesco. *Nēc mĭnŭs intĕrĕā fœtū nĕmŭs ōmnĕ grăvēscĭt*, Virg. Geo. 4, 429. SYN. Grăvŏr, ŏnĕrŏr.

grăvĭdŭs. *Bis grăvĭdōs cōgūnt fœtūs, dŭō tĕmpŏră mēssĭs*, Virg. G. 4, 231. SYN. Grăvĭs, ŏnĕrōsŭs, ŏnūstŭs.

*grăvĭdă*. SYN. Prægnāns, fœtă. PHR. Grăvĭs pōndĕrĕ fœtūs. Grăvēm fĕrēns ŭtĕrūm. Hăbēns intrā viscĕră fœtūm. Fĕrēns grăvēm mātūrō pōndĕrĕ vēntrēm. VERS. Mārtĕ grăvĭs, gĕmĭnām pārtū dăbĭt Ilĭă prōlēm. Sūrgēntēmque ŭtĕrūm, ātque ægrōs in pōndĕrĕ mēnsēs ōccŭlŭĭt, plēnis dōnēc stātă tēmpŏră mētis āttŭlĭt, ēt pārtūs indēx Lūcīnă rĕsōlvĭt. Urgēnt mātūri pōndĕră vēntris. Jăcēt illă grăvĭs, jām scĭlĭcēt intrā Viscĕră Rōmānæ cōndĭtŏr ūrbis ĕrăt. Dūlcĕ mĭhi grăvĭdæ fēcĕrăt aūctŏr ŏnŭs. Mănĭfēstă crīmĭnă plēnō Fērt ŭtĕrō. Jāmquĕ tŭmēscĕbānt vĭtĭāti pōndĕră vēntris, ægrāquĕ fūrtīvūm mēmbră grăvābăt ŏnŭs. Fēlix ō fœmĭnă sālvĕ, Fēlīcēm gēstāns ŭtĕri sĭnŭāmĭnĕ fœtūm. Cœlēsti tŭmĭdūs pōndĕrĕ vēntĕr ĕrăt. (*Claud. de Virgine Mariâ*) Virgĭnĕi tŭmŭērĕ sĭnūs innūptăquĕ mātĕr ārcānō stŭpŭit cōmplēri viscĕră pārtū Aūctōrēm părĭtūră sŭūm. (*Sedulius.*) Ŭtĕrūmquĕ pŭēllæ Sўdĕrĕūm mōx implĕt ŏnŭs: Stŭpĕt innŭbă tēnsōs Virgŏ sĭnūs, gaūdētquĕ sŭūm părĭtūră Părēntēm.

grăvĭdo, ās. *Nēc nōbis fūndāssĕ sŏlūm grăvĭdārĕ nŏvālēs*, H. SYN. Ŏnĕro, *vel* fœtū implĕo.

grăvĭs. *Aūt grăvĭbūs rāstrĭs gălĕās pūlsābĭt ĭnānēs*, Virg. Geo. 1, 496. SYN. Pōndĕrōsŭs, ŏnĕrōsŭs, grăvĭdŭs, *vel* mŏlēstŭs, ăcērbŭs, diffĭcĭlis, *vel* aūstērŭs, sĕvērŭs. PHR. Măgni pōndĕris. Nōn lĕvis. Vūltū ēt vēstĕ sĕvērŭs. Sŭpĕrāns grăvĭtātĕ Cătōnēm. V. *Gravitas.*

grăvĭtās, ātĭs.—*ignāvā nĕquĕūnt grăvĭtātĕ mŏvēri*, Ov. M. 3, 821. SYN. Pōndŭs, ŏnŭs, mōlēs. EPITH. Ingēns, ŏnĕrōsă.

*Grăvĭtās, ātis*. SYN. Mājēstās, aūstērĭtās, tĕtrĭcĭtās, sĕvērĭtās. EPITH. Tĕtrĭcă, sĕvēră, tristis, sĕnīlis, mātūră, vĕrēndă, immōtă, dĕcēns, sĕrēnă, lætă, dĕcōră, spēctābĭlis, insignis. PHR. Sĕvērŭs, tĕtrĭcŭs, aūstērŭs, grăvis, vūltŭs. Frōns sĕvēră. Plēnŭs grăvĭtātĕ sĕvērā vūltŭs. Vūltū grăvĭtās immōtā sĕrēnō, *vel* sĕvērō. Frōns mājēstātĕ vĕrēndă. Hăbĭtūs grăvĭtātĕ dĕcōrŭs. Tristĕ sŭpērcĭlĭūm dūrĭquĕ sĕvēră Cătōnis Frōns. VERS. In tĕnĕrō grăvĭtās ōrĕ sĕnīlis ĕrăt. Spēctātĕ sĕnēm jŭvĕnīlĭbŭs ānnis. Rĭgĭdi sēd plēnă pŭdōris ēlūcēt grăvĭtās, fāstū jūcūndă rĕmōtō. Grăve ēt immūtābĭlĕ sānctis Pōndŭs ădēst vērbis. Lætă vĭrō grăvĭtās ēt mēntis ămābĭlĕ pōndŭs, ēt sinĕ tristĭtĭā virtūs: nōn illĕ rĭgōris ingrātās laūdēs, nēc nūbēm frōntis ămābăt. Sis grăvĭŏr Cūrĭō, Fābrĭcĭōquĕ lĭcēt. Qui lŏquĭtŭr Cūrĭōs āssērtōrēsquĕ Cămillōs, Cūjŭs ēt ipsĕ tĭmēs tristĕ sŭpērcĭlĭūm.

grăvĭtēr. *ipsĕ grăvis grăvĭtērque ăd tērrām pōndĕrĕ vāstō*, Virg. Æn. 5, 447. SYN. Ægrĕ, *vel* pōndĕrĕ vāstō, *vel* sĕvērĕ.

grăvo, ās. *Nōn pŏtĕrăt vēstrās illĕ grăvārĕ mănūs*, Prop. 3, 7, 70. SYN. Prægrăvo, ŏnĕro, prĕmo, ōpprĭmo, cōmprĭmo, ōbrŭo.

grĕmĭūm. *ūt cūm tē grĕmĭo ăccĭpĭēt lætissĭmă Dīdō*, Virg. Æn. 1, 689. SYN. Sĭnŭs, pēctŭs. EPITH. Dūlcĕ, pĕrdūlcĕ, ămœnūm, grātūm, jūcūndūm. VERS. Excĭpĭēt grĕmĭō prōtĭnŭs illĕ sŭō. V. *Sinus.*

grēssŭs, ūs. *Grēssĭbŭs imprēssis spătĭātŭs trīvĕrĭt ūdūm*, P. SYN. Ingrēssŭs, grădŭs. V. *Gradus.*

grĕgālis. *Quōd plēbs grĕgālis ēxcŭlăt*, (Iamb.Dim.) Prud. Per. 5, 391. SYN. Ārmēntālis.

grēx, ĕgis. *ūt grĕgĭbūs taūri, sĕgĕtēs ūt pinguĭbŭs ărvis*, Virg. Ecl. 5, 33. Grex *propriè minorum est animalium, ut ovium, caprarum, &c.* Armentum *verò de majoribus dicitur, ut equis, bobus, &c.* SYN. Pĕcŭs, pĕcŭdēs, pĕcŏră, pĕcŭārĭă, ārmēntūm. EPITH. Lānĭgĕr, ērrāns, immūndŭs, hirsūtŭs, hirtŭs, văgŭs, pinguis, văgăbūndŭs, păvĭdŭs, pĕtŭlāns, dūmĭvăgŭs, ērrātĭcŭs, pĕtŭlcŭs, ăvĭdŭs, ĕdāx, ŏpĭmŭs, ŏpŭlēntŭs, fœcūndŭs, cōrnĭgĕr. PHR. Pĕcŭdūm grēx. Gĕnŭs, Grēx ārmēntōrūm. Mūtūm ēt tūrpĕ pĕcŭs. Pĕr cāmpōs ērrāns. VERS. Pāscūntŭr vĭrĭdēs ārmēntă pĕr ăgrōs. Lānĭgĕrōs ăgĭtārĕ grĕgēs. Grĕgēm vĭrĭdi cōmpēllĕre hĭbĭscō. Rĕpĕtūnt cĕlĕrēs pāscŭă nōtă grĕgēs.

*Gregem pasco.* PHR. Pāscēntēs sērvārĕ grĕgēs. Hērbās, *vel* pābŭlă grĕgĭbŭs, dărĕ, pōrrĭgĕrĕ, præbērĕ, sŭppĕdĭtārĕ. Grĕgēm stăbŭlis ēdūcĕrĕ, ēxpēllĕrĕ, cōgĕrĕ, dūcĕrĕ, ăgĕrĕ ăd pāscŭă. VERS. Ēt tōtis ārmēntă sĕqui pāscēntĭă cāmpis.

Digitized by Google

Cūm pāstōs ăgĕrĕm, tē cŏmĭtāntĕ, grĕgēs. Ărmēntăquĕ pāstŏr ăgēbăt. Et quisquis mōntĭbŭs istis Lānĭgĕrōsquĕ grĕgēs, ărmēntăquĕ būcĕră părit. Ipse ĕgŏ pēndēntēs (lĭcĕăt mŏdŏ) rūrĕ căpēllās, ipsĕ vĕlim băcŭlō pāscĕrĕ nixŭs ŏvēs. Sŏlĭtūs stăbŭlis ēxpēllĕrĕ văccās, ĕt pōtūm pāstās dūcĕrĕ flūmĭnĭbŭs. V. *Pastor, et Pasco.*

grūs, grŭis. *Tūnc grŭĭbŭs pĕdĭcās, ĕt rētĭă pōnĕrĕ cērvis,* Virg. Geo. 1, 307. *In regionibus Septentrionalibus, ut in Thraciâ, frequentes sunt. Volando literam Y, quam Palamedes invenit, delineant. Cum Pygmæis certare dicuntur.* EPITH. Āĕrĭă, hȳbērnă, quĕrŭlă, ădvĕnă, brūmālis, præsāgă, vigil, Strȳmŏnĭă, Bistŏnĭă, *à Strymone fluvio, et Bistone lacu Thraciæ.* PHR. Thrēĭcĭă vŏlŭcris. Pălămēdis ăvis, ālēs. Quæ Pȳgmæō sānguĭnĕ gaūdĕt ăvis. VERS. Grūs ōrdĭnĕ lōngō Cūm clāmōrĕ vŏlăt. Strȳmŏnĭæ cinxērĕ grŭēs lōngo ōrdĭnĕ cœlūm. Clāngūnt Thrēĭcĭæ vŏlŭcrēs ĕt pērvĭă pennis Nūbĭlă cōnscrībūnt. Tūrmātim rĕdĕūnt cūm Pălămēdis ăvēs.

Grȳnæŭs, ă, ūm. (à Grynæo nemore Ioniæ.) VERS. Sĕd nūnc Ĭtălĭām māgnām Grȳnæŭs Ăpŏllo. *Virg.*

grȳphēs, ūm. *Jūngēntŭr jām grȳphēs ĕquis,* Virg. Ecl. 8, 27. EPITH. Indĭcī, Hȳpērbŏrĕī, ŏbūncī, ăvĭdī, ālātī, răpācēs, fĕrōcēs, impăvĭdī, fŭrĭōsī, fĕrī, aŭdācēs, mĭnācēs, trŭcēs, crūdēlēs, hŏrrēndī.

gŭbērnācŭlūm, *vel* gŭbērnāclūm. *Ipsĕ gŭbērnāclō rēctŏr sŭbĭt ipsĕ măgĭstĕr,* Virg. Æn. 5, 176. SYN. Clāvŭs, tēmo; nāvis mŏdĕrāmĕn, rĕgĭmĕn, hăbēnæ, *vel figur.* Tēmo, gŭbērnātĭo, ădmĭnistrātĭo, impĕrĭūm, mūnŭs, ŏffĭcĭūm. EPITH. Naūtĭcūm, flŭĭtāns, prŏpĕrūm, fīdūm, pēndēns, flēxĭlĕ. PHR. Rĕgĭmēn dēxtrā mŏdĕrāntĕ cărīnæ Flēctĕrĕ. Clāvūm rĕgĕrĕ, flēctĕrĕ, dūcĕrĕ, tŏrquērĕ, mŏdĕrārī. VERS. Rēctŏr ĕrit pūppis, clāvōque immōbĭlis hærēns, Mūtābit pĕlăgō tērrās. V. *Clavus Navalis.*

gŭbērnātŏr, ōris. *ipsĕ gŭbērnātŏr pūppī Pălĭnūrŭs ăb āltā,* Virg. Æn. 5, 12. SYN. Rēctŏr, mŏdĕrātŏr. EPITH. Prōvĭdŭs, sōlērs, vigil, pērvĭgil, sōllĭcĭtŭs. PHR. *de Nautico.* Nāvis măgistĕr, dūx, cūstōs, dŏmĭtŏr. Ipsĕ sĕdēns clāvūmquĕ rĕgit, vēlisquĕ mĭnistrăt. Quī rĕgit ărtĕ rătēm. Dŏmĭtŏr frētī. VERS. Vincĭtŭr ărs vēntō; nēc jām mŏdĕrātŏr hăbēnis ūtĭtŭr.

gŭbērno, ās. *Quid qui gŭbērnăt āstră, qui nŭbēs quătit.* (I.) SYN. Rĕgo, dīrĭgo, dūco, mŏdĕrŏr, dŏmĭnŏr, impĕro. V. *Impero.*

gŭlă.——*quāntă ēst gŭlă, quæ sibi tōtōs,* Juv. 1, 140. SYN. Faūcēs, jŭgŭlūm, gūttŭr, *vel* inglŭvĭēs, ĕdācĭtās, vŏrācĭtās. EPITH. Ăvĭdă, fœdă, impătĭēns, insătĭābĭlis, vŏrāx, tūrpis, inēxplēbĭlis, inēxplētă, răbĭdă, hĭāns, implăcātă, nĕfāndă, indĭgă, inŏps, vēsānă, immēnsă, lŭxŭrĭōsă, ārdēns, ingĕnĭōsă, nŏcēns. PHR. Imprŏbă vēntris inglŭvĭēs. Cĭbōrūm insătūrātă fămēs, ĕt nūnquām sōbrĭŭs ārdŏr. Prōdĭgă rērūm Lŭxŭrĭēs nūnquām pārvō cōntēntă părātū. Lŭpīnŭs vēntĕr. Ēscārūm infīnītă vŏrāgo. Quæsītōrūm tērrā pĕlăgōquĕ cĭbōrūm ămbĭtĭōsă fămēs, ēsŭrĭēs. Lŭxŭrĭōsă gŭlæ fāstīdĭă. Insătĭābĭlis ārdŏr ĕdēndī. V. *Fames.*

gŭlōsŭs. *Nōn ŏpŭs ēst nōbis nĭmĭūm lēctōrĕ gŭlōsō,* Mart. 10, 59, 5. SYN. Hēllŭo, gŭlo, lūrco. PHR. Vŏrāx ĕpŭlo. Gŭlæ dēdĭtŭs, ăddictŭs, sērvĭēns, ŏbsĕquēns. Vēntri nātŭs. Vŏrāns ōmnĭă lūrco. Ēscārūm vŏrāgo, gūrgēs. Dăpĭbŭs indūlgēns. Insătĭābĭlis ōrĕ. Inglŭvĭēm dăpĭbŭs vīnōquĕ rĕplēns. Nōn dāns frænă gŭlæ. Sēctāns laūtæ fērcŭlă mēnsæ. Dĭlăpĭdāns pătrĭās hēllŭo tūrpis ŏpēs. V. *Famelicus.*

gūrgēs, ĭtis. *Gūrgĭtĭbŭs mīris ēt lāctis vōrtĭcĕ tōrrēns,* Juv. 13, 17. SYN. Vŏrāgo, bărăthrūm, ăbȳssŭs, hĭātŭs. EPITH. Præcēps, līmōsŭs, cœnōsŭs, cūrvŭs, tōrtŭs, sĭnŭātŭs, āltŭs, prŏfūndŭs, spūmĕŭs, ūndōsŭs, răpĭdŭs, raūcŭs, tŭmĭdŭs. PHR. Spūmōsī gūrgĭtis æstŭs, īră, ūndă. Sĭnŭātī gūrgĭtis ōrbēs. Frētī spūmāntis hĭātŭs. Cūrvōs sĭnŭātŭs in ărcŭs. Spūmēās rŏtāns ăquās. Tūrbĭdŭs hīc cœnō, vāstăquĕ vŏrāgĭnĕ gūrgēs æstŭăt. Cæcă vŏrāgo pŏstĭfĕrās ăpĕrit faūcēs. Tŭmŭitque intōrtō gūrgĭtĕ vōrtēx. V. *Hiatus, et Charybdis.*

gūrgēs, *pro fluvio.* V. *Fluvius.* *Pro mari.* V. *Mare.*

gūsto. *ŭt nĭhil ōmnīnō gūstārēmŭs, vēlŭt illis,* Hor. S. 2, 8, 94. SYN. Dēgūsto, lībo, dēlībo. PHR. Gūstū, lăbris āttingo. Ēscās gūstārĕ pălātō.

gūstŭs, ūs. *intĕrĕā gūstŭs ēlĕmēntă pĕr ōmnĭă quærūnt,* Juv. 11, 14. SYN. Săpŏr. EPITH. Dūlcis, grātŭs, suāvis, jūcūndŭs, săpĭdŭs, nēctărĕŭs. V. *Sapor.*

Digitized by Google

guttă. *Sānguinĕæ guttæ tānquām dē vŭlnĕrĕ mānānt*, Ov. M. 2, 360. SYN. Stillă. EPITH. Mānāns, tŭrgēns, dēcĭdŭă, prōcĭdŭă, flŭĭtāns, lĭquĭdă, rĭgŭă, nĭtĭdă, lūcĭdă, tĕrēs, stīllāns, cădēns, lĭquēns. PHR. Rōs ĕxĭgŭŭs. Tĕnŭis ăquæ lĭquŏr, āspĕrgo. VERS. Rūpĕ cădēbăt ĕxĭgŭis hūmŏr gŭttis. Văgă sŭccĭdŭis gŭttă cădēbăt, *vel* flŭēbăt ăquis. Ōră crŭēntis Rōrĭbŭs, ĕt tētrā mŏrĭēntum āspĕrgĭnĕ mānānt. Gŭttă căvăt lăpĭdēm, nōn vi, sĕd sæpĕ cădēndo. Īrrĭgŭæquĕ cădūnt ăb āĕrĕ gŭttæ. Pērquĕ mĕōs ārtūs frĭgĭdă gŭttă flŭĭt. Īrrĭgăt ālbēntēs hūmĭdă gŭttă gĕnās.

gŭttātim.—*in quām lăcrȳmæ gŭttātim cădūnt*. (Iamb.) SYN. Stīllātim.

gŭttŭr,* ŭrĭs. *ōbjĭcĭt: īllĕ fāmĕ răbĭdā triă gŭttŭră pāndēns*, Virg. Æn. 6, 421. SYN. Jŭgŭlŭm, faūcēs. EPITH. Căvŭm, pătŭlŭm, pătēns, hĭāns, ăpērtŭm, raūcŭm, tĕnŭĕ, cănōrŭm, sŏnōrŭm, blāndĭsŏnŭm. VERS. Dūm spīrĭtŭs ūdō Gŭttŭrĕ, dūm quĕrŭlō dūcĭtŭr ōrĕ sŏnŭs. Fūndĕrĕ cāntŭs ārgūtō gŭttŭrĕ. Cōncăvă dētrūsĭt rĭgĭdŭm pēr gŭttŭră fērrŭm. Hæsĭt ĕnim sŭb gŭttŭrĕ vŭlnŭs, ĕt ūdæ Vōcis ĭtĕr, tĕnŭēmque inclūsit sānguinĕ vītām. Părĭtērquĕ lŏquēntis Vōcem ănĭmāmquĕ răpit.

gŭttŭs. *Plēnō cōmpōnĭt lĭntĕă gŭttō*, Juv. 3, 263. SYN. Ūrcĕŭs, ūrcĕŏlŭs. EPITH. Āmbrŏsĭŭs, fāgĭnŭs, Sămĭŭs, căvŭs, cōncăvŭs, căpāx.

Gȳărŏs. *Insula maris Ægæi, versus Cretam, quò Romani reos in exilium amandabant*. VERS. Aŭde ălĭquid brĕvĭbŭs Gȳăris ĕt cārcĕrĕ dĭgnŭm, Sī vis ēsse ălĭquid. *Juv.*

Gȳgēs, æ. *Quid grātĭŭs victōrĕ Gȳgē căptīvā tŭlĭssĕt?* Ovid.

gȳmnāsĭŭm. *Gȳmnāsĭīs ădĕrit, stŭdĭōque ignāvă pălæstræ*, Luc. 7, 271. SYN. Pălæstră: lūdŭs, gȳmnāstĭcŭs, pălæstrĭcŭs, *vel* schŏlă, cōllēgĭŭm.

gȳpsātŭs. *Bārbără gȳpsātōs fērrĕ cătāstă pĕdēs*, Tib. 2, 3, 64. PHR. Gȳpsō īndūctŭs, illĭtŭs.

gȳpsŭm. *Quānquām plēna ōmniă gȳpsō*, Juv. 2, 4. EPITH. Ālbŭm, tĕnāx, crāssŭm.

gȳrŭs. *Sēptem ingēns gȳrōs, sēptēnă vŏlūmĭnă trāxĭt*, Virg. Æn. 5, 85. SYN. Ōrbis, circŭĭtŭs, circŭlŭs, āmbĭtŭs, nēxŭs, ārcŭs, vŏlūmĕn, flēxŭs, sĭnŭs, spīră, rŏtātŭs, glŏmĕrāmĕn. EPITH. Sĭnŭātŭs, vŏlūtŭs, ōblīquŭs, ārctŭs, cūrvŭs, rŏtŭndŭs, lōngŭs, spătĭōsŭs, vāstŭs, cūrvātŭs, ingēns, căpāx, āltērnŭs, flēxŭs, intōrtŭs, īnflēxŭs. PHR. Gȳrōs dūcĕrĕ, ăgĕrĕ, flēctĕrĕ, trăhĕrĕ, fōrmārĕ, glŏmĕrārĕ. In gȳrŭm flēctĕrĕ, sĭnŭārĕ. In ōrbēm vōlvĕrĕ, glŏmĕrārĕ. VERS. Sĭnŭōsō flēxu ēlābĭtŭr ānguis. Mūltĭplĭcēs sĭnŭātŭr in ōrbēs. Pēr immēnsōs sĭnŭārĕ vŏlūmĭnă gȳrōs. Gȳrŭsquĕ rŏtātĭlis ōrbēs implĭcăt innŭmĕrōs. Vōlvĭtŭr āncĭpĭtī gȳrō. Vŏlūbĭlĭbŭs squāmōsōs nēxĭbŭs ōrbēs Tōrquĕt, ĕt immēnsō sāltŭ sĭnŭātŭr in ārcŭs. Ălĭī inĕūnt cūrsŭs, ălĭōsquĕ rĕcūrsŭs ădvērsis spătĭis, āltērnōsque ōrbĭbŭs ōrbēs impĕdĭūnt. In gȳrum ĕqui lūctāntĭă sōlvĕrĕ cōllă.

# H

HĂbēnă. *ipsĕ tĕr ădductā circŭm căpŭt ēgĭt hăbēnā*, Virg. Æn. 9, 587. SYN. Lōrŭm, frænŭm, rĕtĭnācŭlŭm, căpĭstrŭm. EPITH. Vălĭdă, āngŭstă, strīctă, lāxă, tĕnāx, rĕtēntă, ārctă, flēxĭlis, tĕrēs, ūndāns, făcĭlis. PHR. Mŏdĕrāmĕn ĕquōrŭm. Frænōrŭm hăbēnæ. Mănĭbŭs mōlītŭr, rēgit, mŏdĕrātŭr hăbēnās. Lōră tĕnērĕ mănū. Hăbēnās lāxārĕ, ēffūndĕrĕ, immīttĕrĕ, ădmīttĕrĕ, cōncēdĕrĕ: Lāxās dărĕ hăbēnās. Hăbēnās cōntrăhĕrĕ, āddūcĕrĕ, prĕmĕrĕ, sŭpprĭmĕrĕ. Hăbēnis cūrsŭs cōhĭbērĕ cĭtātŭs. VERS. Prōnī dānt lōră, vŏlăt fērvĭdŭs ăxis. Cūm răpĭdum ēffūsis ăgĕrēt sūblīmis hăbēnis Cōrnĭpĕdēm. Răpĭdis insīstit prōnŭs hăbēnis. V, *Fræno, et Frænum.*

hăbĕo. *Qui prīmi fīnēs ălĭquāndo hăbŭērĕ Lătīnōs*, Virg. Æn. 8, 602. SYN. Pōssĭdĕo, ōbtĭnĕo, tĕnĕo, *vel* sērvo, cōnsērvo, *vel* pŭto, æstĭmo. VERS. Nīl, tĭbi quŏd dēmŭs, mājŭs hăbēmŭs, ăit. Sūnt mĭhi bis sēptēm prǣstānti cōrpŏrĕ nȳmphæ.

hăbĭlis.——*dē mōre hăbĭlēm sūspēndĕrăt ărcŭm*, Virg. Æn. 1, 322. SYN. Āptŭs, cōnvĕnĭēns, cōmmŏdŭs, āccōmmŏdŭs, *vel* ălăcĕr, ăgĭlis, dēxtĕr, sōlērs.

hăbĭtābĭlis. *Ætērnĕt, ŏ quā Sōl hăbĭtābĭlēs*. (Alcaic.) SYN. Cūltŭs, hăbĭtātŭs.

hăbĭtācŭlŭm. *āccĭpĭūntquĕ căvis hăbĭtācŭlă dīgnă lătēbris*, Alc. SYN. Hăbĭtātĭo, sēdēs, dŏmŭs. V. *Domus.*

hăbĭto. *Nūllī cērtă dŏmŭs; lūcis hăbĭtāmŭs ŏpācis*, Virg. Æn. 6, 673. SYN. Cŏlo, incŏlo, tĕnĕo, frĕquēnto. VERS. Quæ nĕmŏra, aŭt qui vŏs săltŭs hăbŭērĕ? Illō mē tēmpŏrĕ dūlcis ălēbăt Pātrĭă. Flūmĭnă prŏptĕr Dĕgit, ĕt in sylvis sōla ĕt sēcūră mŏrātŭr. Stāgnă cŏlit, ripisque hăbĭtăt. Ūrbs āntīquă fŭit, Tyrĭī tĕnŭērĕ cŏlōni. Crēdŏ pŭdīcitĭām Sātūrnō rēgĕ mŏrātăm in tērris, vīsāmquĕ dĭū, cūm frigĭdă pārvās Præbēbăt spēlūncă dŏmŏs, ignēmquĕ lărēmquĕ, ĕt pĕcŭs ĕt dŏmĭnōs cōmmūni claūdĕrĕt ūmbrā. Sĕd nĕque in Ărctŏō sĕdēm tibi lēgĕris ōrbĕ. Sŏcĭă simŭl ūrbĕ frŭūntŭr. Incērti quō fātă fĕrānt, ŭbi sistĕrĕ dētŭr. Mūtāndæ sēdēs, nōn hæc tibi līttŏră suāsit Dēlĭŭs, aŭt Crētæ jŭssit cōnsidĕre Ăpŏllo. Hāc dēmŭm vŏlŭit cōnsistĕrĕ tērrā.

hăbĭtŭs, ūs. *Virginis ōs hăbĭtūmquĕ gĕrēns*, &c. Virg. Æn. 1, 319. SYN. Fōrmă, cūltŭs, gēstŭs. EPITH. Dĕcēns, dĕcōrŭs, hŏnēstŭs, mūndŭs, nĭtĭdŭs, cūltŭs, sōrdĭdŭs, tŭrpis, fœdŭs, rēgĭŭs, sŭpērbŭs, præstāns. VERS. Cūltūsque, hăbĭtūsquĕ lŏcōrŭm. Vādĕ, sĕd incūltŭs, quālēm dĕcĕt ēxŭlis ēssĕ: infēlix hăbĭtūm tēmpŏris hūjŭs hăbĕ.

hāc, Adv. *Hāc ĭtĕr Ēlysĭūm nōbis, ăt lævă mălŏrŭm*, Virg. Æn. 6, 542.

hāctĕnŭs. *Hāctĕnŭs ārvŏrŭm cūltŭs, ĕt sīdĕră cœli*, Virg. Geo. 2, 1. SYN. Hūc ūsquĕ.

Hæmŭs, *sive* Æmŭs. *Nūbĭfĕr Hæmŭs*, Claud. *Mons in Thraciâ, regione confini Getis, ubi Orpheus à Bacchantibus discerptus est.* EPITH. Thrācĭŭs, Thrēĭcĭŭs, Gĕtĭcŭs, Œagrĭŭs, *ab Oeagrio fluvio:* gĕlĭdŭs, ūmbrōsŭs, nivālis, nĭvĕŭs, vĭrēns, vĭrĭdis, ărdŭŭs, lātŭs, squāllēns, nūbĭgĕr, Ŏrphæŭs, vāstŭs, spēctābĭlis. PHR. Pĕrpĕtŭis squāllēns nūbĭbŭs. V. *Mons.*

hærēdĭtās, ātis. *Hærēdĭtāti tibi trĕcēntă vēnissĕ.* (Scaz.) SYN. Patrimōnĭŭm, pătriæ ŏpēs, bŏnă, prædĭă, fŏrtūnæ.

hærĕo, hæsi. *Quŏd nōn prŏpŏsitō cōndūcăt, ĕt hærĕăt āptē*, Hor. A. Poët. 191. SYN. Ădhærĕo, cŏhærĕo, *vel* dŭbito, hæsĭto. PHR. Obtūtu hærĕt dēfixŭs in ūnō. Hærĕt linguă mĕtū. Vōx faūcibŭs hæsit. Ăspēctū cōntērrĭtŭs hæsit. Hærĕt in āmplēxū. āttŏnĭtis hærērĕ ănĭmis.

hærēs, ēdis. *ēdēnt hærēdēs, inquis, mĕă cārmĭnă, quāndo!* Mart. 4, 33, 3. SYN. Sūccēssŏr. EPITH. ăvĭdŭs, sōllĭcĭtŭs, dīvĕs.

‖ hærēdĭŭm, ii. SYN. Patrimōnĭŭm. PHR. Patrĭă prædĭă, *seu* bŏnă. Rūs pătērnŭm.

hærĕsis, is, *vel* ĕos.——*rūptis pĕrit hærĕsis hŏrrĭdă mēmbris*, Prop. EPITH. Impĭă, scĕlĕrătă, infāndă, scĕlēstă, ĕxĭtĭōsă, atrōx, fĕrālis, dīră, hŏrrĭdă, dētēstāndă, sŭpērbă, ēffrēnis, aūdāx, infēstă, insānă, probrōsă, fāllāx, mēndāx, dŏlōsă, pērfĭdă. PHR. Hærĕtĭcŭs ērrŏr. Dŏgmă hærĕtĭcŭm. Pērvērsŭm, fālsŭm dŏgmă. Impĭă sēctă. Nŏvĭtātis ămāns. Nŏvŏs ritŭs fictă pĭĕtātĕ indūcēns. Sacră jūră rēsŏlvēns. Filĭă Nōctis. Ŏrcō ēdĭtă. Pĭĕtātis, *vel* vēræ fĭdĕī hŏstis, inĭmīcă. Antiquis infēstă sacris. Incaūtis insĭdĭāns ārtĕ nĕfāndā. Virūs fātālĕ tĕgēns. Vĭtĭōrŭm sēmĕn. Hŏstis jūrātă bŏnōrŭm. Bēllŭă mūltōrŭm căpĭtŭm, sibi dissŏnă, pācēm ēxōsă. Incaūtō insĭdĭātă pŏpēllō. VERS. Nūllă vŭlt lēgĕ tĕnēri Imprŏbă Rĕlĭgio. Hāc dūcĕ, vāstātŏs lūgĕt Gērmānĭă cāmpŏs, ōmnis ŭbi spārsis ŏssibŭs ălbĕt ăgĕr. Hāc dūcĕ, civili mădŭērūnt sānguinĕ rīvi Ānglĭă sīvĕ tŭī, Gāllĭă sīvĕ tŭī.

hærĕtĭcŭs. *Cūm tămĕn hærĕtĭcā nigrēdĭnĕ plēnŭs Ăvērni*, Arat. SYN. Nŏvātŏr, fĭdĕī hŏstis. EPITH. Impĭŭs, scĕlĕrātŭs, &c. V. *Hæresis.* PHR. Hŏstis rĕlĭgĭōnis ăvītæ. Gēns ēxlēx. Dēvĭă tūrbă. Tūrbă nŏvātŏrŭm. Hærĕsĕos lēthāli āfflātă vĕnēnō tūrbă. VERS. Ăpŏstŏlĭcām rēscindĕrĕ fĭdēm Cōnjūrātă cŏhŏrs scĕlĕrātis ēxcĭdit aūsis. Illĕ nŏvōs ritūs, nŏvă sacră pĕr ūrbēs instĭtŭit, priscāsque aūdĕt rēscindĕrĕ lēgēs. Lēgēs ăbŏlērĕ părēntŭm āntiquās cŭpit, ātquĕ nŏvōs indūcĕrĕ ritūs.

hæsĭto. *Sūb tērris ĭgĭtŭr trĕmŭlŭm jūbăr hæsĭtăt ignis*, Lucr. 5, 696. SYN. Frĕquēns hærĕo, sæpĕ hærĕo, *vel* tĭtūbo, văcillo, dŭbito.

Hălcyŏnē. V. *Alcyone.*

Hălēsŭs. *Fluvius et Mons in Siciliâ, juxta montem Ætnam, ubi Proserpina flores legebat, cùm à Plutone rapta est.* EPITH. Sicănĭŭs, Sĭcŭlŭs, præcĕps, flŭēns, flŭĭdŭs, ămœnŭs. VERS. Et quæ Sicănĭi flōrēs lēgistis Hălēsi.

Hălĭæētŭs. *ēt nōdō fāctŭs ĕrŭt fŭlvis Hălĭæētŭs ālis*, Ov. M. 8, 146. SYN. Fălco.

hălĭtŭs, ūs. *ābliŭam ĕt ēxtrēmŭs si quis sŭpĕr hălĭtŭs ērrăt*, Virg. Æn. 4, 684. SYN. Spīrĭtŭs, ănhēlĭtŭs. V. *Spiritus.*

Digitized by Google

hālo. *invīsent crŏcĭs hālāntēs flōrĭbŭs hōrti*, Virg. Geo. 4, 109. SYN. Ŏlĕo, spīro. PHR. Hālānt flōrĭbŭs hōrti. Thūrĕ călēnt āræ, sērtīsquĕ rĕcēntĭbŭs hālānt. V. *Oleo*.

Hălys. *Crēbrō vōrtĭcĕ tōrtŭs Hălys*, Ov. P. 10, 48. *Fluvius, quam Crœsus transit, spe victoriæ, acceptus Oraculi responso ancipiti, his verbis dato*, Crœsus Halym penetrans magnam pervertet opum vim. EPITH. Tūrbĭdŭs, tōrtŭs, sĭnŭōsŭs, flēxŭs, rēflēxŭs. PHR. Crœsō fātālis Hălys. Crœsi fātālĭă vōtis Flūmĭnă.

Hămadryădēs, ŭm, Virg. Ecl. 10, 62.——*Hamadryades Nymphæ cum arboribus natæ*. V. *Dryades*.

hāmŭs. *insĭdĭātōrēm prærōsō fūgĕrit hāmō*, Hor. S. 2, 5, 25. SYN. Hāmŭlŭs, ūncŭs, ūncĭnŭs, hārpăgo. EPITH. Cūrvŭs, rĕcūrvŭs, ūncŭs, ădūncŭs, tōrtŭs, fērrĕŭs, cōnnēxŭs, tĕnāx, insĭdĭōsŭs, sŭbdŏlŭs, lēthālis, mērsŭs, īmmērsŭs, ĭnēscātŭs, īllēx (icis) fāllāx, lĕvis. PHR. Piscātōrĭŭs ūncŭs. Hāmātă lĭnĕă, ărūndo. Hāmātūm æs. Æs ădūncūm, rĕcūrvūm, dŏlōsūm. VERS. Cēlārĕ cĭbis ūncōs fāllācĭbŭs hāmōs. Trĕmŭlā cāptūm lĭnĕā trăhit piscēm. Qui sĕmĕl ēst læsŭs fāllāci piscis ăb hāmō, ōmnĭbŭs ūncă cĭbis æră sŭbēssĕ pŭtăt. V. *Piscari*.

hāmātŭs. *Pārs cĕcĭdit hāmātis mĭsĕrĕ cōnfīxă săgittis*, Ov. Tr. 3, 10, 63. PHR. Hāmis ārmātŭs, ădūncŭs. Hāmis cōnsērtŭs, tēxtŭs.

hără. *immūndæ cūră fidēlis hăræ*, Ov. Ep. 4, 104. SYN. Sŭīlĕ, stăbŭlūm. EPITH. Fœtĭdă, sōrdĭdă, tūrpis, fœdă, ŏlēns, ōbscœnă.

hārmŏnĭă. *Hārmŏnĭām Graii quām dīcūnt, quōd, &c.* Luc. 3. 101. SYN. Cōncēntŭs, mĕlŏs, cōncōrdĭă vōcūm. EPITH. Suāvis, jūcūndă, mūsĭcă, dōctă, rēsŏnāns. VERS. Cōncōrs discōrdĭă vōcūm. Cōnsŏnă fēstīvi mŏdŭlāmĭnă cāntūs.

hārpăgo, ŏnis. *Mūtāti ăb illis caūlium hārpăgōnĭbŭs*. (Iamb.) SYN. Hārpāx, ūncŭs. EPITH. Fērrĕŭs, ūncŭs, ădūncŭs, ăcūtŭs, rĕcūrvŭs, tĕnāx, mōrdāx.

Hārpē, ēs. *Cyllēnĭdă sūstŭlit Hārpēn*, Luc. 9, 664. *Falcatus ensis, quo Mercurius ac Perseus ad monstra debellanda usi sunt.* EPITH. Fālcātă, incūrvă, ūncă, cūrvă, Cyllēnis, Cyllēnĭă, *à Mercurio*, Ărcădĭă, ădămāntis. VERS. Vērtit in hūnc hārpēn mădĕfāctām cædĕ Mĕdūsæ, Hārpēn, āltĕrĭŭs mōnstri jām cædĕ călēntēm.

Hārpŏcrātēs, is. *Hārpŏcrātēs dĭgĭtō qui sĭgnĭfĭcāt St.* Vet. Poët. *Silentii Deus, cujus statua in Templo Isidis ab Ægyptiis colebatur. Digito ad os admoto, amictu oculis et auribus sparso tegebatur.* EPITH. Ægyptĭŭs, Phărĭŭs, Mēmphĭtĭcŭs, Nīlĭăcŭs, Īsĭăcŭs.

Hārpyīæ, *trissyl.* *Hārpyĭis gŭlă dignă răpācĭbŭs*, Hor. S. 2, 2, 40. *Monstra vultu virgineo, manibus uncis, humeris alatis. Tres finguntur*, Aëllo, Ocypete, et Celæno, *filiæ Typhœi et Terræ, in Stymphali lacu Arcadiæ commorantes.* SYN. Stymphālĭdēs, Typhōĭdēs. EPITH. Răpācēs, ăvĭdæ, pălūstrēs, īnfēstæ, īmmūndæ, crūdēlēs, diræ, fœdæ, ōbscœnæ, hōrrēndæ, tūrpēs, trŭcēs, ālĭgĕræ, Ărcădĭæ, Phīnēæ, *à Phineo Rege, cujus cibos quotidie conspurcabant.* PHR. Virginĕæ vŏlŭcrēs. Ăvēs Phīnēæ. Diræ, *vel* Tārtărĕæ vŏlŭcrēs. Jŏvis cănēs. Fœdă ăvĭūm mōnstră. Stymphālĭă mōnstră. VERS. Virgĭnĕi vŏlŭcrūm vūltŭs, fœdissĭmă vēntris Prōlŭvĭēs ūncæquĕ mănŭs, ēt pāllĭdă sēmpĕr ōră fămē. Dīripĭūntquĕ dăpēs, cōntāctūque ōmnĭă fœdānt. Trīstiŭs haūd illis mōnstrūm, nēc sævĭŏr ūllă Pēstis, ēt iră Dĕūm Stygĭis sēse ēxtŭlit ūndis.

hărŭspēx, ĭcis. V. *Aruspex, Augur*.

hāstă. *Dēnsīquĕ vĭrūm sĕgĕs hōrrŭit hāstis*, Virg. Geo. 2, 142. SYN. Lāncĕă, spīcŭlūm, hāstīlĕ, cūspis, tēlūm, jăcŭlūm, fērrūm, frāxĭnŭs, ăbĭēs, pīnŭs. EPITH. Mārtĭă, lōngă, grāvis, īmmītis, bēllĭcă, ăcūtă, vălĭdă, sævă, trăbālis, mĭnāx, ōblōngă, trĕmĕbūndă, sānguĭnĕă, crŭēntă, Māvōrtĭă, fĕrōx, fūnēstă, fātālis, fōrtis, vūlnĭfĭcă, āmēntātă, fērrātă, frāxĭnĕă, rĭgĭdă, tĕrēs, missĭlis, trĕmēns, vibrāns, vibrātă, intōrtă, cōntōrtă, scĕlĕrātă, infēstă, stridens. PHR. Ærātæ cūspĭdis hāstă. Tēlūm fērrō mĭcāns. Sānguĭnĕă mănŭs hōrrĕăt hāstă. Ārmātquĕ cŏrūscă Hāstă mănūm. Hāstām jăcŭlāri, lĭbrārĕ, cŏrūscārĕ, quătĕrĕ, cōncĭtārе. V. *Jaculum*.

hāstātŭs. *Nēc măgis ārdēntēs Māvōrs hāstātăquĕ pūgnă*, Stat. PHR. Hāstă ārmātŭs. Hāstām cŏrūscāns.

hāstīlĕ, is. *Hastæ scapus, sed et pro hastâ sumitur. Bīnă mănū lātō crīspāns hāstīlĭă fērrō*, Virg. Æn. 1, 317. EPITH. Lōngūm, dūrūm, vălĭdūm, lēntūm,

Digitized by Google

tĕrĕs, rĭgĭdăm, sănguĭnĕŭm. PHR. Fĕrrō præfixūm rōbŭr ăcūtō. Hăstīlĕ vĭrgă, stīpĕs. Hăstæ fātālĭă rōbŏră. Tēlūm ĭngēns ărbŏrĕŭm. Ārmātă fĕrrō cōrnŭs. VERS. Pĭctūrātă fĕrūnt lōngĭs hăstīlĭă rōstrĭs. Bīnă mănū lātō crĭspāns, *vel* vĭbrāns hăstīlĭă fĕrrō. V. *Hasta.*

haūd. *Haūd ŏbscūră cădāns mīttĕt tĭbĭ sīgnă Bŏōtēs,* Virg. Geo. 1, 229.

haūdquāquām. *Dīvīdĭt haūdquāquām dīctīs, &c.* Virg. Æn. 12, 45. SYN. Haūd, nōn, mĭnĭmē, nēquāquām.

haūrio, is, haūsi, haūstūm. *Haūrĭăt hūnc ŏcŭlīs īgnēm crūdēlĭs ăb āltō,* Virg. Æn. 4, 661. SYN. Ēxhaūrio, trăho, āttrăho, ēxtrăho, ēdūco, sŏrbĕo, ăbsŏrbĕo, vŏro. VERS. Jūgēs īrrĭgŭīs haūrīre ē fōntĭbŭs ŭndās. Īmpĭgĕr haūsit Spūmāntēm pătĕrām, i. e. *vinum.* Ăvĭdō călĭcēs ĭngūrgĭtăt haūstū. Ād ŭndām prŏcēssit, sūmmōque haūsit dē gūrgĭtē lȳmphās. Dēflŭĭt īncērtō lăpĭdōsŭs mūrmŭrĕ rīvŭs. Sæpĕ sĕd ēxĭgŭīs haūstĭbŭs īndĕ bĭbī. Haūrīrĕ părāt dēmīssīs flŭmĭnă pālmīs. Āt pōstquam ēxhaūstō jām flŭmĭnĕ vīcĕrăt æstūm. V. *Poto.*

haūstŭs, ŭs. *Haūstŭs ăquæ mĭhĭ nēctăr ĕrĭt,* Ov. M. 6, 356. SYN. Pōtŭs. EPITH. Ăvĭdŭs, grātŭs. VERS. Ăvĭdō călĭcēs ĭngūrgĭtăt haūstū.

Hĕbdŏmăs, ădis. *Sēptĭmŭs Hĕbdŏmădĭ vĕnĭt sŭpĕrāddĕrĕ sēxtō,* Prud. PHR. Sēptĭmă jāmquĕ sŭōs Aūrōră ōstēndĕrăt ōrtŭs. V. *Dies.*

Hēbē, ēs. *Nēc sĭt cælēstēm flāgrāns ămŏr Hērcŭlĭs Hēbēn,* Prop. 1, 13, 23. *Juventutis Dea, filia Junonis, sine Patre. Pincerna Jovis erat ante raptum Ganymedis. Herculi in Deorum numerum relato nupsit.* EPITH. Nōbĭlĭs, fōrmōsă, pŭlchră, vĕnūstă, rŏsĕă, cælēstĭs, sȳdĕrĕă, cāndĭdă, lāctĕă, cōmptă, cōncīnnă, Hērcŭlĕă, Jūnōnĭă, lætă, ălăcrĭs. PHR. Jūnōnĭă vĭrgo. Dīvă jŭvēntæ. Jŭvēntūtĭs præsēs. Hērcŭlĭs ŭxŏr.

hĕbĕo, ēs. *Sănguĭs hĕbĕt, frīgēntque ēffætæ, &c.* Virg. Æn. 5, 396. SYN. Hĕbēsco, hĕbĕtŏr, tōrpĕo.

hĕbĕs, ĕtis. *Pōnĭtĕ jām glădĭōs hĕbĕtēs, pūgnētŭr ăcūtīs,* Ov. A. Am. 3, 589. SYN. Ōbtūsŭs, rĕtūsŭs, hĕbēns, hĕbēscēns, hĕbĕtēscēns, hĕbĕtātŭs, ăcūmĭnĭs ēxpērs, *vel* stŭpĭdŭs, pĭgĕr, sēgnis. PHR. Īngĕnĭō tărdŭs. Īnōps īngĕnĭī. Mĭnērvā nātŭs īnīquā.

hĕbĕto. *Tērrēnīque hĕbĕtānt ārtŭs, mŏrĭbūndăquĕ mēmbră,* Virg. Æn. 6, 732. SYN. Ōbtūndo, rĕtūndo.

‖ hĕbĕtūdo, ĭnis. SYN. Ōbtūsă, rĕtūsă ăcĭēs, *vel* pĭgrĭtĭēs, tōrpŏr, stŭpĭdĭtās.

Hēbrŭs. *vŏlŭcrēmquĕ fŭgā prævērtĭtŭr Hēbrūm,* Virg. 1, 321. *Thraciæ fluvius, aureas arenas trahens. In eum Bacchantes caput Orphei projecerunt.* EPITH. Ărēnōsŭs, cōrnĭgĕr, spūmĭfĕr, spūmāns, răpĭdŭs, văgŭs, ŭndāns, nĭtĭdŭs, dīvēs, aūrĭfĕr, Thrācĭŭs, Rhŏdŏpēĭŭs, Ōdrȳsĭŭs, i. *Thracius,* Ōeăgrĭŭs, *ab Oeagrio fluvio, unde originem ducit:* Ōrphēŭs. PHR. Aūrātĭs tūrbĭdŭs Hēbrŭs ăquīs.

Hĕcălē, ēs. *Paupercula mulier, quæ Theseum hospitio recepit.* VERS. Cūr nēmo ēst Hĕcălēn, nūlla ēst quæ cēpĕrit Īrūm? Nēmpĕ quŏd āltĕr ĕgēns, āltĕră paūpĕr ĕrăt. *Ovid.*

Hĕcătē, ēs. *Cūjŭs ăd prīmōs Hĕcătē văpōrēs.* (Sapph.) *Jovis et Latonæ filia, Dea noctis, Umbrarum, et Inferorum. Præerat magicis incantationibus. Triplex ei nomen tribuunt Poëtæ, et in Cælo Lunam, in terris et sylvis Dianam, in inferis Proserpinam vocant. Fuit etiam Hecate Venefica quædam, filia Persei, et mater Circes.* SYN. Lūnă, *in Cælo:* Dīănă, *in terris:* Prŏsērpĭnă, *in inferis.* EPITH. Trĭcēps, nōctūrnă. PHR. Dĕă, Dīvă, trĭfōrmis. Dīănă trĭplēx. Tērgĕmĭnāmquĕ Hĕcătēn, trĭă vīrgĭnĭs ōră Dīānæ. Tērnĭs văriātă fĭgūrīs. Cælō Ērĕbōquĕ pŏtēns. V. *Luna.*

Hēctŏr, ŏris. *Tēr circum Īlĭăcōs rāptāvĕrăt Hēctŏră mūrōs,* Virg. Æn. 1, 487. *Filius Priami Trojanorum Regis, ab Achille occisus. Uxor ejus Andromache.* SYN. Prĭămĭdēs. EPITH. Phrȳgĭŭs, Trōjānŭs, Trōĭŭs, fĕrōx, īnclȳtŭs, īmpĭgĕr, fōrtĭs, măgnŭs, bēllĭgĕr, Māvōrtĭŭs, Mārtĭŭs, sævŭs, bărbărŭs, ăcĕr, aūdāx, ătrōx, fĕrŭs, ārmĭpŏtēns. PHR. Prĭămēĭŭs, Trōĭŭs hērōs. Trōjæ dēfēnsŏr, cōlūmĕn. Dănăūm tērrŏr. Spēs fīdissĭmă Teūcrūm. Rāptŭs ăb Æmŏnĭīs flēbĭlĭs Hēctŏr ĕquīs. VERS. Tēr circum Īlĭăcōs rāptāvĕrăt Hēctŏră mūrōs, ēxănĭmūmque aūrō cōrpŭs vēndēbăt Ăchīllēs.

Hēctŏrĕŭs. *Hēctŏrĕōs āmnēs Xānthum ēt Sĭmŏēntă, &c.* Virg. Æn. 5, 534.

Hĕcŭbă. *Hīc Hĕcŭba ēt nātæ, nēquicquam āltārĭă circūm,* Virg. Æn. 3, 515. *Priami uxor, mater Hectoris, filia Cissei, Thraciæ Regis. Captâ Trojâ, in rabiem versa dicitur.* SYN. Cissæis. Mātĕr Hēctŏris: Prĭămēĭă cōnjŭx. EPITH.

Digitized by Google

Fœcūndă, īnfēlix, āmēns, fŭrēns, īnsānă, trīstīs, căptīvă, ānnōsă, lōngævă, Trōjānă.

**Hĕdĕră.** *Nūnc hĕdĕræ sĭne hŏnōrĕ jăcēnt, ŏpĕrātăquĕ dōctīs*, Ovid. A. Am. 3, 411. EPITH. Ērrāns, pāllēns, līgāns, sērpēns, vĭrēns, lāscīvă, vĭgēns, nĕxĭlĭs, īntōrtă, vĭrĭdĭs, frōndōsă, tōrtĭlĭs, flĕxĭlĭs, frōndēns, cŏmāns, sĕquāx, tĕnāx, lēntă, vīvāx, Bācchĭcă, crīnālĭs, dĕcōră, vīctrix. PHR. Frōndēntēs bāccīs hĕdĕræ. Cŏrymbīs vīrēscēns. Frōndĕ sĕquācī rōbŏră līgāns, āmplēctēns. Bācchĭcă sērtă. Īnsīgnĭă Bācchī. Dŏctārŭm prǣmĭă frōntĭŭm. Nōbĭlĭs cŏrōnă vātŭm. Grātīssĭmă Bācchō.

**Hĕdĕrōsŭs.** *Lūcŭs ĕrāt fēlix hĕdĕrōsō cōndĭtŭs āntrō*, Prop. 4, 4, 3. PHR. Hĕdĕrīs cōnsĭtŭs, frōndēns, vĭrēns.

**Hĕlĕnă**, æ, *seu* Hĕlĕnē, ēs. *Īntĕr quōs Hĕlĕnē nūdīs căpĕre ārmă păpīllīs*, Prop. 3, 14, 19. *Jovis filia ex Ledâ uxore Tyndari, Regis Laconiæ. Nupsit Menelao Regi Argivorum, ac primò rapta est à Theseo Athenarum Rege; mox à Paride filio Priami. Menelaus et frater ejus Agamemnon, cum præcipuis Græciæ Principibus, hanc injuriam Trojæ excidio ulti sunt. Paride, dum urbs obsideretur, interfecto, Dëiphobo Paridis fratri nupsit: ac deinde marito reddita est, qui hunc occidit.* SYN. Tyndărĭs, Lăcænă, Œbălĭs. EPITH. Lēdæă, Ărgīvă, Pĕlāsgă, Āmyclæă, Thĕrāpnæă, Spārtānă, Tænărĭă, Œbălĭă, *ab Oebaliâ regione, Tænaro promontorio, Spartâ, Therapnis, et Amyclis Laconiæ urbibus.* Fōrmōsă, dĕcōră, vĕnūstă, ădūltĕră, īnfāmĭs, īnīquă, pĕrfĭdă, lāscīvă, īmpŭdīcă, răptă, sŭpērbă, ĕxĭtĭōsă, pērnĭcĭōsă. PHR. Bīs răptă pēllēx. Părĭdĭs ădūltĕră cŏnjūx. Trōjānī caūsă ĕxcīdĭī.

**Hĕlĕnŭs.** *Prĭămĭdēn Hĕlĕnŭm Grāiās rēgnārĕ pĕr ūrbēs*, Virg. 3, 295. EPITH. Trōĭŭs, Dārdănĭŭs, præscĭŭs, prōvĭdŭs, prænūncĭŭs, vātēs.

**Hĕlĭădēs**, ŭm. *Nĕc mĭnŭs Hĕlĭădēs lūgent*, &c. Ovid. *Filiæ Solis et Clymenes, sorores Phaëthontis, cujus mortem tanto mœrore luxerunt, ut tandem in alnos, vel ut alii volunt, in populos arbores mutatæ sunt.* SYN. Clymĕnēĭdēs, Phăĕtōntĭădēs, Phăĕtōntĭdēs. EPITH. Pōpŭlĕæ; frōndōsæ, mœstæ, mĭsĕræ, gĕmĕbūndæ. PHR. Pōpŭlĕæ sŏrōrēs, Clymĕnēĭă prōlēs.

**Hĕlĭcē**, sydus. *īllă vĕl ād flātūs Hĕlĭcēs ōptāndă sĕrēnæ*, Gr. V. *Ursa, Arctos.*

**Hĕlĭcōn**, ōnĭs. *īn mĕdĭōquĕ mĭhī dās Hĕlĭcōnĕ lŏcūm*, Sil. *Mons Apollini et Musis sacer, prope Phocidem in Bœotiâ, seu Aoniâ, non longè à Parnasso, et Aganippe fonte.* EPITH. Săcĕr, āmœnŭs, cănōrŭs, Āŏnĭŭs, Phœbēŭs, Pĭĕrĭŭs, *ab Apolline et Musis*, laūrĭfĕr, vīrgĭnĕŭs, dōctŭs. V. *Parnassus.*

**Hĕlĭcōnĭdēs**, ŭm. *Quōd dōctōs Hĕlĭcōnĭdŭm lĭquōrĭs*, (Phal.) S.

**Hĕlĭcōnĭădēs**, ŭm. *ādde Hĕlĭcōnĭădŭm cŏmĭtēs, quōrŭm*, &c. Lucr. 3, 1050. *Musæ sic appellatæ ab Helicone monte ipsis dicato.* V. *Musæ.*

**Hĕlĭcōnĭŭs.** *ēt Pāllās, dōctīquĕ cŏhōrs Hĕlĭcōnĭă Phœbi*, S. SYN. Pārnāssĭŭs, Āŏnĭŭs.

**Hēllās**, ădĭs. *Hēllădĕ pērcūssā*, Hor. V. *Græcia.*

**Hēllē**, ēs. *Filia Athamantis, Thebarum Regis, ex Nephele. Hic cùm secundis nuptiis Ino duxisset, Helle cum fratre Phryxo, ut novercæ insidias fugeret, conscenso Ariete aureo, longè abiit; sed fretum inter Propontidem, et mare Ægæum trajiciendo submersa est, fretoque suum nomen imposuit.* EPITH. Ăthămāntĭs, Phrȳxĕă, Æŏlĭă, *ab Æolo, patre Athamantis;* păvĭdă, flēbĭlĭs, trĕpĭdă, īnfēlix, trĕpĭdāns. SYN. Nĕphĕlēĭs. PHR. Nĕphĕlēĭă vīrgo. Phrȳxēă sŏrŏr. Quæ nŏvă fēcīt nōmĭnă Pōntō.

**Hēllēspōntŭs.** *Fretum, Asiam ab Europâ dividens. In eo Helle soror Phryxi, et Leander mersi sunt.* EPITH. Răpĭdŭs, fŭrēns, sævŭs, lōngŭs, Lĕāndrĭŭs. PHR. Phrȳxæ stāgnă sŏrōrĭs, i. e. *Helles.*

**Hĕlōrŭs.** *ēxŭpĕrō præpĭnguĕ sŏlūm stāgnāntĭs Hĕlōri*, Virg. EPITH. Stāgnāns, clāmōsŭs, prǣcĕps, cĭtŭs, cōncĭtŭs, āmœnŭs, grātŭs.

**Hĕlvĕtĭī**, ōrŭm. *Hĕlvĕtĭī tĭbĭ dūră ăcŭūnt vēnābŭlă*, Mant. *Fortissimi populi inter Rhenum et Rhodanum fluvios, Juram montem et Alpes siti, hodie in tredecim civitates seu pagos divisi.* EPITH. Fĕrī, ārmĭpŏtēntēs, sævī, trŭcēs, gĕnĕrōsī, māgnănĭmī, bēllĭgĕrī, bēllācēs, dūrī, īmmītēs, īmpăvĭdī, fōrtēs, rŏbūstī, īncōrtŭsī.

**Hēlŭo**, ōnĭs. *Ter.* V. *Gulosus.*

**Hēlŭōr**, ārĭs. *Pārum ēxpātrāvĭt, ān pārum hēlŭātŭs ēst?* (Iamb. Pur.) PHR. Gŭlæ sērvĭo. Dăpēs vŏro, ăbsōrbĕo.

**Hēpăr**, ătĭs. N. 1, *long.* SYN. Jĕcŭr. V. *Jecur.*



Digitized by Google

**hĕră, æ.** *Fōrmōsæ pēnsă rĕpēndĭs hĕræ*, Ov. Ep. 9, 78. SYN. Dŏmĭnă.

**Īcărŭs.** *Īcărŭs Īcărĭīs nōmĭnă fēcĭt ăquīs*, Ovid. Trist. 1, 90. *Dædali filius, qui unà cum patre ex Cretâ evolans, in mare decidit, quòd ad Solem propiùs accessisset, cerâ, quâ conglutinatæ erant pennæ, nimio calore liquefactâ.* EPITH. Dædălēŭs, tĕmĕrārĭŭs, aūdāx, īnfēlīx, āmēns, dēmēns, sŭpērbŭs, ālĭgēr, pēnnātŭs, ālātŭs, pēnnĭgēr, īmprūdēns, īmprōvĭdŭs, naūfrăgŭs, mērsŭs, sŭbmērsŭs. PHR. Dædălēŭs pŭēr. Pŭēr Īcărŭs Quī sē mălĕ crēdĭdĭt ālĭs. Nĭmĭŭm ārtĭbŭs



Digitized by Google

nōvīs, *vel* falsis pēnnis fīdēns. VERS. Æthĕris āltă pĕtēns, æquŏrĭs īmă sŭbĭt. Aūdāx Ĭcărĭō qui fēcĭt nōmĭnă pōntō. Dūm pĕtĭt infirmis nĭmĭūm sūblīmĭă pēnnis Ĭcărĭūs, Ĭcărĭīs nōmĭnĕ fēcĭt ăquās.

Ichneūmōn, ŏnis. *Dēlēctāt Mārĭūm sī pērnĭcĭōsŭs Ĭchneūmōn*, Mart. 7, 87. *Mus Indicus, magnitudine felis. Ab Ægyptiis colebatur. Aspidi inimicus est, et Crocodilo, cujus ova conterit.* EPITH. Sōlērs, caūtŭs, pūgnāx, prŏvĭdŭs, āgĭlĭs.

īco, ĭci, ictūm. *ēmĭcăt īn pārtēm sānguis, ūnde īcĭmŭr īctū*, Lucr. 3, 1044. SYN. Fĕrĭo, vērbĕro, pērcŭtĭo, cædo, lædo. V. *Percutio.*

ictŭs, ūs. *Prŏcŭmbūnt: vāstīs trĕmĭt ictĭbŭs ærĕă pūppis*, Virg. Æn. 5, 198. SYN. Pērcūssĭo, pērcūssŭs, ūs; vērbĕr, plāgă, vūlnŭs. EPITH. Vălĭdŭs, vĕhĕmēns, dūrŭs, lēthālĭs, rĕsŏnŭs, hōrrĭfĭcŭs, sŏnōrŭs, ăcērbŭs, grăvis, fōrtis, ingēns, crĕpĭtāns, crŭēntŭs, innŭmĕrŭs. PHR. Crēbrō ictū, *vel* vĭŏlēntis ictĭbŭs pērcŭtĭo, quătĭo, cōntūndo. Vēsānōs ēxcĭpĭt, *vel* sūstĭnĕt ictūs. VERS. Rĕfŭgō sūbsūltāt māllĕŭs ictū. Pērcūssū crēbrō sāxă căvāntŭr ăquis. Dēxtrā ingĕmĭnānt ictūs. Vāstis trĕmĭt ictĭbŭs ārbŏs. Rĕpĕtītis ictĭbŭs æră sŏnānt. Ĭlle ictūm vĕnĭēntem ā vērtĭcĕ vēlōx Prævīdit, cĕlĕrique ēlāpsūs cŏrpŏrĕ cēssit. Sævŏs nōbĭlĭs ictūs ēxĭt ŭtērquĕ pŭgil. Mūltă intĕr sē vūlnĕră jăctānt: Mūltă căvō lătĕri ingĕmĭnānt, ēt pēctŏrĕ vāstōs Dānt sŏnĭtūs, ērrātque aūrēs ēt tēmpŏră circūm Crēbră mănŭs. Hūnc dēnsis ictĭbŭs hērōs Crēbĕr ŭtrāquĕ mănū pūlsāt, vērbĕrăt. V. *Percutio et Verbero.*

Id. *Quicquid id ēst, tĭmĕō Dănăōs ēt dōnă fĕrēntēs*, Virg. Æn. 2, 49. SYN. Hoc, īllŭd.

Ĭdă. *ămœnām fōntĭbŭs Īdām*, Ovid. *Mons Phrygiæ, ubi Corybantes sacra Cybele Deorum matri faciebant. Alius est in Cretâ, quem etiam incoluerunt Corybantes è Phrygiâ huc advecti.* EPITH. Ăquōsă, hūmĭdă, ūmbrōsă, ārdŭă, ŏpācă, clīvōsă, nĕmŏrōsă, gĕlĭdă, fœcūndă, frōndĭfĕră, cuprēssĭfĕră, frōndōsă, pīnĭfĕră, Phrȳgĭă, Dārdănĭă, Dārdănă. PHR. Mōns Ĭdæŭs. Phrȳgĭūm nĕmŭs Cȳbĕlēs. Mōns Cȳbĕlē săcĕr. Āltrix Ĭdă fĕrārūm. Cĕlĕbērrĭmă fōntĭbŭs Īdă.

Idălĭŭs. *Vēnāntem Ĭdălĭō vērtĭcĕ dūrŭs ăpĕr*, Prop. 2, 13, 54. *Idalus mons Cypri, Veneri sacer; ad cujus radices situm est* Idalium *oppidum.* SYN. Cyprĭŭs.

idcircō. *idcircōnĕ rŏgō spēcŭlātrix pūpŭlă mōllī*, Prud. Ham. 3, 8. SYN. Ĭdĕō.

Idĕă. *omnes breves. Licenter autem——tristisque ănĭmōs idĕă fătīgăt.* Victor. SYN. Spĕcĭēs, fōrmă, fĭgūră, ēxēmplār, ĭmāgo.

idēm. m.—*ămŏr ōmnĭbŭs īdēm*, Virg. Geo. 3, 244.

īdēm. n. *Nīl prōdēst quī nōn lædĕrĕ pōssĭt īdēm*, Ovid.

Idēntĭdēm. *Qui sĕdēns ădvērsŭs idēntĭdēm tē*, (Sapph.) Cat. 49, 3.

Idĕō. *Rhætĭcă, nē cĕllīs idĕō cōntēndĕ Fălērnis*, Virg. G. 2, 96. SYN. Idcircō.

|| Idōlŏlatră. SYN. Ĭdōlōrūm cūltŏr. EPITH. Dēmēns, āmēns, insānŭs, stōlĭdŭs, scĕlēstŭs. PHR. Bārbără gēns. Fĭdĕi ēxpērs. Lūdĭcră nūmĭnă, *vel* fictŏs Dĕōs cŏlēntēs. Quōs ēxcœcăt vānă sūpērstĭtĭo. VERS. Qui vānă cŏlūnt ēt cōrdĕ sĭnistrō Rĕlĭgĭōsă sĭbi scūlpūnt sĭmūlācră, sŭūmquĕ Fāctōrēm fŭgĭūnt, ēt quæ fēcērĕ vĕrēntŭr. Fēlīcēs pŏpŭli, quōrūm nāscūntŭr in hōrtis Nūmĭnă, *de Ægyptiis, qui porrum, cæpe, &c. sicuti Deos venerabantur.*

|| idōlŏlatrĭă. PHR. Ĭdōlōrūm cūltŭs, vĕnĕrātĭo, vānă sūpērstĭtĭo.

|| idōlŏthȳtūm. PHR. Māctātă idōlō victĭmă. Ĭdōlō lĭtātūm, lībātūm mūnŭs.

idōlūm, *seu* idōlŏn. *ēt plūrēs ōrārĕ Dĕōs, idōlăquĕ mūltă*, Victor. SYN. Sĭmūlācrūm. EPITH. Vānūm, frăgĭlĕ, prŏfānūm, fictĭlĕ. PHR. Ĭnānis ĭmāgo, ĭnānĕ sĭgnūm. Prŏfānă ēffĭgĭēs, stătŭă. Fictĭlĭs, fictŭs, vānŭs, lĭgnĕŭs, aūrĕŭs, mārmŏrĕŭs Dĕŭs. Fictūm nūmĕn in aūrō. Lūdĭbrĭă cæcă Dĕōrūm.

Idōnĕŭs. *Sī făcis ŭt pātrĭæ sĭt idōnĕŭs, ūtĭlis ăgris*, Juv. 14, 71. SYN. Āptŭs, cōmmŏdŭs, ŏppōrtūnŭs, ūtĭlis.

Idūmæŭs. *Prīmŭs Ĭdūmæās rĕfĕrām tĭbi, Māntŭă, pālmās*, Virg. Geo. 3, 12.

Idūmē, ēs.——*ēt ărbŭstō pālmārūm dīvĕs Ĭdūmē*, Luc. 3, 216. *Urbs Phœniciæ primaria, palmis abundans.* EPITH. Pālmĭfĕră, dīvĕs, ămœnă. PHR. Pālmārūm dīvĕs.

Jĕcŭr, ŏris. *āspĭcĕ quām tŭmĕăt māgnō jĕcŭr ānsĕrĕ mājŭs*, Mart. 13, 58. SYN. Hēpăr. EPITH. Călĭdūm, pālpĭtāns, fērvēns, ārdēns, sānguĭfĭcūm. PHR. Fērvēns dĭffĭcĭli bīlĕ tŭmēt jĕcŭr.

jējūnĭūm. *Lōngă dŏmānt illōs ĭnŏpī jējūnĭă victū*, Ov. M. 1, 312. SYN. Absti-

Digitized by Google

mēntŭm. EPITH. Lānguēns, tristĕ, dūrŭm, lōngŭm, ăcērbŭm, mŏlēstŭm, măcĭlēntŭm, ĭnērs, ignāvŭm, plūm, sānctŭm, cāstŭm. PHR. Dĕō grātŭm, ăccēptŭm. Ĭnŏpi jējūnĭă victū. Cōrpŭs āttĕnŭāns. Virēs dēbĭlĭtāns.

Jējūno. *Jēsūs dĭcātō cōrdĕ jējūnāvĕrăt.* (Iamb.) Prud. PHR. Cĭbĭs ābstĭnĕo. Jējūnĭă cŏlo, sērvo. Āppŏsĭtĭs ābstĭnĕt ōră cĭbĭs. Ĭnŏpi victū, tĕnŭi cĭbō cōrpŭs āttĕrĕrĕ, mĕmbră dŏmārĕ. Fāmĕm tŏlĕrārĕ. Nūllōs ōrĕ cĭbōs cōntĭngĕrĕ. Sŏlĭtās sĭbi nĕgārĕ dăpēs. VERS. Pērquĕ nŏvēm lūcēs ēxpērs ūndæquĕ, cĭbĭquĕ, Rōrĕ mĕrō, lăcrȳmĭsquĕ sŭĭs jējūnĭă pāvĭt. Nūllă cĭbi pōtūsque ălĭmēntă dăbāntŭr. Ăvĭdŭm jējūnĭă vēntrēm Lōngă prĕmūnt.

Jējūnŭs. *īrātŭs, părĭtĕr jējūnis dēntĭbŭs ăcĕr*, Hor. Ep. 2, 2, 29. V. *Famelicus.*

jēntācŭlŭm. *Sī sĭnĕ cārnĕ vŏlēs jēntācŭlă sūmĕrĕ frūgi*, Mart. 13, 31. EPITH. Pārcŭm, laūtŭm.

JESUS, Ĭēsūs, *trissyl. vel* Jēsūs, *dissyl. Sīdĕrĕ vēntūrŭm præmīssō nōmĭnĕ Jēsŭm*, Sed. *Fūnĕrĕ sōlēnni tŭmŭlātŭm nūpĕr Ĭēsŭm*, Alc. EPITH. Sālvātŏr, sērvātŏr, sălūtĭfĕr, pācĭfĭcŭs, bĕnignŭs, mītĭs, pătĭēns, clēmēns, ămābĭlĭs. PHR. Ālmŭs Rĕdēmptŏr. Hūmāni gĕnĕris rĕpărātŏr, sălūs. Cērtæ aūtŏr, dŭxquĕ sălūtĭs. Qui crīmĭnă nōstră pĭāvĭt, *vel* ēlŭit āffixŭs crŭci, *seu* lignō. Spēs mĭsĕrĭs. Sălūtĭs ŏrigo. Nŏvŭs Adām. Mūndi mĕlĭŏris ŏrigo. Nŏstĕr ămŏr: dūlcēs dēlĭcĭæ: ūnĭcă vŏlūptās, ĕt dēsīdĕrĭŭm. Nōmĕn ădōrāndŭm, vĕnĕrābĭlĕ, Stȳgĭis fōrmīdābĭlĕ rēgnis. Qui Dĕŭs indŭit ārtūs Mōrtālēs. Hŏmĭnŭm lūmēnquĕ sălūsquĕ. Spērātŭm pĕr sæcŭlă mūnŭs. Hŏmĭnŭm sătŏr, ātquĕ Rĕdēmptŏr. VERS. Māgno æquævă părēnti Prōgĕnĭēs sŭpĕrās cœlō quæ mīssă pĕr aūrās, āntīquām gĕnĕrĭs lābēm mōrtālĭbŭs ægrĭs āblŭit, ŏbstrūctīquĕ viām pătĕfēcit Ŏlȳmpi. Nāscĭtŭr hūmānā sŭb ĭmāgĭnĕ, nāscĭtŭr illĕ, Qui sēmpĕr fŭit. Quēm vōcēs vĕtĕrum ĕt sāncti cĕcĭnērĕ Prŏphētæ, Chrīstŭs ădēst, quēm tōtă cănēbant ōrācŭlă vātŭm, Vēntūrŭm sŭb cārnĕ Dĕŭm. Dēscēndit Dĕŭs, illĕ Dĕŭs cāstōsquĕ pĕr ārtūs (*Virginis Mariæ*) Dăt sēsĕ, miscētque ŭtĕrō, quō tāctă rĕpēntĕ Viscĕră cōntrĕmŭērĕ, sĭlĕt nātūră, păvētquĕ āttŏnĭtæ sĭmĭlis, cōnfūsăquĕ tūrbĭnĕ rērŭm insŏlĭtō. V. *Christus.*

ĭgĭtŭr. *Āltērnis ĭgĭtŭr cōntēndĕrĕ vērsĭbŭs, &c.* Virg. Ecl. 7, 18. SYN. Ērgo, ĭtăquĕ.

ignārŭs. *Mīrātŭr, rērŭmque ignārŭs ĭmāgĭnĕ gaŭdĕt*, Virg. Æn. 8, 730. SYN. Īnscĭŭs, nēscĭŭs, indōctŭs, impĕrĭtŭs, rŭdis. V. *Indoctus.*

ignāvĭă. *Tȳrrhēni, quæ tānta ănĭmis ignāvĭă vēnit?* Virg. Æn. 11, 733. SYN. Inērtĭă, dēsĭdĭă, vēcōrdĭă. EPITH. Tōrpēns, dēsĕs, tūrpis, lānguĭdă, tĭtŭbāns, ĭnērs. PHR. Sōmnĭquĕ ignāvĭă mātĕr. Fŭgĭēns lăbōrēs, pĕrīcŭlă. Pārcă lăbōris. Ēxōsă lăbōrēs. Dāmnātrix ŏpĕrŭm. Dēmīssō tōrpēns ignāvĭă vūltū. Ābscīssis tĭtŭbāns ignāvĭă nērvis. V. *Pigritia.*

ignāvŭs. *ignāvŭm fūcōs pĕcŭs ā præsēpĭbŭs ārcēnt*, Virg. G. 4, 168. SYN. Dēsĕs, vēcōrs, ēnērvis, ĭnērs, dēsĭdĭōsŭs, pĭgĕr. V. *Piger.*

ignēsco. *ignēscūnt īræ, ĕt dūris dŏlŏr ōssĭbŭs ārdĕt*, Virg. Æn. 9, 66. SYN. Ārdēsco, ārdĕo, flāgro, ēxārdēsco, incēndŏr, inflāmmŏr. V. *Ardeo.*

ignĕŭs. *Cærŭlĕŭs plŭvĭām dēnūncĭăt, ignĕŭs Eūrōs*, Virg. Geo. 1, 452. SYN. Flāmmĕŭs, flāmmātŭs, āccēnsŭs, ignītŭs, incēnsŭs, fērvēns, ārdēns, cāndēns, ignĭfĕr, flāmmĭfĕr, ignĭvŏmŭs. PHR. Ignĕ mĭcāns, cŏrūscŭs, ārdēns, scintĭllāns, rŭbēns.

ignĭcŏmŭs. *Aūt tĕr ŭt Æŏlĭdī mēnsis tĕnĕt ignĭcŏmŭs sōl*, Aus. Ep. 7, 8. SYN. Ignĕ cŏmāns.

ignĭcŭlŭs. *Nēc dŏlĕt ignĭcŭlŭm brūmæ si tēmpŏrĕ pōscās*, Juv. 3, 102.

ignĭfĕr, ĕri. *īndĕ măre, īnde āĕr, īnde æthĕr ignĭfĕr ipsĕ*, Luc. 5, 499. SYN. Ignĭvŏmŭs, flāmmĭfĕr, *vel* stēllĭfĕr.

ignĭpēs, ĕdis. *Tūm scĭĕt ignĭpĕdŭm vīrēs ēxpērtĭŭs ĕquōrŭm*, Ov. M. 2, 392.

ignĭpŏtēns. *Haūd sĕcŭs ignĭpŏtēns, nēc tēmpŏrĕ, &c.* Virg. Geo. 3, 379. SYN. Vūlcānŭs.

ignis.——*Pānchæis ădŏlēscūnt ignĭbŭs āræ*, Virg. Æn. 4, 379. SYN. Flāmmă, incēndĭă, făcēs, Vūlcānŭs, Mūlcĭbĕr, rŏgŭs. EPITH. Tōrrĭdŭs, rŭtĭlŭs, ăvĭdŭs, cŏrūscŭs, cĕlĕr, æstĭfĕr, călĭdŭs, trĕmŭlŭs, vŏlāns, flāmmĕŭs, lĕvis, ātĕr, dāmnōsŭs, răpĭdŭs, Vūlcānĭŭs, fērvĭdŭs, vŏlūcĕr, vāgŭs, lūcĭdŭs, splēndĭdŭs, flāgrāns, fūmōsŭs, flāmmĭvŏmŭs, scintĭllāns, tōrrēns, fērvēns, vŏrāx. PHR. Ignis ārdŏr. Ignĕă vis. Ignĕŭs ārdŏr, fērvŏr. Vūlcānĭă pēstis. Jăcĭēns pĕr ĭnānĕ fāvīllās. Sēmĭnă flāmmæ vōlvēns. Prūnæ ārdēntēs. Māgnō frāgŏrĕ fūrēns, Pĭcĕō vērtĭcĕ



Digitized by Google

ūndāns. Sūmmă pĕtēns. Vŏlāns pĕr āltă căcūmĭnă. Cĭnĕri sŭppŏsĭtūs dŏlōsō. VERS. Ignis ĕdāx sūmma ăd făstīgĭă vēntō vŏlvĭtŭr. Amplēxū quæquĕ răpāci Cŏrripit. Crēbris cŏllūcēnt ignĭbŭs āgri. Altam ignis prōrŭmpit, *vel* vŏlvit ăd æthĕră nūbēm. Pĕr nigri spătĭōsă vŏlūmĭnă fūmi ĕxŭrgit. Fŭrit immissis Vŭlcānŭs hăbēnis. Sæva incēndĭă vŏlvit. Ignis in æthĕrĕās vŏlŭcĕr sē sŭstŭlit aūrās. Nūtrĭtŭs vēntō, vēntō rĕstĭnguĭtŭr ignis. Lēnis ălit flāmmās, grāndiŏr aūră nĕcāt. Intĕrrŭpti ignēs, ătērque ăd sȳdĕră fūmŭs ērĭgĭtŭr. Mĕŭs āssĭdŭō lūcĕăt ignĕ fŏcŭs. V. *Flamma, et Incendium.*

ignis *artificiosus.* PHR. Missĭlis, jăcŭlābĭlis ignis. Sūlphŭrĕŭs ignis. Ingēnti ērŭmpēns, *vel* tŏnāns frăgŏrĕ. VERS. Cōmpŏsĭtōs jăcŭlātŭr ignēs. Quō prŏhĭbētŭr măgis, măgis ārdĕt ignis.

*ignem elicio, vel struo.* SYN. Ignēm sūscĭto, ēxcĭto. PHR. Ē sĭlĭcĕ ignēm ērŭĕrĕ. Sūlphŭrĕ, fōmĭtĕ ādmōtō, ārēnti stūpā, cōrtĭcĕ siccō flāmmām irrītārĕ. Sŭbdĕrĕ lignă fŏcō. Lārgō ignĕ dŏmūm sĕrēnārĕ, ēxhĭlărārĕ. Būccā intēnsā, vēntōsō fŏllĕ, mōtā aūrā ignēm ēxcĭtārĕ. Lignă fŏcō impōnĕrĕ, āddĕrĕ, sŭbdĕrĕ, āggĕrĕrĕ ārdēnti grāndĭă lignă fŏcō. Flāmmĭgĕris āddĕrĕ lignă fŏcis. Quærit sēmĭnă flāmmæ ābstrūsa in vēnis sĭlĭcis. Ēxcĭtăt ingēntēs ādmōtō fōmĭtĕ flāmmās. VERS. Sĭlĭcis scintillam ēxcūdit Achātēs, Sŭbjēcitque ignēm fŏliis, ātque ārĭdă circūm Nūtrĭmēntă dĕdit, răpŭitque in fōmĭtĕ flāmmām. Ut sĭlĭcis vēnis ābstrūsum ēxcūdĕrĕt ignēm. Ut pēne ēxtinctūm cĭnĕrēm, si sūlphŭrĕ tāngās, Vīvĕt, ĕt ēx mĭnĭmō māxĭmŭs ignis ĕrit. Indĕ fŏcō tĕpĭdūm cĭnĕrēm dīmōvit, ĕt ignēs Sūscĭtăt hēstĕrnōs, fŏliisque ĕt cōrtĭcĕ siccō Nūtrit, ĕt ăd flāmmās ănĭmā pĕrdūcit ănili: mūltĭfĭdāsquĕ făcēs rāmāliăque ārĭdă tēctō Dētŭlit, ĕt mĭnŭit, pārvōque ādmōvit ăhēnō impŏsĭtūm cĭnĕrem ĕt sōpĭtōs sūscĭtăt ignēs. Ēxcĭtăt ĕt crēbris lānguēntēm flātĭbŭs ignēm. Utquĕ sŏlĕt vēntis ălĭmēntă rĕsūmĕrĕ, quæquĕ Pārvă sŭb indūctā lătŭit scintillă făvillā Crēscĕre, ĕt in vĕtĕrēs ăgĭtātă rĕsūrgĕrĕ vīrēs.

ignĭtŭs. *Cŏllă vĕl ignitis sincēra incingĕrĕ sērtis,* P. SYN. Ārdēns, flāmmāns, cāndēns, flāmmātŭs, flāmmĕŭs, ignĭvŏmŭs.

ignĭvŏmŭs. *āltĭŭs ignĭvŏmūm Sōlēm cœli ōrbĭtă dūcit,* Lab. Car. Pasch. 3. SYN. Flāmmĭvŏmŭs, ignĭfĕr.

ignōbĭlis.——*stŭdĭis flōrēntem ignōbĭlis ŏti,* Virg. Geo. 4, 564. SYN. Ignōtŭs, hŭmĭlis, ōbscūrŭs, dēspēctŭs, inglōrĭŭs, vīlis, ābjēctŭs. PHR. Imæ plēbis hŏmo: Sĭnĕ nōmĭnĕ. Quēm sĕrĭēs inhŏnōră părēntūm Prōgĕnŭit. Prōăvis ōbscūrŭs. Priscæ lūcis ĕgēns. Plēbeĭă dē stirpĕ, plēbeĭō sānguĭnĕ nātŭs. Sānguis părēntūm paūpĕrūm.

ignōmĭnĭă. *Mūltă gĕmēns, ignōmĭnĭām, plāgāsquĕ sŭpērbi,* Virg. Geo. 3, 226. SYN. Infāmĭă, dēdĕcŭs, măcŭlă, lābēs, prŏbrūm. V. *Infamia.*

ignōmĭnĭōsŭs.——*immūndă crĕpēnt ignōmĭnĭōsăquĕ dictă,* Hor. A. Poët. 217. SYN. Infāmis, prŏbrōsŭs.

ignōrāntĭă. *ignōrāntĭă cūrārūm cōnfērrĕ Dĕōrūm,* Luc. 6, 53. SYN. Inscītĭă, ignōrātio, impĕrĭtĭă. EPITH. Rŭdis, tūrpis, nŏxĭă.

ignōro. *Nĕ fŭgite hōspĭtĭūm, nĕve ignōrātĕ Lătīnōs,* Virg. Æn. 7, 202. SYN. Nēscio. Mē lătēt: sūm nēscĭŭs, *vel* inscĭŭs. VERS. Mēns hŏmĭnum ignāră, *vel* cæcă fŭtūri. Scīrĕ nĕfās hŏmĭni quid crāstĭnŭs āffĕrăt ōrtŭs.

ignōsco, nōvi, nōtūm. SYN. Părco, indūlgĕo, cōndōno, vĕnĭām dō.

ignōtŭs. *Rāră pĕr ignōtōs ērrēnt ănĭmālĭă mōntēs,* Virg. Ecl. 6, 30. SYN. Incōgnĭtŭs, ābdĭtŭs, ārcānŭs, *vel* ignōbĭlis.

īlĕx, ĭcis. *Cōrtĭcĭbūsquĕ căvis, vĭtĭōsæque ilĭcis ālvĕō,* Virg. Geo. 2, 453. EPITH. Căvă, frōndēns, ōpācă, littŏrĕă, nŏdōsă, vĭrĭdis, rāmōsă, cūrtă, āltă, hirsūtă, pătŭlă, frōndōsă, prōcēră. PHR. Ilignūm, ilicĕūm, rōbŭr, ilĕx plēnă făvis. Cūrvātăquĕ glāndĭbŭs ilĕx. V. *Quercus.*

ilĭă, ĭūm.——*invĭdĭā rūmpāntŭr ŭt ilĭă Cōdrō,* Virg. Ecl. 7, 26. SYN. Lătĕră, *vel* viscĕră. EPITH. Crāssă, vēntōsă, intĭmă.

Ilĭă, æ. *Virgo Vestalis, alio nomine* Rhea Sylvia. *Filia Numitoris, ac Remi et Romuli ex Marte genitrix. Hanc in somno Mars incautam oppresserat: Amulius autem Numitoris frater, pueros exponi jussit, Iliam verò vivam in tumulo prope Tyberim sepeliri, unde huic fluvio nupsisse fingitur.* EPITH. Rōmānă, Mārtĭă, Tȳbĕrĭnă, Trōĭcă, Dārdănă, *à Dardano Rege Trojanorum, à quo per Æneam et Iülum orta erat.* SYN. Rhĕă. VERS. Dōnĕc Rēgīnă săcērdōs Mārtĕ grăvis gĕmĭnām pārtū dĕdit Ilĭă prōlēm.

Digitized by Google

**Iliăcŭs.** *Mīrātŭr, vĭdĭt Īlĭăcās ex ōrdĭnĕ pūgnās,* Virg. Æn. 1, 456. SYN. Trōjānŭs, Trōĭŭs.

**Īlĭăs**, ădis. *Nēscĭō quĭd mājŭs nāscĭtŭr Īlĭădĕ,* Prop. 2, 34, 66. EPITH. Lōngă, Mæŏnĭă, *ab Homero.*

**Īlicĕt.** *īlĭcĕt īgnĭs ĕdāx sūmma ăd fāstīgĭă vēntō,* Virg. Æn. 2, 758. SYN. Illĭco, stătim.

**Īlicĕŭs.** *ōrnique, īlĭcĕæque trăbēs, mĕtŭēndăquĕ sūccō:* Stat. Th. 6. 102.

**īlignŭs.** *Cūrrēntem īlignīs pōtārĕ cănālĭbŭs ŭndām,* Virg. Geo. 3, 330. SYN. Īlignĕŭs.

**Īlĭŭm**, *seu* Īlĭŏn, *vel* Īlĭŏs. *Īlĭŏn ĕt Tĕnĕdŏs, Sĭmŏīsque ĕt Xānthŭs ĕt Īdă,* Ovid. Ep. 13, 53. *Troja, sic dicta à Rege Ilo, qui eam adauxit.* SYN. Trōjă, Pērgămă, ōrŭm. EPITH. Sŭpērbŭm, pŏtēns, āltŭm, inclўtŭm, ingēns, ūstŭm, ēvērsŭm, dīrŭtŭm.

**illābŏr**, ĕris, illāpsŭs.——*mĭnāns illābĭtŭr ūrbi,* Virg. Æn. 2, 240. SYN. Incĭdo, irrŭo, īnflŭo.

**illacrўmābilis.** *ămĭcĕ plācēs illăcrўmābĭlēm,* (Alcaic.) Hor. Od. 2, 14, 6. SYN. Inēxōrābilis, dūrŭs.

**illacrўmo.** *ĕt mæstum illăcrўmāt tēmplīs ĕbŭr, &c.* Virg. Geo. 1, 480. V. *Lacrymor.*

**illætābilis.** *illætābĭlĕ mūrmŭr,* Virg. 12, 619. SYN. Mœstŭs, trīstīs, flēbĭlis.

**illăquĕo.** *Sævŏs illăquĕānt dŭcēs.* (Glyconic.) Hor. Od. 3, 16, 16. SYN. Irrētĭo, impĕdio, implĭco, intrīco, illĭgo, invŏlvo, circūmrētio.

**illaŭdābilis.**——*jŭvăt heū, jŭvăt illaŭdābĭlĕ cārmĕn,* St. SYN. Illaŭdātŭs.

**illaŭdātŭs.** *Aŭt illaŭdāti nēscit Būsīrĭdĭs ārās,* Virg. Geo. 3, 5.

**illĕ.**——*sic Jūpĭtĕr illĕ mŏnēbăt,* Virg. Æn. 7, 110. SYN. is, hic.

**Illĕcebræ.** *illĕcĕbrīs ĕrăt ĕt grātă nŏvĭtātĕ mŏrāndŭs,* Hor. A. Poët. 223. SYN. Blāndĭtĭæ, irrītāmēntă, invītāmēntă, lēnōcĭnĭŭm, stĭmŭlŭs. EPITH. Dūlcēs, blāndæ, făllācēs, dŏlōsæ, mōllēs, ĭnānēs, vānæ, mĭtēs, fœmĭnĕæ, ărgūtæ, lēnēs, fōrtēs, pŏtēntēs.

**illĕcebrīs āttrăho.** SYN. Illĭcio, illēcto, āllĭcio, pēllĭcio, prōlēcto, invīto, illăquĕo, irrētio. PHR. illĕcebris, blānditĭīs, mūlcĕo, dēlīnio, căpto, dūco, fāllo, insĭdĭŏr.

**illĕcebrōsŭs.** *illĕcĕbrōsŭs ĕnim săpŏr ēst, ĕt pēstĭfĕr hōrŭm,* Prud. in Sym. 144. SYN. Blāndŭs, fāllāx.

**illĕpĭdŭs.** *Cōmpŏsĭtum illĕpĭdēvĕ pŭtētŭr, sĕd quĭă nūpĕr,* Hor. Ep. 2, 1, 77. SYN. Insūlsŭs, īnēptŭs, stŏlĭdŭs.

**illĕx**, ĭcis. *ŭt tĭbi nūnc ēscā Phărāō vĕlŭt illĭcĕ cāptŭs,* M. SYN. Blāndŭs.

**illībātŭs.** *illībātă tŏri; dă tāntŭm nōmĕn ĭnānĕ,* Lucan. 2, 342. SYN. Pūrŭs, intĕmĕrātŭs, intāctŭs, intĕgĕr, illæsŭs, incōrrūptŭs, intāmĭnātŭs.

**illĭc.** *illĭc ŏffĭcĭānt lætis nĕ frūgĭbŭs hērbæ,* Virg. Geo. 1, 69. SYN. Ibi.

**illĭcio**, lēxi, lēctŭm. *illĭcĕre ŭt cŭpĕrēnt vītām, &c.* Lucr. 5, 170. SYN. Āllĭcio, pēllĭcio, āttrăho, căpto, inēsco. PHR. Aūcĕps illĭcĕ cānnā, *vel* illĭcĭō cāptăt ăvēs.

**illĭcĭtŭs.** *illĭcĭtās tēntārĕ vĭās, &c.* Virg. Æn. 8, 113. SYN. Vĕtĭtŭs, nōn lĭcĭtŭs, inīquŭs.

**illĭco.** *illĭcŏ mūndānŭm dĭspĕrit ōmnĕ dĕcŭs,* Buch. SYN. Stătim, cōntĭnŭō, prōtĭnŭs, ōcyŭs, cōnfēstim, ēxtēmplō, cĭto, nēc mŏrā.

**illīdo**, si, sum. *illīdĭtquĕ vădis, ātque āggĕrĕ, &c.* Virg. Æn. 1, 113. SYN. Āllīdo, cōllīdo, frāngo, infringo, impīngo, cōnfringo, ōffēndo, ŏbtĕro, cōntĕro.

**illĭgo.** *Nōn ŭt jŭvēncis illĭgātă plūrĭbŭs.* (Iamb.) Hor. Epod. 1, 25. SYN. Lĭgo, vīnclo, implĭco, irrētio, illăquĕo, intēxo, innēcto, immiscĕō.

**illīmis.** *Fōns ĕrăt illīmis, nĭtĭdis ărgēntĕŭs ŭndis,* Ov. Met. 3, 407. SYN. Līmpĭdŭs, pūrŭs, nĭtĭdŭs.

**illĭno**, illīvi, *seu* illēvi, illĭtŭm. *Quōd si brūmă nĭvēs Albānis illĭnĕt ăgrīs,* Hor. Ep. 1, 7, 10. SYN. Lĭno, ōblĭno, circūmlĭno, illĭno, ūngo, inūngo, pĕrūngo, indūco.

**illĭtĕrātŭs.** *illĭtĕrāti nūm mĭnŭs nērvi rĭgēnt.* (Iamb.) H. SYN. Indōctŭs, ignārŭs, impĕrītŭs.

**illĭtŭs.** *Crīnēs ĕt aūrŭm vēstĭbŭs illĭtŭm.* (Alcaic.) Hor. Od. 4, 9, 14.

**illŭtŭs.** *ĕt Tўrĭās dărĕ circa illōtă tŏrālĭă vēstes,* Hor. Sat. 2, 4, 84. SYN. Sōrdĭdŭs, tūrpis, illūtŭs.



Digitized by Google

illūc. *Hūc căpŭt, ātque illūc hŭmĕro ēx ūtrōquĕ pĕpēndĭt,* V. Æ. 8, 755. SYN. Eō.

illūcĕo, lūxi. *illūcĕrĕ sŏlĕnt māgnis, ĕt fĕrrĕ trĭūmphōs,* M. SYN. Illūcēsco, irrădĭo. V. *Luceo.*

illŭd. *illŭd in his rēbūs nōn ēst mīrābĭlĕ, quārē,* Lucr. 2, 308. SYN. Id, hoc.

illūdo, si, sūm. *Circūmfūsă rŭit, cērtāntque illūdĕrĕ căptō,* Virg. Æn. 2, 64. SYN. Lūdo, dēlūdo, rīdĕo, irrīdĕo. V. *Derideo.*

illūmino. *Vix ēvēctă dĭēs illūmĭnăt, ōmnĕquĕ lātē,* Ar. SYN. Illūstro, cōllūstro. PHR. Lūmĕn dō, præbĕo. Lūmĭnĕ replĕo, pērfūndo, circūmdo, sĕrēno. Lūcĕ nōctĕm, tĕnebrās pēllĕrĕ, vincĕrĕ, fŭgārĕ. VERS. Lārgūquĕ sĕrēnăt ignĕ dŏmūm. Nōctĕm flāmmās fūnālĭă vincūnt. Lūnă mihi trĕmŭlūm lūmĕn præbēbăt ĕūnti. Cōllūcēnt ignibŭs ædēs. V. *Lumen.*

illūnis. *illūnēm nāctī pĕr rūră tăcēntĭă nōctēm,* Sil. 16, 646. SYN. *De nocte.* Obscūrŭs, ŏpācŭs, tĕnebrōsŭs.

illūstris. *Cōncŭtĭēns illūstrĕ căpŭt,* Ov. M. 2, 50. SYN. Lūcĭdŭs, cŏrŭscŭs, clārŭs, *vel* insignis, cōnspĭcŭŭs, spēctāndŭs, præcēllēns, fāmōsŭs, inclўtŭs, præstāns, ēxĭmĭŭs, cēlebris, spēctāndŭs, nōbilis. PHR. Clārūm nōmĕn ădēptŭs. Clārŭs ăpŭd pŏpŭlōs. Fāmā inclўtŭs. Pērpĕtŭō vĭgēns hŏnōrĕ. Pĭĕtātĕ insignis ĕt ārmis. Quēm illūstris cĕlebrānt præcōnĭă fāmæ. Quēm glōrĭă rērūm Cōmmēndăt clārūmquĕ dĕcŭs. V. *Celeber.*

illūsŭs. *Aūt spēm dēpōnās, aūt ārtem illūsŭs ŏmittās,* Hor. S. 2, 5, 26. SYN. Dēlūsŭs, *vel* distinctŭs.

illūtŭs. *Mōnstrāvi incŏquĕre illūtōs Cūrtillĭŭs ĕchīnōs,* Hor. S. 2, 8, 52. SYN. Illōtŭs.

illŭvĭēs, ĭēi. *Nōn tōndērĕ quĭdēm mōrbo illŭvĭēquĕ pĕrēsā,* Virg. G. 3, 561. SYN. Cōllŭvĭēs, sōrdēs, squāllŏr. EPITH. Fœdă, immūndă, ōbscœnă, sōrdĭdă, lŭtōsă, fœtĭdă, crāssă. V. *Sordes.*

Illўrĭă, *vel* Illўris, *vel* Illўricūm. *Ān tĭbi sūm gĕlĭdā vĭlĭŏr Illўrĭā,* Prop. 1, 8, 2. EPITH. Dīvĕs.

Ilvă. VERS. Āst Ilvă trĕcēntŏs, insŭla inēxhaūstis chălўbūm gĕnĕrōsă mĕtāllis. *Virg. Æn.* 10, 173.

Ilŭs. *Trois, Regis Trojanorum filius, à quo Ilium dictum est. Alter fuit Æneæ filius, alio nomine Ascanius.* VERS. Āt pŭĕr Āscănĭŭs, cui nūnc cŏgnōmĕn Iūlō āddĭtŭr, Ilŭs ĕrāt dūm rēs stĕtit Iliă rēgnō. *Virg. Æn.* 1, 271.

Imāgĭnŏr, āris. SYN. Fingo, ēffingo, ēxcŏgito, cōmmĕntŏr, ănĭmō cōncĭpĭo, dēsigno.

imāgo, inis. *Vānūm nōctūrnis fāllit ĭmāgĭnibŭs,* Tib. 3, 4, 56. SYN. Effigĭēs, spĕcĭēs, ēxēmplăr, fĭgūră, icōn, sĭmŭlācrūm, stătŭă, signūm. EPITH. Aūrātă, fictă, pictă, ēxcūltă, sŭpērbă, dĕcōră, lūcĭdă, ērēctă, scūlptĭlis, ēxprēssă, fictĭlis, ădūmbrātă, scūlptă, ænĕă, cērĕă, spīrāns. PHR. Pictă tăbēllă. Ārtĭfĭci făbrĭcātă mănū. Quām dūxit in ærĕ, scūlpsit, *vel* ēxcūdit dŏcti ārtĭfĭcis mănŭs. Vīvōs sĭmŭlāns vūltūs. Vīvis cērtāns vūltibŭs. VERS. Tristis imāgo Sæpiŭs ŏccūrrĭt. Mē tūrbĭdă tērrĕt imāgo. V. *Statua.*

imbĕcillŭs. *imbĕcillŭs, inērs, si quid vis, āddĕ pŏpino,* Hor. Sat. 2, 7, 39. SYN. Imbĕcillis, dēbĭlis, infirmŭs. V. *Infirmus.*

imbēllis. *Sūnt quās Eūnūchi imbēllēs āc mōllĭă sēmpĕr,* Juv. 6, 365. SYN. Ignāvŭs, tĭmĭdŭs, *vel* infirmŭs.

imbĕr, bris. *imbĕr ătrōx, rēctōsquĕ tĕnēnt in mœnĭă vūltŭs,* Stat. SYN. Plŭvĭă. EPITH. Dēnsŭs, lārgŭs, ūndāns, hўbērnŭs, gĕlĭdŭs, grăvis, vēntōsŭs, insānŭs, rĕpēntinŭs, sævŭs, sŏnōrŭs, nĭvōsŭs, ăquōsŭs, nimbōsŭs, crēbĕr, brūmālis, hōrrēndŭs, strīdēns, tērrĭfĭcŭs, ātĕr, ēffŭsŭs, fœcūndŭs, fērtĭlis. PHR. Tūrbĭdŭs imbĕr ăquæ. Effūsŭs nūbibŭs, āctŭs cœlō imbĕr. Āgmĕn ăquārūm. VERS. Effūsi rūmpūntŭr nūbibŭs imbrēs. Tāntŭs sē nūbibŭs imbĕr Rŭpĕrăt. Rigăt imbĕr ăgrōs. Hūmēctăt ăgrōs. Plŭvĭi ērūmpūnt dē nūbibŭs imbrēs. Rŭit æthĕrĕ tōtō Tūrbĭdŭs imbĕr ăquæ. Præcĭpĭtēsquĕ rŭūnt lĭquĕfāctis nūbibŭs imbrēs. Mihi cœrŭlĕŭs sŭprā căpŭt āstĭtit imbĕr. Jūpitĕr ūtilibŭs quŏtĭēs rigăt imbribŭs ăgrōs. Dīcitŭr Ægўptŭs cărŭissĕ jŭvāntibŭs ārvă imbribŭs, ātque ānnōs siccă fŭissĕ nŏvēm. V. *Pluvia.*

imbērbis. *imbērbis jŭvĕnis, tāndēm cūstōdĕ rĕmōtō,* Hor. A. Poet. 161. SYN. Impūbis, impūbĕr. V. *Adolescens et Lanugo.*

imbĭbo, bibi. *imbĭbĕrăt dīrūm spārgēns pĕr rūră crŭōrēm,* Alcim. SYN. Bibo, cōmbĭbo, haūrio, *vel* cōncĭpĭo.

Digitized by Google

Imbrex, icis. *Eligitur locus hunc angustique imbrice tecti*, Virg. Geo. 4, 296. EPITH. Curvus, durus, altus.

imbrifer, eri. *Venturam admittat imbrifer arcus aquam*, Tibul. 1, 4, 44. SYN. Pluvialis, pluvius.

imbuo, ui, utum. *Cum semel imbueris speramus*, &c. Hor. A. Poet. 331. SYN. Rigo, tingo, perfundo, lino, *vel* instruo.

imbutus. *Quo semel est imbuta recens servabit odorem*, Hor. Ep. 1, 2, 69. PHR. Rigatus, tinctus, perfusus, illitus, *vel* institutus, instructus.

imitabilis. *Demens qui nimbos et non imitabile fulmen*, Vir. Æn. 6, 590.

imitamen, inis.——*priscique imitamina facti*, Ovid. Fast. 4, 211.

imitatio, onis. *Sedula promisit summos imitatio fasces*, Rutil.

imitator, oris. *interpres, nec desilies imitator in arctum*, Hor. A. Poet. 134. SYN. Æmulus.

imitatus. *Auditur fractos sonitus imitata tubarum*, Virg. Geo. 4, 72. SYN. Simulans, æquans.

imitor, aris. *exprimet et molles imitabitur ære capillos*, Hor. A. Poet. 33. SYN. Æmulor, simulo, assimulo. PHR. Imitando sequor, assequor, sector, æquo, adæquo, exprimo, effingo. Vestigia sequor, lego.

immaculatus.———*quanquam immaculata parentis*, Paulin. SYN. Intemeratus, intactus, illibatus, purus.

immadeo, es.——*Lacrymisque genæ immaduere profusis*, Ov. Met. 11, 418. SYN. Madeo, madesco, rigor.

immanis. *et trepida et cœptis immanibus efferâ Dido*, Virg. Æn. 4, 642. SYN. Immitis, crudelis, ferus, barbarus, ferox; *vel* ingens, immensus.

immanitas, atis. *Nam si ferina immanitas*, (Iamb. Dim.) P. SYN. Feritas, crudelitas.

immaturus. *Filius immaturus obisset, flere quis esset*, Hor. Sat. 2, 8, 59. SYN. Præmaturus, intempestivus, præceps.

immedicabilis.—*late solet immedicabile cancer*, Ov. M. 2, 825. SYN. Insanabilis.

immemor, oris. *immemor herbarum quos est mirata juvenca*, Virg. Ecl. 8, 9. SYN. Oblitus.

immensus. *Horresco referens, immensis orbibus angues*, Virg. Æn. 2, 204. SYN. Ingens, vastus, immanis.

immerens. *Quid immerentes hospites vexas canis.* (Iamb.) SYN. Immeritus.

immeritus. *et rapit immeritas sordidus unctor opes*, Mart. 7, 31, 6. SYN. Indignus.

immergo, si, sum. *immergitque manus, fœdataque sanguine sunti*, Ovid. Met. L. 13, 563. SYN. Mergo, demergo, submergo. V. *Mergo*.

immersus. SYN. Mersus, demersus, submersus, aquis obrutus, oppressus.

immigro. *Post immigravi subito in ingenium meum.* (Iamb.) SYN. Migro, commigro, abeo.

imminens. *Pœnæ imminentis iret ut prænuncius.* (Iamb.) SYN. Instans, impendens, vicinus, proximus, propior.

immineo, ui. *imminet, et lentæ texunt umbracula vites*, Virg. Ecl. 9, 42. SYN. Insto, impendeo, ingruo.

imminuo, imminui, imminutum. *Postquam se dolor imminuit, mea pectora planxi*, Ovid. SYN. Minuo, diminuo, extenuo.

imminutus. *at se imminuti corporis damnis novum*, (Iamb.) P. SYN. Minutus, attenuatus.

immisceo, scui, stum.—*rutilo immiscerier igni*, Virg. Geo. 1, 454. SYN. Misceo, commisceo, permisceo, admisceo, confundo.

immitis. *ore ferunt dulcem nidis immitibus escam*, Virg. G. 4, 17. SYN. Barbarus, ferus, dirus, crudelis, inhumanus. V. *Crudelis*.

immitto, misi, missum. *Dispersa immittit sylvis incendia pastor*, Virg. Æn. 10, 406. SYN. Mitto, impello, injicio, infero. VERS. Antro se immisit aperto.

immobilis.——*Capitoli immobile saxum*, V. Æ. 9, 448. SYN. Immotus, fixus, hærens, firmus, constans, stabilis, inconcussus. PHR. Velut pelagi rupes immota resistit. Manent immota locis, nec ab ordine cedunt. Manet illa, suoque est pondere tuta. VERS. Obvia ventorum furiis, expostaque ponto, Vim cunctam, atque minas perfert, cœlique, marisque. Scopulis hærens immota manet. Haud secus ac moles quam magno murmure fluctus oppugnat, manet immotus. V. *Constans*.

Digitized by Google

Immŏdĕrātŭs.——*ĕt pătĕăt tāntŭm immŏdĕrātŭm*, Lucr. 1, 1012. SYN. Immŏdĕstŭs, intēmpĕrāns, *vel* immŏdicŭs.

Immŏdĭcŭs. *immŏdĭcŭs părĭtĕr cŏrpŏris ārdŏr ădĕst*, Ovid. Ep. 21, 44. SYN. Nimĭŭs.

Immŏlātŏr, ōris. *Nāti immŏlātŏr ūnici*. (Iamb.) Prud. Cath. 12, 48.

Immŏlātŭs. *Vinctă vērbēnis, ăvēt immŏlātō*. (Sapph.) Hor. Od. 4, 11, 7. SYN. Măctātŭs.

Immŏlo. *ĕt īmmŏlāmŭs hŏstiăm laūdis Dĕō*. (Iamb.) Paul. SYN. Măcto, lito, sacrifico. V. *Sacrifico*.

Immŏrtālis. *Dūm nŏstră tĕntăt, cēssit immŏrtālĭbŭs*. (Iamb.) SYN. Pĕrpĕtŭŭs, pĕrēnnis, ætērnŭs. PHR. Mŏrtĕ cărēns. Mŏrtis ēxpĕrs, nēscĭŭs. Immūnis făti. Mŏri nēscĭŭs. Nūllō pĕrĭtūrŭs ævō. Cui mŏrtĭs ădēmptă ēst Cŏnditio. Vīvāx, ēxpērsquĕ sĕpūlcbri. Fātō mājŏr. Glŏriă nūllō intĕrĭtūră diē. VERS. Stăt sinĕ mŏrtĕ dĕcŭs. Nŏmēnque ĕrit indēlēbĭlĕ nŏstrūm. Sēmpĕr hŏnōs, nŏmēnquĕ tŭūm laūdēsquĕ mănēbūnt. Nūllă diēs ūnquām mĕmŏri vōs ēximĕt ævō. Nēc ignis, Nēc pŏtĕrit fērrūm, nēc ĕdāx ăbŏlērĕ vĕtūstās. Sōlăquĕ nōn nŏrūnt hæc mŏnŭmēntă mŏri. Nōn stāmină Pārcæ in tē dūră lĕgūnt, nēc jūs hăbŭērĕ nŏcēndi. Āt gĕnŭs immŏrtālĕ mănēt, mūltōsquĕ pĕr ānnōs Stăt fŏrtūnă dŏmūs. Mŏrtis ăb ēxtrēmā cŏnditiōnĕ văcăt.

Immŏrtālitās, ātis. *Mŏrtālĕ cŏrpŭs sūmĭt immŏrtālĭtās*. (Iamb.) P. SYN. Pērpĕtŭūm, ætērnūm, immŏrtālĕ, mānsūrūm, ævūm, tēmpŭs. Vītă immŏrtālis, *vel* immūnis lēthi. Immŏrtālĕ jūs, fās.

Immōtŭs, ă, ūm. *Mēns immōtă mănĕt*, &c. V. Æ. 4, 449. SYN. Immōbilis, fixŭs.

Immūgio, is, ii.—*Cŭrvīque immūgiit Ætnă căvērnis*, Virg. Æn. 3, 674. SYN. Mūgio, rēbŏo.

Immūnis. *Pārs nūllă rēgni immūnis ēxitiō văcăt*. (Iamb.) SYN. Libĕr, văcāns, văcŭŭs, sŏlūtŭs, ēxpērs. PHR. Mūnĕrĕ libĕr.

Immūnitŭs.——*Eūrōtān, immūnitūmquĕ frĕquēntăt*, Ov. M. 10, 169. PHR. Nūllō mūnimĭnĕ cinctŭs.

Immūrmŭro.——*ūt quōndām sȳlvis immūrmŭrăt Aūstĕr*, Virg. Geo. 4, 261. V. *Murmuro*.

Immūtābilis. *immūtābĭlĕ mātĕriæ quŏquĕ cŏrpŭs hăbērĕ*, Luc. 1, 585. SYN. Cŏnstāns, mūtāri nēscĭŭs. V. *Immobilis*.

Immūtātŭs. *immūtātă licēt, tămēn, hūc nōn nŭxiă vēni*, Prop. 4, 12, 17. SYN. Mūtātŭs, *vel* immōtŭs.

Immūto, ās. *immūtātquĕ mĕām, vidĕŏr sēnsissĕ, fĭgūrām*, Ov. M. 7, 722. SYN. Mūto, pērmūto, vărio.

Imo, Adv. *Vēndĕrĕ nil dēbĕt, fænĕrăt imō măgis*, Mart. 1, 86, 4. SYN. Quin, quin ĕtiām.

Impācātŭs. *Aūt impācātōs ā tĕrgo hōrrēbis Ibērōs*, Virg. Geo. 3, 408. SYN. implācātŭs, crūdēlis.

Impār, ăris.—*crābro impărĭbūs se immiseŭit ārmis*, Virg. Geo. 4, 245. SYN. Inæquālis, dissimĭlis; nōn pār, nōn æquŭs.

Impărĭtĕr. *Vērsibŭs impărĭtĕr jūnctis quĕrĭmōnĭă primūm*, Hor. A. P. 75.

Impărātŭs. *ĕgo impărātŭs quæ lŏquāntŭr sūggĕrām*. (Iamb.) SYN. immĕditātŭs, *vel* incaūtŭs.

Impāstŭs, ă, ūm. *impāstŭs ceū plēnă lĕō pĕr ŏvīliă tūrbāns*, Virg. Æn. 9, 339. SYN. Jējūnŭs, fămēlicŭs.

Impătiēns. *Mōllis ĕt impătiēns āntĕ lăbŏris ĕrām*, Ov. Tr. 3, 2, 10. SYN. Pătinēscius, indŏcilis. Dŏlōri, fŏrtūnæ impār, *vel* fŭrĭōsŭs, præcēps. PHR. Ădvērsōs cāsūs qui fērrĕ rĕcūsăt, nĕquit.

Impăvidŭs. *impăvidŭs frāngit tēlūm*, &c. Virg. Æn. 12, 8, SYN. Intrĕpidŭs, aūdāx. V. *Audax*.

Impĕdimēntūm. *illōs dŏcēbăt impĕdimēntūm cŏmæ*. (Iamb.) Paul. SYN. Ŏbēx, *vel* ōbjēx, mŏră.

Impĕdio, ii, itūm. *impĕdiūnt tĕnĕrōs vincŭlă nūllă pĕdēs*, Ov. F. 1, 440. SYN. Prŏhibĕo, inhibĕo, vĕto, ōbsto, ōbsūm, ōbsisto, rēsisto. PHR. Vōtis ōbstăt, ŏbēstquĕ mĕis. Quippĕ vĕtŏr fātis. Fātă ŏbstănt. Ārcērĕ ădĭtū. Hŏspĭtiō prŏhibēmŭr ărēnæ. Prŏhibērĕ ā nāvibŭs ignēs. Primăquĕ vĕtānt cōnsistĕrĕ tērrā. Pābŭlă vēnti fērrĕ dŏmūm prŏhibēnt. Di prŏhibētĕ mĭnās. Di tālem ārcētĕ cāsūm.

**Impĕdītŭs.** *Aŭt impĕdītām cāsĭbŭs rĕfĕrt dāmām,* (Scaz.) Mart. 3, 58, 28.

**Impello**, pŭli, pŭlsŭm. *Fertĕ cĭtī flāmmās, dătĕ vēla, impēllĭtĕ rēmōs,* Virg. Æn. 4, 593. SYN. Pĕllo, înjĭcio, înfĕro, indūco, incĭto, cŏncĭto, ūrgĕo, prĕmo, cōgo. V. *Pello, Cogo.*

**Impendo**, di, sŭm. *ēt dŭbĭtānt hŏmĭnēs sĕrĕre, ātque impēndĕrĕ cūrām?* Virg. Geo. 2, 430. SYN. Expĕndo, cŏnsūmo, insūmo, sūmptūs făcio, *vel* cŏnfĕro, cŏllŏco.

**Impĕnetrābĭlis.**—*mēns impĕnĕtrābĭlĭs iræ,* Sil. 7, 561. SYN. Impĕrvĭŭs, invĭŭs, ĭnāccēssŭs, inscrūtābĭlis, ārcānŭs.

**Impĕrātŏr**, ōris. *ēōnĕ nōmine, impĕrātŏr ūnĭcĕ.* (Iamb.) SYN. Rēx, *vel* Dūx.

**Impĕrĭōsŭs.** *impĕrĭōsă trăhĭt Prōsĕrpĭnă, vīvĕ, vălĕquĕ,* Hor. S. 2, 5, 110. SYN. Sŭpĕrbŭs, *vel* pŏtēns.

**Impĕrito**, ās. *Qui pĕcŏri impĕrĭtĕt, quēm tōta ārmēntă sĕquāntŭr,* Virg. Æn. 12, 619. SYN. Impĕro, dŏmĭnŏr.

**Impĕrītŭs**, ā, ūm. *Hŏmĭnĕ impĕrītō nūnquām quicquam injūstĭŭs.* (Iamb.) SYN. indŏctŭs, ignārŭs, rŭdĭs, illĭtĕrātŭs.

**Impĕrĭŭm.** *impĕrĭum ōcĕănō fāmām qui tērmĭnĕt āstrĭs,* Virg. Æn. 1, 291. SYN. Jūssŭm, prœcēptŭm, māndātŭm, *vel* rēgnŭm, pŏtēstās, dĭtĭo, dŏmĭnātŭs, dŏmĭnātĭo, mŏdĕrāmĕn, scēptrŭm. EPITH. Dūrŭm, vĭŏlēntŭm, sŭpĕrbŭm, sōlēnnĕ, aūdāx, ĭnīquŭm, mŏlēstŭm, īmmītĕ, intŏlĕrābĭlĕ, dūlcĕ, suāvĕ, bĕnīgnŭm, āmīcŭm, blāndŭm, grātŭm, fēlix, pŏtēns. PHR. Impĕrĭī jūs, jūră, pŏtēstās, frænă, mŏdĕrāmĕn, hŏnŏr, mājēstās. Impĕrĭī mōlēs, pōndŭs, ŏnŭs rēgĭŭm. Mŏdĕrāmĭnă rērŭm. Impĕrĭŭm prōfērrĕ. Impĕrĭī fīnēs ēxtēndĕrĕ, prōtēndĕrĕ. Impĕrĭō, *vel* scēptrō nŏvōs pŏpŭlōs ādjūngĕrĕ, āddĕrĕ, ādjĭcĕrĕ. Nŏvă sūbdĕrĕ rēgnă. Rēgĭs impĕrĭŭm, jūssă, *vel* lēgēs păti. VERS. Omnisquĕ pŏtēstās impătiēns cōnsōrtĭs ĕrĭt. Pătĕr ōmnĭpŏtēns rērŭm, cuī sūmmă pŏtēstās. Illa inclўtă Rōmă impĕrĭŭm tērris, ănĭmōs æquābit Ŏlўmpō. Sŭpĕr Gărămāntăs ĕt Indōs Prōfĕrĕt impĕrĭŭm.

**Impĕro.** *Rēx impĕrāvĭt, instĭtĭt virtūs mĭhi.* (Iamb.) SYN. Præcĭpĭo, præscrībo, jŭbĕo, māndo, ēdĭco, *vel* dŏmĭnŏr, rēgno, præsŭm. PHR. Impĕrĭŭm tĕnĕo, gĕro, impĕrĭō, scēptrō pŏtĭŏr. Impĕrĭī hăbēnās mŏdĕrŏr, trācto. Jūră dō pŏpŭlĭs. Lēgēs impōno. Dĕcŭs, impĕrĭŭmquĕ Lătīni Tē pĕnĕs. Tē rēgĭă tāntă sŭb dŏmĭnō ēst. Pŏpŭlōs impĕrĭō rĕgĕrĕ, prĕmĕrĕ, sŭbĭgĕrĕ, frænārĕ, mŏdĕrārī. Dĭtĭōnĕ tĕnērĕ. Pŏpŭlĭs lēgēs indīcĕrĕ, stătŭĕrĕ. Scēptră tĕnērĕ, gĕrĕrĕ. Pŏpŭlōs sŭb lēgēs trăhĕrĕ. Rēgnō scēptrōquĕ pŏtīrī. Māgnās rēgnārĕ pĕr ūrbēs. Pĕr pŏpŭlōs dărĕ jūră. Jūră dăbăt lēgēsquĕ vĭrĭs. Tōtăquĕ sŭb rēgnō tērră fŭtūră tŭo ēst. Mare ĕt tērrās ōmni dĭtĭōnĕ tĕnēbăt. Plăcĭdă pŏpŭlōs in pācĕ rĕgēbăt. Cūnctĭs dŏmĭnābĭtŭr ōrĭs. Tōtŭm sŭb lēgēs mīttĕrĕt ōrbĕm. Victĭs dŏmĭnābĭtŭr āgrĭs. VERS. O qui rēs hŏmĭnŭmquĕ Dĕŭmquĕ ætērnĭs rĕgĭs impĕrĭĭs, ĕt fūlmĭnĕ tērrēs. Rēgēmquĕ dĕdĭt qui fœdĕrĕ cērtō ĕt prĕmĕre ĕt lāxās scīrēt dărĕ jūssŭs hăbēnās. Lūctāntēs vēntōs tēmpēstātēsquĕ sŏnōrās impĕrĭō prĕmĭt, āc vĭnclĭs ĕt cārcĕrĕ frænăt. V. *Regno.*

**Impērterrĭtŭs**, ā, ŭm. *ōvĭŭs īrĕ părăt: mānĕt impērtērrĭtŭs īllĕ,* Virg. Æn. 10, 770. SYN. Intērrĭtŭs, intrĕpĭdŭs, aūdāx.

**Impērtĭo**, *vel* ŏr. *ātque ĕădēm mēmbrĭs impērtītūră mĕdēlās,* Dracon. SYN. Dō, trĭbŭo, præbĕo, ēlārgĭŏr. V. *Do.*

**Impĕto**, ĭī, ĭtŭm. *impĕtītō fēlix quŏd in hæc tĭbi sæcŭlă prīmŏs,* Cl. SYN. Invādo, īrrŭo, impūgno, āggrĕdĭŏr, ădŏrĭŏr.

**Impetro.** *impĕtrăt ĕt pācĕm, lŏcŭplētĕm frūgĭbŭs ānnŭm,* Hor. Ep. 2, 1, 137. SYN. Exōro, ŏbtĭnĕo, ēxĭgo, cōnsĕquŏr.

**Impĕtŭs**, ŭs. *Æquŏră; sic īllām fērt impĕtŭs ipsĕ vŏlāntĕm,* Virg. Æn. 5, 219. SYN. Vīs, vĭŏlēntĭă, incŭrsĭo, incūrsŭs. EPITH. Răpĭdŭs, vīvĭdŭs, cĕlĕr, cĭtātŭs, ācŏr, vălĭdŭs, mĭnāx, fŭrĭōsŭs, vĕhĕmēns, fŭrĭbūndŭs, fĕrŭs, sævŭs, āmēns, dēmēns, ēffrænĭs, vĭŏlēntŭs, īrātŭs, fŭrĭālĭs, hōstĭlĭs, fērvēns, pŏtēns, cæcŭs, ārdēns, văgŭs. VERS. Præcēps tōtam impĕtŭs ōbrŭit ārcĕm. Sŭbĭto impĕtĕ præcēps.

**Impĭĕtās**, ātis. *impĭĕtātis hăbĕt, fēstŭm cĕlĕbrārĕ săcērdōs,* Ovid. Met. 4, 4. SYN. Nĕfās, crīmĕn, scĕlŭs, *vel* crūdēlĭtās. EPITH. Aūdāx, tĕmĕrārĭă, săcrĭlĕgă, fĕră, dīră, ēffrænĭs, pĕtŭlāns, bārbără, insānă, crūdēlĭs, stūltă, dēmēns. PHR. Mēns impĭă. Impĭŭs aūsŭs. Impĭĕtās ōmnĕ aūsă scĕlŭs. Impĭĕtās sēcūră Dĕī.

Digitized by Google

**impigĕr, ă, ŭm.** *impigĕr extrēmōs cŭrrit mercātŏr ăd Indōs*, Hor. Ep. 1, 1, 45. SYN. Dīligēns, āssĭdŭŭs, sēdŭlŭs, strēnŭŭs, ăcĕr.

**impĭŭs.** *impiăque æternăm tĭmŭērŭnt sæcŭlă nŏctem*, Virg. Geo. 1, 468. SYN. Scĕlĕstŭs, scĕlĕrātŭs, nĕfārĭŭs, nĕfāndŭs, *vel* crūdēlis. PHR. Dĕi, Sŭpĕrŭm, æqui cōntēmptŏr. Quĕm nūllă mŏvĕt rĕlĭgio. Quĕm cæcă răpit impĭĕtās. Quĕm impĭŭs ābstŭlit ĕrrŏr. Spĕrnēns jŭssă vĕrēndă Dĕi. Pĕr ŏmnĕ făsquĕ nĕfāsquĕ rŭit. Sŭpĕrŭm cōntēmptŏr ĕt æqui impătiēns. Quĕm in făcinŭs jūrāssĕ pŭtēs.

**implācābĭlis.** *ĕffĭcĕ sit nōbis nōn implācābĭlis iră*, Ovid. 3, 3, 63. SYN. Inexōrābĭlis, immītis. PHR. indŏcilis flecti. Prĕcibŭs mānsuēscĕrĕ nēscĭŭs. V. *Crudelis.*

**implācātŭs.** *Dextrŭm Scÿllă lătŭs, lævum implācātă Chărybdis*, Virg. Æn. 3, 420. SYN. implācābĭlis, *vel* tŭrbātŭs.

**implăcĭdŭs.** *Drūsūs Gĕnaūnōs, implăcĭdŭm gĕnŭs.* (Alc.) SYN. Implācātŭs, fĕrōx, āspĕr, dūrŭs.

**implĕo, ēvi, ētŭm.** *implēvi māgni quăm Cĭcĕrōnis ŏpŭs*, Mart. 7, 62, 7. SYN. Cŏmplĕo, ădimplĕo, replĕo, cŭmŭlo.

**implĭcātŭs.** *Cănidiă brĕvibŭs implĭcātă vīpĕris.* (Iamb.)

**implĭcitŭs, ă, ŭm.** *implĭcitāsque ĕrrŏrĕ viās, &c.* Lucan. 8, 5. SYN. implēxŭs.

**implĭco, ās, ŭi, ātŭm, et ĭtŭm.** *implĭcŭit bĕllō, qui nōs fŭgiātis ămīcōs*, Virg. Æn. 11, 109. SYN. illăquĕo, irrĕtio, circŭmrĕtio, invŏlvo, impĕdio.

**implōro.** *Cælēstēs implōrăt ăquās dōctā prĕcĕ blāndŭs*, Hor. Ep. 2, 1, 135. SYN. invŏco, ēxpōsco, ŏbtēstŏr, prĕcŏr ŏpĕm, tēstŏr, ăppĕllo.

**implūmis.** *ŏbsĕrvāns nido implūmēs, dētrāxit; ăt illă*, Virg. Geo. 2, 513. PHR. Nūllis vēstitŭs plūmis.

‖ **impŏlitŭs.** SYN. Āspĕr, rŭdis, inōrnātŭs.

**impŏllūtŭs, ă, ŭm.** *impŏllūtă fĭdēs, &c.* Sil. SYN. intĕmĕrātŭs, pŭrŭs.

**impōno, pŏsŭi, pŏsitŭm.** *Vidit, thŭricrēmis cŭm dōna impōnĕrĕt āris*, Virg. Æn. 4, 453. SYN. Āddo, sŭpĕrăddo, sŭpĕrpōno, ăggĕro, *vel* injŭngo, māndo, impĕro, *vel* făllo, dēcipio, illŭdo.

**impŏrtūnŭs.**—*sĕrŭm cănit impŏrtūnă pĕr ŭmbrās*, Virg. Æn. 12, 864. SYN. incōmmŏdŭs, nŏcēns, nŏcŭŭs, nōxiŭs, infēstŭs, mŏlēstŭs.

**impŏs, ŏtis.** SYN. Nōn cŏmpŏs, ēxpērs, *vel* impŏtēns.

**impŏsitŭs.** *impŏsitiquĕ rŏgis jŭvĕnēs ānte ōră părēntŭm*, V. Æn. 6, 308. SYN. Ādditŭs, sŭpĕrpŏsitŭs, impŏstŭs.

**impŏssibĭlĕ.** *est impŏssibĭlĕ spĕctārĕ prŏfŭndă Sŭbāŭth.* Pr. SYN. Vīribŭs, cōnātibŭs mājŭs. Nūnquăm fŭtūrŭm. PHR. Āb ŏrtū Sōl āntĕ cădĕt, quăm hoc cōntingĕrĕ făs sit. Priŭs āb ŏccāsū nāscētŭr Tītān. Āntĕ Dānăidŭm ūrnās implērĕ, Cribrō ăquăm haurīrĕ, Mărĕ ēxhaurīrĕ, libēbit. VERS. Tērră fĕrēt stēllās, cælŭm findētŭr ărātrō: ŭndă dăbit flāmmās, ĕt dăbit ignis ăquās. Dēsinĕt ēssĕ priŭs cōntrārĭŭs ignibŭs hŭmŏr. Āntĕ tigrēs jūngēntŭr ĕquis. Cŭm cănibŭs tĭmidi vĕniēnt ăd pōcŭlă dāmæ. Hȳbērnōs citiŭs nŭmĕrāvĕris imbrēs Sylvārŭmquĕ cŏmās. Priŭs Pārs ĕădĕm cæli Zĕphȳrōs ēmittĕt ĕt Eūrōs: ĕt tĕpidŭs gĕlidō flābit āb āxĕ Nŏtŭs: ĕt vēr aūtŭmnō, brūmæ miscēbitŭr æstās, ātque ĕădĕm rĕgiō vēspĕr ĕt ŏrtŭs ĕrit. Priŭs flūctŭs pŏtĕris siccārĕ mărīnōs. V. *Nunquam.*

**impŏtēns.** *illăm dēpĕrit impŏtēnte ămŏrĕ.* (Phal.) Catul. 33, 12. SYN. imbēcillis, infirmŭs, dēbilis, invălidŭs, *vel* impŏs.

**impŏtēntĭă.** *Grĕgem æstŭōsă tŏrrĕt impŏtēntiă.* (Iamb. pur.) SYN. Dēbĭlitās, *vel* viŏlēntiă.

**imprĕcŏr, ăris.** *imprĕcŏr ărma ărmis: pŭgnēnt ipsiquĕ nĕpōtēs*, Virg. Æn. 4, 629. PHR. Mălă ŏmniă pŏsco. Diră prĕcŏr. Dīris ŏnĕro, incēsso. Dīris dēvŏvĕo. Mălă mūltă prĕcŏr. Mălă mūltă ŏptārĕ. Dīrās prĕcēs mittĕrĕ. Căpiti cārmină diră cănit. VERS. Sānguinĕās ĕdăt illĕ dăpēs, ătque ŏrĕ crŭēntō Tristiă cŭm mūltō pōcŭlă fēllĕ bibăt. Tērră tibi frūgēs, āmnis tibi dēnĕgĕt ŭndās. Di tibi dēnt nūllōsquĕ lărēs, inŏpēmquĕ sĕnēctăm, ĕt lōngās hȳĕmēs pĕrpĕtŭāmquĕ sitim, ēvĕniăt nŏstris hŏstibŭs illĕ pŭdŏr. ipsă fămĕ stimŭlāntĕ fŭrēns, hĕrbāsquĕ sĕpūlchris Quærăt, ĕt ā sævis ŏssă rĕlīctă lŭpis. Exŭl, inŏps ĕrrēs, ăliēnăquĕ līmină lūstrēs: ēxigŭŭmquĕ pĕtās ŏrĕ trĕmēntĕ cibŭm, Sisquĕ misĕr sĕmpĕr, nĕc sis misĕrābĭlis ūlli. Gaūdĕăt ādvērsis fœmină virquĕ tŭis. Dēvŏrĕr āntĕ, priŭs sŭbitō tēllūris hiātū: Aūt rŭtilō missi fūlminis ignĕ crĕmĕr. Sĕd mihi vĕl tēllŭs ŏptēm priŭs imă dĕhiscăt, vĕl Pătĕr ŏmnipŏtēns ădigăt mĕ fŭlmine ăd ŭmbrās āntĕ, pŭdŏr, quăm tē viŏlĕm.

Digitized by Google

**imprimis.** *Imprimis ună discăt ămārĕ dŏmō*, Ped. SYN. Cūm primis, præsertim, præcipŭē.

**imprimo**, prĕssi, prĕssūm. *Felix nōn lĕviŏr cippūs nūnc imprimit ŏssă*, Pers. 1, 37. SYN. Signo, ŏbsigno, inscribo, infŏrmo, fīgo, infigo.

**imprŏbitās**, ātis. *imprŏbitās ipsōs aūdet tēntārĕ părēntēs*, N. SYN. Scĕlūs, crimĕn, impiĕtās.

**imprŏbo.** *imprŏbăt hās păstŏr sāltūque imitātūs ăgrēsti*, Ovid. Met. L. 1, 4, 521. SYN. Rejicio, dāmno, criminŏr, ārgŭo.

**imprŏbūs.** *Sicŭt inhærēbăt, pūgnis licēt, imprŏbē, dixit*, Ov. M. L. 4, 370. SYN. Mălūs, mălignūs, scĕlĕrātūs.

**imprŏpĕrātūs.** *imprŏpĕrātă rĕfert, ēt mēns ēxæstŭăt īrā*, Virg. Æn. 3, 798. SYN. Lēntūs, tārdūs.

**imprŏvidūs.** *ātque imprŏvidă pēctŏră tūrbăt*, Virg. Æn. 2, 200. SYN. incaūtūs, imprŭdēns, *vel* imprŏvisūs.

**imprŏvisūs.** *imprŏvisūs ăit, cōrām quēm quærĭtis ădsūm*, Virg. Æn. 1, 559. SYN. Inŏpinūs, inĕpinātūs, rĕpēntinūs, inēxpēctātūs, inspĕrātūs, sŭbitūs.

**imprūdēns.**——*nūnquam imprūdēntibūs imbĕr*, Virg. Geo. 1, 373. SYN. imprŏvidūs, incaūtūs, insciūs, ignārūs.

**imprūdēntiă.**——*quid ĕnim imprūdēntiă prŏdĕst?* Ser. EPITH. Cæcă, præcēps, tĕmĕrāriă.

**impūbēs**, is. *Dividit, impūbēsque immāni vūlnĕrĕ mălūs*, Vir. Æn. 9, 751. SYN. impūbĕr, imbērbis.

**impūdēns.** *impūdēns liqui pătriōs pĕnātēs.* (Sapph.) Hor. Od. 3, 27, 49. SYN. Effrōns, invĕrēcūndūs, prŏcāx, prŏtērvūs, aūdāx, tĕmĕrāriūs. PHR. Pŭdōrĕ, *vel* pŭdōrēm ēxūtūs. Dūri ōris hŏmo. Pērfrictæ frōntis. Cui nūllūs in ōrĕ pŭdŏr. Cūjūs ēxūlăt ōrĕ pŭdŏr. Qui mēntĕ pŭdōrēm ēxpūlit. Frōntĕ cărēns. Pŭdōris ēxpērs. Nil rūbōris hăbēns. Cūjūs fūgit ăb ōrĕ pŭdŏr. VERS. Nil tŭă, Cydippē, făctă rūbōris hăbēnt. Vōs ŭbi cōntēmpti rūpistis frænă pŭdōris. Pērfricŭit frōntēm pŏsŭitquĕ rūbōrēm.

**impūdēntĕr.** *Nōn impūdēntĕr illă quŏd, &c.* (Iamb.) SYN. Prŏcāciter, prŏtērvĕ, aūdāctĕr.

**impūdicūs.** *Nēc impūdică Cōlchis intūlit pĕdēm*, (Iamb. pur.) SYN. Tūrpis, impūrūs, infāmis, lāscivūs, libidinōsūs. V. *Libidinosus.*

**impūnĕ.** *ăt sæpe ăltĕriūs rāmōs impūnĕ vidēmūs*, Virg. G. 2, 32.

**impūnitūs.** *Tērgō plēctŏr ĕnim, qui tu impūnitiŏr, illă?* Hor. S. 2, 6, 105. SYN. Inūltūs.

**impūrūs.** *Sēd quæ se impūrō dĕdit ădūltĕriō*, Catul. 64, 84. SYN. immūndūs, fœdūs, spūrcūs, ŏbscœnūs, sōrdidūs, tūrpis.

**impŭto.** *impūtĕt ipsĕ Dĕūs nēctār mihi: fiĕt ăcētūm*, Mart. 12, 48, 13. SYN. Tribŭo, āttribŭo, ārrŏgo, ădscribo, *vel* sŭppŭto, nūmĕro.

**imūs.** *Sēd grăvitĕr gĕmitūs imō dē pēctŏrĕ dūcēns*, Virg. Æn. 2, 288. SYN. infimūs, ēxtrēmūs, *vel* prŏfūndūs, intimūs.

**in.** *Si nūllām nōstris ūltră spēm pōnis in ārmis*, Virg. Æn. 11, 411.

**inăccēssūs.** *Divēs inăccēssōs ŭbi Sōlis filiă lūcōs*, Virg. Æn. 7, 11. SYN. inviūs, impērviūs, *vel* inhŏspitūs. PHR. Cărēns ădĭtū. Āspĕr ăccēssū. Ădĭtū impērviūs ōmni. Sălebrōsæ rūpēs. Quāque ēst difficilis, quāque ēst viă nūllă. Pērtingĕrĕ grēssū Quŏ nēmo vălĕăt.

**inæquālis.** *Haūd bĕne inæquālēs vĕniūnt ăd ărātră jŭvēnci*, Ovid. Ep. 9, 29. SYN. Impār, nōn æquūs.

**inæstŭo.** *Quid si mĕis inæstŭēt præcŏrdiis.* (Iamb.) Hor. Epod. 11, 22. SYN. Æstŭo, fērvĕo.

**inămābilis.** *Nōn cădit in mōrēs fĕritās inămābilis istōs*, Ovid. Pont. 1, 6, 5. SYN. invisūs, ŏdiōsūs, mŏlēstūs.

**inămœnūs.**——*ădiit inămœnăquĕ rēgnă tĕnēntēm*, Ovid. Met. 10, 15. SYN. ingrātūs, mœstūs, tristis, injūcūndūs.

**inămbitiōsūs.** *Sēcrētōs mōntēs ēt inămbitiōsă cŏlēbăt*, Ovid. Met. 11, 765. SYN. Mŏdēstūs, mŏdĕrātūs.

**inānis.** *Pērquĕ dŏmōs Ditis văcŭās ēt inānĭă rēgnă*, Virg. Æn. 6, 269. SYN. Văcŭūs, văcŭātūs, *vel* vānūs, irritūs.

**inānitĕr.** *Nē sibimēt quisquām dē rēbūs ināniter ūllis*, A. SYN. Frūstrā, incāssūm.

Inăpĕrtŭs.——*fraūdīque ĭnăpērtă sĕnēctūs*, Virg. 7, 26. SYN. Clausus.

Inărātŭs. *Nēc nūlla intĕrĕa ēst ĭnărātæ grātĭă tērræ*, Virg. Geo. 1, 83. SYN. incūltŭs.

Inārdēsco. *Sōlis ĭnārdēscit rădiis, lōngēquĕ rĕfŭlgĕt*, Virg. Æn. 8, 623. SYN. Inārdĕo, incēndŏr, incāndĕo, incāndēsco, ignēsco, ārdĕo.

Inăspēctŭs. *Sēdis ĭnăspēctōs cœlō, rădiīsquĕ pĕnātēs*, Stat. Theb. 1, 50. SYN. invisŭs.

Inăssuētŭs. *Lūmĕn ĭnăssuēti vix pătiūntŭr ĕqui*, Ovid. Fast. 4, 450. SYN. insŏlĭtŭs, insuētŭs.

Inaūgŭro. *Quēm Tībrĭs inaūgŭrăt, ānnŭs*, Claud. SYN. Aūgŭrŏr, *vel* cōnsecro, sacro, ūngo.

Inaūro. *Cōnfēstim lĭquidūs fōrtūnæ rīvŭs ĭnaūrĕt*, Hor. Ep. 1, 12, 9. SYN. Dĕaūro, aūrō dĕcŏro, ōrno, ēxōrno, illūstro, dīto, tĕgo, ōbdūco, indūco, illūdo, illīno.

Inaūsŭs. *āst ĕgŏ māgnă Jŏvis cōnjūx nil lĭnquĕre ĭnaūsūm*, Virg. Æn. 7, 308. SYN. intēntātŭs.

Inaūspicātŭs. *Pĕr ĭnaūspicātūm sānguinis pignŭs mĕi.* (Iamb.) SYN. infēlix, ādvērsŭs, sĭnistĕr, infaūstŭs, lævŭs.

Inaūrātŭs. *Mŏvit ĭnaūrātæ pōllicĕ fīlă lўræ*, Ovid. A. Am. 2, 494. SYN. Aūrātŭs. PHR. Aūrō indūctŭs, illitŭs.

Inaūris. *ēxcŏlŭit dīgitōs gĕmĭnās ĕt ĭnaūrĭbŭs aūrēs*, F. SYN. Gēmmĕă, gēmmātă, pēndŭlă.

Incălēsco, incălŭi. *incălŭit quŏtiēs saūcĭă vēnă mĕrō*, Mart. 4, 66, 11. SYN. Călĕfīo, inārdēsco, inflāmmŏr.

Incānēsco, nŭi. *Tōrtăquĕ rēmigiō spūmis incānŭit ūndă*, Catul. 62, 13. SYN. Cānēsco, ālbēsco.

Incānŭs.———*nōscō crīnēs incānăquĕ mēntă*, Virg. Æn. 6, 810. SYN. Cānŭs, ālbŭs.

‖ incāntātĭo, ōnis. SYN. incāntāmĕn, incāntāmēntūm, cāntāmĕn, fāscinātĭo. PHR. Măgicūm cārmĕn, ēxcāntātă vōx. Măgici cāntŭs, sŏnī, sŭsūrrī. Măgică cāntĭo. Ārs Circæă, *à Circe venefică*. Măgicūm mŭrmŭr. Vĕnēficŭs cāntŭs. Nōxĭă, vĕnēfică vērbă. V. *Magia, veneficium.*

‖ incăpāx, ācis. SYN. Nōn căpāx, nōn āptŭs, impār.

Incēdo, ssi, ssūm.—*grēssū gaūdēns incēdit Iūli*, Virg. Æn. 1, 690. SYN. Eo, vādo, āmbŭlo: grădiŏr. PHR. Vīām făcio, tēnto, mōliŏr, tĕro, cārpo, invādo, insisto. Grēssūm tēndo, fĕro, ēffĕro. Itĕr ēmētiŏr. Vēstigiă flēcto, tōrquĕo. VERS. itĕr ād nāvēs tēndēbāt Ăchātēs. Pērgĕ mŏdo, ēt quā tē dūcit vĭă, dīrigĕ grēssūm. Grēssūmque ād mœniă tēndit. Tālēm Didō sē lætă fĕrēbāt. Cōrripŭērĕ vīam intĕrĕā, quā sēmită mōnstrăt. Haūd mŏră fēstīnānt jūssi, răpidīsquĕ fĕrūntŭr Pāssibŭs.

Incēndiūm.———*glŏmĕrātquĕ fĕrēns incēndiă vēntŭs*, Virg. Geo. 2, 311. SYN. Ignis, flāmmă, rŏgŭs, Vūlcānŭs. EPITH. Văgūm, Vūlcāniūm, dīrūm, sævūm, fŭrēns, fŭribūndūm, tristĕ, lēthālĕ, vŏrāx, fūmāns, fūmōsūm, fūmĭdūm, răpĭdūm. PHR. Vūlcāniă pēstis. Pĕr āltă căcūmină rēgnāns. VERS. Cōnctă jăcēnt flāmmis, ēt tristi mērsă făvillā. Dānt clāra incēndiă lūcēm. Fūmidŭs ātră vădis Phlĕgĕthōn incēndiă vŏlvit. Sūrgit in immēnsūm gĕminātis ignibŭs ātrōx Flāmmă rŏgūm. Vŏlŭcrēs vŏlitānt pĕr ināně făvillæ. Dĕdit āmplă rŭīnām Vūlcānō sŭpĕrāntĕ dŏmŭs. Jām prōximŭs ārdĕt Ŭcălĕgōn, Sigæa igni frĕtă lātă rĕlūcēnt. Cĕciditquĕ sŭpērbūm Iliūm ĕt ōmnis hŭmō fūmāt Nēptūniă Trōjă. Ignis flăgrāntēs prūnās, lĭquĕfāctăquĕ sāxă sŭb aūrās Cūm strĕpitu āgglŏmĕrăt. Mixtis pĕr ināně făvillis, ēt cinĕre ignitō tōtūm prætēxit Ŏlўmpūm. Victōrquĕ Sĭnōn incēndiă miscĕt insūltāns. Răpidūsque incēndiă flātŭs Vēntilăt, ēt vŏlŭcrēs spārgit pĕr nūbilă flāmmās. Sēd nōn idcircō flāmmæ ătque incēndiă vīrēs indŏmitās pŏsŭērĕ. Ōmnĕ mihī vīsūm cōnsīdĕre in ignēs Iliūm. Jām tŭă sŭppŏsĭtis ārdērēnt mœniă flāmmis. Ignēs ād tēctă fĕrūntŭr. Nĕc vīrēs hŏminūm infūsăquĕ flūmină prōsūnt. Prōstērnit pătriōs impiă flāmmă lărēs. V. *Incendo, Ignes, et Fumus.*

*Descriptio Incendii.* Sil. Ital. 17, 93.

Inde ubi collecti rapidam diffundere pestem
Cœperunt ignes, et se per pinguia magno

Digitized by Google

Pabula ferre sono, clarè exspatiantur in auras,
Atque alimenta vorat strepitu Vulcanus anhelo
Arida, et ex omni manant incendia tecto.
Sentitur plerisque priùs, quàm cernitur ignis
Excitis somno: multorumque ora, vocantum
Auxilium, invadunt flammæ.

**incĕndo**, di, sūm. *frăgĭlēs incĕndĕ bĭtūmĭnĕ laūrōs*, Virg. Ecl. 8, 82. SYN. Sūccĕndo, inflāmmo, ūro, ĕxūro, ădūro, cōmbūro, crĕmo, *vel* incĭto, cōncĭto, prōvŏco, impĕllo, hōrtŏr. PHR. Flāmmās, făcēs, ignĕm sūbdo, sūbjĭcio. Ignēs injĭcio. Sūbjĕctis ūrĕrĕ flāmmis. Ignĭbŭs, *vel* flāmmis dărĕ. Fĕr stĭpŭlis immĭcum ignĕm. Tōtis Vūlcānūm spārgĕrĕ tēctis. Mittĕrĕ in ignēs. Săcrĭlĕgōs tēmplis ădmōvĕrăt ignēs. Flāmmis dēlērĕ, ēxtinguĕrĕ, ăbŏlērĕ. V. *Uro*.

**incērtŭs**. *incērti quō fātă fĕrānt, ŭbi sistĕrĕ dētŭr*, Virg. Æn. 3, 7. SYN. Ancēps, dŭbiŭs, nōn cērtŭs, āmbĭgŭŭs, ānxiŭs, dŭbitāns.

**incēsto**, ās.——*tōtāmque incēstāt fūnĕrĕ clāssēm*, Virg. Æn. 6, 150. SYN. Incēstū pōllŭo, vĭŏlo, cōnspūrco, mācŭlo, vĭtio, tĕmĕro, fœdo, inquĭno, cōrrūmpo.

**incēstūm**, *seu* incēstŭs. *Cūjŭs incēstū stĕtĭt Nōx lōngĭŭr*, Sen. Herc. Fur. 1137. EPITH. Impūrūm, nĕfāndūm, scĕlĕrātūm, ărcānūm, impiūm. PHR. Incēstūm scĕlŭs, crimĕn, flāgitiūm, nĕfās. Incēstŭs tōrŭs, Crimĕn incēstŭs, incēsti thălămi, cōncŭbĭtŭs.

**incēstŭs**, ă, ūm. *Jām nūnc, ĕt incēstōs ămōrēs*, Hor. Car. 3, 6, 26. SYN. Incēstŭōsŭs. PHR. Incēsti rĕŭs, cōnscĭŭs. Incēsti lābĕ nŏtātŭs.

**inchŏo**, ās. *Tē sĭnĕ nīl āltūm mēns inchŏăt, ēn ăgĕ sēgnēs*, Virg. Geo. 3, 42. SYN. Incĭpio, āggrĕdiŏr.

**incĭdo**, *à cado*, incĭdi. *incĭdĭt in cūstōs prædā pĕtītă mĕōs*, Ov. A. Am. 2, 2. SYN. Lābŏr, cădo, dēcĭdo, *vel* cōntingo, ēvĕnio.

**incīdo**, *à cædo*, di, sūm. *ātquĕ mălā vītēs incīdĕrĕ fālcĕ nŏvēllās*, Virg. Ecl. 3, 11. SYN. Cædo, præcīdo, scindo, sĕco, āmpŭto, *vel* insculpo, scūlpo, cælo. V. *Scindo*.

**incæduŭs**. *Stāt vĕtŭs ĕt mūltōs incæduă sylvă pĕr ānnōs*, Ov. Am. 3, 1, 1. SYN. Incæduŭs. PHR. Nūllā sĕcūri vĭŏlātŭs. Sĕcūri intāctŭs. Ætērnās ūmbrās sērvāns.

**incĭno**, ŭi. *Brāchiă, seū văriōs incĭnĭt ōrĕ mŏdōs*, Prop. 2, 6, 22.

**incĭpio**, cēpi, cēptūm. *ĕt fŭrĕrĕ incĭpiās, ŭt ăvūncŭlŭs illĕ Nĕrōnis*, Juv. 6, 614. SYN. Ordiŏr, ĕxōrdiŏr, inchŏo; cœpi, āggrĕdiŏr: sūscĭpio, ingrĕdiŏr. PHR. Exōrdiă, primōrdiă sūmo, dūco. VERS. Mōx tămĕn ārdēntēs āccingăr dīcĕrĕ pūgnās. Tālĭbŭs ōrsă mŏdis. Tē sĭnĕ nil āltūm mēns inchŏăt. Primă rĕpĕtēns ăb ōrĭgĭnĕ mīră Pāndām. Rērūm primōrdiă dictis āggrĕdiăr. V. *Initium*.

**incīsŭs**. *Nōn incīsă nŏtis mārmŏră pūblĭcis*. (Choriamb.) V. *Incido, à cædo*.

**incĭto**.——*stĭmŭlis haūd mōllĭbŭs incĭtăt īrās*, Virg. Æn. 11, 128. SYN. Sūscĭto, cōncĭto, ăcŭo, ēxăcŭo, incĕndo, cŏhōrtŏr, stĭmŭlo, impĕllo, ūrgĕo, instigo, prōvŏco. V. *Hortor*.

**incĭtŭs**. *Pōplĭtĕ sūbsīdēns, ăpĭcēm tămĕn incĭtă sūmmŭm*, Virg. Æn. 12, 492. SYN. Cōncĭtŭs, cĭtŭs, cĕlĕr.

**inclāmĭto**, ās. *Plaut*. V. *Inclamo*.

**inclāmo**. *Fĭt sŏnŭs, inclāmăt cŏmĭtēs ĕt lūmĭnă pōscĭt*, Ov. F. 1, 351. SYN. Clāmo, ēxclāmo, *vel* vŏco, ădvŏco, āccērso.

‖ **inclēmēns**. SYN. Immĭtĭs, inhūmānŭs, implācābĭlĭs, crūdēlĭs, immānĭs, sævŭs, dūrŭs, āspĕr.

**inclēmēntiă**. *ĕt lābŏr, ĕt dūræ răpĭt inclēmēntiă mōrtĭs*, Virg. Geo. 3, 68. SYN. Crūdēlĭtās, sævitiă.

**inclīnātŭs**. *in te ōmnis dŏmŭs inclīnātă rĕcūmbĭt*, Virg. Æn. 12, 59. SYN. Inflēxŭs, *vel* innixŭs, *vel* prōpēnsŭs.

**inclīno**. *Si mŏdŏ plūră mĭhi bŏnă sūnt, inclīnĕt ămāri*, Hor. Sat. 1, 3, 71. SYN. Inflēcto, incūrvo, *vel* prōpēndĕo, impēndĕo, vērgo.

**inclūdo**, si, sūm.——*æstīvō pĕcŭs inclūdātŭr ŏvili*, C. SYN. Claūdo, cōnclūdo, āmbio, circūmdo, cingo, sēpio, āmplēctŏr.

**inclūsŭs**. *Mōrs tămĕn inclūsūm prōtrăhĭt indĕ căpŭt*, Prop. 3, 28, 16. SYN. Claūsŭs, circūmdătŭs, cinctŭs.



Digitized by Google

inclytus.—*tuque inclyte Mavors*, Virg. Æn. 12, 179. SYN. Clarus, nobilis, insignis, illustris.

Incognitus. *Vidit Joannes, nobisque incognita scripsit*, A. SYN. Ignobilis, obscurus, ignotus.

Incola. *Naso Tomitanæ non jam novus incola terræ*, Ov. Pont. 1, 1, 1. SYN. Hospes, civis, colonus, accola.

Incolo, lui. *Sic veteres ædes incoluistis avi*, Tibul. 1, 10, 18. SYN. Colo, habito, maneo.

Incolumis. *Gratulor incolumi quantum sinis*, &c. Ov. Ep. 6, 3. SYN. Salvus, integer, illæsus, sospes, tutus, securus, sanus.

incomitatus. *externis virtus incomitata bonis*, Ov. Pont. 2, 3, 35. SYN. Solus. PHR. Nullo comitante.

Incommodum.—*lacus miserentem incommoda nostra*, Virg. Æn. 8, 74. SYN. Damnum, noxa, detrimentum. V. *Damnum*.

Incompositus. *Det motus incompositos, et carmina dicat*, Virg. Geo. 1, 350. SYN. Incomptus, incultus.

Inconditus. *assidue veniebat, ibi hæc incondita solus*, Virg. Ecl. 2, 4. SYN. Incompositus.

|| inconsideratus, a, um. SYN. Inconsultus, imprudens.

Inconsolabilis. *Jura sui mœrens, inconsolabile vulnus*, Ov. Met. 5, 426. SYN. Insolabilis. PHR. Nulla solabilis arte.

|| inconstans. SYN. Levis, mobilis, instabilis, mutabilis. PHR. Animus incertior aura. Anceps animi. Animo levi, incerto, instabili, labanti, ambiguo. Mobilior vento. Euripo inconstantior. Sibi non constans: Animo nunc huc, nunc fluctuat illuc. Semper impatiens sui. Nil dubio placet. Mobilitate vigens. Cui mens mutabilis: mobile pectus. Huc illuc nutans. Follo levior. Quolibet est folio, quavis incertior aura. VERS. Varium ac mutabile semper Fœmina. Non sic incerto mutantur flamine Syrtes, Nec folia hyberno tam tremefacta Noto: quam cito fœminea non constet fœdus in ira, Sive ea causa gravis, sive ea causa levis. Mobilis Æsonide, vernaque incertior aura, cur tua polliciti pondere verba carent.

inconstantia. *Quem nunc (tanta homines rerum inconstantia versat.)* Orid. Met. L. 13, 646. SYN. Levitas, mobilitas. PHR. Mentis incertæ levitas. Mens instabilis. Vagi errores. V. *Fortuna et Inconstans.*

incoquo, oxi, octum. *Hujus odorato radices incoque Baccho*, Virg. Geo. 4, 279. SYN. Coquo; igne coquo.

incorruptus. *incorrupta Fides, nudaque Veritas*, Hor. Od. 24, 7. SYN. inviolatus, intemeratus, integer, purus, sanus, sincerus, castus.

increbesco, bui.—*et late increbescere nomen*, Virg. Æn. 8, 14. SYN. Crebesco, cresco, augeor, *vel* vulgor.

incredibilis. *Hic incredibilis rerum fama occupat aures*, Virg. Æn. 2, 294. PHR. Fide major. Credibili major. Fidem excedens, superans. Hoc credi nefas nequit. Credere quis possit? Si credere dignum est. Si qua fides. VERS. Cui posteritas non habitura fidem. Nisi vatibus omnis eripienda fides. Excessitque fidem meritorum summa tuorum. Multaque credibili tulimus majora, ratamque Quo minus acciderint non habitura fidem.

incredulus. *Quodcunque ostendis mihi sic, incredulus odi*, Hor. A. P. 188. SYN. Non credulus, *vel* obstinatus.

incredulitas, atis. *Si non vult pœnas incredulitate meretur*, Paul. EPITH. Obdurata, superba.

incrementum.—*magnum Jovis incrementum.* (Spond.) SYN. Accessio, augmentum. EPITH. Magnum, amplum, ingens, mirandum.

increpo, ui. *Pollicibus fragiles increpuere manus*, Prop. 4, 7, 12. SYN. Crepo, instrepo, *vel* arguo, objurgo, incuso.

increpito. *Hostis amare, quid increpitas, mortemque minaris?* Virg. Æn. 10, 900. V. *Increpo.*

incresco, evi. *Telorum seges et jaculis increvit acutis*, Virg. Æn. 3, 46. V. *Cresco.*

incubo, bui.—*incubuere mari, totumque*, &c. Virg. Æn. 1, 88. SYN. Incumbo, indormio, *vel* foveo.

incultus. *Qui teneant, nam inculta videt, hominesne feræne*, Virg. Æn. 1, 312.

Digitized by Google

SYN. Incōmptŭs, ĭnōrnātŭs, ĭnūrbānŭs, ĭncōncinnŭs, ĭncōmpŏsĭtŭs, hōrrĭdŭs, squālĭdŭs, *vel* stĕrĭlis.

Incŭmbo, incŭbŭi. *Cūnctă pătĕr, fātōque ūrgēnti incūmbĕrĕ vēllĕt*, Virg. Æn. 2, 633. SYN. Incŭbo, innitŏr, *vel* stŭdĕo, invĭgĭlo, văco, intēndo.

Incūnābŭlă.—*Jŏvis incūnābŭlă Crētēn*, Ovid. Met. 8, 99. SYN. Cūnābŭlă, cūnæ. V. *Cunæ.*

Incūriă. *ŏffēndăr măcŭlis, quās aūt incūriă fūdit*, Hor. A. Poet. 352. SYN. Pigrĭtiă. EPITH. Tārdă, lēntă, sēgnis, dēsēs. V. *Pigritia.*

Incŭrro, rri, rsum.——*ēt dēnsis incūrrĭmŭs ārmis*, Virg. Æn. 2, 409. SYN. Incūrso, cūrro in, *vel* incĭdo.

Incūs, ūdis.——*Gĕmit impŏsĭtis incūdĭbŭs Ætnă*, Virg. Geo. 4, 173. EPITH. Hōrrĭsŏnă, rĭgĭdă, dūră, fērrĕă, grăvis, sŏnāns, rĕsŏnāns, Ætnæă, Vūlcānĭă, Æŏlĭă, Sĭcŭlă. V. *Procudo.*

Incūso. *Quĕm nōn incūsāvi āmēns, &c.* Virg. Æn. 2, 745. SYN. Accūso, dāmno, ărgŭo, incrĕpo. V. *Accuso.*

Incūstōdītŭs. *incūstōdītis ĕt ăpērtis, Lēsbĭă, sēmpĕr*, Mart. 1, 35, 1. SYN. Indēfēnsŭs, intūtŭs, rĕlictŭs.

Incūsŭs. *incūsum, aūt ātræ māssām pĭcis ūrbĕ rĕpōrtăt*, Virg. Geo. 1, 273. SYN. Cūsŭs. V. *Cudo.*

Incŭtio, is, cŭssi, cūssum.—*incŭtĕ vim vēntis, &c.* Virg. Æn. 1, 73. SYN. Quătio, inflīgo, impingo, *vel* injĭcio, immitto.

Indāgo, ās. SYN. Indāgĭnĕ cingo, lūstro. V. *Venor. vel* quæro, pērquiro, scrūtŏr, invēstigo.

Indāgo, ĭnis.—*sāltūsque indāgĭnĕ cingūnt*, Virg. Æn. 4, 121. SYN. Rētĕ, cāssēs, *vel* indāgātio, pērscrūtātio. EPITH. Vĭgil, sōlērs, sōllĭcĭtă, ānxĭă, săgāx, strēnŭă, lōngă, cōnstāns.

Indĕ. *indĕ tŏrō pătĕr Ænēās sic ōrsŭs ăb āltō*, Virg. Æn. 2, 2. SYN. Hinc, *vel* pōst, deindĕ.

Indēbĭtŭs. *Præmĭă māgnă quĭdēm, sēd nōn indēbĭtă pōsco*, Ov. Ep. 16, 19. SYN. Nōn dēbĭtŭs, indignŭs, immĕrĭtŭs.

Indĕcēntĕr. *Quām sic lūscă Phĭlēnis indĕcēntĕr*, (Phal.) Mart. 12, 22. SYN. Tūrpĭtĕr, dēfōrmĭtĕr.

Indĕcŏr, ŏris. *Nōn ĕrĭmŭs rēgno indĕcŏrēs, nĕc vēstră fĕrētŭr*, Virg. Æn. 7, 231.

Indĕcōrŭs. *Nōn indĕcōrō pūlvĕrĕ sōrdĭdōs.* (Alcaic.) Hor. Od. 2, 1, 22. SYN. Inhŏnēstŭs, inglōrĭŭs, tūrpis, dēfōrmis, infāmis.

Indēfēssŭs. *Nūnc vălĭdām dēxtrā răpit indēfēssă bĭpēnnēm*, Virg. 11, 651. PHR. Fătīgāri nēscĭŭs, Lăbōrĕ invictŭs.

Indēflētŭs. *Qui lăcrўmēnt dēsūnt, indēflētæquĕ văgāntŭr*, Ovid. Met. 7, 611. SYN. Indēplōrātŭs, inflētŭs.

Indēlībātŭs. *indēlībātās cūnctă sĕquūntŭr ŏpēs*, Ovid. Trist. 1, 5, 28. SYN. Illībātŭs, intāctŭs, intĕgĕr.

Indēplōrātŭs. *indēplōrātūm bārbără tērră tĕgĕt ?* Ov. Trist. 3, 3, 46. V. *Indefletus.*

Indēsērtŭs. *indēsērtă mĕō pēctŏrĕ rēgnă gĕrĕ*, Ovid. Am. 2, 9, 52. SYN. Nōn dēsērtŭs: tūtŭs, dēfēnsŭs.

Indi, ōrum. *Dēsŭpĕr: ōmnis ĕō tērrōre Ægўptŭs, ĕt Indi*, Virg. Æn. 8, 705. EPITH. Cŏlōrāti, sĭtĭēntēs, dēpēxi. ŏdōrāti, thūrĭfĕri, gēmmĭfĕri, ārdēntēs, picti, ūsti, grăcĭlēs, ōbscūri, ātri, fūsci, ēxūsti, ădūsti, ēxtrēmi, lōnginqui, lōngævi, Mēmnŏnii, Eōi, Hўdāspæi, Gāngētici. PHR. Indĭcă gēns, Indōrūm pŏpŭlŭs. Eōæ gēntēs, Indi, ēxtrēmi cūltōrēs ōrbis Eōi. Pŏsĭtīquĕ sūb ignĭbŭs Indi Sўdĕrĕis. V. *mox India.*

Indĭă. *Indĭă mittĭt ĕbūr, mōllēs sŭă thūră Săbæi*, Virg. Geo. 1, 57: *Asiæ pars, multa regna complectens opulentissima. In eâ præcipui fluvii Indus et Ganges. Ibi Elephantes immensæ magnitudinis, è quorum dentibus ebur conficitur: Gemmarum etiam, et aromatum feracissima.* EPITH. Tōstă, gēmmĭfĕră, aūrĭfĕră, rĕmōtă, ēxtrēmă, ĕbūrnĕă, ĕbūrnă, dīvĕs, ŏpŭlēntă. PHR. Indă tērră, tēllūs, ōră, plăgă, rĕgio. Gāngētĭcă, Gāngētis tēllūs. Eōi trāctŭs. Orbis Eōŭs. Nāscēnti sŭbdĭtă Phœbō. Hўdāspæă tēllūs, *ab Hydaspe fluvio.* Oră Mēmnŏnĭă, *à Memnone Rege.* Extrēmi sinŭs ōrbis. Quæ lŏcă făbŭlōsŭs lāmbit Hўdāspēs. Dĭti quæ Gāngĕ rĭgātŭr Indĭă. VERS. Prōmĭt hic ōrtŭs, ăpĕritquĕ lūcem Phœbŭs, ēt flāmmā prŏpĭōrĕ nūdōs inficit Indōs. Dĕcŏlŏr ēxtrēmō quā cingĭtŭr In-



Digitized by Google

dĭă Gāngĕ. Quīcquĭd gēmmārūm prōdĭgă mĭttĭt Indĭă. Prābēt ŏdōrĭfĕrās quā dĭscŏlŏr Indĭă mēssēs.

indĭcĭūm. *indĭcĭūm tēctæ nōbĭlĭtātĭs ĕrānt*, Ovid. Ep. 16, 52. SYN. Indĕx: signūm, ārgūmēntūm, nŏtă, insignĕ, spĕcĭmĕn: vēstīgĭūm.

indĭco, ās. *indĭcăt ĕt nōmĕn lĭttĕră făctă tŭūm*, Tib. 3, 1, 82. SYN. Ostēndo, mōnstro, sīgnĭfĭco, ăpĕrĭo.

indīco, ĭs, xi, ctūm.—*dīvūm tēmplīs indīcĭt hŏnōrēm*, Virg. Æn. 1, 632. SYN. Ēdīco, dēnūncĭo, prōmūlgo.

Indĭcŭs. *Indĭcă quōs cŭpĕrēt pōmpă, Lyæĕ, tŭōs*, Mart. 8, 78, 2. SYN. Gāngētĭcŭs, Eōŭs.

indĭgĕnă. *Sūspĭcĭt, indĭgĕnæ Sīdōnĭdă nōmĭnĕ dīcūnt*, Ovid. Met. 2, 840. SYN. Cīvis, incŏlă.

indĭgĕo, gŭi. *Quin tu ălĭquid sāltēm pŏtĭūs, quōrūm indĭgĕt ūsŭs*, Virg. Ecl. 2, 71. SYN. Ĕgĕo, cărĕo, ŏpŭs hăbĕo.

indīgēstŭs.—*rŭdis indīgēstăquĕ mōlēs*, Ovid. Met. 1, 7. SYN. Incōmpŏsĭtŭs: cŏnfūsŭs.

Indĭgĕtēs, ūm. *Di pătrĭi Indĭgĕtēs ĕt Rōmŭlĕ Vēstăquĕ mātĕr*, Virg. Geo. 1, 498.

indīgnātĭo, ōnis. *Si nātūră nĕgāt, făcĭt indīgnātĭŏ vērsūm*, Juv. 1, 79. SYN. Īră. EPITH. Præcēps, sŭbĭtă, rĕpēntīnă, sævă, cæcă, dēmēns, mĭnāx. V. *Ira*.

indīgnātŭs.——*ălĭquem indīgnātŭs ăb ūmbrĭs*, Virg. Æn. 7, 770. SYN. Īrātŭs.

indīgnŏr, āris. *ĕt cāsum īnsōntĭs mēcūm indīgnābăr ămīci*, Virg. Æn. 2, 93. Īrāscŏr, sūccēnsĕo, stŏmăchŏr. V. *Irascor*.

indĭgŭs. *Vi prŏprĭā nītūntŭr, ŏpisque haūd indĭgă nōstræ*, Virg. Geo. 2, 428. SYN. Ĕgēnŭs, ĕgēns, ĭnŏps, paūpĕr.

indīscrētŭs. *indīscrētă sŭis, grātūsquĕ părēntĭbŭs ērrŏr*, Virg. Æn. 10, 392. SYN. Indīstīnctŭs, sĭmillĭmŭs.

indĭvĭdŭŭs. *Mūrē indĭvĭdŭs ēst nāsĭă cŏrpŏri*. (Choriamb.) PHR. Nēpōtŭlŭs cŏnĭcĕs.

indīvīsŭs. *indīvīsŭs hŏnōs, ĭtĕrūmque ĕt rūrsŭs ĕīdĕm*, Sil. 8, 9. SYN. Cōnjūnctŭs.

indŏcĭlis. *is gĕnŭs indŏcĭle, ăc dīspērsūm mōntĭbŭs āltĭs*, Virg. Æn. 8, 321. SYN. Rŭdis, agrēstis.

indōctŭs.——*Nōn tu in trĭvĭīs, indōctĕ, sŏlēbās*, Virg. Ecl. 3, 26. SYN. impĕrītŭs, ignārŭs, illĭtĕrātŭs, rŭdis. PHR. Dōctrīnæ, Pāllădĭs ēxpērs. Cui nūllīs ārtĭbŭs imbūtūm pēctŭs. Stĕrĭlis dōctrīnæ fōntĭbŭs. Ārtĕ incūltŭs, rŭdis. Ārtĭs ēxpērs. Qui nūllās ănĭmūm pĕr ārtēs ēxcŏlŭit. Qui dūlcĕ nēctăr Pēgăsĕī fōntĭs nōn haūsit. V. *Ignarus*.

indŏlĕo, ēs, ŭi. *indŏlŭit făctō*, &c. Ov. M. 4, 173. SYN. Dŏlĕo, ingĕmo.

indŏlēs, is. *Quid pĭŭs Ænēās tāntā dăbĭt indŏlĕ dīgnūm?* Virg. Æn. 10, 826. SYN. ingĕnĭūm, nātūră. EPITH. Ēgrĕgĭă, gĕnĕrōsă, nōbĭlis, ingĕnŭă, præstāns, ămābĭlis, cūltă. V. *Ingenium*.

indŏmĭtŭs. *Lāssŭs ăb indŏmĭtō, vĕl si Rōmānă fătīgăt*, Hor. S. L. 2. S. 2, 10. SYN. Invīctŭs, insŭpĕrābĭlis, inēxpūgnābĭlis, fōrtis.

indŭbĭtātŭs. *indŭbĭtātă fĭdēs, cui nūnquām mūnĕră*, &c. A. SYN. Cērtŭs, nōn dŭbĭŭs.

indūcĭæ. *Sūspĭcĭōnēs, ĭnĭmīcĭtĭæ, indūcĭæ*. (Iamb.) Ter. Eun. 1, 1, 15. EPITH. Păctæ, jūrātæ, fīctæ, brĕvēs.

indūco, xi, ctūm.—*ĕt vărĭās indūcĕrĕ plūmās*, Hor. A. Poēt. 2. SYN. Āddūco, ādmitto, intrōdūco, *vel* impēllo, ădigo, ŏpĕrio.

indūlgēntĭă. *intĕr; ĕt ēxcĭpĕrĕt cæli indūlgēntĭă tērrās*, Virg. Geo. 2, 345. SYN. Lēnĭtās, clēmēntĭă, pĭĕtās, *vel* vĕnĭă, rĕmissio. EPITH. Blāndă, mītis, plăcĭdă, ămīcă, făcĭlis, grātă.

indūlgĕo, si, tūm. *Quid tāntūm īnsānō jŭvăt indūlgērĕ dŏlōri*, Virg. Æn. 2, 776. SYN. Ignōsco, cōndōno, părco, *vel* cōncēdo, pērmitto. V. *Parco*.

indūmēntūm. *indūmēntă pĕdūm, vĕlŭt Mŏysēs*. (Phal.) P. SYN. Ămīctŭs, vēstis. V. *Vestis*.

indŭo, dŭi, dūtūm. *indŭĕrāt pōmis sē fērtĭlis ārbŏs*, Virg. Geo. 4, 142. SYN. Vēstio, ămĭcio, ŏpĕrio, tĕgo. PHR. Sūmĕrĕ vēstēs. Ārtūs indūcĕrĕ vēstĕ. Circūmdărĕ cōrpŭs ămīctū. Vēstēm hŭmĕrĭs indūcĕrĕ. V. *Vestio*.

indūrēsco, rŭi. *Sūffĭcĭt ātque ipsā vĕsātum indūrŭit ūsū*, Ov. Tris. 5, 2, 5. SYN. Dūrēsco, indūro.

Digitized by Google

Indŭs, ă, ŭm. *Indūm sănguĭnĕō vĕlŭtĭ vĭŏlāvĕrĭt ŏstrō*, Virg. Æn. 10, 67. SYN. Indĭcŭs, Gāngētĭcŭs, Eōŭs.
Indūstrĭă. *Sĕd nōnnūllă măgĭs vĭrēs indūstrĭă fīrmăt*, Virg. Geo. 3, 209. SYN. Sōlērtĭă, ărs, dĕxtĕrĭtās, ingĕnĭŭm. EPITH. Sōlērs, sēdŭlă, vĭgĭl, ācrĭs, căllĭdă, săgāx, aūdāx, ingĕnĭōsă, ārtĭfĕx, dīvīnă, præstāns. PHR. Pārcæquĕ săgāx indūstrĭă vĭtæ.
Indūstrĭŭs. *Cūstōdēs ăquĭlās, ārmĭs indūstrĭŭs; ăt tū*, Juv. S. 8, 52. SYN. Sōlērs, ingĕnĭōsŭs, săgāx, vĭgĭl, ăcĕr, dĕxtĕr.
Indūtŭs. —— *ĕxŭvĭās indūtŭs Ăchīllī*, Virg. Æn. 2, 275. SYN. Vēstītŭs, ămictŭs, tŭnĭcātŭs, tŏgātŭs, ŏpērtŭs, tēctŭs.
Inēbrĭo. *Nōlēntem ĕt mĭsĕrăm vīnōsŭs inēbrĭĕt aūrĕm*, Juv. 9, 113. PHR. Vīnō ŏbrŭo.
Inēbrĭŏr, ārĭs. *inēbrĭārī nāvĭtæ pōtū sălĭs*. (Iamb.) Paulin. PHR. Băcchō, Lyæō, vīnō ŏbrŭŏr, căpĭŏr, implĕŏr, sōlvŏr, sĕpĕlĭŏr. V. *Ebrius*.
‖ Inēdĭă, æ. SYN. Fămēs. V. *Fames*.
Inēlūctābĭlĭs. *Vĕnĭt sūmmă dĭēs ĕt inēlūctābĭlĕ tĕmpŭs*, Virg. Æn. 2, 324. SYN. Insŭpĕrābĭlĭs, invĭctŭs.
Inēmptŭs. —— *dăpĭbŭs mēnsās ŏnĕrābăt inēmptĭs*, Virg. Geo. 4, 123. SYN. Vīlĭs.
Inēnārrābĭlĭs. *Vĭs dărĕ mājŭs ădhūc ĕt inēnārrābĭlĕ mūnŭs*, Mart. 2, 10. SYN. Nōn ēnārrābĭlĭs: insŏlĭtŭs.
Inĕo, ĭs, ĭī, ĭtŭm. *āntĕ lĕvēs inĕūnt sī quāndō prœlĭă Pārthī*, Virg. Geo. 4, 14. SYN. Ădĕo, *vel* incĭpĭo.
Inēptĭæ, ārŭm. *aliquando in sing.* inēptĭă. *indŏcĭlĭs fătŭī dūcēbăt inēptĭă vŭlgī*, Pers. SYN. Dēlīrĭă, ōrŭm, *vel in sing.* stūltĭtĭă, insānĭă.
Inēptŭs. *Jūrāssēt cŭpĭdē quĭcquĭd inēptŭs ămŏr*, Tibul. 1, 4, 42. SYN. Stŭpĭdŭs, insūlsŭs, fătŭŭs, stūltŭs, hĕbĕs, stŏlĭdŭs.
Inērmĭs. *Vĕl lĭcĕt ārmātĭs hŏstĭs inērmĭs ĕăs*, Prop. 4, 1, 148. SYN. Inērmŭs. PHR. Nūllĭs ārmĭs tēctŭs.
Inērs, ērtĭs. *Lĭbērtās quæ sēră tămĕn rēspēxĭt inērtĕm*, Virg. Ecl. 1, 28. SYN. Pĭgĕr, ignāvŭs, sēgnĭs, tārdŭs, lēntŭs, dēsĭdĭōsŭs, sōcōrs. V. *Piger*.
Inērtĭă. *Strēnŭă nōs ēxērcĕt inērtĭă: nāvĭbŭs ătquĕ*, Hor. E. L. 1, E. 11, 28. SYN. ignāvĭă, dēsĭdĭă, sēgnĭtĭēs, pĭgrĭtĭă. EPITH. Mōllĭs, stŏlĭdă, lāscīvă, dēgĕnĕr, lānguĭdă, tārdă. V. *Pigritia*.
Inēvītābĭlĭs. *āddĭdĭt, ĕt tŏnĭtrŭs, ĕt inēvītābĭlĕ fūlmĕn*, Ov. M. 3, 301. SYN. inēlūctābĭlĭs, nōn ēvītābĭlĭs, nōn fŭgĭēndŭs, nōn vītāndŭs, nōn dēclīnāndŭs.
Inēxcūsābĭlĭs. *ăt tē nĕ rĕtrăhās, ĕt inēxcūsābĭlĭs ābsīs*, Hor. Ep. 1, 18, 58. SYN. Nōn ēxcūsāndŭs.
Inēxhaūstŭs. *insŭlă inēxhaūstĭs Chălybūm gĕnĕrōsă mĕtāllĭs*, Virg. Æn. 10, 174. SYN. infīnītŭs: plēnŭs.
Inēxōrābĭlĭs. *ătquĕ mĕtūs ōmnēs ĕt inēxōrābĭlĕ fātŭm*, Virg. Geo. 2, 491. SYN Nōn ēxōrābĭlĭs, implācābĭlĭs, crūdēlĭs.
Inēxpērtŭs. *Dūlcĭs inēxpērtĭs cūltūră pŏtēntĭs ămīcī*, Hor. Ep. 1, 18, 86. SYN. *pass.* intēntātŭs, *act. et pass.* insuētŭs.
Inēxplētŭs. *Cērnĕre inēxplētō stŭdĭō cērtārĕ lăvāndī*, V. A. SYN. insătŭrātŭs, insătŭrābĭlĭs, inēxsătŭrābĭlĭs.
Inēxpūgnābĭlĭs. *Nōn ăgrēstĕ tămĕn, nĕc inēxpūgnābĭle ămōrī*, Ov. Met. 11, 767. SYN. Nōn ēxpūgnābĭlĭs, insŭpĕrābĭlĭs, indŏmĭtŭs, invĭctŭs, nōn ēxsŭpĕrābĭlĭs. V. *Invictus*.
Inēxsătŭrābĭlĭs. *Jūnōnĭs grăvĭs īra ĕt inēxsătŭrābĭlĕ pēctŭs*, Virg. Æn. 5, 781. SYN. insătŭrābĭlĭs, insătŭrātŭs, inēxplētŭs.
Inēxtīnctŭs. *ignĭs inēxtīnctŭs tēmplō cēlātŭr ĭn īllō*, Ov. M. 6, 297. SYN. Pĕrēnnĭs, pērpĕtŭŭs.
Inēxtrīcābĭlĭs. *Hīc lăbŏr īllĕ dŏmūs ĕt inēxtrīcābĭlĭs ērrŏr*, Virg. Æn. 6, 27. SYN. implēxŭs, irrĕmĕābĭlĭs.
Infāmĭă. *Fālsŭs hŏnŏr jŭvăt, ĕt mēndāx infāmĭă tērrĕt*, Hor. Ep. 1, 16, 39. SYN. Dēdĕcŭs, prŏbrŭm, ōpprŏbrĭŭm, ignōmĭnĭă: convĭcĭŭm. EPITH. Măcŭlōsă, tūrpĭs, pŭdēndă, prŏbrōsă, sūmmă, ingēns, pĕrēnnĭs. PHR. Tūrpĭs, *vel* infāmĭs nŏtă, măcŭlă, lābēs. Fāmă sĭnīstră. Fāmæ, *vel* nōmĭnĭs, dāmnă, dispēndĭă. Fāmæ jāctūră pŭdīcæ. VERS. Dēdĕcŭs, ætērnŭm măcŭlōsa infāmĭă nōstrĭs indūcēt tĭtŭlĭs.
Infāmĭs. *Hūnc infāmĭs ămŏr vērsĭs dărĕ tērgă cărīnĭs*, Prop. 2, 16, 39. SYN. inhŏnēstŭs, fāmōsŭs, tūrpĭs, prŏbrōsŭs. PHR. Ōpprŏbrĭō, dēdĕcŏrĕ, infāmĭ



Digitized by Google

nŏtā aspĕrsūs, fœdŭs. Pŭdēndā, turpi măcŭlā nŏtātŭs. Quēm turpi nŏtā infāmĭă spārsĭt, cŏlŏr infāmĭs tinxĭt. Gĕnĕris ŏpprŏbrĭūm sŭi. VERS. Sæcŭlĭ crīmĕn vāgŏr, ŏdĭūm Dĕōrūm, jūris ĕxitĭūm săcri.

infāmo. *Pārcĭŭs infāmāns, nām tĭbĭ caūsă lĕvĭs*, Prop. 2, 14, 10. SYN. Dĕdĕcŏro. PHR. Prŏbrō măcŭlo. Fāmām ērĭpĭo, tōllo. Nōmĕn ŏbscūro. Fāmæ măcŭlās āspĕrgo, lābĕm ĭnūro. infāmi nŏtā dĕdĕcŏro.

infāndŭs. *infāndūm, rēgīnă, jŭbēs rĕnŏvārĕ dŏlŏrēm*, Virg. Æn. 2, 3. SYN. Nĕfāndŭs, dĕtēstāndŭs, scĕlēstŭs, nĕfārĭŭs, illĭcĭtŭs: *vel* nōn dĭcēndŭs, tăcēndŭs.

infāns, āntĭs. *Sŭb nūtrīcĕ pŭēllā vĕlŭt si lūdĕrĕt infāns*, Hor. E. L. 2, 99. SYN. infāntŭlŭs. EPITH. Tĕnēllŭs, pārvŭlŭs, blāndŭs, flēbĭlĭs, pārvŭs, tĕnĕr. PHR. Pŭĕr infāns. Lāctēns pŭĕr. Pārvŭlŭs pŭĕr. Tĕnĕr in cūnis, ēt sinĕ vōcĕ pŭĕr. Vix bĕnĕ nātŭs infāns. Ădhūc ūbĕră sūgēns. Jăcēns sinĕ vīrĭbŭs infāns. Quĕrŭlis implēns vāgītĭbŭs aūrās. V. *Puer.*

infāntĭă. *ĕt jām lævĕ căpŭt mădĭdĭque infāntĭă nāsi*, Juv. 10, 199. SYN. incūnābŭlă, cūnæ. EPITH. Tĕnĕră, rŭdĭs, blāndă. PHR. Prīmă, prīmævă, tĕnĕră, lāctēns, lāctēă ætās. Prīmæ cūnæ. infāntĭs ætās. Tĕnĕri ānni. Prīmūm ævūm.

infaūstŭs. *Quōsquĕ sĕcāns infaūstum intērlŭit Ăllĭă nōmĕn*, Virg. Æn. 7, 717. SYN. Ĭnaūspĭcātŭs, sĭnistĕr, lævŭs, infēlix.

infēlĭcĭtās, ātis. *Ter.* V. infrà *Infortunium.*

infēlix, icis. *Quōsdam infēlīcĕs āstris dāmnāvit ĭnīquīs*, Prop. SYN. Misĕr, infŏrtūnātŭs, ærūmnōsŭs, mĭsĕrābĭlĭs: infaūstŭs, sĭnistĕr, lævŭs. PHR. Fŏrtūnā vēxātŭs ĭnīquā. Fātis ăgĭtātŭs ĭnīquis. Fātis ăcērbis, dūris, cāsĭbŭs ăctŭs. Quĕm vărĭis sōrs cāsĭbŭs ūrgĕt, prĕmit, ăgĭtăt, vēxăt, ĕxērcĕt, āngit, ŏbrŭit. Quĕm infēlix fŏrtūnă fătīgăt. Quĕm Jŏvis īră prĕmit. Ĭnīqui tŏlĕrāns incŏmmŏdă fāti. Rēbŭs cōncŭssŭs ăcērbis. Mĕ mĭsĕrūm tristis fŏrtūnă tĕnācĭtĕr ūrgĕt. Ăgĭtātŭs mūltis tērrāquĕ mārīquĕ pĕrīclis. Tērris jāctātŭs ĕt āltō. Ŏmnĭbŭs mērsŭs mălis. Dĭis nātŭs ĭnīquis. infaūstō sȳdĕrĕ nātŭs. Ădvērsă fŏrtūnă prēssŭs, ăgĭtātŭs, jāctātŭs. Tērquĕ quătērquĕ mĭsĕr. Quĕm dūri ĕxērcēnt cāsŭs. Quĕm āspĕră fātă prĕmūnt. VERS. Nūllām spōndēt fŏrtūnă sălūtĕm. Hōrāque ĕrit tāntis ūltĭmă nūllă mălis. Quid jām mĭsĕrō mĭhi dĕnĭquĕ rēstăt? Nātŭs ĕs infēlix (ĭtă Di vŏlŭērĕ) nĕc ūllă Cŏmmŏdă nāscēnti stēllă lĕvisquĕ fŭit. Ŏbrŭit infaūstūm dīră prŏcēllă căpŭt. Nĕc vĕnit incēptis mōllĭŏr aūră mĕis. Ō mĕă nūllis sōrs æquāndă mălis. V. *Infortunium.*

infĕri. *Hērcŭlĕm ĕt vīsūm cănis infĕrōrūm.* (Sapph.) Ser. V. *Infernus.*

infĕrĭæ. *Vīvēntēs răpit, infĕrĭās quās immŏlĕt ūmbris*, Virg. Æn. 10, 519. SYN. Ĕxĕquĭæ, fūnĕră, jūstă.

infĕrĭŏr, ōris. *Lānĕă, quæ pœnis cōmpēscĕrĕt infĕrĭōrĕm*, Hor. Sat. 1, 8, 31. SYN. Minŏr, *vel* hŭmĭlĭs, ābjēctŭs.

infērnālis. *infērnālis ăquæ fŭlvō sūffōdit Ăvērnō*, Man. SYN. infērnŭs, infĕrŭs.

infērnŭs. *Pœnă, sĕd infērnis hĭlărēs sinĕ rēgĭbŭs ūmbræ*, Juv. 13, 52. *Locus in imo terræ, ubi Pluto regnat. Januæ assidet Cerberus; Nauta Charon animas cymbâ transvehit; Judices et Furiæ reos damnant et cruciant. Illa ex Poëtarum commentis. Reverà autem, quod Christiana fides docet, in inferno dæmones, atque ignes perpetui, quibus Divina Justitia improbos æternùm punit. O Æternitas!* SYN. Ŏrcŭs, Ăvērnŭs, Tārtărŭs, Ĕrĕbŭs. EPITH. Ŏpācŭs, ātĕr, prŏfūndŭs, hōrrēndŭs, immānis, căvērnōsŭs, tristis, squālĭdŭs, mœstŭs, trĕmēndŭs, fŏrmĭdābĭlĭs, mĕtŭēndŭs, lūrĭdŭs, squālēns, tĕnēbrōsŭs, ŏbscūrŭs, cæcŭs, tētĕr, Stȳgĭŭs. *Inferni loca*, Ēlȳsĭūm, limbŭs. *Flumina*, Lēthē, Stȳx, Phlĕgĕthōn, Ăchĕrōn, Cōcȳtŭs, Ăvērnŭs. *Aditus seu portæ*, Tænărŭs, Ăvērnŭs, Ămsānctŭs. *Principes*, Plūtō, Prōsērpĭnă. *Judices*, Æăcŭs, Mīnōs, Rhădămānthŭs. *Furiæ*, Ālēctō, Mĕgæră, Tīsĭphŏnē. *Nauta*, Chārōn. *Janitor*, Cērbĕrŭs. *Apud Inferos pœnas pati dicuntur à Poëtis, præcipuè* Bēlīdēs, Sīsȳphŭs, Tāntălŭs, Tĭtȳŭs, Ĭxīōn, Gĭgāntēs. PHR. infērnæ, Tārtărĕæ, Stȳgĭæ, Tænărĭæ sēdēs, dŏmŭs, faūcēs, spĕcŭs, pălūdēs, ūmbræ, tĕnēbræ. Tārtărĕi, Stȳgĭi, Ăchĕrōntæi, Phlĕgĕthōntæi lăcŭs, sīnŭs. Plūtōnĭă rēgnă. Stȳgĭi rēgnă Tȳrānni. Nigri Rēgĭă cæcă Dĕi. Eūmĕnĭdūm sēdēs. Dīră Fŭrĭārūm lŏcă. Tārtărĕūm bărăthrūm, spĕcŭs, āntrūm. Immānēs Ĕrĕbi hĭātŭs, prŏfūndă vŏrāgo, cæcă nŏx, nigri, ŏpāci rĕcēssŭs. Imæ sēdēs Ĕrĕbi. Cæcă ōstĭă Dītis. Dītis ĭnāmābĭlĕ rēgnūm. Vāstă infērni lŏcă, spătĭă. Nōctis ætērnæ chăŏs. Tristēs sinĕ Sōlĕ dŏmūs. Sĭlēntēs nōctĕ dŏmūs. Lūcĕ cărēntĭă rēgnă. Ūmbrārūm dŏmŭs, lŏcă. Lŏcă plēnă tĭmōris. Lŏcă invĭă vivis. Ætērnæ cālīgĭnis ūmbræ. Tārtărĕŭs cārcĕr, gūrgĕs. Stȳgĭæ ērgāstŭlă nōctis. Fŏrmĭdābĭlĕ rēgnūm Mōrtis inēxplētæ. Via-

Digitized by Google

-dicis ignes: ultrices flammæ. Æterni nigris fornacibus ignes. Bărathrum irremeabile. Ditisque profundi Pallida regna. Stygii antra draconis. Cæcis domus alta cavernis. VERS. Adigat me fulmine ad umbras, Pallentes umbras Erebi, noctemque profundam. Hic specus horrendum, et sævi spiracula Ditis Monstrantur, ruptoque ingens Acheronte vorago Pestiferas aperit fauces. Ignis ubi ardebit nullo delebilis ævo. Luctus ubi et duræ posuere cubilia curæ. Ubi pallentes habitant morbi tristisque senectus, et metus, et malesuada fames, et turpis egestas. Et caligantem nigra formidine lucum Ingressus. Manesque adiit, Regemque tremendum. Tartarus horriferos eructat faucibus æstus. Ubi pice torrentes atraque voragine ripæ. Sulphure et igne Semper anhelantes coctoque bitumine campi. Ubi labor et lacrymæ, et longo suspiria tractu. Stant Furiæ circum variæque ex ordine mortes. V. *Inferorum descriptionem apud Virg. 6. Æn.*

infero, intuli, illatum. *inferat, et pulchram properet, &c.* Virg. Æn. 9, 401. SYN. induco, intrudo, inveho, *vel* affero.

infesto, as. *Quas Scylla infestet, quasve Charybdis aquas,* Ov. Am. 2, 1, 18. SYN. Vexo, ango, torqueo, exagito.

infestus. *illum ardens infesto vulnere Pyrrhus,* Virg. Æn. 2, 529. SYN. infensus, inimicus, molestus, noxius, iratus.

inficio, feci, fectum. *Pocula si quando sævæ infecere novercæ,* Virg. Geo. 2, 128. SYN. Corrumpo, depravo, violo, vitio, perdo, maculo, tumero, *vel* tingo, imbuo.

inficior, aris. *inficiabor habens aliquid sine teste, &c.* Propert. SYN. Nego, pernego, denego, abnuo.

infidelis. *Novisque rebus infidelis Allobrox.* (Iamb. pur.) SYN. infidus, perfidus, fallax, *vel* idololatra.

infidus, a, um. *Flexit, et infidos agitans discordia fratres,* Virg. Geo. 2, 496. Perfidus, infidelis.

infigo, xi, xum. *Crebra relinquendis infigimus oscula portis,* Rutil. SYN. Figo, defigo, confligo. PHR. Scopuloque infixit acuto. Crebra confixus cuspide.

infimus. *Carum Tyndaridæ sidus ab infimis.* (Choriamb.) SYN. imus, postremus, ultimus.

infinitus. *ex infinito contractum tempore bellum,* Lucr. 2, 574. SYN. interminatus, *vel* innumerus, innumerabilis. PHR. Finis expers. Fine carens. Sine fine. Sine limite. VERS. Frondes quot sylvæ, quot flavas Tybris arenas. Totidem quot messis aristas, Sylva gerit frondes, ejectas littus arenas. Quot lepores in Atho, quot apes pascuntur in Hybla, Tot premor adversis quæ si comprendere coner, Icariæ numerum dicere coner aquæ. Quam multa in sylvis autumni frigore primo Lapsa cadunt folia. V. *Innumerabilis.*

‖ infirmo. SYN. Debilito, enervo, frango, infringo, attenuo, extenuo, conficio. PHR. Vires, robur minuo, frango.

infirmus. *Semper, et infirmi est animi exiguique voluptas,* Juv. 13, 190. SYN. Debilis, imbellis, enervis, enervatus, invalidus, languidus, fractus, mollis. PHR. Viribus enervis, defectus, effœtus, invalidæ manus, et inanes lacerti. Titubantes artus. Quassati sine viribus artus. Ægre Languida membra ferens, trahens. VERS. effœto languent in corpore vires. Torpent infractæ ad prælia vires. V. *Debilis et Æger.*

inflammo. *His dictis incensum animum inflammavit amore,* Virg. Æn. 3, 54. SYN. Uro, comburo, incendo. V. *Uro, Incendo: vel* hortor, incito.

inflatus. *inflatum hesterno venas, ut semper, Iaccho,* Virg. Ecl. 6, 15. SYN. Tumens, tumefactus, tumidus, turgidus.

inflecto, xi, xum. *Solus hic inflexit sensus, animumque labantem,* Virg. Æn. 4, 22. SYN. Flecto, torqueo, intorqueo, contorqueo, curvo, incurvo.

infligo, xi, ctum. *infligitque viro: rutilum vomit ille cruorem,* Ov. Met. 5, 83. SYN. imprimo, infero, impingo, incutio.

infodio, fodi, fossum. *unguibus infodiunt fruges, &c.* Virg. Geo. 3, 535. SYN. Fodio, defodio.

informo. *ingentem clypeum informant unum omnia contra,* Virg. Æn. 8, 447. SYN. Fingo, effingo, figuro, *vel* imbuo, erudio: expolio.

infortunatus. *Ter.* V. *Infelix.*

infortunium. —*tunc tua me infortunia lædent,* Hor. A. Poet. 103. SYN infe-

līcĭtās, ærūmnă, călămĭtās, mălūm: ēxĭtĭūm, clādēs. EPITH. Trīstĕ, grăvĕ, crūdēlĕ, dūrūm, īnfāndūm, ăcērbūm. PHR. Fōrtūnă ādvērsă. Fōrtūnæ vūltūs ăcērbæ. Āspĕră, mĭsĕră sōrs. Fātālĭă dāmnă. Trīstēs, mĭsĕri cāsūs. Lāpsæ, āfflīctæ rēs. Dūri īnclēmēntĭă fāti. Nūbĭlă, dūră, trīstĭă tēmpŏră, īnfāndi lăbōrēs. Ādvērsi īncōmmŏdă fāti. Āspĕră, crūdēlĭă, cōntrārĭă fātă. Nūllīs æquāndă mălīs fōrtūnă. VERS. Explōrānt ādvērsă vĭrōs. ō sŏcĭi nĕque ĕnim īgnāri sūmūs āntĕ mălōrūm, O pāssi grăvĭōră! dăbit Dĕūs hīs quŏquĕ fīnēm. V. *Fortuna adversa*, *Infelix*, *et Miseria*.

Īnfrā. *Cōgēbānt īnfrāquĕ lŏcūm cōncēdĕrĕ cūltīs*, Luc. 5, 1370.

Īnfrĕmo, mŭi. *ăcrĭūs īnfrĕmŭit, trĕpĭdūmque ēxtērrŭit ōrbēm*, Sil. 3, 230. SYN. Frĕmo, frēndĕo, īnfrēndĕo: *vel* mĭnŏr, īndīgnŏr, īrāscŏr.

Īnfrēnis, *vel* nŭs. *illum īnfrēnis ĕqui lāpsū tēllūrĕ jăcēntēm*, Virg. Æn. 10, 750. *Et Nŭmĭdæ īnfræni*, Virg. SYN. Ēffrēnis.

Īnfræno. *īnfrænānt ălĭīs cūrrūs*, &c. Virg. Æn. 12, 287. SYN. Fræno, cōērcĕo, cŏhĭbĕo, cōmprĭmo, cōntĭnĕo, rĕtĭnĕo, dŏmo. V. *Fræno*.

Īnfrĕquēns. *Pārcūs Dĕōrūm cūltŏr ēt īnfrĕquēns*. (Alcaic.) Hor. O. 1, 34, 1. SYN. Rārŭs, īnsuētūs.

Īnfrīngo, frēgi, frāctūm. *Rēctŏr mĕōs īnfrēgit, ĕt lăcrўmam ēxtŭlit*. SYN. Frāngo, cōnfrīngo.

Īnfŭlă. *Lābēntēm pĭĕtās nĕc Āpōllĭnis īnfŭlă tēxit*, Virg. Æn. 2, 430. SYN. Mĭtră. EPITH. Sacră, ēxĭmĭă, splēndĭdă, mĭcāns, lūcēns, gēmmātă, aūrĕă, īnsīgnis. PHR. Pōntĭfĭcālis ăpēx.

Īnfŭlātŭs. *Hinc săcērdōtūm dŏmŭs īnfŭlātă*. (Sapph.) Prud. Per. 4, 79. PHR. Quēm sacră īnfŭlă cīngit, ōrnăt, dĕcŏrăt.

‖ Īnfūmo, ās. SYN. Fūmō tīngo, ōbscūro, īnfūsco, *vel* fūmō-sĭcco, ēxsĭcco, ārĕfăcĭo, īndūro.

Īnfūndo, īnfūdi, īnfūsūm. *ărtĭbŭs; ātque ănĭmās fōrmātæ īnfūndĕrĕ tērræ*, Ov. M. 1, 364. SYN. Fūndo, īnstīllo, īngĕro, īmmītto, īnjĭcĭo.

Īnfūsŭs, ă, ūm. *Nix hŭmĕrōs īnfūsă tĕgit*, &c. Virg. Æn. 4, 250. SYN. Fūsŭs, *vel* īnspērsŭs.

Īngĕmĭnātŭs. *ēt vōx āssēnsū nĕmŏrūm īngĕmĭnātă rĕmūgit*, Virg. Geo. 3, 45. SYN. Gĕmĭnātŭs, ĭtĕrātŭs.

Īngĕmĭno. *īngĕmĭnāt īctūs, dŏmĭtŭs īnfrēgit mĭnās*. (Iamb.) SYN. Gĕmĭno, cōngĕmĭno, dŭplĭco.

Īngĕmīsco, mŭi. *Tāntum īngĕmīscit īgnis ăd dūrūm jĕcŭr*. (Iamb.) SYN. Īngĕmo.

Īngĕmo, ŭi. *īngĕmit, ēt dŭplĭcēs tēndēns ăd sīdĕră pālmās*, Virg. Æn. 1, 97. SYN. Īngĕmīsco, gĕmo. V. *Gemo*.

Īngĕnĭōsŭs. *īntĕr Saūrŏmătās īngĕnĭōsŭs ĕrăm*, Ov. Tr. 5, 1, 74. SYN. Sūbtīlis, săgāx, sōlērs, pērspĭcāx. PHR. ācri, sōlērti īngĕnĭō prædĭtŭs, pŏtēns, īngĕnĭi mīră dēxtĕrĭtātĕ vălēns. Īngĕnĭō māgnŭs, māxĭmŭs, nōbĭlis. Īngĕnĭi ārtĕ pŏtēns. Cui mēns sōlērs īn ārtĭbŭs. VERS. Dīvīnĭtŭs īlli īngĕnĭum, āc rērūm fātō prūdēntĭă mājŏr.

Īngĕnĭtŭs. *īngĕnĭtŭs gĕnĭtūsquĕ Dĕŭs*, &c. Prud. SYN. īnnātŭs, īnsĭtŭs, īngĕnĕrātŭs.

Īngĕnĭūm. *īngĕnĭūm quōndām fŭĕrăt prĕtĭōsĭŭs aūrō*, Ov. Am. 3, 8, 3. SYN. Nātūră, īndŏlēs, *vel* sūbtīlĭtās, săgācĭtās, īndūstrĭă, sōlērtĭă. EPITH. Sōlērs, vēlōx, ăcūtūm, præstāns, pērspĭcāx, ācrĕ, āstūtūm, vērsātĭlĕ, săgāx, mōbĭlĕ, vĕgĕtūm, dŏcĭlĕ, cūltūm, vīvāx, fērtĭlĕ, prōmptūm, sūbtīlĕ, mīrābĭlĕ, căpāx, ūbĕr, dīvīnūm, rŭdĕ, dūrūm, ōbtūsūm, crāssūm, tārdūm, īnērs, hĕbēs. PHR. īngĕnĭi ăcĭēs, ăcūmĕn, vīs, dēxtĕrĭtās, vĭgŏr, flūmĕn, vēnă, făcūltās. Mēntis ăcūmĕn, vĭgŏr. īngĕnĭūm, dŏctă ārtĕ pŏlītūm, ēxcūltūm: ārtĭbŭs, *vel* rēbŭs ăgēndis āptūm īngĕnĭūm prĕtĭōsĭŭs aūrō. VERS. Āt nōn īngĕnĭō quæsītūm nōmĕn ăb ævō excĭdĕt: īngĕnĭō stāt sĭnĕ mōrtĕ dĕcŭs.

Īngēns. *Mōnstrum hōrrēndum, īnfōrme, īngēns, cui lūmĕn ădēmptūm*, Virg. Æn. 3, 658. SYN. Māgnŭs, āltŭs, prōcērŭs. PHR. Cōrpŏrĕ præstāns. īpsĕ ārdŭŭs, āltăquĕ pūlsăt sīdĕră.

Īngĕnŭŭs. *Aūt pŭdŏr īngĕnŭŭs, aūt rĕtĭcēndŭs ămŏr*, Prop. 2, 24, 4. SYN. Lībĕrālis, hŏnēstŭs, nōbĭlis, cāndĭdŭs, sīncērŭs, prŏbŭs.

Īngĕro, gēssi, gēstūm.—*Fŭgĭēntĭbŭs īngĕrit hāstās*, Virg. Æn. 9, 763. SYN. Īnfĕro, īntrūdo, īnjĭcĭo, īnfūndo.

Digitized by Google

inglŏmĕro. *inglŏmĕrānt nŏctĕm, tĕnĕbrōsă, &c.* Stat. Theb. 1, 351. SYN. Glŏmĕro, cŭmŭlo, ăccŭmŭlo, cōngĕro.
inglōrĭŭs.——*Pārmāque inglōrĭŭs ălbā,* Virg. Æn. 9, 548. SYN. ignōbilis, indĕcōrŭs, inhŏnōrŭs, ăbjĕctŭs, vīlis, incōgnitŭs, sinĕ nōminĕ, nōminis ēxpĕrs.
inglŭvĭēs, ĭēi. *Prœclārăm ingrātā strīngăt mălŭs inglŭvĭē rēm,* Hor. S. 1, 2, 8. SYN. Gŭlă. EPITH. Vŏrāx, ēbrĭă, fœdă, inēxplēbĭlĭs, inēxplētă. V. *Gula.*
ingrātis, Adv. *ēffŭgĕre haŭd pŏtis ēst, ingrātis hærĕt ĕt ăngit,* Luc. 3, 1082. SYN. invītē, cŏāctē.
ingrātŭs, ă, ŭm. *ingrātis ōffĕr te irrīsĕ pĕriclis,* Virg. Æn. 7, 425. SYN. injūcūndŭs, mŏlēstŭs, *vel* immĕmŏr. PHR. Mĕrĭtōrŭm, ŏfficii, *vel* mūnĕris ăccēpti immĕmŏr, ŏblītŭs. Vĕtĕris cui grātĭă făcti ēxcidit. In ămīcōs mălĕ grātŭs. Ingrātŭm căpŭt.
*ingratus animus.* PHR. Mēns ingrātă, immĕmŏr, ingrātŭm pĕctŭs. Mĕntis ingrātæ scĕlŭs, crimĕn, ŏblivio. V. *Obliviscor.*
‖ ingrăvēsco, is. SYN. Grăvŏr, *vel* rĕcrūdēsco, crūdēsco, incrūdēsco, ægrēsco.
ingrăvo. *ingrăvăt hæc sævŭs Drăncēs, &c.* Virg. Æn. 11, 220. SYN. Grăvo, ăggrăvo, prĕmo, ōpprĭmo, ōbrŭo, *vel* ēxăggĕro.
ingrĕdĭŏr, ĕris. *Cōnsĭlĭa ĕt vītæ dīvērsum itĕr ingrĕdĭātŭr,* Juv. 7, 172. SYN. Intro, intrŏĕo, inĕo, sŭbĕo.
ingrĕssŭs, ūs. *ūndĕ nŏva ingrĕssŭs hŏmĭnŭm, &c.* Virg. Geo. 4, 316. SYN. Ădĭtŭs, *vel* limĕn, vĕstĭbŭlŭm, *vel* grĕssŭs.
ingrŭo, ŭi. *ingrŭit Ænēās Ĭtălis, ĕt prœlĭă miscĕt,* Virg. Æn. 12, 628. SYN. Irrŭo, irrūmpo, immĭnĕo, insto.
inguĕn, inis. *Cāndĭdă sūccinctām lātrāntĭbŭs inguĭnă mōnstris,* Virg. Ecl. 6, 75. EPITH. Lŭtōsŭm, ōbscœnŭm, tŭmĭdŭm, crāssŭm, ūdŭm.
ingūrgito, ās. *ingūrgitāns impūra in sē mĕrum ăvārĭtĕr.* (Iamb.) Plaut. SYN. ăbsōrbĕo, vŏro.
‖ inhăbĭto. SYN. Hăbĭto, incŏlo, măndo, mŏrŏr.
inhærĕo, inhæsi.——*ĕbŭr, quŏd inhæsĕrăt aūrō,* P. A. SYN. Inhærēsco, hærĕo, insĭdĕo.
‖ inhālo. SYN. Ēxhālo, ēxpiro, inspiro, āfflo, rĕspiro.
inhĭbĕo, ŭi. *Părcĭtĕ jăm, Rŭtŭli, ĕt vōs tēla inhĭbētĕ, Lătīni,* Virg. Æn. 12, 693. SYN. Cōhĭbĕo, prŏhĭbĕo, impĕdio.
inhio. *Diffūsis inhĭānt ŏbtūtĭbŭs, ĕt rădĭōrŭm,* Prud. SYN. Hio, *vel* ăvĭdĕ cŭpio.
inhŏnĕsto. *Nē cădăt, ĕt mūltās inhŏnēstĕt ădēptŭs,* Ov. Tr. 4, 8, 9. SYN. Dēdĕcŏro, infāmo, dētūrpo, fœdo, măcŭlo.
inhŏnēstŭs. *ăcĭtĭs hic nōbis nōn inhŏnēstŭs ĕrĭt,* Pro. 2, 26, 38. SYN. Tūrpis, infāmis, prŏbrōsŭs, sōrdĭdŭs, ōbscœnŭs, impūrŭs, pŭdēndŭs.
inhŏnōrŭs.—*Heū rēbŭs făcĭēs inhŏnōră sĭnistris,* Sil. 10, 291. SYN. inglōrĭŭs.
inhōrrēsco, rŭi.——*ĕt inhōrrŭit ūndă tĕnēbris,* Virg. Æn. 3, 195. SYN. Hōrrĕo, ēxhōrrĕo, inhōrrĕo, tĭmĕo.
Inhōspitālis. *Sīvĕ făctūrŭs pĕr inhōspĭtālĕm.* (Sapph.) Hor. Od. 1, 22, 6.
Inhōspĭtŭs. *ĕt Nŭmĭdæ infrēni cingūnt, ĕt inhōspĭtă Syrtis,* Virg. Æn. 4, 41. SYN. Nōn hăbĭtābilis, inhăbĭtābilis, dēsērtŭs, incūltŭs, inăccēssŭs.
Inhūmānŭs. *Lēctŏr inhūmānā lĭbĕr ăb invĭdĭā,* Mart. 7, 12, 12. SYN. Crūdēlis, inūrbānŭs, fĕrŭs, immītis.
inhŭmātŭs. *intĕrĕā sŏciōs inhŭmātăquĕ cōrpŏră tērræ,* Virg. Æn. 11, 22.
Injĭcio, jēci, jēctŭm. *Lūsĕrăt, injĭcĭūnt ipsis, &c.* Virg. Ecl. 6, 19. SYN. Jăcio, immitto, infĕro.
inimicĭtĭă. *Prōtĭnŭs ingēntēs sūnt inimicĭtĭæ,* Mart. 3, 51, 2. SYN. Dissēntio, dissĭdĭŭm, ŏdĭŭm, simūltās. EPITH. Hōstīlis, crūdēlis, fūnēstă, grăvis, trūx, ăcērbă, dīră, ēffĕră, hōrrēndă, ătrōx, sævă, immītis, implăcābilis, imprŏbă. V. *Discordia.*
inimīcŭs, i. *ēcce inimīcŭs ătrōx māgnō strīdōrĕ pĕr aūrās,* Virg. G. 1, 407. SYN. Hōstis, ădvērsārĭŭs. EPITH. Ātrōx, impĭŭs, sævŭs, bārbărŭs, infēstŭs, crŭēntŭs, dīrŭs, bĕllĭgĕr, infēnsŭs, lēthĭfĕr, fāllāx, pērnĭcĭōsŭs. V. *Hostis.*
inimīcŭs, ă, ŭm. *Gēns inimīcă mĭhi, &c.* Virg. Æn. 1, 71. SYN. infēnsŭs, infēstŭs, ăvērsŭs, ălĭēnŭs, irātŭs.
inīquŭs. *ăbstrăhăt ē nōstrō pŭlvĕre iniquŭs ămŏr,* Prop. 1, 19, 22. SYN. Injūsŭs

Digitized by Google

tŭs. PHR. Cōntēmptŏr æqui. Scĕlĕre ānte ălĭōs immānĭŏr ōmnĕs. Prŏpāgo Cōntēmptrix sŭpĕrūm. Fœcūndūm in fraūdēs hŏmĭnūm gĕnŭs.

‖ ĭnĭtĭūm. *Ter.* SYN. Principĭūm, ēxōrdĭūm, primōrdĭūm, ēxōrsŭs, ĭngrēssŭs, cœptūm, incœptūm, căpŭt, ŏrigo, tȳrōcĭnĭūm, rŭdĭmēntūm. VERS. Ăb Jŏvĕ principĭūm gĕnĕris. Ā tē principĭūm, tibi dēsĭnĕt, āccĭpĕ jūssis Cārmĭnă cœptă tŭis. Si primă dŏmūs rĕpĕtātŭr ŏrigo. Căpŭt hōrum ēt caūsă mălōrūm. Imo ăge ēt ā primā dic hōspēs ŏrigĭnĕ nōbis insĭdĭās.

Inĭtŭs. *Tēmpŏrĕ quō nōbis ĭnĭta ēst Cĕrĕālis Ĕleūsis,* Ov. Ep. 4, 67. SYN. ădĭtŭs, *vel* incœptŭs.

‖ ĭnjūcūndŭs. SYN. ingrātŭs, insuāvis, mŏlēstŭs.

ĭnjūrĭă.——*Lōnga ēst injūrĭă, lōngæ,* Virg. Æn. 1, 345. SYN. ĭnjūstĭtĭă, ĭnīquĭtās, *vel* dissēnsĭo, cōnvĭcĭūm, prŏbrūm, ŏpprŏbrĭūm, mălĕdictūm, nŏxă, dāmnūm. EPITH. Grăvis, ătrōx, ĭnīquă, dīră, mŏlēstă, sævă, intŏlĕrābĭlis. PHR. Mălă, dūră, āspĕră, pŭdēndă, ōbscœnă vērbă, dictă. Mŏlēstæ vōcēs. Instrūctă dŏlis injūrĭă. VERS. Vērbis ŏdia āspĕră mŏvi. Prŏbris hūnc incēssit ămāris. Si scĕlĕris tānta ēst injūrĭă nōstri. Pŭdĕt hæc ōpprŏbrĭă nōbis ēt dīci pŏtŭīsse, ēt nōn pŏtŭīssĕ rĕfēlli. V. *Convicium.*

ĭnjūrĭōsŭs. *injūrĭōsis ăridūs vēntis fĕrăt.* (Iamb.) Hor. Ep. 17, 34. SYN. injūrĭŭs.

ĭnjūstŭs. *ēst mihi nāmquĕ dŏmi pătĕr, ēst injūstă nŏvērcă,* Virg. Ecl. 3, 33. SYN. ĭnīquŭs, injūrĭōsŭs. PHR. Æqui, jūstĭtĭæ, jūris, rēcti cōntēmptŏr. Fraūdis ămāns. V. *Iniquus.*

innābĭlis.——*Tārdāquĕ pălūs innābĭlis ūndā,* Virg. G. 4, 479.

innăto, ās. *āspĭcis ūt sūmmā cōrtēx lĕvis innătĕt ūndā,* Ov. T. 3, 4, 11. SYN. Sŭpērnăto, inno, năto.

innātŭs. *Cēcrŏpĭās innātŭs ăpēs ămŏr ūrgĕt hăbēndi,* Virg. Geo. 4, 177. SYN. Ingĕnĭtŭs, insĭtŭs, ingĕnĕrātŭs.

innitŏr, ĕris, innixŭs. *innitēns băcŭlō, pŏsĭtis ăd tēmpŏră cānis,* Ov. Met. 14, 655. SYN. Nitŏr, fūlcĭŏr, incūmbo.

innŏcēns. *Hic innŏcēntis pōcŭlă Lĕsbĭi.* (Alcaic.) Hor. Od. 1, 17, 21. SYN. Insōns, innŏxĭŭs, innŏcŭŭs. PHR. Crimĭnis, nŏxæ, fraūdis, ēxpērs, immūnis. Crimĭnis insōns. Intĕgĕr vitæ, scĕlĕrisquĕ pūrŭs. Nūllĭŭs nŏxæ rĕŭs. Vitæ, *vel* mōrūm lābĕ cărēns, innŏcŭās hăbēns mănŭs. Vitām sinĕ crimĭnĕ dūxit. Cui cōnscĭă mēns rēcti ēst. Vită, fidēsquĕ incūlpātă tŭă ēst. innŏcŭæ quĭbŭs ēst vitæ trānquillă quĭēs. Cui rēcti mōrēs, āctūmquĕ pŭdicĕ ōmnĕ ævūm. immūnēs cædis hăbērĕ mănŭs. Sinĕ fraūdĕ dŏlōquĕ Vixĭmŭs innŏcŭi. Nil cōnscīrĕ sibi, nūllā pāllēscĕrĕ cūlpā. V. *Pius.*

Innŏcēntĭă. *Frōntis pŭdōrēm, cōrdis innŏcēntĭūm.* (Iamb.) SYN. intĕgrĭtās. PHR. Vită incūlpātă. innŏcŭi mōrēs. insōns ănĭmŭs. Mănŭs innŏcŭæ.

innŏcŭŭs. *Lūdĭmŭs innŏcŭis vērbis, &c.* Mart. 7, 11, 9. SYN. innŏxĭŭs, *vel* innŏcēns, *vel* inŏffēnsŭs, illæsŭs, intĕgĕr.

innōtēsco, tŭi. *Fāllĭmŭr ān nōstris innōtŭit īllă lĭbēllis,* Ov. Am. 3, 12, 7. SYN. Cĕlebrŏr.

innūbă. *innūbă pērmănĕō, sēd jām fēlīcĭŏr ætās,* Ov. M. 14, 142. SYN. innūptă, cælēbs, virgo.

innūbĭlŭs.—*Sēmpērque innūbĭlŭs æthĕr,* Lucr. 3, 21.

innūbis. *ēt Sōlĕ fūlsit, quālis innūbis dĭēs.* (Iamb.) Sen. Herc. Oct. 238. SYN. innūbĭlŭs, sinĕ nūbĕ, pūrŭs, sĕrēnŭs.

innūmĕrābĭlis. *Pōssit dīrŭĕre, aūt innūmĕrābĭlis,* (Chor.) Hor. Od. 3, 30, 4. SYN. innūmĕrŭs, infinitŭs. PHR. Nūmĕrō cărēns. Cui dĕēst nūmĕrŭs. VERS. Nūmĕrārĕ cŏlōrēs Nōn pŏtŭi, nūmĕrō cōpĭă mājŏr ĕrăt. Excēdit nūmĕrūm mĕrĭtōrūm sūmmă tŭōrūm. Vērĕ prĭŭs flōrēs, æstū nūmĕrābis ărīstās: Pōmă pĕr Aūtūmnūm, frigŏrĭbūsquĕ nivēs. Tōt sūnt quŏt hăbĕt sīdĕră cœlūm, littŭs ărēnās. Quōt sălūm stīllās cōntinĕt, stēllās cœlūm. Quōt pĕlăgūs stīllās cōntinĕt, āstră pŏlŭs. V. *Infinitus.*

innŭo, ŭi. *Libērtās ēmitŭr: cōrām līcĕt innŭăt, ātquĕ,* Juv. 6, 139. SYN. Annŭo, nūtū cōncēdo, cōnsēntio.

innūptă. *Māgnănĭmum hērōūm, pŭĕri, innūptæquĕ pŭēllæ,* Virg. Geo. 4, 476. SYN. innūbă, cælēbs, virgo.

Inō, ūs. *Sit Mēdēă fĕrōx, invictăquĕ, flēbĭlis Inō,* Hor. A. Poet. 123. *Filia*

Digitized by Google

*Cadmi et Hermiones, altera uxor Athamantis Thebarum Regis, soror Semeles, et nutrix Bacchi. In Deam marinam mutata fingitur, quæ Græcis Leucothea, Latinis Matuta.* SYN. Cādmēis, Cādmæă, Thēbānă, flēbĭlis. PHR. Nūtrix, mātērtĕră Bācchī. Ăthămānthĭă cōnjūx.

**Inŏdōrŭs.** *ōssa inŏdōră dăbit, seū spīrēnt cīnnămă sārdūm,* Prop. SYN. Nōn ŏdōrŭs, *vel* Mălĕ ŏlēns.

**Inŏffēnsŭs.** *Dētur inŏffēnsæ vitæ tĭbĭ tāngĕrĕ mētăm,* Ov. Tr. 1, 9, 1. SYN. illæsŭs, intĕgĕr.

**Inŏlēsco,** lŭi. *Dūrĭtĭēm lăpĭdūm mērsīs inŏlēscĕrĕ rāmis,* Sil. 8, 582. SYN. Crēsco, ădŏlēsco, incrēsco.

**Inŏpĭă.** *Plaut.* SYN. Paūpērtās, ĕgēstās, pēnūrĭă.

**Inŏpīnŭs.** *ō virgŏ, nŏvă mi făcĭēs inŏpīnăvĕ sūrgit,* Virg. Æn. 6, 104. SYN. imprŏvīsŭs, inēxpēctātŭs, inspērātŭs, rĕpēntīnŭs, sŭbĭtŭs.

**Inŏps,** ŏpis. *Tūrpis inŏpsquĕ sĭmūl mĭsĕrābĭlĕ trānsĭgĕt ævūm,* Virg. SYN. Paūpĕr, ĕgēnŭs, ĕgēns, indĭgŭs. V. *Pauper.*

**Inōrnātŭs.** *Quisquis inōrnātūmquĕ căpŭt crīnēsquĕ, &c.* T. SYN. incōndĭtŭs, incōmptŭs, hōrrĭdŭs.

**Inquĭētŭs.** *Nām sēcūrŭs ĕrit, nēc inquĭētŭs,* (Phal.) Mart. 5, 81, 10. SYN. irrĕquĭētŭs, tūrbātŭs, pērtūrbātŭs, tūrbĭdŭs, sōllĭcĭtŭs, mōbĭlis, impătĭēns mŏræ.

**Inquĭlīnŭs.** *Vīcīnŭs nŏvĭŏ, vĕl inquĭlīnŭs.* (Phal.) Mart. 1, 87, 11. V. *Hospes.*

**Inquĭno.** *inquĭnăt ēgrĕgĭŏs ădjūnctă sŭpērbĭă mōrēs,* Claud. 4. C. Hon. 304. SYN. Cŏinquĭno, fœdo, tĕmĕro, cōntāmĭno, pōllŭo, dēfōrmo, măcŭlo.

**Inquīro,** sīvi, sītūm. *ēvēnit, inquīrānt vĭtĭa, &c.* Hor. Sat. 1, 3, 28. SYN. Quæro, ēxquīro, rĕquīro, pērquīro, invēstīgo, scrūtŏr, pērscrūtŏr.

**Inquīsītŏr,** ōris. *inquīsītōrēs ăgĕrēnt cūm rēmĭgĕ nūdŏ,* Juv. 4, 49. SYN. Quæsītŏr, scrūtātŏr.

**Insălūtātŭs.** *inquĕ sălūtātām linquŏ: nōx ēt tŭă tēstis,* Virg. Æn. 9, 288.

**Insānābĭlis.** *Si trĭbŭs Ănticȳris căpŭt insānābĭlĕ nūnquām,* Hor. A. Poët. 300. SYN. Immĕdĭcābĭlis. PHR. Nūllā sānābĭlis ārtĕ.

**Insānĭă.** *Sævit ămōr fērri, ēt scĕlĕrātă insānĭă bēlli,* Virg. Æn. 7, 461. SYN. Fŭrŏr, răbĭēs, āmēntĭă, dēmēntĭă. EPITH. Præcēps, fŭrĭbūndă, tūrpis, tĭtŭbāns, crŭcĭāns, răbĭdă, cæcă, āmēns, vĭŏlēntă, lævă, ārdēns, ēffrēnis. V. *Furor, et Stultitia.*

**Insānio,** ĭi. *ērrōri sĭmĭlēm cūnctum insānīrĕ dŏcēbo,* Hor. S. 2, 3, 63. SYN. Fŭro, sævio, dēsĭpio.

**Insānŭs.** *Tūne insānŭs ĕris, si āccēpĕris? ān măgis ēxcōrs,* Hor. S. 2, 3, 67. SYN. Fŭrēns, āmēns, dēmēns, *vel* stūltŭs.

**Insătĭābĭlis.** *Mōx ăcquīrēndi dŏcĕt insătĭābĭlĕ vōtŭm,* Juv. 14, 125. SYN. Insătĭātŭs, inēxplēbĭlis, inēxplētŭs, ăvĭdŭs, vŏrāx, gŭlōsŭs.

**Insătĭātŭs.**——*ētĕnim insătĭātŭs ĕūndi,* Stat. Theb. 6, 306. SYN. Inēxplētŭs.

**Insătŭrābĭlis.**—*Cĭbis pătĕt insătŭrābĭlis ālvŭs,* Ser. SYN. Insătĭābĭlis.

**Inscĭtĭă.** *Quēm mălă stūltĭtĭa ēt quæcūnque inscĭtĭă vēri,* Hor. S. 2, 3, 43. SYN. ignōrāntĭă, ignōrātĭo, impĕrĭtĭă. EPITH. Rŭdis, tūrpis.

**Inscĭtŭs.** *Aūxĭlĭūm tē nēmpĕ vŏcās; inscĭtĕ măgistĕr,* Aus. SYN. ignārŭs, indŏctŭs.

**Inscĭŭs.** *Præcĭpĭtēsquĕ trăhit sylvās, stŭpĕt inscĭŭs āltō,* Virg. Æn. 1, 307. SYN. Nēscĭŭs, ignārŭs, ignōrāns, indŏctŭs. V. *Ignarus.*

**Inscrībo.** *Pēr tērram, ēt vērsă pŭlvis inscrībĭtŭr hāstā,* Pr. SYN. Scrībo, nŏto, imprĭmo.

**Inscrūtābĭlis.** *Cūjŭs jūdĭcĭūm sic inscrūtābĭle ēt āltūm,* Pr. SYN. impĕnĕtrābĭlis, prŏfūndŭs, āltŭs, ārcānŭs.

**Insēctŏr,** āris. *Quŏd nisi ēt āssĭdŭis tērram insēctābĕrĕ rāstris,* Virg. Geo. 1, 155. SYN. Sēctŏr, cōnsēctŏr, sĕquŏr, insĕquŏr, pērsĕquŏr.

**Insĕcūtŭs.** *ūndĕ vŏcālēm tĕmĕre insĕcūtæ.* (Sapph.) Hor. Od. 1, 12, 7. SYN. Sĕcūtŭs, sĕquēns.

‖ **insēnsĭbĭlis.** SYN. Sēnsū cărēns, *vel* dūrŭs, inēxōrābĭlis, intrāctābĭlis, crūdēlis, *vel* sēnsūm fŭgĭēns.

**Insĕquŏr,** ĕris. *insĕquŏr ēt caūsās pĕnĭtŭs tēntārĕ lătēntēs,* Virg. Æn. 3, 32. SYN. Sĕquŏr, insēctŏr, cōnsĕquŏr, *vel* pērgo.

**Insĕpūltŭs.** *Pōst insĕpūltă mēmbră, dissĕcēnt lŭpi,* (Iamb.) Hor. Ep. 5, 99. SYN. intŭmŭlātŭs.

Digitized by Google

Insĕro, sēvi, sĭtŭm. *insĕre, Daphni, pyros,* &c. Virg. Ecl. 9, 50. SYN. Cōnsĕro, insēmino. VERS. Fac rāmŭm rāmŭs ădōptĕt. Stĕtquĕ pĕrĕgrinis ărbŏr ŏpācă cŏmis. Fissō mŏdō cŏrtĭcĕ lignŭm insĕrit, ĕt sūccōs ălĭēnō præstăt ălūmnō. Hūc ălĭēna ĕx ărbŏrĕ gērmĕn Inclūdūnt ūdōquĕ dŏcēnt inŏlēscĕrĕ lĭbrō: Aūt rūrsum ēnōdēs trūnci rĕsĕcāntŭr, ĕt āltē Finditŭr in sŏlidŭm cŭnĕis viă; deindĕ fĕrācēs Plāntæ immittūntŭr.

Insĕro, sĕrŭi, sērtŭm. *ĕt vŏlō tē chărtis insĕrŭissĕ mĕis,* Prop. SYN. Immitto, insinŭo, immiscĕo.

Insibilo. *Quāliă succĭnctis, ŭbi trīvæ insibilāt Eŭrŭs,* Ov. Met. 15, 608. SYN. Sibilo, sibilă dō, vibro.

Insidĕo, sēdi. *insidĕāt quāntŭs miseræ Dĕŭs,* &c. Virg. Æn. 1, 719. SYN. Hærĕo, ădhærĕo, inhærĕo, sūpersĕdĕo.

Insidiæ. *ēxcĭpĕre insidiis, mŭltŭm lātrāntĕ Lycisca,* Virg. Ecl. 3, 18. SYN. Rĕtiă, dŏli. EPITH. ŏccŭltæ, lătēntēs, tăcitæ, făllācēs, nŏctūrnæ, cautæ, hŏstīlēs, dŏlōsæ, iniquæ, sævæ, nĕfāndæ, tūrpēs, vānæ, ĭnānēs. PHR. Făllēndi viæ. Ārmă tēctă. Fūrtă bēlli. V. *Insidior.*

Insidiātŏr, ōris. *insidiātōrēm prærōsō fūgĕrit hāmō,* Hor. S. 2, 5, 25. EPITH. Fĕrŭs, ŏccŭltŭs.

Insidiātŭs. *āc vĕlŭti plēnō lŭpŭs insidiātŭs ŏvīli,* Virg. Æn. 9, 59.

Insidiŏr, āris. *Cāllidŭs ēxtrēmis tāntum insidiābĕrĕ plāntis,* Vict. PHR. Insidiās pōno, mōliŏr, tēndo, făcio, păro, strŭo, instrŭo, mĕditŏr. Dŏlōs nĕcto, tēndo, mĕditŏr. Rĕtiă, lăquĕōs, plăgās tēndo, nĕcto. Viās, ăngūstă viārŭm, cæcōs rĕcēssūs, ŏccūltās lătebrās, sēcēssūs lătēntēs fērrō ŏbsidĕo. In silvis, pŏsitis tēlis, tēctis ārmis insidĕo, sŭbsidĕo. VERS. ărripŭitquĕ lŏcum, ĕt silvis insēdit iniquis. Sĕdĕt ēnsĕ rĕpōstō ăbditŭs. Heū quibŭs insidiis, quă mē circŭmdĕdit ārtĕ! Cætĕră virgūltis ăbdită tūrbă lătĕt. Ŭbi vincĕre ăpērtĕ Nōn dătŭr, insidiās, ārmăquĕ tēctă părānt. Nĕc lŭpŭs insidiās pĕcŏri, nĕc rĕtiă cērvis ūllă dŏlŭm mĕditāntŭr. Āc vĕlŭti plēnō lŭpŭs insidiātŭs ŏvīli. In ăpērtōs ūndiquĕ sylvis Prōsiliūnt hŏstēs, ĕt lātōs ŏmnĕ tĕnēnt. V. *Decipio.*

Insidiōsŭs. *insidiōsōrŭm si lūdis bēllă lătrōnŭm,* Mart. 14, 20. PHR. insidiis plēnŭs, ŏbjēctŭs.

Insido, is, sēdi. *Flōribŭs insidŭnt vāriis,* &c. Virg. Æn. 8, 708. SYN. Insidĕo.

Insignĕ. *Mūtēmŭs clypĕōs, Dănăūmque insigniă nōbis,* Virg. Æn. 2, 389. SYN. Signŭm, indiciŭm, nŏtă, *vel* stēmmă, ōrnāmēntŭm, *vel* signŭm, vēxillŭm.

Insignio, is, ii, itŭm. *Aūro insignibāt jām sĕtis,* &c. Virg. Æn. 7, 79. SYN. Dĕcŏro, cŏndĕcŏro, ōrno, ĕxōrno, illūstro.

Insignis. *ipsi pĕr mĕdiās ăciēs, insignibŭs ālis,* Virg. G. 4, 82. SYN. Illūstris, ēximiŭs, ēgrĕgiŭs, inclytŭs, nōbilis.

Insilĕ, is. *insilia, āc fūsi, rădii, scāpiquĕ sŏnāntēs,* Lucr. 5, 1352.

Insilio, lŭi, *vel* lii, insūltŭm. *insiliăt, sic jūs,* &c. Hor. A. P. 466. SYN. Irrŭo, sāltū inĕo, sălio in.

Insimŭlo. *Crīminibŭs fālsis insimŭlāssĕ virŭm,* Ov. Ep. 6, 22. SYN. Accūso, criminŏr, ărgŭo, rĕdārgŭo.

Insinŭo, ās. *Tēmpŏrĕ tām făcilēs insinŭēntŭr ŏpēs,* Prop. 3, 9, 28. SYN. Immitto, indo, indūco, insĕro, immiscĕo.

Insipiēns. *insipiēntis ĭnēst mājŏr jāctāntiă mēnti,* Buch. SYN. Stūltŭs, insānŭs, ēxcŏrs, āmēns, dēmēns.

Insisto, institi. *institĕrāt, jăcŭlō pālmās,* &c. Virg. Æn. 11, 574. SYN. Cōnsisto, *vel* insto, ūrgĕo, *vel* pērgo.

Insitŏr, ōris. *insitŏr hic sŏlvit pōmōsăquĕ vōtă cŏrōnāt,* Prop. 4, 2, 17. SYN. Sătŏr.

Insitŭs. *Vērtĕre in ălĭēnŭs, mūtātāmque insită mālă,* Virg. Geo. 2, 33. SYN. Innātŭs, ingĕnitŭs, ingĕnĕrātŭs, inhærēns.

Insōlābilis. *illis intērnŭs stŭpŏr, insōlābilĕ pēctŭs,* Paulin. SYN. Incōnsōlābilis, nimiŭs.

Insŏlēns. *Lūdum insŏlēntem lūdĕrĕ pērtinās.* (Alcaic.) Hor. Od. 3, 29, 50. SYN. Insŏlitŭs, insuētŭs, inēxpērtŭs, *vel* sŭpērbŭs, tĕmĕrāriŭs.

Insŏlitŭs, ă, ŭm. *Aŭdiit, insŏlitis trĕmŭērŭnt mōtibŭs Ālpēs,* Virg. Geo. 1, 475. SYN. Insuētŭs, inaūdītŭs, nŏvŭs, inēxpērtŭs, intēntātŭs.

Insōmnis. *Vēstibŭlum insōmnis sērvāt nŏctēsquĕ diēsquĕ,* Virg. Æn. 6, 556. SYN. Vigil, pērvigil.

Digitized by Google

insŏmnĭŭm. *Sēd fālsa ād cœlūm mittūnt insŏmniă mānēs*, Virg. Æn. 6, 896. SYN. Sŏmnĭŭm, visŭm, *vel* dēlīrĭŭm. EPITH. Vānŭm, fāllāx, fālsŭm, ĭnānĕ, mēndāx, nŏctūrnŭm. V. *Somnium*.

insŏno, ŭi. *insŏnŭērĕ căvæ gĕmĭtūmquĕ dĕdērĕ căvērnæ*, Virg. Æn. 2, 53. SYN. Sŏno, rĕsŏno, pērsŏno, instrĕpo.

insōpĭtŭs. *Tērrĭgĕnāsquĕ fĕrōs, insōpĭtūmquĕ drăcōnēm*, Ov. M. 7, 36. SYN. Insŏmnis, pērvĭgil.

inspērātŭs. *inspērātă tŭæ cūm vĕnĭēt plūmă sŭpērbĭæ*. (Chor.) Hor. Od. 4, 10, 2. SYN. Inēxpĕctātŭs, inŏpīnŭs.

inspĭcio, inspēxi, inspēctŭm. *inspĭcis, inspĭcĕris, rĕsŏnāt sĭnĕ vōcĕ vŏlūntās*, Sid. SYN. Aspĭcio, spēcto, inspēcto, intŭĕŏr.

inspīco, ās.——*Fērrōquĕ fācēs inspīcāt ăcūtō*, Virg. Geo. 1, 192. SYN. Ăcŭo.

‖ inspīrātĭo, ōnis. PHR. Tăcĭtŭs Dĕī mŏnĭtŭs, impŭlsŭs. Dīvīnŭs āfflātŭs, mŏtŭs. Nūmĭnis ăfflā pŏtēns, vōx. Dīvīnŭm, cœlēstĕ mŏnĭtŭm. Ărcānă Dĕī jūssă.

inspīro. *Dēlĭŭs inspīrāt vātēs ăpĕrītquĕ fŭtūră*, Virg. Æn. 6, 12. SYN. Spīro, ēxspīro, inhālo, ēxhālo, āfflo, *vel figur.* immitto, insĭnŭo, indo.

instābĭlis. *instābĭlēs ănĭmōs lūdō prŏhĭbēbis ĭnānī*, Virg. G. 4, 105. SYN. Mŏbĭlis, lĕvis, mūtābĭlis, incōnstāns. V. *Inconstans*.

‖ instābĭlĭtās, ātis. SYN. Mŏbĭlĭtās, lĕvĭtās, incōnstāntĭă. VERS. Fōrtūnæ lūbrĭcă nēscit Mŏbĭlĭtās, fīxīssĕ rŏtām. Ŏmnĭă quæ vŏlŭcri dūm mŏbĭlĭtātĕ fĕrūntŭr. Ēt cĕlĕri quævis mŏbĭlĭtātĕ vŏlānt. V. *Inconstantia*.

instăr.——*Strĕpĭtūs circā cŏmĭtūm, quāntum instăr in ipsō*, Virg. Æn. 6, 865. SYN. Ŭt, rĭtū, mŏrĕ.

instaŭro. *ērgo instaŭrāmūs Pŏlȳdōrō fūnŭs, ĕt ingēns*, Virg. Æn. 3, 62. SYN. Rēstĭtŭo, rēstaŭro, rĕpăro, rĕnŏvo. V. *Reparo*.

instīgo. *Fērtŭr ĕquō, vărĭīsque instīgāt vōcĭbŭs ālās*, Virg. Æn. 11, 730. SYN. Instĭmŭlo, incĭto, cōncĭto; pēllo, impēllo, sōllĭcĭto, ăcŭo, ēxăcŭo, hōrtŏr.

instĭtă, æ. *Quārŭm sŭbsūtă tālōs tĕgāt instĭtă vēstĕ*, Hor. Sat. 1, 2, 29. SYN. Fimbrĭă.

instĭtŏr, ōris. *Mūndŭs dēmissis instĭtŏr in tŭnĭcis*, Prop. 4, 2, 38. EPITH. Dīvĕs, ăvārŭs.

instĭtŭo, ŭi, ūtŭm. *instĭtŭērĕ pĕdēs, crūdus*, Virg. Æn. 7, 690. SYN. Stătŭo, cōnstĭtŭo, dēcērno, *vel* dŏcĕo, ērŭdĭo.

instĭtūtŭs. *āmphŏræ fūmūm bĭbĕre instĭtūtæ*. (Sapph.) Hor. Od. 3, 8, 11. V. *Instituo*.

insto, stĭti.—*ātque instāntĭbŭs ērĭpĕ fātis*, Virg. Æn. 10, 624. SYN. Insisto, ūrgĕo, prĕmo, irrŭo, *vel* incūmbo, văco, *vel* immĭnĕo, impēndĕo, ādvēnto, prŏpĕ ădsŭm, *vel* pērgo, pērsto.

instrātŭs. *instrātōs ōstro ālĭpĕdēs pictīsquĕ tăpētis*, Virg. Æn. 7, 277. SYN. Strātŭs, *vel* tēctŭs, ŏpērtŭs.

instrĕpo, ŭi. *instrĕpăt, ēt jūnctōs tĕmō trăhăt ærĕŭs ōrbēs*, Virg. Geo. 3, 173. SYN. Strĕpo, pērstrĕpo, insŏno.

instrūmēntŭm. *ābjēcto instrūmēnto ārtis claūsāquĕ, &c.* Hor. S. 1, 3, 181. EPITH. Hăbĭlĕ, āptŭm.

instrŭo, strūxi, strūctŭm.——*Sŏcĭōs sĭmŭl instrŭit ārmis*, Virg. Æn. 3, 471. SYN. Păro, āppăro, ōrdĭno, cōmpōno, ōrno, *vel* dŏcĕo, ērŭdĭo.

insuāvis. *Quŏd nisi cōncēdās, hăbĕāre insuāvis, ăcērbō*, Hor. Sat. 1, 3, 85. SYN. Injūcūndŭs, ingrātŭs, mŏlēstŭs, ăcērbŭs.

insūdo, ās. *Queis mănŭs insūdēt vūlgi, Hērmŏgĕnīsquĕ, &c.* Hor. Sat. 1, 4, 72. SYN. Sūdo, dēsūdo, incūmbo, āllăbōro.

insuēsco, suēvi, suētŭm. *insuēvit Pătēr ŏptĭmŭs hŏc mē*, Hor. S. L. 1. S. 1, 105. SYN. āssuēsco, cōnsuēsco.

insuētŭs. *Ărcădăs, insuētōs ăcĭēs infērrĕ pĕdēstrēs*, Virg. Æn. 10, 364. SYN. Insŏlĭtŭs, insŏlēns, *vel* impĕrītŭs.

insŭlă. *insŭlă, dīvĕs ŏpŭm, &c.* Virg. Æn. 2, 23. EPITH. Nĕmŏrŏsă, dīvĕs, sāxōsă, fērtĭlis, fĕrāx, fœcūndă, ŏptĭmă, circūmflŭă, lātă, spătĭōsă, ūbĕr, ūdă, mădēns, mădĭdă, rīgŭă, irrĭgŭă. PHR. Cinctă, claūsă mări tēllŭs. Ăquis circūmdătă tēllŭs. Ăquārŭm cinctă flŭēntis Tērră. Flūctĭbŭs, flūmĭnĕ ămbītă, circūmvāllātă, āmni circūmflŭă. Quăm sinŭōsō āmplēxū, inflēxis gȳris ăquă cingit, circūmflŭit, ŏbit, āmbit. VERS. Dīvĭdŭă quăm prĕmit āmnis ăquă. Discrētās insŭlă rūmpit ăquās. Insŭlă pōrtŭm ēfficit ŏbjēctŭ lătĕrŭm.



Digitized by Google

**insūlsūs.**——*Sæpe insūlsō cœnāndă Glўcōni*, Pers. S. 5, 9. **SYN.** Incŏndĭtŭs, ābsūrdūs, incūltūs, ĭnēptūs.

**insūlto.** *insūltārĕ sŏlo, ĕt grēssūs glŏmĕrārĕ sŭpērbōs*, Virg. Geo. 3, 117. **SYN.** Sæpĕ insĭlĭo, irrŭo, irrūmpo, *vel* illūdo, rīdĕo, ēxăgĭto, vēxo, insēctŏr.

**insūmo, psi, ptūm.**——*Mĕlĭūs quo insūmĕrĕ pŏssis*, Hor. Sat. 2, 2, 102. **SYN.** Impēndo, cōnsūmo.

**insŭo, ŭi, ūtūm.** *Cŏrpŏris insŭĕris, dīcām, tū cōncĭpĕ dictă*, Lucr. 4, 878. **SYN.** Āssŭo, jūngo.

**insŭpĕr.** *insŭpĕr, id cāmpi quŏd Rēx hăbĕt ipsĕ Lātīnŭs*, Virg. Æn. 9, 274. **SYN.** Ādhūc, ūltĕrĭūs, prætĕrĕā.

**insŭpĕrābĭlis.** *Gĕnŭs insŭpĕrābĭlĕ bēllō*, Virg. Æn. 4, 40. **SYN.** Nōn ēxsŭpĕrābĭlis, ĭnēxpūgnābĭlis, ĭnēlūctābĭlis, indŏmĭtūs, invictŭs.

**insūrgo, rēxi.** *Prōspĭcĭūnt Teūcri āc tĕnĕbrās insūrgĕrĕ cāmpis*, Virg. Æn. 9, 34. **SYN.** Sūrgo, cōnsūrgo, *vel* ōbsisto.

**insūtŭs.** *Tĕrgă bŏūm plūmbo insūtō fērrōquĕ rĭgēbānt*, Virg. Æn. 5, 405. **SYN.** Āssūtŭs, jūnctŭs.

**intābēsco, bŭi.** *Virtūtĕm vĭdĕānt intābēscāntquĕ rĕlictā*, Pers. 3, 38. **SYN.** Tābēsco, cōntābēsco, intŭs tābēsco.

**intāctŭs.**—*ĕt intāctā tŏtĭdĕm cērvīcĕ jŭvēncās*, Virg. Geo. 4, 540. **SYN.** intĕgĕr, immăcŭlātŭs, pūrŭs, intāmĭnātŭs. V. mox *Intaminatus*.

**intāmĭnātŭs.** *intāmĭnātis fūlgĕt hŏnōrĭbŭs.* (Alcaic.) Hor. Od. 3, 2, 18. **SYN.** Intāctŭs, impōllūtŭs, invĭŏlātŭs, incōrrūptŭs, intĕmĕrātŭs, intĕgĕr, pūrŭs, cāstŭs.

**intĕgĕr, ă, ūm.** *intĕgĕr: āmbĭgŭæ si quāndŏ cĭtābĕrĕ tēstis*, Juv. 8, 80. **SYN.** Intāctŭs, intāmĭnātŭs, *vel* incōrrūptŭs, pĕrfēctŭs, tōtŭs, *vel* incŏlŭmis.

**intĕgo, is, tēxi, tēctūm.** *intĕgĭt, Ārcădĭă mōrĕm tĕnĕt illĕ gălēri*, Sil. **SYN.** Tĕgo, cōntĕgo.

‖ **intĕgrĭtās, ātis.** **SYN.** Cāstĭtās, innŏcēntĭă.

**intĕgro.** *intĕgrăt ĕt mœstis lātē lŏcă quēstĭbŭs implĕt*, Virg. Geo. 4, 515. **SYN.** Instaūro, innŏvo, rĕnŏvo.

‖ **intēllēctŭs, ūs.** **SYN.** Mēns, ănĭmŭs, rătĭo.

‖ **intēllĭgēntĭă.** **SYN.** Cŏgnĭtĭo, scĭēntĭă, prūdēntĭă.

**intēllĭgo, lēxi, lēctūm.**——*Claūdi, nīmīrum intēllĭgĭt ūnĭŭs*, Hor. Ep. 1, 9, 1. **SYN.** Pērcĭpĭo, cōncĭpĭo, căpĭo, āccĭpĭo, āgnōsco, cŏgnōsco. **PHR.** Ănĭmō pērcĭpĭo. Mēntĕ cōmplēctŏr. Mēntĕ pērcĭpĕrĕ, nŏtārĕ, tĕnērĕ, ănĭmō infīgĕrĕ. **VERS.** Āccĭpĕ nūnc Dănăum insĭdĭās, ĕt crīmĭne ăb ūnō Disce ŏmnēs. Quŏd jām nōn dŭbĭis pŏtĕris cŏgnōscĕrĕ signis. Nēc lătŭērĕ dŏli frātrĕm Jūnōnis. V. *Attendo*.

**intĕmĕrātŭs.** *intĕmĕrātă fŏcis: pērfēctō lætŭs hŏnōrĕ*, Virg. Æn. 3, 178. **SYN.** Intāmĭnātŭs, intĕgĕr, pūrŭs, cāstŭs.

‖ **intēmpĕrāns.** **SYN.** Intēmpĕrātŭs, immŏdĕrātŭs, incōntĭnēns, lĭbīdĭnōsŭs.

‖ **intēmpĕrĭēs, ĭēi.** **PHR.** immŏdĕrātĭo, *vel* Cœli grăvĭtās. Dūrūm, grăvĕ cœlūm. Incōmmŏdă cœli. Āĕris inclēmēntĭă. Cœli injūrĭă. Grăvis cœli tēmpĕrĭēs.

**intēmpēstīvŭs.** *intēmpēstīvŭs dēscēndĭt nūbĭbŭs imbĕr*, Hor. **SYN.** Immātūrŭs, *vel* incōmmŏdŭs.

**intēndo, dī, tūm.** *intēndūnt: scāndĭt fātālis māchĭnă mūrōs*, Virg. Æn. 2, 235. **SYN.** Tēndo, ēxtēndo, pōrrĭgo: *vel* cōntēndo, āddūco; *vel* cōgĭto, mĕdĭtŏr, spēcto, *vel* āpplĭco, ādmŏvĕo.

**intēnto.** *Nūnc ĕtĭām Mānēs, hæc intēntātă mŏvēbăt*, Virg. 10, 39. **SYN.** Sæpĭŭs intēndo, *vel* mĭnĭtŏr, mĭnŏr.

**intĕpĕo, ŭi.** *ĕt lăcŭs æstīvis intĕpĕt Ūmbĕr ăquis*, Prop. 4, 1, 124. **SYN.** Tĕpĕo, tĕpēsco.

**intĕr.** *Crūră sŏnānt fērrō, sĕd cănĭt intĕr ŏpŭs*, Tibull. 2, 6, 26.

**intērcēdo, cēssi.** **SYN.** intērvĕnĭo, *vel* intērsūm, *vel* ōbsto, ădvērsŏr, rĕlūctŏr, rĕsisto.

‖ **intērcīdo, īdi, īsūm.** **SYN.** Dīvĭdo, scindo, sĕco.

**intērcĭdo.** *Quŏd si intērcĭdĕrit tĭbi nūnc ălĭquid rĕpĕtēs mōx*, Hor. Sat. L. 2, S. 4. v. 6. **SYN.** intĕrĕo, pĕrĕo, cădo.

**intērcĭno.** *Dēfēndăt, nē quid mĕdĭōs intērcĭnăt āctŭs*, Hor. A. Poet. 190. **SYN.** Căno intĕr.

Digitized by Google

intercipio, intercēpi, intercēptŭm. *Quăm mĕdiŭs Rhœtheŭs intercipit, ŏptimĕ Teŭthrā*, Virg. SYN. Occŭpo.
intĕrcisŭs. *intĕrcisă diēs rĕfŭgōs vertĕtŭr in ănnōs*, Claud. SYN. Divisŭs, scissŭs, sĕctŭs.
intĕrclūdo, si, sŭm. *intĕrclūsit hyĕms, &c.* Virg. Æn. 2, 111. SYN. Claudo, ōcclūdo, *vel* prŏhĭbĕo, vĕto, impĕdio.
intĕrdico, xi, ctŭm. *ōrbe intĕrdixit; quăm vix ĕrrātĭcă Dēlŏs*, Ov. Met. 5, 333. SYN. Prŏhĭbĕo, vĕto.
intĕrdŭm. *intĕrdum, aŭt hĕdĕrœ pāndūnt vēstigiă nigrœ*, Virg. G. 2, 258. SYN. Aliquāndo, nōnnūnquām.
intĕrĕā. *Pāndĭtŭr intĕrĕā dŏmŭs ŏmnipŏtĕntis Ŏlўmpi*, Virg. Æn. 10, 1. SYN. Intĕrim, tŭm, hæc intĕr.
intĕrĕo, ĭi. *intĕrĕūnt sĕgĕtĕs, &c.* Virg. G. 1, 152. SYN. Mŏriŏr, ŏccido, pĕrĕo.
intĕrĕst. *Nil intĕrĕst, ăn paŭpĕr, ĕt infĭmă.* (Alcaic.) Hor. Od. 2, 3, 22. SYN. Differt, *vel* rĕfert.
intĕrficio, fēci, fectŭm.—*imbrem, ătque intĕrfĭcĕ mĕssĕs*, Virg. G. 4, 330. SYN. Occido, nĕco, ēnĕco, pĕrimo, intĕrimo. V. *Occido.*
intĕrfūsŭs. *nŏviēs Styx intĕrfūsă cŏercĕt*, Virg. Æn. 6, 439. SYN. infūsŭs.
‖ intĕrjăcĕo, ŭi, *à* jăcĕo. PHR. Mĕdiŭs jăcĕo.
‖ intĕrjicio, jēci, jĕctŭm. SYN. Injicio, intĕrpōno.
intĕrim. *intĕrim dŭm tū cĕlĕrĕs săgittās.* (Sapph.) Hor. Od. 3, 20, 9. SYN. Intĕrĕā, hæc intĕr.
intĕrimo, ēmi, ēmptŭm.—*ŭxōrem intĕrimis mātrĕmquĕ vĕnēnō*, Hor. Sat. 2, 3, 131. SYN. Intĕrficio, pĕrimo, nĕco, ŏccido.
intĕriŏr, ōris. *ăc dŏmŭs intĕriŏr rēgāli splĕndĭdă lŭxū*, Virg. Æn. 1, 641. SYN. intimŭs, imŭs, pĕnetrālis.
intĕritŭs, ūs. *Scilĭcĕt intĕritū gaŭdĕăt illă tŭō*, Prop. 2, 8, 18. SYN. Mŏrs, ĕxitiŭm, ĕxcidiŭm.
intĕrlūcĕo, lūxi.———*ăciēs, intĕrlūcĕtquĕ cŏrōnă*, Virg. Æn. 9, 509. SYN. intĕrmico, intĕrnitĕo.
intĕrmico, ās.———*rŭtilŭm squāmmis intĕrmicăt aŭrŭm*, Cl. V. *Interluceo.*
intĕrminātŭs. *intĕrminātō cŭm sĕmĕl fixœ cĭbō.* (Iamb.) Hor. Ep. 5, 39. SYN. Infinitŭs.
intĕrmitto, isi, issŭm.———*intĕrmittūntquĕ lăbōrĕm*, Ov. Met. L. 3, 154. SYN. Intĕrjicio, immitto, *vel* ŏmitto, cĕsso.
intĕrnĕcio, ōnis. SYN. Occisio, intĕritŭs, strāgĕs, cædĕs.
intĕrpōno, pŏsŭi, pŏsitŭm. *intĕrpōnis ăquăm, &c.* Mart. 1, 107. SYN. Intĕrjicio, intĕrsĕro, intĕrmiscĕo.
intĕrprĕs, ĕtis.——*Hŏminŭm dĭvŭmque intĕrprĕs Ăsylās*, Virg. Æn. 10, 175. EPITH. Fidŭs, fēlix.
intĕrprĕtŏr, āris. SYN. Explico, ĕxpōno, ĕxplāno.
intĕrritŭs. *Brāchiăque ăd sŭpĕrās intĕrritŭs ĕxtŭlit aŭrās*, Virg. Æn. 5, 427. SYN. Intrĕpidŭs, sĕcūrŭs, impĕrtĕrritŭs, aŭdāx. V. *Audax.*
intĕrrŏgo. *ă Căprĕis; bĕnĕ hăbĕt; nil plŭs intĕrrŏgō, sĕd quid*, Juv. S. 10, 72. SYN. Quæro, inquiro, sciscitŏr, ăllŏquŏr.
intĕrsĕco, cŭi, ctŭm. *intĕrsĕcāntŭr, hic săt ăngŭsti lăris.* (Iamb.) Av. SYN. Abscindo, sĕco.
intĕrsĕro, is. *Sic ăit: ĕt mĕdiis intĕrsĕrit ŏscŭlă vĕrbis*, Ov. M. 10, 559. V. *Insero.*
intĕrsitŭs. *ŏmniă quæ pŏmis intĕrsită dŭlcibŭs ŏrnănt*, Lucr. 5, 1376. SYN. Intĕrpŏsitŭs, mixtŭs.
intĕrstrĕpo, ŭi. *Dignă, sĕd ărgūtōs intĕrstrĕpĕre ānsĕr ŏlōrĕs*, Virg. Ecl. 9, 36. PHR. Mĕdiŭs strĕpo, ŏbstrĕpo.
intĕrsŭm, fŭi. *intĕrsintquĕ pătris lăchrўmis, sōlātiă victis*, Virg. Æn. 11, 62. SYN. Adsŭm, præsēns sŭm.
intĕrvāllŭm. *Prŏximŭs huic, lŏngō sĕd prŏximŭs intĕrvāllō*, Virg. Æn. 5, 320. SYN. Intĕrstitiŭm, spătiŭm.
intĕrvĕnio, vēni. *Plūră dŏlŏr prŏhibĕt; vĕrbŏque intĕrvĕnit ŏmni*, Ov. M. 11, 708. SYN. Imprŏvisŭs ădsŭm, *vel* intĕrsŭm, intĕrcēdo.
intĕstinŭs. *Siccinĕ sŭbrĕpsti mi ătque intĕstină pĕrūrĕns*, Gar. SYN. Intĕriŏr, intimŭs, *vel* dŏmĕsticŭs, civilis.



Digitized by Google

intĭmŭs. *intĭmă mŏrĕ sŭō sēse in cūnābŭlă cōndĕnt*, Virg. Geo. 4, 66. SYN. Intērnŭs, intĕrĭŏr, īmŭs, *vel* chārissĭmŭs, dīlēctissĭmŭs.

intŏlĕrābĭlis. *intŏlĕrābĭlĭbŭsquĕ mălīs ĕrăt ānxĭŭs ăngŏr*, Luc. 6, 1156. SYN. Intŏlĕrāndŭs, grăvis, mŏlēstŭs.

intŏno, ŭi. *intŏnŭērĕ pŏli, ĕt crēbrīs mĭcăt ignĭbŭs æthĕr*, Virg. Æn. 1, 94. SYN. Tŏno, insŏno, pērsŏno.

intŏrquĕo, rsī, rtŭm. *ĕt tĕrgō scĕlĕrātam intŏrsĕrĭt hāstăm*, Virg. Æn. 2, 231. SYN. Tŏrquĕo, *vel* immitto, jăcŭlŏr.

intrā, præp. *intrā cāstrōrŭm tĭmŭĭt tĕntōriă dŭctŏr*, Lucan. SYN. In, *vel* intŭs.

intrāctābĭlis. *Sĕd fīnis Lĭbȳci, gĕnŭs intrāctābĭlĕ bĕllō*, Virg. Æn. 1, 333. SYN. Indŏmĭtŭs, fĕrōx.

intrĕmo, ŭi. *Pāllŭĭt, ĕt sŭbĭtō gĕnŭa intrĕmŭērĕ tĭmōrĕ*, Ov. Met. 2, 180. SYN. Trĕmo, trĕmisco, trĕpĭdo.

intrĕpĭdŭs. *ātque ădĕo intrĕpĭdi quæcŭnque āltāriă tăngŭnt*, S. SYN. Intērrĭtŭs, impērtērrĭtŭs, impăvĭdŭs, aŭdāx.

intrĭco, ās. *Qui intrĭcānt mănĭbŭs spīrās, ĕt tŏrtĭlĕ spārtŭm*, Catull. SYN. Illăquĕo, irrĕtio, implĭco, impĕdio.

intrinsĕcŭs. *Sŭdābŭnt ĕtĭăm faucēs intrinsĕcŭs ātræ*, Lucr. 6, 1145. SYN. Intrā.

intrō. Adv. *Mittĕrĕt ăd se intrō, sĕd măgis ējicĕrĕt*, Catull.

intro, ās. *ibitis Ĭtălĭăm, pŏrtŭsque intrārĕ lĭcēbit*, Virg. Æn. 3, 254. SYN. Inĕo, ingrĕdiŏr, sŭbĕo. PHR. Tēctă, pĕnātēs ădĕo, sŭbĕo. Tēctis sŭccēdo. In līmĭnă pĕdēs infĕro. VERS. ingrĕdĕre ĕt pătriis sŭccēdĕ pĕnātĭbŭs hŏspēs.

intrōdūco. *Sic ănĭmās intrōdūxērŭnt sēnsĭbŭs aūctās*, Lucr. 3, 630. SYN. Intrōmitto, indūco, ădmitto.

intrōgrĕdiŏr, ĕris. *Pŏstquam intrōgrĕssi, ĕt cōrăm, &c.* Virg. Æn. 11, 248. SYN. ingrĕdiŏr, intro.

intrŏĭtŭs, ŭs. *intrŏĭtŭs ĕt bēllă lŏqui pĕrcŭlsă rŭīnās*, Per. SYN. Līmĕn, ădĭtŭs, ingrēssŭs.

intrūdo, si. SYN. Intrōdūco, impĕllo, injĭcio.

intŭbŭs, *vel* intȳbŭs, *et neut. gen.* intŭbŭm, *vel* intȳbŭm. *Strȳmŏnĭæquĕ grŭēs, ĕt ămāris intŭbă fibris*, Virg. Geo. 1, 120. EPITH. Hŏrtēnsis, ăgrēstis, virĭdis, ămāră.

intŭĕŏr. *Quid ŭt nŏvērcă me intŭēris, aŭt ŭti.* (Iamb. Pur.) Hor. Ep. 5, 9. SYN. Vĭdĕo, cērno, inspĭcio, āspĭcio, spēcto, cōntēmplŏr. PHR. Vŭltŭs, ŏcŭlŏs, lūmĭnă figo in. Ŏcŭlis lūstro, pĕrlūstro, ŏbsērvo. V. *Aspicio.*

intŭmĕo, ŭi. *Vĭdi virgĭnĕās intŭmŭīssĕ gĕnās*, Ovid. SYN. Intŭmēsco, tŭmĕfio, inflŏr, tŭmĕo, tŭrgēsco.

intŭmŭlātŭs. *ŏccŭrrămque ŏcŭlis intŭmŭlātă tŭis*, Ov. Ep. 2, 134. SYN. Insĕpŭltŭs.

intŭs. *intŭs ăquæ dŭlcēs, vīvōquĕ sĕdīlĭă sāxō*, Virg. Æn. 1, 171. SYN. Intrā.

invādo, si. *invādŭnt ŭrbĕm sŏmno, &c.* Virg. Æn. 2, 265. SYN. Ădŏrĭŏr, impĕto, ăggrĕdiŏr, lăcēsso, prŏvŏco, ŏppŭgno, irrŭo, fĕrŏr, invŏlo, insĭlio, irrŭmpo in, vim făcio. PHR. Fŏrti pēctŏrĕ, măgnis ănĭmis in hŏstēs tĕndĕrĕ. In ădvērsōs rŭĕrĕ. In ŏppŏsĭtōs fĕrri. In mĕdiă ārmă rŭĕrĕ. In mĕdiŭm ăgmĕn sē infĕrrĕ. irrŭīmŭs fĕrrō. VERS. Dēnsōs fērtŭr mŏrĭtūrŭs in hŏstēs. Mĕdiis se immiscŭit ārmis. Mĕdiōs invāsĕrăt hŏstēs. irrŭĕrānt Dănăi, ĕt tēctum ŏmnĕ tĕnēbānt. Dănăĭque ăd tēctă rŭēntēs Cērnĭmŭs, ŏbsēssŭmque āctă tēstūdĭnĕ līmĕn. Hærĕnt părĭĕtĭbŭs scālæ, pŏstēsquĕ sŭb ipsōs Nītŭntŭr grădĭbŭs, clȳpĕōsque ăd tēlă sinistris Prŏtēcti ŏbjĭciŭnt, prĕnsānt fāstīgiă dēxtris. Sĕd vŏs, ō lēcti, fĕrrō quis scindĕrĕ vāllŭm Appărăt, ĕt mēcum invādit trĕpĭdāntiă cāstră! Pĕr tēlă, pĕr hŏstēs Vādĭmŭs haūd dŭbiam in mŏrtĕm. Fit viă vi, rŭmpŭnt ădĭtŭs, prīmōsquĕ trŭcīdānt immissi Dănăi, ĕt lātē lŏcă mīlĭtĕ cōmplēnt. V. *Irruo.*

invălĕo, ŭi.——*ĕt crēscĕnt, inquĕ vălēbŭnt*, Lucr. 2, 301. SYN. invălēsco, cōrrōbŏro, vīrēs rĕsŭmo.

invălĭdŭs. *Dētĕrĕt invălĭdōs ĕt viă lŏngă pĕdēs*, Tibul. 1, 9, 16. SYN. infirmŭs, dēbĭlis, imbēcillis, dēbĭlĭtātŭs. V. *Ægrotus.*

invĕhŏr. *Cēntaūro invĕhĭtŭr măgnā: &c.* Virg. Æn. 5, 122. SYN. Vĕhŏr, impōrtŏr, infĕrŏr, *vel* insēctŏr, ēxăgito, crīmĭnŏr.

invĕnio, vēni.——*sŭb nūbĭbŭs invĕnit ignēs*, Ov. M. 2, 72. SYN. Rĕpĕrio,

Digitized by Google

cōmpĕrio, nānciscŏr, *vel* ădinvĕnio, ēxcōgito, cōmminiscŏr. VERS. Hānc quĭs nōbis ēxtūdit ărtēm. Ēt vărĭās ūsūs mĕdĭtāndo ēxtūndĕrĕt ărtēs.

Invĕnūstŭs. *Quāmvis sōrdĭdă rēs ĕt invĕnūstă ēst.* (Phal.) Catul. 12, 5. SYN. īncōmptŭs, sōrdĭdŭs.

Invĕrēcūndŭs. *Sĭmŭl călēntĭs invĕrēcūndŭs Dĕŭs.* (Iamb.) Hor. Ep. 11, 19. SYN. ēffrōns, impŭdēns. V. *Impudens.*

Invērto, i. *ăt nōs virtūtēs ipsās invērtĭmŭs, ātquĕ*, Hor. Sat. 1, 3, 55. SYN. Vērto, cōnvērto, pĕrvērto, īmmūto, in cōntrārĭă vērto.

Invēstīgo. *invēstīgātō fōntĕ lāvācră dĕdīt*, Rul. SYN. īndāgo, inquīro, ēxquīro, pĕrquīro, scrūtŏr, pĕrscrūtŏr.

Invĕtĕrātŭs. *Aūspĭcĭīs ĕpŭlīsquĕ săcrīs, quās invĕtĕrātō*, Pr. SYN. Vĕtŭs, āntīquŭs.

Invīctŭs.——*gĕnĭtī ătque invīctī vīrĭbŭs ēssēnt*, Virg. Æn. 6, 394. SYN. īndŏmĭtŭs, īnsŭpĕrābĭlĭs, īnēxpūgnābĭlĭs, īnfrāctŭs, īnēxsŭpĕrābĭlĭs. PHR. Vīncī nēscĭŭs. Vīrĭbŭs invīctŭs. Mārtĕ fĕrōx ĕt vīnci nēscĭŭs ārmis. Căpŭt īnsŭpĕrābĭlĕ bēllō. invīctāquĕ bēllō Dēxtĕra. Cōntēmptŏr fērri: Cui cōrpŭs nūllō pĕnētrābĭlĕ tēlō. Quō nōn bēllō mājŏr, ĕt ārmis.

Invĭdĕo, vīdi. *Cōncēdit laūdem, ĕt pārĭbŭs nōn invĭdĕt ārmis*, Virg. Æn. 9, 655. SYN. Æmŭlŏr. PHR. Līvōrĕ mălīgnō cōnfĭcĭŏr, invĭdĭā vēxŏr, crŭcĭŏr, impēllŏr, tābēsco, tŭmĕo. Tōrvŭs præcōrdĭă līvŏr ōccŭpăt, cārpit, hăbĕt: lēntā tābĕ ēxēdit, dēpāscĭtŭr. Ălĭēnis bŏnis indŏlĕo, mœrĕo, līvēsco. Ănĭmōs sŭbĭīt fŭrŏr, ægrăquĕ lætis invĭdĭă. Īnīquis, ōblīquis, ægris āspĭcĕrĕ ŏcŭlis. invĭdĭā saūcĭă cōrdă tŭmēnt. Līvŏr ĕdāx præcōrdĭă rōdit. invĭdĭā, līvōris răbĭĕ ăgĭtāri, cōqui. Ăltĕrĭŭs bŏnis, rēbŭs ŏpĭmis, rēbŭs lætis līvēscĕrĕ, mārcēscĕrĕ, ægrēscĕrĕ. VERS. ōblīqua invĭdĭā, stĭmŭlīsque ăgĭtābăt ămāris. Īnsūltārĕ mălis, rēbūsque ægrēscĕrĕ lætis. Aūt dŏlŭit misĕrāns īnŏpem, aūt invĭdit hăbēnti. Quæ cūm vīdisti pŭĕrō dōnātă, dŏlēbās: ēt si nōn ălĭquā nŏcŭīssēs mōrtŭŭs ēssēs. V. *Invidus.*

Invĭdĭă. *invĭdĭā Sĭcŭlī nōn invĕnērĕ tўrānni*, Hor. Ep. 1, 2, 58. SYN. Līvŏr. EPITH. ōblīquă, ăcris, nōxĭă, ēxĭtĭālis, prāvă, ægră, infēlix, inhūmānă, mĭnāx, fŭrēns, īnīquă, trīstis, dĕgĕnĕr, cæcă, pāllĭdă, mōrdāx, līvēns, măcĭlēntă, fŭrĭōsă, lānguĭdă, ēxānguis, insōmnis, irrĕquĭētă, tētră, tābĭfĭcă, ŏpērtă, glīscēns. PHR. invĭdĭæ līvŏr, tābēs, tābŭm, vīrŭs, vĕnēnŭm, lābēs, pēstis, stĭmŭli, tēlŭm, dēns, impĕtŭs, răbĭēs. Līvŏr invĭdŭs, invĭdă lābēs. Līvĭdă tābēs. Pāllĭdă tābēs invĭdĭæ. Ægră lætis. Sĕcūndis ānxĭă. Ōssă, mĕdūllās, cōrpŭs ēxēdit, rōdit, ingĕnĭă făctă rōdit. VERS. Nūlli pārs æmŭlă dēfŭit ūnquām, Quæ grăvis ōbstrĕpĕrēt laūdi: stĭmŭlīsquĕ mălīgnis Făctă sĕquēbātŭr quāmvis ingēntĭă līvŏr. ō dīrum ēxĭtĭŭm mōrtālĭbŭs, ō nĭhil ūnquām Crēscĕrĕ, nēc māgnās pătĭēns ēxsūrgĕrĕ laūdēs invĭdĭă! Fērtīlĭŏr sĕgĕs ēst ălĭēnis sēmpĕr in ăgris, Vīcīnūmquĕ pĕcŭs grāndĭŭs ūbĕr hăbĕt. V. *Invideo, Livor.*

*Descriptio Invidiæ*, Ov. Met. 2, 775.

Pallor in ore sedet, macies in corpore toto,
Nusquam recta acies, livent rubigine dentes,
Pectora felle virent, lingua est suffusa veneno;
Risus abest, nisi quem visi movêre dolores;
Nec fruitur somno, vigilantibus excita curis;
Sed videt ingratos, intabescitque videndo,
Successus hominum.—

Invĭdĭōsŭs. *Tēmpŭs ĕdāx rērŭm, tūque invĭdĭōsă vĕtūstās*, Ovid. Met. 15, 234. SYN. invĭdŭs, *vel* invīsŭs.

Invĭdŭs. *invĭdŭs, īrācūndŭs, īnērs, vīnōsŭs, ămātŏr*, Hor. Ep. 1, 1, 38. SYN. Līvĭdŭs, æmŭlŭs, Zōĭlŭs. PHR. Līvōrĕ mălīgnō infēctŭs, cōnfēctŭs. Cūjŭs cōr, pēctŭs, præcōrdĭă, mĕdūllās invĭdĭă, *vel* līvŏr, ōccŭpăt, crŭcĭăt, ēxēdit. invĭdĭæ vĕnēnō āffiātŭs. invĭdĭæ stĭmŭlis ăgĭtātŭs. Ăltĕrĭŭs quēm lædit hŏnōs. Cui nŏcēns vīrŭs inspīrăt līvŏr. ōblīquō līvōrĕ măcĕr. invĭdĭā ægĕr. Ăltĕrĭŭs quēm crŭcĭānt laūdēs. VERS. Lēntāquĕ mĭsērrĭmă tābĕ, Līquĭtŭr ūt glăcĭēs incērtō saūcĭă Sōlĕ. V. *Invideo.*

Invĭgĭlo, ās. *Invĭgĭlātĕ, vĭri, tăcĭtō nām tēmpŏrĕ grēssū*, Col. 10, 159. SYN. Vĭgĭlo, *vel* āttēndo.

Invĭŏlābĭlis.——*vĕlŭt invĭŏlābĭlĕ tēlŭm*, Sil. 16, 16. SYN. invĭŏlātŭs, săcĕr.

Invĭŏlātŭs.——*Stȳgĭās tŭlĭt invĭŏlātă sŭb ūmbrās*, Cor. S. SYN. intĕmĕrātŭs, intĕgĕr, cāstŭs.

Invīsĭbĭlis. *ēst invīsĭbĭlis dēnŭm Pātrĭs ēdĕrĕ nātŭm*, Prud. Apoth. 123. PHR. Vīsūm, *vel* ŏcŭlōs fŭgĭēns. VERS. Pēr mĕdĭŭs insērt sēsē, nĕquĕ cērnĭtŭr ūlli.

Invīso, i.——*gĕlĭdōs invīsĕrĕ fīnēs*, Virg. Æn. 8, 159. SYN. Vīso, ădĕo, cōnvĕnĭo.

Invīsŭs. *ābdĭdĕrāt sēsē, ātque ārĭs invīsă sĕdēbăt*, Virg. Æn. 2, 574. SYN. Ŏdĭōsŭs, *vel* ĭnāspēctŭs.

Invīto. *invītēnt crŏcĕīs hālāntēs flōrĭbŭs hōrti*, Virg. Geo. 4, 109. SYN. Vŏco, ădvŏco, *vel* āllĭcĭo.

Invītŭs. *invītŭs, rēgīnă, tŭō dē lītŏrĕ cēssi*, Virg. Æn. 6, 460. SYN. Rĕpūgnāns, cōāctŭs, nōn lĭbēns, nōlēns.

Invĭŭs. *Lōngă prŏcŭl lōngīs vĭă dīvĭdĭt invĭă lūcis*, Virg. Æn. 8, 383. SYN. impērvĭŭs, ĭnāccēssŭs.

Inūltŭs.——*Nūnquam ōmnēs hŏdĭē mŏrĭēmŭr inūlti*, Virg. Æn. 2, 670. SYN. impūnītŭs, *vel* nōn ūltŭs.

Inūnctŭs. *ēt bĕnĕ si cœnās cōnchĭs inūnctă tĭbi ēst*, Mart. 7, 77, 2. SYN. Ūnctŭs, illĭtŭs.

‖ Inūndātĭo, ōnis. SYN. illŭvĭēs, dīlŭvĭŭm. PHR. Ēdĭtă cœlō prŏlŭvĭēs, īllŭvĭēs fātālis ăquæ. VERS. Tŏrrēns Cūm văgŭs in cāmpōs frūstrā prŏhĭbēntĭbŭs ēxit ōbjĭcĭbŭs. Tŭmēns sŭpĕr āggĕrĕ tūtās ēxcūrrit rīpās. Sēsē pătēntĭbŭs ēxplĭcăt ārvis. Flūmĭnă cūm rīpās sŭpĕrānt. Cūm tōrrēns ūndis plŭvĭālĭbŭs āuctŭs, Pēr sātă, pērquĕ vĭās fērtŭr: nĕc, ŭt āntĕ sŏlēbăt, Rīpārŭm claūsās mārgĭnĕ fīnit ăquās. Flūctŭăt ōmnis ăgĕr, rĕmis sŭlcāntŭr nŏvālēs. Cērnit cūm stābŭlis ārmēntă nătāntĭă pāstŏr: Stērnūntŭr sĕgĕtēs ēt dēplōrātă cŏlōnis, Vŏtă jăcēnt, lōngīquĕ pĕrĭt lăbŏr īrrĭtŭs ānni. Rŭēns præcēps āltis dē mōntĭbŭs āmnis Tōrrēntēs impēllit ăquās, pĕcŭdēsquĕ fĕrāsquĕ Vīllārŭm cūm strāgĕ trăhit, pērque ārvă rĕfūsi Mīllĕ vĭās pāndūnt vāstō cūm mūrmŭrĕ rīvi. V. *Diluvium.*

*Descriptio Inundationis*, Ovid. Met. 1, 284.

Intremuit (*terra*) motuque sinus patefecit aquarum.
Expatiata ruunt per apertos flumina campos;
Si qua domus mansit, potuitque resistere tanto
Indejecta malo, culmen tamen altior hujus
Unda tegit, pressæque labant sub gurgite turres.
Omnia pontus erant; deerant quoque littora ponto.
Occupat hic collem, cymbâ sedet alter aduncâ,
Et ducit remos illic, ubi nuper ararat.
Nat lupus inter oves, fulvos vehit unda leones:
Quæsitisque diu terris ubi sidere detur,
In mare lassatis volucris vaga decidit alis.
Obruerat tumulos immensa licentia ponti,
Pulsabantque novi montana cacumina fluctus.

Inūndo.——*ēt inūndānt sānguĭnĕ fōssæ*, Virg. Æn. 10, 24. SYN. Ēxūndo, diffluo, ēffūndŏr.

Inūngo, xi, ctūm.——*cōntēmnās lippŭs inūngi*, Hor. Ep. 1, 1, 29. SYN. Ūngo, illĭno.

Invŏco. *invŏcăt ēt dūplĭcēs cœlōquĕ pārēntēs*, Virg. Æn. 7, 140. SYN. Rŏgo, prĕcŏr, implōro, pōsco, ēxpōsco.

Invŏlūcrŭm. *Cōntēntum invŏlūcrīs ātquĕ cŭbīlĭbŭs*, (Ascl.)

Invŏlvo, i, ūtūm. *ĕvŏmĭt: invŏlvĭtquĕ dŏmŭm cālīgĭnĕ cæcā*, Virg. Æn. 8, 253. SYN. Illăquĕo, irrĕtio, intrīco, implĭco, *vel* ābrĭpio, dirŭo.

Inūrbānŭs. *Scīmŭs inūrbānŭm lĕpĭdō sēpōnĕrĕ dictō*, Hor. A. Poet. 173. SYN. Rūstĭcŭs, illĕpĭdŭs.

Inūro, ssi, stūm. *nŏtās ēt nōmĭnă gēntis inūrūnt*, Virg. Geo. 3, 158. SYN. Imprĭmo, infīgo, nŏto, inscrībo.

Digitized by Google

Insŏlĭtŭs. *insŏlĭtŭm fērrĕ quŏd pŏpŭli hŏrrĕānt.* (Iamb.) SYN. Insŏlĭtŭs, rārŭs, īnsŏlēns, nŏvŭs.

Inūstŭs. *Fūlmĭnă dēclārānt ictŭs, ĕt inūstă văpŏrĕ,* Lucr. 6, 219. SYN. imprēssŭs, *vel* ūstŭs.

Inūtĭlĭs. *ĕt sibi inūtĭlĭŏr, tĭmĭdĭ cŏmmēntă rĕtēxĭt,* Ov. M. 13. SYN. Vānŭs, ĭnānĭs.

Inūtĭlĭtĕr. SYN. Inānĭtĕr, frūstrā. V. *Frustra.*

Iō. interject. *Dīcĭte iō Pæān, ĕt iō bis dīcĭtĕ Pæān,* Ov. A. Am. 2, 1.

Iō, Iūs.——*si căndĭdă jūssĕrĭt Iō,* Juv. 6, 525. *Inachi Regis Argivorum filia, quam Jupiter in vaccam mutavit, ut eâ, Junone insciâ, uteretur. Sed fraudem agnovit Dea, et ei Argum custodem præfecit. Argus verò à Mercurio, jussu Jovis occisus est. Irata Juno, œstrum vaccæ immisit, quo exagitata in furorem acta est. Illam Ægyptii eò confugisse credebant, ubi pristinâ formâ recuperatâ Regi Osiridi nupserat, ideòque ut Deam venerabantur, quam Isidem appellabant.* SYN. Isis, Inăchis, Phŏrōnis, *à Phoroneo fratre.* EPITH. Văgă, Inăchiă, Phăriă, Mēmphĭtis, Nīlĭăcă, i. e. *Ægyptia:* Argīvă, Argŏlĭcă. PHR. Quæ bōs ĕx hŏmĭne ĕst, ĕx bŏvĕ făctă Dĕă. V. *Isis.*

S. Jŏānnēs, is. *Zachariæ et Elisabeth filius: Propheta antiqui et novi Testamenti: Baptista dictus, quia Christum in Jordane baptizavit. Ejus mater Elisabeth admodum senex et sterilis erat. In ipso utero gratiâ et sanctitate donatus est. Cùm in deserto Pœnitentiam prædicâsset, Herodis jussu in carcerem detrusus, et capite truncatus est.* EPITH. Sānctŭs, pūrŭs, intĕgĕr, sĕvērŭs, aūstērŭs, intĕmĕrātŭs, prænūncĭŭs, præsāgŭs, fātĭdĭcŭs, vātēs. PHR. Sŏbŏlēs sānctōrūm sēră părēntūm. Zăchărīæ sŏbŏlēs. Rēgis Ōlўmpi præcūrsŏr, prænūncĭŭs. VERS. Pāstŭs Băptīstă lŏcūstis, Sўlvārūmquĕ făvis, ĕt ămictŭs vēstĕ cămēli. Elīsābĕth quĕm nūmĭnĕ plēnūm Zăchărīæ ēxtrēmā părit īnfœcūndă sĕnēctā; Gēntĭbŭs ipsĕ Dĕum ŭt nātūm prænūncĭŭs ōrĕ Prōdĕrĕt.

S. Jŏānnēs, is. *Zebedæi filius, Apostolus et Evangelista, à Christo dilectus, Apocalypsim in Insulâ Patmo, ubi exulabat, conscripsit. De ejus morte sunt qui dubitent.* PHR. Bēthsāĭdĕ nātŭs. VERS. Mōrĕ vŏlāns ăquĭlæ, vērbō pĕtit āstră Jŏānnēs. Chrīstō præ rĕlĭquis chārŭs ăpŏstŏlĭs, Qui sŭprā Dŏmĭni pēctŭs, in ūltĭmis Discūmbēns ĕpŭlis cōmpŏsŭit căpŭt. Quēm Christŭs sŏcium in tērris sibi pēctŏrĕ tōtō Jūnxit, præque ălĭis mīrō dīlēxit ămōrĕ.

jŏcŏr, āris. *Cārŭm nēscĭō quid jŭbĕt jŏcāri.* (Phal.) Catull. 2, 6. SYN. Rīdĕo, irrīdĕo, lūdo, illūdo, căvillŏr.

jŏcōsŭs. *Nōn pŏtŭit mĕlĭŭs lītēm fīnīrĕ jŏcōsām,* Mart. Spect. 20, 3. SYN. Făcētŭs, fēstīvŭs, lĕpĭdŭs.

jŏcūlārĭs. *Prætĕrĕā, nē sic, ŭt qui jŏcūlārĭă, rīdēns,* Hor. S. 1, 1, 23. SYN. Fēstīvŭs, hĭlăris, lætŭs.

jŏcŭs. *Mōx jŭvĕnēs ăgĭtārĕ jŏcōs, ĕt pōllĭcĕ dēxtrō,* Pers. 6, 5. SYN. Rīsŭs, lūdŭs, lūsŭs, sălēs, căvillātio, căvillŭs, scōmmă. EPITH. Rīdĭcŭlŭs, jūcūndŭs, lætŭs, fēstīvŭs, hĭlăris, blāndŭs, grātŭs, plăcĭdŭs, lĕpĭdŭs, pŭĕrīlis, sŏlūtŭs, vĕnūstŭs, ălăcĕr, vānŭs, ĭnānis, lāscīvŭs, tūrpis, infāmis. PHR. Lĕpĭdă, fēstīvă, jŏcōsă dictă. Jūcūndis grātĭă vērbis. Fēstīvă, lĕpĭdă prōcăcĭtās. VERS. Ārgūtis cārmĭnă plēnă jŏcis. Insānis ēbrĭă tūrbă jŏcis. Nūllă vĕnēnātō lĭtĕră mixtă jŏco ĕst. V. *Sales.*

Iŏlāŭs. *Fātă quŏque ŭt sŭpĕrĕt ? fātis Iŏlāŭs in ānnōs,* Ov. Met. 9, 429. *Iphicli filius, qui Herculi adfuit, dum Hydram Lernæam interficeret, ferroque candenti cruorem restinxit. Cùm ad summam senectutem pervenisset, Herculis precibus juventuti restitutus est.* VERS. Ōrĕ rĕfōrmātŭs prīmōs Iŏlāŭs in ānnōs. *Ovid.*

Iŏlē, ēs. *Dūmquĕ rĕfērt Iŏlē fātūm mĭsĕrābĭlĕ, dūmquĕ,* Ov. Met. 9, 394. *Euryti Laconiæ Regis filia, amata ab Hercule, qui eam, occiso patre, abduxit.*

Iōnĭă. *Nēc Lătĭūm nōrăt, quēm præbĕt Iōnĭă dīvēs,* Ov. Fast. 6, 175. *Asiæ minoris Regio, media inter Cariam et Æolidem.* EPITH. Mōllis, fœcūndă, ŏpīmă, cūltă.

Iōnĭcŭs. *Mōtŭs dŏcērī gaūdĕt Iōnĭcōs.* (Alcaic.) Hor. Od. 3, 6, 21.

Iōnĭŭs. *Nōssĕ, quŏt Iōnĭi vĕnĭānt ăd lĭttŏră flūctŭs,* Virg. Geo. 2, 108.

Iŏpās, æ. *Africæ regulus, unus ex procis Didonis sive Didûs.* EPITH. Crīnītŭs, pūlchĕr, fōrmōsŭs, dĕcōrŭs, vĕnūstŭs, Lĭbўcŭs.

Digitized by Google

**Jŏrdānis.**——*lūstrā gĕrēns plăcĭdām Jŏrdānis ād ūndām*, S. PHR. Jŏrdānis āmnis, flūmĕn, ăquæ, ūndæ. V. *Fluvius.*

**Jŏsēph**, *vel* Iŏsēph. *Jacobi et Rachel filius, à fratribus injustè vexatus, qui eum mercatori Ægyptio, nomine Potiphari, vendiderunt. Cùm in Ægypto Potiphari serviret, falsò ab ejus uxore sollicitati puderis accusatus est. Postquam ejus blanditias refugisset, tanquam reus in carcerem missus est; unde arcanâ Dei providentiâ eductus est à Pharaone, cujus somnia interpretatus erat, factusque supremus Regni Minister: His patrem et fratres, tempore famis, benignè accepit, et donis cumulavit.* PHR. Isăcĭdæ nātŭs. Frātrĭbŭs invīsŭs. Cāstă Jăcōbi sŏbŏlēs. VERS. Mūltĭplĭcēs cāsūs ēt lōngă pĕrīcŭlă cērnăt Fātĭdĭci jŭvĕnis.

**S. Jŏsēphŭs.** *Sponsus Sanctissimæ Virginis Mariæ, Christi Jesu nutritius.* Spōnsŭs, *vel* tūtŏr Virgĭnis ălmæ. Rēgĭă prōgĕnĭēs. Vĕnĭēns Dāvĭdis ŏrīgĭnĕ Jŏsēph.

**Iphĭgĕnīă.** *Prō quā māctāta ēst Iphĭgĕnīă mōrā*, Prop. 3, 7, 24. *Agamemnonis et Clytemnestræ filia, quam pater immolare parabat ut Dianam placaret, cujus cervum in Aulide imprudens occiderat. Sed Dea ejus miserta cervam substituit, ac Iphigeniam in Tauricam regionem transtulit, ubi à Thoante Rege ipsius Dianæ Templo præfecta est.* SYN. Iphĭānāssă, Mȳcēnis. EPITH. Ăgămēmnŏnĭă, Pĕlŏpēĭă, *ab atavo Pelope, Rege Mycenarum.* PHR. Pĕlŏpēĭă virgo. Sŭppŏsĭtā, lēthō rāpŭit quām Dēlĭă, cērvā.

**Īră.** *Sævit ămōr, māgnōque īrārūm flūctŭăt æstū*, Virg. Æn. 4, 532. SYN. Fŭrŏr, răbĭēs, īrācūndĭă. EPITH. Ăcērbă, vĭŏlēntă, ēffēră, răbĭdă, sævă, sānguĭnĕă, ācris, ātrōx, impĭă, imprŏbă, aūdāx, insānă, discŏrs, immānis, cōmmōtă, indŏmĭtă, lĭtĭgĭōsă, tŭmĭdă, cæcă, āccēnsă, fūlmĭnĕă, præcēps, crūdēlis, ārdēns, fŭrēns, frĕmēns, vīvāx, mĭnāx, hŏrrĭdă, vĭtĭōsă, infrænis, impătĭēns, flāmmātă, fērvēns, nŏcēns, inīquă, spūmāns, Tārtărĕă. PHR. Īræ stĭmŭli, vis, impĕtŭs, ārdŏr. Īrārūm æstŭs, flūctŭs, vēsānĭă, vĭŏlēntĭă, sævĭtĭēs. Cæcŭs mēntis fŭrŏr. Īrātŭs, fŭrĭōsŭs dŏlŏr. Fŭrōris cŏmĕs. Cōmmōti pēctŏris æstŭs. Īră părēns ŏdĭi. Præcĭpĭtāns, tūrbāns, ēxcæcāns mēntēm. Cŏquēns præcōrdĭă. Ănĭmōs cæcā cālīgĭnĕ vērsāns. In præcēps ōmnĭă vērtēns. Pārtŭrĭēns mĭnās. VERS. Āspērquĕ cŏquēbāt Jāmdūdum immītēs īrās. Scīntīllāvītquĕ crŭēntis īră gĕnis. Cāndĭdă pāx hŏmĭnēs, trūx dĕcĕt īră fĕrās. Īră fŭrēns strictis ŏdĭūm mūcrōnĭbŭs ēxplĕt. Præcĭpĭtēs ăgĭt īră grădŭs. Īră tŭmēns, spūmānti fērvĭdă rīctū, Sānguĭnĕa intōrquēns sūffūsō lūmĭnă fēllĕ. V. *Furor, oris; et Irascor.*

*iram deponere*, vel *placare.* PHR. īrām pōnĕrĕ, cŏhĭbērĕ, cŏērcērĕ, cōmpēscĕrĕ, frænārĕ, rĕprĭmĕrĕ, sūpprĭmĕrĕ, tēmpĕrārĕ. Īrārūm cōmpēscĕrĕ flūctŭs. Cōmmōti cōmpēscĕrĕ pēctŏris æstūs. īrām, *vel* īrātūm ănĭmūm sēdārĕ, mōllīrĕ, mītĭgārĕ, lēnīrĕ, mūlcērĕ. Ănĭmūm rĕvŏcārĕ ăb īră. Mēntis cōmpōnĕrĕ flūctūs. Fĕrōcĭă pōnĕrĕ cōrdă. Sūpprĭmĕrĕ fērvēntēs æstūs īræ. VERS. Paūlātim cădit īră fĕrōx, mēntēsquĕ rĕsīdūnt. Tēmpĕrăt his dictis ănĭmōs, īrāsquĕ rĕmīttit. Fit læsi mōllĭŏr īră Dĕi. Mĕrĭtāmque ūltrō cōmpēscŭit īrām. Mītēscĕt Cæsăris īră, ēt vĕnĭēt vōtis mōllĭŏr aūră tŭis. Nūmĭnis ŭt læsi fīăt mānsuētĭŏr īră. Cūr ĕgŏ pōssĕ nĕgēm mĭnŭi mĭhi Cæsăris īrām, Cūm vĭdĕām mītēs hōstĭbŭs ēssĕ dĕōs? V. *Parco, Placo.*

**īrācūndĭă.** *Grăvīssĭmă ēst prŏbi hŏmĭnis īrācūndĭă.* (Iamb.) SYN. īră.

**īrācūndŭs.** *impĭgĕr, īrācūndŭs, inēxōrābĭlis, ăcĕr*, Hor. A. Poët. 121. SYN. irrītābĭlis. PHR. Prōnŭs, prōclīvis in īrās, *vel* īrātŭs.

**īrāscŏr, ĕris.** *ĕt tēntăt sēse, ātque īrāsci in cōrnŭă dīscit*, Virg. Geo. 3, 232. SYN. Sūccēnsĕo, indignŏr. PHR. īrā flagro, ārdĕo, æstŭo, fērvĕo, incēndŏr, āccēndŏr, ēxæstŭo: incāndēsco, ăgŏr, ăgĭtŏr, īrās cōncĭpĭo, ēxērcĕo, āttōllo. īræ sūb pēctŏrĕ flūctŭs vōlvo, vŏlūto, fŏvĕo, īrārūm æstū flūctŭo. īræ pērmītto hăbēnās, ēxārdēsco, sūrgo in īrās, īræ āssūrgūnt, ignēscūnt, ārdēnt, cāndēscūnt, ēxcāndēscūnt. VERS. ignēscūnt īræ, ēt dūris dŏlŏr ōssĭbŭs ārdĕt. incrēscūnt ănĭmis discōrdĭbŭs īræ. Vīvācēs ăgit vĭŏlēntŭs īrās ănĭmŭs. Tŭmĕt ănĭmŭs īrā. fērvĕt immēnsūm dŏlŏr. Răbĭē pāllĕt, tŭmĕt, infrēndit, spūmăt. ōmnēs īrārūm ēffūndit hăbēnās. Vōlvit, vŏlūtăt, fŏvĕt īrārūm māgnōs sūb pēctŏrĕ flūctūs. Mēns ēxæstŭăt īrā. Vărĭōque īrārūm flūctŭăt æstū. Văcŭis ăcŭūnt rūmōrĭbŭs īrās. Tŭmĭdās ēxārsit in īrās. Ēxārsēre ignēs ănĭmō, sŭbit īră cădēntem Ūlcisci pătrĭām. Nātĕ quid indŏmĭtās tāntŭs dŏlŏr ēxcĭtăt īrās? Quid fŭris? indŏmĭtās ārdēscit vūlgŭs in īrās. Sēd nēc sævŭs ăpēr mĕdĭā tām sævŭs in īrā ēst. Prōtĭnŭs ēxārsit, nēc tēmpŏră distŭlit īræ. O quām tērrĭbĭlēs ēxārsit prō-

Digitized by Google

mĭs in īrās. Tūm pătĕr Æneās prōcēdĕrĕ lōngĭūs īrās, ēt sævīre ănĭmīs Entēllum haūd păssūs ăcĕrbīs. V. *Iratus, et Furor.*

Irātŭs. *Aūt ŭnde īrātŭs sylvăm dēvēxit ărātŏr*, Virg. Geo. 2, 207. SYN. Răbĭdŭs, fŭrēns. PHR. īrā cōncĭtŭs, cōmmōtŭs, tūrbĭdŭs, pērcĭtŭs, āctŭs, ārdēns, fērvĭdŭs, flăgrāns, āccēnsŭs, īncēnsŭs, īrārŭm tūrbĭdŭs æstū. Aūdācēs, tŭmĭdās ēffūsŭs in īrās. impătiēns iræ. īrā fĕrōx, dēmēns, fŭrēns. īrārŭm qui flūctŭăt æstū. īrā pērcĭtŭs ăcri. Flāmmĕă tōrquēns Lūmĭnă. Hūc illūc vōlvēns ŏcŭlōs. īrārŭm vōlvēns sŭb pēctŏrĕ flūctŭs. Sævă bīlĕ tŭmēns. Flagrānti pērcĭtŭs īrā. Fŭrēns ănĭmīs. Dēntĭbŭs īnfrēndēns, fērvĭdŭs īrā. Fŭrĭīs āccēnsŭs, ēt īrā Tērrĭbĭlĭs.

īrĕ, inf. *Prīmŭs ĕt īrĕ viam, ĕt flŭvĭōs tēntārĕ mĭnācēs*, Virg. G. 3, 77.

Iris, ĭdis. *Irim dē cœlō mīsit Sātūrnĭă Jūno*, Virg. Æn. 9, 2. *Thaumantis et Electræ filia: Junonis, quæ Dea est aëris, nuncia.* SYN. Thaūmāntis, Thaūmāntĭās. EPITH. Jūnōnĭă, āĕrĭă, imbrĭfĕră, cūrvātă, ūdă, rōscĭdă, hūmĭdă, nīmbōsă, plŭvĭă, ăquōsă, æthĕrĕă, pictă, cŏlōrātă, cŏrūscă, dĕcōră, discŏlŏr. PHR. Cœlēstis, plŭvĭŭs ărcŭs. Văriīs distīnctă cŏlōrĭbŭs īris. Millĕ trăhēns vărĭōs ādvērsō Sōlĕ cŏlōrēs. Vărĭō circūmdăns nūbĭlă cinctū, *vel* gȳrō. Nūncĭă Jūnōnis. Vărĭō dĕcōrātă cŏlōrĕ. Quæ pictūrātō cœlŭm distinguit ămictū. īnfĭcĭēns lōngum ingēnti cūrvāmĭnĕ cœlŭm. Vărĭōs indūtă cŏlōrēs. VERS. Sŭōs ărcŭs pēr nūbĭlă circĭnăt Iris. Cūrvātă pūrō nūncĭăt nimbōs sĭnū. V. *Arcus Cœlestis.*

Irrădĭo. *irrădĭārĕ dĭēs, cūlmēn qui nōmĭnis ālti*, Sedul. SYN. Rădĭo, lūcĕo, illūmino, illūstro. V. *Radio.*

Irrĕmĕābĭlis. *Fāllĕrĕt īndēprēnsŭs ĕt īrrĕmĕābĭlĭs ērrŏr*, Virg. Æn. 5, 591. SYN. Undĕ nōn rĕmĕārĕ lĭcēt.

Irrĕpārābĭlis. *Sĕd fŭgit intĕrĕā, fŭgit īrrĕpărābĭlĕ tēmpŭs*, Virg. G. 3, 284. PHR. Nūllā rĕpărābĭlis ārtĕ.

Irrēpo, irrēpsi. *Quis nōn ingĕmŭit: quis nōn īrrēpĕrĕ săcris*, Mart. SYN. Rēpo, ŏbrēpo, ădrēpo, sērpo.

Irrĕquĭētŭs. *Bēllăquĕ cūm mūltis īrrĕquĭētă gĕris*, Ov. Tr. 2, 234. SYN. Inquĭētŭs, cōntūrbātŭs, tūrbŭlēntŭs, sōllĭcĭtŭs, pērvĭgil, insōmnis.

Irrētio, irrētii, irrētītŭm. *irrētīrĕ plāgis, rētĭnăcŭlă dēnĭquĕ cæcis*, Prud. SYN. Implico, illăquĕo. PHR. In rētĭă mitto. Rētĭbŭs invōlvo, căpio, impĕdĭo.

Irrĕvŏcābĭlis,——*vŏlăt īrrĕvŏcābĭlĕ vērbŭm*, Hor. Ep. 1, 18. PHR. Nōn rĕvŏcābilis: Nōn rĕdĭtūrŭs.

Irrīdĕo, risi, sūm. *irrīdēbit ĕōs, jūstăquĕ lŏquātŭr in īrā*, Paul. SYN. Rīdĕo, dērīdĕo, illūdo, insūlto, jŏcŏr, căvillŏr, lūdĭfĭco, lūdĭfĭcŏr. PHR. Rīsū, căchinnō, sālsis jŏcis, fœdis gānnītĭbŭs excipio, lăcēsso, ŏbstrĕpo. ignōtōs nāsō sūspēndit ădūncō, ēxtēnsō, ēxcūssō. VERS. insūltāntquĕ mălis, misĕrisquĕ prōtērvis Vōcĭbŭs illūdūnt. Cērtānt illūdĕrĕ căptō. V. *Derideo.*

Irrĭgo, ās. *Cōrpŏră cūrāmŭs: fēssōs sŏpŏr īrrĭgăt ărtŭs*, Virg. Æn. 3, 511. SYN. Rigo, āspērgo, hūmēcto, irrōro. V. *Rigo.*

Irrĭgŭŭs. *Flōrĕăt īrrĭgŭŭmquĕ bĭbānt vĭŏlārĭă fōntĕm*, Virg. Geo. 4, 32. SYN. Rĭgŭŭs, ūdŭs.

Irrīsŏr, ōris. *Dīcēbām tibi vēntūrōs, īrrīsŏr, ămōrēs*, Prop. 1, 9, 1. SYN. Dērīsŏr, căvillātŏr, scūrră.

Irrītābĭlis.——*gĕnŭs īrrītābĭlĕ vātŭm*, Hor. Ep. 2, 2, 102. SYN. īrăcŭndŭs.

Irrītāmĕn, ĭnis. *ădjēcissĕt ŏpēs, ănĭmi īrrītāmĕn ăvāri*, Ov. Ep. 15, 434.

Irrītāmēntŭm. *ēffŏdĭūntŭr ŏpēs īrrītāmēntă mălōrŭm*, Ov. Met. 1, 140. SYN. invītāmēntŭm, illĕcebræ, stĭmŭli.

Irrīto, ās. *Sĕgnĭŭs īrrītānt ănĭmōs dēmīssă pēr aūrĕm*, Hor. A. P. 180. SYN. Prōvŏco, lăcēsso, ĕxāspĕro. PHR. Ad īrām prōvŏco, ēxcĭto, impēllo, ēxstĭmŭlo, īrās ăcŭo, mŏvĕo, ēxcĭto, āggĕro, sŭscĭto. VERS. īrrītātquĕ vĭrŭm tēlis ĕt vōcĕ lăcēssit. incēnditque ănĭmŭm dictis, ātque āggĕrăt īrās.

Irrĭtŭs. *ārtĕ lŏcŭm, ĕt vărĭis āssūltĭbŭs īrrĭtŭs ūrgĕt*, Virg. Æn. 5, 442. SYN. Vānŭs, ĭnānis, ĭnūtĭlis, căssŭs.

Irrŏgo. *Rēgŭlă, pēccātis quæ pœnās īrrŏgĕt æquās*, Hor. S. 1, 3, 118. SYN. impōno, dēcērno.

Irrōro, ās. *Aūt cūm Sōlĕ nŏvō tērrās īrrōrăt Eōās*, Virg. G. 1, 288. SYN. Rōro, rigo, irrigo.

Irrŭmpo, irrūpi. *Qui cŭrsū pŏrtās prĭmi irrūpērĕ pătĕntēs*, Virg. Æn. 11, 879. V. *Mox Irruo.*

Irrŭo, ŭi. *irrŭimŭs, dēnsīs ĕt circŭmfŭndĭmŭr ārmis*, Virg. Æn. 2, 383. SYN. Rŭo, incŭrro, irrŭmpo, insĭlio, fĕrŏr, mē fĕro, infĕro, injĭcio, mē dō in, invādo, aggrĕdiŏr. VERS. Sē dĕdit in mĕdiās ăciēs. Mĕdiōs mŏritūrŭs in hŏstēs irrŭit. irrŭimŭs, dēnsis ĕt circŭmfŭndĭmŭr ārmis. Răpĭdō fērtŭr impĕtĕ mīlĕs, ĕt circŭm pŏrtis instāns tēcta ŏbsĭdĕt. In hŏstēs irrŭit, ĕt quā tēlă vĭdĕt dēnsissĭmă tĕndit. Ac vĕlŭti mŏntis sāxŭm dē vērticĕ prǽcĕps Cŭm rŭit āvŭlsŭm vēntō, seŭ tŭrbĭdŭs imbĕr Prōlŭit, aŭt ānnis sŏlvit sŭblāpsă vĕtŭstās, ĕxŭltătquĕ sŏlō, sylvās ārmĕntă virōsquĕ Invŏlvēns sēcŭm disjēctă pĕr āgmĭnă Tŭrnŭs Sic rŭit. Aŭt ŭbĭ dĕcŭrsū răpĭdō dē mŏntĭbŭs āltis Dānt sŏnitŭm spūmōsi āmnēs, ĕt in æquŏră cŭrrŭnt, Quisquĕ sŭŭm pŏpŭlātŭs itĕr: nōn sēgniŭs āmbo Ænēās Tŭrnŭsquĕ rŭŭnt pĕr prælĭă. V. *Invado.*

Irŭs. *Irŭs ĕt ēst sŭbĭtō, qui mŏdŏ Crœsŭs ĕrăt*, Ov. Tr. 3, 7, 42. *Pauper ex Ithacâ seu Dulichio, quem Ulysses pugno interfecit.* EPITH. Paŭpĕr, ĕgēnŭs, mĭsĕr, ĭnŏps, mēndīcŭs.

Is, pron.—*Vēstrŭm prætŏr, is intēstābĭlis ĕt săcĕr ēsto*, Hor. S. 2, 3, 181. SYN. Hic, istĕ.

Isis, ĭdis. *Isĭdis, āntiquō quæ prōxĭmă sūrgit ŏvīli*, Juv. 6, 528. PHR. Văccă Mĕmphĭtis, ĭdŏs. Ināchĭă jŭvēncă. V. *Io.*

Ismărŭs, i. *in plur.* Ismără, ōrŭm. *Nēc tāntŭm Rhŏdŏpē mīrātŭr ĕt Ismărŭs Ŏrphĕă*, Virg. Ecl. 6, 30. *Et trēs, quōs Idās pătĕr ĕt pătria Ismără mittit*, Virg. Æn. 10, 351. *Thraciæ mons, vinetis et olivetis admodum fertilis; quem Orpheus incoluit.* EPITH. Āspĕr, rĭgĭdŭs, dūrŭs, nĭmbōsŭs, gĕlĭdŭs, nĭvĕŭs, fœcŭndŭs, fērtĭlis, fĕrāx, cūltŭs, vĭrēns, āmœnŭs. VERS. Jŭvăt Ismără Bācchō Cōnsĕrĕre, ātque ŏlĕā māgnŭm vēstīrĕ Tābŭrnŭm.

Isthmŭs. *ĕxtĕrĭŭsquĕ sĭtæ bĭmărĭ spēctāntŭr ăb isthmō*, Ov. Met. 12, 420. EPITH. Bĭmăris, æquŏrĕŭs, circŭmflŭŭs, brĕvis, lātŭs, ĕxtēnsŭs, tĕnŭis, ĕxĭlis. PHR. Gĕmĭnō tēllŭs circŭmdătă pōntō. Binis æquŏrĭbŭs tērră cinctă, ŏppūgnātă. Faŭcēs gĕmĭni măris. In mărĕ pŏrrēctă, prōjēctă tēllŭs. VERS. Exĭgŭō dēbĕt quŏd nōn ēst insŭlă cōlli. Hæc spătiō cōntrāctă brĕvi frĕtă bīnă rĕpēllit, āngŭstō dŭplēx mărĕ dīvĭdit isthmō.

Ită. *Sŭblime ĕxpŭlsam ĕrŭĕrĕnt: ĭtă tŭrbĭnĕ nīgrō*, Virg. Geo. 1, 320. SYN. Sic: nōn ălĭtĕr, haŭd sĕcŭs: nōn sĕcŭs.

Ităli. *Si quō pŏst Ităli flŭviŭm cŏgnŏmĭnĕ Tibrim*, Virg. Æn. 8, 331. SYN. Aŭsŏnĭi, Lătini, Lătii, Oēnŏtrii, Aŭsŏnĭdæ. EPITH. Fŏrtēs, gĕnĕrōsi, bēllācēs, indŏmĭti, invicti, sŭpērbi, pŏtēntēs, ingĕnĭōsi. PHR. Gĕnŭs Itălŭm. Ităli pŏpŭli. Ităla gēns: Sātŭrni gēns: nātio.

Itălĭă. *Itălĭām, fātō prŏfŭgŭs, Lāvinăquĕ vēnit*, Virg. Æn. 1, 6. *Europæ pars, inter mare Tuscum et Adriaticum, ubi olim Imperii Romani sedes, et cujus Roma caput totiusque ferè orbis.* SYN. Aŭsŏnĭă, Oēnŏtrĭă, Hēspĕrĭă, Lătiŭm, *à variis Regibus Ausone, Oenotro, Hespero, Latino.* EPITH. Dīvĕs, sŭpērbă, nŏbĭlis, illūstris, Mārtĭă, bēllĭcă, gĕnĕrōsă, fĕrāx, fērtĭlis, fœcŭndă, pŏtēns, ŏpŭlēntă. PHR. Tēllŭs Itălă, Aŭsŏnĭă, Oēnŏtrĭă, Hēspĕrĭă, Lătiă, Sātŭrnĭă, *à Saturno, qui ibi latuit*, Rōmānă. Lătii, Ităli, Aŭsŏnĭi fīnēs, āgri. Itălă rēgnă. Itălĭæ, Aŭsŏnĭæ tēllūs. Itălis ōră, plāgă, rĕgio.

Itălĭcŭs. *Grātŭ quis Itălĭcis aŭthŏr pŏtŭisset in ōris*, Ovid. Met. 15, 9. SYN. Itălŭs, Aŭsŏnĭŭs, Lătiŭs, Lătinŭs.

Itălis, ĭdis. *Itălĭdēs, quās ipsă dĕcūs sĭbi dīă Cămillă*, Virg. Æn. 11, 657. SYN. Itălă, Aŭsŏnis.

Itănĕ. *Itănĕ ĕt sălūtis pūblicæ indicium ŏbrŭĕs.* (Iamb.) SYN. Siccinĕ.

Ităquĕ. *Nŭnc ĭtăque ĕt vērsŭs ĕt cætĕră lūdĭcră pōno*, Hor. Ep. 1, 1, 10. SYN. Igĭtŭr, ĕrgo, quārĕ, quāprŏptĕr, quāmobrĕm, idĕō, idcircō, ātquĕ, ădĕō.

Itĕm. *Cōntēmplātŏr itĕm dŭm sē nŭx plūrĭmă sylvis*, Virg. G. 1, 187. SYN. Insŭpĕr, prætĕrĕā, ădhūc, rūrsŭs, rūrsŭm, itĕrŭm.

Itĕr, itinĕris. *Hinc itĕr incæptŭm pĕrăgŭnt, &c.* Virg. Æn. 6, 384. SYN. Sēmĭtă, viă, cāllis, trāmĕs, ădĭtŭs, spătiŭm. V. *Via.*

Itĕro. *Sic itĕrăt vōcēs, ĕt vērbă cădēntĭă tōllit*, Hor. Ep. 1, 1, 10. SYN. Gĕmino, ingĕmino, duplico, intĕgro, rĕdintĕgro, rĕpĕto, rĕsūmo. VERS. ingĕmĭnāns, itĕrŭmquĕ vŏcāns. ire itĕrum in lăcrymās, itĕrŭm tēntārĕ prĕcāndo.

Digitized by Google

**Itĕrūm.**—*itĕrūmque, itĕrūmquĕ mŏnĕbo*, Virg. Æn. 3, 456. SYN. Rūrsūm, rūrsūs, prætĕrĕā, insŭpĕr, ădhūc.

**Ĭthăcă.** *Sūm pătria ĕx Ĭthăcā, cōmĕs infēlicis Ŭlyssis*, Virg. Æn. 3, 613. EPITH. Āspĕră, incūltă, mōntānă, scŏpŭlōsă. PHR. insŭlă, *vel* tērră āltrix Ŭlyssis.

**Ĭtidēm.** *ōmnia nōs ĭtidēm dēpāscimŭr aūrĕā dictă*, Lucr. 3, 12. SYN. Părĭtĕr.

**Ĭtūm.** *Pāscēbātŭr hŭmŭs; sēd ĭtum ēst in viscĕră tērræ*, Ovid. Met. 1, 138.

**Ītŭr.** *ītŭr in ăntiquām sylvām, &c.* Virg. Æn. 6, 179. V. *Eo.*

**Itūrŭs.** *inclūsās ănĭmās, sŭpĕrūmque ăd lūmĕn itūrās*, Virg. Æn. 6, 680.

**Ĭtўs, ўs, et ўŏs.** *Māgnă, sĕd āntiqui caūsă dŏlōris Ĭtўs*, Ovid. Psitt. 10. *Terei, Thraciæ et Daulidis Regis, Filius, ex Progne filiâ Pandionis, Athenarum Regis. Illum mater in membra discerpsit, patrique epulandum apposuit, quòd Tereus Philomelæ vim intulisset. In Phasianum mutatus fingitur.* EPITH. Ĭsmărĭŭs, Thrēĭcĭŭs, tristis. VERS. Dēflĕt Thrēĭcĭūm Daūliăs ālĕs Ĭtўn.

**jŭbă.** *Dēnsă jŭba, ĕt dextrō jăctātă rĕcūmbit in ărmō*, Virg. Geo. 3, 86. SYN. Cŏmă, crinis. EPITH. Flŭēns, ūndāns, cŏmāns, pēxă, lōngă, flāvă, ēffūsă, crispāns, văgă, spārsă, cōmptă, diffūsă, rŭtĭlă, ĕquīnă, lĕōnīnă. PHR. Lūxŭrĭēs jŭbārūm. Discūssæ căpĭti jŭbæ. VERS. Jŭbām cērvice ēffūndit ĕquīnā. Jŭbæ ērrāntēs lūdūnt, *vel* văgāntŭr pēr cōllă, pēr ărmōs, Jŭbisquĕ cŏmāntēs ēxcŭtit illĕ tŏrŏs.

**Jŭbă.** *Nēc Jŭbæ tēllūs gĕnĕrāt lĕōnūm*, Hor. Od. 22, 15. *Rex Mauritaniæ.* EPITH. Maūrŭs, Cĭnўphĭŭs, māgnănĭmŭs, fŏrtis, pŏtēns, infēlix.

**jŭbăr, ăris.** *ĭt pŏrtis jŭbăre ēxōrtō dēlēctă jŭvēntūs*, Virg. Æn. 1, 130. SYN. Fāx, lūmĕn, splēndŏr, fūlgŏr, lūx, rădĭi. V. *Fax, et lumen.*

**jŭbātŭs.** *Lўcāōn lŭpŭs ēst cērvīcĕ jŭbātŭs*, Salm. 30. SYN. Crīnītŭs, cŏmātŭs. PHR. Jŭbā ōrnātŭs, dĕcōrŭs, mūnītŭs, hirsūtŭs.

**jŭbĕo, jūssi, jūssūm.** *Seū Trōās fĭĕri jŭbĕās Teūcrōsquĕ vŏcāri*, Virg. Æn. 12, 824. SYN. impĕro, māndo, præcĭpio. VERS. Tŭŭs, ō Rēgīnă, quid ōptēs, ēxplōrārĕ lăbŏr: mĭhi jūssă căpēssĕrĕ fās ēst. V. *Impero.*

**jŭcūndŭs.** *Sūstŭlĭt ēsŭrĭēns, mĭnŭs hōc jŭcūndŭs ămīcŭs*, Hor. Sat. 1, 3, 93. SYN. Grātŭs, suāvis, āccēptŭs, dūlcis, ămœnŭs, lætŭs, hĭlăris, fēstīvŭs, lĕpĭdŭs, jŏcōsŭs.

**Jūdās, æ.** *Jacobi filius, qui nomen Judææ dedit, cùm antea Terra Chanaan vocaretur.* PHR. Jăcōbi inclўtă prōlēs. Ā quō princĭpĭūm dūcit Jūdæă prŏpāgo.

**Jūdās, æ.** *Nēxĭbŭs āstrictūm Jūdās ŭt vīdit ĭnīquŭs*, Sed. SYN. Ĭscărĭōtēs. EPITH. Prōdĭtŏr, nĕfāndŭs, impĭŭs, ăvārŭs. PHR. Prōdĭtŏr Ĭscărĭŭs. *Fuit alius Apostolus*, Thaddæus *etiam appellatus.* V. *Apostoli.*

**Jūdæă.** *Hæc, Jūdæă, tŭās vōx nōn pērvēnit ăd aūrēs*, R. *Syriæ Regio, aliis nominibus, Chananæa, Palæstina, Idumæa, seu Idume.* SYN. Pălæstīnă, Ĭdūmæă, Chănăān, *vel* Chănănæă. EPITH. infĭdă, pērfĭdă, rĕbēllis, dīră, pērjūră, sŭpērbă. PHR. Ĭsăcĭdūm tēllūs. Rūră Pălæstīnæ. Jūdæi cūlmĭnă rēgni. Jōrdānis ăquis irrĭgŭă.

**Jūdæi.** *Pērsuādērĕ cŭpit: crēdāt Jūdæŭs ăpēllă*, Hor. Sat. 1, 5, 100. SYN. Pălæstīni, Ĭsăcĭdæ, Ĭdūmæi, Hēbræi. EPITH. infĭdi, pērfĭdi, fērōcēs, sŭpērbi, rĕbēllēs, prŏfāni. PHR. Jūdæă gēns, prŏpāgo, Ĭsăcĭdūm gĕnŭs. Gēns Hēbræă. Gĕnŭs ōrtūm ā sānguĭnĕ Jūdæ. Gēns quōndām dīlēctă Dĕō. Plēbs ingrātă.

**jūdēx, icis.** *Jūdicis ărgūtūm quæ nōn fōrmīdĕt ăcūmĕn*, Hor. A. P. 364. SYN. Ărbĭtĕr. EPITH. Æquŭs, jūstŭs, incōrrūptŭs, intĕgĕr, sĕvērŭs, grăvis, sānctŭs, săgāx, prūdēns, ĭnīquŭs, injūstŭs, cōrrūptŭs, sævŭs, immītis. PHR. Lītis ărbĭtĕr, cōgnĭtŏr, quæsītŏr. Jūris, jūstĭtĭæ præsēs, āntistēs. Lēgūm vīndex. Æqui dēfēnsŏr ōbsērvāntissĭmŭs. Cōnsūltissĭmŭs æqui. VERS. Cui sūnt dūbĭi crēdĭtă jūră fŏri. Jūră dăt, ēt caūsās cōgnōscit. Grăvis cēnsŏr vītās ēt crīmĭnă quærit. Sĕvērō vūltū rĕūm tērrĕt.

**jūdĭcĭālis.** *Săcră dămŭs fēstis, fōră jūdĭcĭālĭă pōnūnt*, Ovid. SYN. Fŏrēnsis.

**jūdĭcĭūm.** *Jūdĭcĭūm Părĭdis sprētæque injūrĭă fōrmæ*, Virg. Æn. 1, 31. SYN. Ărbĭtrĭūm, sēntēntĭă, *vel* prūdēntĭă. EPITH. Rēctūm, jūstūm, æquūm, prūdēns, grăvĕ, vērūm, ĭnīquūm, injūstūm, imprūdēns. PHR. Jūdĭcis ōffĭcĭūm, ărbĭtrĭūm, ōffĭcĭūm fŏri. Jūris, lēgis, vindīctă.

***judicium extremum.*** PHR. Lūx ūltĭmă mūndi. Sūmmă dĭēs. Ūltĭmŭs ævi tērmĭnŭs. Sūmmă dĭēs ēt inēlūctābĭlĕ fātūm. VERS. Cūm măria ēt tērrās

cœlūmquĕ prŏfŭndūm ūnā dĭēs dăbĭt ēxĭtĭō: mūltōsquĕ pĕr ānnōs Sūstĕntātā rŭēt mōlēs ĕt māchĭnă mūndi. Tūm vēro ālĭgĕrūm clāmōr, clāngōrquĕ tŭbārūm Tĕrrĭbĭlī mŏnĭtū cĭnĕrēs ănĭmābĭt ĕt ōssā. Dēniquĕ Cūm sūprēmă dĭēs pĕrĭtūro īllūxĕrĭt ōrbi, ōmnĭăque ēlĭcĭūm pătĕfăctĭs ōssă sĕpūlchris; ătque ĭtĕrum in lūcem ēmĕrgēnt quōs tĕrră tĕgēbăt. Cūm sūmmŭs Jūdēx tĕrrās invīsĕt ăb aūlā Sȳdĕrĕa, ŭt vītās hŏmĭnūm ĕt crĭmĭnă dīscăt Quæsītŏr, dāmnētque Ĕrĕbō (mĭsĕrābĭlĕ) sōntēs, ătquĕ pĭōs cœlī vŏcĕt ālta ăd sȳdĕră Mānēs.

Jūdico. *ĕt săpĭt, ĕt mēcūm făcĭt, ĕt Jŏvĕ jūdĭcăt æquō*, Hor. Sat. 2, 19, 68. SYN. Stătŭo, dījŭdico, dēcĕrno, cōnstĭtŭo, ēxĭstĭmo, ārbĭtrŏr, cēnsĕo, *vel* jūs dico. PHR. Jūs prōnūncio, ēxĕrcĕo. Jūră dō. Lītēs cōmpōno, dĭrĭmo, cōncĭlĭo. Jūdĭcĭūm stătŭo, dēcĕrno. Caūsārūm sĕdĕt ārbĭtĕr, ărgŭĭt, ābsōlvĭt, dāmnăt. VERS. Jūris ĕt æquārūm cūltōr sānctĭssĭmĕ lēgūm. Vērĭdĭcō Lătĭūm quī rĕgĭs ōrĕ fŏrūm. Cōnsĭlĭūmquĕ vŏcăt, vītās ĕt crĭmĭnă dīscĭt, Căstīgătque, aūdĭtquĕ dŏlōs, sŭbĭgĭtquĕ fătēri.

Jŭgālis. *ēmĕrĭtōs vĕrtūnt ăd pāscŭă nōtă jŭgālēs*, Claud.

Jūgĕră, ĕrūm. *ĕt lābĕfăctă mŏvēns rōbūstūs jūgĕră fōssŏr*, Virg. G. 2, 264.

Jūgis. adject. *Hōrtŭs ŭbi, ĕt tēctō vīcīnūs jūgis ăquæ fōns*, Hor. Sat. 2, 6, 2. SYN. Pĕrĕnnĭs, pērpĕtŭŭs, cōntĭnŭŭs, āssĭdŭŭs.

Jūgĭtĕr. *Sŏdālĭs ĕt cōnvīctŏr, hōspēs jūgĭtĕr.* SYN. Cōntĭnŭō.

Jŭgo, ās. *Cui pătĕr īntāctām dĕdĕrăt, prīmīsquĕ jŭgārăt*, Virg. Æn. 1, 349. SYN. Jūngo, *vel* mărito. PHR. Cōllă jŭgō sŭbdĕrĕ, sūbmīttĕrĕ, sūppōnĕrĕ. Ŏnĕri sūppōnĕrĕ taūrōs. Sŭb jŭgă cōgĕrĕ, vŏcārĕ, dūcĕrĕ, mīttĕrĕ. Plaūstrō, ărātrō ădjūngĕrĕ.

Jŭgŭlo. *ŭt jŭgŭlēnt hŏmĭnēs, sūrgūnt dē nōctĕ lătrōnēs*, Hor. Ep. 1, 2, 32. SYN. Jŭgŭlūm rĕsōlvo: faūcēs rĕsĕco, sĕco, fŏdio, incīdo: ŏccīdo, pĕrĭmo. V. *Occido.*

Jŭgŭlŭs, et ŭm.—*tĕnŭī jŭgŭlōs ăpĕrīrĕ sŭsūrrō*, Sil. SYN. Faūcēs, gūttŭr: cōllūm.

Jŭgūm. *ārva ălĭēnă jŭgō prĕmĕre, ătque ăvērtĕrĕ prædās*, Virg. Æn. 10, 78. EPITH. Grăvĕ, mŏlēstūm, tūrpĕ, trīstĕ, sērvīlĕ, ăcērbūm, intōlĕrābĭlĕ, mĭsĕrūm, ĕxĭtĭālĕ, ĭnīquūm, ŏdĭōsūm: dūlcĕ, suāvĕ, mītĕ, grātūm. PHR. Cōllă jŭgō sŭbdĕrĕ, dărĕ, præbĕrĕ, sūbmīttĕrĕ. Jŭgūm fĕrrĕ, sŭbīrĕ, pătī. Sŭb jŭgă īrĕ. Jŭgūm ēxcŭtĕrĕ, dĕtrēctārĕ. Cōllă jŭgō sŭbtrăhĕrĕ, ērĭpĕrĕ. V. *Jugo, suprà.* VERS. Bōs præbĕt incūrvō cōllă prĕmēndă jŭgō. Dūră Tȳrānnī Pērpĕtĭmūr jŭgă. Dūcām rūrĭcŏlās sŭb jŭgă dūră bŏvēs. Īssĕ săcrōs Mārti sŭb jŭgă pāndă bŏvēs. Prīmō taūrŭs dētrēctăt ărātră, Pōst vĕnĭt āssuētō mōllĭs ăd ārvă jŭgō.

Jŭgūm mōntis. *Răptăt ămōr: jŭvăt īrĕ jŭgis, quā nūllă prĭōrūm*, Virg. Geo. 3, 292. V. *Cacumen.*

Jŭgūrthă. *Rĕttŭlĭt īnfĕrĭās Jŭgūrthæ*, Hor. Car. L. 2. Od. 1, 28. *Numidarum in Africâ Rex, à Consule Mario devictus.* EPITH. Trĭūmphātŭs, īmmānĭs, pērfĭdŭs, trūx, crūdēlĭs, īmmītĭs, īnfēlix, mĭsĕr, tĕrrĭbĭlĭs.

Jūlĭŭs mēnsis. *Jūlĭŭs ā māgnō dēdūctūm nōmĕn Ĭūlō*, Virg. Æn. 2, 292. *Mensis à Julio Cæsare sic dictus. Antea Quintilis vocabatur, quòd ordine quintus esset à Martio, quem anni principium fecerat Romulus.* EPITH. Æstīvŭs, sĕrēnŭs. PHR. Jūlĭŭs, Quīntīlis mēnsis.

Ĭūlŭs. *ăt pŭĕr Ăscănĭŭs, cui nūnc cōgnōmĕn Ĭūlō*, Virg. Æn. 1, 271.

Jūmēntūm. *Ætōlĭs ōnĕrātă plāgĭs jūmēntă cănēsquĕ*, Hor. Ep. 1, 18, 46. EPITH. Mūtūm, rōbūstūm.

Jūnctūră. *Jūnctūrās tăbŭlātă dăbānt*, &c. Virg. Æn. 1, 464. SYN. Cōmmīssūră. EPITH. Vălĭdă, fīrmă, pŏlītă, lævis.

Jūncŭs. *Vīmĭnĭbūs, mōllīquĕ părās dētēxĕrĕ jūncō*, Virg. Ecl. 2, 72. SYN. Ărūndo, scīrpŭs: jūnci vīmĕn. EPITH. Mōllis, tĕnŭĭs, tĕnĕr, lēvis, ăcūtŭs, pălūstrĭs, līmōsŭs, flŭvĭālis, flūmĭnĕŭs, ūdŭs, ūvĭdŭs. PHR. Jūncō tēxĕrĕ, intēxĕrĕ.

Jūngo, xi, ctūm. *Stērnĭtŭr, hīc āptā jūngĭtŭr ārtĕ sĭlēx*, Tib. 1, 7, 60. SYN. Cōnjūngo, ădjūngo, nēcto, cōnnēctō, ădnēcto, līgo, āllĭgo, cōpŭlo, cōmmītto, *vel* āddo, ădmŏvĕo, ădjĭcio, āpplico.

Jūnĭpĕrŭs. *Jūnĭpĕri grăvĭs ūmbră: nŏcēnt ĕt frūgĭbŭs ūmbræ*, Virg. Ecl. 10, 76. EPITH. Vĭrĭdis, vĭrēns, ŏlēns, pĕrēnnĭs. PHR. Jūnĭpĕri grăvĭs ūmbră. Jūnĭpĕri cărĭē impēnētrābĭlĕ rōbŭr.

Jūnĭŭs mēnsis. *Jūnĭŭs ēst jŭvĕnūm, qui fŭĭt āntĕ sĕnūm*, Ovid. Fast. 6, 88. *Men-*

*sit à Junioribus, vel à Junone appellatus: sicut Majus à majoribus.* EPITH. Blāndŭs, ămœnŭs, sūdŭs, bĕnignŭs, flōrĭdŭs, rīdēns, ŏdōrŭs, lūxŭrĭāns, gĕnĭālĭs, sĕrēnŭs, grātŭs, plăcĭdŭs, fœcūndŭs, fērtĭlĭs, flōrēns, vĭrēns. PHR. Mēnsĭs Jūnōnĭŭs. Ā Jūnōnĭs nōmĭnĕ nōmĕn hăbēns. Jŭvĕnūm dē nōmĭnĕ dictŭs.

Jūno, ōnis. *Vī Sŭpĕrūm, sævæ mĕmŏrēm Jūnōnĭs ŏb īrām,* Virg. Æn. 1, 8. *Saturni et Opis filia, Jovis soror et conjux, Divûm Regina, Dea Regnorum. Nuptiis etiam præfuit, et partubus, unde* Lucina *dicta est.* SYN. Lūcīnă, Sātūrnĭă. EPITH. Rēgĭă, prōnŭbă, ōmnĭpŏtēns, māxĭmă, ālmă, pŏtēns, æthĕrĕă, cœlēstĭs, scēptrĭgĕră, sacră. PHR. Jŏvĭs ĕt sŏrŏr, ĕt cōnjŭx. Gērmānă Tŏnāntĭs. Sātūrnĭ prōlēs. Dĕūm rēgĭnă. Māxĭmĭ cōnsōrs Jŏvĭs. Cuī vīnclă jŭgālĭă cūræ.

Jūpĭtĕr, Jŏvis.—*Nūnc ōmnĭă Jūpĭtĕr Ārgōs,* Virg. Æn. 2, 326. *Saturni et Opis filius, Junonis frater et maritus, Deorum Rex appellatus. Mundum cum duobus fratribus sorte divisit, ipsique Cœli et Terræ, Neptuno maris, Plutoni Inferorum imperium obtigit. Alii in Arcadiâ, alii in Cretâ natum et educatum volunt. Deus iste fabulosus omnium ferè mulierum vir fuit, quas vel dolis vel promissis, aut aliis artibus sibi conciliabat. En quò cæca superstitio Ethnicos adduxerit!* SYN. Sātūrnĭŭs, Tŏnāns. PHR. Dĕūm pătĕr, rēx, sătŏr, rēctŏr, Ŏlympī rēgnātŏr. Rēx cœlĭcŏlārūm. Pătĕr ōmnĭpŏtēns. Hŏmĭnūm, mūndī ŏrīgo. Rēx Dictæŭs. V. *Deus.*

*Jupiter, pro aëre—mănĕt sŭb Jŏvĕ frīgĭdō,* Hor. Od. 1, 25. EPITH. Vērnŭs, plŭvĭŭs, sĕrēnŭs, pūrŭs, hūmĭdŭs, hōrrĭdŭs Aūstrĭs. V. *Aër.*

*Jupiter planeta.* EPITH. Fēlix, fœcūndŭs, plŭvĭŭs, cŏrūscāns, sīdĕrĕŭs. PHR. Stēllă Jŏvĭs. Bĕnignūm Jŏvĭs āstrūm.

Jūpĭtĕr æquŏrĕŭs. V. *Neptunus.*

Jūpĭtĕr Stygĭŭs. V. *Pluto.*

jūrāmēntūm. *Jūrāmēntă pătrĭ, &c.* Æn. SYN. Jūsjūrāndūm.

jūrgĭūm. *Haūd jūstīs āssūrgĭs, ĕt īrrĭtă jūrgĭă jāctās,* Virg. Æn. 10, 95. SYN. Rīxă, cōntēntĭo, pūgnă, dīscōrdĭă, lĭs. EPITH. Clāmōsūm, īnsānūm, āspĕrūm, īmprŏbūm, vēsānūm, dūrūm, lĭtĭgĭōsūm. V. *Rixa.*

jūrgo, ās; et jūrgŏr, ārĭs. *Jūre, inquis, Thrūsĭŭs īstĭs jūrgātŭr vērbĭs,* Hor. S. 2, 2, 100. SYN. Rīxŏr, āltērcŏr, lĭtĭgo, cōntēndo, cērto. V. *Rixor.*

jūrĭdĭcŭs. *Sēptēm jūrĭdĭcĭs rēspōnsa ŭbĭ rēddĭdĭt ānnĭs,* F.

jūro. *Dī cūjūs jūrārĕ tĭmēnt ĕt fāllĕrĕ nūmĕn,* Virg. Æn. 6, 224. SYN. Ādjūro, tēstŏr, āttēstŏr. PHR. Tēstēm īnvŏco, āppēllo. Jūsjūrāndūm dŏ. Jūrāndo fĭdēm dŏ dĭctĭs, pōllĭcĭtĭs. Jūrāndo pōllĭcĕŏr, āffīrmo. Tēstĕ Dĕō prōmīttĕrĕ. Dĕōs tēstēs ădhĭbĕrĕ. Pĕr dĕōs, sīdĕră, pătrĭām, pārēntēs, *seu* nātōs jūrārĕ. VERS. Pĕr mărĕ, pĕr tērrās, pĕr cœlī nūmĭnă jūro. Tērrām, mărĕ, sīdĕră jūro. Cœlum hōc, ĕt sīdĕră cōnscĭă jūro, *vel* tēstŏr, āttēstŏr. Pĕr nūmĭnă jūro. Pĕr sŭpĕrōs, ĕt sī quă fĭdēs tēllūrĕ sŭb īma ēst Jūro. Pĕr jŭbăr hōc Sōlĭs rādĭīs īnsīgnĕ cŏrūscĭs ădjūrō Stygĭī căpŭt īmplācābĭlĕ fōntĭs: Pĕr Sŭpĕrōs ātque hōc cœlī spīrābĭlĕ lūmĕn. Vōs, ætērnī īgnēs, ĕt nōn vĭŏlābĭlĕ vēstrūm āttēstŏr nūmĕn. Aūdĭăt hæc gĕnĭtŏr, quī fœdĕră fūlmĭnĕ sāncit. Tāngo ārās, mēdĭōsque īgnēs, ĕt nūmĭnă tēstŏr. Ōssă tĭbī jūrō pĕr mātrĭs, ĕt ōssă pārēntĭs. Sī fāllō, cĭnĭs heū sĭt mĭhĭ ŭtērquĕ grăvĭs. Tēstŏr mājōrūm cĭnĕrēs tĭbī, Rōmă, cŏlēndōs.

jūs, jūrĭs. *Căvĭmŭs, ĕt dŏmĭnī jūs ōmnĕ rĕmīsĭmŭs āgrō,* Hor. SYN. Æquūm, fās, rēctūm, jūstūm, *vel* jūstĭtĭă, æquĭtās. EPITH. Sānctūm, sacrūm, īnvĭŏlātūm, ālmūm, lĭtĭgĭōsūm, āncēps, clāmōsūm, ārctūm, sĕvērūm, rĭgĭdūm, īnvĭŏlābĭlĕ, fīrmūm. PHR. Lēgūm jūră. Jūrĭs lēgēs, dēcrētă. Jūs ĕt æquūm. Fās ĕt jūră sĭnūnt. Jūră fŏrī. V. *Justitia.*

jūsjūrāndūm. *Fĭdem āllĭgāvĭt jūrĕjūrāndō sŭūm.* (Iamb.) SYN. Jūrāmēntūm, sacrāmēntūm, fĭdēs, rēlĭgĭo. EPITH. Sōlēnnĕ, sacrātūm, sānctūm, īnvĭŏlābĭlĕ, tĕnāx.

jūssūm. *Impĕrĭō lætī pārēnt, āc jūssă făcēssūnt,* Virg. Æn. 4, 295. SYN. Jūssŭs, īmpĕrĭūm, māndātūm, præcēptūm.

jūstĭtĭă. *Jūstĭtĭænĕ prĭūs mīrĕr, bēllīnĕ lăbōrūm?* Virg. Æn. 11, 126. SYN. Æquĭtās, *vel* jūs, æquūm. *Justitiæ præsides,* Thēmĭs et Āstræă. EPITH. Sacră, sānctă, æquă, dīvīnă, cōnstāns, sĕvēră, pŏtēns, pĭă, fĭdēlĭs. PHR. Jūrĭs āmŏr, cūră. Rēctī dĕcŏr. Pĭĕtāsquĕ, fĭdēsquĕ. Æquă gĕrit rēctām lĭbrāt quæ pōndĕră



Digitized by Google

lāncēm. Jūstĭtĭa īmmōtā fīrmā tĕnāxquĕ mănū. Hŭjūs stăt fœdĕrĕ mūndŭs. Făctă æquātō ēxāmĭnĕ pēndĭt *vel* lĭbrăt.

jūstŭs. *Mīrāntŭr jūstīquĕ sĕnēs, tĕpĭdæquĕ pŭēllæ*, Ovid. Ep. Pen. ad Ulyss. 29. SYN. Æquŭs, rēctŭs, *vel* pĭŭs, īnnŏcŭŭs, *vel* mĕrĭtŭs, dēbĭtŭs, lēgĭtĭmŭs. PHR. Jūstĭtĭæ, jūrĭs, æquī ămāns, cūltŏr, cūstōs. Lēgūm sērvātŏr ĕt æquī. Jūdēx sērvāntĭssĭmŭs, *vel* ōbsērvāntĭssĭmŭs æquī, Jūstĭtĭæ tĕnāx. Nēc prĕcĕ, nēc prĕtĭō mōbĭlĭs. Cuī ĭngēns ēst æquī *vel* rēctī rĕvĕrēntĭă. Āstrææ gĕnĭŭs. Thĕmĭdĭs jūră cŏlēns. Jūstĭtĭæ cūltŏr. Rĭgĭdī sērvātŏr hŏnēstī. VERS. Jūstĭquĕ tĕnōrĕm Flēctĕrĕ nōn ŏdĭūm cōgĭt, nōn grātĭă suādĕt. V. *Jus.*

jŭvāmĕn, ĭnĭs. *ĕt cōnfĕrt, hæmŏptŏĭcīs hŏc sæpĕ jŭvāmĕn*, Man. V. *Auxilium.*

Jŭvĕnālĭs. *Poëta, patriâ Aquinas, in Italiâ ; Satyris notus.* EPITH. Făcūndŭs, dĭsērtŭs, tūrgĭdŭs, Āquĭnās, mōrdāx.

jŭvēncă. *īmmĕmŏr hērbārūm quōs ēst mīrātă jŭvēncă*, Virg. Ecl. 8, 2. SYN. Bōs, būcŭlă, văccă, vĭtŭlă, jŭvēncŭlă. EPITH. Cōrnĭgĕră, pĭnguĭs, tĕnĕră, pĕtŭlāns, pĕtūlcă, fœcūndă.

jŭvēncŭs. *ēxpĕcta, ĕt vălĭdīs tērrām prōscīndĕ jŭvēncīs*, Virg. Geo. 2, 237. SYN. Bōs, taūrŭs, vĭtŭlŭs. EPITH. Tĕnĕr, lāscīvŭs, pĕtŭlāns, pĕtūlcŭs, īndŏmĭtŭs, fōrtĭs. PHR. Dētrēctāns jŭgă prīmă jŭvēncŭs. Īnsūltāns cāmpō. V. *Bos.*

jŭvĕnīlĭs.——*Sūmptīs Prĭămūm jŭvĕnīlĭbŭs ārmīs*, Virg. Æn. 2, 518.

jŭvĕnīlĭtĕr. *Vĕnātum in sȳlvās jŭvĕnīlĭtĕr īrĕ sŏlēbām*, Ovid. Met. 7, 805.

jŭvĕnēsco. *Mātrĕ, quī lārgīs jŭvĕnēscĭt hērbīs*. (Sapph.) Hor. Od. 4, 2, 55. SYN. Ădŏlēsco.

jŭvĕnĭs. *Mōx jŭvĕnēs ăgĭtārĕ jŏcōs, ĕt pōllĭce hŏnēstō*, Per. 6, 5. SYN. Pūbĕr, ădŏlēscēns, ĕphēbŭs. EPITH. Ădūltŭs, ălăcrĭs, aūdāx, fōrtĭs, ănĭmōsŭs, fērvĭdŭs, īmpăvĭdŭs, fōrmōsŭs, ēgrĕgĭŭs, dŏcĭlĭs, īndŏcĭlĭs. PHR. Vĭgēns jŭvĕnīlĭbŭs ānnīs. Jŭvēntă, flōrĕ jŭvēntæ īnsīgnĭs. Ævī, ætātĭs flōrĕ vĭrēns. Vĭgēns prīmævō flōrĕ jŭvēntæ. Vĭrĭdī spēctābĭlĭs ævō. Vălĭdīs ārdēns ănĭmīs, ălăcrīquĕ jŭvēntă. Cuī dĕcŏr īntĕgĕr ævī. Cuī īntĕgĕr ævī Sānguĭs ĭnēst, sŏlĭdæquĕ sŭō stānt rōbŏrĕ vīrēs. Jŭvēntā fīdēns, aūdāx. Prīmā spārsŭs lānūgĭnĕ mālās. Prōdĭgŭs ærĭs, ūtĭlĭūm tārdŭs prōvīsŏr. Cērĕŭs īn vĭtĭūm, *vel* vĭrtūtēm flēctī. Mŏnĭtōrĭbŭs āspĕr. V. *Adolescens.*

*juvenis crescens.* VERS. Mēnsūra ēst mănĭbŭs mājŏr, mēnsūrāquĕ mājŏr Vūltĭbŭs, ēt vīsæ jŭvĕnī dēcrēscĕrĕ vēstēs.

*juvenes.* PHR. Jŭvĕnūm lætă mănŭs, tūrbă, cŏhōrs, cătērvă. VERS. Jŭvĕnūm mănŭs ēmĭcăt ārdēns. Ūna ōmnĭs Scȳrĭă pūbēs sūccēdūnt tēctō.

jŭvēntŭs, ūtĭs. *Cōnjūrăt trĕpĭdō Lătĭūm, sævītquĕ jŭvēntŭs*, Virg. Æn. 8, 5. SYN. Jŭvēntă, pūbērtās. EPITH. Prīmă, prīmævă, vĭrēns, vĭrĭdĭs, vērnāns, flōrēns, rŏsĕă, tĕnĕră : pūbēscēns, hĭlărĭs, jūcūndă, blāndă, mōllĭs, ămœnă, fērvĭdă, īgnĕă, vălĭdă, gnāvă, gĕnĕrōsă, īmpăvĭdă, aūdāx, dŏcĭlĭs, făcĭlĭs, mītĭs, pĕtŭlāns, pĕtūlcă, ēffrænĭs, præcēps, īndŏmĭtă, īnsānă, văgă, cæcă, īncōnstāns, mōbĭlĭs, īncaūtă, īmprūdēns. PHR. Jŭvĕnīlĭs ætās. Jŭvĕnīlēs ānnī. Jŭvēntă, ævī, ætātĭs flōs, vēr. Prīmæ lānūgĭnĭs ānnī. Ævūm flōrēns, vĭrĭdĕ. Flōs vĭrēntĭs ævī. Ēgrĕgĭūm dĕcŭs jŭvēntæ. Jŭvĕnīlĕ dĕcŭs. Blāndă jŭvēntæ Tēmpŏră. Ānnī vĭrĭdĭs jŭvēntæ. Fōrtĭŏr ætās. Mĕlĭŭs ævūm. Jŭvēntæ vĭgŏr, rōbŭr, călŏr, fērvŏr, flāmmă. Jŭvĕnīlĭs ārdŏr. Ætās vērnă, flōrĭdă, flōrēscēns, fōrtĭŏr. Ætātĭs brĕvĕ vēr. Aūrĕă vītæ Tēmpŏră. Prīmī, tĕnĕrī, flōrēntēs ānnī. Pārs mĕlĭŏr vītæ. Mōllĭs ĕt āptă căpī, rĕgī. Prāvī dŏcĭlĭs. Călĭdō sānguĭnĕ fērvēns. Vēntōsā lĕvĭtātĕ tŭmēns, īmpătĭēns ŏpĕrūm. VERS. Pōstquām lāscīvæ cĕcĭdĭt călŏr īllĕ jŭvēntæ: quid mōllēm pătĕrĭs lūxū tōrpērĕ jŭvēntām ? ūtēndum ēst ætātĕ, cĭtō pĕdĕ lābĭtŭr ætās. V. *Adolescentia, et Lanugo.*

*in juventute.* PHR. Ădhūc flōrēntĕ jŭvēntā. Prīmævō īn flōrĕ jŭvēntæ. Vĭrĭdī īn ævō. Cūm jŭvĕnīlĭbŭs ānnĭs Lūxŭrĭăt. Ănĭmī, cōrpŏrăquĕ īpsă vĭgēnt. Sŭpĕrăt dūm lætă Jŭvēntūs. Dūm sŏlĭdæ sŭō stānt rōbŏrĕ vīrēs. Dūm vērnăt ætās. Dūm fīrmĭŭs ævūm. Dūm mĕlĭŏr vīrēs sānguĭs dăt.

### *Fons Juventæ.*

Fons, qui perpetuo decurris gurgite, salve,
Splendidior vitro, thermâque salubrior omni;
Frigidior nivibus, cùm sæva Canicula messes
Torret, et arentes exurit Sirius agros;

Caldior Ætnæis flammis, cùm terra pruinas
Imbibit, et glacie stringuntur rura rigenti.
Te pueri, juvenesque petunt, niveæque puellæ;
Hinc te plebs Fontem solet appellare juventæ;
Seu quia præteritos annos, lapsamque juventam,
Decursosque refers soles, vitamque reducis. *Petr. Goldem. Scotus.*

Jŭvo, i. *Aŭxiliō tūtūs dimittam, ŏpibŭsquĕ jŭvābo,* Virg. Æn. 8, 171. SYN. Ădjŭvo, aŭxiliŏr. V. *Auxilior.*

jŭxtā. *ingēns ără fŭit, jŭxtāquĕ vĕtĕrrimă laŭrŭs,* Virg. Æn. 2, 61. SYN. Ăd, prŏpĕ, prŏptĕr, sĕcŭndŭm.

Ixīŏn, ŏnis. *illīc Jūnŏnēm tēntāre Ixīŏnis aūsi, Versāntŭr cĕlĕri nŏxiă mēmbră rŏtā,* Tibull. 1, 3, 73. *Jovis vel Ætionis, aut Phlegiæ filius, Thessaliæ Rex. Hunc Jupiter Deorum convivio accepit, ubi Junonem amare ac sollicitare ausus est. Jupiter id resciens, è nebulâ Junonis effigiem effinxit, quam ille amplexus est. Unde Centauri procreati sunt. Cùm deinde gloriaretur, se Junone usum esse, ad Inferos detrusus est, et rotæ æternùm circumvolutæ alligatus. Hæc Fabula in ambitiosos et lascivos est adinventa.* EPITH. Thēssălŭs, pērfĭdŭs, impĭŭs, lāscīvŭs. VERS. Răpitŭr vŏlŭcri tŏrtŭs Ixīŏn rŏtā. Vŏlvitŭr Ixīŏn, ĕt sē sĕquitŭrquĕ fŭgitquĕ.

Ixīŏnēŭs. *ătque Ixīŏnēi vēntō rŏtă cōnstĭtit ŏrbis,* Virg. G. 4, 484.

## L.

LĂbāns. *āggrēssi fĕrrō circŭm: quā sŭmmă lăbāntēs,* Virg. Æn. 2, 463. SYN. Văcillāns, nŭtāns, cădūcŭs. PHR. In căsŭm prŏnŭs. Căsŭm mĭnāns.

lābĕfăcio, fēci, făctŭm. *ēt lābĕfăctă mŏvēns rŏbŭstŭs jūgĕră fŏssŏr,* Virg. Geo. 2, 264. SYN. Lăbĕfăcto, cŏrrŭmpo, distŭrbo, quătio, cŏncŭtio, dirŭo, ēvērto, disjĭcio, pērfringo, dissŏlvo, dēstrŭo, pērvērto, sŭbvērto.

lăbellŭm. *Nēc tē pœnĭtĕāt călămō trivissĕ lăbēllŭm,* Virg. Ecl. 2, 34. SYN. Lăbiŭm.

lābēns. *Qui tĭbi lābēntēs āppōnēt cāndĭdŭs ānnōs,* Pers. 2, 2. SYN. Cădēns.

lābēs, is. *Hinc mihi primă măli lābēs, hinc sēmpĕr Ŭlyssēs,* Virg. Æn. 2, 97. SYN. Măcŭlă, nŏtă, sŏrdēs: nævŭs, *vel* dēdĕcŭs, infāmiă, *vel* pēstis, cŏntāgio, lŭēs, ēxitiŭm, rŭīnă, clādēs. V. *Macula.*

lābĭlis. *Hæc mŏnŭmēntă tŭōs si lābilis ŏrbis ămicōs,* Lact. SYN. Cădūcŭs, flŭxŭs, lābāns.

lăbiŭm. *intĕr singŭltŭs, lăbiisquĕ trĕmēntibŭs ānnōs,* Sil. SYN. Labrŭm.

lăbo, ās. *Cūstōdēs sŭfferrĕ vălēnt, lăbăt ărietĕ crēbrō,* Virg. Æn. 2, 492. SYN. Lăbāsco, văcillo, nŭto, in căsŭm vĕrgo, căsŭm minŏr, *vel* lābŏr, cŏrrŭo, cădo.

lābŏr, ĕris, lāpsŭs, sŭm. *Tēmpŏră lābŭntŭr, tăcĭtisquĕ sĕnēscimŭs ānnis,* Ov. Fast. 6, 771. SYN. Prŏlābŏr, cădo, cŏncĭdo, prŏcĭdo, rŭo, cŏrrŭo, prŏcŭmbo, *vel* făllŏr, ērro, dēcipiŏr. V. *Cado.*

lăbŏr, et lăbōs, ōris. *Frōndĕ nĕmŭs; rĕdit ăgricŏlis lăbŏr āctŭs in ŏrbēm,* Virg. Geo. 2, 401. SYN. Ŏpŭs, ŏpĕră, sūdŏr, *vel* incŏmmŏdŭm: cūră, dŏlŏr, *vel* cŏntēntio, cŏnātŭs. EPITH. Āssidŭŭs, ācĕr, dūrŭs, vigil, mŏlēstŭs, grăvis, pērtĭnāx, ānxĭŭs, insŏmnis, pērvigil, sŏllicitŭs, lŏngŭs, ăcērbŭs, rigidŭs, ærŭmnŏsŭs, ŏpĕrŏsŭs, Hērcŭlēŭs, cŏntinŭŭs, indēfēssŭs, irrĕquiētŭs, nŏn intērmissŭs, impigĕr, sŏlērs, sēdŭlŭs, ingēns, immānis, immēnsŭs, nimiŭs, ŭtilis, fēlix, inŭtilis, vānŭs, irritŭs, ingrātŭs, stĕrilis, infēlix, pērdiŭs, pērnŏx. PHR. Lăbŏris ŏnŭs. Ŏpĕrŭm lăbŏrēs. Sĕriēs lăbŏrŭm. Tædiă lŏngă lăbŏrŭm. VERS. Lăbŏr ŏmniă vincit imprŏbŭs, ārtifici cēdit nătŭră lăbŏri. Ŏmnibŭs ŭnă quiēs ŏpĕrŭm: lăbŏr ŏmnibŭs ŭnŭs. Tāntălēāmquĕ sitim, Tityi tŏrmēntă, lăbŏrēs Sisyphiŏs. Măgnŭsquĕ lăbŏr gĕmĭnāvĕrăt æstŭm. Fămŭlāsquĕ lăbŏribŭs ŭrgēnt. Mē quŏquĕ dēbilitāt sĕriēs immēnsă lăbŏrŭm, āntĕ mĕŭm tēmpŭs cŏgit ĕt ēssĕ sĕnēm. V. *Laboro, et Finio.*

lăbŏrifĕr, ă, ŭm. *Nŭmquĕ lăbŏrifĕri cŭm jām nātālis ădēssēt,* Ovid. Met. 9, 285. SYN. Lăbŏriŏsŭs.

lăbŏriŏsŭs. *Lăbŏriŏsi rēmigēs Ŭlyssēi.* (Iamb.) Hor. Ep. 17, 16. SYN. Dūrŭs: lăbŏris pătiēns, lăbŏri āssuētŭs, lăbŏribŭs invictŭs. PHR. Dūrŭm gĕnŭs, ēxpĕ-



Digitized by Google

riēnsquĕ lăbōrŭm. Dōctŭs ā pŭĕrō dūrōs pērfērrĕ lăbōrēs, æstūm, frīgŭs, nĭvēm. Āssĭdŭō dūrātŭs mēmbră lăbōrĕ. Quēm nūllŭm fătīgăt lăbōrĭs ŏnŭs. Mūlti pătĭēns ĕrăt īllĕ lăbōrĭs. Āt pătĭēns ŏpĕrŭm, pārvōque āssuētă jŭvēntŭs. VERS. Nōn tĭbĭ dēsĭdĭās mōllēs ĕt mārcĭdă lūxū ōtĭă, nēc sōmnō gĕnĭtōr pērmīsĭt īnērtēs: Sēd nŏvă pēr dūrōs īnstrūxĭt mēmbră lăbōrēs; ĕt crūdă tĕnĕrās ēxērcŭĭt īndŏlĕ vīrēs: Frīgŏră sævă pătī: grāvĭbŭs nōn cēdĕrĕ nĭmbĭs: æstĭvŭm tŏlĕrārĕ jŭbăr, trānsnārĕ sŏnōrās Tōrrēntŭm fŭrĭās, āscēnsū vīncĕrĕ mōntēs, Plānĭtĭēm cūrsū, vāllēs ĕt cōncăvă sāltū; Nēcnōn īn clўpĕō vĭgĭlēs pērdūcĕrĕ nōctēs. V. *Laboro.*

lăbōro. *Nēc cūr frātērnīs Lūnă lăbōrĕt ĕquīs*, Prop. 2, 34, 52. SYN. Ēlăbōro, ŏpĕrŏr, *vel* nītŏr, cōnŏr, cōntēndo. PHR. Lăbōrī văco, īndūlgĕo. Ŏpĕrī īnsto. Lăbōrĕ dēfūngŏr. Lăbōrēm sŭbĕo, haūrĭo, ēxhaūrĭo, pătĭŏr, fĕro, pērfĕro, tŏlĕro, ēxāntlo, īmpēndo, ēxērcĕo. Mē dō lăbōrī. Lăbōrĕ cōrpŭs, *vel* mēmbră ēxērcērĕ, dūrārĕ. VERS. Lăbōrĕ mănŭm dūră tĕrăt. Dūrōs sŭbĭīssĕ lăbōrēs. Aūt ŏpĕrī āssuētās āttĕnŭāssĕ mănūs. Rĕdĭt āgrĭcŏlīs lăbŏr āctŭs īn ōrbēm. Nēc ūllă rĕquĭēs, tēmpŭs aūt ūllŭm dătŭr. Fīnĭs āltĕrĭŭs mălī *vel* lăbōrĭs, grădŭs ēst fŭtūrī. Præcĭpŭŭm jam inde ā tĕnĕrīs īmpēndĕ lăbōrēm. Dēfēssă grăvī sūccūmbūnt mēmbră lăbōrī. Dūm vīrēs ānnīquĕ sĭnūnt, tŏlĕrārĕ lăbōrēs; Jām vĕnĭĕt tăcĭtō cūrvă sĕnēctă pĕdĕ. Quid tāntum īnsānō jŭvăt īndūlgērĕ dŏlōrī? Quī stŭdĕt ōptātām cūrsū cōntīngĕrĕ mētām, Mūltă tŭlĭt, fēcĭtquĕ pŭĕr, sūdāvĭt, ĕt ālsĭt. V. *Laboriosus et Labor. At si plures partito opere laborantes describere velis, vide suprà Ædifico, Apes, et Formica.*

lăbrŭm. *Hōc nătăt īn lăbrīs, ĕt īn ūdo ēst Mænās ĕt Ătўs*, P. SYN. Lăbĭŭm, lăbēllŭm. EPITH. Pūrpŭrĕŭm, tĕnĕrŭm, rŭbēns, rŏsĕŭm, tĕnēllŭm, suāvĕ, blāndŭm, dĕcōrŭm, fōrmōsŭm, āmbrŏsĭŭm, vĭrgĭnĕŭm, făcūndŭm, dĭsērtŭm. PHR. Cŏlōrātĭs lăbră dĕcōră gĕnĭs. VERS. Rŏsĕŭs pīngit mūllĭă lăbră nĭtŏr. Vērbă rĕfērt trĕmŭlĭs tĭtŭbāntĭă lăbrĭs.

lăbrūscă. *Sўlvēstrĭs rārīs spārsĭt lăbrūscă răcēmīs*, Virg. Ecl. 5, 7. EPITH. Sўlvēstrĭs, stĕrĭlĭs, vĭrēns, dēnsă.

lăbўrīnthæŭs. *Nē lăbўrīnthæīs ē flēxĭbŭs ēgrĕdĭēntēm*, Catul. 62, 174. SYN. Lăbўrīnthĭăcŭs.

Lăbўrīnthŭs.—*Crētā fērtŭr Lăbўrīnthŭs īn āltā.* Virg. Æn. 5, 580. *Locus multis viarum ambagibus implicatus. Celebris est ille à Dædalo constructus in Insulâ Cretâ, Minois Regis jussu, ut in eo Minotaurus includeretur.* EPITH. Cūrvŭs, īrrĕmĕābĭlĭs, īnēxtrīcābĭlĭs, fāllāx, cæcŭs, dŭbĭŭs, āncēps, īnflēxŭs, dīffĭcĭlĭs, āmbĭgŭŭs, mūltĭplēx, sēcrētŭs, īngĕnĭōsŭs, ōblīquŭs, Dædălĕŭs, Crētēnsĭs. PHR. Lăbўrīnthēī flēxŭs. Lăbўrīnthēī fāllācĭă tēctī. Tēctŭm fāllāx, cæcŭm, āncēps, dŏlōsŭm. Tēctŭm cūrvŭm ātquĕ rĕcūrvŭm. Dŏlōsī tēctī, *vel* āncĭpĭtŭm vĭārŭm mōnstrōsæ āmbāgēs. Vărĭī cūrvīs āmbāgĭbŭs ōrbēs. Sēctă pēr dŭbĭās sāxĕă tēctă vĭās. Dædălĕæ dŏlŭs ārtĭs. Īnēxtrīcābĭlĭs, *vel* cīrcŭmflēxŭs ērrŏr. Fāllācēs vĭæ. Lŏcŭs īmplĭcĭtŭs gўrĭs, āmbāgĭbŭs āncēps. Ædĭs Dædălĕæ lăbŏr. Dŏlŭs māllĕ vĭīs āncēps. Līmĭnă īn ērrōrēm flēxū dēdūctă vĭārŭm.

*Labyrinthi Descriptio.*

Ut quondam Cretâ fertur Labyrinthus in altâ,  
Parietibus textum cæcis iter, ancipitemque  
Mille viis habuisse dolum, quà signa sequendi  
Falleret indeprensus et irremeabilis error. *Virg. Æn.* 5, 588.

Hic labor ille domûs, et inextricabilis error.  
Magnum Reginæ sed enim miseratus amorem  
Dædalus, ipse dolos tecti, ambagesque resolvit,  
Cæca regens filo vestigia. *Idem Æneid.* 6, 627.

lāc, lāctĭs. *Lāc āsĭnæ plăcĭdæquĕ bŏvĭs prōdāssĕ, &c.* Ser. EPITH. Cāndĭdŭm, suāvĕ, tĕpĭdŭm, dūlcĕ, cāndēns, nēctărĕŭm, grātŭm, tĕpēns, nĭvĕŭm, nŏvŭm, rĕcēns, pīnguĕ, pūrŭm, cōncrētŭm, prēssŭm, cōāctŭm. PHR. Lāctĭs, *vel* lāctĕŭs hūmŏr. Cōpĭă lāctĭs. Mūnĕră lāctĭs. Lāctĭs ălĭmēntă. Lāctĭs sūccŭs, sērŭm, crēmŏr. Cōāgŭlă lāctĭs. VERS. Lāc mĭhĭ sēmpĕr ādēst nĭvĕŭm, pārs īndĕ bĭbēndă Sērvātŭr, pārtēm līquĕfāctă cōāgŭlă dūrānt. Ārmēntālĭs ĕquæ mānū-

mis, ēt lāctĕ fērīnō Nūtrībāt, tĕnĕris immūlgēns ūbĕră lābrīs. Ūbĕră sūgūnt, ēt sibi pērmissā lāctis ălūntūr ŏpĕ.

Lăcĕdæmōn, ŏnis. *ō ŭtĭnăm tŭnc cūm Lăcĕdæmŏnă clāssĕ pĕtēbăt*, Ovid. Ep. Pen. ad Ulyss. 5. SYN. Spārtă. EPITH. Priscă, clāră, sĕvēră, pŏtēns.

Lăcĕdæmŏnĭi, ōrūm. SYN. Spārtāni, Tyndărĭdæ, *à Tyndaro Rege*. V. *Lacones*.

lăcĕr, ă, ūm. *Quămvis ēst circūm cæcis lăcĕr ūndĭquĕ mēmbris*, Lucr. 3, 404. SYN. Lăcĕrātŭs, dilăcĕrātŭs, scīssŭs, lănĭātŭs, discērptŭs, cōnscīssŭs.

lăcērnă.——*sŭb clāră nūdă lăcērnă*, Hor. S. L. 2, Sat. 6, 48. EPITH. Tyrĭă, pūrpŭrĕă, fūlgēns, pinguĭs.

lăcĕro. *Dēbŭĕrăt sēd tūnc cūm lăcĕrāvĭt Ĭtўm*, Mart. 5, 68, 6. SYN. Dilăcĕro, discērpo, scindo, discindo, cōnscindo, ābscindo, lănio, dilănio, sĕco, dissĕco, frāngo, rūmpo, disrūmpo. PHR. Fērrō, ūncis, ūnguĭbŭs, dēntĕ răbĭdō, ōrĕ crŭēntō sĕçο, in pārtēs. Ōră, gĕnās, crinēs, *vel* ărtŭs, ūnguĭbŭs *seu* digĭtis fœdārĕ, lănĭārĕ, cārpĕrĕ, dīrĭpĕrĕ, rūmpĕrĕ. Ūnguibŭs īrĕ in gĕnās. VERS. Discērptūm lātŏs jŭvĕnēm spārsērĕ pĕr āgrŏs. Mērsis in cŏrpŏrĕ rōstris, Dilăcĕrānt fālsi dŏmĭnūm sŭb ĭmāgĭnĕ cērvi. Dēĭphŏbūm vidit lăcĕrūm crūdēlĭtĕr ōră, Ōră mănŭsque āmbās: pŏpŭlātăquĕ tēmpŏră rāptis Aūrĭbŭs, ēt fœdās inhŏnēstō vŭlnĕrĕ nārēs. Ipsiquĕ sŭŏs jăm mōrtĕ sŭb ægră Discissōs nūdis lănĭābānt dēntĭbŭs ărtŭs. Jām jām vēntūrŏs aūt hāc aūt sūspĭcŏr illāc, Qui lănĭēnt, ăvĭdōs, viscĕră dēntĕ, lŭpōs. Dīrĭpĭāntquĕ tŭōs insānis ūnguĭbŭs ărtūs. Tūnc flēvi, rŭpiquĕ sĭnūs, ēt pēctŏră plānxi, ēt sēcŭi mădĭdās ūnguĕ rĭgēntĕ gĕnās. Ōrăquĕ sūnt digĭtis āspĕră fāctă mĕis. V. *Vero*.

lăcērtōsŭs. *Dūră lăcērtōsi fŏdĭēbānt ārvă cŏlōni*, Ov. M. 11, 33. SYN, Tŏrōsŭs, nērvōsŭs, rōbūstŭs.

lăcērtŭs. *Ăddūctis spūmānt frĕtă vērsă lăcērtis*, Virg. 5, 141. SYN. Tŏrŭs, nērvi, brāchĭūm: rōbŭr. EPITH. Fōrtis, vălĭdŭs, tĕrēs, nivĕŭs, mōllis, nērvōsŭs, rōbūstŭs. PHR. Lăcērtōrūm tŏri, rōbŭr.

lăcērtŭs, et lăcērtă. *ābsint ēt picti squāllēntĭă tērgă lăcērti*, Virg. Geo. 4, 13. *Pārvăquĕ minŏr mēnsūră lăcērta ēst*, Ov. Met. 5, 458. EPITH. Viridis, vērsicŏlŏr, ēxilis, tĕnŭis, grăcilis, virēns, măcŭlōsŭs, trĕpĭdŭs, nŏxĭŭs, vĕnēnōsŭs.

lăcēssītŭs. *Sōlĕ lăcēssīta, ēt lūcēm sŭb nūbĭlă jāctānt*, Virg. Æn. 7, 527. SYN. Pērcūssŭs, pūlsātŭs, *vel* irrītātŭs.

lăcēsso, is, ivi, itūm. *ēffĭcĭām pōsthāc nē quēmquām vōcĕ lăcēssās*, Virg. Ecl. 3, 51. SYN. Irrītŏ, ēxāspĕro, ēxăcērbo, prŏvŏco, āggrĕdĭŏr, ădŏrĭŏr, ŏppūgno, pĕto, āppĕto, invādo. PHR. Priŏr irrŭo. Bēllūm infĕro, indico. Ārmis pĕto, tēnto.

Lăchĕsis, is. *ō dūrām Lăchĕsin, quæ tām grăvĕ sīdŭs hăbēnti*, Ovid. Trist. 5, 10, 45. EPITH. Immitis, fērrĕă, invĭdă, immānis, sĕvēră, tristis, fĕrōx, rigĭdă, dīră. PHR. Nēscĭă flēcti. Vītæ pēnsă trăhēns. V. *Parca*.

lăcinĭă. *Plaut.* SYN. Fimbrĭă, *vel* rūgæ.

Lăcinĭă. *Ităliām tĕnŭĭt: prætērquĕ Lăcinĭă tēmplō*, i. e. *Juno, ita dicta à Lacinio promontorio, ubi ei fuisse templum ex Virgilio intelligi possit: sanctum hoc templum fuisse omnibus circà populis testatur Livius.*

lăcinĭōsŭs. *Nūdŭs, lăcinĭōsŭs, ātquĕ pānnōsŭs.* (Scaz.) SYN. Discissŭs, *vel* rūgōsŭs.

Lăcōnĭă. SYN. Œbălĭă, Lăcĕdæmŏnĭă.

Lăcōnēs, ūm. *Midă dē plēbĕ Lăcōnūm*, Stat. 6, 736. SYN. Œbălĭi, Thĕrāpnæi, Āmyclæi, Tænărĭi, *à Therapnis et Amyclis urbibus, et Tænaro promontorio Laconiæ.*

lacrўmābĭlis.—*quĭă nil lăcrўmābĭlĕ cērnăt*, Ov. M. 2, 796. SYN. Flēbĭlis, lūgubris.

lacrўmæ. *īre ĭtĕrum in lăcrўmās, ĭtĕrūm tēntārĕ prĕcāndo*, Virg. Æn. 4, 413. SYN. Flētŭs, lūctŭs, plōrātŭs, gūttæ. EPITH. Mānāntēs, ēffūsæ, flŭēntēs, rōrāntēs, cădēntēs, tristēs, ūdæ, āmāræ, hūmēntēs, mœstæ, mădĭdæ, tĕpēntēs, tĕpĭdæ, grăvēs, stillāntēs, lĭquēntēs, fūnēstæ, ăcērbæ, āssĭdŭæ, sūpplĭcēs, piæ, fĭdēlēs, fāllācēs, dŏlōsæ, insĭdĭōsæ. PHR. Lacrўmārūm rivŭs, flūxŭs, imbĕr. Mœstæ gūttæ. Mœstæ imbĕr ăquæ. Tĕpĭdŭs rōs. Lacrўmārūm rivi, flūmĭnă sālsă. Ōră rĭgāntēs. In ōră mœstă cădēntēs. Ōră sŭlcāntēs. Flŭēntēs, cūrrēntēs, instār flūmĭnis, mōrĕ pĕrēnnis ăquæ, mōrĕ nivis sōlĕ mădēntis. Ēffūsæ gĕnis lacrўmæ. Pēr ōră vŏlūtæ. VERS. Ūdăquĕ tūrgēntēs impēllūnt lūmĭnă gūttās. Ex ŏcŭlis hūmĭdă gūttă cădit. Lārgis hūmēctānt imbrĭbŭs ōră, Imbrĕ pĕr



Digitized by Google

indīgnās ūsquĕ cădēntĕ gĕnās. Nūm flētu ingĕmŭit nōstrō, nūm lūmĭnă flēxit? Sēd nūllis īllĕ mŏvētŭr Flētĭbŭs. V. *Lacrymor, et Fletus.*

*lacrymas moveo.* PHR. Lacrȳmās ēlĭcĭo, ēxcŭtĭo, ēxprĭmo, cĭĕo, ĭn flētūs, lăcrȳmās cōgo. VERS. Cūnctōrūm lūmĭnă sōlvit ĭn lăcrȳmās. Lēnĭbăt dĭctis ănĭmūm lăcrȳmāsquĕ cĭēbăt.

*lacrymas sisto.* PHR. Lacrȳmās cŏhĭbĕo, ĭmbĭbĕo, cōmprĭmo, cōmpēsco, rĕtĭnĕo, cōntĭnĕo, sēdo. Tēmpĕrārĕ ā lăcrȳmĭs. Flētĭbŭs părco. Flētūs sēdo. Gĕnās, ŏcŭlōs, ōră, lūmĭnă sīccārĕ, tērgĕrĕ. Lăcrȳmās ābstērgĕrĕ. Mŏdūm pōnĕrĕ lacrȳmis. Lacrȳmās sīccārĕ, tērgĕrĕ. VERS. Mănŭquĕ sĭmŭl lăcrȳmāntĭă tērsit lūmĭnă. Hūmĭdăque īmprēssā sīccābăt lūmĭnă lānā. Quis tālĭă fāndo Tēmpĕrĕt ā lăcrȳmis? Nēc lăcrȳmās ŏcŭlī tĕnŭērĕ cădēntēs. Rĕdūndāntēs lăcrȳmās, ēt ănhēlă părūmpĕr ōră prĕmĕ. Nēc lăcrȳmis cărŭērĕ gĕnæ. Sūspēnsæquĕ dĭū lăcrȳmæ flūxērĕ.

lacrȳmŏr, *vel* lacrȳmo. *Quŏ nōn ārs pĕnĕtrāt? dīscūnt lăcrȳmārĕ dĕcēntĕr*, Ovid. SYN. Īllacrȳmo, flĕo, plōro, lūgĕo. PHR. Lacrȳmās fūndo, ēffūndo, prōfūndo, dō. Sōlvi ĭn flētūm. Īrĕ ĭn lacrȳmās. Īn flētūm ērūmpĕrĕ. Lacrȳmis ĭndūlgērĕ. Flētū, lacrȳmis ōră, vūltūm, gĕnās rĭgārĕ, īrrĭgārĕ, hūmēctārĕ, sūffūndĕrĕ, spārgĕrĕ, īmplērĕ. VERS. Tūmĭdis stīllăt tĭbĭ rīvŭs ŏcēllis. Hūmēntēsquĕ rĭgăt plūrĭmă gūttă gĕnās. Īnquĕ sĭnū mœstæ lābĭtŭr īmbĕr ăquæ. Lăcrȳmis ōră sĭnūsquĕ mădēnt. Lăcrȳmis ŏcŭli rōrāntŭr ŏbōrtis. Sic ēffātă, sĭnūm lăcrȳmis īmplēvit ŏbōrtis. Īn āssĭdŭōs ābsūmĕrĕ lūmĭnă flētūs. Lōngās ĭn flētūm dūcĕrĕ vōcēs. Lābĭtŭr ēx ŏcŭlis tūnc quŏquĕ gūttă mĕis. Lăcrȳmās ēffūdit, ēt ōmnēm īmplēvit clāmōrĕ lŏcūm. Vūltūm lăcrȳmis ātque ōră rĭgābăt. Sĕpūlcrūm Flētĭbŭs īrrōrăt. Tālēsquĕ mĭsērrĭmă flētūs Fērtquĕ rĕfērtquĕ părēns. Tēr cōnātă lŏqui, tēr flētĭbŭs ōră rĭgāvit. Ŏcŭlis nēc dēfŭit īmbĕr. Nēc lăcrȳmis cărŭērĕ gĕnæ. Dūmquĕ lŏquŏr, lăcrȳmæ pĕr ămāntĭă lūmĭnă mănānt. Sæpe ĕtĭām lăcrȳmæ sūnt mē scrībēntĕ prōfūsæ. Hūmĭdăque ēst flētū līttĕră făctă mĕō. Pērquĕ sĭnūs lăcrȳmæ flūmĭnis īnstăr ĕūnt. Hæc ĕgŏ dūmquĕ quĕrŏr, lăcrȳmæ sŭă vērbă sĕquūntŭr. Āt lăcrȳmās sĭnĕ fīnĕ dĕdī, rūpīquĕ căpīllos. Tālĭă fūndēbāt lăcrymāns, lōngōsquĕ cĭēbăt īncāssūm flētūs. Īt lăcrȳmāns, gūttīsque hūmēctăt grāndĭbŭs ōră. Vīsŭs ădēssĕ mĭhi, lārgōsque ēffūndĕrĕ flētūs. Sēd ſgrăvĭtĕr gĕmĭtūs īmō dē pēctŏrĕ dūcēns, Sic ăit īllăcrȳmāns. Prōcŭbŭit sŭpĕr, ātque hærĕt lăcrȳmānsquĕ gĕmēnsquĕ. Heū quŏtĭēs præsāgă măli vĭŏlāvit ŏbōrtō Rōrĕ gĕnās. Lăcrȳmās vērba ĭntĕr sĭngŭlă fūndit. V. *Lugeo, Fleo.*

> Exemploque nivis quam mollit aquaticus Auster,
> Gutta per attonitas ibat oborta genas. *Ov. P.* 2, 3, 91.

lacrȳmōsŭs. *Hic bēllūm lăcrȳmōsum, hic mĭsĕrām fămēm*, (Choriamb.) SYN. Lacrȳmāns, *vel* lacrȳmābĭlis.

lacrȳmŭlă. *Frūstrāntŭr fălsis găudĭă lăcrȳmŭlis*, Catul. 64. 16. V. *Lacryma.*

lāctĕŭs. *Lūcēt ĕbūr fūsōs cērvīx cui lāctĕă crīnēs*, Virg. Æn. 10, 137. SYN. Cāndĭdŭs, cāndēns, ālbŭs, nĭvĕŭs.

lāctĭto, ās. *Cūr sit ăgĕr stĕrĭlis, cūr ŭxŏr lāctĭtĕt, ēdām*, Mart. 7, 101, 3. PHR. Ūbĕră dō, prœbĕo, ādmŏvĕo, sūggĕro. Lāctĕ nūtrĭo, ălo. Māmmām pōrrĭgo, prœbĕo. Lāctis ălĭmēntă dō. Āltrīcĕ mămīllă ēdūco, is, *vel* ēdŭco, ās. V. *Lac.*

lāctŏr, āris. PHR. Ūbĕră sūgo, trăho, ēbĭbo. Lāc mātērnūm bĭbo: haŭrio. Māmmām ēxhaŭrio, sicco, ēxsicco. Māmillis lāc ēxprĭmo, dūco.

lāctūcă. *Pūlmŏnem cōchlĕă; nām lāctūca īnnătăt ăcri*, Hor. S. L. 2, Sat. 4, 459. EPITH. Frōndēns, sylvēstris, vĭrĭdis, vĭrēns, mōllis.

lăcūnæ. *ūndĕ cāvæ tĕpĭdō sūdānt hūmōrĕ lăcūnæ*, Virg. Geo. 1, 117. SYN. Fōssă. EPITH. Vāstă, ūdă, īnūndāns, līmōsă, bĭbŭlă, īnērs, tōpēns, crāssă, fœdă, pĭgră: plēnă ăquis, *vel* tĕpĭdō hūmōrĕ. VERS. Præsērtim īncērtis si mēnsĭbŭs āmnis ăbūndāns ēxit, ēt ōbdūctō lātē tĕnĕt ōmnĭă līmō. Ūndĕ cāvæ tĕpĭdō sūdānt hūmōrĕ lăcūnæ. V. *Lacus.*

lăcūnăr, āris. *Jūs nūllum ŭxōri, dōctūs spēctārĕ lăcūnăr*, Juv. 1, 56. V. *Laquear.*

lăcŭs, ūs. *ēt lăcŭs æstīvis īntĕpŭit Ūmbĕr ăquis*, Prop. 4, 1, 124. SYN. Stāgnūm, pălūs. EPITH. Līmōsŭs, prōfūndŭs, cāvŭs, āltŭs, īmŭs, pĭgĕr, sēgnis, tōrpēns, plăcĭdŭs, piscōsŭs, stāgnāns, lēntŭs, vāstŭs, trānquīllŭs, sĭlēns, quĭētŭs, spătĭōsŭs, rĭgŭŭs, cœnōsŭs, īllīmis, vĭtrĕŭs, līmpĭdŭs, pērspĭcŭŭs, trānquīllŭs, lūmēns,

Digitized by Google

cærŭlĕŭs, lĭtŭs, gĕlĭdŭs, nĭtĭdŭs, flūmĭnĕŭs, ūlvōsŭs. PHR. Stāgnāns ăquă. Stāgnă tăcēntĭs ăquæ. Pălūstrēs ăquæ. Līmōsŭs gūrgēs. Lăcŭs ūlvā cœnōquĕ rĕfērtŭs. Ūlvōsă pălūs, ĕt mūltō sōrdĭdă līmō. VERS. Hic stāgnăt hūmŏr, frīgŏre ætērnō rĭgēns. Seū stābĭt ĭnērs, seū pērflŭĕt hūmŏr. Līmōsōquĕ pălūs ŏbdūcĭt pāscŭă jūncō. Mĭtĭs in mōrēm stāgni, plăcĭdæquĕ pălūdĭs. Mērgĭtŭr ūndă lăcū. Īmmēnsō pāndĭtŭr ōrĕ lăcŭs.

Lādōn, ōnĭs. *Dōnĕc ărēnōsi plăcĭdūm Lādōnĭs ăd āmnēm*, Ovid. M. 1, 702. EPITH. Ărēnōsŭs, răpāx, Ăpōllĭnĕŭs, cāstŭs, Ārcădĭŭs.

lædo, læsi, læsūm. *Cārmĭnĕ læsă mĕo ēst, lædĕre ĕt īllă pŏtēst*, Mart. 3, 97. SYN. Offēndo, vĭŏlo, nŏcĕo, vūlnĕro.

Lăērtēs, æ. *Lăērtēsquĕ sĕnēx, Tēlĕmăchūsquĕ pŭĕr*, Ov. Ep. Pen. ad Ulyss. 100. EPITH. Fōrtĭs.

Læstrȳgŏnĕs, ūm. *Tērtĭŭs ē nūbĭs Læstrȳgŏnĭs īmpĭă tīnxĭt*, Ovid. Met. 14, 237. *Italiæ populi, qui humanâ carne vescebantur.* EPITH. Dūri, incūlti, īmmānēs, fĕrōcēs, īmmĭtēs, sævi, bārbări, crūdēlēs, sānguĭnĕi.

lætābĭlĭs. *ăccĭpĭām, cūnctīsquĕ mĕūm lætābĭlĕ fāctūm*, Ov. Met. 9, 255. SYN. Lætŭs, jūcūndŭs.

lætātŭs. *Nĕc vēro Ālcīdēm mē sūm lætātŭs ĕūntēm*, Virg. Æn. 6, 392. SYN. Gaŭdēns, ŏvāns.

lætĭfĭco. *Lætĭfĭcăt māgni, quĕrĭtŭr, quŏd tōtă pĕr æquŏr*, Luc. 2, 48. SYN. Hĭlăro, ŏblēcto, recrĕo, dēlēcto. V. *Gaudio afficio.*

lætĭtĭa. *ădsĭt lætĭtĭæ Bācchŭs dătŏr, ĕt bŏnă Jūno*, Virg. Æn. 1, 738. SYN. Gaūdĭūm. EPITH. Blāndă, fēstīvă, fēstă. V. *Gaudium.*

lætŏr, ārĭs. *Lætātŭr gĕmĭnā vŏtōrūm sōrtĕ, &c.* Mart. 9, 40, 5. SYN. Gaūdĕo, ēxūlto. V. *Gaudeo.*

lætŭs.——*Dīgnŭs pătrĭis quĭ lætĭŏr ēssĕt*, Virg. Æn. 7, 653. SYN. Hĭlărĭs, ălăcĕr, gaūdēns, ŏvāns. V. *Hilaris, Gaudens.*

lævĭgo, ās. SYN. Lævo, ās: pŏlĭo, pērpŏlĭo, cōmplāno, æquo, ēxæquo.

lævĭs. *Tāndem ĭntĕr pătĕrās ĕt lævĭă pōcŭlă sērpēns*, Virg. Æn. 5, 91. SYN. Pŏlītŭs: nĭtĭdŭs: plānŭs, æquŭs.

lævŭs. *Īlĭŏnēă pĕtĭt dēxtrā, lævāquĕ Sĕrēstūm*, Virg. Æn. 1, 615. EPITH. Sĭnīstĕr. *Metaph.* īnfaūstŭs, īnfēlīx, mălŭs.

lăgēnă.——*ĕt sīgnō læsō īnsānīrĕ lăgēnæ*, H. Ep. 2, 2, 234. SYN. Āmphŏră. EPITH. Căpāx, pătŭlă, spūmāns, căvă, plēnă, fīctĭlĭs, frăgĭlĭs, dūlcĭs. PHR. Plēnă mĕrō. Săgūntīnō pōcŭlă fīctă lŭtō.

lăgūncŭlă. SYN. Pārvă lăgēnă.

lāmbo, bi. *Sībĭlă lāmbēbānt līnguīs vībrāntĭbŭs ōră*, Virg. Æn. 2, 211. SYN. Āllāmbo, līngo. PHR. Līnguā āttīngo. Līnguā lāmbo, īgnĭs sȳdĕră lāmbĭt, āttīngĭt.

lāmēntābĭlĭs. *Trōjānās ŭt ŏpēs ĕt lāmēntābĭlĕ rēgnūm*, Virg. Æn. 2, 4. SYN. Lăcrȳmābĭlĭs, lūgēndŭs, lūgŭbrĭs, trīstĭs, fūnēstŭs.

lāmēntātĭo, ōnĭs. *Līmĭnĕque ĭn ĭpsō vāstă lāmēntātĭo.* (Iamb.) SYN. Lūctŭs, flētŭs, plānctŭs, quēstŭs, lāmēntūm. V. *Fletus, Queror.*

lāmēntŏr, ārĭs. *Clām lāmēntāmūr nōn āppārērĕ lăbōrēs*, Hor. Ep. 2, 1, 224. SYN. Quĕrŏr, plōro, lūgĕo, flĕo, gĕmo, dŏlĕo. V. *Fleo.*

lāmēntūm. *Lāmēntĭs gĕmĭtūque ĕt fœmĭnĕō ŭlŭlātū*, Virg. Æn. 4, 667. SYN. Lāmēntātĭo, lūctŭs.

Lămĭă. *Neū prānsæ Lămĭæ pŭĕrūm vīvūm ēxtrăhăt ālvō*, Hor. A. Poët. 340. EPITH. Fĕră, lāscīvă.

lāmĭnă. *Lāmĭnă mōllĭs ădhūc tĕnĕro ēst ĭn lāctĕ, &c.* Ovid. de Nuce, 93. SYN. Lāmnă, *Horat.*

lāmpās, ădĭs. *Ārgŏlĭcī clȳpĕi aūt Phœbēæ lāmpădĭs īnstăr*, Virg. Æn. 3, 637. SYN. Lȳchnūs, lūcērnă, fāx, tædă, lūmēn, tēstă. EPITH. Clāră, cŏrūscă, rădĭāns, lūcēns, nĭtĭdă, pēndŭlă, pēndēns, nōctūrnă, ārdēns, īgnĭfĕră, īgnĕă, trĕmŭlă, fūmāns, pīnguĭs, rŭtĭlāns, fūmĭfĕră, rŭtĭlă, cāndēns, splēndēns, călēns, trĕmŭlă, nĭtēns, fūlgĭdă. PHR. Trĕmŭlā lūcĕ cŏrūscāns. VERS. Sōl flāmmĭgĕră lūstrābĭt lāmpădĕ tērrās. V. *Fax.*

lānă. *āntĕ pĕdēs călăthi, lānăquĕ mōllĭs ĕrānt*, Ov. Fast. 2, 742. SYN. Vēllŭs. EPITH. Cāndĭdă, nĭvĕă, bĭbŭlă, ālbă, dīscŏlŏr, măcŭlōsă, pūlchră, tĕnŭĭs, tīnctă, tēxtĭlĭs, dīvĕs, Āttălĭcă. PHR. Lānæ vēllĕră, stāmĭnă: Mōllēs vīlli.

Digitized by Google

lāncĕă. *Lāncĕă cōnsĕquĭtūr, rūmpĭtque infīxă bĭlīcem*, Virg. Æn. 12, 375. SYN. Hāstă, hāstīlĕ, jăcŭlūm. V. *Hasta*.
lāncĭno. *Hic ōmnĕ, quĭcquĭd lāncĭnāmūr, nōn dŏlĕt.* (Iamb.) SYN. Stĭmŭlo, pūngo. V. *Pungo*.
lānĕŭs. *Lānĕŭs Eŭgănĕī lŭpŭs ēxcĭpĭt ōră Tĭmāvī*, Mart. 13, 89. SYN. Vĭllōsŭs.
lānguĕo, ŭi. *Vĭtă tŭlīt trīstī lānguĕbānt cōrpŏră mōrbō*, Virg. Geo. 4, 252. SYN. Lānguēsco, tōrpĕo, tōrpēsco, mārcēsco. PHR. Lānguĭdă, sēgnis, cōrpŏră tōrpŏr hăbĕt, ōccŭpăt, āllĭgăt, vincit, cōnstrĭngit. Lānguēnt ēxhaūstō rōbŏrĕ vīrēs. Tōtūm cōrpŭs, ingēntī lānguōrĕ jăcĕt, sinĕ vīrĭbŭs ægrūm. Tēntārī grăvĭbŭs mōrbis. Tābĭfĭcŭs cōrpŏră lānguŏr hăbĕt.
lānguĭdŭs. *āc vĕlŭt in sōmnis ŏcŭlōs ŭbi lānguĭdă prēssit*, Virg. Æn. 12, 908. SYN. Lānguēns, tōrpēns, tārdŭs, infīrmŭs, dēbĭlis, dēbĭlĭtātŭs, ægĕr, mōrbĭdŭs, invălĭdŭs. V. *Infirmus et Æger*.
lānguŏr, ōris. *ēlĭgĭt: ēt rūrsŭs mōllī lānguōrĕ sŏlūtūm*, Ov. M. 11, 648. SYN. Tōrpŏr, vĕtērnŭs, mōrbŭs, inērtĭă, sēgnĭtĭēs, ignāvĭă, sōcōrdĭă, pigrĭtĭēs. EPITH. Pĭgĕr, grăvis, lēntŭs, sēgnis, ăcērbŭs, frīgĭdŭs, lēthĭfĕr, nŏxĭŭs, trīstĭs. PHR. Cōrpŭs āttĕnŭāns. Lānguŏr mēmbră prĕmit, ārtŭs dēbĭlĭtăt.
lănĭātŭs, ūs. *Dispērsă fœdē mēmbră lănĭātu ēffĕro.* (Iamb.) S. EPITH. Fērŭs, fœdŭs, crŭēntŭs.
lănĭcĭūm. *Sī tĭbi lănĭcĭūm cūræ, &c.* Virg. Geo. 3, 344. V. *Lanificium*.
lănĭēnă. *Lănĭēnă quāndō sævĭt Hīppŏcrătĭcă?* (Iamb.) Prud. Perist. 10, 498. EPITH. Fēră, sævă, crūdēlis.
|| lānĭfĭcĭūm. SYN. Lānĭcĭūm. PHR. Pāllădis, Minērvæ ārs, stŭdĭūm, ŏpŭs. VERS. Lānĭfĭcām pēnsis impŏsŭisse mănūm. Aūt dūcūnt, *vel* trăhūnt lānās aūt stāmĭnă pōllĭcĕ vērsānt. Sīvĕ rŭdēm prīmōs lānām glŏmĕrābăt in ōrbēs, Seū dĭgĭtis sŭbĭgēbăt ŏpŭs, rĕpĕtītăquĕ lōngō Vēllĕră mōllĭbăt nĕbŭlās æquāntĭă trāctū. Ēst mĭhi quæ lānās mōllĭăt āptă mănŭs.
lānĭfĭcŭs. *Sī mĭhi lānĭfĭcæ dūcūnt nōn pēnsă sŏrōrēs*, Mart. 6, 58, 7. PHR. Lānæ ŏpĭfĕx, ārtĭfĕx.
lānĭgĕr, ă, ūm. *Lānĭgĕrōs ăgĭtārĕ grĕgēs, hīrtāsquĕ căpēllās*, Virg. Geo. 3, 287. SYN. Lānĭfĕr.
lănĭo, ās. *Discissōs nūdis lănĭābānt dēntĭbŭs ārtŭs*, Virg. Geo. 3, 514. SYN. Lăcĕro, dīlăcĕro, discērpo, dissĕco. V. *Lacero*.
lănĭstă. *Pinirāpi cūltōs jŭvĕnēs, jŭvĕnēsquĕ lănĭstæ*, Juv. 3, 158. EPITH. Pĕrītŭs, sōlērs.
lānūgo, ĭnis. *Dūm nūllā tĕnĕrī sōrdēnt lānūgĭnĕ vūltūs*, Mart. 1, 32, 5. EPITH. Mōllis, tĕnŭis, rŏsĕă, rĭdēns. PHR. Prīmă, nŏvă, bārbă. Lānūgĭnis ūmbră. Prīmæ flōs jŭvēntæ. Gĕnās tĕgēns, ōrnāns, dĕcōrāns. Gĕnis *vel* mălis irrēpēns, incrēscēns. Pĕr gĕnās sērpēns, ēnāscēns. VERS. Dūm rŏsĕis vĕnit ūmbră gĕnis. Vălĭdæ nōndūm ărgūmēntă jŭvēntæ irrēpsērĕ gĕnis. Tūm mĭhi prīmă gĕnās vēstĭbăt flōrĕ jŭvēntă. Pĕr tŭă lānūgō cūm sērpĕrĕ cœpĕrit ōră. Sŭbĕrăt flāvæ jām nŏvă bārbă gĕnæ. Nŏvă lānūgō făcĭem vēstīvĕrăt. Tĕnĕră pŭĕr ŭt lānūgĭnĕ vērnăt. Cūm tĭbi vērnārēnt dūbĭă lānūgĭnĕ mălæ. Dūm nŏvă lānūgo ēst. Prīmă tēctŭs lānūgĭnĕ mălās. V. *Juvenis et Adolescens*.
lānx, lāncis. *Dōnă fĕrūnt, cūmŭlāntque ŏnĕrātis lāncĭbŭs ārās*, Virg. Æn. 8, 284. SYN. Stătēră, trŭtĭnă, lĭbră, bĭlānx, *vel* scŭtŭlă, scŭtēllă, cătīnŭs, pārōpsis, pătĭnă. EPITH. Æquă, jūstă, cērtă, pāndă, rĕpāndă, æquālis, pēndŭlă, pēndēns.
Lāŏdămīă. *indŭĕ rēgālēs Lāŏdămīă sĭnūs*, Ovid. Ep. Laod. ad Prot. 36. *Acasti filia; quæ Protesilaum Thessaliæ Regem, maritum suum ad Trojam occisum, videre optavit, et in ejus umbræ amplexu exspiravit.* EPITH. Thēssălă, Æmŏnĭs, Æmŏnĭă, Phŷlăcēĭă, *à Phylace urbe Thessaliæ*, cāstă, pŭdīcă, fōrmōsă, pūlchră, infēlix, mĭsĕră. VERS. Æmŏnis Æmŏnĭō Lāŏdămīă vĭrō. *Ovid.*
Lāŏmĕdōn, ōntis. *Cūm cădĕrēnt māgnī Lāŏmĕdōntis ŏpēs*, Prop. 2, 14, 2. *Ili filius, pater Priami, Trojæ Rex, qui Neptunum et Apollinem decepit. Sed in fraudum vindictam, Neptunus urbi inundationem, Apollo pestem immisit. Ut illos Deos placaret, filiam Hesionem monstro marino exposuit, quam Hercules liberavit. Hic postea etiam à Laomedonte pacto præmio fraudatus, urbem diruit, et Laomedontem occidit.* SYN. Trōjæ cōndĭtŏr. Prĭămi pătĕr. EPITH.

Digitized by Google

EPITH. Idæŭs, *ab Idâ monte Phrygiæ,* pĕrjūrŭs, fraūdŭlēntŭs, impĭŭs, săcrĭlĕgŭs, infīdŭs.

|| lăpĭdārĭŭs. *Plaut.* Cap. 3, 5, 65. SYN. Lăpĭdōsŭs.

|| lăpĭdĕŭs. *Plaut.* SYN. Săxĕŭs.

|| lăpĭdo, ās. PHR. Lăpĭdĭbŭs, săxis, pĕto, āppĕto, ōbrŭo. Săxă jăcio, mitto. Săxōrūm grāndĭnĕ lăcēsso, pĕrcŭtio, ōpprĭmo, āffligo. Lăpĭdūm imbrĕ ōbrŭo. Lăpĭdūm mōlĕ sĕpĕlio. VERS. Hinc ātque indĕ sŏnāt circūm căvă săxĕŭs imbĕr Tēmpŏră. Săxōrūm crĕpĭtānt sūb vŭlnĕrĕ mālæ. Incūssō crĕpŭĕrūnt pōndĕrĕ mālæ. Crēbris inflīgūnt vŭlnĕră săxis. Immissis săxis ictŭs ingĕmĭnānt. Căpĕ săxă mănū, căpĕ rōbŏră pāstŏr: Tōllēntēmquĕ mĭnās, ĕt cærŭlă cōllă tŭmēntēm Dējĭcĕ. Cōncrētă crŭēntō Pĕr nārēs cĕrĕbrō sănĭēs flŭit. Ătrăquĕ mănānt ōrbĭbŭs ēlīsis, ĕt trūncă lūmĭnă frōntĕ. Grāndĭnis in mōrēm prōjēctis ūndĭquĕ săxis ōbrŭĭtŭr. Hinc ātque indĕ fĕrit căvă tēmpŏră săxĕŭs imbĕr, ĕt circūm frōntēm strĭdēnt fĕră mārmŏră. Săxōrūm Stĕphănŭs grāndĭnĕ pŭlsŭs ōbit.

lăpĭdōsŭs. *Fērrĕ pўrum ĕt prūnis lăpĭdōsă rŭbēscĕrĕ cōrnă,* Virg. Geo. 2, 34. SYN. Săxōsŭs, petrōsŭs, scrūpĕŭs. PHR. Săxis frĕquēns, āspĕr. Lăpis ōmnĭă nūdŭs ōbdūcit.

lăpillŭs. *ēxcūrsūsquĕ brĕvēs tēntānt, ĕt sæpĕ lăpillōs,* Virg. Geo. 4, 194. SYN. Călcŭlŭs, scrūpŭs, *vel* gēmmă. EPITH. Vĭrĭdis, tĕrēs, pictŭs, pĕrĕgrīnŭs, Indĭcŭs, eōŭs, pĕrlūcēns, cōlōrātŭs, nĭtĭdŭs, nĭtēns, prĕtĭōsŭs, lūcēns. VERS. Cōnchās, pictōsquĕ lăpillōs Pōntŭs hăbĕt. Pūră cōlōrātōs intērstrĕpit ūndă lăpillōs. Cārpsit Ērythræō nĭtĭdōs ēx ōrbĕ lăpillōs. Eōis pēctŭs văriārĕ lăpillis. V. *Gemma.*

lăpis, ĭdis. *Nōn tĭmĕt hōstīlēs jām lăpis istĕ mĭnās,* Mart. 7, 76. 4. SYN. Săxūm, silēx. EPITH. Grăvis, dūrŭs, rŭdis, āspĕr, mūscōsŭs, ădēsŭs, mōntānŭs, infōrmis, rĭgĭdŭs, scăbĕr. PHR. Măgnæ ōssă părēntis. Mōlli căvātŭs ăquă.

Lăpĭthæ, ārūm. *Illisit frōnti Lăpĭthæ Cĕlădōntis; ĕt ōssă,* Ov. M. 12, *&c. Thessaliæ populi, qui primi equos domâsse creduntur, aut certè frænos et strata equorum invenisse.* EPITH. Cēntaūrĕi, sēmĭfĕri, sævi, sўlvēstrēs, Pĕlĕtrōnĭi, *à Peletronio, Thessaliæ oppido,* trŭcēs, immānēs, fĕrōcēs, dīri, mōntĭvăgi. VERS. Frænă, Pĕlĕtrōnĭi Lăpĭthæ, gўrōsquĕ dĕdērĕ, impŏsĭti dōrsō. *Virg.*

lāppă. *lāppæquĕ trĭbŭlīque ăbsint; fŭgĕ pābŭlă lætă,* Virg. Geo. 383. EPITH. Tĕnāx, rĭgĭdă, āspĕră, vĭrĭdis, vĭrēns.

lāpsŭs, ūs. *ăt gĕmĭnī lāpsū dēlūbra ăd sūmmă drăcōnēs,* Virg. Æn. 2, 225. SYN. Cāsŭs, illāpsŭs, āllāpsŭs.

lăquĕārĕ, *vel* lăquĕăr, āris. *ērĭgĭtŭr, sūmmīquĕ fĕrit lăquĕāriă tēcti,* Virg. Æn. 8, 25. SYN. Lăcūnăr, lăquĕārĭūm, tăbŭlātūm. EPITH. Pictūm, cælātūm, aūrātūm, căvūm, fūlgēns, mĭcāns, splēndĭdūm, mārmŏrĕūm, māgnĭfĭcūm, cōrūscāns, gēmmĭfĕrūm, cēlsūm, āltūm, āmplūm. PHR. Lăquĕātă tēctă: Cōmpāctæ trăbēs. VERS. Nōn aūrō nĭtĭdæ trăbēs, Nēc fūlgĕt āltis splēndĭdūm tēctis ēbūr: Nĭtĕt cēlsis lăquĕārĭbŭs aūrūm.

lăquĕo. *Sī tē fōrte ŏcŭlī dēxtrī lăquĕāvĕrit ērrŏr,* Juv. SYN. Illăquĕo, irrĕtio.

lăquĕŭs. *ĕt lăquĕis căptārĕ fĕrās, &c.* Virg. Geo. 1, 138. SYN. Vincŭlūm, rētĕ, *vel* dŏlŭs.

*laqueus ad suspendium. Tērrĕt; ĕt indĭcĭūm lăquĕī cœptæquĕ mĭnātŭr,* Ov. M. 10, 417. V. *Strangulo.*

Lărēs, ĭūm. *Sĕd pătrĭi sērvātĕ Lărēs, ălŭistis ĕt idēm,* Tibull. 1, 10, 15. *Dii domestici, domorum et focorum custodes, apud Ethnicos.* SYN. Pĕnātēs, dŏmŭs, fŏcŭs. EPITH. Săcri, fĭdēlēs, fīdi, chāri, bĕnigni, sāncti, vĕnĕrāndi, vĕrēndi. PHR. Dĭi pătrĭi, cūstōdēs dŏmēstĭci. V. *Domus.*

lārgĭŏr, īris. *Præsēnti tĭbi mātūrōs lārgĭmŭr hŏnōrēs,* Hor. Ep. 2, 1, 15. SYN. Dō, dōno, impērtio, impērtĭŏr, distrĭbŭo.

lārgĭtĕr. *Lārgĭtĕr, ĕt mōrbi gĕnĕrātim sæclă tĕnērĕ,* Lucr. 6, 111. SYN. Lārgē: lārgă mănū.

lārgĭtio, ōnis. *Cūjŭs ăpūd fămŭlōs jām tūm lārgĭtĭō pūră,* Vict. SYN. Lĭbĕrālĭtās, lārgă mănŭs.

lārgĭtŏr, ōris. *Lārgĭtŏr ipsĕ, tūnc vĭcissim ŭt naūfrăgŭs.* (Iamb.) SYN. Lārgŭs, lĭbĕrālis.

Digitized by Google

lārgŭs. *Lārgŭs ŏpum, ĕt lĭnguā mĕlĭŏr, sĕd frĭgĭdă bĕllŏ,* Virg. Æn. 11, 338. SYN. Āmplŭs, lātŭs, *vel* lĭbĕrālis, *vel* dīvĕs.

Lārīnă. *ăt circūm lēctæ cŏmĭtēs, Lārīnăquĕ Vĭrgo,* Virg. Æn. 11, 655. *Itala virago, quæ Camillæ se junxit, cùm suppetias Turno ferret adversùs Æneam.* EPITH. Fŏrtis.

Lārissă. *Nĕc tām Lārissæ pĕrcŭssĭt cāmpŭs ŏpīmæ,* Hor. Od. 7, 11. EPITH. Fŏrtis, pŏtēns, nŏbĭlis, ĭnclȳtă.

lărĭx, ĭcis. *ĕt lărĭcēs fūmŏquĕ grăvēm,* Lucr. 9, 918. EPITH. Dūră, lōngævă, pĕrēnnis. VERS. Ēt rŏbūstă lărix, igni impĕnĕtrābĭlĕ lignum.

lārvă. *Nīl illī lārva, aūt trăgĭcīs ŏpŭs ēssĕ cŏthŭrnīs,* Hor. Sat. L. 1, S. 5, 64. SYN. Pērsōnă. EPITH. Fāllāx, mēndāx, īnsĭdĭōsă, fālsă, prŏcāx, dēfōrmis, hŏrrĭdă, dŏlōsă, tērrĭfĭcă, lūdĭcră, vānă, ūmbrātĭlis, ĭnānis. PHR. Vūltŭs fictŭs, cōnfictŭs, mēntītŭs, ēmēntītŭs. Spĕcĭēs fālsă. Ĭnānĕ sĭmŭlăcrŭm. *Pro Spectris et Manibus.* V. *Spectra et Manes.*

lārvālis. *Prŏjĭcit āc nĕbŭlīs lārvālĭbŭs ēxŭit ārtūs,* Arat. SYN. Fictŭs, mēntītŭs, fālsŭs.

‖ lārvātŭs. SYN. Pērsōnātŭs. PHR. Fictōs indūtŭs vūltŭs. Făcĭēm mēntītŭs. Fālsām spĕcĭēm gĕrēns. Ălĭēnōs sĭmŭlāns vūltŭs.

lāscīvĭă. *Flōrĭbŭs ĕt fŏlĭīs lāscīvĭă lætă mŏnēbăt,* Luc. 5, 1399. SYN. Lĭbido.

lāscīvĭo, is, ĭi. *Lāscīvītquĕ fŭgā, lāctāntĭăque ūbĕră quærit,* Ov. Met. 7, 321. SYN. Lāscīvē ēxŭlto, *vel* lūxŭrĭo.

lāscīvŭs. *Lūxŭrĭām lāscīvŭs hăbĕt, vĭtĭīquĕ mĭnistĕr,* Arat. SYN. Pĕtŭlāns, prŏcāx, sălāx, mŏllis, lūxŭrĭōsŭs, lĭbīdĭnōsŭs. V. *Libidinosus.*

lāssĭtūdo, ĭnis. *Căvĕ lāssĭtūdŏ pŏplĭtŭm cūrsūm lĕvĕt.* (Iamb.) SYN. Dēbĭlĭtās, lānguŏr.

lāssŭs, ă, ŭm. *Lānguēscit mŏrĭēns lāssŏvĕ păpāvĕră cōllō,* Virg. Æn. 2, 439. SYN. Lāssātŭs, fătīgātŭs, fēssŭs, dēfēssŭs. PHR. Vĭā, dē vĭā, lăbōrĕ frāctŭs, cōnfēctŭs, lānguēns.

lātebră. *Tūm lātĕbrās ănĭmæ, pēctŭs mūcrōnĕ rĕclūdit,* Virg. Æn. 10, 691. *Dūlcēm fērrĕ cĭbum ĕt cūrvās præbērĕ lătĕbrās,* Virg. G. 2, 216. SYN. Lătĭbŭlŭm, căvērnă, spĕcŭs, āntrŭm, spēlūncă, spēlæŭm. EPITH. Tēctă, ŏbscūră, ābdĭtă, rĕcōndĭtă, ābscōndĭtă, lătēns, cālĭgāns, rĕmōtă, sĭlēns, īmă, squālĭdă, ēffōssă, dēmissă, cæcă, sāxōsă, tūrpis, vĭlis, ŏccūltă, nigră, căvă, ātră, īrrĕmĕābĭlis. PHR. Lātebrōsă dŏmŭs. Tĕnĕbrōsă tēctă, lŏcă, āntră. Cæcis spēlūncă lătebris. VERS. Sæpe ĕtiam, ēffŏssis, si vēra est fāmă, lătebris Sŭb tērrā fŏdĕrĕ lărēm. V. *Specus.*

lātebrōsŭs. *Cui dŏmŭs, ĕt dūlcēs lātĕbrōso in pūmĭcĕ nīdī,* Virg. Æn. 5, 214. SYN. ŏbscūrŭs, tĕnebrōsŭs, cæcŭs, lātēns, ŏccūltŭs. PHR. Cæcis ŏbscūrŭs lătebris. Sōlis ĭnāccēssŭs rădĭīs. V. *Obscurus.*

lăteo, ŭi. *Nĕc lătŭĕrĕ dŏlī frātrēm Jūnōnis ĕt īræ,* Virg. Æn. 1, 134. SYN. Lătēsco, dēlĭtēsco, lătĭto, ābscōndŏr, ābdŏr, ŏccūltŏr. VERS. Hŏc inclūsi ligno ŏccūltāntŭr Achivi. Spissis sēse ābdĭdit ūmbris. Tăcĭtām sēcrēta in sēdĕ lătēntēm āspĭcio.

lătĕr, ĕris. *Cōnstrĭngūnt ignī lătĕrēs; ŏpĕrisquĕ fŭtūri,* Vict. EPITH. Cŏctŭs, dūrŭs, dūrātŭs.

lătērnă. *Dūx lătērnă vĭæ claūsis fĕrŏr aūrĕă flāmmis,* Mart. 14, 61. SYN. Fāx, lȳchnŭs. EPITH. Nŏctūrnă, ignĭfĕră. V. *Fax.*

lătēx, ĭcis. *Sēcūrōs lătĭcēs, ĕt lōnga ŏblīvĭă pŏtānt,* Virg. Æn. 6, 715. SYN. Hūmŏr, liquŏr, ăquă. V. *Aqua et Fons.*

lătĭbŭlŭm. *Hĭāntia intĕr lătĭbŭla ĕxēsi spĕcŭs.* (Iamb.) V. *Latebra.*

Lătīnŭs, ă, ŭm.—*Rēx ārvă Lătīnŭs, ĕt ūrbēs,* Virg. Æn. 7, 45. SYN. Lătĭŭs, Aūsŏnĭŭs, Ĭtălŭs.

Lătīnŭs. *ārmăquĕ dēpŏsŭērĕ hŭmĕrīs: stŭpĕt ipsĕ Lătīnŭs,* Virg. Æn. 12, 707.

lătĭto, ās. *Quis mŏdŭs ārgēntī fūlvŏ lătĭtārĕt in aūrō!* Pen. SYN. Lătĕo, dēlĭtēsco.

Lătĭŭm. *Dictă quŏque ēst Lătĭŭm tērră lătēntĕ Dĕō,* Ov. Fast. 1, 238. *Italiæ pars, à Tyberi usque ad Vulturnum fluvium, ubi Roma. Nomen accepit à Saturno ibi latente, cùm à Jove pulsus esset.* EPITH. Hēspĕrĭŭm, fŏrtĕ, āntīquŭm, agrēstĕ, pūlchrŭm, nŏbĭlĕ, ĭnclȳtŭm. VERS. (*Virg.* 8. *Æneid.*) Lătĭŭmquĕ vŏcāri Mālŭit, his quŏnĭām lătŭissēt tūtŭs in ŏris. V. *Italia.*

Digitized by Google

lătŏmŭs, 2 br. EPITH. Dūrŭs, sōlers.

**Lātōnă.** *Lātōnæ tăcĭtūm pĕrtentant gaudĭă pectŭs*, Virg. Æn. 1, 506. *Cœli et Titanis filia, amata à Jove: Mater Apollinis et Dianæ.* SYN. Tītānĭs, Tītānĭă. EPITH. Gĕmellĭpără, fōrmōsă, vĕnustă, Tītānĭă. PHR. Mātĕr Ăpollĭnis. Dĭānæ gĕnĭtrix. Fīlĭă Cœlī.

**Lātōnĭă.** *astrōrŭm dĕcŭs, ĕt nĕmŏrŭm, Lātōnĭă, custōs*, Virg. Æn. 9, 405.

lātŏr, ōris. *Lātōrĕm frūstrā crēdĕndum ēst æthĕrĕ missŭm*, Mart. 12, 1. V. *Fero.*

lātrātŏr, ōris. *Rētĭă dūm cessănt, lātrātōrēsquĕ mŏlōssi*, Mart. 12, 1. SYN. Lātrāns.

lātrātŭs, ūs. *Vēnātŏr cursū cănis, ĕt lātrātĭbŭs instăt*, Virg. Æn. 12, 751. EPITH. Ăcūtŭs, cănōrŭs, raucŭs, hōrrĭbĭlĭs, vĭgil, tērrĭbĭlĭs, ingēns, clārŭs, sævŭs, hŏrrĭsŏnŭs. VERS. Sævit cănūm lātrātŭs in aurās. Insŏnăt, rĕsŏnăt, *vel* pērsŏnăt lātrātĭbŭs æthēr. Cērvŭs cănūm lātrātĭbŭs actŭs.

lātro, ās. *Tēmpŏrĕ cērvīnăm pēllēm lātrāvĭt in aulā*, Hor. Ep. 1, 2, 65. SYN. Ēdo, mitto, lātrātŭm. PHR. Lātrātŭs tōllĕrĕ in aurās. Cănēs lātrātĭbŭs instănt. Aurās, cāmpōs, æthĕră lātrātĭbŭs implēnt. Dŏmŭm lātrātŭs pērsŏnānt.

latro, ōnis. *ŭt jŭgŭlēnt hŏmĭnēs sūrgūnt dē nōctĕ lătrōnēs*, Hor. Ep. 1, 2, 32. SYN. Fūr: prædo. EPITH. Răpāx, ārmātŭs, vĭgil, insĭdĭōsŭs. V. *Fur.*

latrōcĭnĭŭm. *Fūrtă lătrōcĭnĭīs, ĕt māgnis pārvă mĭnĕris*, Hor. Sat. 1, 3, 122. SYN. Fūrtŭm, răpīnă, prædă. V. *Furtum.*

latrōcĭnŏr, āris. *Plaut.* V. *Furor et Prædor.*

lātŭs, ă, ŭm. *Gāllĭă, nēc lātis audāx Hispānĭă tĕrris*, V. SYN. Ămplŭs, spătĭōsŭs, pătŭlŭs. PHR. Lātē ēxtēnsŭs, ēffūsŭs, diffūsŭs.

lătŭs, ĕris. *impŭlĭt in lătŭs, āc vēnti, vĕlŭt āgmĭnĕ factō*, Virg. Æn. 1, 86. SYN. Cōstæ. EPITH. Dēxtrŭm, sĭnistrŭm, lævŭm, mōllĕ, tĕnĕrŭm. PHR. Lătĕrŭm jūnctūræ, pārtēs, cōmpāgēs.

lăvācrŭm.——*ăvĭdŭs splēndĕrĕ lăvācris*, Claud. V. *Balneum.*

laudābĭlis. *Nātūrā fĭĕrĕt laudābĭlĕ cārmĕn, ăn ārtĕ*, Hor. A. Poet. 408. SYN. Laudāndŭs, hŏnōrāndŭs, cŏlēndŭs, cĕlebrāndŭs, mĕmŏrābĭlis, ēgrĕgĭŭs, illūstris. PHR. Plēnŭm laudis ŏpŭs. Cūnctis mĕmŏrābĭlĕ tērris. Cui dēbĭtă laus ingēns. Laudĕ fĕrēndŭs. Laudāri dignŭs. Rēs dignă Cămœnis. Factŭm pŭlchrŭm, ingēns, laudĕ fĕrēndŭm, ēgrĕgĭŭm dĕcŭs, māgnŭm ĕt mĕmŏrābĭlĕ. VERS. Nūllŭm mājŭs ŏpŭs mīrātŭr, ĕt æquăt Ŏlympō Fāmă vĕtŭs, mănĕt hŭnc præclāră lābŏrĕm Glōrĭă.

laudātŏr, ōris. *Dērīsŏr vērō plūs laudātōrĕ mŏvētŭr*, Hor. A. Poet. 433. SYN. Laudŭm præco. EPITH. Ingĕnĭōsŭs, pĕrītŭs, dōctŭs, indūstrĭŭs, insignis, cĕlĕbĕr, illūstris.

laudo. *Cōgĭtĕ cōncĭlĭum, ĕt pācĕm laudātĕ sĕdēntĕs*, Virg. Æn. 11, 460. SYN. Cĕlebro, prædīco, ās. PHR. Laudĭbŭs ēffĕro, tōllo, ēxtōllo, dĕcŏro, ōrno, āfficio, illūstro, cōmmēndo, cĕlebro ăd sȳdĕră, sŭb āstră, in cœlŭm, cœlō tōllo. Cœlō laudĭbŭs æquo. Hŏnōrĕm, laudēs trĭbŭo, impērtĭo, indīco. Dō mūnĕră laudŭm. Laudĭbŭs in āstră fĕro. Præcōnĭă laudŭm cĕlebro. Hērōis nōmĕn, laudēs căno, cōncino, cārmĭnĕ dīco, cĕlebro, scrībo. Laudēs lȳră, cāntū cĕlebro. Virtūtĕm, nōmĕn dictis ēxtēndĕrĕ. VERS. Tŭāsquĕ Ingĕnĭō laudēs ūbĕrĭōrĕ cănūnt. O qui nōmĭnĭbŭs cūm sis gĕnĕrōsŭs ăvōrŭm, Ēxŭpĕrās mōrŭm nōbĭlĭtātĕ gĕnŭs. O dĕcŭs Ausŏnĭæ, spēs ō fīdissĭmă gēntis. Clārŭm mīlĭtĭæ, Frōntō, tŏgæquĕ dĕcŭs. Nēc gēns ūllă tŭōs æquō cĕlēbrābit hŏnōrēs. Teŭcrōs insigni laudĕ fĕrēbăt. Cāntētŭr tōtō nōmĕn in ōrbĕ mĕŭm. Ērgō fĕrām lātē tŭă factă pĕr ūrbēs Fīnĭtĭmās, sēmpērquĕ mĕō cĕlĕbrābĕrĕ cāntū. Cārmĭnĭbŭs vīvēs tēmpŭs in ōmnĕ mĕis. Vir Trōjānĕ, quĭbŭs cœlō tē laudĭbŭs æquĕm! Nēc vēstră fĕrētŭr Fāmă lĕvis. Nēc tū cārmĭnĭbŭs, Rēgīnă, tăcēbĕrĕ nōstris: Quāquĕ pătēt tēllūs līquĭdō circūmsŏnă pōntō Pōstĕrĭtās tē sēră cănēt, dūmque aurĕă vōlvĕt Āstră pŏlŭs, mĕmŏri sēmpĕr cĕlĕbrābĕrĕ fāmā, *vel* cāntū. Ērgō rĭtĕ sŭŭm Bācchō dīcēmŭs hŏnōrĕm Cārmĭnĭbŭs pătrĭis. Mūlti, Rōmă, tŭās laudēs ānnālĭbŭs āddēnt. Sĕd nŭmĕrōsă laudĕ Sĕnātŭs Excĭpit, ĕt mĕrĭtās rĕddit tĭbi Cūrĭă vōcēs. Bārbără pȳrămĭdŭm sĭlĕăt mīrācŭlă Mēmphis; āssĭdŭŭs jāctĕt nēc Băbȳlōnă lăbŏr; ōmnis Cæsărĭō cēdăt lăbŏr āmphĭthĕātrō, Ūnŭm prō cūnctis fāmă lŏquātŭr ŏpŭs. Factă Dīcēmŭs, Dāphnĭnquĕ tŭŭm tōllēmŭs in āstră.

lăvo, lāvi, lăvātŭm, lōtŭm.——*Pōtō, cēnō, lăvō, cœnō, quĭēsco*, Mart. 4, 90, 70. SYN. Ăblŭo. PHR. Ăquis prōlŭo, ēlŭo, tērgo, ābstērgo, pūrgo, mūndo, ăquis tingo, pērfŭndo, rĭgo, spārgo, āspērgo, mērgo, immērgo. V. *Abluo.*

Digitized by Google

laurĕŏlă. *Frondenti cinctus tempŏră laurĕŏlā,* Sev. SYN. Laurĕă cŏrōnă.
laurĭcŏmus. *Laurĭcŏmōs ut si pĕr montēs,* &c. Lucr. 5, 151. SYN. Laurĭgĕr: laurō cŏmans.
laurĭfĕr, ă, ūm. *Laurĭfĕrōs nullō cŏmĭtētur vulnĕrĕ currus?* Lucan. 5, 332.
laurĭgĕr, ă, ūm. *Cūm tū laurĭgĕris annŭm qui falcĭbŭs intrās,* Mart. 10, 10, 1.
laurŭs, i, *et* ūs. *Et nōn exiguō laurus ădustă sŏnō,* Ov. Fast. 1, 344. *Arbor dicata Phœbo, ex quâ coronæ conficiebantur victoribus et poëtis. Nunquam fulmine tangi dicitur. In hanc mutata fingitur Daphne.* EPITH. Viridis, virēns, viridāns, tĕnĕră, ŏpācă, rĕdŏlēns, frondōsă, ŏdōrātă, frondēns, virēscēns, cŏmāns, pătŭlă, castă, innŭbă, Phœbēă, Apollĭnĕă. Delphĭcă, Parnāssĭă, Aŏnĭă, Pĭĕrĭă, *ab Apolline et Musis,* sacră, victrix, trĭumphālis, fātĭdĭcă, ventūri præscĭă. PHR. Arbŏr Phœbi. Phœbēă, Parnāssĭă, Parnāssi arbŏr. Laurus Phœbi dĕcŭs, Phœbō sacră, dĭcātă, grātissĭmă. Lauri frondēs. Germĕn Apollĭnĕŭm. Laurĕă sertă victrĭcis præmĭă frontis. Servāns ætĕrnŭm frondĕ virentĕ dĕcŭs. Ætĕrnōs gĕrēns frondis hŏnōrēs. Ventūri præscĭă laurŭs. VERS. Utquĕ virēt sĕmpĕr laurus, nĕc frondĕ cădūcă Carpĭtŭr, ætĕrnŭm sic hăbĕt illă dĕcŭs. Itĕ trĭumphālēs circŭm mĕă tempŏră lauri, Vicĭmŭs. Ornātiquĕ cŏmās hĕdĕris, ĕt virgĭnĕ laurō. Crĕpĭtĕt bĕnĕ laurĕă flammis. Quæ Delphĭcŏrŭm fīlĭă montĭŭm, Cœlō tŏnāntĕm nōn mĕtŭis Jŏvĕm, Dūm saxă, dūm turrēs cădūcō, Sōspĭtĕ tē, fĕrĭuntŭr igni. Nĕ tū mŏrĕris sertă dĭūtĭŭs, Serta, ĕt cŏrōnās.
laūs, laudis. *Laudĭbŭs immŏdĭcis Cūrēs in astră fĕrānt,* Mart. Spect. 1, 61. SYN. Glōrĭă, hŏnŏr, dĕcŭs, fāmă, nōmĕn, præcōnĭŭm, ĕncōmĭŭm, laudātio. EPITH. Magnĭfĭcă, illūstris, insignis, sŭperbă, pĕrēnnis, ætērnă, immŏrtālis, ingēns, splendĭdă. PHR. Præcōnĭă laudŭm. VERS. Nōn parvās ănĭmō dăt glōrĭă virēs; Et fœcundă făcit pectŏră laudis ămŏr. Nostră pĕr immēnsās ibŭnt præcōnĭă laudēs. Laudĭbŭs ipsă tŭis rĕsŏnānt fŏră. Egrĕgĭām vĕrō laudem, ĕt spŏlia amplă rĕfertis. Eximiæ laudis succēnsŭs *vel* percŭlsŭs, ămōrĕ. Laudum immēnsă cŭpido.
lautĭtĭă. *Sўssĭtĭis, lautĭtĭis, Prĭtănēis.* (Scaz.) SYN. Cultŭs, splendŏr.
lautŭs. *Rōmānōquĕ fŏro, ĕt lautis mūgīrĕ cărīnis,* L. SYN. Splendĭdŭs, concinnŭs, pulchĕr, ĕxcultŭs, magnĭfĭcŭs, divĕs, ŏpŭlēntŭs.
lāxo. *Vix primōs inŏpīnă quiēs lāxāvĕrăt artŭs,* Virg. Æn. 5, 857. SYN. Rĕlāxo, rĕmitto, *vel* dilāto, ĕxtēndo, dīdūco, prōdūco, prōtrăho.
lĕænă. *Squāmmōsŭsquĕ drăco, ĕt fulvā cervīcĕ lĕænă,* Virg. Geo. 4, 408. SYN. Lĕă. EPITH. Torvă, gĕnĕrōsă, fĕră, Gētūlă, Libўcă, irātă, fulvă, sævă, audāx, fĕrōx. VERS. Tempŏrĕ nōn ălĭō cătŭlŏrŭm oblītă lĕænă Sævĭŏr ĕrrāvit campis. Utquĕ fŭrit cătŭlō lactānte ŏrbātă lĕænă, Signăquĕ nactă pĕdŭm sĕquĭtŭr quĕm nōn vidĕt hōstĕm. V. *Leo.*
Lĕāndĕr, dri. *Juvenis ex Abydo, Asiæ oppido, in littore Hellesponti sito; qui fretum noctu transnatabat, ut Hero, puellam in oppositi littoris urbe Sesto commorantem, inviseret. Sed tandem mari turbato submersus est.* EPITH. Abўdēnŭs, audāx, naufrăgŭs, pulchĕr, fŏrmōsŭs, dĕcōrŭs, infēlix, misĕr. PHR. Abўdēnŭs jŭvĕnis. Phrўxĕi contēmptŏr ĕphēbŭs æquŏris. VERS. Mergitŭr infēlix cæcă Lĕāndĕr in undā. *Græcè,* Λέανδρος et Λείανδρος.
Lĕarchŭs. *Dēquĕ sinū rīdēntem ĕt parvă Lĕarchŭm,* Ov. Met. 4, 516. EPITH. Parvŭs, infēlix.
lĕbēs, ētis. *Viginti magnōs ŏpĕrōso ex ærĕ lĕbētēs,* Ovid. Ep. 3, 31. SYN. Căcăbŭs, ollă, ăhēnŭm. EPITH. Curvŭs, concăvŭs, ingēns. V. *Ahenum.*
lectīcă. *Custōdēs, lectīcă, cinĭflōnēs, părăsīti,* Hor. Sat. 1, 2, 98. EPITH. Fulgēns, lĕvis. PHR. Lectīcă vectŭs ĕburnā.
lectĭto. *Pătrisquĕ nōmĕn lectĭtāre in Alpĭbŭs.* (Iamb.) SYN. Evolvo, pĕrlĕgo.
lectŏr, ōris. *Lectōrēm dēlectāndō părĭtĕrquĕ mŏnēndō,* Hor. A. P. 344. EPITH. Stŭdĭōsŭs, vigil, vĭgĭlāns, doctŭs, ingĕnŭŭs.
lectŭlŭs. *ĕt nōn ūnĭŭs spectātŏr lectŭlŭs undæ,* Mart. 10, 51, 9. SYN. Grăbātŭs.
lectŭs. *Nōn ĕgŏ dēsĕrtō jăcŭissĕm frīgĭdă lectō,* Ov. E. Pen. ad Ulys. L. 6. SYN. Thălămŭs, tŏrŭs, strātŭm, cŭbīlĕ, grăbātŭs. EPITH. Mollis, quiētŭs, plăcĭdŭs, grātŭs, sŏcĭŭs, sŏcĭālis, jŭgālis, sēgnis, sŏpōrĭfĕr, inērs, castŭs, pŭdīcŭs, gĕnĭālis, ignāvŭs, noctŭrnŭs, plūmĕŭs, ĕburnŭs. PHR. Lecti mollĭă strātă. Strātă tŏris fulgēntĭbŭs. VERS. Lūcēnt aurĕă fulcră tŏris. Fulcrō sternātŭr lectŭs ĕburnō. Tĕgūnt strāgŭlă sērĭcă, aurĕă vēlāmĭnă lectŭm. Rŏsĕisquĕ cŭbīlĭă surgŭnt Flōrĭbŭs, ĕt thălămōs dōtālis purpŭră vēlăt. Dormit ĕt in plūmă, purpŭrĕōquĕ tŏrŏ.

Tēpĭdōquĕ trăhūnt sēcūră cŭbīli Ōtiă. Ignāvō tēmpūs tĕrit ōmnĕ cŭbīlī. Grāmĭnĕōs dăbit hĕrbă tŏrōs. Jăcĕt, *vel* cŭbăt in dūrā cōrpŏrĕ fūsŭs hŭmō. Tūm mē cōnfēctūm cūris, sōmnōquĕ grăvātūm Īnfēlix hăbŭit lĕctŭs, prĕssitquĕ jăcēntēm dūlcis ĕt āltă quiēs, plăcidæquĕ simīllimă mōrti.

*lectum peto*. PHR. Dărĕ cōrpŏră sōmnō. Mēmbră lŏcārĕ, rĕpōnĕrĕ tŏrō. Pĕtĕrĕ sōmnūm. Prōcūmbĕrĕ tŏrō. Pūlchrō cōmpōnĕrĕ cōrpŏră lĕctō. Dĕcŭbŭit thălămō. Cōllāpsăquĕ mēmbră, Mārmŏrĕō rĕfĕrūnt thălămō strātisquĕ rĕpōnūnt. V. *Jaceo.*

*lecto surgo*. PHR. Mōllĭbŭs ē strātis sūrgĕrĕ, cōnsūrgĕrĕ. Cōrrĭpĕrĕ ē strātis cōrpŭs, mēmbră, ārtŭs. Ē tĕpĭdō tōllĕrĕ mēmbră cŭbīli. Mōllĭă plăcĭdi linquĕrĕ strātă tŏri. VERS. Mēmbră lĕvāt sēnsim vili dēmissă grăbātō. V. *Surgo.*

Lēdă. *Fēcit ōlōrinis Lēdām rĕcŭbārĕ sŭb ālis*, Ov. Met. 6, 109. *Tyndari, Laconiæ Regis, uxor, quâ Jupiter sub formâ Cygni abusus est. Leda duo peperit ova, è quorum uno Pollux et Helena, ex altero Castor et Clytemnestra prodierunt.* EPITH. Pūlchră, fœcūndă, fōrmōsă, cāndĭdă.

lēgālis. *Quæ dŏcŭit tăbŭlis lēgālibŭs indŭtă Mōsēs*, C.

lēgātŭs. *Lēgāti rēspōnsă fĕrūnt, &c.* Æn. 11, 227. SYN. Ōrātŏr, *vel* vĭcārĭŭs, vĭcēm gĕrēns. PHR. Păcis āc bĕlli nūncĭŭs. Ōrātŏr in fœdĕră missŭs. Păcēm fĕrēns, ōlīvā insignis. Pāllădis ārbŏrĕ tēctŭs.

lēgĭfĕr, ă, ūm. *Lēgĭfĕræ Cĕrĕri, Phœbōquĕ pătrīquĕ Lyæō*, Virg. Æn. 4, 58. SYN. Lēgislātŏr.

lĕgio, ōnis. *impĕriūm, fāscēs, lĕgiōnēs, ōmnĭă nūnc sē*, Juv. 10, 79. SYN. Cōhōrs, cătērvă, phălānx. EPITH. Mārtĭă, bēllātrix, hōstīlis, ārmisŏnă, ārmĭfĕră, nŭmĕrōsă, bēllĭgĕră, ārmātă, ærātă, mĭnāx, hāstātă, pūgnāx. PHR. Cætĕră dūm lĕgiō cāmpis instrūctă mŏrātŭr. Prōcēdit lĕgio Aūsŏnĭdūm, pŏpŭlātăquĕ plēnis Āgmĭnă sē fūndūnt pōrtis. V. *Caterva, Agmen, et Acies.*

lēgĭtĭmŭs. *Cōrpŏră lēgĭtĭmis impŏsŭissĕ tŏris*, Ovid. SYN. Jūstŭs, rēctŭs, æquŭs, dēbĭtŭs, mĕrĭtŭs.

‖ lēgislātŏr, ōris. EPITH. Dōctŭs, prūdēns.

lēgo, ās. *Lēgārēt Tŭdĭŭs neŭ dicta ŏppōnĕ pătērnă*, Pers. 6, 66. SYN. Dēlēgo, mitto, māndo.

lĕgo, is, i, ctūm. *Qui lĕgitis flōrēs, &c.* Virg. Ecl. 3, 92. SYN. Lēctĭto, pērlĕgo, vŏlvo, ēvŏlvo, ŏcŭlis pērcūrro, lūstro, pērlūstro, ēxcŭtio, lĕgēndo lūstro, *vel* ēlĭgo, dēlĭgo, sēlĭgo, *vel* cōllĭgo, cārpo, ēxcērpo, dēcērpo. PHR. Flōrēs, frūctūs mănū cārpo, dēcērpo, mĕto. Plēnis pōmă cārpĕrĕ rāmis. Flōrēs ūnguĕ, pōllĭcĕ sĕco, sŭbsĕco. Pōmūm ārbŏrĕ dēcērpo, dētrăho. VERS. *Pro lectito.* Vĕtĕrūm vŏlvēns mŏnŭmēntă virōrūm. Dētĭnŭēre ŏcŭlōs cārmĭnă nōstră tŭōs. Littĕră ēst ŏcŭlōs illă mŏrātă tŭōs.

Lĕmānŭs. *Cāvō tēntōriă fixă Lĕmānō*, Luc. 1, 396. *Lacus Allobrogum, Genevam et Loranam alluens, Rhodanumque fluvium impermistis aquis transmittens.* EPITH. Gĕlĭdŭs, ōstrĭfĕr, limpĭdŭs, vitrĕŭs, plăcĭdŭs, piscōsŭs, nivālis.

Lēmnŏs. *ēxpŏsitūm Lēmnōs nōstrō cūm crimĭne hăbērĕt*, Ovid. 13, 46. *Insula maris Ægei, una Cycladum, in quâ Vulcanus educatus est. In eâ regnavit Hypsipile, filia Thoantis.* EPITH. Vūlcānĭă, æquŏrĕă, fūmĭdă, călēns. PHR. Tēllūs Hypsĭpĭlēă.

Lĕmŭrēs, ūm. *Tūnc nigri lĕmŭrēs ŏvōquĕ pĕrīcŭlă rūptō*, Pers. 5, 185. SYN. Lārvæ, ūmbræ, spēctră, mānēs. EPITH. Ātri, văgi, ērrāntēs, pāllēntēs, tērrĭfĭci, infēsti, nōctūrni.

Lĕmŭrĭă, ōrūm. *Ritŭs ĕrāt vĕtĕris, nōctūrnă Lĕmŭrĭă, săcri; Infĕrĭās tăcĭtis mānĭbŭs illă dăbānt*, Ov. Fast. 5, 421.

lēnă. *Quæ scĭēt hōs illōs vēndĕrĕ lēnă tŏrōs*, Mart. 9, 30. EPITH. Tūrpis, nĕfāndă, insĭdiōsă.

lēnimēn, inis. *Hōc quŏquĕ lēnimĕn, quō sōlō flēxit ămāntēm*, Ov. Met. 11, 450. SYN. Lĕvāmĕn, fōmēntūm, rĕmĕdĭūm, mĕdēlă, sōlāmĕn, sōlātĭūm. EPITH. Blāndūm, dūlcĕ, grātūm, jūcūndūm, mōllĕ, suāvĕ, ămīcūm.

lēnio, is, ivi, et ii, itūm. *Lēnibūnt tăcĭtō vūlnĕră nōstră sinū*, Prop. 3, 21. 32. SYN. Plāco, mitigo, flēcto, sēdo. V. *Placo et Solor.*

lēnis. *Lēniŏr iră quĭdēm tāntō prō crimĭnĕ cūlpæ*, Sedul. SYN. Mitis, clēmēns, mōllis, indūlgēns, făcilis, hūmānŭs, mānsuētŭs, cōmis, plăcĭdŭs, blāndŭs, bĕnignŭs.

‖ lēnitās, ātis. SYN. Clēmēntĭă, bĕnigni, plăcĭdi mōrēs.



Digitized by Google

lēnitĕr. *Pūris lēnitĕr ădmŏvēntŭr āntris.* (Phæd.) Mart. 4, 64, 9. SYN. Clēmēntĕr, bĕnignē, plăcĭdē, blāndē.

lēno, ōnis. *Ŭt pătris āttēnti, lēnōnis ŭt insĭdĭōsi*, Hor. Ep. 2, 1, 172. EPITH. Tūrpis, ăvārŭs, impūrŭs, ōbscœnŭs, sōrdĭdŭs, nĕfāndŭs, scĕlēstŭs, impĭŭs. PHR. Tūrpis cōncĭlĭātŏr, intērnūncĭŭs.

lēnōcinĭŭm. *Ēt lēnōcinĭūm vītæ præsēnsquĕ vŏlūptās*, Man. SYN. Ārs lēnōnis, *vel* blāndĭtĭæ, blāndĭmēntă, illĕcĕbræ.

|| lēnōcinŏr, āris. SYN. Blāndĭŏr, ădūlŏr.

lēns, lēntis. *Nēc Pēlūsĭăcæ cūram āspērnābĕrĕ lēntis*, Virg. G. 1, 227. EPITH. Tĕrĕs, Nīlĭăcă, Pēlūsĭăcă.

lēntŭs. *Nōs pătrĭām fŭgĭmŭs, tū Tĭtўrĕ, lēntŭs in ūmbrā*, Virg. Ecl. 1, 4. SYN. Tārdŭs, sēgnis, pĭgĕr, *vel* ēffœtŭs, lānguĭdŭs, *vel* plăcĭdŭs, lēnis, mŏdĕrātŭs.

lĕo, ōnis. *Ād quæ cōnfŭgĭās ōrā lĕōnis hăbēs*, Mart. 1, 49, 8. EPITH. Mārtĭŭs, māgnănĭmŭs, fūlvŭs, răbĭdŭs, fĕrŭs, indŏmĭtŭs, āspĕr, răpāx, fĕrōx, rŭgĭēns, vălĭdŭs, vĭŏlēntŭs, īrācūndŭs, ăvĭdŭs, tōrvŭs, trūx, ănĭmōsŭs, prædātŏr, fŭlmĭnĕŭs, fŭrēns, hōrrĭdŭs, fōrtis, gĕnĕrōsŭs, immānis, intērrĭtŭs, fŭrĭōsŭs, impāvĭdŭs, intrĕpĭdŭs, villōsŭs, jŭbātŭs, hirsūtŭs, Gētūlŭs, Lĭbўcŭs, Māssўlŭs, Pœnŭs, Mārmărĭcŭs, i. e. *Afer;* Ārmĕnĭŭs, Hircānŭs. PHR. Fĕrārŭm rēx māgnănĭmŭs. Vīrĭbŭs aūdāx. Ūnguĕ vălēns, ŏcŭlīsquĕ mĭnāx. Fūlvām mĭnācī frōntĕ cōncŭtĭēns jŭbām. Gĕnŭs ācrĕ lĕōnŭm. Vāstā mōlĕ lĕo. Nĕmŏrŭm rēx. Sўlvārŭm dŏmĭnŭs. Hĭāntis sævă lĕōnis ōrā. VERS. Cŏmāntēs ēxcŭtĭēns cērvīcĕ tŏrōs, frĕmit ōrĕ crŭēntō. Gaŭdĕt hĭāns immānĕ, cŏmāsquĕ ārrēxit. Ŭbi sē sævæ stĭmŭlāvit vērbĕrĕ caūdæ, Ērēxitquĕ jŭbās, vāstō grāvĕ mūrmŭr hĭātū Infrĕmŭit. Cōncŭtit hōrrēndās ōrĕ frĕmēntĕ jŭbās. Ēmĭcăt ēxtēmplō cūnctis trĕpĭdāntĭbŭs aūdāx Crāssā mōlĕ lĕo.

*Leo, Signum Zodiaci. Vĕsānī stēllā Lĕōnis*, Hor. Car. 3, 29, 19. EPITH. Æstĭfĕr, æstīvŭs, flāmmĭfĕr, ārdēns, hōrrēndŭs, sævŭs, hōrrĭdŭs, Hērcŭlĕŭs, *quia in hoc astrum mutatus fingitur Leo Nemees sylvæ, juxta Cleonas urbem, ab Hercule occisus.* PHR. Tēctă tĕnēns prōxĭmă Cāncrō. Răbĭdi Lĕōnis sōlstĭtĭālĕ căpŭt. Sĭcci ōră Lĕōnis. Clĕōnæ sīdĕris āstrŭm. Lĕo flāmmĭfĕris æstĭbŭs ārdēns. Cūm Sōl Hērcŭlĕī tērgă Lĕōnis ădit.

lĕōnīnŭs. *Mōllĕ lĕōnīnis vīrĭbŭs ŭt sit ŏnŭs*, N.

lĕpĭdŭs.——*Quōrum ēst lĕpĭdissĭmă cōnjūx*, Catull. 76, 1. SYN. Făcētŭs, fēstīvŭs, hĭlăris, jŏcōsŭs, ūrbānŭs, ārgūtŭs, cōncĭnnŭs.

lĕpŏr, *et* lĕpōs, ōris. *Vărĭō distinctă lĕpōrĕ*, Lucret. 5, 1, 75. SYN. Vĕnūstās, grātĭă, fēstīvĭtās, ūrbānĭtās, ēlĕgāntĭă, sălēs. EPITH. Ūrbānŭs, blāndŭs, grātŭs, dūlcis, jūcūndŭs, vĕnūstŭs, suāvis, mēllītŭs, insĭdĭōsŭs, scūrrīlis, jŏcōsŭs, făcētŭs, tĕnĕr, ārgūtŭs. VERS. Nēc dēsit jūcūndis grātĭă vērbis. Nēc ăbēst făcūndis grātĭă dictis.

lĕpŏrīnŭs. *Lĕpŏrīnă lūstrānt, sēnsit ēt rŭbi ădvēnă.* (Iamb.)

lēpră. *Mūndāvitquĕ lĕprās, hŏstēs cālīgĭnĕ sēpsit*, Tertull. SYN. Ēlĕphās. EPITH. Lūrĭdă, ĕdāx, imprŏbă, fœdă, pŭtrĭdă, dēfōrmis, sōrdĭdă, fœtĭdă, mŏlēstă, ăcērbă, ēxĭtĭōsă, ēxĭtĭālis, pērnĭcĭōsă, tristis, lēthālis, lēthĭfĕră, immĕdĭcābĭlis. PHR. Mōrdācī sērpēns prūrīgĭnĕ.

lĕprōsŭs. *Nīl tām lĕprōsum aut pūtrĭdūm.* (Iamb. Dim.) PHR. Lēprā fœdŭs, lūrĭdŭs, pŭtrĭdŭs.

lĕpŭs, ŏris. *Fœcūndi lĕpŏris săpĭēns sēctābĭtŭr ārmōs*, Hor. Sat. 2, 4, 44. EPITH. Aūrītŭs, păvĭdŭs, vēlōx, fŭgāx, tĭmĭdŭs, lĕvis, ălăcris, ăgrēstis, sўlvēstris, fŭgĭtīvŭs, præpēs, pērnix, cĕlĕr, răpĭdŭs, prūnŭs. VERS. Cūr pēr ăpērtă văgŭs cūrrĕrēt ārvă lĕpŭs. V. *Venor.*

Lērnē, *sive* Lērnă. *Lacus in Achaiâ, ubi Hercules Hydram multis capitibus horrentem interfecit.* EPITH. Cærŭlă, nŏcēns, fœcūndă, stāgnāns, Āchāĭcă, Grāiă, līmōsă. (*Virg. de Hydrâ*) Lērnæŭs tūrbă căpĭtŭm circūmstĕtit ānguis.

Lēsbŏs. *Quām Mēthўmnæō cārpit dē pālmĭtĕ Lēsbŏs*, Virg. Geo. 2, 90. *Insula maris Ægei, cujus urbs nobilissima Mitylene.* EPITH. Mēthўmnæă, *ab urbe Methymnâ.* PHR. Lēsbŏă, *vel* Lēsbĭă insŭlă.

lēthæŭs. *Ūrānt lēthæō pērfūsă păpāvĕră sōmnō*, Virg. Geo. 1, 78. SYN. Ōblīvĭōsŭs.

lēthālis. *Dictæōs, hærĕt lătĕrī lēthālis ărūndo*, Virg. Æn. 4, 73. SYN. Lēthĭfĕr, ēxĭtĭōsŭs, mōrtĭfĕr.

Lēthē, ēs. *Quăm jŭxtă Lēthē tăcĭtŭs pērlābĭtŭr āmnĭs*, Luc. 9, 385. *Fabulosus inferorum fluvius, cujus aquæ oblivionem antè actæ vitæ, pariunt.* EPITH. Stȳgĭă, infērnă, Tārtărĕă, sōpōrĭfĕră, quĭētă, tŏrpēns, ŏblīvĭōsă, immĕmŏr, irrĕmĕābĭlĭs, prŏfŭndă, ātră. PHR. Lēthæūs āmnĭs, gūrgĕs, lăcŭs, Lēthææ ăquă, ūndă. Lēthæūm flūmĕn, stāgnŭm. Lēthææ ŏblīvĭă rīpæ. ūndă mĭsĕrĭs grātă Lēthēs. ŏbscūræ pāllēntĭă flūmĭnă Lēthēs. Rĕfĕrēns ŏblīvĭă Lēthē. VERS. Nōn ĕgŏ sī bĭbĕrēm sēcūræ pōcŭlă Lēthēs, Excĭpĕre hæc crēdām pēctŏrĕ pōssĕ mĕō. Ănĭmæ quĭbŭs āltĕră fātō Cōrpŏră dēbēntŭr, Lēthæi ăd flūmĭnĭs ūndās, Sēcūrōs lătĭcēs, ĕt lōngă ŏblīvĭă pōtānt.

lēthĭfĕr, ă, ŭm. *ārbŏrĭbŭsquĕ sătĭsquĕ lŭēs, ĕt lēthĭfĕr ānnŭs*, Virg. Æn. 3, 139. SYN. Lēthālĭs.

lēthŭm, *vel* lētŭm. *Tŭm cōnsāngŭĭnĕŭs lēthi sŏpŏr, ĕt mălă mēntĭs*, Virg. Æn. 6, 278. V. *Mors.*

lĕvāmĕn, ĭnis.——*ōmnĭs cūræ cāsŭsquĕ lĕvāmĕn*, Virg. Æn. 3, 709. SYN. Lĕvāmēntŭm, lēnīmĕn, sōlātĭŭm, aūxĭlĭŭm.

lĕvĭs. *āntĕ lĕvēs ĕrgō pāscēntŭr ĭn æthĕrĕ cērvi*, Virg. Ecl. 1, 60. SYN. Grăvĭtātĕ cărēns, ēxpērs grăvĭtātĭs, sĭnĕ pōndĕrĕ, nĭl grăvĭtātĭs, pōndĕrĭs hăbēns, *vel* ăgĭlĭs, ălăcrĭs, cĕlĕr, *vel* mōbĭlĭs, incōnstāns, *vel* pārvŭs, ēxĭgŭŭs, tĕnŭĭs, vīlĭs. V. *Celer, Inconstans.*

lĕvĭtās, ātis. *ĕt sōlŭm cōnstāns ĭn lĕvĭtātĕ sŭā ēst*, Ov. Tr. 5, 8, 18. SYN. Mōbĭlĭtās, cĕlĕrĭtās, incōnstāntĭă.

lĕvĭtĕr. *Aūdēbānt ĕādem hæc lēnĭtĕr ĕt lĕvĭtĕr*, Catull. 82, 8. SYN. Ălăcrĭtĕr, mōbĭlĭtĕr, *vel* pārŭm, paūlŭm.

lĕvo, ās. *Cŭm tē sērvĭtĭō lōngō, cūrāquĕ lĕvārĭt*, Hor. Sat. 2, 5, 99. SYN. Ērigo, tōllo, ēxtōllo, ēffĕro, *vel* jŭvo, sŭlŏr.

lēx, lēgis. *ōmnĭă sŭb lēgēs mōrs vŏcăt ātră sŭās*, Ovid. SYN. Jŭs, mōs, instĭtūtŭm, impĕrĭŭm, māndātŭm, præcēptŭm, ēdictŭm, dĕcrētŭm, scītŭm, plăcĭtŭm. EPITH. Sānctă, æquă, jūstă, sacră, injūstă, impĕrĭōsă, sĕvēră, dūră, immĭtĭs, āspĕră, rĭgĭdă, invĭŏlābĭlĭs, grăvĭs, ăcērbă, inīquă, impĭă. PHR. Lēgŭm jūră. Jūrĭs dĕcrētă, lēgēs: Lēgŭm jūssă, præscrīptă. Fās ĕt jūră. Sacrātæ sānctio lēgis. Lēgŭm mŏdĕrāmĕn, incōncŭssæ hăbēnæ.

*leges fero.* SYN. Lēgēs dŏ, indico, stătŭo, pōno, impōno, præscrībo, sāncio, fīgo. PHR. Jūră dăbāt, lēgēsquĕ vĭrĭs. Pēr pŏpŭlōs pĭă jūră, dĕdĭt. Cōmpōnĕrĕ lēgĭbŭs ōrbĕm. VERS. Lēgēs ætērnăquĕ fœdĕră cērtĭs impŏsŭĭt Nātūră lŏcĭs.

lībāmĕn, ĭnis, *vel* lībāmēntŭm, i. *Nōmĭne ăb aūthŏrĭs dūcūnt lībāmĭnă nōmĕn*, Ov. Fast. 3, 733. SYN. Lĭtāmĕn.

Lĭbănŭs. *Mons Syriam inter ac Phœniciam, crebris fontibus et hortis amœnissimus.* EPITH. Tĕpēns, cedrĭfĕr, ŏdōrātŭs, ēxcēlsŭs, ārdŭŭs, sūblīmĭs, āĕrĭŭs, vĭrēns, vĭrĭdĭs, grātŭs, ămœnŭs. PHR. Quĕm plūrĭmă cedrŭs Frōndĕ tĕgit. Cedris ūmbrōsŭm tōllit ăd āstră căpŭt.

lĭbēllŭs, i. *ŏblĭtŭs ā dŏmĭnæ cædĕ lĭbēllŭs ĕrit*, Ov. Ep. 11, 2. SYN. Ēxĭgŭŭs lĭbĕr, cōdēx.

lĭbēns. *Quăm scĭt ŭtērquĕ lĭbēns, cēnsēbo, ēxērcĕăt ārtĕm*, Hor. Ep. 1, 14, 44. SYN. Lŭbēns, vŏlēns, nōn invītŭs.

lĭbēntĕr. *Vērŭm, Gāllĭcĕ, nōn lĭbēntĕr aūdĭs.* (Phal.) SYN. Lŭbēntĕr, spōntĕ, ūltro.

lĭbĕr, bri. *Lĭbrĭs ēst dătă pālmă mĕĭs*, Prop. 4, 1, 102. SYN. Cōrtĕx, *vel* vŏlūmĕn, chārtæ, cōdĕx, lĭbēllŭs. EPITH. Dōctŭs, lăbōrātŭs, lĕpĭdŭs, ārgūtŭs, cūltŭs, ēxcūltŭs, ūtĭlĭs, ingĕnĭōsŭs, făcūndŭs, præclārŭs, ēxĭmĭŭs, aŭrātŭs, pictŭs. PHR. Victūræ in sæclă chārtæ. Dōctōrŭm scrīptă, *vel* mŏnŭmēntă vĭrōrŭm. VERS. plēnă lăbōrātĭs hăbĕās cŭm scrīnĭă lĭbrĭs. Sōlăquĕ nōn nōrŭnt hæc mŏnŭmēntă mŏri.

*libros componere.* PHR. Lĭbrōs scrībĕrĕ, ēdĕrĕ, prōfērrĕ in lūcĕm. Victūrās pāngĕrĕ chārtās. Rēs gēstās chārtis trādĕrĕ, intēxĕrĕ, māndārĕ, dēscrībĕrĕ: Scrīptō cōmplēcti: Vēntūrĭs trādĕrĕ sæclis. Scrīptĭs fāmăm, ætērnŭm nōmĕn, sĭbi părārĕ. VERS. Ēdĕ tŭōs tāndĕm pŏpŭlō, Faustīnĕ, lĭbēllōs, Ēt cūltŭm dōctō pēctŏrĕ prōfĕr ŏpŭs.

Lĭbĕr, ĕri. *Lĭbĕr, ĕt ālmă Cĕrēs vēstrō sī mūnĕrĕ tēllŭs*, Virg. Geo. 1, 7. V. *Bacchus.*

lĭbĕr, ă, ŭm. *Sīvĕ quŏd ēs lĭbĕr, vēstĭs quŏquĕ lĭbĕră pĕr tē*, Ovid. SYN. Sŏlūtŭs,



Digitized by Google

immūnis, ēxpĕdītŭs, lībĕrātŭs, ingĕnŭŭs, sŭi jūris. PHR. Lībērtātĕ, lībĕrātŭs jūrĕ frŭēns, gaŭdēns. Sērvĭtĭō lībĕr.

lībĕrālis. *Sēd tām prōdĭgŭs ŭtquĕ lībĕrālĭs.* (Phal.) Mart. 1, 100, 2. SYN. Lārgŭs, mūnĭfĭcŭs, māgnĭfĭcŭs, bĕnĕfĭcŭs. PHR. Lārgŭs ŏpŭm. Prōdĭgŭs æris. Lārgā bĕnignŭs mūnĭfĭcēntĭă. Mūnĕră, *vel* dōnă prōmptā mānū lārgĭēns. Cōngēstō nōn īncŭbāns aūrō. Ābditæ cistis lāmnæ, *i. e. pecuniæ,* īnĭmīcŭs. Dīvĭtĕ vēnā, plēnō cōrnū īnstār Hērmi, aūt Pāctōli fūndēns aūrŭm. Ănĭmŭs ăd præmiă, *vel* mūnĕră vēlōx. Prōdĭgă cūnctis dēxtĕră. Cūjŭs hăbēt nūllās lārga indūlgēntĭă mētās. VERS. Nūnquām pigră fŭĭt nōstris tŭă grātĭă rēbŭs: Nēc mĭhĭ mūnĭfĭcās ărcă nĕgāvĭt ŏpēs. Hic nōn dīvĭtĭās nigrāntĭbŭs ābdĭdĭt āntris. Nēc tĕnĕbris dāmnāvĭt ŏpēs, sēd lārgĭŏr imbrĕ Suēvĕrāt innŭmĕrās hŏmĭnŭm dītārĕ cătērvās. Quippĕ vĕlŭt dēnsō cūrrēntĭă mūnĕră nimbō, Cērnĕrĕ sēmpĕr ĕrāt, pŏpŭlis ŭndārĕ pĕnātēs, Āssĭdŭōs intrārc ĭnŏpēs, rĕmĕārĕ bĕātōs. Præceps illă mănŭs flŭvĭōs sŭpĕrābāt Ĭbērōs Aūrĕă dōnă vŏmēns. V. *Do.*

lībĕrālĭtās, ātis. *Quid ēst ăn hæc sĭnistră lībĕrālĭtās.* (Iamb. pur.) P. SYN. Mūnĭfĭcēntĭă, mūnĭfĭcă nātūră, indŏlēs. Mūnĭfĭci mōrēs.

lībĕro, ās. *Jām pædăgōgō lībĕrātŭs ēt cūjŭs.* (Scaz.) Mart. 6, 28, 11. SYN. Sōlvo, ēxpĕdĭo, ēxĭmo, vindĭco. PHR. Vinclis, jŭgō ēxĭmo, ērĭpio. Sērvīlĭă vincŭlă, jŭgă sōlvo, rūmpo, ābrūmpo, dēmo, lĕvo, dētrăho, ēxcŭtio. Sērvĭtĭi tūrpĕ jŭgŭm aūfĕro. Lībērtāti āssĕro. Sērvĭtĭō rĕdĭmo. VERS. Āssĕrĭtŭr fērrō cāptīvŭm vŭlgŭs, ēt ōmnēs quōs sævŭs trāxĕrāt hōstis. Sævo incŏlŭmēs ēx hōstĕ rĕcēpi. V. *Solvo.*

lībērtās, ātis. *Nēc spēs lībērtātis ĕrāt, nēc cūră pĕcūlī,* Virg. Ecl. 1, 33. EPITH. Grātă, dūlcis, ămīcă, blāndă, lætă, chāră, ŏptātă, ămātă, spērātă, prĕtĭōsă, suāvis, ēxpēctātă, cŭpĭtă, fēlix, cāndĭdă, aūrĕă. PHR. Lībērtātis bŏnōs, dĕcŭs. Lībĕrā cōndĭtio. Vītā pŏtĭŏr. Jŭgi impătĭēns. Sērvĭtĭŭm, *vel* Sērvīlĕ jŭgŭm ēxōsă. Īnfēnsă Tyrānnis. VERS. Hōs ănĭmāt Pātriæ pĭĕtās, ēt dūlcis ămœnæ Lībērtātis ămŏr. In mōrtēm prō lībērtātĕ părāti.

lībērtīnŭs. *ēt lībērtīnās ărcă flăgēllāt ŏpēs,* Mart. 5, 13, 6.

lībērtŭs. *Scīs dărĕ lībērtōs ēxtrēma in pārtĕ sĕdēntēs,* Juv. 7, 43.

lĭbĕt, lĭbŭĭt. *Mīrāri lĭbĕt, ō Nāĭădŭm pŏtēns,* (Choriamb.) SYN. Plăcĕt, jŭvăt, lŭbĕt. PHR. Ēst ănĭmŭs. Fērt ănĭmŭs. Fērt ĭtă cōrdĕ vŏlūntās.

Lībēthră. *Fons in Magnesiă, Musis sacer: vel Thraciæ mons, ad cujus radices fons Pimplæus. Mūsæ nōstĕr ămŏr Lībēthrĭdĕs,* &c. Virg. Ecl. 7, 21.

lĭbīdĭnŏr, āris. *Pōst hæc ōmnĭă cūm lĭbīdĭnātŭs.* (Phal.) Mart. 7, 66. PHR. Vĕnĕris cāstră nĕfāndă sĕqui. Vĕnĕris fœdissĭmă crīmĭnă patrārĕ, in Vĕnĕrēm cōrpŭs sōlvĕrĕ. V. *Libidinosus.*

lĭbīdĭnōsŭs. *Lĭbīdĭnōsŭs immŏlābĭtŭr căpĕr.* (Iamb. pur.) SYN. Lāscīvŭs, impŭdĭcŭs, impūrŭs, ŏbscœnŭs, prŏtērvŭs, prŏcāx. PHR. Lĭbīdĭnĕ fērvēns, āccēnsŭs, fŭrēns, pĕrcĭtŭs, cōncĭtŭs, căptŭs, vĭctŭs, frāctŭs. Stĭmŭlis lĭbīdĭnis āctŭs. Quēm sævă lĭbīdo stĭmŭlāt, ăgĭt, ūrgĕt, pĕrdit, frāngĭt, āttĕrit. Vēsāni stĭmŭlis ăgĭtātŭs ămōris. Mōllĭbŭs dēlĭcĭis vĭctŭs, sērvĭēns. Tūrpĭtĕr vĭtĭō făvēns. Cūjŭs mōrēs ŏbscœni pĕtŭlānsquĕ lĭbīdo. Mōrĕ fĕrārŭm in Vĕnĕrēm præcēps, prōnŭs, rŭēns, impŏs sŭi ămōrĕ cæcō. In Vĕnĕrēm fœdō stĭmŭlātŭs ămōrĕ. Cūjŭs tūrpēs flāmmæ ēxūrūnt mĕdūllās, cŏr, pĕctŭs. Vĕnĕris crīmĭnă patrāns. Lāscīvō ignĕ fērvĭdŭs, cōncĭtŭs. V. *Adulter.*

Lŭtētiă. *Frăncigĕnæ princĕps pŏpŭlōsă Lŭtētiă gēntis*, Sc. *Urbs Gallici Imperii Caput, cujus laudari satis non possunt magnitudo, splendor, divitiæ, et opulentia. Hanc Sequana fluvius tripartitam facit: Prima pars, Urbs; altera, Civitas, tertia Universitas appellatur. Fundatam aiunt à Paride Galliæ Celticæ Rege* XVIII. *Nomen non habet à* Luto: *Antea vocabatur* Leucotetia (*à candore civium*, λευκὸς, *enim Gr. candidus;*) *unde*, Lutetia, *per syncopen, priorque syllaba produci deberet.* SYN. Părisĭī. EPITH. Măgnă, immēnsă, rēgĭă, nōbĭlis, inclўtă, dŏctă, pŏtēns, fēlix, victrix, sŭpērbă, clāră, fāmōsă, cĕlebris. PHR. Ŭrbs Părisĭăcă. Ărcēs Părisĭăcæ. Frăncigĕnæ princēps pŏpŭlōsă Lŭtētiă gēntis. Ŭrbiŭm princēps. VERS. Cūnctă Părisĭăcæ cēdănt mirăcŭlă tērræ: Nātūra hic pŏsŭit quicquid ŭbiquĕ fŭit. Aŭdīt, ŏbstŭpŭitque hŏspēs, fēssūsquĕ viātŏr Vidit, ĕt haŭd ŏcŭlis crēdidit ipsĕ sŭis.

lūtĕŭs. *Aūrōra in rŏseis fulgēbāt lūtĕă bĭgis*, Virg. Æn. 7, 26. SYN. Flāvŭs, flāvēns.

lūtĕŏlŭs. *Mōlliă lūtĕŏlā pingit văccīniă călthā*, Virg. Ecl. 2, 50. V. *Luteus.*

lŭtĕŭs. *Diffingit Rhēni lŭtĕŭm căpŭt: hæc ĕgŏ lūdo*, Hor. Sat. 1, 10, 37. SYN. Lŭtōsŭs.

lŭtŭlēntŭs. *Tēn' lăpidēs văriŭs lŭtŭlēntă rădĕrĕ pālmā*, Hor. S. 1, 4, 83. SYN. Cœnōsŭs, limōsŭs, lŭtōsŭs. PHR. Lŭtō plēnŭs, fœdātŭs, tŭrpis, fœdŭs, sōrdidŭs, ŏbscœnŭs.

lŭtŭm.—*Vĕl ămīcă lŭtō sŭs*, Hor. Ep. 1, 2, 26. SYN. Limŭs, cœnŭm, sōrdēs, fæx, illŭviēs. EPITH. Tŭrpĕ, ūdŭm, sōrdidŭm, fœtidŭm, grăvĕŏlēns, *trisyl.* pălūstrĕ, crāssŭm, pinguĕ, tĕnāx, infĕctŭm.

lūtŭm.——*Jăm crŏcĕō mūtābĭt vēllĕră lūtō*, Virg. Ecl. 4, 44. SYN. Lūtĕă. EPITH. Crŏcĕŭm.

lūx, lūcis. *Rēstĭtit Ænēās, clārāque in lūcĕ rĕfūlsit*, Virg. Æn. 1, 592. SYN. Lūmĕn, splēndŏr, fūlgŏr, nitŏr, jŭbăr, făx, *vel* diēs. EPITH. Ignĕă, flāmmĕă, ālmă, sĕrēnă, rădiāns. PHR. Lūcis nitŏr, splēndŏr, rădii, dĕcŏr. Lūcidŭs nitŏr. Căndŏr ignĕŭs. Trĕmŭlō ignĕ cŏrŭscāns. Pŭrpŭrĕŭm lūcis jŭbăr. Ē mĕdiō lūcidă flāmmă micăt. Rŭtilō scintillăt lūminĕ lāmpăs. V. *Lumen et Splendor.*

‖ lūxo, ās. SYN. Rĕsōlvo.

lŭxŭriă, *vel* lŭxŭriēs. *Lŭxŭriăm prĕmĕrēt cūm crāstĭnă sēmpĕr ĕgēstās*, Mart. 3, 10, 3. SYN. Lūxŭs, *vel* lāscivĭă, libido. EPITH. Prōdigă, blāndă, pĕtŭlāns, misĕră, mōllis, dēsēs, inērs, ignāvă, sēgnis, tŭrpis, inhŏnēstă, nŏcivă, nŏxiă, dēsidiōsă, ĕffūsă, insānă, cæcă, ĕffrēnis. PHR. Prōdigă rērŭm, lŭxŭriēs. Nūnquăm părvŏ cŏntēntă părātŭ. Lūxŭs pŏpŭlātŏr ŏpŭm. Dissuāsŏr hŏnēsti. Lŭxŭquĕ mălō cŏnjūnctă vŏlŭptās. Inimică virtūti lŭxŭriēs. Mārcidă dēlĭciis. Sēgni lūsū diffluĕrĕ, sōlvi, fătiscĕrĕ. Dissipārĕ ŏpēs, cŏrrūmpĕrĕ mēntĕm, *vel* ănimŭm. VERS. Lŭxŭria ĕxtinctæ jămdūdŭm prōdigă fāmæ, Dēlĭbūtă cŏmās, ŏcŭlis văgă, lănguidă vŏcĕ, Pĕrditā dēliciis, vitæ cui caŭsă vŏlŭptās. Cui sēmpĕr ădhærēns Infēlix hŭmili grēssŭ cŏmitātŏr ĕgēstās. V. *Libido.*

lŭxŭrio, ās. *Lŭxŭriānt ănimi rēbŭs plērŭmquĕ sĕcūndis*, Ov. A. Am. 2, 437. SYN. Lŭxŭriŏr, libidinŏr, lāscivio, *vel* ăbūndo. VERS. Lŭxŭriāntque ănimi rēbŭs plērŭmquĕ sĕcūndis. Dēliciis lŭxŭriārĕ nŏvis. Cūm jŭvĕnīlibŭs ānnis Lŭxŭriānt ănimi, cŏrpŏrăque ipsă vigēnt.

lŭxŭriōsŭs. *Haŭsisti pātriās lŭxŭriōsŭs ŏpēs*, Mart. 9, 84, 4. SYN. Lāscivŭs, libidinōsŭs, *vel* prōdigŭs, *vel* ăbūndāns.

lūxŭs, ūs. *Hōc făciūnt, nimiō nē lūxu ŏbtūsiŏr ūsŭs*, Virg. Geo. 3, 135. SYN. Lŭxŭriēs, lŭxŭriă, *vel* pōmpă, făstŭs. EPITH. Rēgālis, splēndidŭs, rēgificŭs, mōllis, mălŭs, Āchæmĕniŭs, nŏcēns, fœdŭs, fœmineŭs, ĕffūsŭs, sēgnis, infrēnis ĕxlēx, insānŭs, cæcŭs, tŭrpis. PHR. Pŏpŭlātŏr ŏpŭm. Rēgāli splēndidă lūxū Ātriă. Ĕpŭlæque ănte ōră părātæ Rēgificō lūxū. V. *Luxuria.*



Digitized by Google

Lyæus. *Lēgĭfĕræ Cĕrĕri, Phœbōquĕ pātrĭquĕ Lyæō*, Virg. Æn. 4, 58. V. *Bacchus.*

Lycæus. *Pārrhăsĭō dictūm Pānŏs dē mōrĕ Lycæi*, Virg. Æn. 8, 344. *Mons Arcadiæ, ubi Templum erat Jovi dicatum, et alterum Pani pastorum Deo.* EPITH. Umbrōsŭs, gĕlĭdŭs, pīnĭfĕr, Pārrhăsĭŭs, *à Parrhaso vicino oppido:* ăngūstŭs, āltŭs, frīgĭdŭs, nĭvĕŭs. PRR. Mōntĭs Lycæi vērtĕx, ăpĕx, cūlmĕn. Gĕlĭdi sāxă Lycæi. VERS. Ipsĕ nĕmŭs linquēns pātrĭūm sāltūsquĕ Lycæi Pān ŏvĭūm cūstōs.

Lycāōn, ŏnis.—*Sōcĭūmquĕ Lycāŏnă sūmit*, Ov. M. 2, 526. *Rex Arcadiæ, qui hospites suos occidebat. Hanc crudelitatem experiri voluit Jupiter, cùmque sibi insidias parari conspiceret, Regiam fulgure excussit, ipsumque Lycaonem in lupum mutavit.* EPITH. Ārcădĭŭs, sævŭs, immānĭs, fĕrōx, crūdēlis, dīrŭs, impĭŭs, săcrĭlĕgŭs. PHR. Nōtŭs fĕrĭtātĕ Lycāōn. Ārcădĭcŭs Tyrānnŭs. Hūmānō sānguĭnĕ gaūdēns. VERS. Fit lŭpŭs, ĕt vĕtĕris sērvāt vēstīgĭă fōrmæ.

Lycāŏnĭŭs. *ēccĕ Lycāŏnĭæ prōlēs ignāră părēntis*, Ovid. Met. 2, 494.

lychnŭs. *Dēpēndēnt lychni lăquĕārĭbŭs aūreis*, Virg. Æn. 1, 730. SYN. Lāmpăs, lūcērnă. V. *Lampas.*

Lycŏmēdēs, is. EPITH. Scyrĭŭs, pĭŭs.

Lycūrgŭs. *Pēnthĕū, tū vĕnĕrāndĕ, bĭpēnnĭfĕrūmquĕ Lycūrgūm*, Ov. Met. 7, 4, 22. *Rex Thraciæ, Bacchum exosus, cujus vites omnes eradicare tentavit.* EPITH. Ācĕr, Thrāx, māgnănĭmŭs, sĕcūrĭgĕr, impĭŭs, vēsānŭs, *quia Bacchum ei furorem immisisse fingunt, ob vites hujus Dei avulsas.* VERS. Tērră prŏcŭl vāstĭs cŏlĭtūr Māvōrtĭă cāmpis, Thrācĕs ărānt, ācri quōndām rēgnātă Lycūrgō. *Virg.*

Lycūrgŭs. *Lacedæmoniorum Legislator, qui cùm Eunomo fratri in Regno successisset, illud Charilao Eunomi posthumo filio restituit, Tutorisque seu Vicarii nomen assumpsit. Sanctissimas leges condidit, ac patriæ utilissimas.* EPITH. Fōrtĭs, lēgĭfĕr, Āmyclæŭs, Thĕrāpnæŭs, Lăcĕdæmŏnĭŭs, jūstŭs, æquŭs, prūdēns. Quĭdquid lēgĭfĕrō prōfēcit Spārtă Lycūrgō.

Lydĭă. *in tē pāmpĭnĕŏs prŏfērrĕt Lydĭă thyrsŏs*, Cl. SYN. Mæŏnĭă. EPITH. Dīvĕs, prĕtĭōsă, aūrĕă, *à Pactolo fluvio; vel à Cræso Rege.*

Lydĭŭs. *ād tērram Hēspĕrĭām vĕnĭēs, ŭbi Lydĭŭs ārvă*, Virg. Æn. 2, 781.

Lydŭs. *Lydōrūmquĕ mănūm, cōllēctōs ārmăt ăgrēstēs*, Virg. Æn. 9, 11. SYN. Mæŏnĭŭs.

lymphă. *Prōcēssit sūmmōque haūsit dĕ gūrgĭtĕ lymphās*, Virg. Æn. 9, 23. SYN. Āquă, ūndă. V. *Aqua.*

lymphātŭs.——*Sĭnĕ mōrĕ fŭrit lymphātă pĕr ūrbēm*, Virg. Æn. 7, 377. SYN. Lymphātĭcŭs, fŭrēns, răbĭdŭs, insānŭs, dēmēns.

lyncĕŭs, ă, ūm.——*Nē cōrpŏris ōptĭmă lyncĕis*, Hor. S. 1, 2, 90.

lynx, yncis. *Hic vel hæc: sæpius hæc. Lyncĭbŭs ād cælūm vēcta Ărĭādnă tŭis*, Prop. 3, 17, 8. EPITH. Măcŭlōsă, vărĭă, vērsĭcŏlŏr, vēlōx, cĭtă, fŭgāx, Scythĭcă, tĭmĭdŭs, ăcūtŭs. PHR. Ăcūtō lūmĭnĕ sōlērs. Bācchō sacră. Bĭjŭgūm pictis insignĭă frænis Cōllă prĕmit lyncūm.

Lyncĕŭs, ĕi. *dissyllab. ēt dŭō Thēstĭădæ prōlēsque Ăphărēĭă Lyncĕŭs*, Ov. M. 8, 304. *Unus ex Argonautis, Apharei filius, qui propter eximiam omnium rerum scientiam trans æthera terræque barathra visu penetrâsse dicitur.* EPITH. Fōrtĭs, ăcĕr.

Lyncŭs. *Rēx ŭbi Lyncŭs ĕrāt Rēgĭs sŭbit illĕ Pĕnātēs*, Ov. M. 5, 650. *Scythiæ Rex, qui Triptolemum occidere tentavit, et in lyncem mutatus est.* EPITH. Pērfĭdŭs, immānĭs.

lyră. *ēt mŏvĕt aūrātæ pōllĭcĕ fīlă lyræ*, Ovid. SYN. Cĭthără, fĭdēs, ĭūm, tēstūdo. EPITH. Imbēllĭs, ĕbūrnă, Æmŏnĭă, Phœbēă, Ăpōllĭnĕă, Cāstălĭă, Āŏnĭă, Pĭĕrĭă, cănōră, blāndă, ărgūtă, vōcālĭs, sŏnōră, suāvĭs, Ăgănĭppēă, *à Phœbo et Musis*, Orphæă, Orphēĭă, Thrăcĭă, Bĭstŏnĭă, Bĭstŏnĭs, Rhŏdŏpēĭă, *ab Orpheo Thracio.* Ărīŏnĭă; Āmphīŏnĭă, Cyllēnĭă, *à Mercurio.* VERS. Trāctāt inaūrātæ cōnsŏnă fīlă lyræ. Thrēĭcĭūm dĭgĭtĭs incrĕpŭīssĕ lyrām. Aūrĕă fīlă lyræ. Phœbō dūlcĭsŏnām pĕrcŭtĭēntĕ lyrām. Dēsuētæ rĕpĕtit fīlă cănōră lyræ. V. *Fides, ium; Cithara.*

‖ lyrĭcĕn, ĭnis. V. *Fidicen.*

lyrĭcŭs. *ēt lyrĭci vātēs nŭmĕrō sūnt Mnēmŏsynārūm*, Aus.

Digitized by Google

**Lysippus**, i. *Pingĕrĕt aŭt ăliŭs Lysippō dūcĕrĕt ærā*, Hor. E. 2. E. 1. 240. EPITH. Sōlers, dextĕr, pĕrītŭs, inclytŭs, nōbĭlis.

## M.

**MĂcăreus**, ei, *trissyl.* *Vectĕ Pĕlĕthrŏnĭūm Măcăreus in pectŭs ădactō*, Ov. Met. L. 12. V. 452. *Æoli filius, Apollinis Delphici sacerdos.* EPITH. Æŏlĭdēs.

**Măcĕdŏnĭă.** [*Secunda brevis, licenter producitur.*] *Græciæ pars, ubi celebris ille locus*, Tempe *dictus.* SYN. Ēmăthĭă, Ēmŏnĭă. EPITH. Pūgnāx, fĕrōx, victrix, indŏmĭtă, aūdāx, nōbĭlis, clāră, fortis.

**măcĕr**, macră, crūm. *Ēheū quām măcĕr ēst pingui mĭhi taūrŭs in ārvō*, V. E. 3, 100. SYN. Măcĭlēntŭs, grăcĭlis, grăcĭlēntŭs. EPITH. Măcĭē cōnfectŭs, tĕnŭātŭs, āttĕnŭātŭs, tĕnŭis, pĕrēsŭs, hōrrĭdŭs, dēfōrmātŭs, tūrpis, īnfōrmis, ēxēsŭs, squāllĭdŭs, ōbdūctŭs, ēnēctŭs, āttrītŭs, dēfĭcĭēns, lānguēns, lānguĭdŭs. Tābēns, tābĭdŭs. PHR. Ēxĭlēs āttĕnŭātŭs in ārtūs. Măcĭē squāllĭdă mēmbră gĕrēns, trăhēns. Măcĭē pĕrēsŭs. Măcĭēs mēmbră ēxēdĭt, fœdāt, dēpāscĭtŭr, *vel* ēxēdĭt, *in præt.* dēpāstă ēst. VERS. Dēfĭcĭēns vix trăhĭt ōssă cŭtĭs. Hōrrĭdă vūltūm Dēfōrmāt măcĭēs: pāllēntēs ōccŭpāt ārtūs. Ēt nŏtāt īnfōrmis pāllĭdă mēmbră cŏlŏr. Pāllŏr in ōrĕ sĕdēt, măcĭēs in cōrpŏrĕ tōtō. Fūgĕrăt ōrĕ cŏlŏr, măcĭēs āddūxĕrăt, *vel* tĕnŭāvĕrăt ārtūs. Aūxĕrăt ārtĭcŭlōs măcĭēs, mănŭūmquĕ tĭmēbāt Ōrbis, ĕt īmmŏdĭcō prōdĭbānt tūbĕrĕ tālī. Măcĭē cōnfectă sūprēmā īgnōtī nŏvă fōrmă vĭrī, mĭsĕrāndăquĕ cūltū. Cōncĭdĭmŭs măcĭē: cŏlŏr ēst sĭnĕ sānguĭnĕ. Nām nĕquĕ sūnt vīrēs, nēc quī cŏlŏr ēssĕ sŏlēbāt: Vix hăbĕō tĕnŭēm quæ tĕgăt ōssă cŭtēm. Jām lūmĭnă rētrō Ēxēsis fūgĕrĕ gĕnis. Jām lūrĭdă sōlā Tēctă cŭtĕ, ĕt vēnis mălĕ jūnctă trĕmēntĭbŭs ōssă. Ēxtānt cōnsūmptis vīsū dēfōrmĭă mēmbris. V. *suprà descriptionem Famis.*

**măcĕo.** *Cui ōssa ātquĕ pēllis tōtŭs ĭtă cūră măcēt*, Prop. SYN. Măcēsco, tābēsco. V. *Macer.*

**măcĕro**, ās. *Mācĕrŏr īntĕrdūm, quŏd sim tĭbĭ caūsă dŏlēndī*, Ovid. Ep. 20, 125. SYN. Cōnfĭcĭo, ēxtĕnŭo, āttĕro, ēxēdo, tābĕfăcĭo. PHR. Măcĭē āttĕnŭo, dēfōrmo, cōnsūmo.

**Māchāōn**, ŏnis. *Dīmittĕ Māchāŏnăs ōmnēs*, Mart. 2, 16, 5. *Æsculapii et Arsinoes filius, Podalirii frater, Medicus insignis qui Græciæ Principes ad expeditionem Trojanam secutus est.* EPITH. Dōctŭs, pĕrītŭs, prūdēns, fīdŭs, fĭdēlis, īngĕnĭōsŭs, īndūstrĭŭs, sōlērs. V. *Medicus.*

**Māchāŏnĭŭs.** *īllĕ Māchāŏnĭă vix ŏpĕ sānŭs ĕrĭt*, Ov. Rem. Am. 546. SYN. Mĕdĭcŭs.

**māchĭnă.** *Aūt hæc in nōstrōs făbrĭcāta ēst māchĭnă mūrōs*, Virg. Æn. 2, 46. SYN. Ārs, ārtĭfĭcĭūm, dŏlŭs, āstūtĭă, fraūs, *vel* mōlēs, īnstrūmēntūm, tōrmēntūm bēllĭcūm, bălīstă, ărĭēs, bōmbārbă. EPITH. Strīdēns, mūrālis, sævă, īngĕnĭōsă, īngēns, fūlmĭnĕă, mĭnāx, stŭpēndă, īmmānis: æquātă cœlō, sāxă rŏtāns, mūrōs quătĭēns, *vel* dŏlōsă, scĕlĕrătă, dīră, lătēns. PHR. Mūris mĕtŭēndă. Cōncŭtĭēns mūrōs. Mœnĭă sūbvērtēns, rūmpēns. Sāxă rŏtāns. VERS. Bēllĭcă in ādvērsām vĭbrātŭr ŭtrīnquĕ phălāngēm Māchĭnă. Āc vĕlŭt hōstĭlis cūm māchĭnă tērrŭĭt ūrbēm. Ūrbēs stērnĕrĕ māchĭnis Lōngē sāxă rŏtāntĭbŭs. Quā rŭĭt, ōccūmbūnt ūrbēs sylvæquĕ trĕmīscūnt. Ēxcŭtĭt īngēntēs īmmānī pōndĕrĕ mōlēs. Īnvōlvēns fūmō nĭgrĭcŏlōrĕ dĭēm. Māchĭnă tērrĭfĭcō cūm fūlmĭnăt ænĕă bōmbō. Quālĭtĕr ærĕ căvō, dūm sūlphŭră pāscĭtŭr ātră, Īnclūsŭs măgis ātquĕ măgis fŭrĭt ācrĭŏr īgnis: Mōlītŭrquĕ fŭgām, nēc sē căpĭt īntŭs ănhēlāns: Tūm pĭcĕō dīsclūsă vŏlāt glāns fērrĕă fūmō; Fīt crĕpĭtŭs, crēdās rūptō rŭĕre æthĕrĕ cœlūm; Jāmque īllă ēt tūrrēs prŏcŭl ēccē strāvĭt ĕt ārcēs: Cōrpŏra ĕt ārmă jăcēnt, lātē vĭă făctă pĕr hōstēs. V. *Tormentum Bellicum, et Dolus, Fraus.*

**māchĭnātŏr**, ōris. *ō māchĭnātŏr fraūdis, ō scĕlĕrum ārtĭfex.* (Iamb.) SYN. Fabricātŏr, ārtĭfex.

**māchĭnŏr**, āris. *Nūm tĭbĭ prætĕrĕā quŏd māchĭnŏr, īnvĕnĭāmquĕ*, Lucr. 3, 957. SYN. Mōlĭŏr, ēxcōgĭto, mĕdĭtŏr, strŭo, ēxstrŭo, fabrico, *seu* fabrĭcŏr.

**măcĭēs**, iēi. *Cūm sŭbĭto ē sylvis măcĭē cōnfectă sūprēmā*, Virg. Æn. 3, 590. SYN. Tābēs. EPITH. Hōrrĭdă, tūrpis, īnfēlix, mĭsĕră, īnfōrmis, dēcŏlŏr, jējūnă, squāllĭdă, pāllĭdă, dēfōrmis, trīstis, īnērs, pāllēns, ārĭdă, līvĭdă. PHR. Mem-



Digitized by Google

brā, ārtūs cōnsūmēns, ēxtēnūāns. Dēfōrmāns vūltūm. Ōssā rēnūdāns. Cōnsūmēns ārtūs. Āttēnūāns ārtūs dūrō lānguōrē sōlūtōs. V. *Macer.*

măcĭlēntŭs. *Plaut.* V. *Macer.*

mācrēsco, is. *Nē nimis ēxhaūstō mācrēscērēt inguinē gāllūs,* Mart. 13, 63. SYN. Mārcēsco, grăcĭlēsco. V. *Macer.*

mācto, ās. *Sōlēnnēs taūrum ingēntēm mactābāt ăd ārās,* Virg. Æn. 2, 202. V. *Occido, à cædo. Sacrifico.*

măcŭlă. *Rējĭcē, nē măcŭlīs infūscēt vēllērā pūllīs,* Virg. Geo. 3, 389. SYN. Nŏtă, lābēs, *Metaph.* dēdĕcŭs, infāmiă. EPITH. Tūrpis, ōbscœnă, sōrdĭdă, ātră, immūndă, impūră, fœdă, dēfōrmis, pŭdēndă. PHR. Scābră sĭtū, tūrpisque ātrā rūbiginē lābēs. VERS. Tūrpēs ōrē fŭgārē nōtās. Măcŭlīs discŏlŏr ātrīs. Cærŭlēæ cui tērgă nŏtæ infĭciūnt. Măcŭlæ sēse ūndĭquē fūndūnt. V. *Sordes.*

măcŭlo, ās. *ēdĭtā pūrpŭrĕō lūcēns măcŭlātŭr ămictū,* Sil. SYN. Commăcŭlo, inquino, cŏinquino, fœdo, pŏllŭo, cōntāmino, cōnspūrco, tūrpo, dētūrpo, dēfōrmo, *vel* măcŭlīs āspērgo, nŏto, vărio, distinguo, pingo, līno, ŏblino, illino. PHR. Măcŭlīs, lābĕ, sōrdĭbŭs infĭcio, tĕmĕro, āspērgo, cōnspērgo, inquino. Măcŭlās, sōrdēs, lābēm infĕro, injĭcio, inspērgo. Tūrpi, infāmi lābĕ nŏto. Lābĕ dĕcŭs ēxĭmo, aūfĕro, tōllo, fŭgo.

măcŭlōsŭs. *Cærŭlēæ cui tērgă nŏtæ, măcŭlōsŭs ĕt aūrō,* Virg. Æn. 5, 87. SYN. Măcŭlātŭs, inquĭnātŭs, sōrdĭdŭs, măcŭlīs infēctŭs, *vel* măcŭlīs pictŭs, āspērsŭs, vărĭātŭs, illĭtŭs.

mădĕfăcio, mădĕfēci.—*Vĭrĭdēs mădĕfēcĕrăt hērbās,* Virg. Æn. 5, 330. SYN. Hūmēcto, irrigo, irrōro: ăblŭo. PHR. Āquā spārgo, tingo, ăblŭo, prōlŭo, pērfūndo, irrigo. Sŭpērfūsīs ăquis irrōro.

mădĕfio, fis, fit.—*ĭtĕrūm mădĕfīēnt cædĕ Philippi,* V. SYN. Mădēsco, mădĕo, immădĕo, hūmēctŏr. PHR. Āquā āspērgŏr, pērfūndŏr, tingŏr, prōlŭŏr.

mădĕo. *ăccĭpĭt, ēt lārgō spārsă crŭōrĕ mădĕt,* Ovid. Fast. 4, 636.

mădēsco.——*Plŭvĭōquē mădēscit ăb Aūstrō,* Ov. Met. 1, 67. SYN. Mădĕfio, mădĕo, immădĕo.

mădĭdo, ās.——*illĕ nŏvō mădĭdāntēs nēctărĕ pēnnās,* Claud. Rap. Pros. 2, 68. V. *Madefacio.*

mădĭdŭs. *Dūm sĕdĕt ēt sĭccăt mădĭdās in cārcĕrĕ pēnnās,* Cl. SYN. Mădēns, hūmĭdŭs, hūmēns, ūdŭs, ūvĭdŭs. PHR. Ūdŭs ăquis, ăquā pērfūsŭs, spārsŭs.

mădŏr, ōris. *ēxcĭpiēns nūllōs, Aūstrō cēssāntĕ, mădōrēs,* F. SYN. Hūmŏr. EPITH. Flŭĭdŭs, rōscĭdŭs, rĭgŭŭs, irrĭgŭŭs. PHR. Mădĭdŭs dēflŭit hūmŏr.

Mæāndĕr, dri.——*Liquĭdīs Phrȳgĭŭs Mæāndĕr in ūndīs, Lūdit, ēt ămbĭgŭō lāpsū rĕflŭitquĕ flŭitquĕ,* Ov. Met. 8, 162. *Phrygiæ fluvius, sinuoso et reflexo aquarum cursu, quasi ad fontem revertens.* EPITH. Sinŭōsŭs, ērrāns, văgŭs, tōrtŭs, rĕcūrvŭs, intōrtŭs, rĕflŭŭs, sibi ōbvĭŭs, incērtŭs, ămbĭgŭŭs, ōblĭquŭs, fāllāx, ămœnŭs, inflēxŭs. VERS. Mæāndĕr sibĭmĕt rĕflŭīs sæpe ōbvĭŭs ūndīs.

Mænădĕs, ūm. *Mænădĕs, ō quāntŭs tūnc illīs mēntĭbŭs ārdŏr,* Ovid. SYN. Băcchæ, Băcchāntēs, Băssărĭdēs. V. *Bacchæ.*

Mænălŭs. *Mænălŭs ārgūtūmquĕ nĕmŭs, pīnōsquĕ, &c.* Virg. Ecl. 8, 22. *In plurali,* Mænălă. EPITH. Āltŭs, sūblīmis, ārdŭŭs, pīnĭfĕr, vĭrēns, frōndēns, ūmbrāns, hōrrĭdŭs. PHR. Mōns Ārcădĭŭs. Mōns Pānī săcĕr. Mænălă Pānī săcră.

Mæŏnĭdēs, æ. *Mæŏnĭdēs nūllās ipsĕ rĕlĭquit ŏpēs,* Ov. Trist. 4, 10, 22. *Sic dictus Homerus à Patriâ.* V. *Homerus.*

Mæŏnĭŭs. *Pērlĕgĕ Mæŏnĭō cāntātās cārmĭnĕ rānās,* Mart. 14, 183. SYN. Lȳdŭs, Lȳdĭŭs.

Mæōtis, ĭdis. *Rēgnă Thŏās hăbŭit Mæōtĭdĕ clārŭs in ōrā,* Ovid. *Palus in Scythiâ prope Bosphorum Cimmerium et Pontum Euxinum.* EPITH. Gĕlĭdă, pigră, lōnginquă, Bŏrĕālis, Ārctĭcă. VERS. Tē sĕquăr ăd Scȳthĭcæ Mæōtĭdis ūsquĕ pălūdēs. Quāquĕ frĕtūm tōrrēns Mæōtĭdis ēgĕrit ūndās.

măgă. *ădjūtrixquĕ vĕnis, cāntūsque ārtēsquĕ măgārūm,* Ov. Met. 7, 195. SYN. Incāntātrix, vĕnēfĭcă, lămiă, săgă. EPITH. Thēssălă, Æmŏnĭă, *à Thessalis mulieribus:* Ææă, Cōlchĭcă, *à Medeæ Patriâ:* Imprŏbă, dīră, ēxĭtĭōsă, tūrpis, impĭă, inhūmānă, fĕrōx, scĕlĕrātă, infāmis, săcrĭlĕgă, scĕlēstă, mĭnāx, vānă, fāllāx, Tārtărĕă, Stȳgĭă, infērnă, tērrĭbĭlis. PHR. Thēssălă ānŭs. Măgĭcō pōllēns săgă mĭnistĕrĭō. Thēssălĭcīs pŏtēns vĕnēnis. Măgĭcī dŏctă mĭnistră dŏlī. Quæ măgĭcās ārtēs Ææăquĕ cārmĭnă nōvit. VERS. Dēvŏvĕt ābsēntēs, sĭmŭlācrăquĕ cērĕă fingit, Et mĭsĕrūm tĕnŭēs in jĕcŭr ūrgĕt ăcŭs. Mōrtĭfĕră cārpit

Digitized by Google

grāmĭnă, ăc sērpēntūm sănlem ēxprimit miscētque, ĕt ōbscœnās ăvēs: āddĭt vĕnēnĭs vērbă. Sŏnŭĭt ēccĕ vēsānō grădū, cănĭtquĕ, mūndūs vōcibūs primis trĕmĭt. Cārmĕn măgicō dēmūrmŭrăt ōrĕ. Nītĭtŭr ĕt tĕnēbris ōbdĕrĕ Sōlis ĕquōs. Prŏmittĭt sē sistĕre ăqnām flūvĭis, ĕt vērtĕrĕ sydĕră rētrō. Nōctūrnōsquĕ cĭĕt Mānēs. Mōrs ōmnis in ūsu ēst, ĕt mĕdiōs vērbis ānnōs ābrūmpit. Cāntū sæpe ănĭmās imis ēxcirĕ sĕpūlchris, Ātquĕ sătās ăliō vidi trădūcĕrĕ mēssēs. V. *Venefica.*

măgāliă, ōrūm. *Mirātūr mōlem Ænēās, măgāliă quōndām*, Virg. Æn. 1, 425. SYN. Măpāliă, căsă, tŭgŭriūm. V. *Casa.*

măgĕ. *āspicĕ, nūm măgĕ sit nōstrūm pĕnĕtrābĭlĕ tēlūm*, Virg. Æn. 10, 481. SYN. Măgis, plūs.

Măgi, ōrūm. V. *Magus.* EPITH. *De tribus Orientis Regibus.* Pĭi, Eōi. VERS. Aūrūm, thūs, mỹrrhām Rēgiquĕ, Dĕōque, hŏmĭniquĕ, Dōnă fĕrūnt. Sydūsquĕ sĕcūti Ōptātām tĕnŭērĕ viām, quæ lēgĕ fŭtūră Dūxit ădōrāntēs săcra ăd cūnābŭlă gēntēs: Thēsaūrisquĕ sŭis prō rĕlĭgiōnĕ sŏlūtis Aūrĕă nāscēnti fūdērūnt mūnĕră Rēgi.

măgiă. *Nēc nōn Thēssălicæ dōctissimŭs illĕ măgiæ*, Prud. Symmach. 1, 89. SYN. Vĕnēficiūm, incāntātio. PHR. Ārs măgĭcă. Măgĭcŭs dŏlŭs. Măgĭcūm mĭnistĕriūm, ărtēs Mēdēæ, Circēæ, Ææææ, Cōlchicæ, *à Circe et Medeâ:* Thēssălæ, Æmŏnīæ, *à Mulieribus Thessalis.* Măgicæ virēs, æviquĕ fŭtūri præsciŭs ārdŏr. Fūnēstārūmquĕ pŏtēstās hērbārūm. Circæi ārs vĕnēficii. V. *Incantatio et Veneficium.*

măgicŭs. *Hic măgicōs āffĕrt cāntūs, hic Thēssălă vēndit*, Juv. 6, 609. SYN. Circēŭs, Ææŭs, Thēssălicŭs. V. *Magia.*

măgis. *Jām măgis ātquĕ măgis præcēps ăgit ōmniă fātūm*, Luc. 6, 98.

măgistĕr. *Sæpĕ tŭi jūdēx: sæpĕ măgistĕr ĕrām*, Ovid. Trist. 3, 7, 24. SYN. Præcēptŏr, dōctŏr, mŏdĕrātŏr. EPITH. Dōctŭs, mitis, bĕnignŭs, ămicŭs, mānsuētŭs, indūstriŭs, vigil, sēdŭlŭs, impĭgĕr, pĕritŭs, insignis, sĕvērŭs, rĭgĭdŭs, āspĕr, mōrōsŭs, grăvis, ăcērbŭs. PHR. Jŭvēntæ mŏdĕrātŏr, rēctŏr. Rŭdēs ănimōs præcēptis dŏcēns, instĭtŭēns, dōctrīnā ēxērcēns; ărtibŭs ēxcŏlēns. Cui dŏcēndi mūnŭs ĕt ōffĭciūm. Qui tĕnĕrām stŭdiis fōrmārĕ jŭvēntām Nōvit. Dŏcēndi pĕritŭs. Tĕnĕrām pūbēm mŏdĕrāns, ērŭdiēns. V. *Doceo.*

măgistĕriūm. *Cūm mĕă ridēbūnt vānă măgistĕriă*, Tibul. SYN. Mŏdĕrāmĕn, rĕgimĕn.

măgistrātŭs, ūs. *Jūră măgistrātūsquĕ lĕgūnt, sānctūmquĕ Sĕnātūm*, Virg. Æn. 1, 430. SYN. Pŏpŭli mŏdĕrātŏr: prŏcĕrēs, primātēs *in plur. vel* măgistrātūs ōffĭciūm, mūnŭs, fāscēs, sĕcūrēs, *pro Consulatu.* EPITH. Grăvis, prūdēns, săpiēns, prōvidŭs, cĕlebris, pŏtēns, sŭpērbŭs, ūrbānŭs. PHR. Cui crēdită ēst mŏdĕrāndi pŏtēstās. Cui rērūm cōmmissŭs ăpēx. Pĕnēs quēm lēgūm sūmmă pŏtēstās. Cui ēst impĕriō cōmmissă pŏtēstās. Cui pŏpŭli incūmbit cūră rĕgēndi. VERS. Sĕdĕās in āltō tū licĕt tribūnāli, ĕt dē cŭrūli jūră gēntibūs rēddās. Illūm nōn pŏpŭli fāscēs, nōn pūrpŭră Rĕgūm Flēxit. Pūrpŭrĕōs hăbitŭs, jŭvĕniquĕ cŭrūlĕ Indūlgēbis ĕbŭr. Sŏliō sŭffūltŭs ĕbūrnō Jūră dăt ĕt lēgēs pŏpŭlis. Huic cūra ēst pūnirĕ mălōs dēfēndĕrĕ jūstōs. Quōrum illūstrātă sŭpērbō Vită măgistrātū fŭĕrăt.

māgnănimŭs. *Măgnănimum Ænēām, nĕquĕ mē, &c.* Virg. Æn. 1, 264. SYN. Gĕnĕrōsŭs, fōrtis, ănimōsŭs.

māgnāliă. *Dāt dēxtrām māncŭs, lŏquitŭr măgnāliă mūtŭs*, Prop.

māgnātēs, tūm. *Măgnātēs dărĕ părvă pŭdēt, &c.* M. SYN. Prŏcĕrēs, primātēs.

māgnēs, ētis. *Quēm măgnētă vŏcānt pătriō dē nōminĕ Graii*, Luc. 6, 908. EPITH. Dēcŏlŏr, ōbscūrŭs, nigĕr, ātĕr, mirābilis, pŏtēns. PHR. Lăpis fērrūm dūcēns, trăhēns: Fērrō ămicŭs. Nigri mirācŭlă săxi. Măgnēsiă caūtēs. Lăpis Măgnēticŭs, Hērāclĭŭs, *ab Heracleâ urbe Magnesiæ in Lydiâ.*

māgnēticŭs.——*Vĕnĕrem măgnētică gēmmă fĭgūrăt*, C.

māgnificēntiă. *Ter.* SYN. Pōmpă, splēndŏr, mūnificēntiă, lībĕrālitās.

māgnificŭs. *Tē quŏquĕ măgnificā, Cōncōrdiă, dēdicăt ædĕ*, Ov. Fast. 6, 637. SYN. Splēndidŭs, laūtŭs, rēgiŭs, lībĕrālis.

māgnilŏquŭs. *Quæ tū măgnilŏquŭs nōctĕ diēquĕ sŏnās*, Mart. 2, 43, 2. SYN. Grāndilŏquŭs, *vel* lŏquāx, vērbōsŭs.

māgnŏpĕrĕ. *Măgnŏpĕre ā vērā lăpsi rătiōnĕ vidēntŭr*, Lucr. 1, 638. SYN. Vāldē, mūltūm, mūltă, plūrimă.

Digitized by Google

**māgnŭs.** *āggrĕdĕre ō māgnōs, ădĕrĭt jām tĕmpŭs, hŏnōrēs*, Virg. Ecl. 4, 48. SYN. Grāndis, ingēns, āmplŭs, vāstŭs, immēnsŭs, immānis, māximŭs, nimiŭs, nōn pārvŭs, nōn ēxiguŭs, nōn tĕnŭis, nōn mĕdiocris, prōcērŭs, āltŭs. PHR. Vāstō cōrpŏrĕ præstāns. Vāstæ, stŭpēndæ mōlis. V. *Altus*.

**măgŭs.** *Aūgŭr, Schœnŏbătēs, Mĕdĭcŭs, Măgŭs, ōmniă nŏvit*, Juv. 3, 77. SYN. Vĕnēficŭs, incāntātŏr. PHR. Măgicæ ārtis dŏctŭs. Măgĭcā ārtĕ pŏtēns. V. *Maga, Veneficus*.

**Măhŏmĕticŭs.** *Rōmānæ fĭdĕī vāllŭm Măhŏmĕtĭcă cōntră*. M.

**Măhŏmĕtŭs.** *Fit Măhŏmĕtŭs ătrōx hŏmĭnŭm, &c.* Mant. *Arabs, qui ex Hebræis partim, partim ex Christianis desumptam doctrinam, novis commentis concinnatam introduxit apud Turcas.* EPITH. Nĕfāndŭs, atrōx, Ărābs, nĕfārĭŭs, impĭŭs, pērfĭdŭs, ēxecrāndŭs. PHR. Ēt ārmis, ĕt fictā piĕtātĕ pŏtēns. VERS. Ōrĕ sŭb Āssÿrĭō fāllāx Măhŏmĕtŭs, iniquis Lēgibŭs āllicit pŏpŭlōs.

**Maiă.** *ālmæ fīlĭŭs Maiæ*, Hor. C. 1, 2, 43. *Atlantis, et Pleiones Nymphæ filia, mater Mercurii.* EPITH. Atlāntis, Atlāntiăcă, Atlāntæă, Atlāntiăs, Plēĭăs, lūcĭdă, Eōă, fōrmōsă. PHR. Plēĭŏnē sătă. VERS. Vōbis Mērcŭrĭŭs pătĕr ēst, quēm cāndĭdă Maiă Cȳllēnēs gĕlĭdō cōncēptūm vērticĕ fūdĭt, *Virg.*

**mājēstās, ātis.** *Mājēstās: ētsi fūnēstă pĕcūniă tēmplō*, Juv, 1, 113. SYN. Grăvĭtās, splēndŏr, pōmpă. EPITH. Grăvis, impĕrĭōsă, rēgiă, rēgālis, vĕnĕrāndă, aūgūstă, sūblimis, cēlsă, trĕmēndă. PHR. Ōris hŏnōs. Aūgūstă grăvĭtās. Rēgiŭs fāstŭs. Rēgālis imāgo. Mājēstās rēgāli tūrgĭdă fāstū. Splēndōrĕ pērcēllēns, *vel* tērrēns ănĭmōs. Rēgiæ spĕcimēn gēntis Frōns gĕrit. Tăcĭtō vĕnĕrābĭlis ōrĕ.

**mājŏr, ōris.** *Nātĕ Dĕā, nām tē mājōrĭbŭs īrĕ pĕr āltăm*, Virg. Æn. 3, 374. SYN. Ingēntiŏr, grāndiŏr, āmpliŏr.

**mājōrēs.** *Dēlictă mājōrum immĕrĭtŭs lŭēs*, Hor. Od. L. 3, 6. SYN. Pātrēs, āntiqui, vĕtĕrēs, prisci, ăvi, prŏăvi. EPITH. Prisci, āntiqui, pĭi, vĕnĕrāndi, cŏlēndi. PHR. Prĭōrūm ætās. Priscă gēns. Ætās āntiquă. Prisci tēmpŏris ætās.

**mājŭs, ōris.** *Mājŭs ăb ēxĕquĭis nōmēn in ōră vĕnit*, Prop. 3, 1, 24. V. *Major*.

**Mājŭs, mensis.** *Hinc sŭă mājōrēs trĭbŭērĕ vŏcābŭlă Mājō*, Ovid. Fast. 5, 73. *Mensis à Majoribus, id est, populi Romani Senatoribus, nomen habens. Hoc mense sol intrat in signum Geminorum.* EPITH. Virĭdis, vērnāns, virēns, hūmĭdŭs, imbrĭfĕr, fœcūndŭs, flōrĭdŭs, nimbōsŭs, lūxŭrĭāns, ămœnŭs, grātŭs, blāndŭs, lætŭs, hilăris, fēstivŭs. PHR. Ōrnāns flōrĕ sŏlŭm. Hērbās, grāmină prōmēns. Văriō dēpingēns grāminĕ tērrăm.

**mālæ.**—*Crĕpitānt dūrō sŭb vūlnĕrĕ mālæ*, Virg. Æn. 5, 436. SYN. *Genæ*.

**mălĕ.** *Jām sibi tūm cūrvis mălĕ tēmpĕrăt ūndă cărīnis*, Virg. Geo. 1, 360. SYN. Prāvē, pērvērsē, vitiōsē, imprŏbē, nĕfāriē, nēquitĕr, nōn bĕnĕ.

**Mălēă.** *Iŏniōquĕ māri, Mălĕæquĕ sĕquācibŭs ūndis*, Virg. Æn. 5, 193. *Dēstĭnăt, ĕt raūcæ circūmsŏnăt īră Mălĕæ*, Stat. Th. 7, 16. *Promontorium Laconiæ, ubi periculosa navigatio.* EPITH. Cūrvă, spūmāns, raūcă, sævă, rĕcūrrēns, trŭcŭlēntă, hōrrĭdă, Spārtānă, Oēbăliă, ūndisŏnă. PHR. Hōrrĭdă naūfrāgiīs.

**mălĕdico.** *Pŏtŭrēs vĕl quŏd mălĕdicūnt lĭbĕrĭŭs, vĕl*, Hor. Sat. 2, 3, 37. SYN. Cōnviciŏr, imprĕcŏr. PHR. Mălĕdictis ŏnĕro, figo, cărpo, rōdo, incēsso, prōscindo, vēllico, ŏbtrēcto, dētrăho. V. *Imprecor*.

**mălĕdictūm.** *Vōcis ĕt insānæ tōt mălĕdictă tŭæ*, Prop. 3, 8, 2. SYN. Cōnvicĭŭm, probrŭm, ŏpprobriŭm, călūmniă, injūriă, imprĕcātio, diræ linguæ vĕnēnŭm. EPITH. Insānŭm, hōrrēndŭm, atrōx. V. *Convicium et Injuria*.

**mălĕdicŭs.** *Plaut.* SYN. injūriŭs, injūriōsŭs, ŏbtrēctātŏr. PHR. Linguă prŏcāx, pĕtŭlāns. Quēmlibĕt ŏpprŏbriis infāmāns. Āltĕriŭs sēmpĕr laūdi ŏbstrĕpēns. Invĭdă, lĭvĭdă linguă. V. *Invidus*.

**mălĕficŭs.** *Dŏlis ĕt āstū mălĕficæ mēntis jăcēnt.* (Iamb.) SYN. Nŏxiŭs, nŏcēns, infēstŭs.

**mălĕfidŭs.** *Nūnc tāntūm sinŭs, ĕt stătiō mălĕfidă cărinis*, Virg. Æn. 2, 23. SYN. Infidŭs, nōn fidŭs, părŭm fidŭs.

**mălĕsānŭs.**——*Pōstquām mălĕsānă sūpērbiă mēntēm*, Prud. SYN. Insānŭs, fŭrēns, āmēns, dēmēns.

**mălĕsuādŭs.** *ĕt mĕtŭs, ĕt mălĕsuādă fămēs, ĕt tūrpis ĕgēstās*, Virg. Æn. 6, 276. SYN. Imprŏbŭs, mălŭs.

**mălĕvŏlŭs.** *Nām cŭrĭōsŭs nēmo ēst quin sit mălĕvŏlŭs.* (Iamb.) SYN. Invidŭs, inimicŭs, hōstis.

Digitized by Google

mălignĭtās, ātis. *Mălignĭtātŭm vŭlnĕră.* (Iamb. Dim.) SYN. Mălĭtĭă, imprŏbĭtās, pervērsĭtās, nēquĭtĭă, āstūtĭă, fāllācĭă. EPITH. Scĕlĕrātă, nĕfāndă, dīră, prāvă, dŏlōsă, sŭbdŏlă. PHR. Prāvă, pērvērsă, scĕlĕrātă, mălă, mălignă vŏlūntās, mēns. Mēns cōnscĭă fraūdĭs.

mălignŭs. *Nōn fŭit ingĕnĭō fāmă mălignă mĕō*, Ov. Tr. 4, 10, 126. SYN. Imprŏbŭs, mălŭs, scĕlĕrātŭs, *vel* fāllāx, dŏlōsŭs, āstūtŭs, *vel* difficĭlis.

māllĕŭs. SYN. Tŭdēs, māllĕŏlŭs. EPITH. Fērrĕŭs, dūrŭs, grăvis, pōndĕrōsŭs, ārtĭfēx, vălĭdŭs, rĭgĭdŭs, rĭgēns.

mālo, māvis. *Dicis ŭtrŭm māvis ēlĭgĕ, mălō mănŭm*, Mart. 2, 21, 2.

mālvă. *Grăvi mālvæ sălūbrĕs cŏrpŏri*, Hor. Ep. 2, 58. EPITH. Flōrēns, vĭrĭdis, vĭrēns, mōllis, tĕnĕră, lēvis.

mālŭm. *Mālō mē Gălătēă pĕtit, lāscivă pŭēllă*, Virg. Ecl. 3, 64. V. *Pomum.*

mălŭm. *Aŭt Dĕŭs illĕ, mălis hŏmĭnŭm mītēscĕrĕ discăt*, Virg. Ecl. 10, 61. SYN. Incōmmŏdŭm, dāmnŭm, dētrīmēntŭm, ēxĭtĭŭm, clādēs, strāgēs, pērnĭcĭēs, *vel* mĭsĕrĭă, călămĭtās, īnfōrtūnĭŭm: pĕrīclŭm: dŏlŏr, *vel* scĕlŭs, crīmĕn. EPITH. Fērālĕ, tristĕ, lūgubrĕ, sævŭm, crūdēlĕ, nĕfāndŭm, mœstŭm, flēbĭlĕ, lūctŭōsŭm, lacrȳmābĭlĕ, fūnēstŭm, grāndĕ, ingēns, īnfāndŭm, ăcērbŭm, grăvĕ, dūrŭm. PHR. Mălōrŭm sĕrĭēs, āgmĭnă, tŭrbă, cŭmŭlŭs. Gĕnŭs ōmnĕ mălī. Mălī dūră mōlēs ōpprĭmit. Mălă vĕl hōsti lacrȳmās mŏtūră: hostĭbŭs ipsis mĭsĕrāndă. V. *Infortunium, Miseria.*

mălŭs, ă, ŭm. *Tērră mălōs hŏmĭnēs nŭnc ēdŭcăt ātquĕ pŭsillōs*, Juv. 15, 70. SYN. Imprŏbŭs, pērvērsŭs, nēquăm, scĕlĕrātŭs, mălignŭs. V. *Sceleratus.*

mālŭs, i. f. *ēt stĕrĭlēs plătănī mālōs gēssērĕ vălēntēs*, Virg. Geo. 2, 70. V. *Pomum.*

mālŭs, navis. *Quō tēndānt fērrŭm, mālō sŭspēndĭt ăb āltō*, Virg. Æn. 5, 489. EPITH. Tĕrēs, sŭblīmis, trĕmŭlŭs, ēxcēlsŭs, ērēctŭs, prŏcērŭs, ingēns, rĭgĭdŭs. PHR. Ărbŏr mālī. Naūtĭcă pīnŭs, ărbŏr, ăbiēs. Ărbŏr vēlĭfĕră. Vēlĭfĕri rōbŏră mālī. VERS. Dūm jŭgă cūrvāntŭr mālī, dŭmque ārdŭă pīnŭs Ērĭgĭtŭr. Jŭngŭnt ēxtrēmō fēlīcĭă lintĕă mālō.

mămillă. *ipsă lŏqui tēctā făciē strictīsquĕ mămillis*, Juv. 6, 400. SYN. Māmmŭlă.

māmmă. *aŭrĕă sŭbnēctēns ēxērtæ cingŭlă māmmæ*, Virg. Æn. 1, 492. SYN. Mămillă, ūbĕr, păpillă, māmmŭlă. EPITH. Āltrix, mātērnă, tĕnĕră, nĭvĕă, pēndŭlă, tĕrēs, mōllis, irrĭgŭă, pēndēns, fœcūndă, tŭmēns, nēctărĕă, lāctāns, tŭmĭdă, tŭrgĭdă: lāctĕ plēnă, distēntă, tŭmēns. VERS. Fōrmōsæ stānt pēctŏrĕ māmmæ. Lætă măgis prēssis mānābŭnt flūmĭnă māmmis. V. *Lacto.*

māmmōsŭs. *āt gĕmĭnă ēt māmmōsă Cĕrēs ēst ipsă, &c.* Prud. PHR. Māmmis tŭrgĭdă.

māncĭpĭŭm. *Vītăquĕ māncĭpĭō nūlli dătŭr, ōmnĭbŭs ūsŭs*, Lucr. 3, 984. SYN. Sērvĭtŭs, *vel* sērvŭs, căptīvŭs, fămŭlŭs. EPITH. Mĭsĕrŭm, vīlĕ, ēmptŭm, vēnālĕ. V. *Servus.*

māncĭpo, ās. *Quædăm si crēdis cōnsŭltis, māncĭpăt ūsŭs*, Hor. Ep. 2, 2, 159. SYN. Dō māncĭpĭō: ālĭēno, ābdĭco, ōblĭgo, dēvŏvĕo.

māndātŭm.——*Fērrĕ jŭbĕt cĕlĕrēs māndātă pĕr aūrās*, Virg. Æn. 4, 270. SYN. Jŭssŭm, jŭssŭs, impĕrĭŭm, præscrīptŭm, præcēptŭm: cōmmissŭm. EPITH. Ămīcŭm, lætŭm, dūlcĕ, bĕnignŭm, grăvĕ, dūrŭm, sævŭm, tristĕ, ăcērbŭm. V. *Imperium.*

māndo, ās. *Māndāvi dīcēs ōlim nēc tălĭă suāsi*, Juv. 14, 225. SYN. Impĕro, jŭbĕo, præscrībo, *vel* cōmmitto.

māndo, is. *Māndit hŭmŭm, mŏrĭēnsquĕ sŭō se in vŭlnĕrĕ vērsăt*, V. Æ. 11, 669.

māndūco. *Illŭd qui făcĭăt, quŏd māndūcāmŭr in ōrĕ*, Lucil. SYN. Ĕdo, cōmĕdo, ēxĕdo, vŏro, māndo, is, pāscŏr, vēscŏr. PHR. Ēxplĕo mē dăpĭbŭs, cĭbis, ēscis, cārnĭbŭs, pānĕ. Ēximo fămēm ĕpŭlis. Cĭbōs căpio, sūmo. Āppŏsĭtis dăpĭbŭs pāsci, vēsci. Dăpēs ăvĭdŭ cōnvēllĕrĕ dēntĕ. Fămēm lĕvārĕ cĭbō, sōlāri dăpĭbŭs, ĕpŭlis pēllĕrĕ. Sūmĕrĕ cĭbōs. Sēdārĕ jējūnĭă cĭbis. Prĕmĕrĕ dēntĕ dăpēs. Jējūnĭă sōlvĕrĕ. Dăpēs ăvĭdăm dēmittĕrĕ in ālvŭm. Mēmbră cĭbō fŏvērĕ, ĕpŭlis, sūstēntārĕ, rēstaūrārĕ. Victū vīrēs rĕvŏcārĕ. VERS. Mĭsĕrōs mōrsū dēpāscĭtŭr ārtŭs. Frōndĭbŭs ărbŏrĕis ēt ămāră pāscĭtŭr hērbă. Nūllŭs vēnit in ōră cĭbŭs. Nūllōs cōntĭgit ōrĕ cĭbōs. Frōndĭbŭs ēt victū pāscūntŭr simplĭcis hērbæ. Nēc lānguĭdă fēssi Cōrpŏră sūstēntānt ĕpŭlis. Cōrpŏră cūrānt fēssă lăbōrĕ grăvī. Fămēs ignōta ăd littŏră vēctōs Ăccisis cōgit dăpĭbŭs cōnsūmĕrĕ mēnsās.

Digitized by Google

Pŏstquam exēmptă fămēs ĕpŭlīs. Ŭt dăpĭbūs cōmprēssă fămēs. V. *Edo*, *Voro*.

mānĕ. *Nomen et adverbium.* *Cārpāmūs dūm mānĕ nŏvūm, dūm grāmĭnă cānēnt*, Virg. Geo. 3, 325. PHR. Mātūtīnūm tēmpŭs. Mātūtīnæ hōræ. Mātūtīnŭs Sōl. Sōl ŏrĭēns. Mātūtīnī, Phœbēī ōrtūs. Dĭēs ŏrĭēns. Pārs prīmă dĭēī, *vel* dīlūcŭlūm. Mānĕ nŏvō, prīmō. Prīmā lūcĕ. Vĕnĭēntĕ dĭē, Sōlĕ. Aūrōrā sūrgēntĕ, rŭbēntĕ, rĕnāscēntĕ, ēxŏrĭēntĕ. Aūrōrā rĕfĕrēntĕ dĭēm. Sōlĕ nŏvō, prīmō, ēōōs Sōlis ăd ōrtūs. Nōctĕ fŭgĭēntĕ. Sōlĕ rĕcēns ōrtō. Clārō jām mānĕ. Cūm Sōl, Tītān *vel* Phœbūs căpŭt æquŏrĕīs ăquis tōllit, ēffērt, ēxtōllit, prōmit, ēxĕrit, ēdūcit, ērigit: ĕquōs, *vel* cūrrūm ōcĕănō, *vel* ēōō gūrgĭtĕ tōllit. VERS. Cūm prīmūm ēōis cōnsūrgit Phœbūs ăb ūndis. Sōl æquŏrĕīs sūrgit rĕdĭvīvūs ăb ūndis. Cœlō Lūcĭfĕr āltō ēvŏcăt Aūrōrām nātālĭbūs ūndis. Albēscĕrĕ lūcĕ īncēpit cœlūm. Prævĭūs Aūrōræ Lūcĭfĕr ōrtūs ĕrāt. Ŭbĭ sē nĭtĭdō Sōl aūrĕūs ēxtŭlĭt ōrtū. Jāmquĕ rŭbēscēbāt rădĭīs măre, ĕt æthĕre ăb āltō Aūrōra in rŏsĕīs fūlgēbāt lūtĕă bīgis. Pōstĕră vix sūmmōs spārgēbāt lūmĭnĕ mōntēs Ōrtă dĭēs. Ŭbĭ Aūrōră nĭtēns crŏcĕō vēlāmĭnĕ linquit Ōcĕănūm. Sōlĕ nŏvō tērrās īrrŏrăt ēōās. Pōstĕră cūm prīmō stēllās ŏrĭēntĕ fŭgārăt Clāră dĭēs. Ēxpēctātă dĭēs ădĕrăt, nōnāmquĕ sĕrēnā Aūrōrām Phăĕtōntis ĕqui jam lūcĕ vĕhēbānt. Clāră lăbōrĭfĕrōs cœlō Tīthōnĭă cūrrūs Ēxtŭlĕrăt. Cūm lūcēm rĕvĕhit tĕnēbris Aūrōră fŭgātis. Cūm rŭtĭlōs ŏrĭēns Aūrōra immīttĕrĕt ōrtūs. Īntĕrĕā rĕvŏlūtă rŭēbāt Mātūrā jām lūcĕ dĭēs, nōctēmquĕ fŭgārăt Ādmŏnĭtōrque ŏpĕrūm cœlō clārissĭmūs āltō Lūcĭfĕr ōrtūs ĕrăt. Jām Sōle īnfūsō, jām rēbūs lūcĕ rĕtēctis. Jām dĕdĕrăt cāntūm lūcis prænūncĭūs ālĕs. Săbibānt ăd jŭgă Sōlis ĕqui, nēcdum ipse āscēndĕrăt āxēm, Sĕd prōrŭptūris rŭtĭlābānt æquŏră flāmmis. V. *Lucifer*, *Aurora*, *Diluculum*.

mănĕo, mānsi.——*Prĭămĭque ārx āltă mănērēs*, Virg. Ecl. 2, 55. SYN. Mŏrŏr, pērmănĕo, rĕmănĕo, hærĕo, stō, rĕsto, pērsto, rĕsisto, *vel* hăbĭto, cōmmŏrŏr, vērsŏr.

Mānēs, ĭūm, ĭbŭs.——*īmis mānēs ēxcīrĕ sĕpūlchris*, Virg. Ecl. 8, 98. *Animæ corporibus exutæ, quæ in corpore* Genii *dicuntur. Has sacrificiis veteres Ethnici placabant et venerabantur.* SYN. Dēfūnctōrūm, sĭlēntūm ănĭmæ. Ănĭmæ ēxsānguēs. Ŭmbræ sĭlēntēs, pāllēntēs, *vel* Gĕnĭi, Lĕmŭrēs: lārvæ, ŭmbræ, spēctră. EPITH. Nōctūrni, nĭgri, ātri, Stȳgĭi, īmi, mœsti, ōbscūri, dīri, Tārtărĕi, prŏfūndi, īnfērni, Lēthæi, Ēlȳsĭi, trīstēs, sĭlēntēs, mūti, ērrāntēs, văgi, pāllēntēs, ĭnānēs, Phlĕgĕthōntæi, tērrĭfĭci, īnfēsti, ăcērbi, mĭsĕri, pĭi, fēlīcēs, bĕāti. PHR. Sĭmŭlăcră fūnctă sĕpūlchris. Ŭmbrārūm tūrbă sĭlēntūm. Ŭmbræ ībānt tĕnŭēs, sĭmŭlăcrăquĕ lūcĕ cărēntūm. Sĭmŭlăcră mŏdis pāllēntĭă mīris.

mănĭcă. *ĕt tŭnĭcæ mănĭcās, ĕt hăbēnt rĕdĭmīcŭlă mitræ*, Virg. Æn. 9, 616. SYN. Mănŭŭm vīnclūm, lăquĕi, cătēnă. EPITH. Dūră, rĭgĭdă, fērrĕă, tĕnāx, tĕrĕs, ārctă, cōnstrīctă, ærĕă, vălĭdă, ăcērbă, ænĕă, ăhēnă, sævă, grăvis. VERS. Mănĭcās, ātque ārctă lĕvāri Vīnclă jŭbĕt. V. *Catena*.

mănĭfēsto. *īnsĭdĭās prōdĕt, mănĭfēstābitquĕ lătēntēm*, Ovid. Met. 13, 106. SYN. Dēclāro, pătĕfăcio, ăpĕrio, pāndo, rĕsĕro, rĕvēlo, prōdo, dŏcĕo, īndĭco, ās, rĕtĕgo, ēxprĭmo, ēxplĭco, ēxpōno. PHR. Lūcĕ pălām ōstēndo. In lūcēm trăho. Dīctīs ēxpĕdĭo. Lătĕbrīs ēdūco. VERS. Caūsās, ēt sīgnă dŏcēbo. Īndĭcĭūm făcĭēt. Tūm vērō mănĭfēstă fĭdēs, Dănăūmquĕ pătēscūnt Īnsĭdĭæ. Pāndĕrĕ rēs tĕnĕbris āltā ĕt cālĭgĭnĕ mērsās. Vēntūrōs prōdĕrĕ cāsūs. Dīcam ĕquĭdēm nēc tē sūspēnsūm, nātĕ, tĕnēbo. Ēxpĕdĭām dīctis, ĕt tē tŭă fātă dŏcēbo.

mănĭfēstūs. *Tūm vērō mănĭfēstă fĭdēs, &c.* Virg. Æn. 2, 309. SYN. Clārūs, pērspĭcŭūs, ăpērtūs, vūlgātūs, ēvĭdēns, cērtūs, nōn dŭbĭūs, nōtūs, cōgnĭtūs.

mănĭpŭlūs, *vel* īplūs. *Pērtĭcă sūspēnsōs pōrtābāt lōngă mănĭplōs*, Ovid. Fast. 3, 117. SYN. Mērgēs.

mănĭpli, *seu* mănĭpŭli. *Tōtă cŏhōrs tămĕn ēst ĭnĭmīca; ōmnēsquĕ mănĭpli*, Juv. 16, 20. SYN. Mănŭs, cŏhōrs, cătērvă. EPITH. Ārmāti, rĭgĭdi, crūdēlēs, trŭcēs, fōrtēs. VERS. Cōnvŏcăt ārmātōs ēxtēmplo ăd sīgnă mănĭplōs. V. *Miles*.

‖ Māmnă. EPITH. Dūlcĕ, mēllĕūm, mēllītūm, grātūm, mātūtīnūm.

māno, ās. *Sēmpĕr ăbūndārĕ ĕt lătĭcēs mānārĕ pĕrēnnēs*, Luc. 5, 263. SYN. Dīstīllo, dīmāno, flŭo.

‖ mānsuēfāctūs. *Fūlmĕn bĕnīgni mānsuēfāctūm pătris*, Prud. SYN. Mānsuētūs, *vel* cĭcŭr.

Digitized by Google

mānsuēsco. *Mānsuēvērĕ Gĕtæ, fĕrītāsquĕ crŭēntă Gĕlōnī,* Prud. Apoth. 430. SYN. Mitēsco, mitigŏr, plācŏr, *vel* cicūrŏr.

mānsuētūdo, inis.—*mitēs quŏd mānsuētūdŏ cŏrōnăt,* Juv. SYN. Lēnitās, bĕnignitās, clēmēntiă.

mānsuētŭs. *Cārmĭnă mānsuētūs lēviă quærit ămŏr,* Prop. 1, 9, 12. SYN. Hūmānŭs, făcilis, lēnis, mitis, cōmis, plăcidŭs, bĕnignŭs, clēmēns, ūrbānŭs, āffābilis. V. *Comis.*

māntilĕ. *Gĕrmānæ, tōnsisquĕ fĕrūnt māntīliă villis,* Virg. Geo. 4, 377. EPITH. Nitidūm, mūndūm.

Mānto, ūs. *Fātidicæ Māntūs, ĕt Tūsci fīlĭŭs āmnis,* Vir. Æn. 10, 199. EPITH. Phœbēă, inclÿtă, præsciă, Ŏgȳgiă, Cādmēiă, *i. e.* Thēbānă. PHR. Sātă Tīrēsiā. Fātōrūm gnāră. Vēntūri præsciă. Præsciă fātōrūm.

Māntŭă. *Qui mūrōs, mātrisquĕ dĕdit tibi Māntŭă nōmĕn,* Virg. Æn. 10, 200. EPITH. Vĕtŭs, pŏtēns, āntiquă, nōbilis, inclÿtă, pŏpŭlōsă, cĕlebris, clāră, dīvĕs, Mārtiă, māgnă, āltă, sŭpērbă. PHR. Virgilii nātālĕ sŏlūm. VERS. Priscăquĕ fātidicæ rĕfĕrām fūndāmĭnă Māntūs.

mănŭs. *ĕt mănŭs in grĕmiō lānguidă făctă jăcĕt,* Ov. Ep. 9, 136. SYN. Dēxtră, sinistră, lævă: pālmă, digiti. *Metaph.* Tūrbă, cătērvă, lĕgio, cŏhŏrs, mănīpŭlŭs, mănīplŭs. EPITH. Tĕnĕră, nivĕă, cāndidă, lāctĕă, cāndēns, ālbēns, nivĕă, pūlchră, fōrmōsă, dĕcōră, vălidă, fōrtis, dūră, Mārtiă, vindēx, pŏtēns, răpāx, ăvāră, ūncă, ădūncă, sōrdidă, crŭēntă, sacrilĕgă, impiă, mūnĭfĭcă, pūră, căstă, piă, fidă, ārtifex, dōctă, sōlērs, dĕbilis, trĕmēns, sūpplēx. PHR. Văriis ārtibŭs āptă. Āssuētă bēllō. Pŏndĕrĕ lāssă. Lăbŏribŭs āptă. VERS. Īnjicit āmbrŏsiās in mĕă cōllă mănŭs. Īllĕ căvis mănĭbŭs dē fōntĭbŭs ūndām Haŭrit. Bēllo insuētās cōgit ăd ārmă mănŭs. V. *Caterva.*

măpāliă, ōrūm.——*Rāris hăbĭtātă măpāliă tēctis,* Virg. Geo. 3, 340. SYN. Măgāliă, căsæ. V. *Casa.*

māppă. *invitŭs: nē tūrpĕ tŏrăl, nē sōrdidă māppă,* Hor. E. L. 1. E. 5, 22. EPITH. Ālbă, cāndidă, nivĕă, cāndēns, crētātă. V. *Mantile.*

mārcĕo. *Sÿlvă cŏmis mārcĕt,* Stat. 5, 5, 529. SYN. Mārcēsco, putrēsco, lānguĕo, cōrrūmpo.

mārcidŭs. *illi mārcidă vīnă lārgiūntŭr.* (Phal.) Stat. Syl. 6, 33. SYN. Mārcēns, flāccidŭs, putridŭs, *vel* lānguidŭs.

mărĕ, is. *Jām măris immēnsi prōlēm, &c.* Virg. Geo. 3, 539. SYN. Æquŏr, āltūm, prŏfūndūm, pōntŭs, frĕtūm, sălūm, pĕlăgŭs, mārmŏr, *vel in plur.* æquŏră, frĕtă, cærŭlă, mārmŏră: Ōcĕănŭs, Āmphitrītē, Nērēŭs, Nēptūnŭs, Tēthys, Thĕtis. EPITH. Răpĭdūm, vēlivŏlūm, prōnūm, hūmĭdūm, tŭmĭdūm, tŭmēns, āltūm, Nēptūniūm, rĕflŭūm, vāstūm, incērtūm, incōnstāns, infidūm, ēffūsūm, trĕmŭlūm, liquidūm, lātūm, căvūm, vădōsūm, sālsum, rĕfūgūm, vitrĕūm, glaūcūm, cærŭlĕūm, scŏpŭlōsūm, săxōsūm, inquiētūm, prŏcēllōsūm, ărĕnōsūm, cōmmōtūm, ūndōsūm, tūrbātūm, tūrbĭdūm, sōllicitūm, cōncitūm, mĭnāx, spūmōsūm, spūmĕūm, spūmāns, sævūm, iniquūm, naūfrăgūm, tŭmūltŭōsūm, vēntōsūm, infēstūm, āspĕrūm, īrātūm, insānūm, immitĕ, indŏmitūm, cæcūm, ăgitātūm, plăcidūm, plācātūm, pācātūm, quiētūm, trānquillūm, cōmpŏsitūm, plānūm, ēffūsūm, sĕrēnūm, tūtūm. PHR. Æquŏr āltūm. Măris æquŏr. Pĕlăgi vădă. Æquŏris ūndæ. Vāstŭs gūrgĕs. Āquæ sālsæ. Tēthyŏs ūndæ. Ārvă Nēptūniă. Vāstă cærŭlă. Nēptūni, Nērĕi, Ōcĕăni gūrgĕs, rēgnūm. Măris ūndă, ūndæ, trāctŭs, *in plur.* ūndă sălis. Cāmpi liquēntēs. Māximă Nērĕi stāgnă. Lāti stāgnă prŏfūndi. Æquŏrĕæ ăquæ. Cærŭlă mārmŏră pōnti. Măris æstŭs. Măris, mărini flūctŭs. Cāmpŭs ăquārūm. Vāstūm măris æquŏr. Stridēns rĕflŭēntibŭs ūndis, ōrbēm cingēns. Lātē ēffūsūm, insānă licēntiă pōnti. Mĕdiās cingēntiă tērrās æquŏră. VERS. Tūm frĕtă diffūdit, răpidisquĕ tŭmēscĕrĕ vēntis Jūssit, ĕt āmbitæ circūmdărĕ littŏră tērræ. Plăcŭitquĕ prŏfūndō Fŏrtūnām tēntārĕ mări. Jāctātŭs dŭbiō pĕr dŭŏ lūstră mări. Flūctū spūmābānt cærŭlă cānō. Immēnsūm spătiis cōnfēcĭmŭs æquŏr. Quām mūlti Libÿcō vōlvūntŭr mārmŏrĕ flūctŭs. Fit sŏnitŭs spūmāntĕ sălō. Mēnĕ sălis plăcidi vūltūm flūctŭsquĕ quiētōs Ignōrārĕ jŭbĕs? Pōstquam āltūm tĕnŭērĕ rătēs, nĕc jam āmpliŭs ūllæ Āppārĕnt tērræ: Cœlum ūndique ĕt ūndiquĕ pōntŭs. Mūltum ille ĕt tērris jāctātŭs ĕt āltō. Frĕmitū quō pōntŭs ĕt ōmnēs Intrĕmŭērĕ ūndæ. Quŏs tērris circŭmflŭŭs āmbit ōcĕănŭs.

*mare turbatum.* PHR. Mărĕ vēntis răpidis, ăgitātūm, tŭmēns: Tŭmidis ālbēns

Digitized by Google

fluctibus: Surgentibus horridum procellis. Turbati ira maris. Infesti pelagi rabies. Æquora concita ventis. Ventis turbidum, insanum, commotum mare. Fluctibus horrens, albens. Tumidis agitatum fluctibus. Indignatum magnis stridoribus æquor. Æstuans rapida procella. Ingentes volvens ad littora fluctus. Abruptis turbata procellis æquora. Æquora valido Neptuni quassa tridente. VERS. Venti velut agmine facto Incubuere mari, totumque a sedibus imis Una Eurusque Notusque ruunt, creberque procellis Africus, et vastos volvunt ad sydera fluctus. Fervent spirantibus æquora ventis. Venti volvunt mare, magnaque surgunt Æquora. Qua vi maria alta tumescant. Totumque videres Misceri ante oculos tantis stridoribus æquor. Turgida vesani cum furit ira freti. Exultant vada atque æstu miscentur arenæ. Quo tamen adversis fluctibus ire paras? Quo fugis! Obstat hyems: Aspice ut eversas concitet Eurus aquas. V. *Fluctus, Tempestas.*

*mare tranquillum.* PHR. Placidum ventis stat mare. Jacet sine murmure pontus. Sæva quierunt æquora. Pelagi cecidit fragor. Maris ira resedit. Venti posuere. Sternitur æquor aquis. Subsidunt undæ. Fugiunt vasto æthere nimbi. Æquora tuta silent. insani spirant clementius Austri. Truces venti posuere minas. Nullis æquora concita ventis, nullis agitata procellis. VERS. Omne tibi stratum silet æquor. Et omnes (aspice) ventosi ceciderunt murmuris auræ. Mira quies pelagi, ponunt hic lassa furorem Æquora, et insani spirant clementius Austri. Ubi sævitiem paulum gravis unda remisit. Arrident taciti tranquilla silentia ponti. Jam ponto Borea pacemque tenentibus Austris. Cum venti posuere, omnisque repente resedit Flatus. Ac veluti magnos cum ponunt æquora motus, Eurus in adversos desinit ire Notos, Detumuere animi maris, et clementior Auster Vela vocat. Jam placidum sulcabat iter, non rauca procellis Æquora fervebant, ventisque silentibus undas Victorem sensisse putes, tranquillior illis Vultus erat, cœlo facies composta sereno. Et dicto citius tumida æquora placat.

margo, inis. *Margine terrarum porrexerat Amphitrite,* Ov. Met. L. 1, 14. SYN. Crepido, ora, labrum, *vel* ripa. EPITH. Extrema, summa. PHR. Crepidinis ora. Sinus extremus. Summa crepido.

MARIA. *Angelus intactæ cecinit properata Mariæ,* Sedul. *Quis fuit ille nitor Mariæ, cum Christus ab alvo,* Id. *Virgo sanctissima, filia S. Joachim, et S. Annæ, Mater Jesu Christi, de Spiritu Sancto. Sancto Josepho desponsata est, quem Deus, ut tantum mysterium tegeret, elegerat: Ante et post divinum hunc partum Virgo perpetua remansit.* EPITH. Casta, intemerata, immaculata, pura, pia, inclyta, sancta, augusta, venerabilis. PHR. Jessæa Virgo, *à Jesse patre David à quo duxit originem.* Jessææ gloria stirpis. Jessææ stirpis generosa propago. Sanctissima Virgo. Castissima Mater. Virgo parens. Virgo decus Cœli. Terrarum gloria. Naturæ stupor. Virginitatis honor. Splendor Virginei chori. Viri expers. Viri nescia Mater. Intacta Virginitate parens. VERS. Regia progenies, genus alto a sanguine Judæ, Quæ penitus thalami tactusque ignara virilis, Numinis afflatu sancta concepit ab Aura. Quam dilecta Deo, optima Mater.

Marica. *Hunc Fauno et Nympha genitum Laurente Marica,* Virg. Æn. 7, 47. EPITH. Candida, decora, nivea, flava.

marinus. *Nascitur, et casus abies visura marinos,* Virg. Geo. 2, 68. SYN. Æquoreus, marmoreus, Neptunius.

maritalis. *Lusa maritali Gallica veste manus,* Ovid. A. A. 2, 258. SYN. Conjugialis, maritus, a, um.

maritimus. *Plaut.* SYN. Marinus.

marito, as. *Justa maritandi condemnet vincula, legis,* F. PHR. Conjugio, connubio jungo. Vinclo jugali socio. Viro trado, associo. Solennibus hymenæis socio. Natam genero, dignis hymenæis trado. Pacto conjungo. V. *Conjugium et Nubilis.*

maritus. *Compos maritus ut sit Elysio jubet.* (Iamb.) Sen. SYN. Vir, sponsus, conjux. PHR. Tori, thalami, lecti socius. Sociatus fœdere lecti. Jugalis consors. V. *Conjux.*

maritus, a, um. *Hæcne marita fides, hæc pactæ sunt mihi noctes?* Prop. SYN. Maritalis, conjugialis.

Marius. *Conspexit Marius, divini numinis augur,* Cic. de Divin. 1, 47. EPITH. Ferox, acer, fortis, gravis, severus.

Digitized by Google

Marmŏr, ŏris. *Prætĕrĕā fŭit in tectis dē marmŏrĕ templūm*, Virg. Æn. 4, 457. EPITH. Lævĕ, cāndēns, pictūm, pictūrātūm, prĕtiōsūm, nōbilĕ, dūrūm, gĕlĭdūm, sŭpērbūm, vērsĭcŏlŏr, frīgĭdūm, rĭgĭdūm, măcŭlōsūm, splēndĭdūm, lūcēns, nĭtēns, āntīquūm, cærŭlĕūm, dīscŏlŏr, Phrўgiūm, Mўgdŏniūm, Ĭdæūm, *à Phrygiâ*: Spārtānūm, Thĕrāpnæūm, Āmўclæūm, *à Spartâ urbe*, *&c.* Lĭbўcūm, *ab Africâ*. PHR. Părĭūs lăpis. Phrўgiūm sāxūm. Lўbĭcūs sĭlĕx. Mārmŏrĕūs nĭtŏr. VERS. Frīgēntiă cērnis Mārmŏră quæ Spārtæ, Părĭīsque ŏrĭūntŭr in āgris. Tūm Phœbō sŏlĭdō dē mārmŏrĕ tēmplă Īnstĭtŭām. Strūctă nĕc Œbălĭō fūlgēnt quæ mārmŏrĕ tēmplūm.

Marmŏrĕūs. *Mārmŏrĕō rĕfĕrūnt thălămō*, *&c.* Virg. Æn. 4, 392. SYN. Părĭūs, *quia marmor eximium ex Insulâ Paro, vel* mărĭnūs.

Măro, ōnis. *Grāndĕ cŏthūrnātī pōnĕ Mărōnis ŏpūs*, Mart. 5, 5, 8. V. *Virgilius*.

Mārs, Mārtis. *it tĭmŏr, ĕt mājŏr Mārtis jam āppārĕt ĭmāgo*, Virg. Æn. 8, 557. *Junonis filius, natus in Thraciâ. Deus belli et armorum, cultus præcipuè à Thracibus, Scythis, et Getis: Frater Bellonæ.* SYN. Māvŏrs, Grădīvūs. EPITH. Gĕtĭcūs, Thrēĭcĭūs, dūrūs, impĭūs, sævūs, īnsānūs, ārmĭpŏtēns, crŭēntūs, sānguĭnĕūs, fūnēstūs, nĕfāndūs, tōrvūs, rĭgĭdūs, fĕrōx, impăvĭdūs, fĕrūs, tērrĭbĭlis, īnfaūstūs, ārmĭgĕr, trīstis, tūrbĭdūs, īnfēstūs, vĭŏlēntūs, āspĕr, gĕnĕrōsūs, fōrtis, māgnănĭmūs, īndŏmĭtūs, hŏrrēndūs, trŭcŭlēntūs, īnvīctūs, răbĭdūs, imprŏbūs, fērrĕūs, pŏtēns, īnclўtūs, ācĕr, hōstīlis, ātrōx, fūlmĭnĕūs, hōrrĭdūs, vēsānūs, fŭrēns, īmmānis, aūdāx, trūx, ĕffĕrūs, ăcērbūs, īnīquūs, ādvērsūs, cæcūs, īncōnstāns, āmbĭgŭūs, dŭbĭūs, īncērtūs, ăncēps. PHR. Bēllĭpŏtēns, Bēllātŏr Dĕūs, ārbĭtĕr, pătĕr, pārēns. Bēllĭgĕr ārmŏrūmquĕ părēns. Grădīvūs Rēx, pătĕr. Dūx bēllĭgĕr. Bēllis ĕt sānguĭnĕ gaūdēns. Thrēĭcĭūs dūx, Dĕūs. Gĕtĭcis qui præsĭdĕt ārvis. Ārbĭtĕr ārmŏrūm. Bēllă nĕfāndă ciēns. Ārmŏrūmquĕ pătĕr, bēllis ĕt sānguĭnĕ gaūdēns. Sānguĭnĕ qui fœdās gaūdĕt hăbērĕ mănūs. Cūnctă sŭō qui bēllă fĕrūs sŭb nūmĭnĕ tōrquĕt. Sævit mĕdĭo in cērtāmĭnĕ Māvŏrs. *Mars pro bello*. V. *Bellum*.

Mārs. *Planeta*. *Fēră Mārtis stēllă răpācis*, Prop. PHR. Sānguĭnĕō ōrbĕ rŭbēns, mĭnāx. Āccēnsō scīntĭllāns stēllă fŭrōrĕ. Ēnsĕ mĭnāx. Rŭtĭlānti sўdĕrĕ Māvŏrs. Māvŏrtĭūs īgnis. Rŭbĭcūndă īncēndĭă Mārtis. Stēllă ciēns īnflūxū bēllă nĕfāndă.

Mārsўă. *ŏccūrrās frōnte ŏbdūctā seū Mārsўă victūs*, Juv. 9, 2. *Insignis Tibicen, ex Phrygiâ, quem Apollo vivum excoriavit in superbiæ et arrogantiæ vindictam. Fingitur postea in fluvium mutatus.* EPITH. Dōctūs, cănōrūs, suāvis, tĕmĕrārĭūs, sŭpērbūs, aūdāx, impĭūs, mĭsĕr, īnfēlix, Phrўgĭūs, Cĕlænæūs, *à Celænis, oppido Phrygiæ. (Ovid. in Ibin.)* Nūdāvĕ dīrēptā pătĕānt tŭă vīscĕră pēllĕ, Ūt Phrўgĭī cūjūs nōmĭnă flūmĕn hăbĕt. V. *Fabulam* 6. *Met.*

Mārtĭālis. *Tōtō nōtūs in ōrbĕ Mārtĭālis*, Mart. L. 12. EPITH. Dōctūs, dīsērtūs, mōrdāx, īngĕnĭōsūs, Bĭlbĭlĭcūs, *à Bilbili Hispaniæ oppido*, ārgūtūs, lĕpĭdūs, ŏbscœnūs.

Mārtĭūs. *Olim primus anni mensis, sub Romulo, qui armorum quàm astrorum peritior, totum annum in decem menses partitus erat; quem errorem correxit Numa, successor ejus, Januario et Februario adjectis.* EPITH. Nŏvūs, plăcĭdūs, ūdūs, tĕpĭdūs, bĕnīgnūs, blāndūs, mădĭdūs, nīmbōsūs, īmbrĭfĕr, flōrēns, vĭrēns, fērtĭlis, fœcūndūs. PHR. Mārtis sīgnātūs nōmĭnĕ mēnsis. Mārtis dē nōmĭnĕ dīctūs. *(Ovid.* 3 *Fast.)* Ā tē prīncĭpĭūm Rōmānī dūcĭmūs ānni.

Mārtўrēs, ūm. *Mārtўrĭbūs rēgīnă fĭdēs ănĭmārăt in hŏstēm*, P. EPITH. Sāncti, īnclўti, gĕnĕrōsi, fōrtēs, māgnănĭmi, īmpăvĭdi, īntērrĭti, īllūstrēs, clāri, cōnstāntēs. PHR. Mārtўrĭūm pāssi. Mōrtēm Chrīstī prō nōmĭnĕ pāssi. Gēns mōrtĕ mājŏr. Gēns fūnĕrĕ vīctrix. Prōdĭgă vītæ. Sĕcūră lēthi. Fērrūm āc vūlnĕră rīdēns. Pūrpŭrĕă cŏrōnā căpŭt īnsīgnĭti. VERS. Qui āntĕ dĭēm rĕlĭgĭōnis ămōrĕ Prōjēcēre ănĭmās. Quæ vīvĭdă mōrtēm, Vīcit mōrtĕ phălānx, cœlōque īnvēctă trĭūmpho ēst. Sānguĭnĕ fīrmāntēs dŏgmătă vēră sŭō. Qui fūsō crŭōrĕ, *vel* sānguĭnĕ, vērām Sāncīvērĕ fĭdēm. Nīl vĕrĭti trŭcis ōră Tўrānni. Pœnās dŏcta īrrĭtārĕ mŏrāntēs, Ēt vītæ in mĕdĭīs rīdērĕ pĕrīclis. Prō Chrīsto īnnŏcŭūm fūdērŭnt mōrtĕ crŭōrēm. Fēlīcēs ănĭmæ, quæ sānguĭnĕ fūsō Īmpĕrĭūm mĕrŭērĕ pŏli. Vītæ pĕpĕrērĕ sĭbi īmmōrtālis hŏnōrēs. Pārtām qui mōrtĕ cŏrōnām Gēstānt ĕt pīctās gĕnĕrōsō sānguĭnĕ pālmās.

Mārtўrĭūm. *Sĕd măgĕ sānguĭnĕ mārtўrĭī*. (Dactyl.) Prud. Per. 5, 9. EPITH. Crŭēntūm, ātrōx, clārūm, īllūstrĕ, fōrtĕ. PHR. Laūrĕă mārtўrĭi. *(Martyrii*



Digitized by Google

*varia genera sic describit Benctus.)* Huic ŏcŭli effŏssi, dēntēs huic ōrĕ rĕvūlsi; Hic tūnsŭs săxo, hic spĕcŭlā dējēctŭs ăb āltā; Hic trăbĕ sūspēnsŭs rēctā. Hic virgārum intĕr crĕpitŭs cădit. Huic lingua ēxsēcta ēst. VERS. Victricem sŭpplĭcĭīs dīvērsō fūnĕrĕ gēntēm, Pārs răpidō sūbmērsă mări, pārs stipĭtĕ fixă: Pārs pĭcĕ, pārs ŏlĕō, liquĕntis ĕt ŭngulnĕ cēræ Pērfūsa, ădmōtis făcibŭs tædīsquĕ pĕrūstă. Pārs căpite ăvūlsō. Illa intĕr răpidāsquĕ rŏtās făscēsquĕ minācēs Tūrbinis in mŏrēm cōnstānti pĕctŏrĕ virgo Vērtitŭr, ĕt rădii ĕt făscēs in frăgmĭnă lōngē Dissūltănt, &c.

măs, măris. *Măs ēssĕ cēssăt īllĕ, nēc fit fœmĭnă.* (Iamb.) P. SYN. Măscŭlŭs.

măscŭlŭs. *Măscŭlŭs, ĕt tōtūm fœmĭnă cōnjŭgĭūm*, Prop. 2, 15, 28. SYN. Măs, *vel* vălĭdŭs, fōrtis.

măssă. *incūsum, aūt ātræ măssām picis ūrbĕ rĕpōrtăt*, Virg. G. 1, 275. EPITH. Dūră, plūmbĕă, fērrĕă, grăvis, vălĭdă. V. *Pondus.*

Măssăgĕtă, *vel* Măssăgĕtēs, æ. *Măssăgĕtās, Ărăbēsquĕ fērrūm*, Hor. Od. 1, 35, 40. *Scythiæ populi crudelissimi, qui equorum suorum sanguinem cum lacte permistum bibunt.* EPITH. Bărbărŭs, fĕrŭs, fĕrōx, trūx, inhūmānŭs, immĭtis, aūdāx, văgŭs, prædo, fŭrēns, pērfĭdŭs, infĭdŭs. VERS. Et qui cōrnipĕdēs in pōcŭlă vūlnĕrăt aūdāx Măssăgĕtēs. Măssăgĕtæquĕ trŭcēs, dūrō gēns āspĕră bēllō. Qui lāc immixtūm cūm sānguinĕ pōtăt ĕquinō. Qui lāctĕă pōcŭlă ĕquinō sānguinĕ miscĕt.

Măssicŭs. *in plurali* Măssĭcă. *Măssĭcă qui răstris: ĕt quōs dĕ cōllĭbŭs āltis*, Virg. Æn. 7, 726. *Mons Campaniæ in Italiâ, vini generosissimi ferax.* EPITH. Ūvĭfĕr, vĕtŭs, fēlix, cūltŭs, fœcūndŭs, fērtĭlis. PHR. Fēlīcĭă Băcchō Măssĭcă.

Măssĭlĭă. *Fūmĕă Măssĭlĭæ pōnĕrĕ vīnă pŏtēs*, Mart. 13, 123. *Urbs in Narbonensi Provinciâ ante Virgineum partum* 613 *annis condita, cúmque diruta fuisset, restaurata est à Phocensibus. Olim Massiliæ studia doctrinarum ingenuarum floruere. Nunc est Emporium nobile, Gallicarumque Triremium statio tutissima.* EPITH. Cĕlĕbris, clāră, inclўtă, dōctă, āntīquă, priscă, nōbĭlis. PHR. Mœnĭă Graiō Cōndĭtă Măssĭlĭæ.

mātĕr, tris. *Mātĕr in ōrĕ tibi ēst, nōn hăbĕt ūndă Dĕōs*, Prop. 3, 7, 18. SYN. Gĕnĭtrix, pārēns. EPITH. Ālmă, chāră, blāndă, sōllĭcĭtă, ānxĭă, vĭgil, dīlēctă, fīdă, pĭă, bĕnignă, ămātă. PHR. Prōlis stŭdĭōsă, ōblīvīsci nēscĭă prōlis. Dignă virō. Quæ nātūm pĕpĕrit, gĕnŭit. Quōs in lūminis aūrās ēdūxit, stŭdĭōsă fŏvĕt, ălit, ēdŭcăt.

mātĕrĭă, *vel* ēs. *Mātĕrĭēm sŭpĕrābăt ŏpŭs*, Ov. M. 2, 5. EPITH. Āmplă, diffūsă, fœcūndă, dīvēs. PHR. Āptă nŭmĕris. Cōnvĕnĭēns mŏdis. Fēlix in cārmĭnă. VERS. Mātĕrĭā vīrēs ēxŭpĕrāntĕ mĕās. Sūmitĕ mātĕrĭām vēstris qui scrībĭtis æquăm Vīrĭbŭs, ĕt vērsātĕ diū quid fērrĕ rĕcūsēnt, Quid văleānt hūmĕri.

mātērnŭs. *Dēvōlvūnt, ĭtĕrūm mātērnās impŭlit aūrēs*, Virg. Geo. 4, 340.

mātrĭmōnĭūm. *ūt ĕām pērpĕtĭār ire in mātrĭmōnĭūm*, (Iamb.) SYN. Cōnjŭgĭūm, cōnnūbĭūm. V. *Conjugium.*

mātrōnă. *Sēnsĕrăt hōc ōlim māgni mātrōnă Tŏnāntis*, Ov. M. 4, 466. EPITH. Pūlchră, fōrmōsă, cāndĭdă, dĕcōră, cāstă.

Mātrōnă. *Mātrōnă nōn Gāllōs Bēlgāsque intērsĭtĕ fīnēs*, Aus. EPITH. Cĭtŭs, ămœnŭs.

mātrōnālis. *ĕt mātrōnālēs ērŭbŭērĕ gĕnæ*, Ov. Fast. 2, 828.

mātūrēsco, ŭi. *Cœpit ĕt ūt prīmūm plēnō mātūrŭit ānnō*, Ov. M. 11, 192. V. *Maturo.*

mātūrĭtās. *Fērvēns cŏquăt mātūrĭtās.* (Iamb. Dim.) P. EPITH. Plēnă, ūltĭmă.

mātūro, ās. *Mātūrātĕ fŭgām, rēgique hæc dīcĭtĕ vēstrō*, Virg. Æn. 1, 141. SYN. Mātūrĭtātēm dō, ăffĕro, cōncŏquo, *vel* āccēlĕro, prŏpĕro, fēstino, ūrgĕo.

mātūrŭs. *Pūlvĕrŭlēntă cŏquăt mātūris sōlĭbŭs æstās*, Virg. Geo. 1, 66. SYN. Cōctŭs, cōncōctŭs, tēmpēstīvŭs, *vel* ōppōrtūnŭs, āptŭs: ĭdōnĕŭs, cōmmŏdŭs, *vel* cĭtŭs, sŭbĭtŭs, fēstīnŭs.

mātūtīnŭs. *ĕt mātūtīnis ŏpĕrātŭr fēstă lŭcērnis*, Juv. 12, 92. V. *Mane.*

Māvōrs, ōrtis. *Rōmŭlĕ, jūră dăbās: pŏsĭtā cūm cāssĭdĕ Māvōrs*, Ovid. M. 14, 806. SYN. Mārs. V. *Mars.*

Māvōrtĭŭs. *Hæc ĕt dētrītŭs lævæ Māvōrtĭŭs ūmbo*, P. A. SYN. Mārtĭŭs, *vel* bēllĭcōsŭs.

Maūri, ōrūm. *Nōn ĕgĕt Maūri jăcŭlis, nĕque ārcū*, Hor. Od. 22, 2. EPITH. Lĕvēs, ōccĭdŭi, Lĭbўci, nigri, ădūsti, fūsci, tērrĭfĭci, atrōcēs, rĕfŭgi, trŭcēs,

Digitized by Google

scĕlĕrēs, bārbări, hōrrēndi, ūsti, ēxūsti, tōrridi. PHR. Maūră, Maūrīcă, Maūrūsiă gēns. Maūrūs cōncŏlŏr Īndō, ădūstūs cōrpŏrĕ Maūrŭs.

**Maūsōlūs.** *Maūsōli sāxis pȳrămidūmquĕ lĕgēs,* Mart. 10, 63, 2. EPITH. Dīvĕs, sūpērbūs.

**Maūsōlēūm.** *Nēc Maūsōlei dīvēs fōrtūnă sĕpūlchri,* Prop. 3, 2, 21. *Sepulcrum Mausoli, Cariæ Regis, quod ipsi conjux Artemisia struxit, et ob operis magnificentiam inter septem Orbis miracula numeratum est.* EPITH. Māgnĭfĭcūm, sŭpērbūm, dīvĕs, nōbĭlĕ, inclȳtūm, trīstĕ, flēbĭlĕ, fūnĕrĕūm, fātālĕ. PHR. Īnsīgnĕ mŏnūmēntūm. Īllūstrĕ, māgnĭfĭcūm, sĕpūlcrūm. VERS. Nēc Maūsōlēī dīvĕs fōrtūnă sĕpūlchri, Mōrtĭs ăb ēxtrēmă cōndĭtĭōnĕ văcăt. Āĕrĕ nēc văcŭō pēndēntĭă Maūsōlēă Laūdĭbŭs īmmŏdĭcis Cārēs īn āstră fĕrānt. Nēc sīlĕāt Phărĭūs jām bārbără Mēmphĭs hŏnōrēs, ætērnūmquĕ sŭi mĕmŏrĕt piă būstă Tȳrānni Cāriă dīvĕs ŏpūm.

**māxillă.** *Tū cūm māxillis bălānātūm gaūsăpĕ pēctūs,* Pers. S. 4, 37. SYN. Mālă, gĕnă. V. *Gena.*

**māximŭs.** *Māximŭs Īliŏnēŭs plăcidŏ sic pēctŏrĕ cœpit,* Virg. Æn. 1, 525. SYN. Īngēns, prŏcērŭs, āltŭs, ārdŭŭs.

**mĕātŭs,** ūs. *ōrābūnt caūsās mĕlĭūs, cœlīquĕ mĕātūs,* Virg. Æn. 6, 849. SYN. Fōrāmĕn, ădĭtŭs, *vel* cānālĭs, *vel* cūrsŭs. PHR. Tĕnŭĭs viă.

**Mēcœnās,** ātis. *ēx quō Mēcœnās, mē cœpit hăbērĕ sŭōrūm,* Hor. S. L. 2. S. 6, 41. EPITH. Dōctŭs, illūstris, mūnĭfĭcŭs, clārŭs, ămīcŭs. PHR. Dōctōrūm faūtŏr, pătrōnŭs, ălūmnŭs. Lārgŭs ŏpūm. Fāmă inclȳtŭs.

**Mēdēă.** *Nēc pŭĕrōs cōrām pŏpŭlō Mēdēă trŭcīdĕt,* Hor. A. P. 185. *Filia Æetæ, Colchorum Regis, venefica insignis. Jasonem docuit quâ ratione Draconem velleris aurei custodem sopiret, et unà cum eo fugam arripuit. Abduxit secum parvulum fratrem Absyrtum, quem per agros membratim laniatum dispersit. Cùm ab Jasone repudiata esset, duos ex eo filios, præsente patre in partes discerptos è turri projecit.* V. *Jason, Æson, Creūsa.* SYN. Æētis, Æētĭă, Cōlchis, Phāsiăs, Phāsis, *à Phasi fluvio Colchidis.* EPITH. Bārbără, fĕrōx, impŭdīcă, cāllĭdă, impĭă, ădūltĕră, dīră, crŭēntă, infāmis, fŭrēns, fŭrĭōsă, fŭrĭbūndă, fĕră, īnsānă, crūdēlis, nōxiă, scĕlĕrātă, sævă, trūx, āmēns, immānis, hōrrēndă, sānguĭnĕă, imprŏbă, săgă, incāntātrix, vĕnēfĭcă. PHR. Cōlchis nŏvērcă. Bārbără mātĕr. Īāsŏnis ŭxŏr. Æĕtis ārmātă vĕnēnis. Frātērnā cædĕ crŭēntă. Phāsiăs infīrmūm dōctă nŏvārĕ sĕnēm. Rēspērsă pŭĕrōrūm sānguĭnĕ. V. *Venefica, Maga.*

**mĕdēlă.** *āddit, ădēps pōrcæ mīrānda ēst fōrmă mĕdēlæ,* Ser. SYN. Mĕdĭcāmĕn, mĕdĭcīnă, rĕmĕdĭūm. EPITH. Sălūbris, præsēns, ŏptātă, prōmptă.

**mĕdĕŏr,** ēris. *Tālis ămōr tĕnĕăt, nēc sit mihi cūră mĕdēri,* Virg. Ecl. 1, 89. SYN. Cūro, sāno. PHR. Mĕdĭcīnām āffĕro, ădhĭbĕo. Fĕro mĕdĭcāmĕn. Mĕdĭcām ŏpĕm fĕro. Mōrbūm mĕdĭcāmĭnĕ pēllo, ēxpēllo, dēpēllo, mītĭgo, lĕvo, lēnĭo. Vūlnĕră cūro, fŏvĕo, ārtĕ lĕvo. Mĕdĭcās mănŭs āffĕro, āpplĭco, ădhĭbĕo. Dŏlōrēm mĕdĭcāndo aūfĕro, mūlcĕo. Ārtĕ Ăpōllĭnĕă, tēntātis ŏpĕrōsæ vīrĭbŭs hērbæ ūtī. Cōrpŏră mōrbis lĕvārĕ, rĕlĕvārĕ. Ægrō cōrpŏrĕ mōrbōs pēllĕrĕ. VERS. Nūnc pūrgăt vūlnĕră lȳmphis. Nūnc mūlcĕt sūccis, līgăt inde, ăc vūlnĕră mōlli Circūmdăt tāctu, ĕt tōrpēntēs mītĭgăt ārtūs. Vĕnĭēnti ŏccūrrĭtĕ mōrbō. Prīncĭpiis ōbstă, sērō mĕdĭcīnă părātŭr. Nūllīs Ăpōllĭnĕă qui lĕvĕt ārtĕ mălūm ēst. Ægrōtō mĕdĭcās āpplĭcŭīssĕ mănūs. Mĕdĭcās ēxērcēt īnānĭtĕr ārtēs.

**mĕdĭcābĭlis.**——*Nūllīs ămŏr ēst mĕdĭcābĭlĭs hērbis,* Ovid. Met. 1, 523. SYN. Sānābĭlis.

**mĕdĭcāmĕn,** inis. *Tōt mĕdĭcāmĭnĭbūs, cōctæquĕ sĭlīgĭnis ōffās,* Ovid. SYN. Mĕdĭcīnă, mĕdĭcāmēntūm, mĕdĭcātŭs, rĕmĕdĭūm, mĕdēlă, fōmēntūm, lĕvāmĕn, lēnīmĕn, phārmăcūm. EPITH. Sălūbrĕ, sălūtĭfĕrūm, vălĭdūm, sălūtārĕ, præsēns, pŏtēns, ūtĭlĕ, dūlcĕ, āmārūm, ŏptātūm, præscrīptūm, ēxpēctātūm, prōmptūm, suāvĕ, grātūm, ēffĭcāx. PHR. Hērbæ mĕdĭcæ. Hērbārūm sūccŭs, vis, pŏtēstās. Vīrēs hērbæ ŏpĕrōsæ. Hērbă pŏtēns ăd ŏpēm, rādīxquĕ mĕdēndi ūtĭlis. Mĕdĭcæ lȳmphæ. Pæōnĭi pōcŭlă sūcci. Vīs mĕdĭcæ ŏpis. Vūlnĕrĭbŭs āptă Phārmăcă. Ēxpēllēns mōrbōs. Tōllēns flāmmāntēs pēctŏris æstūs. Quō nōn præsēntĭŭs ūllūm Aūxĭlĭūm vĕnĭt. VERS. Aūxĭlĭūm mūltīs sūccŭs ĕt hērbă fŭit. ēt viă sălūs mŏrĭēntĭbŭs ūnă. Quās mĭhi nōn hērbās, quæ nōn mĕdĭcāmĭnă nūtrix Āttŭlĭt, aūdāci sūppŏsŭītquĕ mănū. Īpsĕ fĕrōs rĕpŭlit dōctis mĕdĭcātĭbŭs īgnēs. Lēnītō mĕdĭcām vūlnĕrĕ sēnsit ŏpēm.



Digitized by Google

mĕdĭcīnă. *Tanquam hæc sit nostri mĕdĭcīnă fŭrōris*, Virg. Ecl. 10, 60. SYN. Mĕdĭcāmĕn, *vel* ārs mĕdĭcă: ārtēs Ăpōllĭnis: ārs Ăpōllĭnĕă, Phœbēă, Măchāŏnĭă, Pæŏnĭă, *ab Apolline, et insignibus Medicis.* Ārs mĕdēndī. Ārs ŏpĕrōsă mĕdēntūm. Ārtĭs Ăpōllĭnĕæ vīrēs, pŏtēstās, aŭxĭlĭūm, glōrĭă, dĕcŭs. V. *Medicamen.*

mĕdĭco, ās. *sæpius* mĕdĭcŏr, ārĭs, Dep. *Sed nōn Dārdănĭæ mĕdĭcārī cūspĭdĭs ictūm*, Virg. Æn. 7, 756. SYN. Mĕdĕŏr, *vel* lino, tingo, imbŭo, inficio, fūco. V. *Medeor.*

mĕdĭcŭs, ī. *Prōtĭnŭs āccēdūnt Mĕdĭcī, Mĕdĭcœquĕ rĕcēdūnt*, Mart. 11, 72, 7. SYN. Mĕdēns. EPITH. Dŏctŭs, pĕrītŭs, sōlērs, săgāx, indūstrĭŭs, ĭngĕnĭōsŭs, illūstris, sōllĭcĭtŭs, fīdŭs, fĭdēlis, prūdēns, caūtŭs, scĭēns, pŏtēns. PHR. Ārtēm dŏctŭs Pæŏnĭăm. Ārtĕ Ăpōllĭnĕā pŏtēns. Măchāŏnĭā clārŭs in ārtĕ. Ārtis mĕdĭcæ pĕrītŭs. Scĭēns hērbārŭm, ārtisquĕ mĕdēndi. Ārtĕ pĕrītā mōrbōs lĕvāns. Mĕdĭcāmĭnĕ pōllēns. Ægris ŏpēm fērrĕ, Mōrbōs fŭgārĕ pĕrītŭs. Scĭēns pŏtēstātēs hērbārŭm, ūsūmquĕ mĕdēndī. Pĕrītŭs in ārtĕ mĕdēndī. Ārtis Ăpōllĭnĕæ gnārŭs. Pēllēns ēx ægrō cōrpŏrĕ mōrbōs. Dēpēllēns mĕdĭcāmĭnĕ mōrbōs. Dŏctŭs dēpēllĕrĕ mōrbōs. Dāns dŏctā pŏcŭlă mīstă mănū. VERS. Cōrpŏre ăb ægrōtō prŏpĕrāntĭă fātă rĕpēllit. Tēntăt sălĭēntēm pōllĭcĕ vēnăm. Quī vīrēs pŏtŭī mūlcērĕ dŏlōrēs. Dēfĭcĭō, mĕdĭcāsquĕ mănŭs, fŏmēntăquĕ quæro Vūlnĕrĭbŭs (sēd sūmmă) mĕis. Quid tĭbi cūm mĕdĭcis? Dīmittĕ Măchāŏnăs ŏmnĕs. Nōn ēst in mĕdĭcō sēmpĕr rĕlĕvētŭr ŭt ægĕr: intērdūm dŏctā plūs vălĕt ārtĕ mălūm. Quāntŭs ăpŭd Dănăōs Pŏdălīrĭŭs ārtĕ mĕdēndi. *Medicinæ inventor* Ăpōllo. *Medici illustres*, Æscŭlāpĭŭs, Măchāōn, Pæōn, Pŏdălīrĭŭs, Mĕlāmpŭs, Hippŏcrătēs, Gălēnŭs.

mĕdĭcŭs, ă, ŭm. *Dūm mĕdĭcās ădhĭbērĕ mănūs ăd vūlnĕră pāstŏr*, Virg. Geo. 3, 455. SYN. Ŏpĭfĕr, sălūtĭfĕr, Ăpōllĭnĕŭs, Phœbēŭs, Măchāŏnĭŭs, Pæŏnĭŭs, *à Phœbo, et Medicis insignioribus.*

mĕdĭocris. *Sī mĕdĭŏcris ĕrit, spătĭūm lūstrābit ŭtrūmquĕ*, Juv. 6, 581. SYN. Mŏdĭcŭs, pārvŭs, paūcŭs, ēxĭgŭŭs.

mĕdĭocrĭtās, ātis. *Aūrĕām quisquis mĕdĭŏcrĭtātēm*, (Sapph.) Hor. Od. 2, 10, 5. SYN. Mŏdŭs, mŏdēstĭă. V. *Modus.*

mĕdĭocrĭtĕr. *Nēc păvŏr ēt rērūm mĕdĭŏcrĭtĕr ūtĭlĭūm spēs*, Hor. Ep. 1, 18, 99. SYN. Mŏdĭcĕ, părūm, *vel* mŏdēstĕ.

Mĕdĭŏlānūm. *ēt Mĕdĭŏlānī mīra ŏmnĭă, cōpĭă rērūm*, Aus. *Urbs est Galliæ Cisalpinæ Metropolis, populi multitudine refertissima, agrique bonitate felicissima, 359 annis ante Christi adventum à Gallis Insubribus condita: sic dicta à suâ mediâ parte lanatâ.* EPITH. Cĕlēbrĕ, māgnūm, āmplūm, pŏpŭlōsūm, māgnĭfĭcūm, clārūm, āntīquūm, insīgnĕ, ĭnēxpūgnābĭlĕ, invictūm. PHR. Ūrbs pŏpŭlōsă vĭris, vălĭdis circūmdătă mūris. Āmplă sĭtū mīrō, dŏmĭbūs dĕcŏrātă sŭpērbis.

mĕdĭtŏr, ārĭs. *Rēgīnām mĕdĭtŏr: nē quō sē nūmĭnĕ mūtĕt*, Virg. Æn. 1, 678. SYN. Cōgito, cōnsīdĕro, *vel* căno. V. *Cogito.*

mĕdĭŭs. *Pēr mĕdĭōs, instāns ŏpĕrī rēgnisquĕ fŭtūris*, Virg. Æn. 1, 5.

mĕdūllă. *ōssă vĭdēs rēgūm văcŭis ēxhaūstă mĕdūllis*, Juv. 8, 90. EPITH. Tĕnŭis, tĕnĕră, intĭmă, īmă, ŏccūltă, mōllis, intērnă, pinguis, tēctă. PHR. Pĕnĭtŭs infīxă mĕdūllis.

mĕdūllĭtŭs.——*Hŏmĭnūm, sĕrĭt illĕ mĕdūllĭtŭs ŏmnĕs*, Prud. Ham. 391. PHR. In īmās mĕdūllās. Ex īmis mĕdūllis.

Mĕdūsă. *Squāllēbānt lātē Phōrcÿnĭdŏs ārvă Mĕdūsæ*, Lucan. 9, 622. *Filia Phorci, ob pulchritudinem capillosque aureos à Neptuno viliata, unde Pegasus natus est. Minerva irata, quòd facinus illud in suo Templo admissum esset, capillos Medusæ in serpentes mutavit, fecitque ut quotquot eam aspiciebant, in saxa converterentur. Huic caput abscidit Perseus, quod Palladi dedit.* SYN. Phōrcis, Phōrcĭnis, Gōrgōn, γοργὸν, *i. e. truculentum.* EPITH. Gŏrgŏnĕă, vīpĕrĕă, sāxĭfĭcă, hōrrēndă, invīsă, sævă, āngŭicŏmă, tērrĭfĭcă, āspĕră. PHR. Mĕdūsæūm mōnstrūm. Sāxĭfĭcæ ōră Mĕdūsæ. Sāxĭfĭcī Mĕdūsæ vūltŭs. Gŏrgŏnĕūm căpŭt. Crīnītă cŏlubris Mĕdūsă. Gŏrgŏnĕīsquĕ frĕmēns āssībĭlăt hÿdris āngŭĕ cŏmās nēxă.

Mĕdūsæŭs. *ipsă Mĕdūsæœ quēm tĭmĕt īră Dĕæ*, Mart. 7, 1, 2. SYN. Gŏrgŏnĕŭs.

Mĕgæră. *Quās, ēt Tārtărĕām nōx intēmpēstă Mĕgærām*, Virg. Æn. 12, 846. EPITH. Tōrvă, dīră, imprŏbă, scĕlĕrātă, vīpĕrĕă, infērnă, immānis, ūltrix,

Digitized by Google

ĕrŭēntă, crūdēlīs, ănguĭcŏmă, ātră, răbĭdă, fĕrōx, vīrŭlēntă, sævă, vĕnēnōsă. PHR. Cŏlubris crinītă: stĭmŭlis ārmātă: sătă nōctĕ. VERS. Aūxit discŏrdēs Insānă Mĕgæră fŭrōrēs. V. *Furiæ.*

mĕl, mĕllis. *Quis mĕl Ărĭstæō, quis Băcchō vīnă Fălērnă*, Ov. Pont. 4, 2, 9. SYN. Făvŭs. EPITH. Rōscĭdŭm, āĕrĭŭm, dūlcĕ, spūmāns, lĭquēns, lĭquĭdŭm, pūrŭm, flāvŭm, rĕdŏlēns, frāgrāns, flāvēns, nēctărĕŭm, sŭāvĕ, grātŭm, ŏdōrŭm, Hȳblæŭm, Sĭcŭlŭm, *ab Hyblâ monte Siciliæ*, Hȳmēttĭŭm, Cĕcrŏpĭŭm, Āttĭcŭm, *ab Hymetto monte Atticæ.* PHR. Nēctăr ăpŭm. Āĕrĭ mēllis cœlēstĭă dōnă. Mūnĕră mēllis. Lĭquŏr, Hȳblæŭs, Āttĭcŭs. Hȳblæŭm nēctăr. Dūlcis ăpŭm lăbŏr. Mēllă thȳmō frāgrāntĭă. Ēxprēssis mēllă lĭquātă făvis. Prēssis cōāctă făvis. Mēllis ŏpŭs. Cērĕă dōnă. Thȳmi rĕdŏlēntĭă rōrĕ. Plēnis mēllă ēxprēssă făvis. *Mel conficere.* VERS. Spūmāntĭă prēssis Cōgĕrĕ mēllă făvis. Ēxcūdūnt cērās ĕt mēllă tĕnācĭă fĭgūnt. V. *Apes.*

Mĕlĕāgĕr, *vel* Mĕlĕāgrŭs, gri. *Quid si mē, Mĕlĕāgrĕ, tŭăm mĕmŏr ēssĕ sŏrōrĕm*, Ov. Met. 9, 149. *Oenei Ætoliæ Regis filius ex Althæâ. Hoc recenter nato visa sibi est mater Parcas igni assidentes videre, quæ manu titionem tenentes hæc verba proferebant*, vivet quamdiu hic stipes durabit. *Titionem hunc fatalem extinxit subitò Althæa, servavitque. Sed postea filio irata, in ignem projecit; quo exusto Meleager interiit. Aprum Calydonium occiderat, quem Atalanta prior vulneraverat.* SYN. Oēnīdēs, Thēstĭădēs. EPITH. Fĕrŭs, fĕrōx, Mārtĭŭs, Călȳdōnĭŭs, *à Calydoniâ parte Ætoliæ.*

Mĕlēsĭgĕnēs, æ. V. *Homerus.*

Mĕlĭcērtă. *Tēquĕ fĕrēns pārvŭm nūdīs, Mĕlĭcērtă, lăcērtīs*, Ov. Met. 4, 522. EPITH. Infēlix, misĕr, Inōŭs. V. *Palæmon.*

mĕlĭcŭs. *ĕt mĕlĭcōs lȳrĭcōsquĕ mŏdōs præfāndă nŏtābis*, Aus. SYN. Mūsĭcŭs, cănōrŭs.

mĕlĭŏr, ōris. *Rēgia, ĕt oblītōs fāmæ mĕlĭōris ămāntēs*, Virg. Æn. 4, 221. SYN. Præstāntĭŏr, pŏtĭŏr.

Mĕlĭtă, *vel* Mĕlĭtĕ. *Fērtĭlis ĕst Mĕlĭtē*, Ov. F. 3, 567. *Insula maris Mediterranei, non longè à Siciliæ promontorio. Annis 146 eam occupârunt Equites Hierosolymitani, nunc Melitenses dicti, et antea Rhodii. Ipsis hanc Insulam Carolus Quintus donavit, expugnatâ à Turcis Rhodo.* EPITH. Circūmflŭă, fĕrāx, nōbĭlis, pŏtēns, Mārtĭă, indŏmĭtă, invĭctă, tūrrĭtă, vāllātă, ārmĭpŏtēns, săxōsă.

‖ mĕllĕŭs. SYN. Mēllĭtŭs, dūlcis.

mēllĭfĕr, ă, ŭm. *Mēllĭfĕr ēlēctis ēxērcĭtŭs ōbstrĕpĭt hērbis*, Cla. R. P. 2, 127.

mēllĭfĭco. *Sic vōs nōn vōbis mēllĭfĭcātis, ăpēs*, Virg. SYN. Mĕl cōnfĭcio, cōgo, fĭgo, stīpo.

mēllītŭs. *Pānĕ ĕgĕo jām mēllītis pŏtĭōrĕ plăcēntis*, Hor. Ep. 1, 10, 11. PHR. Mēllĕ cōndītŭs.

mĕlŏs. *Rēgĭnă lōngŭm Călliŏpē mĕlŏs.* (Alcaic.) Hor. Od. 3, 4, 2. SYN. Cōncēntŭs, cāntŭs, mŏdŭlātio, mŏdŭlāmĕn, mŏdŭli. EPITH. Sŭāvĕ, dūlcĕ, grātŭm, cănōrŭm, blāndŭm, lætŭm, fēstīvŭm, ămœnŭm, tĕnĕrŭm, dūlcĭsŏnŭm, plăcĭdŭm, cœlēstĕ, Āŏnĭŭm, Cāstālĭŭm, *à Musis.* PHR. Mĕlŏs fūndĕrĕ, cănĕrĕ. V. *Musica.*

mēmbrānă. *Mēmbrānis intŭs pŏsĭtis, dĕlērĕ lĭcēbit*, Hor. A. P. 389. EPITH. Tĕnŭis, mōllis. V. *Cutis.*

mēmbrātim. *ĕt mēmbrātim vītālĕm dēpērdĕrĕ sēnsŭm*, Lucr. 3, 526. SYN. Pĕr pārtēs, in mēmbră.

mēmbrŭm. *Ēt māgnōs mēmbrōrum ārtūs*, Virg. 5, 422. SYN. Ārtŭs *in plur.* EPITH. Ārgēntĕŭm, cāndĭdŭm, dĕcōrŭm, tĕnēllŭm, călēns, lāngŭĭdŭm, cădūcŭm, lāctĕŭm, vītālĕ, mōrbĭdŭm, mŏrĭbūndŭm, vĭgēns, vălĭdŭm, fōrtĕ. V. *Artus.*

mĕmĭni. *Cāntāndō mĕmĭni pŭĕrŭm mē cōndĕrĕ sōlēs*, Virg. Ecl. 9, 52. SYN. Rĕcŏrdŏr, rĕmĭnīscŏr. PHR. Sŭm mĕmŏr, nōn immĕmŏr, In mēntĕm vĕnit. Mĕmŏri sŭb pēctŏrĕ sērvo. Pēctŏrĕ, mēntĕ tĕnĕo. Hæc ănĭmō hærēnt, inhærēnt, ădsūnt, sĕdēnt. Mānĕt āltă mēntĕ rĕpōstŭm. Pēctŏrĕ, ănĭmō, *vel* mēntĕ nōn ēxcĭdit, nōn ēlāpsŭm ēst. Hæc mihi sūnt imis īnfīxă mĕdūllis. Ănĭmō fīxŭm cōnsērvo. Nōn sŭbĭērĕ ănĭmō nōstrō ōblīviă, *vel* Mĕmŏri ănĭmō dō, māndo. Mēntĕ rĕpōno. Sŭb cōrdĕ rĕtĕgo, rĕpōno, rĕcōndo. VERS. Nĕcdum ĕtĭăm caūsæ irārŭm, sævīquĕ dŏlōrēs Ēxcĭdĕrānt ănĭmō; Mānĕt āltă mēntĕ rĕpōstŭm Jūdĭcĭŭm Părĭdis, sprētæque injūrĭă fōrmæ. Si rite aūdītă rĕcŏrdŏr.



Digitized by Google

Forsăn et hæc ōlim měmĭnissĕ jŭvābĭt. Vīvĕ měmŏr nostrī. Signātum hŏc měmŏri pectŏrĕ nōmĕn hăbē. Měmŏri tĭbi condĭtă cōrdĕ. Hæc vĭgĕănt măndātă nĕc ūlla ŏblītĕrĕt ætās. Měmŏri hæc tĭbi mentĕ rĕcōndĕ. Tŭă splĕndĭdă făctă Nūlla ūnquam ĕx ănĭmĭs tōllĕnt ŏblīviă nōstrĭs. V. *Gratias ago.*

Mĕmnōn, ŏnis. *Memnŏnă si mātĕr plōrāvĭt Ăchillĕm*, Ovid in Ob. Tib. *Tithoni et Auroræ filius, qui Priamo adversùs Græcos auxilium tulit in expeditione Trojanâ et ab Achille occisus est. Ipsum in avem mutavit Aurora.* EPITH. Nĭgĕr, cŏlōrātŭs, nŏctĭcŏlŏr, Æthĭŏps. PHR. Aŭrōræ fīlĭŭs.

mĕmŏr, ŏris.——*Et sævæ mĕmŏrem Jūnōnis ŏb īrăm*, Virg. Æn. 1, 8. SYN. Nōn immĕmŏr, nōn ŏblītŭs.

mĕmŏrābĭlis.——*Namque ĕtsi nūllŭm mĕmŏrābĭlĕ nōmĕn*, Virg. Æn. 2, 583. SYN. Mĕmŏrāndŭs.

mĕmŏrāndŭs.——*Et tē mĕmŏrāndĕ cănēmŭs*, Virg. Geo. 3, 1. SYN. Mĕmŏrābĭlis.

mĕmŏrĭă. *Rĕdit mĕmŏrĭă tĕnŭĕ pĕr vēstĭgĭŭm.* (Iamb.) PHR. Mĕmŏr ănĭmŭs. Mēns mĕmŏr. Mĕmŏr pectŭs, cŏr.

mĕmŏro. *Et mĕmĭnistis ĕnim, divæ, et mĕmŏrārĕ pŏtēstis*, Virg. Æn. 9, 529. PHR. In mentĕm rĕvŏco. V. *Memini:* cŏmmĕmŏro, nārro.

Mĕmphĭs, is. *Nec tē Rōmă mĭnŭs, quăm tŭă Mēmphĭs ămăt*, Pr. *Urbs Ægypti primaria, Pyramidibus maximè insignis.* EPITH. Ægyptĭă, bārbără, tŏrrĭdă, tŭrrĭtă, sŭpērbă, clāră, dīvĕs, cĕlebris, ŏpŭlēntă, flōrēns, pŏtēns. PHR. Mĕmphĭtis ŏră, tērră, ūrbs, tēllŭs. VERS. Bārbără Pўrămĭdŭm sĭlĕăt mīrācŭlă Mĕmphĭs.

mēndācĭŭm. *Impercēptă pĭă mēndācĭă fraudĕ lătēbānt*, Ov. Met. 9, 710. SYN. Cŏmmēntŭm. EPITH. Vānŭm, căllĭdŭm, impŭdēns, făllāx, dŏlŏsŭm, ănīlĕ, tūrpĕ, pŭdēndŭm, mŭlĭĕbrĕ, fictŭm. PHR. Fictŭs, fictĭtĭŭs sērmo. Fictă vērbă. Vānæ, fictæ vōcēs. Fāllācis mēndācĭă linguæ. Pērjūræ sŏmnĭă mēntis. Prŏdĭgĭōsă vĕtĕrŭm mēndācĭă. Fătŭi cŏmmēntă cĕrĕbri.

mēndāx, ācis. *Quem nisi mēndōsum et mēndācēm; vir bŏnŭs ēst quis*, Hor. Ep. 1, 16, 40. SYN. Vānŭs, pērjūrŭs, sĭmŭlāns. PHR. Fāndi fictŏr. Mēntīri, *vel* fāllĕrĕ dōctŭs. Ōrĕ fālsŏ, sĭmŭlātŏ, blāndŏ, *vel* vērbis vānis dēcĭpĭēns. Linguă, ōs, pēctŭs fāllāx, mēndāx. Ōs pērjūrŭm. VERS. Mūltă mălŭs sĭmŭlāns, vānă spē lūsit ămāntĕm.

mēndīcĭtās, ātis. *Mēndīcĭtātĕm cui ŏbtŭlĭsti ŏpĕră tŭă.* (Iamb.) V. *Paupertas.*

mēndīcŭs. *Nec mēndīcă fĕrūt bārbāti prāndĭă nūdi*, Mart. 14, 81. SYN. Paŭpĕr, ĕgēns, ĭnŏps, ĕgēnŭs. V. *Pauper.*

mēndīco, ās. *Arcānŭm Jūdæă trĕmēns mēndīcăt in aŭrĕm*, Juv. 6, 542. SYN. Ēmēndīco. PHR. Stĭpĕm cŏrrŏgo. Vītăm quærĭto. Æră rŏgo. Prĕcĭbŭs cĭbŭm, victŭm, ălĭmēntă rŏgo, pĕto, ēxpōsco. Pārvæ stĭpis æră rŏgo. VERS. Ălĭēnă līmĭnă lūstrās. Exĭgŭŭmquĕ rŏgās ōrĕ trĕmēntĕ cĭbŭm. Nūnc mēndīcātŏ vēscĭtŭr īllĕ cĭbŏ.

mēndōsŭs. *Quem nisi mēndōsum et mēndācēm, &c.* Hor. Ep. 1, 16, 40. SYN. Vĭtĭōsŭs, cŏrrūptŭs.

‖ mēndŭm. SYN. Mēndă, ērrŏr, ērrātŭm, vĭtĭŭm.

Mĕnĕlāŭs. *Atrīdēs Prōtĕi Mĕnĕlāŭs ăd ūsquĕ cŏlŭmnās*, Virg. Æn. 11, 262. *Atrei et Aëropes filius, frater Agamemnonis, maritus Helenæ, quæ à Paride Trojano rapta est.* SYN. Ātrīdēs, Tāntălĭdēs, *ab Atreo patre, et proavo Tantalo.* EPITH. Fōrtis, gĕnĕrōsŭs, māgnănĭmŭs, grāvis. V. *Helena.*

mēns. *Nīsŭs ăit: Dīne hūnc ărdōrĕm mēntĭbŭs ăddŭnt*, Virg. Æn. 9, 184. SYN. Ănĭmŭs, rătĭo, intēllēctŭs, ingĕnĭŭm, *vel* cōgĭtātĭo, jūdĭcĭŭm, sēntēntĭă, prŏpŏsĭtŭm, cōnsĭlĭŭm, vŏlūntās. V. *Animus.*

mēnsă. *Mēnsās ŭt strŭĕrēs hōspĭtĭbŭs Dĕis*, (Choriamb.) EPITH. Lāută, pinguis, ōrnātă, pictă, ăcērnă, tĕrēs, făgĭnĕă, nĭtĭdă, cĭtrĕă, māgnĭfĭcă, splēndĭdă, ŏpīmă, ŏnūstă, rēgĭă, ŏpŭlēntă, ăvāră, gēmmātă, hĭlăris, dūlcis, mōllis, fēstīvă. PHR. Instrūctă cĭbis. Ēpŭlis ŏnĕrātă. Dūlci Fălērnŏ, pinguīquĕ fĕrīnā instrūctă. Laūtis cĭbis splēndĭdă, ŏnūstă, ŏpŭlēntă, părātă, nĭtĭdēns. Vărĭō dăpŭm pōndĕrĕ tĭtŭbāns. Laūtæ fērcŭlă mēnsæ. VERS. Laūtŏs sŭppĕdĭtāt prŏdĭgă mēnsă cĭbŏs. Appŏsĭtæ mēnsis ĕpŭlæ. Pōstquam ēxēmptă fămēs ĕpŭlis, mēnsæquĕ rĕmōtæ. Vix căpit ēlēctās ēbrĭă mēnsă dăpēs.

mēnsis. *Trīgintă māgnŏs vŏlvēndis mēnsĭbŭs ŏrbēs*, Virg. Æn. 1, 273. EPITH. Fŭgax, cĕlĕr, flŭēns, fŭgĭtīvŭs, Lūnāris. PHR. Mēnstrŭŭs cūrsŭs, ŏrbis. Mēnstrŭŭm tēmpŭs, spătĭŭm, Lūnæ cūrsŭs, cūrrĭcŭlŭm. Mōră mēnstrŭă.

Digitized by Google

*Mensis unius periphrasis* (*Mensium numerus describitur, addito numero ad Lunam Crescentem, Plenam, vel Deficientem.*)

1. Cŏrnŭă cūm Lūnæ plēnō sĕmĕl ōrbĕ cŏīssēnt.
2. Āltĕr ăgēbātŭr pōst săcră jŭgālĭă mēnsis. Āntĕ bĭs ēxāctūm quām Cȳnthĭă cōndĕrĕt ōrbēm.
3. Tērtĭă jām Lūnæ sē cŏrnŭă lūmĭnĕ cōmplĕnt.
4. Lūnă quătĕr lătŭit, tōtō quătĕr ōrbĕ rĕcrēvĭt.
5. Lūnă rĕsūmēbāt quīntō nŏvă cōrnŭă mōtū.
6. Sēxtă rĕsūrgēbānt ŏrĭēntĭs cōrnŭă Lūnæ.
7. Sĕptĭmă jām rĕdĭēns Phœbē mĭhĭ rēspĭcĭt ægrās Stārĕ gĕnās. Tērtĭŭs ā quārtō mēnsis sŭccēssĕrăt.
8. Bis quătĕr īmplērāt Phœbē rădĭāntĭbŭs ōrbēm Cōrnĭbŭs.
9. Ōrbĕ rĕsūrgēbānt Lūnārĭă cōrnŭă nōnō. Jām nŏvĭēs ĕrăt ōrtă sŏrŏr pŭlchērrĭmă Phœbi.
10. Lūnă nŏvūm dĕcĭēs īmplērāt cōrnĭbŭs ōrbēm. Bis quīnōs plēnā cūm frōntĕ rĕsūmĕrĕt ōrbēs.
11. Jām fĕrme ūndēnōs cōmplēvĕrăt ōrbēs Cȳnthĭă.
12. Plēnă dŭōdēnōs Phœbē cōmplēvĕrăt ōrbēs. Prĭŭs æthĕrĭæ mōlēs cĭrcūmvăgă flāmmæ, Ānnŭă bis sēnis rĕvŏcābit mēnsĭbŭs āstră.

mēnstrŭālis. *Sphærām rŭīnă mēnstrŭālĕm dēstrŭĕt.* (Iamb.) SYN. Mēnstrŭŭs.

mēnsūră. *Cĭrcūmĭtĕrĕ mŏdūm, mēnsūrăquĕ rŭbrīs ūlnās,* Ov. Met. 8, 478.

mēnsūro, ās. *Quĭsquĕ sŭās mēnsūrăt ŏpēs, vīrēsquĕ, &c.* Ovid. V. *Metior.*

mēnthă. *Fœmĭnĕōs ārtūs ĭn ŏlēntēs vērtĕrĕ mēnthās,* Ovid. Met. 10, 729. EPITH. Vĭrēns, tōrtă, sȳlvēstris, rŭctātrix, ŏdōră, frāgrāns, suāvĭs. PHR. Suāvēm quæ spīrăt ŏdōrēm.

mēntĭŏr, īris. *ăt nōn illĕ, sātŭm quō tē mēntīris, Ăchillēs,* Virg. Æn. 2, 540. SYN. Fālsă dīco, mĕmŏro, lŏquŏr, nārro: mēndācĭă fīngo, jācto: vānă, fālsă cōmmĭnīscŏr, sīmŭlo, *vel* ēmēntĭŏr, sĭmŭlo, ĭmĭtŏr. PHR. Fīctă, mēndācĭă vērbă prŏfĕro, lŏquŏr. Āddit mēndācĭă cūlpæ. Ōrĕ vānĭlŏquō mēndācĭă jāctăt. Mēndācēs rēddit ăb ōrĕ sŏnōs. V. *Decipio.*

mēntūm. *Săcră fĕrēns: nōscō crīnēs incānăquĕ mēntă,* V. Æ. 6, 809. EPITH. Sētōsūm, hīspĭdūm, ăcūtūm, pūlchrūm, dĕcōrūm, nĭvĕūm, incānūm. VERS. Quĭbŭs āspĕră mēntō Bārbă jăcēt. Sūmmŏquĕ cădit bārba āspĕră mēntō. Ēt crūrūm tĕnŭs ā mēntō pălĕārĭă pēndēnt.

Mĕphītis, is.—*Sævāmque ĕxhālăt ŏpācă Mĕphītĭm Sȳlvă,* Virg. Æn. 7, 84. *Dea odoris gravissimi, id est graveolentia: omnis autem putor, mephitis appellatur.* SYN. Pūtŏr, fœtŏr. EPITH. Pūtĭdă, grăvĕŏlēns, grăvis, sūlphŭrĕă, sōrdēns, trīstis. VERS. Ŏlĭdām spīrăt cœnōsă mĕphītīm Ūndă. Fœtōrēm quāntūm tērră mĕphītis hăbĕt.

mērcātŏr, ōris. *impĭgĕr ēxtrēmōs cūrrĭt mērcātŏr ăd Īndōs,* Hor. Ep. 1, 1, 45. SYN. Nēgōcĭātŏr, vēndĭtŏr, īnstĭtŏr, ēmptŏr. EPITH. Vāgŭs, vigil, sōllĭcĭtŭs, pĕrĕgrīnŭs, dīvĕs, prōvĭdēns, īnsŏmnis, īrrĕquĭētŭs, sūbdŏlŭs, ĭnīquŭs. PHR. Mērcis mūtātŏr eōæ. Lucri ăvĭdŭs, cŭpĭdŭs. Lucris, dīvĭtĭīs, ŏpĭbŭs ĭnhĭāns. Lucri spē dūctŭs. VERS. Ēxtrēmōs cūrrit ăd Īndōs Paupĕrĭēm fŭgĭēns. Æquŏră ărăt, mĭsĕræquĕ sŭbit dīscrīmĭnă vītæ. Quēm sē mērcātŏr ăvārŭs Fīnxĕrăt ā rŭbri līttŏrĕ fērrĕ măris. Pĕr mīllĕ rŭēt dīscrīmĭnă vitæ. Vēctūrŭs mērcēs ŏpŭlēntās. V. *Mercor, et Avarus.*

mērcātūră. *ăvērsŭs mērcātūris, dēlīrŭs ĕt āmēns,* Hor. Sat. 2, 3, 107. SYN. Cōmmērcĭūm.

mērcēnārĭŭs. *Thēsaūro invēntō: qui mērcēnārĭŭs āgrūm,* Hor. S. 2, 6, 11. PHR. Mērcēdĕ *vel* prĕtĭō cōndūctŭs.

mērcēs, ēdis. *Mīttĕrĕt in pȳrgūm tālōs, mērcēdĕ dĭūrnā,* Hor. S. 2, 7, 17. SYN. Prǣmĭŭm, prĕtĭūm, mūnŭs. EPITH. Lārgă, āmplă, māgnĭfĭcă, īnsīgnis, ēxĭmĭă, dēbĭtă, æquă, jūstă, grātă. V. *Præmium.*

mērcēs, ĭūm. *Mērcĭbŭs hīc Ĭtălīs mūtāt sūb sōlĕ rĕcēnti,* P. EPITH. Vēnālēs, pĕrĕgrīnæ, quæsītæ, eōæ, Āttălĭcæ, ēxtērnæ, dīvĭtēs, ŏpŭlēntæ, prĕtĭōsæ.

mērcŏr, āris. *Paūlātĭm mērcārĭs āgrūm fŏrtāssĕ trĕcēntis,* Hor. Ep. 2, 2, 164. SYN. Ēmo, cŏēmo, nūndĭnŏr. PHR. Mērcātūrām făcio. Mērcēs mūto. Ēxtrēmis făcĕrĕ cōmmērcĭă tērris. Mūtāndis mērcĭbŭs ăd Īndōs pĕnētrārĕ, pĕlăgō sē cōmmĭttĕrĕ. Vĕhĕrĕ lōngīnquă pĕr æquŏră mērcēs. V. *Mercator.*

Mērcŭrĭŭs. *ōmnĭă Mērcŭrĭō sĭmĭlis, vōcēmquĕ, &c.* Virg. Æn. 4, 558. *Jovis*

Digitized by Google

*filius, ex Maiâ Atlantis, Arcadiæ Regis, filiâ. Deus eloquentiæ à Poëtis habitus. A mercatoribus furibusque invocabatur. Exhibetur Caduceum manu gestans, et galerum in capite; humeris pedibusque alatis.* SYN. Mâjŭgĕnă, Atlāntĭădēs, Cādūcĭfĕr, Hērmēs. EPITH. Făcūndŭs, vŏlŭcĕr, ālĭgĕr, sōlērs, fūr, vāfĕr, fūrāx, dōctŭs, cāllĭdŭs, caūtŭs, vērsūtŭs, āstūtŭs, præpĕs, ālātŭs, ālĭpēs, pēnnĭgĕr, Ārcădĭŭs, Cȳllēnĭŭs, Tĕgĕæŭs, *à Tegeâ urbe Arcadiæ*, cādūcĭfĕr. PHR. Cȳllēnĭŭs ālēs. Īntērprēs Dīvūm. Mâjā gĕnĭtŭs, sătŭs, nātŭs. Cȳllēnĭă prōlēs. Nĕpōs Ātlāntĭs. Dĕŭs ālĭgĕr, Ārcădĭŭs, Cȳllēnĭŭs, Tĕgĕæŭs. Dĕŭs pācĭfĕr. Cĭthăræ īnvēntŏr, rĕpērtŏr. Fūrĭbŭs āptŭs, ămīcŭs, dēxtĕr, făvēns. Fūrūm măgĭstĕr. Sōmnĭfĕrām quătĭēns vīrgām, tēctūsquĕ gălērō.

Mērcŭrĭŭs. *Planeta.* PHR. Cȳllēnĭŭs īgnis. Fūrĭbŭs fœcūndă crĕāndĭs Stēllă.

mĕrĕŏr, *vel* mĕrĕo. *Sī nēmō præstĕt quēm nōn mĕrĭārĭs ămōrēm*, Hor. Sat. 1, 1, 87. SYN. Prōmĕrĕŏr, dīgnŭs sūm. VERS. Sī pĭĕtātĕ mĕrēmŭr, āspĭcĕ nōs. Prīmām mĕrŭī quī laūdĕ cŏrōnām.

mĕrĕo. *Cāstrōrum in plēbĕ mĕrēbāt*, Luc. 6, 144. SYN. Mīlĭto. PHR. Cāstră sĕquŏr. Īn cāstrīs mĕrĕo. Ærĕ mĕrēns pārvō.

mĕrētrix, īcis. *Pērdĕrĕ quīs vĕlĭt, ā tūrpī mĕrētrīcĭs ămōrĕ*, Hor. S. 1, 4, 111. SYN. Pēllēx, lŭpă, scōrtūm, prōstĭbŭlūm. EPITH. īnfāmĭs, lāscīvă, īmpūră, tūrpĭs, fāmōsă, ōbscœnă, sōrdĭdă, sălāx, ăvāră, īnhŏnēstă, ădūltĕră, pūblĭcă, āstūtă, pērnĭcĭōsă, lūxŭrĭōsă, mĭsĕră, pĕtŭlāns, īnvĕrĕcūndă, aŭdāx, ēffrōns, răpāx, īnfēlix, blāndă, cōmptă, pērfĭdă, scĕlĕrātă, īmpĭă. PHR. Fūcātīs fāllĕrĕ dōctă dŏlīs. Fūcātō vūltū, blāndīs jŏcīs pēllāx. Tūrpĭs ămīcă. Mōrĕ mĕrētrīcĭō quæstūm făcĭēns. Īnfāmĭs tūrbă lŭpārūm. Īncaūtōs flēctĕrĕ dōctă vĭrōs. Īllĕcĕbrīs quæ fāllĭt ămāntēs. Quōvīs mĕrcābĭlĭs ærĕ. Āt prŏcŭl ābjēctō mĕrētrix ēffrænă pŭdōrĕ. V. *Amica et Libidinosus.*

mērgēs, ĭtis.—*aūt Cĕrĕālĭs mērgĭtĕ cūlmī*, Virg. Geo. 2, 517. SYN. Mănīpŭlŭs, mănīplŭs.

mērgo, si, sūm. *īn sŏlĭō pŭtō tē mērgĕrĕ vēllĕ căpŭt*, Mart. 11, 96. SYN. īmmērgo, mērso, sūbmērgo, dēmērgo. PHR. Āquīs ăblŭo, tīngo, spārgo. Īn ăquās īmmītto, spārgo, præcĭpĭto, dō præcĭpĭtēm. Āquīs ōbrŭo, prĕmo, ōpprĭmo, ēxtīnguo. VERS. Sēse īn flŭvĭūm sāltū dĕdĭt. Spārgĭtĕ mē īn flūctūs, vāstōque īmmērgĭtĕ pōntō. Lĭquĭdās prōjĕcĭt īn ūndās Præcĭpĭtēm. Mĕdĭōquĕ sūb æquŏrĕ mērsĭt. V. *Abluo.*

mērgŭs. *Cūm mĕdĭō cĕlĕrēs rĕvŏlānt ēx æquŏrĕ mērgī*, Virg. G. 1, 361. EPITH. Præpĕs, fŭgāx, pērnix, cănōrŭs, āprīcŭs, mărīnŭs, pīscāns, ăquātĭcŭs, ĕdāx, tūrpĭs, vŏrāx. PHR. īncŏlă mērgŭs ăquæ. Hŭmĭlĭs vŏlăt æquŏră jūxtă. Nāntī sĭmĭlĭs, sĭmĭlīsquĕ vŏlāntī.

mĕrīdĭānŭs. *īntērjūngĭt ĕquōs mĕrīdĭānă.* (Phal.) Mart. 2, 67, 7.

mĕrīdĭēs, ĭēi. *īntĕr tĕpēntēs pōst mĕrīdĭēm būxōs.* (Scaz.) Mart. 3, 20, 13. PHR. Mĕdĭŭs dĭēs. Mĕdĭŭs Sōlĭs cūrsŭs. Sōl mĕdĭō āltīssĭmŭs, *vel* cālĭdīssĭmŭs ōrbĕ. Cūm făcĭt mīnĭmās ūmbrās ā vērtĭcĕ Phœbŭs. Cūm mĕdĭūm cœlī ōrbēm Sōl cōnscēndĭt, haūsĭt. Cūm mĕdĭōs æstūs Sōl āccēndĭt. Cūm Sōl mĕdĭūm cœlī trājēcĭt ōrbēm. Cūm Sōl āb ŭtrāquĕ mētā pārī dīstăt spătĭō. VERS. Sōl mĕdĭām cœlī tĕrĭt ārdŭŭs ārcēm. Fēcĕrăt ēxĭgŭās jām Sōl āltīssĭmŭs ūmbrās. Tēmpŭs quō pĕcŭdēs ūmbrās ēt frīgŏră căptānt. Jāmquĕ dĭēs mĕdĭŭs tĕnŭēs cōntrāxĕrăt ūmbrās, Īnquĕ pārī spătĭō vēspĕr ēt ōrtŭs ĕrăt. Aūt plūs, aūt mĕdĭūm Sōlĕ tĕnēntĕ dĭēm. Mĕdĭās Sōlĕ tĕnēntĕ vĭās. Æstŭs ĕrăt, mĕdĭūsquĕ dĭēs ēxēgĕrăt ūmbrām.

2. mĕrīdĭēs, *i. e. Auster.* EPITH. Mădĭdŭs, hūmēns, plŭvĭŭs, īmbrĭfĕr, cālĭdŭs. PHR. Plăgă Aūstrālĭs. Plăgă nīmbĭfĕrōs quæ tōrrĭdă vērgĭt ăd Aūstrōs.

mĕrĭtō. Adv. *Sēd fŭgĕrēm mĕrĭtō naūfrăgŭs ōmnĕ frĕtūm*, Ov. Tr. 5, 12, 52. SYN. Dīgnē.

mĕrĭtūm. *Grāndĭă lātūrŭs mĕrĭtōrūm præmĭă, quĭd stās?* Hor. 2, 2, 28. SYN. Prōmĕrĭtūm: bĕnĕfĭcĭūm, *vel* vīrtŭs.

mĕrĭtŭs. *Sīc fātŭs mĕrĭtōs ārīs māctāvĭt hŏnōrēs*, Virg. Æn. 3, 118. SYN. Prōmĕrĭtŭs, dīgnŭs, nōn īmmĕrĭtŭs.

Mĕrŏē, ēs. *ā Mĕrŏē pōrtābĭt ăquās ŭt spārgăt īn ædēm*, Juv. L. 2. S. 6, 527. EPITH. Fœcūndă, dīvĕs, fērtĭlĭs, Cēphēă, *à Cepheo Æthiopiæ Rege;* nīgră, fūscă, ūstă, ădūstă, ŏdōrātă, suāvĭs, frāgrāns, aūrĭfĕră, cīrcūmflŭă, Nīlĭăcă. PHR. Ēxtrēmō Mĕrŏē cīrcūmflŭă Nīlō.

mĕrūm. *Nōctūrnō cērtārĕ mĕrō, pŭtērĕ dĭūrnō*, Hor. Ep. 1, 19, 11. V. *Vinum.*

Digitized by Google

**mĕrŭs**, ă, ŭm.—*Quăm si mĕră vină bĭbissĕt*, Ov. Met. 15, 331. SYN. Sincērŭs, vērŭs, *vel* pūrŭs, liquĭdŭs.

**mĕssis.** *Thĕstÿlis ĕt rŭbrăs mĕssibŭs ŭstă gĕnăs*, Mart. 8, 56, 18. SYN. Frūgēs, sĕgĕs, Cĕrēs, ărĭstæ, spicæ. EPITH. Trĭtĭcĕă, Cĕrĕālis, spicĕă, dīvĕs, ŏpīmă, ūbĕr, frūgĭfĕră, fērtĭlis, cānă, grăvĭdă, cōpĭōsă, lārgă, āmplă, mātūră, flāvă, lætă, fœcūndă, aŭrĕă, ăbūndāns, plēnă, flāvēscēns, ārĭdă, sīccă, pŭlchră, ŏdōră, ēxpēctātă, cōllēctă, scīssă. PHR. Cĕrĕālĭă dōnă, mūnĕră. Mātūræ sĕgĕtēs. Plēnis ărĭstis dīvēs. Mātūris ărĭstis ālbēscēns, flāvēns. Hōrrĕă rūmpēns. Dītāns ăgrĭcŏlăm. Plēnă Cĕrēs, ĕt vīncēns hōrrĕă mĕssis. Grăvĭdis ŏnĕrāti flāvēntēs mĕssibŭs ăgri. Mātūris ālbēscit, *vel* flāvēscit mĕssis ărĭstis. V. *Seges et Meto.*

**mĕssŏr**, ōris. *Thĕstÿlis ĕt răpĭdō fēssis mĕssōrĭbŭs æstŭ*, Virg. Ecl. 2, 10. EPITH. Rūstĭcŭs, dūrŭs, sūdāns, ūstŭs, cūrvŭs, cūrvātŭs, impĭgĕr, sēdŭlŭs, īndēfēssŭs, ădūstŭs, mātūtīnŭs, īnsōmnis, tōrrĭdŭs. PHR. Mĕssēm fălcĕ sĕcāns: ārvă mĕtēns.

**mētă.** *Hic vĕl ăd Ēlĕi mētăs, ĕt māxĭmă cāmpi*, Virg. Geo. 3, 203. SYN. Līmĕs, fīnis, tērmĭnŭs. PHR. Cōntīngĕrĕ mētăm. V. *Limes.*

**mĕtāllĭcŭs.** *His ĕrgŏ cūjŭs ē mĕtāllĭcă vēnă.* (Scaz.)

**mĕtāllĭfĕr**, ă, ŭm. *Pārtă mĕtāllĭfĕris lōngō discrīmĭnĕ tĕrris*, Sil. 15, 498. PHR. Mĕtālli fĕrāx, *vel* dīvēs.

**mĕtāllŭm.** *Inĕxhaūstis Chălÿbŭm gĕnĕrōsă mĕtāllis*, Virg. Æn. 10, 174. EPITH. Rŭtĭlŭm, flāvŭm, grăvĕ, fŭlvŭm, fūlgēns, crŏcĕŭm, sŏlĭdŭm, rĭgĭdŭm, nĭtĭdŭm, splēndēns, prĕtĭōsŭm. PHR Mĕtālli cōngĕrĭēs, māssă, pōndĕră. Mĕtāllōrŭm vis ingēns, imis rĕcōndĭtă tērræ Viscĕrĭbŭs. *Præcipuæ Metallorum species*, Aūrŭm, Ārgēntŭm, Æs, Fērrŭm, Plūmbŭm, Stānnum. *Marmor etiam* Metallum *vocatur.*

**mĕtămōrphōsis**, is. *Hæc mĕtămōrphōsis nōn dēlīrārĕ pŏētās*, Mant. SYN. Trānsfōrmātio, mūtātio. PHR. Vărĭă spĕcĭēs. Vērsæ, vărĭātæ fĭgūræ. Mūtātæ in nŏvă cōrpŏră fōrmæ. Nŏvăm fōrmăm, spĕcĭēm, *vel* fĭgūrăm sūmĕrĕ, sŭbīrĕ, īndŭĕrĕ, in nŏvās spĕcĭēs, *vel* in nŏvŏs vūltŭs mūtāri, trānsfērri, trānsfōrmāri. Fĭgūrăm văriārĕ, nŏvārĕ, mūtārĕ, ēxŭĕrĕ. In vărĭās trānsīrĕ fĭgūrās. VERS. In nŏvă fērt ănimŭs mūtātās dīcĕrĕ fōrmās Cōrpŏră. Nūllă tĕnēnt vĕtĕris vēstīgĭă fōrmæ. In vūltŭs sē trānsfōrmāt ănīlēs. Quōs hŏmĭnum ēx făcĭē Dĕă sævă pŏtēntĭbŭs hērbis īndŭĕrāt Circe in vūltŭs āc tērgă fĕrārŭm.

**mĕtātŏr**, ōris. *Aūdāx Hēspĕrĭōs vĕnĭām mĕtātŏr in ăgrōs*, Lucan. 1, 382. EPITH. Sŏlērs, æquŭs.

**Mĕtaūrŭs**, *vel* ŭm. *Tēstis Mĕtaūrŭm flūmĕn, ĕt Āsdrŭbăl*, Hor. Car. L. 4, Od. 4, 38. EPITH. Văgŭs, sŏnāns.

**Mēthÿmnă**, *vel* Mēthÿmnē. *Gārgără quŏt sĕgĕtēs, quŏt hăbĕt Mēthÿmnă răcēmŏs*, Ov. A. A. 1, 57. EPITH. Cūltă, fĕrāx, fērtĭlis, fœcūndă, săcră, dīvĕs, Lēsbĭă.

**mĕtĭcŭlōsŭs.** *Plaut.* V. *Timidus.*

**mētĭŏr**, iris, itŭs.—*Bĭpĕdŭm cūrsū mētĭtŭr ĕquōrŭm*, Virg. G. 4, 389. SYN. Mēnsūro, dīmētĭŏr, dēfīnio, pōndĕro, *vel* æstĭmo.

**mĕto**, mĕssŭi, mĕssŭm. *Pŭrpŭrĕāsquĕ mĕtūnt flōrēs*, &c. Virg. Geo. 4, 54. SYN. Dēmĕto. PHR. Mĕssēm, ărĭstās, Cĕrĕālĭă dōnă, Cĕrĕālĭă mūnĕră, sēmĭnă rĕsĕco. Mĕssēm sūccīdo, tōndĕo, dēcērpo, lĕgo, cōllĭgo. Mĕssēm fălcĕ, rĕsĕco, prōstērno, ŏbrŭo. Tērrăm, ārvă, flāvēntĭă frūgĭbŭs, spŏlĭo. Ārvis mĕssēm ăbdūco. Fălcēm sĕgĕti, ărĭstis mātūris sŭppōno. VERS. Accĭpĭūnt sūccīsās hōrrĕă mĕssēs. Cōngēstās ārĕă cēpit ŏpēs. Flāvās dūm tōndĕt mĕssŏr ărĭstās. Jăm mātūră Cĕrēs fălcĕ rĕsēctă cădit. Nămquĕ vĕlūt dēnsās prōstērnēns mĕssŏr ărĭstās, Sōlĕ sŭb ārdēnti flāvēntĭă dēmētit ārvă.

**mētŏr**, āris. *Ingĕrit, ĕt lātē cāmpōs mētātŭr ăpērtōs*, Nemes. SYN. Mētĭŏr, līmĭto, tērmĭno, dēfīnio. V. *Limito.*

**mĕtŭēndŭs.** *Bēllĭcis, nĕc tē mĕtŭēndĕ cērtă*, (Sapph.) SYN. Tĭmēndŭs, trĕmēndŭs, hōrrēndŭs, fōrmīdābĭlis. V. *Terribilis.*

**mĕtŭo.** *Id mĕtŭēns, vĕtĕrisquĕ mĕmŏr Sātūrnĭă bēlli*, Virg. Æn. 1, 27. SYN. Tĭmĕo, hōrrĕo, vĕrĕŏr, fōrmīdo, păvĕo. V. *Horreo et Timeo.*

**mĕtŭs**, ūs. *Spēmquĕ mĕtŭmque intĕr dŭbĭi*, &c. Virg. Æn. 1, 222. SYN. Tĭmŏr, tērrŏr, păvŏr. V. *Horror et Timor.*

**Mævĭŭs.** *Qui Băvĭŭm nōn ōdit, ămĕt tŭă cārmĭnă, Mævi*, Virg. Ecl. 3, 90. EPITH. Indōctŭs, aūdāx, prŏcāx, *Scribitur et* Mævius.

**Mĕzēntĭŭs.** *Cōntēmptŏr dīvūm Mĕzēntĭŭs*, &c. Virg. Æn. 7, 648. *Tyrrhenorum Rex, impietate et crudelitate infamis: qui mortua corpora vivis jungebat, ore*

Digitized by Google

*ori admoto, sicque longâ morte enecabat.* EPITH. Fĕrŭs, fĕrōx, īnhūmānŭs, īmpĭŭs, dīrŭs, Tȳrrhēnŭs, ācĕr, īmmānīs. VERS. Mŏrtŭă quīn ĕtĭām jūngēbăt cŏrpŏră vīvīs, Cŏmpōnēns mănĭbŭsquĕ mănūs, ătque ōrĭbŭs ōră, (Tōrmēntī gĕnŭs) ĕt sănĭē tābŏquĕ flŭēntēs Cōmplēxu in mĭsĕrō lōngā sīc mōrtĕ nĕcābăt.

mĭcă. *Nūllăquĕ mīcă sălĭs, nĕc ămārī fĕllĭs ĭn īllīs,* Mart. 7, 24, 3. EPITH. Tĕnŭīs. VERS. Nōn ĕst ĭn tāntō cŏrpŏrĕ mīcă sălĭs.

mīco, cŭi.—*Crēbrīs mĭcăt ignĭbŭs æthĕr,* Virg. Æn. 1, 94. SYN. Splēndĕo, fŭlgŭro, cŏrŭsco, splēndēsco, nĭtēsco, fŭlgĕo, rădio, īrrădio, rĕfŭlgĕo. V. *Splendeo, Luceo.*

Mīdās, æ. *Bārbărĭcŏquĕ Mīdān, ădĕrăt nām fŏrtĕ cănēntī,* Ovid. Met. 11, 162. *Phrygiæ Rex, qui à Baccho obtinuit, ut quicquid tangeret in aurum verteret &c. Arbiter electus ab Apolline et Pane, huno illi prætulit: quam injuriam ultus Apollo asininas ei aures addidit.* EPITH. Aūrītŭs, dīvĕs, ăvārŭs, mĭsĕr, stŏlĭdŭs, fămēlĭcŭs, īmprūdēns, Mȳgdŏnĭŭs, Phrȳgĭŭs. PHR. Bĕrĕcīnthĭŭs hērōs. Rēx aūrītŭs. Dīvĕs Phrȳgĭæ Rēx.

mīgro.—*āccĭpĕrēnt prŏprĭās, signīsquĕ mīgrārēnt,* M. *Dīscĕrĕt, hæc mĕă sūnt, vĕtĕrēs mīgrātĕ cŏlōnī,* Virg. Ecl. 9, 4. SYN. Dēmigro, ēmigro, cōmmigro, discēdo, ăbĕo, ēxĕo. Sŏlūm vĕrto, mūto. V. *Abeo, Discedo.*

mīlĕs, ĭtĭs. *āgrĭcŏlæ nūnc sūm, mīlĕs ăntĕ fŭī,* Mart. 14, 34. SYN. Bēllātŏr. EPITH. Bēllĭgĕr, fŏrtĭs, gĕnĕrōsŭs, aūdāx, Mārtĭŭs, Māvŏrtĭŭs, īndŏmĭtŭs, strēnŭŭs, dūrŭs, rŏbūstŭs, sævŭs, ācĕr, ăcērbŭs, ăvārŭs, fĕrōx, crŭēntŭs, sānguĭnĕŭs, īntrĕpĭdŭs, fĕrŭs, īmpĭgĕr, crūdēlĭs, vălĭdŭs, fŭrēns, răpāx, scĕlĕrātŭs, īmpĭŭs, pŭgnāx, nŏbĭlĭs, trūx, īmmītĭs, bārbărŭs, mĭnāx, hŏrrēndŭs, īnhūmānŭs, clȳpĕātŭs, scūtātŭs, crīstātŭs, phălĕrātŭs. PHR. Dūrī mīlĕs Mārtĭs. Hŏrrĭdă cāstră sĕquēns. Mārtĭs sīgnă crŭēntă sĕquēns. Ōrĕ trŭcī, vūltŭquĕ mĭnāx. Sūmptīs ănĭmōsŭs ărmīs. Ācĕr ĭn ārmīs. Ăvĭdŭs prædæ, sĭtĭēnsquĕ crŭōrēm. Bēllātōrŭm, pūgnāntŭm ăcĭēs. Mārtĭă, bēllĭcă tūrbă. Pūgnācēs vĭrī. Ēxpērtēs bēllī jŭvĕnēs. Rōbŏră pūbĭs. Māvŏrtĭă pūbēs. Bēllō lēctă jŭvēntŭs. VERS. Hōs cāstră jŭvănt, ĕt lĭtŭō tŭbæ pērmīstŭs sŏnĭtŭs. Ēxĭgŭī nŭmĕrō, sēd bēllō vĭrĭdă vīrtŭs. V. *Bellator et Acies militaria.*

mīlĭtārĭs. *īntĕrquĕ sīgnă tūrpĕ mīlĭtārĭă.* (Iamb.) Hor. Epod. 9, 15. SYN. Bēllĭcŭs, Mārtĭŭs, Māvŏrtĭŭs.

mīlĭtĭă. *Præmĭă mīlĭtĭæ pŭlvĕrŭlēntă sĕquī,* Ov. Am. 1, 15, 4. SYN. Ārs bēllĭcă: bēllī, Mārtĭs ŏpŭs: Mīlĭtĭæ lăbŏr, ŏffĭcĭŭm. V. *Bellum.*

mīlĭto. *ĕt mīlĭtāvī nōn sĭnĕ glōrĭā.* (Alcaic.) Hor. Od. 3, 26, 2. SYN. Mĕrĕo; bēllo, ās. PHR. Ārmă gĕro. Gĕro Mārtĭs ŏpŭs. Bēllă, cāstră, ārmă sĕquŏr. Stīpēndĭă mĕrĕo, mĕrĕŏr ĭn bēllō, ĭn cāstrīs mĕrĕo. Mīlĭtĭām sŭbĕo. Mīlĭtĭæ sŭbĕo, fĕro, tŏlĕro lăbōrēm. Pĕrīcŭlă Mārtĭs ēxpĕrĭŏr. Mīlĭtĭæ ŏpŭs trācto. Sŭb ārmīs sūdo. Præmĭă mīlĭtĭæ pŭlvĕrŭlēntă sĕquŏr. Ăcĭēs ĕt fĕră bēllă sĕquī.

mīllĕ. *Mīllĕ mĕæ Sĭcŭlīs ērrānt ĭn mōntĭbŭs āgnæ,* Virg. Ecl. 2, 21. SYN. Bĭs quīngēntī.

mīllēsĭmŭs. *Stābĭt bārbărĭcō cōnjūx mīllēsĭmă lēctō,* Lucan. 1, 411.

Mīlo, ōnĭs. *Rōbŏră; flĕtquĕ Mīlō sĕnĭŏr, cūm spēctăt ĭnānēs,* Ovid. Met. 15, 229. *Athleta Crotoniensis, qui in Olympicis ludis Taurum ictu pugni interfecit, ac per stadium portavit, unoque die devoravit integrum.* EPITH. Fŏrtĭs, vălĭdŭs, rŏbūstŭs, nĕrvōsŭs, pŏtēns, dūrŭs, ācĕr.

mīlvīnŭs, ă, ūm. *Nīsī mīlvīnīs aūt ăquĭlīnīs ūngŭlīs.* (Iamb.)

mīlvŭs, *vel* mīlvĭŭs. *Sūspēctŭs lăquĕōs ĕt ŏpērtūm mīlvĭŭs hāmūm,* Hor. Ep. 1, 16, 51. EPITH. Răpāx, ăvĭdŭs, rāptŏr, ĕdāx, cĕlĕr, præpĕs, vēlōx, cārnĭvŏrŭs, pērnīx, āĕrĭŭs, cĭtŭs, vŏlŭcĕr, prædātŏr, crūdēlĭs, fĕrōx. VERS. Sūmmă răpāx Mīlvŭs ĭn āstră vŏlăt. V. *Accipiter.*

Mīmās, āntĭs. *Nĕc nōn Ēvāntēm Phrȳgĭūm Părĭdīsquĕ Mĭmāntă,* Virg. Æn. 10, 702. EPITH. Sævŭs, fĕrōx, īmmānĭs, rĕbēllĭs, vāstŭs, vălĭdŭs.

mīmĭcŭs. *Tūrpe īncēdĕrĕ, mīmĭcē, ĕt mŏlēstĕ.* (Phal.) Cat. 40, 8. SYN. Cōmĭcŭs, rīdĭcŭlŭs.

mīmŭs. *Scrībĕrĕ sī fās ēst īmĭtāntēs tūrpĭă mīmōs,* Ov. Trist. 2, 515. SYN. Gēstĭcŭlātŏr, hīstrĭo, cōmĭcŭs, scēnĭcŭs, *vel* æmŭlŭs, īmĭtātŏr. V. *Histrio.*

mĭnācĭtĕr. *Cūlmĭnĕ cōncēdĭt, prēssōquĕ mĭnācĭtĕr ōrĕ,* Mart.

mĭnāntĕr. *Mūltăquĕ sūbmīssē, mūltă mĭnāntĕr ăgānt,* Ovid. A. A. 3, 582.

mĭnæ, ārŭm. *Nūllæ ĭn frōntĕ mĭnæ, nĕc fōrmĭdābĭlĕ lūmĕn,* Ovid. Met. 2, 857. SYN. Mĭnātĭo. EPITH. Tŭmĭdæ, sævæ, rĭgĭdæ, grăvēs, trīstēs, tĕrrĭbĭlēs, fĕrōcēs, sĕvēræ, ătrōcēs, sŭpērbæ, aūdācēs, vānæ, răbĭdæ, dīræ, crūdēlēs, hŏstīlēs,

Digitized by Google

justæ, injustæ. PHR. Verbōrūm tĕrrŏr. Mĭnāntĭă, mĭnācĭă, mĭnĭtāntĭă, ăspĕră, dūră, rĭgĭdă vērbă. Mĭnācĭă, ăspĕră dīctă. Rĭgĭdæ, tŭmĭdæ vōcēs. Vērbă mĭnāntĭs. Mĭnācēs ănĭmī. Vērbōrūm fūlmĭnă. VERS. Tĕrrĭtăt hōrrēndĭs impĕrĭōsă mĭnīs. Āddĭt ĕt ĭnsānĭs lūmĭnă tōrvă mĭnīs.

mĭnāx, ācis. *Prīmŭs ĕt īrĕ vĭam, ĕt flūvĭōs tēntārĕ mĭnācēs*, Virg. Geo. 3, 77. SYN. Mĭnĭtāns, *vel* ăspĕr.

Mincĭŭs. *Mincĭŭs ēquĕ săcrā rĕsŏnānt ĕxāmĭnă quērcū*, Virg. Ecl. 7, 13. EPITH. inflĕxŭs, tārdŭs, ămœnŭs.

Mĭnērvă.—*ŏpĕrum haud ignāră Mĭnērvæ*, Virg. Æn. 5, 284. *Deá scientiarum et armorum; quam è Jovis cerebro natam fingunt Poëtæ: quo commento scientias ex inexhausto Divinæ Sapientiæ fonte depromptas esse significant: Lanificii etiam ac oleæ inventrix habita est, unde hæc arbor ipsi sacra.* SYN. Pāllăs, *Gr.* Παλλὰς, Trītōnĭă, Trītōnĭs, *à Tritonide lacu, ubi virginali habitu apparuerat.* EPITH. Căstă, innūptă, pŭdīcă, innūbă: fācūndă, dōctă, ingĕnĭōsă: ărmĭpŏtēns, bēllĭcă, bēllātrix, ărmĭgĕră, pūgnāx, fĕrōx, ărmātă, pŏtēns, tērrĭbĭlĭs, gĕnĕrōsă, impăvĭdă, fōrtĭs: Āttĭcă, Cĕcrōpĭă, *quia in Atticâ præcipuè colebatur.* Lānĭfĭcă, ŏpĕrōsă. PHR. Bēllōrūm Dĕă. Cārmĭnĭs invēntrix. Lānĭfĭcĭi invēntrix Dĕă. Bēllĭcă vīrgo. Dīvă bēllātrix. Ārmĭpŏtēns fīlĭă, nātă Jŏvĭs. Pătērnō ēdĭtă vērtĭcĕ Pāllăs. Bēlli Dĕă præsēs. Vīrgo, pŏtēns bēlli, ingĕnĭōsă, dōctă. Pāllădĭūm nūmĕn. Sōlō Jŏvĕ nātă. Nātă sĭnĕ mātrĕ Dīvă Jŏvĭs sŏbŏlēs. Fōrmāquĕ ārmisquĕ dĕcōră: ē cĕrĕbrō prōgnātă Jŏvĭs. Ārmă mănū sānguĭnŏlēntă rŏtāns. Bēllō mĕtŭēndă vīrāgo, ărmĭpŏtēns bēlli præsēs. Trītōnĭă vīrgo. Invēntrix ŏlĕæ.

mĭnĭmē. *Quŏd mĭnĭmē rēris, Grāiă pāndētŭr ăb ūrbĕ*, Virg. Æn. 6, 97. SYN. Nēquāquām, nōn.

mĭnĭmŭs. *imbŭĭt, ĕt cōgĭt mĭnĭmās ēdĭscĕrĕ sōrdēs*, Juv. 14, 124.

mĭnistĕr, strī. *Īlĭădūm tūrba ĕt Phrўgĭŭs cŏmĭtātă mĭnĭstrĭs*, Virg. Æn. 2, 580. SYN. Fămŭlŭs, sērvŭs, sătēllĕs. V. *Servus.*

mĭnistro. *Cœnă mĭnĭstrātŭr pŭĕrĭs trĭbŭs, ĕt lăpĭs ălbŭs*, Hor. S. 1, 6, 116. SYN. Sūppĕdĭto, sūffĭcĭo, *vel* sērvĭo, fămŭlŏr.

mĭnĭtŏr, ārĭs. *Sæpĭŭs hānc ŏb rēm mĭnĭtātŭr tērră rŭīnās*, Luc. 6, 571. V. *Minor.*

mĭnĭūm. *Sānguĭnĕĭs ĕbŭlī bāccĭs mĭnĭōquĕ rŭbēntēm.* EPITH. Pūrpŭrĕūm, rŭbĕūm, rŭbēns, rŏsĕūm, rŭtĭlūm, mĭcāns, nĭtēns, dĭlūtūm, Ībĕrūm, Hĭspānūm. V. *Fucus.*

mĭnŏr, ōris. *Nōn mĭnŏr ēst virtūs, quām quærĕrĕ, &c.* Ovid. *In plur.* SYN. Pŏstĕri, nĕpōtēs.

mĭnŏr, āris.——*quōdcūnquĕ mĭnābĭtŭr ārcŭs*, Hor. A. Poët. 350. SYN. Mĭnĭtŏr, cōmmĭnŏr, intēnto. PHR. Mĭnās jăcto, incŭtĭo, āddo, ādjĭcĭo, intēnto. Mĭnĭs īnsto, incrĕpo. Mĭnĭs, vērbĭs tĕrrĕo, tērrĭto, ūrgĕo. Ōrĕ mĭnācī, trŭcĭbŭs vērbĭs incŭtĭo mĕtūm. VERS. Mūltās tŭmĭdō spārgit ăb ōrĕ mĭnās. Præsēntēmquĕ vĭrīs intēntānt ōmnĭă mōrtēm. Quās gĕrĭt ōrĕ, *vel* spīrăt ăb ōrĕ mĭnās. Mūlta ăc mĕtŭēndă mĭnātŭr. Ænēās mōrtēm cōntrā præsēnsquĕ mĭnātŭr Exĭtĭūm, si quisquam ădĕăt, tērrētquĕ trĕmēntēs. Plūra ĕt grăvĭōră mĭnātŭr. Mĭnāsquĕ Ni prōcŭl ăbscēdăt, cōnvĭcĭāque insŭpĕr āddūnt. Ēdĭdĭt hōrrēndōs ōrĕ mĭnāntĕ sŏnōs.

Mĭnōs, ōis. *ūxōrēm quōndām māgnī Mĭnōĭs, ŭt ăiūnt*, Prop. 2, 32, 57. *Filius Jovis et Europæ, Rex Cretæ. Quòd justitiâ insignis fuerit, eum Poëtæ Inferorum Judicem fecerunt, cum fratre Rhadamantho, et Æaco. Pasiphaën habuit uxorem, ex quâ natus est Minotaurus.* EPITH. Gnōsĭăcŭs, Gnōsĭŭs, Gōrtўnĭŭs, Dictæŭs, *i. e. Cretensis.* Āgēnŏrĕŭs, *ab Agenore patre Europæ*, quæsītŏr, lēgĭfĕr, rĭgĭdŭs, sĕvērŭs, jūstŭs, immītĭs, inēxōrābĭlĭs. PHR. Gnōsĭăcŭs, Gnōsĭŭs, Gōrtўnĭŭs, Dictæŭs, Āgēnŏrĕŭs Rēx. Gnōsĭăcŭs dūx, hērōs, jūdēx, ārbĭtĕr. Ūmbrārūm jūdēx. Ārbĭtĕr Ōrci. VERS. Quæsĭtŏr Mĭnōs ūrnām mŏvĕt, īllĕ sĭlēntūm Cōncĭlĭūm vŏcăt, ĕt vītās ĕt crīmĭnă dĭscĭt.

Mĭnōtaurŭs. *Mīnōtaurŭs inēst, Vĕnĕrĭs mŏnĭmēntă nĕfāndæ*, Virg. Æn. 6, 26. *Monstrum partim homo, partim taurus, natum ex Pasiphaë, Minois uxore, et Tauro. Hoc Minos in Labyrintho inclusit, ubi humanâ carne vescebatur. Occisum est à Theseo, ope Ariadnes adjuto.* EPITH. Infōrmĭs, tūrpĭs, hōrrēndŭs, tērrĭbĭlĭs, Crēssĭŭs, Crētēnsĭs, Gnōsĭŭs, Gnōsĭăcŭs, Gōrtўnĭŭs, Dictæŭs, *à Gnoso, et Gortynâ, urbibus, et Dicte monte Cretæ.* Sævŭs, dīrŭs, indŏmĭtŭs, Lăbўrīnthēŭs. PHR. Mĭnōŭs, Mĭnōĭŭs taurŭs. Mĭnōūm mōnstrūm. Vir sēmĭbŏs. Bōs

sēmivir. Sēmivĕrūm mōnstrūm. Taūrŭs, bĭfōrmis, Lăbyrinthæŭs. Quīque hŏmŭ pārtĕ sŭī. pārtĕ jŭvēncŭs ĕrāt. Hic crūdēlis ămŏr taūri, sūppŏsĭtăquĕ fūrtō Pāsiphăē. Mixtūmquĕ gĕnŭs, prōlēsquĕ bĭfōrmis.

minŭo, ŭi, ŭtūm. *Vōcĕ quās rēddās, mĭnŭēntŭr ārtĕ,* (Sapph.) Hor. Od. 4, 11, 35. SYN. Dĭmĭnŭo, īmmĭnŭo, ēxtĕnŭo, āttĕnŭo, ēlĕvo, dēbĭlĭto, dētrāho, dēlībo, ēxhaūrio.

minŭs. *Qui nōn ēst hŏdĭē, crās mĭnŭs āptŭs ĕrĭt,* Ovid.

mĭnūtātim. *ōssă mĭnūtātim mōrbō cōllāpsă trăhēbāt,* Virg. Geo. 3, 485. SYN. Mēmbrātim, *vel* sēnsim.

minūtŭs. *Cōnvĕnĭēbāt ĕnim frūgēs quŏquĕ sæpĕ mĭnūtās,* Lucr. 1, 880. SYN. Ēxĭgŭŭs, tĕnŭis, ēxīlis.

Mĭnyæ, ārūm. *Dīrĭgŭērĕ mĕtū Mĭnyæ: sŭbĭt īllĕ nĕc ignēs,* Ov. Met. L. 7, 155. *Thessaliæ populi, qui Jasonem ad expeditionem Colchicam secuti sunt.* EPITH. Fōrtēs, māgnănĭmi, gĕnĕrōsi, ănĭmōsi, aūdācēs, bēllācēs, pŏtēntēs. VERS. Jāmquĕ frĕtūm Mĭnyæ Pēgăsæā pūppĕ sĕcābānt. *Ovid.*

mīrābĭlis. *Quin ĕt caūdĭcĭbŭs sēctis, mīrābĭlĕ dīctū,* Virg. Geo. 2, 30. SYN. Mīrŭs, mīrāndŭs, ādmīrābĭlis, ādmīrāndŭs, stŭpēndŭs, mīrĭfĭcŭs.

mīrābŭndŭs. *Mīrābŭndă tămĕn cĭlĭīs cōnsīdĕrăt āltis,* M. SYN. Ādmīrāns, stŭpĕfāctŭs, ōbstŭpĕfāctŭs.

mīrācŭlūm. *ōmnĭă trānsfōrmăt sēse in mīrācŭlă rērŭm,* Virg. Geo. 4, 441. SYN. Mīrāclūm, pōrtēntūm, prŏdĭgĭūm. EPITH. Īnsignĕ, stŭpēndūm, īnsŏlēns, īnsuētūm, cĕlĕbrĕ, nŏvūm, īnsŏlĭtūm, īnaūdĭtūm, ingēns. PHR. Rēs mīrāndă. Mīrābĭlĕ fāctūm. Dictū mīrābĭlĕ mōnstrūm. Rēs plēnă stŭpōris. Rēs nŏvă, nūllis cōgnĭtă tēmpŏrĭbŭs. Mīrācŭlă rērūm. Mīră rĕlātū.

mīrātŏr, ōris. *Mīrātŏr vĕtĕrūm sĕnĕx ăvōrūm,* (Phal.) Mart. 10, 87, 25. SYN. Ādmīrātŏr.

mīrĕ, *adverb. Mīrĕ săgācēs fāllĕrĕt hŏspĭtēs,* (Alcaic.) Hor. Od. 5, 3, 22.

mīrĭfĭcē. *Mīrĭfĭcē ēst ā tē nāctŭs ŭtrūmquĕ mălūm,* Cat. 69, 3. SYN. Mīrĕ.

mīrĭfĭcŭs. *Quŏd si mīrĭfĭcūm prōfērrĕ, &c.* M. SYN. Mīrābĭlis, mīrŭs, stŭpēndŭs.

mīrŏr, āris. *Mīrāntŭr dōna Ænēæ, mīrāntŭr Īūlūm,* Virg. Æn. 1, 713. SYN. Ādmīrŏr, dēmīrŏr, sūspĭcio, stŭpĕo, stŭpēsco, ōbstŭpĕo. VERS. Ōbstŭpĕt, āc mōlēm tăcĭtē mīrātŭr. Dūm stŭpĕt, ōbtūtūque hærĕt dēfīxŭs ĭn ūnō. Ōbstŭpŭit vīsū Ænēās. Ōbstŭpŭi, dŭbĭtōquĕ dĭū, caūsāmquĕ rĕquīro. Ōbstŭpŭit vărĭā cōnfūsŭs ĭmāgĭnĕ rērūm Tūrnŭs, ĕt ōbtūtū tăcĭtō stĕtit. Stŭpĕt īnscĭă tūrbă Prōdĭgĭūm mīrātă nŏvūm. Ārrēctæ mēntēs, stŭpĕfāctăquĕ cōrdă. Īlli ōbstŭpŭērĕ sĭlēntēs: Cōnvērsique ŏcŭlōs intĕr se, ātque ōră tĕnēbānt. V. *Obstupeo.*

mīrŭs. *Qui sē crēdēbāt mīrōs aūdīrĕ trăgœdōs,* Hor. Ep. 2, 2, 129. SYN. Mīrāndŭs: ādmīrābĭlis, mīrābĭlis, ādmīrāndŭs, stŭpēndŭs.

mīscĕo, scŭi, stūm. *Aūfĭdĭŭs fōrti mīscēbāt mēllă Fălērnō,* Hor. Sat. 2, 4, 24. SYN. Īmmīscĕo, ādmīscĕo, pērmīscĕo, cōmmīscĕo, īntērmīscĕo, tēmpĕro, āttēmpĕro, cōnfūndo, tūrbo, pērtūrbo.

Mīsēnŭs. At piŭs Ænēās ingēnti mōlĕ sĕpūlcrūm Impōnit, sŭăque ārmă vĭrō, rēmūmquĕ, tŭbāmquĕ, Mōntĕ sŭb āĕrĭō, qui nūnc Mīsēnŭs āb īllō Dīcĭtŭr, ætērnūmquĕ tĕnēt pēr sæcŭlă nōmĕn, Virg. Æn. 6, 232.

mĭsĕr, ĕră, ūm. *Hōc prīmūm: nēc, si mĭsĕrūm fōrtūnă Sĭnōnēm,* Virg. Æn. 2, 79. SYN. Mĭsĕrābĭlis, mĭsĕrāndŭs, cālāmĭtōsŭs, ærūmnōsŭs, infēlix, īnfōrtūnātŭs, āfflīctŭs, paūpĕr, ĕgēns. PHR. Mĭsĕris cāsĭbŭs āctŭs, sŭbāctŭs. Ādvērsă fōrtūnă prēssŭs, āgĭtātŭs, jāctātŭs, ēxāgĭtātŭs, Mălis, mălōrūm tūrbă, āgmĭnĕ, circūmdătŭs, circūmvēntŭs, ōpprēssŭs, ōbrŭtŭs. In lūctū, ĕt squālōrĕ trăhēns vītām. Infaūstō sīdĕrĕ nātŭs. V. *Infelix et Pauper.*

mĭsĕrātio, ōnis. *Cūm sŭbĭtō in mĕdĭūm frēndēns mĭsĕrātiō cāmpūm,* P. SYN. Mĭsĕrĭcōrdĭă, clēmēntĭă, pĭĕtās, bŏnĭtās, bĕnignĭtās.

mĭsĕrĕ. *Pārs cūdit hāmātis mĭsĕrĕ cōnfīxă săgittis,* Ov. Tr. 3, 10, 64. SYN. Infēlīcĭtĕr.

mĭsĕrĕŏr, ēris, misērtŭs. *ō virgō, mĭsĕrērĕ mĕi, mĭsĕrērĕ mĕōrūm,* Ovid. Ep. 12, 81. SYN. Mĭsĕrŏr, mĭsĕrēsco, mĭsĕrĕt mē. PHR. Vĭcēm ĭnīquām dŏlĕo. Cāsūm mĭsĕrāri īnsāntis āmīci Dŏlŭit mĭsĕrāns īnŏpēm. Mălis ālterĭŭs tāngi, mŏvēri, flēcti. Sē mītēm, făcĭlēm, prŏpĭtĭūm, lēnēm, bĕnignūm, æquūm *alicui* præbērĕ. Jăcēntēm rēspĭcĕrĕ, æquis āspĭcĕrĕ ŏcŭlis, sōlāri. Mĭsĕris aūxĭlĭūm fĕro. VERS. Mĭsĕrērĕ ănĭmi nōn dignă fĕrēntis. Sis pĭŭs, ĕt nōstrām mĭsĕrātŭs rēspĭcĕ sōrtēm. His lăcrўmis vītām dămŭs, ĕt mĭsĕrēscĭmŭs ūltrō. Nīl nōstri

Digitized by Google

mĭsĕrērĕ, mŏri mē dēnīquĕ cōgēs. Contūsōque ănĭmŏs ĕt rēs mĭsĕrābĕrĕ fractās. Grāvēs Trōjæ mĭsĕrātă lăbōrēs.

**mĭsĕrĭă.** *ămārŭs ipsĕ mĭsĕrĭæ caūsa ēst sŭæ.* (Iamb.) SYN. Călămĭtās, ærūmnă, infortūnĭŭm. PHR. Mĭsĕră sōrs. Rēs mĭsĕræ, ăfflictæ, ĕgēnæ. Mĭsĕræ incŏmmŏdă vitæ. Dūri lăbōrēs. Mĭsĕri dŏlōrēs, ānxĭĕtās ănĭmi, cōntĭnŭūsquĕ lăbŏr. Sōrs ūltĭmă rērŭm. Dūris ūrgēns, *vel* prĕmēns in rēbŭs ĕgēstās. V. *Paupertas, Infortunium.*

**mĭsĕrĭcordĭă.** *Bŏnă cōmpărăt præsĭdĭă mĭsĕrĭcōrdĭă,* (Iamb.) SYN. Mĭsĕrātĭo, pĭĕtās, bĕnignĭtās, bŏnĭtās, clēmēntĭă. V. *Clementia.*

**mĭsĕrĭcōrs,** ōrdis. *Mōrtēm mĭsĕrĭcōrs sæpĕ prō vītā dăbit.* (Iamb.) SYN. Clēmēns, bĕnignŭs, prŏpĭtĭŭs, pĭŭs, mītis. V. *Clemens.*

**mĭsĕrŏr,** āris. *Mē lĭcĕăt cāsŭs mĭsĕrāri insōntis ămīci,* Virg. Æn. 5, 350. V. *suprà Misereor.*

**missĭlĭs.** *Missĭlĭbŭs lōnge ĕt vāstō clāmōrĕ lăcēssūnt,* Virg. Æn. 10, 718. SYN. Jăcŭlābĭlĭs, *in neutro, vel* tēlŭm, jăcŭlŭm, săgittă.

**mītēsco.** *Nēmo ădĕō fĕrŭs ēst, qui nōn mītēscĕrĕ pŏssit,* Hor. Ep. 1, 1, 39. SYN. Mānsuēsco, mānsuēfīo, flēctŏr, plācŏr.

**Mĭthrĭdātēs,** is. *Ponti Rex, qui multis antidotis adversùs venena corpus firmaverat, cùmque postea ipse sibi veneno mortem consciscere vellet, dum à filio Pharnace obsideretur in Regiâ, non potuit, immissumque percussorem ad cædem suam excitavit trepidantem.* EPITH. Fōrtis, pŏtēns, crūdēlis, infēlix, Pōntĭcŭs. VERS. Pōntĭcă māgnănĭmŭm cĕlĕbrānt mĕdĭcāmĭnă Rēgĕm. Prŏfēcit pōtō Mĭthrĭdātēs sæpĕ vĕnēnō, Tōxĭcă nē pōssēnt sævă nŏcērĕ sibi.

**mītis.** *Mītis in āprĭcis cŏquĭtŭr vindēmĭă sāxis,* Virg. Geo. 2, 522. SYN. Lēnis, clēmēns, plăcĭdŭs, făcĭlis, mānsuētŭs, cōmis, bĕnignŭs. PHR. Făcĭlis, vūltūquĕ sĕrēnŭs. Cōmis, ĕt ūrbānŭs. Cui mītĕ ingĕnĭŭm, plăcĭdi mōrēs, bĕnignŭs ănĭmŭs. Āspĕrĭtātĕ cărēns. Pĭgĕr ăd pœnās. VERS. Mājēstās ădĕō cōmis ŭbīquĕ tŭa ēst, Lēnēm tē mĭsĕris gĕnŭit nātūră, nĕc ūlli Mītiŭs ingĕnĭŭm, quām tibi, Brūtĕ, dĕdit.

**mītĭgo,** ās. *Sylvēstrēm flāmmis ĕt fĕrrō mītĭgĕt āgrŭm,* Hor. Ep. 2, 2, 186. SYN. Plāco, lēnio, flēcto, sēdo, mōllio. V. *Placo.*

**mītră.** *ŭt mītră cæsărĭēm cŏhĭbēns aūrātă vĭrīlēm,* Prud. SYN. infŭlă. EPITH. Aūrĕă, aūrātă, illūstris, gēmmātă, rŭtĭlă, dĕcōră, cŏrūscă, bĭvērtēx. PHR. Pōntĭfĭcālis ăpēx. Sacră cŏrōnă.

**mitto,** mīsi. *Aūrĕă mālă dĕcēm mīsi: crās āltĕră mīttām,* Virg. Ecl. 3, 75. SYN. Ēmitto, jăcio, jăcŭlŏr, immītto, vibro, impēllo, tōrquĕo, intōrquĕo, dīrĭgo, *vel* āblēgo, āmāndo, *vel* ŏmitto, prætĕrĕo.

**mixtŭs,** *vel* mistŭs, ă, ŭm. *Hæc lăcĕrăt mixtōs ĕquĭtŭm cŭm sānguĭnĕ pătrēs,* Juv. 6, 622. SYN. Pērmistŭs, cōmmistŭs, immistŭs, *vel* cōnfūsŭs, tūrbātŭs.

**mŏbĭlis.** *Mōbĭlĭbŭs dĭgĭtis ēxpērgēfāctă fĭgūrăm,* Lucr. 3, 413. SYN. Lĕvis, vŏlūbĭlis, mūtābĭlis, vărĭŭs, irrĕquĭētŭs, incērtŭs, flūxŭs, cădūcŭs, incōnstāns, *vel* cĕlĕr, vēlōx.

**mŏbĭlĭtās,** ātis. *Mōbĭlĭtātĕ vĭgĕt, vīrēsque ăcquīrit ĕūndō,* V. Æn. 4, 175. SYN. Lĕvĭtās, incōnstāntĭă, vēlōcĭtās. EPITH. Lūbrĭcă, ăgĭlis, infīdă, præcēps, cĭtă, cōncĭtă. VERS. Fōrtūnæ lūbrĭcă nēscit Mōbĭlĭtās, fīxissĕ rŏtām. Ōmnĭă quæ vŏlŭcri dūm mōbĭlĭtātĕ fĕrūntŭr, Ēt cĕlĕri quævis mōbĭlĭtātĕ vŏlānt.

**mŏdĕrāmĕn,** inis. *ŏbstŭpŭi: căpĭātque ălĭŭs mŏdĕrāmĭnă, dixi,* Ov. Met. 3, 644. SYN. Rĕgĭmĕn.

**mŏdĕrātŏr,** ōris.——*vălĭdisquĕ sĕdēt mŏdĕrātŏr hăbēnis,* Tib. 4, 1, 115. SYN. Rēctŏr, gŭbērnātŏr.

**mŏdĕrātŭs.** *jăctāntŭr mŏdĕrātis æquŏră vēntis,* Ov. Tr. 4, 4, 57. SYN. Pācātŭs, plăcĭdŭs, mŏdēstŭs.

**mŏdĕrŏr,** āris. *Mājŭs tōrmēntŭm, qui nōn mŏdĕrābĭtŭr iræ,* Hor. Ep. 1, 2, 59. SYN. Admŏdĕrŏr, tēmpĕro, cōntĭnĕo, rĕtĭnĕo, cŏērcĕo, cŏhĭbĕo, inhĭbĕo, cōmpēsco, rēprĭmo, cōmprĭmo, fræno, refræno, rĕgo, gŭbērno. V. *Modum servo.*

**mŏdēstĭă.** *Rēddĭdit intāctām; mĭnŭitquĕ mŏdēstĭă crīmĕn,* Ovid. Ep. 17, 31. SYN. Mŏdĕrātio, pŭdŏr. EPITH. Blāndă, plăcĭdă, grātă, ămābĭlis, insignis, hŭmĭlis. PHR. Hŏnēsti prælāră mŏdēstĭă vūltŭs. Vūltŭs hŏnēstŭs. Mŏdēstă făcĭēs. Ōs vĕrēcūndŭm. Mŏdēsti, mŏdĕrāti mōrēs. VERS. Mōrēsquĕ mŏdēsti Fōrtūnā crēscēntĕ mănēnt. Sērvăt inŏffēnsām dīvīnă mŏdēstĭă vōcēm.



Digitized by Google

**mŏdēstŭs.** *Dēmĕ sŭpērcĭlĭō nūbēm, plērūmquĕ mŏdēstŭs,* Hor. E. 1, 18, 94. SYN. Mŏdĕrātŭs, hŏnēstŭs, pācātŭs, plăcĭdŭs.

**mŏdĭcŭs.** *ūtăr, ĕt ēx mŏdĭcō quāntūm rēs pōscĕt, ăcērvō,* Hor. Ep. 2, 2, 190. SYN. Părvŭs, mŏdĕrātŭs.

**mŏdŏ.** *Cūm trĭbŭs ānnēllīs, mŏdŏ lævā Prīscŭs ĭnānī,* Hor. Sat. 2, 7, 9. SYN. Mōx, stătīm, sŭbĭto, nūnc, *vel* dūmmŏdŏ, si tămĕn.

**mŏdŭlāmĕn, ĭnis.** *Cōncĭnĭt: aūt īllĕ ēst prēssō mŏdŭlāmĭnĕ, pārtŭs,* Prud. SYN. Mŏdŭlātio, cāntŭs, cărmĕn, mŏdi, mŏdŭli, mĕlŏs, cōncēntŭs. EPITH. Dōctūm, sŏnōrūm, dūlcĕ, cănōrūm, ămœnūm, plăcĭdūm, quĕrŭlūm, lēnĕ, mūlcēns, blāndūm, dūlcĭsŏnūm, cōnsōrs, āltĭsŏnūm, cœlēstĕ, Āŏnĭūm, Căstălĭūm, *à Musis.* PHR. Lætūm mūrmŭr. Ărgūti mŏdŭlātiŏ cāntŭs. V. *Cantus.*

**mŏdŭlātŏr, ōris.**——*ōmnĭsŏnæ mŏdŭlātŏr ĕt ărbĭtĕr ūnŭs,* P. SYN. Cāntŏr.

**mŏdŭlŏr, āris.** *Cārmĭnă pāstōris Sĭcŭli mŏdŭlābŏr ăvēnā,* Virg. Ecl. 10, 51. SYN. Căno, cōncĭno, cānto. PHR. Pīndărĭcīsquĕ mŏvēt plēctrĭ cănōră mŏdis. V. *Canto.*

**mŏdŭs.** *Quĭs mŏdŭs ărgēntō: quĭd fās ōptārĕ: quĭd āspĕr,* Pers. 3, 69. SYN. Rătio, *vel* mŏdĕrātio, mĕdĭŏcrĭtās: mŏdēstiă, sōbrĭĕtās. EPITH. Pūlchĕr, ūtĭlis, aūrĕŭs, ōptātŭs, rēctŭs, hŏnēstŭs. PHR. Rēctām mēnsūrām sērvāns, Ōmniă cōnsĭlĭō mŏdĕrāns. VERS. Ēst mŏdŭs in rēbŭs, sūnt cērti dēnĭquĕ fīnēs, Quōs ūltrā cĭtrāquĕ nĕquit cōnsīstĕrĕ rēctūm.

***modum servo.*** PHR. Mŏdūm tĕnĕo, ădhĭbĕo, pōno, stătŭo. Tēmpĕro, mŏdĕrŏr ăffēctūs, īrām, dŏlōrēm, spēm, *&c.* Dŏlēndi, cŭpĭēndi mŏdūm făcĕrĕ. Nōn sĕqui īmpĕtūm, vīm ănĭmi.

**mœchŏr.** *Nōn mĭnŭs īnsānit, quām qui mœchātŭr, ăt hic si,* Hor. S. L. 1. S. 2, 49. V. *Adulteror.*

**mœchŭs.** *Clōdĭŭs ăccūsēt mœchōs, Cătĭlīnă Cĕthēgūm,* Juv. S. 2, 27. V. *Adulter.*

**mœnĭă, ĭum.** *Queis ānte ōră pătrūm, Trōjæ sūb mœnĭbŭs āltīs,* Virg. Æn. 1, 99. SYN. Mūrŭs, părĭēs, āggĕr, mūnīmēntă. EPITH. Tūrrītă, mūnītă, ārdŭă, sūblīmĭă, ēxcēlsă, tūrrĭgĕră, sŭpērbă, īnăccēssă, ēlātă, ēdĭtă, āĕrĭă, tūtă, sēcūră, ĭngēntĭă, vāllātă, cōctĭlĭă, fōrtĭă. V. *Murus.*

**mœrĕo.** *ēheū trānslātōs ălĭō mœrēbis ămōrēs,* Hor. Ep. 15, 24. SYN. Trīstŏr, dŏlĕo, gĕmo.

**mœrŏr, ōris.** *īnvēnit ĕt tōtā mœrŏr ĭn ūrbĕ lŏcūm,* Pedo. SYN. Mœstĭtĭă, dŏlŏr, trīstĭtĭă. V. *Tristitia.*

**mœstŭs.** *Cōmpēllārĕ vĭrum, ĕt mœstās ēxprōmĕrĕ vōcēs,* Virg. Æn. 2, 280. SYN. Trīstĭs, ăfflīctŭs, dŏlēns, mœrēns. V. *Tristis.*

**mŏlă.** *Sēgnĭpĕdēs, dīgnīquĕ mŏlām vērsārĕ nĕpōtĭs,* Juv. S. 8, 67. EPITH. Rĭgĭdă, vērsātĭlis, vŏlūbĭlis, dūră, scăbră, pūnĭcĕă, rūstĭcă, fōrtis. VERS. Pūnĭcĕās vērsăt ăsēllă mŏlās.

**mōlēs, is.** *ārdĕăt; ĕt mūndi mōlēs ŏpĕrōsă lăbōrĕt,* Ov. Met. 1, 258. SYN. Pōndŭs, ōnŭs, māssă, māchĭnă. EPITH. Săxĕă, ŏnĕrōsă, ŏpĕrōsă, grăvis, īnsŏlĭtă, ārdŭă, sūblīmis, cēlsă, ēxcēlsă, āltă, stŭpēndă, ădmīrāndă, ĭngēns. PHR. Mōlis ōnŭs. Māssæ pōndŭs. Săxĕă pīlă māgnis cōnstrūctă mōlĭbŭs. Mūrōrūm ēdūcĕrĕ mōlēs. Mōlēs ŏpĕrōsă thĕātri. Mōlĕ sŭā stăt.

|| mŏlēstĭă. SYN. Īncōmmŏdūm, cūră, dŏlŏr.

|| mŏlēsto. SYN. Vēxo, tōrquĕo, ăffligo.

**mŏlēstŭs.**——*Lītēs cūm Rēgĕ mŏlēstās,* Hor. S. 1, 7, 5. SYN. Grăvis, dūrŭs, īncōmmŏdŭs, īmpōrtūnŭs, ŏdĭōsŭs, *vel* dĭffĭcĭlis, ŏpĕrōsŭs.

**mōlīmĕn, ĭnis.** *Fābrĭcă dīvīni mōlīmĭnis, ipsĕ cŏlūmnās,* P. E. SYN. Cōnāmĕn, cōnātŭs, nīsŭs, tēntāmĕn. V. *Conatus.*

**mōlĭŏr, īris, ītŭs.** *ērgo ăvĭdŭs mūrōs ōptātæ mōlĭŏr ūrbis,* Virg. Æn. 3, 132. SYN. Ădmōlĭŏr, strŭo, ædĭfĭco, cōnstrŭo, fabrĭco, *vel* nītŏr, ēnītŏr, tēnto, lăbōro. V. *Conor, vel cogito, meditor, machinor.*

**mōllēsco.** *Tēntātūm mōllēscit ĕbŭr, pŏsĭtōquĕ rĭgōrĕ,* Ov. Met. L. 10, 283. SYN. Mōllĕfio, mōllĭŏr, *vel* mītēsco.

**mōllio, is, ivi, ii, ītūm.** *Dūrāquĕ mōllĭĕrānt sŭbjēctās ūngŭlă glēbās,* Ovid. Met. 6, 220. SYN. Ēmōllio, lēnio, sŭbĭgo, flēcto, tēmpĕro, mītigo, plāco.

——*ūtĕrĕ lāctūcis, ĕt mōllĭbŭs ūtĕrĕ mālvis,* Mart. 3, 89. SYN. Tĕnĕr, făcĭlis, flēxĭbĭlis, trāctābĭlis, *vel* rĕmīssŭs, plăcĭdŭs, lēnis, *vel* suāvis, jūcūndŭs, grātŭs, blāndŭs, ămœnŭs, *vel* ēffœmĭnātŭs, īnĕrs.

Digitized by Google

**mollĭtĕr.** *Ărcădĕs: ō mĭhĭ tūm quām mōllĭtĕr ōssă quĭēscānt,* Virg. Ecl. 10, 33. SYN. Lēnĭtĕr, suāvĭtĕr, *vel* făcĭlĕ.

**mōllĭtĭēs,** ĭēĭ. *Quām pŭĕr, ēt vălĭdŭs præsūmĭs mōllĭtĭēm, seū,* Hor. Sat. 2, 2, 87. SYN. Flēxĭlĭtās, lēnĭtās, *vel* ĭnērtĭă, *vel* lŭxŭrĭēs.

**mōllĭtŭs.** *ēt pĕr mōllĭtōs āntĕ tĭmōrĕ grădūs,* Petr. SYN. Ēmōllĭtŭs, sŭbāctŭs, *vel* lēnĭtŭs, plăcātŭs.

**mŏlo,** mŏlŭĭ. *Grānă mŏlĭt tŏtĭdēm pĭpĕrĭs, &c.* Petr. SYN. Ămŏlo, cōmmŏlo. PHR. Mŏlā, *vel* sāxō tĕro, ōbtĕro, āttĕro, cōntĕro, tūndo, cōntūndo, frāngo, sŭbĭgo, dŏmo, pĕrdŏmo. Mŏlæ ōrbĕ, sāxĭs, *vel* āttrĭtū sŭbĭgo, frāngo. VERS. Quŏdcūnque ēst sŏlĭdæ Cĕrĕrĭs căvă māchĭnă frāngĭt. Cĕrĕrĭs frūgēs āspĕră sāxă tĕrēnt. Sŭbdĕrĕ frāctūrō sĭlĭcī frūmēntă. Pĕrdŏmĭtām sāxō Cĕrĕrēm, frūgēsquĕ rĕcēptās. Ēt tōrrērĕ părānt flāmmĭs, ēt frāngĕrĕ sāxō.

**Mŏlōrchŭs.** *Cūnctă mĭhĭ, Ălphēūm lĭnquēns lūcōsquĕ Mŏlōrchī,* Virg. Geo. 3, 19. *Arcadius quidam, qui Herculem ad Nemæi Leonis expugnationem proficiscentem humaniter excepit. Cujus beneficii nomine Hercules illi sacra solennia instituit, quæ Molorchæa dicebantur.* EPITH. Paūpĕr, ĭnŏps, Ărcădĭŭs, Clĕōnæŭs, *à Cleone urbe Arcadiæ.*

**Mŏlōssŭs.** *Vēlōcēs Spārtæ cătŭlōs, ācrēmquĕ mŏlōssūm,* Virg. Geo. 3, 405. *Canis ex Molossiâ regione Epiri. Hos Canes Poëtæ fabulantur ortos esse ab æneo cane, quem Vulcanus fabricaverat.* EPITH. Lĕvĭs, ĭnsānŭs, lātrātŏr, mōrdāx, trŭx, fōrtĭs, vălĭdŭs, lātrāns, ārmĭllātŭs. V. *Canis.*

**mōmēntŭm.** *Mōmēntō cĭtă mōrs vĕnĭt, aūt vĭctōrĭă lætă,* Hor. Sat. 1, 1, 8. SYN. Pūnctūm tēmpŏrĭs, tēmpŭs ēxĭgŭūm: *vel* pōndŭs, vīs, aūthŏrĭtās. EPITH. Răpĭdūm, lĕvĕ, ĭnstābĭlĕ, brĕvĕ, pārvūm, mĭnĭmūm. PHR. Tēmpŏrĭs ēxĭgŭūm, *vel* mĭnĭmūm spătĭūm. Brĕvĭs mŏră tēmpŏrĭs.

**Mōmŭs.** *Deus Ethnicorum, Somni et Noctis filius. Aliorum Deorum hominumque opera explorabat et irridebat.* EPITH. Ĭnērs, prŏcāx.

**mŏnĕo.** *Sŭbjĭcĭūnt ĕpŭlĭs, sīc Jūpĭtĕr ĭpsĕ mŏnēbăt,* Virg. Æn. 7, 110. SYN. Ădmŏnĕo, cōmmŏnĕo, nūncĭo, ĭndĭco, ās: suādĕo, hōrtŏr, ēxcĭto, præcĭpĭo.

**mŏnētă.** *ēt cēntūm dŏmĭnōs nŏvæ mŏnētæ.* (Phal.) Mart. 4, 28, 5. SYN. Nūmmŭs, nūmĭsmă, pĕcūnĭă. EPITH. Flāvă, ŏpŭlēntă, fūlvă, ænĕă, aūrĕă, ārgēntĕă, ūtĭlĭs, prĕtĭōsă. V. *Pecunia.*

**mŏnīlĕ.** *Dăt dĭgĭtĭs gēmmās; dăt lōngă mŏnīlĭă cōllō,* Ov. Met. 10, 264. SYN. Tōrquĭs, tōrquēs. EPITH. Prĕtĭōsūm, bāccātūm, aūrĕūm, fūlvūm, ĭnsīgnĕ, splēndēns, fŭlgēns, dĕcōrūm, dīvēs, gēmmĕūm, mĭcāns, nŏbĭlĕ, cŏrūscūm, rŭtĭlūm, splēndĭdūm. PHR. Bāccātŭs, gēmmātŭs aūrō cĭrcŭlŭs. Tōrtĭlĕ, tēxtĭlĕ cōllō dĕcŭs. Gēmmārūm ē cōllō pēnsĭlĕ tēxtūm. Gēmmĭs cōntēxtă tōrquēs. VERS. Pēndēbānt tĕrĕtī gēmmātă mŏnīlĭă cōllō. Bāccātŭs mūltō rădĭābăt ăb aūrō Tōrquĭs. Ōrnābānt aūrātă mŏnīlĭă cōllūm. Sŭbstrĭngĭtquĕ cŏmām gēmmĭs, ēt cōllă mŏnīlī Cĭrcŭĭt, ēt bāccĭs ŏnĕrăt cānēntĭbŭs aūrēs.

**mŏnĭmēntūm.** *Fērrĕ sŭī dĕdĕrăt mŏnĭmēntum, ēt pīgnŭs ămōrĭs,* Virg. Æn. 5, 538. SYN. Sīgnūm, ĭndĭcĭūm, ārgūmēntūm, nŏtă, tēstĭmōnĭūm. PHR. Mŏnĭmēntūm ēt pīgnŭs ămōrĭs. Sævī mŏnĭmēntă dŏlōrĭs. V. *Signum et Monumentum.*

**mŏnĭtŏr,** ōrĭs. *Cērĕŭs ĭn vĭtĭūm flēctī, mŏnĭtōrĭbŭs āspĕr,* Hor. A. Poët. 163. SYN. Ădmŏnĭtŏr, suāsŏr.

**mŏnĭtūm.** *Dīxĕrăt, īllĕ Jŏvĭs mŏnĭtīs ĭmmōtă tĕnēbăt,* Virg. Æn. 4, 331. SYN. Mŏnĭtŭs, ūs.

**mŏnĭtŭs,** ă, ūm. *Dīscĭtĕ jūstĭtĭām mŏnĭtī, ēt nōn tēmnĕrĕ dīvōs,* Virg. Æn. 6, 620. SYN. Ădmŏnĭtŭs, cōmmŏnĭtŭs.

**mōns.** *Rōmānī mōntēs, ēt mūnĭbŭs āddĭtă Rōmă,* Prop. 4, 4, 35. SYN. Cōllĭs, jŭgūm, ăpēx, vērtēx, cūlmēn, căcūmēn. EPITH. Āltŭs, prærūptŭs, ēxcēlsŭs, āĕrĭŭs, præcēps, sūblīmĭs, āspĕr, clīvōsŭs, dēvēxŭs, ĭnāccēssŭs, sŭpīnŭs, āvĭŭs, ēlātŭs, nĕbŭlōsŭs, ābrūptŭs, ĭngēns, sŭpērbŭs, nĭmbōsŭs, nĕmŏrōsŭs, ŭmbrōsŭs, āpērtŭs, āprīcŭs, sāxōsŭs, scŏpŭlōsŭs, ĭncūltŭs, rĭgĭdŭs, nĭvōsŭs, dūmōsŭs, spătĭōsŭs, căvērnōsŭs, āmbĭtĭōsŭs, tūmĭdŭs, vĭrĭdĭs, frōndōsŭs, ŏpācŭs, hērbōsŭs, ĭntōnsŭs. PHR. Mōntĭs cūlmēn, vērtēx, căcūmēn, āccĭīvĕ sŏlūm. Mōntĭs, *vel* clīvōsī trāmĭtĭs sŭpērcĭlĭūm. Ārdŭă mōlēs. Ārdŭă tērrārūm. Tŭmŭlŭs ābrūptŭs. Mōntānă căcūmĭnă. Ārdŭă mōlēs. Āĕrĭī sāxī vērtēx. Sŭpĕrās sē tōllēns ĭn aūrās, ĭn āstră sŭrgēns. Sīdĕră vērtĭcĕ tāngēns, pūlsāns, pĕtēns, fĕrĭēns. Tōllēns ăd āstră căpŭt. Căpŭt ĭntēr nūbĭlă cōndēns. Ŏpērtī ārbŏrĕ mōntēs. Frōndōsō



Digitized by Google

vērticĕ cōnspicŭi. Nūbiferi mōntēs, ēt sāxă minantiă cœlō. Nĕmŏrōsă jŭga ĕt scŏpŭlōsi vērticĕ cōllēs. Tŭmŭlis ăcclivĕ sŏlūm. Cōllēsquĕ sūpini, ănceps mōntis căcūmĕn. Cūlmină mōntis. Mōns qui sūrgit in āĕră. Qui fērtŭr ăd āstră vērticĕ. VERS. Rigĕt ărdŭă mōntis æthĕrĕi făciēs. Mōns ibi vērticĭbūs pĕtit ărdŭŭs āstră dŭōbūs, Nōminĕ Părnāssūs, sŭpĕrātquĕ căcūminĕ nūbēs. V. *Altus*.

mōnstrifĕr, ă, ūm. *Mōnstrĭfĕrōs ăgĭt ūndă sĭnūs, sīc rēctŏr Ŏlўmpi*, Luc. 5, 620. SYN. Mōnstrōrūm fĕrāx.

mōnstrĭfĭcŭs. *Mōnstrĭfĭci vūltūs fēcisti cæcō*, M. SYN. Mōnstrōsŭs.

mōnstrĭgĕnŭs. *ŭt nē mōnstrĭgĕnis hōstēm lĭcĕt, &c.* Avic. SYN. Mōnstrōsŭs.

mōnstro. *Tāliă mōnstrābāt rĕlĕgēns ērrātă rĕtrōrsūm*, Virg. Æn. 3, 590. SYN. Dēmōnstro, cōmmōnstro, ōstēndo, indīco, ās: mănĭfēsto. V. *Ostendo*.

mōnstrōsŭs. *Mōnstrōsīque hŏmĭnūm pārtūs nŭmĕrōquĕ mŏdōquĕ*, Lucan. 1, 557. SYN. Prōdĭgĭōsŭs, pōrtēntōsŭs.

mōnstrūm.——*Sūnt ĕt răbĭdis jūra īnsĭtă mōnstris*, Stat. SYN. Prōdĭgĭūm, pōrtēntūm, ōstēntūm. EPITH. Infāndūm, immānĕ, fātālĕ, ēxĕcrābĭlĕ, dīrūm, tūrpĕ, dēfōrmĕ, mīrābĭlĕ, stŭpēndūm, nŏvūm, tĕrrĭbĭlĕ, sævūm, trūx, ātrōx, ēxĭtĭālĕ, fērālĕ, mīrūm, tērrĭfĭcūm, prōdĭgĭōsūm: dictū, vīsū mīrābĭlĕ, Gōrgŏnĕūm. PHR. Mōnstrōsi sēmĭfĕri pārtūs. Tērrĭbĭlēs vīsū fōrmæ. Mōnstrōsŭs fœtūs. Mōnstri mīrācŭlă, mīră spēctācŭlă. Văriārūm mōnstră fĕrārūm. Dictū mīrābĭlĕ mōnstrūm. Văriă, ātquĕ bĭcōrpŏră mōnstră. VERS. Mōnstrum hōrrēndum, infōrme, ingēns, cui lūmĕn ădēmptūm. Intĕrĕă āŭgŭriis, mōnstrīsquĕ mĭnācĭbūs ūrbēm Tērrĭtăt. Tristiŭs haūd illis mōnstrūm, nēc sævĭŏr ūllă Pēstis, ĕt īră Dĕūm Stўgiis sēsē ēxtŭlĭt ūndis.

mōntānŭs. *ĭncĭdit; aūt răpĭdūs mōntānō flūmĭnĕ tōrrēns*, Virg. Æn. 2, 305.

mōntĭcŏlă. *ĕt Nўmphæ, Sătўrīque, ĕt mōntĭcŏlæ Sўlvāni*, V. SYN. Mōntānŭs.

‖ mōntĭgĕnă. PHR. Mōntĭbŭs ōrtūs.

mōntĭvăgŭs. *Mōntĭvăgō gĕnĕri pōssit præbērĕ fĕrārūm*, Lucr. 2, 597. PHR. In mōntĭbūs ērrāns.

mōntōsŭs. *ĕt tē mōntōsæ mīsēre in prœlĭă Nūrsæ*, Virg. Æn. 7, 744. SYN. Mōntānŭs, scŏpŭlōsŭs, clīvōsŭs, ăcclīvis, ărdŭŭs, ăbrūptŭs. PHR. Mōntĭbŭs, scŏpŭlis crēbĕr, frĕquēns. Ărdŭă sāxis rĕgio. Scăbră sāxis lŏcă. Sălĕbrōsi cōllēs.

mŏnŭmēntūm. *āccĭpe ĕt hæc, mănŭūm tĭbi quæ mŏnŭmēntă mĕārūm*, Virg. Æn. 3, 486. SYN. Mŏnĭmēntūm, signūm, *vel* sĕpŭlcrūm, tŭmŭli īnscriptio.

mōră. *Trōjă cădĭt; sēd ĕrit nōstri mōră lōngă lăbōris*, Ov. Met. 12, 20. SYN. Cūnctātio, tărdĭtās, sēgnĭtĭēs. EPITH. Tārdă, lēntă, ignāvă, inērs, lānguĭdă, dēsēs, ōtĭōsă, ānnōsă. PHR. Mōræ spătĭūm, tēmpŭs. VERS. Sēgnēs rūmpĕ mōrās, in mē mōră nōn ĕrit ūllă. Tōrpŭĕrānt lōngā pēctŏră nōstră mōrā. Haūd mōră, fēstīnānt. Nūllă mōra ēst.

mŏrŏr, ăris. *Quid vītām mŏrŏr invīsām, Pāllāntĕ pĕrēmptō*, Virg. Æn. 11, 177. SYN. Immŏrŏr, dēmŏrŏr, cūnctŏr, tārdo, diffĕro, prōcrāstĭno, cēsso, hærĕo, *vel* dētĭnĕo, rĕtĭnĕo, sisto, tārdo, rĕtārdo, impĕdio, *vel* sŭbsisto, stō, hærĕo, cōnsisto. PHR. Mŏrās nēcto, innēcto, intērpōno, trăho, mōlĭŏr. Mŏrās rēbŭs ăddo. VERS. Quæ tāntæ tĕnŭērĕ mŏræ? Quæ tē tām sēră mŏrātŭr Sēgnĭtĭēs? Caūsās innēctĕ mŏrāndi. Incrĕpăt ūltrō Cūnctāntēs sŏcĭōs. Haūd mūltă mŏrātŭs. PHR. *Alio sensu*. Grădūm, grēssūm, cūrsūm sisto, cōntĭnĕo, cōmprĭmo, cōmpēsco, sūstĭnĕo, cŏhĭbĕo: figo pĕdēm. VERS. Cōnstĭtit ōbtūtū tăcĭto, ēt vēstīgĭă prēssit. Sistĕ grădūm, tēque āspēctū nē sūbtrăhĕ nōstrō. In līmĭnĕ pōrtæ sŭbstĭtĭt. Sēdĭbŭs hærĕt īisdēm.

mōrbĭdŭs. *ēt pērtūrbārūnt cœlūm, fĭt mōrbĭdŭs āēr*, Lucr. 6, 1095. EPITH. Mōrbōsŭs, mōrbis ōbnōxĭŭs, lānguĭdŭs, ægrōtŭs.

*morbo laboro*. V. *Ægroto, Æger*.

mōrbŭs. *Mōrbōrūm quŏquĕ tē caūsās ĕt signă dŏcēbo*, Virg. Geo. 3, 440. SYN. Lānguŏr, fĕbris, lŭēs, cōntāgĭūm. EPITH. Tristis, pătĭēns, pēstĭfĕr, lēthĭfĕr, ăcūtŭs, inērs, ēxsānguis, mŏrōsŭs, fœdŭs, pērnĭcĭōsŭs, crūdēlis, dīrŭs, impătĭēns, grăvis, pĕrīcŭlōsŭs, insānābĭlis, immĕdĭcābĭlis, lătēns, lēthālis, vĭŏlēntŭs, ăcērbŭs, quĕrŭlŭs, ăcĕr, tētĕr, mălignŭs, insōmnis, mŏlēstŭs, lānguĭdŭs, sōllĭcĭtŭs, pāllĭdŭs, mōrtĭfĕr, āspĕr, intōlĕrābĭlis, lēntŭs, tābĭfĭcŭs, grāssāns, dēspĕrātŭs, ātrōx, pūtris, ēxĭtĭālis, lōngŭs. PHR. Mōrbi vis, lŭēs, cōntāgĭă, sævĭtĭēs, tristĕ mălūm. Mōrbi dŏlŏr immĕdĭcābĭlis. Mōrbōrūm ēxāmĭnă, dīră cŏhōrs. Fāstīdĭă mōrbi. Sēmĭnă mōrbi. Mōrbi crŭcĭātŭs. Lānguēntĭă cōrpŏră āttĕrēns, dēbĭlĭtāns, ēxtĕnŭāns, discrŭcĭāns, tōrquēns. Infirmō dēcērpēns cōrpŏrĕ vīrēs. Măcĭē

cŏrpŭs ĕdēns împătĭēnsquĕ sŭi mŏrbŭs. Pāllĭdăque ēxsāngui squāllēbānt cŏrpŏră mŏrbō. V. *Ægroto*, *Febris*, *Pestis*, *Hydrops*, *Languor*.

mŏrdāx, ācis. *Mŏrdācēs ălĭtĕr sŏllĭcĭtūdĭnēs.* (Choriamb.) Hor. Od. 1, 18, 4. SYN. Ĕdāx: dēntātŭs.

mŏrdĕo, mŏmŏrdi, mŏrsŭm. *Mŏrdēbĭtquĕ tŭōs sŏrdĭdă prædă cănēs*, Mart. 10, 37, 14. SYN. Ŏbmŏrdĕo, ădmŏrdĕo. PHR. Mōrsŭs īnfĕro; mōrsū dēpāscŏr. Mōrsū, dēntĭbŭs, ărrĭpio, pĕto, prēnso, cōmprēndo, lăcĕro, dīlăcĕro: dīscērpo, dīlănio, vēllo, dīvēllo, frāngo, cōnsūmo. Dēntēs īnfigĕrĕ. VERS. Ŏccŭpăt hās mōrsū fīgitque in cŏrpŏrĕ dēntēs. Mĭsĕrōs mōrsū dēpāscĭtŭr ārtūs. Dūrĭquĕ vĕnēnūm Dēntĭs, ĕt ădmōrsō sīgnāta in stīrpĕ cĭcātrix. Dīscīssōs răbĭdis lănĭābāt dēntĭbŭs ārtūs. V. *Manduco*.

mŏrdĭcŭs. *ūnguĭbŭs, ĕt pŭllăm dīvēllĕrĕ mŏrdĭcŭs āgnăm*, Hor. Sat. 1, 8, 27. PHR. Tĕnāci mōrsū.

mŏrētŭm.—*Nōn pŭdĕt hĕrbōsŭm pŏsŭīssĕ mŏrētŭm*, Ov. F. 4, 367. SYN. Lībŭm. EPITH. Dūlcĕ, mōllĕ, cŏctŭm.

mŏrĭbūndŭs.——*Cūr mē mŏrĭbūndăm dēsĕrĭs hŏspēs?* Virg. Æn. 4, 323. SYN. Sēmĭănĭmis, mŏrĭēns, lānguēns. PHR. Mŏrti, *vel* lēthō prŏxĭmŭs, vīcīnŭs, prŏpīnquŭs. Jām mŏrtĕ sŭb ægrā Lānguēscēns. Ănĭmăm vīcīnā sŭb mŏrtĕ trăhēns. Mĕdĭō in dīscrīmĭnĕ mŏrtĭs Lānguĭdŭs. Vīcīnā lānguēscūnt lūmĭnă mŏrtĕ. Ēxpīrāns, ātquĕ ēxtrēmă gĕmēns. V. *Mortis agon*.

*Descriptio hominis moribundi.*

In vultu color est sine sanguine, lumina mœstis  
Stant immota genis, nihil est in imagine viri.  
Ipsa quoque interiùs cum duro lingua palato  
Congelat, et venæ desistunt posse moveri:  
Nec flecti cervix, nec brachia reddere gestus,  
Nec pes ire potest. *Ovid.* 6, *Metam.* 304.

mŏrĭŏr, ĕris. *Dŭm mŏrĭtŭr, nŭm quĭd mājŏr Ŏthōnĕ fŭit?* Mart. 6, 32, 6. SYN. Ēmŏrĭŏr, ŏbĕo, ŏccŭmbo, cădo, ŏccĭdo, īntĕrĕo, ēxspīro, pĕrĕo. PHR. Ănĭmăm rĕddo, ēxhālo, ăgo, līnquo, pōno, ĕfflo. Vītăm ĕffūndo, dēsĕro, prŏfūndo, fūndo. Ē vītā ēxĕo, mīgro, dēcēdo, rĕcēdo. Mŏrtĕm ŏbĕo, sŭbĕo, ŏppĕto, ŏccŭmbo. Mŏrti ŏccŭmbo, sŭccŭmbo. Fātis cōncēdo. Ăd Mānēs ĕo. Vītā fūngŏr. Ĕo sŭb ūmbrās. Pŏstrēmō dĭē fātă claūdo. Plăcĭdā mŏrtĕ quĭēsco. Ēxănĭmis jăcĕo. Ævi spătĭŭm fīnio. Lūmĕn vītālĕ dēsĕro. Vītăm fīnio. Fātă sŭbĕo. Vītālēs aūrās līnquo. Crūdēlĭbŭs, *vel* fērālĭbŭs ūmbrīs ŏccŭbo. Stўgĭās ūndās ădĕo. Ăd Stўgĭās ūndās dēmīttŏr, ĕo, dēscēndo. Mŏrtĭs ĭtĕr ădĕo. Spīrĭtŭs ārtūs dēsĕrit. Spīrĭtŭs it, ăbit in aūrās. In vēntōs vītă rĕcēdit. Mŏrtĕ lūmĭnă claūdo. Dūră quĭēs ŏcŭlŏs, ĕt fĕrrĕŭs ūrgĕt Sŏmnŭs. Dūrōs lēthō fīnīrĕ lăbōrēs, Hŏmĭnēs lūcēmquĕ rĕlīnquo. VERS. In ætērnăm claūdūntŭr lūmĭnă nŏctĕm. *De morte violentâ.* Crūdēli cĕcĭdit lēthō. Pĕrĭit mŏrtĕ crŭēntā. Bēllō *vel* Mārtĕ cădo. Vītăm cūm sānguĭnĕ fūndo. Ēxhālārĕ sŭb ăcērbō vūlnĕrĕ vītăm. Vītăquĕ cūm gĕmĭtū fŭgit īndīgnātă sŭb ūmbrās. Pŭrpŭrĕăm vŏmit ille ănĭmăm. Prŏcŭbŭit mŏrĭēns. Lābĭtŭr ēxsānguis. Cōllāpsōs ārtūs, ātque ārmă crŭēntă cĕrĕbrō Stērnit hŭmi mŏrĭēns. Sānguĭnĭs illĕ vŏmēns rīvōs cădit. Vōlvĭtŭr Eŭrĭălŭs lēthō, pūlchrōsquĕ pĕr ārtūs It crŭŏr, inque hŭmĕrōs cērvix cōllāpsă rĕcūmbit. Frōntĕ fĕrit tērram ĕt crāssŭm vŏmit ōrĕ crŭōrĕm. Cūmque ănĭmā crŭŏr ēst ĕffūsŭs in aūrās. Implēvitquĕ sĭnūm sānguis, tūm vītă pĕr aūrās Cōncēssit mœsta ăd Mānēs, cŏrpŭsquĕ rĕlīquit. Mŏrĭēns sānguĭnĕ tīnxit hŭmŭm. Cădit mŏrĭēnsquĕ sŭō se in vūlnĕrĕ vērsăt. *De quavis morte.* Linquēbānt dūlcēs ănĭmās aŭt ægră trăhēbānt Cŏrpŏră. Ŏmnis ĕt ūnā Dīlāpsŭs călŏr, ātque in vēntōs vītă rĕcēssit. Mĕdĭōs ănĭmam ēxpīrāvit in ignēs. Pĕr te immātūrŭm mŏrtĭs ădīmŭs ĭtĕr. Flŏrēntēsquĕ mănū scĭdit Ătrŏpŏs ānnŏs. Inquĕ lĕvēs ăbiit paūlātim spīrĭtŭs aūrās. Nōn plūră lŏcūtŭm Vītă fŭgit, dēnsæque ŏcŭlōs prēssērĕ tĕnĕbræ. Vivisne, aūt si lūx ālmă rĕcēssit? Queis vītæ lūmĕn ădēmptŭm. Mĕă cūm tŭmŭlŭs cōntēxĕrit ŏssă. Nāscēntēs mŏrĭmŭr, fīnisque ăb ŏrīgĭnĕ pēndĕt. Mē cūm fātālis lēthō dāmnāvĕrit hōră. *Moriar priùs.* Spīrĭtŭs hic văcŭās prĭŭs ēxtĕnŭāndŭs in aūrās Ibit, ĕt in tĕpĭdō dēsĕrĕt ŏssă rŏgō. Spīrĭtŭs āntĕ mĕŭs tĕnŭēs vānēscĕt in aūrās. V. *Mors*.



Digitized by Google

mŏrŏr, āris. V. *Suprà post Mora.*

mōrōsŭs, à mōs. *Difficilem ĕt mōrōsum ŏffendĕt, &c.* Hor. Sat. 2, 5, 90. SYN. Diffĭcĭlĭs, tristĭs, ānxĭŭs, mŏlēstŭs.

Mōrphēŭs, *aut* Mōrpheŭs. *Ădjĭcĭt hīs vōcēm Mōrpheŭs, quām cōnjŭgĭs īllĕ*, Ov. Met. 11, 671. *dissyl. Somni Minister, qui Somnia fingit et inducit dormientibus.* EPITH. Sŏmnĭfĕr, lĕvĭs, nŏctūrnŭs, vŏlŭcĕr, fīctŏr, sĭmŭlātŏr, plăcĭdŭs. PHR. Sōmnī mĭnĭstĕr, ārtĭfex, sĭmŭlātōrquĕ fĭgūræ. VERS. Pīctŭs ĭmāgĭnĭbŭs, fōrmĭsquĕ fŭgācĭbŭs, āstăt Mōrphēŭs, ĕt vărĭīs fīngĭt nŏvă vūltĭbŭs ōră.

Mōrs. *Tūnc brĕvĭŏr dīræ mōrtĭs ăpērtă vĭa ēst*, Tib. 1, 10, 4. *Dea apud Ethnicos habita est, filia Noctis et Erebi, falce armata.* SYN. Fūnŭs, lēthūm, īntĕrĭtŭs, fātūm, ŏbĭtŭs, nĕx, Lĭbĭtīnă, *Dea funerum.* EPITH. Frīgĭdă, răpĭdă, ăcērbă, nīgră, crūdēlĭs, sævă, cērtă, vĭŏlēntă, dūră, crŭēntă, fēră, mĭsĕră, flēbĭlĭs, īnfēlix, gĕlĭdă, īmmātūră, prŏpĕrātă, īmpōrtūnă, āspĕră, sŭbĭtă, mātūră, præcŏx, īmprŏvĭsă, īnexpēctātă, rĕpēntīnă, īmmītĭs, răpāx, īnvĭdă, sūrdă, īmprŏbă, īntēmpēstīvă, cōmmūnĭs, īnēxōrābĭlĭs, īnexplētă, īnsātĭābĭlĭs, præcēps, cæcă, rĭgĭdă, trūx, ēxsānguĭs, tērrĭbĭlĭs, trŭcŭlēntă, bărbără, plăcĭdă, bĕātă, dĕcōră, īnclўtă, fēlix, ŏbscūră, pŭdēndă, tūrpĭs, īgnōbĭlĭs, īnfēlix. PHR. Ēxtrēmŭs dĭēs. Lēthi vĭs, dūră nĕcēssĭtās. Ātră dĭēs. Fāti suprēmă, *vel* sūmmă dĭēs. Lēthæŭs sŏmnŭs. Lēthālĕ frīgŭs. Mōrtĭs dūră lēx, īnclēmēntĭă. Vĭŏlēntĭă fāti. Fīnĭs ævi. Fātālĕ mălūm. Fātālĭs, fūnēstă dĭēs. Ætērnă, pĕrēnnĭs, pērpĕtŭă nōx. Dūră quĭēs. Fērrĕŭs sŏmnŭs. Fāti sōrs āspĕră. Vītæ mētă nŏvĭssĭmă. Fātālĭs Pārcārūm lēx. Suprēmæ hōræ fīlă. Mōrs nēscĭă flēcti. Prĕcĭbŭs sūrdă. Mĭsĕrēri nēscĭă. Īmmĭti cōrpŏră fālcĕ mĕtēns. VERS. Ōmnĭbŭs ēst ĕādēm lēthi vĭă: nōn tămĕn ūnŭs Ēst vītæ cūnctĭs ēxĭtĭīquĕ mŏdŭs. Fūnĕrĭs īmmĭnĕt hōră. Fātă mănēnt ōmnēs, mētām prŏpĕrāmŭs ăd ūnām. Pāllĭdă mōrs æquō pūlsăt pĕdĕ paupĕrūm tăbērnās, Rēgūmquĕ tūrrēs. Sērĭŭs ōcўŭs sōrs ēxĭtūra ēst. Ōmnĭă sŭb īctū Mōrs hăbĕt. Fālce ōmnĭă stērnĭt. Īndŏcĭlĭs flēcti. Nīl nĭsĭ cōrpŏrĭs hūjŭs Jūs hăbĕt, ēffŭgĭūnt strūctōs cārmĕn, hŏnōsquĕ rŏgōs. Lūctūque ĕt tĕnĕbrĭs mōrs ădŏpērtă căpŭt. Mōrs ūltĭmă līnĕă rērum ēst. Ōmnĭă sūb lēgēs mōrs vŏcăt ātră sŭās. Ōmnĭbŭs ōbscūrās īnjĭcĭt īllă mănŭs. Pērque ōmnēs sævĭt mōrs īnŏpīnă vĭās. Mōrs sŭă quēmquĕ mănĕt. Quĭs fŭrŏr ēst ātrām bēllĭs āccērsĕrĕ mōrtēm? Īmmĭnĕt ĕt tăcĭtō clām vĕnĭt īllă pĕdĕ. Dēsĭnăt ēlātĭs quĭsquām cōnfīdĕrĕ rēbŭs: ōmnĭă mōrs æquăt. Ēxtrēmūmquĕ (*diem*) tĭbĭ sēmpĕr ădēssĕ pŭtēs. Ūltĭmă sēmpĕr Ēxpēctāndă dĭēs hŏmĭnī, dīcīquĕ bĕātŭs Ānte ŏbĭtūm nēmō sūprēmăquĕ fūnĕră dēbĕt.

*post mortem.* Pōst ūltĭmă fātă. Īn cĭnĕrēs cūm cōrpŏră vērsă jăcēnt. Cūm frīgĭdă mēmbră rĕlīquĭt Spīrĭtŭs. Cūm cĭnĭs ābsūmptō cōrpŏrĕ făctŭs ĕro. Cūm vĕnĕrĭt ātră dĭēs.

*mortem adire.* VERS. Pūlchrāmquĕ pĕtūnt pĕr vūlnĕră mōrtēm. Sē mĕdĭōs mōrĭtūrŭs īn hōstēs Īnfĕrăt, ăd pūlchrām prŏpĕrĕt pĕr vūlnĕră mōrtēm. Mōrtem ōrăt, tædĕt cœlī cōnvēxă tŭērī.

*in mortis agone versari.* PHR. Mĕdĭă īn mōrtĕ tĕnērī. Paulātim ănĭmă dēfĭcĭēntĕ mŏrī. Aurās haurīrĕ suprēmās. Lūctāntēm ănĭmām vĭcīnă sŭb mōrtĕ trăhēns. Suprēmō īn tēmpŏrĕ vītæ. Īpsō īn līmĭnĕ mōrtis. Cūm jām sŏlvūntŭr frīgŏrĕ mēmbră. Sānguĭs mēmbră fŭgĭt, dēsĕrĭt ārtŭs călŏr. Frīgĭdŭs ĕt lōngĭs sīngūltĭbŭs īlĭă pūlsăt Spīrĭtŭs. Spīrĭtŭs ūltĭmŭs ērrăt ōră sŭpĕr. Pāllŏr sĭmūl ōccŭpăt ōră. Vĭcīnă lānguēscūnt lūmĭnă mōrtĕ. Frīgĭdă tōtō paulātim ēxsŏlvĭt sē cōrpŏrĕ, lēntāquĕ cōllă, Ēt căptūm lēthō pŏsŭĭt căpŭt. Cūm grăvĭs ēxtrēmās Vēstĭnŭs dūcĕrĕt hōrās, Ēt jām pĕr Stўgĭās ēssĕt ĭtūrŭs ăquās. V. *Moribundus.*

mōrsŭs, ūs. *Mōrsĭbŭs īnsĕquĭtūr, rīctūque īn vērbă părātō*, Ovid. Met. 15, 568. EPITH. Ăvĭdŭs, răbĭdŭs, ĕdāx, dīrŭs, fĕrŭs, īmmānĭs, crŭēntŭs, crūdēlĭs, tĕnāx, rĕpĕtītŭs, ītĕrātŭs, mōrtĭfĕr, vĕnēfĭcŭs, vĕnēnōsŭs, vīpĕrĕŭs. PHR. Mōrsū lănĭārĕ, dīscērpĕrĕ, cōnsūmĕrĕ. V. *Mordeo.*

mōrtālĭs. *Ōptĭmă quæquĕ dĭēs mĭsĕrĭs mōrtālĭbŭs ævi*, Virg. Geo. 3, 66. SYN. Mōrti ŏbnŏxĭŭs, *vel* hūmānŭs, *vel* hŏmo.

mōrtĭfĕr, ă, ūm. *Gaudĭă, mōrtĭfĕrūmque ădvērsō, &c.* Virg. Æn. 6, 279. SYN. Lēthālĭs, fātālĭs, lēthĭfĕr, fūnēstŭs, ēxĭtĭōsŭs, pērnĭcĭōsŭs.

mōrtŭŭs. *ĕt sĭ nōn ălĭquā nŏcŭīssēs, mōrtŭŭs ēssēs*, Virg. Ecl. 3, 15. SYN. Ēxănĭmĭs, ēxănĭmātŭs, fūnctŭs, dēfūnctŭs, ēxsānguĭs, ēxtīnctŭs. PHR. Vītā fūnctŭs. Cōrpŏrĕ sŏlūtŭs. Lūmĭnĕ, vītā cāssŭs. Fātĭs ērēptŭs. Mōrtĕ pĕrēmptŭs. Fūnĕrĕ ēxtīnctŭs. Vī răptŭs lēthi, Fūnĕrĕ mērsŭs ăcērbō. Lūmĭnĕ cāssŭs

æthĕrĕō. Cœlĕstĭbŭs aūris dēfūnctŭs. Quēm ăbstŭlĭt ātră dĭēs ĕt fūnĕrĕ mĕrsit ăcērbō. Fātō pērfūnctŭs. Qui ăd Mānēs ăbĭit. Nēc jām æthĕrĕā vēscĭtŭr aūrā. Cui vitæ lūmĕn ădēmptūm. *Morior, et Cadaver.*

*mortuorum animæ.* V. *Manes.*

mōrūm. *Pūnĭcĕō tingit pēndēntĭă mōră cŏlōrĕ*, Ov. Met. 4, 127. EPITH. Nigrūm, ātrūm, dūlcĕ, sānguinĕūm, pūrpŭrĕūm, crŭēntūm, nigrāns, suāvĕ, cŏlōrātūm.

mōrŭs. *ārdŭă mōrŭs ĕrăt, gĕlĭdō cōntērmĭnă fōntī*, Ov. Met. 4, 90. EPITH. Tārdă, lēntă, frūctĭfĕră, fērtĭlis, fĕrāx. V. *Arbor.*

mōs, mōris. *Mōrĕ, bŏnŭs sānĕ vīcīnŭs, ămābĭlĭs hōspĕs*, Hor. Ep. 2, 2, 132. SYN. Cōnsuētūdo, āssuētūdo, ūsŭs. EPITH. Vĕtŭstŭs, prīscŭs, āntiquŭs, cōnsuētŭs, āssuētŭs, patrĭŭs, sōlēmnis, insuētŭs. PHR. Tēmpŭs pĕr ōmnĕ dēdūctŭs. Prīscō dēdūctŭs ăb ævō.

mōrēs, ūm. *Nōvi hŏmĭnis mōrēs; ēsūrit, ātquĕ sĭtit*, Mart. 2, 40, 2. SYN. Āffēctŭs, ingĕnĭūm, nātūră, indōlēs. EPITH. Prŏbi, plăcĭdi, mŏdēstī, hŏnēsti, rēcti, æqui, cāsti, pūri, pŭdīci, ēgrĕgii, mītēs, ingĕnŭi, gĕnĕrōsi, fĕri, mălĭgni, ōbscœni, prāvi, cōrrūpti, pērvērsi, infāndi.

Mōsēs, is. *Lēgĭfĕr ipsĕ jăcēt Mōsēs, Aārōnquĕ Săcērdōs. Amrami filius, frater Aaronis, natus dum populus Hebræus Ægyptiacam captivitatem pateretur. Pharaonis jussu in Nilo expositus est, ubi eum Regis hujus filia reperit, et ab aquis exceptum, in Regiâ educandum curavit. Cùm multa prodigia Pharaoni frustrà exhibuisset, ut libertatem Israelitarum obtineret, ipsos per mare Rubrum, divisis aquis, abduxit. Legem Decalogi à Deo accepit in Monte Sinâ; è quo descendens, frontem radiis, cornuum instar, effulgentem habere visus est.* SYN. Mōÿsēs, Amrāmĭdēs. EPITH. Clārŭs, lēgĭfĕr, fātĭdĭcŭs, săcĕr, pŏtēns. PHR. Hebræōrūm lēgĭfĕr. Pāstŏr, *vel* Dūx, Īsăcĭdēs, *i. e. Judæus*, Cōrnĭgĕr hērōs, vātēs. Qui pŏpŭlō siccūm pēr mărĕ strāvĭt ĭtĕr. Mīrĭfĭcŭs virgā, ōstēntīsquĕ Mōÿsēs. Săcĕr Dĕi intērprēs. Clārŭs virtūtĕ Mōÿsēs. Aūxĭliis frētŭs cœlēstĭbŭs Hērōs.

mōto, ās. *Lūdĕrĕ, tūm rĭgĭdās mōtārĕ căcūmĭnă quērcūs*, Virg. Ecl. 6, 28. V. *Moveo.*

mōtŏr, ōris. *Cūnārūm fŭĕrās mōtŏr, Chărĭdēmĕ, mĕārūm*, Mart. 11, 40, 1. SYN. Ăgĭtātŏr, impūlsŏr.

mōtŭs, ūs. *Audiit, insŏlĭtis trĕmŭērūnt mōtĭbŭs Ālpēs*, Virg. Geo. 1, 475. SYN. Ăgĭtātio, mōtio, cōmmōtio, pūlsŭs, impūlsŭs, impĕtŭs, *vel* tŭmūltŭs. EPITH. Tārdŭs, lēntŭs, vēlōx, cĕlĕr, cōncĭtŭs, cĭtātŭs, răpĭdŭs, viŏlēntŭs, præcēps, āssĭdŭŭs, trĕmŭlŭs, lĕvis, incērtŭs, vānŭs, irrĕquĭētŭs, crēbĕr, vărĭŭs.

mōtŭs, ă, ūm. *Quōs ĕgŏ, sĕd mōtōs præstāt cōmpōnĕrĕ flūctūs*, Virg. Æn. 1, 139. SYN. Cōmmōtŭs, pērmōtŭs, ăgĭtātŭs, pūlsŭs, impūlsŭs, quāssātŭs, cōncŭssŭs, āctŭs, āffēctŭs, pērtūrbātŭs.

mŏvĕo, mōvi, mōtūm.——*fātōrum ārcānă mŏvēbo*, Virg. Æn. 1, 266. SYN. Cōmmŏvĕo, pērmŏvĕo, mōto, quătio, quāsso, cōncŭtio, ăgito, pēllo, impēllo, vērso, ăgo, *vel* flēcto, āffĭcio, cĭĕo, ēxcito, *vel* tūrbo, pērtūrbo, mōtū miscĕo. PHR. Mōtū cĭĕo. Crēbris ăgito mōtĭbŭs. Vărĭō vērsārĕ mōtū. *Pro flecto.* Flēctĕrĕ si nĕquĕō Sŭpĕrōs, Ăchĕrōntă mŏvēbo. Vincūntūr mōlli pēctŏră dūră prĕcĕ. Prĕcĭbŭs si flēctĕris ūllis, Āspĭcĕ nōs. Flēctĭtŭr īrātŭs vōcĕ rŏgāntĕ Dĕŭs. Nūllis īllĕ mŏvētŭr Flētĭbŭs. Inclÿtă virtūs Āllĭcĭăt, mŏvĕātquĕ ănĭmōs.

mŏvĕŏr, ēris, mōtŭs. *Dērisŏr vērō plūs laūdātōrĕ mŏvētŭr*, Hor. A. P. 433. V. *Moveo.* SYN. Cōmmŏvĕŏr. EPITH. Mōtŭs dō, ăgito, cĭĕo. Mōtĭbŭs cĭĕŏr, vērsŏr, ăgĭtŏr, cōncŭtĭŏr, *vel* flēctŏr, plăcŏr.

mūcro, ōnis. *ōppŏsĭti: stăt fērri ăcĭēs mūcrōnĕ cŏrūscō*, Virg. Æn. 2, 333. SYN. Cūspis, ăcĭēs, *vel* ēnsis, glădĭŭs, fērrūm. EPITH. Strīctŭs, fērrĕŭs, mōrtālis, āspĕr, ăcūtŭs, ānceps, infēstŭs, Mārtĭŭs, fūlgēns, fĕrŭs, brĕvis, fŭrēns, crŭēntŭs, distrīctŭs, dūrŭs, rŭtĭlŭs, fūlgĭdŭs, ārdēns, nĭtĭdŭs, mĭnāx, tērrĭfĭcŭs, sævŭs. V. *Cuspis, Ensis.*

mūgio, is, ii. *Mūgiit, ēt Căci spēm cūstōdītă fĕfēllit*, Virg. Æn. 8, 218. SYN. Bŏo, immūgio. PHR. Mūgitŭs, *vel* bŏātŭs ēdo, mitto, ēmitto, dō, cĭĕo. Mūgītĭbŭs aūrās, āgră, lŏcă lātē implĕo, cōmplĕo, impēllo. Bŏūm clāmōrēm imĭtŏr. Mōrĕ bŏvis gĕmo. VERS. Mūgitŭs vĕlŭti cūm prima in prælĭă taūrŭs Tērrĭfĭcōs cĭĕt. Rēddĭdĭt ūnă bŏūm vōcēm, vāstōquĕ sŭb āntrō Mūgĭit.

mūgitŭs, ūs.—*Rūmpĕrĕ mūgitū cārmĭnă dōctă bŏvēs*, Tib. 2, 3, 24. SYN. Bŏātŭs.

Digitized by Google

EPITH. Terrĭfĭcŭs, hōrrēndŭs, raūcŭs, quĕrŭlŭs, trĕmēndŭs, rĕbŏāns, măgnŭs, rĕpĕtītŭs, ĭtĕrātŭs, fĕrōx, frĕmēns, mūltĭplēx, ĭngēns, tĕrrĭbĭlĭs, mĭnāx. PHR. Taūrīnă vōx. Taūrīnī sŏnĭtŭs. Hōrrēndŭs taūrī clāmŏr, frĕmĭtŭs. VERS. Mūgītŭs pĕr sāxă rĕsūltānt. Bŏātū rĕsŏnānt mōntēs. Quĕrŭlīs rĕbŏānt mūgītĭbŭs āgrī.

mūlă, æ.——*mūndæ nĭtĕt ūngŭlă mūlæ*, Juv. 7, 181. V. *Mulus*.

mūlcĕo, mūlsi. *Mūlcēbātque īrās, ĕt mōrsūs ārtĕ lĕvābăt*, Virg. Æn. 7, 755. SYN. Dēmūlcĕo, pērmūlcĕo, dēlĭnĭo, tĭtĭllo, rĕcrĕo, rĕfĭcio, rĕlāxo, dēlĕcto, āllĭcĭo, āllēcto, căpto, blāndĭŏr, ădūlŏr: lēnĭo, mĭtĭgo, plāco. V. *Placo*.

Mūlcĭbĕr, ĕrĭs, et ibrī. *Mātĕrĭēm sūpĕrābăt ŏpŭs: nām Mūlcĭbĕr illic*, Ov. Met. 2, 5. (*à mulcendo ferro.*) V. *Vulcanus*.

mūlcto. *Prōspĕxĭt trīstī mūlctātām mōrtĕ Cămĭllām*, Virg. Æn. 11, 839. SYN. Pūnĭo, căstĭgo, plēcto, dāmno. V. *Punio*.

mūlgĕo, mūlsi, *vel* mūlxi. *Hīc ălĭēnŭs ŏvēs cūstōs bĭs mūlgĕt ĭn hōrā*, Virg. Ecl. 3, 5. PHR. Ūbĕră pălmis prĕmo, prĕsso, ēxhaūrĭo, sĭcco, ēxsĭcco. Lāc prēssīs māmmīs ēlĭcio. Ăd mūlctrām vŏco. Mūlgĕndo lāc ēxprĭmo. VERS. Ĕt sūccŭs pĕcŏrī, ĕt lāc sūbdūcĭtŭr āgnīs. Frūstră prēnsābĭmŭs ūbĕră pălmīs. Ūbĕră dēnt sătŭræ mănĭbūs prēnsāndă căpēllæ. Quām măgĭs ēxhaūstō spūmāvĕrăt ūbĕrĕ mūlctră, Lætă măgĭs prēssīs mānābūnt flūmĭnă māmmīs.

mŭlĭĕbrĭs. *ădvĕnĭt, quī vēstrā dĭēs, mŭlĭĕbrĭbŭs ārmīs*, Virg. Æn. 11, 687. SYN. Fœmĭnĕŭs.

mŭlĭĕbrĭtĕr. *Pĕrīrĕ quærēns nēc mŭlĭĕbrĭtĕr*. (Alcaic.) Hor. Od. 1, 37, 22. SYN. Fœmĭnĕūm ĭn mōrēm, *vel* tĭmĭdē, ĭgnāvē.

mŭlĭĕr, ĕrĭs. *Dēsĭnăt ĭn pĭscēm mŭlĭĕr fōrmōsă sŭpĕrnē*, Hor. A. Poët. 4. V. *Fœmina*.

mŭlĭĕrcŭlă. *Dētĕrĭōrĕ sĭt ŭt fōrmā mŭlĭĕrcŭla ămētŭr*, I.

mūlĭnŭs. *Dēclāmātōrĭs mūlĭnō cōrdĕ Vāgēllī*, Juv. 16, 23.

mūltĭcăvŭs. *Pūmĭcĕ mūltĭcăvō, nēc lævĭbŭs ātrĭă tōphīs*, Ovid. Met. 8, 561. SYN. Mūltĭfŏrĭs.

mūltĭcŏlŏr, ōrĭs. *Mūltĭcŏlŏr fūcŭs dīgĕrĭt ōmnĕ nĕfās*, Prud. SYN. Vărĭŭs, vērsĭcŏlŏr. PHR. Vărĭō cŏlōrĕ dĭstĭnctŭs, dĕcŏrātŭs, mĭcāns.

mūltĭfŏrĭs. *Lōngævĕ mūltĭfŏrĭs dēlēctăt tībĭă būxī*, Ov. Met. 12, 158. SYN. Mūltĭcăvŭs.

mūltĭlŏquŭs. *Mūltĭlŏquōs ōdī: tŭrbă rĕcēdĕ lŏquāx*, Ovid. SYN. Lŏquāx, gărrŭlŭs.

mūltĭplēx, ĭcĭs. *Hæc tūm mūltĭplĭcī pŏpŭlōs sērmōnĕ rĕplēbăt*, Virg. Æn. 4, 189. SYN. Vărĭŭs, dĭvērsŭs, *vel* mūltŭs, plūrĭmŭs.

mūltĭplĭco. *Quās mōră sūspēnsæ mūltĭplĭcāvĭt ŏpīs*, Rutil. SYN. Aūgĕo: vărĭo.

mūltĭsŏnōrŭs. *ēssĕdă cōncōrdēs mūltĭsŏnōră trăhūnt*, Claud. Epigr. 1. SYN. Mūltĭsŏnŭs, sŏnōrŭs.

mūltĭsŏnŭs. *Sĭcŭbī mūltĭsŏnā fērvēt săcĕr Āttĥĭdĕ lūcŭs*, Mart. 1, 54, 9. SYN. Rĕsŏnŭs, mūltĭsŏnōrŭs.

‖ mūltĭtūdo, ĭnĭs. SYN. Tūrbă, cōpĭă, cătērvă, vīs, nŭmĕrŭs, frĕquēntĭă, cœtŭs, *vel* plēbēcŭlă, vūlgŭs, plēbs, pŏpŭlŭs. EPITH. Nŭmĕrōsă, dēnsă, plūrĭmă, ĭngēns, frĕquēns. V. *Turba*.

mūltŏtĭēs. *Mūltŏtĭēs ŏffēnsă cădĭt mūtātquĕ cŏlōrēm*, M. SYN. Sæpĕ, sæpĭŭs, frĕquēntĕr.

mūltŭs. *Nēc mūltōs ădhĭbĕt, lĭcĕăt mŏdŏ vīvĕrĕ fīent*, Juv. 2, 135. SYN. Plūrĭmŭs, nŭmĕrōsŭs, crēbĕr, frĕquēns, cōpĭōsŭs, nĭmĭŭs, dēnsŭs, lōngŭs, prōlĭxŭs, āmplŭs, mūltĭplēx, ĭnfīnītŭs, ĭnnŭmĕrŭs, nōn paūcŭs, haūd mŏdĭcŭs.

mūlŭs, mūlă. *ēmptŭm mūlŭs ăprŭm: crūdī, &c.* Hor. Ep. 1, 61. EPITH. Cĕlĕr, vēlōx, cĭtŭs, ăgĭlĭs, pērnĭx, pērvĭcāx, stērnāx, ĭndŏcĭlĭs, strĭgōsŭs, bĭfōrmĭs, Hĭspānŭs.

‖ mūndo, ās. SYN. Pūrgo, dētērgo. V. *Purgo*.

mūndānŭs. *Mūndānī ĭnvŏlvăt pŏpŭlī, dāmnētquĕ, &c.* P.

mūndĭtĭă, *vel* ēs. *Tālēs mūndĭtĭæ dĕcĕnt pŭēllās*, (Phal.) Mart. 10, 90. SYN. Cūltŭs.

mūndŭlŭs, ă, ŭm. *istōs ĕgŏ nūnc mūndŭlōs ămāsĭōs.* (Iamb.) SYN. Pūrŭs, tērsŭs, laūtŭs, pŏlītŭs, cūltŭs, nĭtĭdŭs. PHR. Lābĕ, măcŭlīs cărēns. Nūllīs sōrdĭbŭs hōrrēns.

mūndŭs, ī.——*Ō lūx ĭmmēnsī pūblĭcă mūndī*, Ov. Met. 2, 35. SYN. Ōrbĭs.

Digitized by Google

EPITH. Cōnvexūs, glōbōsūs, tĕrēs, rŏtūndūs, spătĭōsūs, āmplūs, văstūs, căpāx, ingēns, mīrābĭlĭs. PHR. Mūndī fabrĭcă, māchĭnă, glŏbūs, mōlēs. Tērrārūm ōrbĭs. Ŏpūs mīrābĭlĕ mūndī. Æternī gĕnĭtōrĭs ŏpūs. Māxĭmūs ōrbĭs. Pătēntēs mūndī plāgæ, ōræ. Mūndī spĕcĭēs pūlchērrĭmă. Tērræquĕ, trāctūsquĕ mărĭs, cœlūmquĕ prŏfūndūm. Quīcquĭd ŭbĭquĕ vĭdēs, cœlūm, mărĕ, nūbĭlă, tēllūs. Quī mărĕ, quī tērrās, quī tōtūm pŏssĭdĕt ōrbēm.

*per totum mundum.* PHR. Cūnctīs ĭn ōrīs. Quā tērră pătĕt. Quā Sōl utrūmquĕ rĕcūrrēns Āspĭcĭt ŏcĕănūm. VERS. Nātām Sōlĭs ăb ŏccāsū Sōlĭs quærēbăt ăd ōrtūs: Prætĕrĭtūs Cĕrĕrī nūllūs ĭn ōrbĕ lŏcūs. Quæ rĕgĭo ĭn tērrīs nōstrī nōn plēnă lăbōrĭs?

*à mundi exordio.* PHR. Ā prīmā nāscēntĭs ŏrīgĭnĕ mūndī. Pōst nātī ēxōrdĭă mūndī. Prīmāquĕ ăb ŏrīgĭnĕ mūndī.

mūndūs mŭlĭebrĭs. SYN. Mŭlĭebrĭs cūltūs, ōrnātūs, sŭpēllēx: mŭlĭebrĭă ōrnāmēntă.

mūnĕro, ās. *Mūnĕrăt, ĕt laūrō mŏdŏ pūlchĕr ŏbūmbrăt Ăpōllo*, Ovid. SYN. Dōno, dō, mūnĕrĕ āffĭcĭo, cŭmŭlo, dĕcŏro, ōrno, ŏnĕro: mūnĕră, dōnă dō, cōnfĕro. V. *Dono.*

mūnĭă. *Cætĕră quī vītæ sērvārĕt mūnĭă rēctæ*, Hor. Ep. 2, 131. SYN. Ōffĭcĭūm, mūnūs.

mūnĭfĭcēntĭă. *ērgō quōs īllī mĕă mūnĭfĭcēntĭă nūmmōs*, Alc. V. *Liberalitas.*

mūnĭfĭcūs. *Vīs tē mūnĭfĭcūm, Gūrgūlĭānĕ, vŏcēm?* Mart. 4, 56, 2. SYN. Lībĕrālĭs. V. *Liberalis.*

mūnīmĕn, ĭnĭs.——*Hōc ēffūsōs mūnīmĕn ăd īmbrēs*, Virg. Geo. 2, 332. SYN. Mūnīmēntūm, vāllūm, āggĕr, prōpūgnācŭlă, mūrī. EPITH. Tūtūm, sēcūrūm, fōrtĕ, vălĭdūm, lōngūm, tūrrĭgĕrūm, ĭnēxpūgnābĭlĕ. PHR. Prōpūgnācŭlă bēllō Tūtă. Claūsī mūnīmĭnă vāllī. Mūnīmĕn nūllō fērrō frāngēndūm. VERS. Quŏd nōn ărĭēs īmpēllĕrĕ sævūs, Quŏd nōn ūllă quĕăt vĭŏlēntī māchĭnă bēllī. Sŭbĭtūs rūptī mūnīmĭnĕ cēspĭtĭs āggĕr Præbĕt sēcūrōs īntrā tēntōrĭă sōmnōs. V. *Turris.*

mūnĭo, īs, ĭī, ītūm. *ĕt mūnīrĕ fāvōs, ĕt Dædălă fīngĕrĕ tēctă*, Virg. Geo. 4, 179. SYN. Fīrmo, cōnfīrmo, vāllo. PHR. Mūnīmĭnĕ, āggĕrĭbūs, vāllō, mūrĭs, fōssīs claūdo, cīrcūmdo, cīngo, ărmo, păro, īnstrŭo. VERS. Prōpūgnācŭlă bēllō Tūtă părānt. Dēnsīs mūrōrum āggĕrĭbūs fīrmānt Mœnĭa, ĕt ābrūptō cīrcūmdānt ūndĭquĕ vāllō Săxōrūmque ōrbēs, ĕt quæ sŭpĕr ēmĭnŭs hōstēm Tēlă pĕtānt, āltīs mūrōrūm tūrrĭbŭs āptānt. Ēxtrŭĭte īmmānēs scŏpŭlōs, āttōllĭtĕ tūrrēs, Cīngĭtĕ vōs flŭvĭīs, văstās ŏppōnĭtĕ sylvās. Nōn dăbĭtĭs mūrūm scĕlĕrī. V. *Vallo.*

mūnītūs. *Tēndĭt ăd īncūrvō mūnītōs āggĕrĕ pōrtūs*, Ov. Met. 15, 690. SYN. Fīrmātūs, vāllātŭs: *vel* īnstrūctūs. V. *Munio.*

mūnūs, ĕrĭs. *Mūnĕrĭbūs cŭmŭlăt măgnĭs, &c.* Virg. Æn. 5, 532. SYN. Dōnūm, præmĭūm, mūnūscŭlūm, *vel* ōffĭcĭūm. EPITH. Ŏpŭlēntūm, præclārūm, ēgrĕgĭūm, mĕmŏrābĭlĕ, ingēns, dīvĕs, māgnĭfĭcūm, hŏnēstūm. V. *Donum.*

mūrālĭs. *ēmĭnŭs īntōrquĕt! mūrālī cōncĭtă nūnquām*, Virg. Æn. 12, 921.

mūrēx, ĭcĭs.—*Fūlgēntī mūrĭcĕ vēstĭs*, Virg. Æn. 9, 614. SYN. Cōnchȳlĕ, cōnchȳlĭūm, ōstrūm, pūrpŭră. EPITH. Rŭbēns, rădĭātūs, Tȳrĭūs, Sīdŏnĭūs, Āssȳrĭūs, stēllāns, rŭtĭlūs, aūrātūs, ārdēns, pūrpŭrĕūs, pūnĭcĕūs, flăgrāns. V. *Purpura.*

mūrmŭr, ŭrĭs. *āspĭcĕ, vēntōsī cĕcĭdērūnt mūrmŭrĭs aūræ*, Virg. Ecl. 9, 58. SYN. Strĕpĭtūs, sŏnĭtūs, sŏnūs, frăgŏr, strīdŏr, sūsūrrūs, clāmŏr, tŭmūltūs. EPITH. Strīdēns, răpĭdūm, frăgōsūm, quĕrŭlūm, rĕbōāns, lŏquāx, hōrrĭfĭcūm, sŏnōrūm, īnsānūm, clāmōsūm, hōrrēndūm, cōnfūsūm, trĕmēndūm, răbĭdūm, sævūm, grăvĕ, ingēns, dēnsūm, trĕmŭlūm, crēbrūm, flŭvĭālĕ, ārgūtūm, gārrŭlūm, lēnĕ, tĕnŭĕ, mōllĕ, blāndūm, sōmnĭfĕrūm, sŏpŏrĭfĕrūm. PHR. Cōnfūsæ sŏnūs ūrbĭs, ĕt īllætābĭlĕ mūrmŭr. VERS. Mūrmŭrĕ cæcō īntūs săxă sŏnānt, rĕsŏnānt, rĕsūltānt. Strĕpĭt ōmnĭs mūrmŭrĕ cāmpūs. Cæcĭs strĕpĭtānt rĕsŏnāntĭă sylvĭs Mūrmŭră. Strĕpĭtăt raūcō mūrmŭrĕ rīvūs ăquæ. Flŭūnt crĕpĭtāntī mūrmŭrĕ rīvī. V. *Clamor.*

mūrmŭro, ās. *Spūmĕă sēmĭfĕrō sŭb pĕctŏrĕ mūrmŭrăt ūndă*, Virg. Æn. 10, 212. SYN. Īmmūrmŭro, strĕpo, strĕpĭto, sŏno, strīdĕo, frĕmo, sūsūrro. PHR. Mūrmŭr, strĕpĭtūm, &c. ēdo. Mūrmŭr dō, tōllo, cĭĕo. Aūrās, *vel* æthĕră mūrmŭrĕ īmplĕo, rĕplĕo, cōmplĕo. VERS. Frĕmĭt īnsŏlēntī mūrmŭrĕ cœlūm. Cōnfūsōs īngĕmĭnăt strĕpĭtūs. Īnānĭă mūrmŭră mīscēnt. Cōnsŏnăt ōmnĕ nĕmūs strĕpĭtū, cōllēsquĕ rĕsūltānt. Cūnctī sĭmŭl ōrĕ frĕmēbānt. Sŏnūs aūdītūr grăvĭŏr, trāctĭm-

Digitized by Google

quĕ sŭsūrrānt. Frīgĭdŭs ūt quōndām sȳlvīs īmmūrmŭrăt Aūstĕr. Māgnō cīrcūm clāmōrĕ frĕmēbānt. Vēntīs sūrgēntĭbŭs, aūt frĕtă pōntī Īncĭpĭūnt ăgĭtātă tŭmēscĕre, ĕt ărĭdŭs āltīs Mōntĭbŭs aūdīrī frăgŏr, aūt rĕsŏnāntĭă lōngē Lĭttŏră mīscērī, ĕt nĕmŏrum īncrēbēscĕrĕ mūrmŭr. Vīcīnæquĕ frĕmūnt rīpæ crĕpĭtāntĭbŭs ūndīs. Fērrūm strīdĕt, ĕt īn tĕpĭdā sūbmērsūm sībĭlăt ūndā. Ōmnēs cīrcūmstānt frĕmĭtū dēnsō. Sŭsŭrrŭs, *vel* mūrmŭr mōllēs sōmnōs īrrītăt, īndŭcĭt, cōncĭlĭăt. Dūlcĕ mūrmŭr plăcĭdōs suādĕt īnīrĕ sōmnōs. Rīvŭs ŏppŏsĭtōs ŏbīcēs crĕpĭtāntī mūrmŭrĕ pūlsăt, vīncĭt. Săxă, *vel* lăpīllōs tĕnŭī strīdōrĕ lăcēssĭt. V. *Clamo et Susurro.*

mūrŭs. *īngĕnĭō mūrōs æstĭmĕt īllĕ mĕō*, Prop. 4, 1, 96. SYN. Pārĭēs, mœnĭă, āggĕr, vāllūm, prōpūgnācŭlūm, mūnīmĕn, mūnīmēntūm. EPITH. Āltŭs, ărdŭŭs, sūblīmĭs, ēxcēlsŭs, ēlātŭs, ēdĭtŭs, āĕrĭŭs, prōcērŭs, tūrrĭtŭs, mūnītŭs, vāllātŭs, tūrrĭgĕr, ăhēnĕŭs, īnēxpūgnābĭlĭs, īnāccēssĭbĭs, tūtŭs, sēcūrŭs, īngēns, sŭpērbŭs. PHR. Mūrōrūm āggĕr, mōlēs, vāllūm, mūnīmĕn, cōmpāgēs. Mĭnæ mūrōrum īngēntēs, æquātăquĕ māchĭnă cœlō. Mūnīmĕn mūrālĕ. Sŏlĭdī fūndāmĭnă mūrī. VERS. Āltō stānt ărdŭă săxō Mœnĭă. Ārx nŏvă prōptĕr ăquās pīnnātīs ărdŭă mūrīs Sūrgĭt. Mūrŭs cōctĭlĭs ūrbēm cīngĭt, *vel* āmbĭt, cīrcūmdăt. Mœnĭă dēnsō āggĕrĕ fīrmăt, mūnīt, vāllăt. Vălĭdīs ēxsūrgūnt cōnstrūctă, *vel* mūnītă ŏppĭdă mūrīs. Mœnĭă lātă vĭdĕt trĭplĭcī cīrcūmdătă mūrō. Īpsīs prælĭă mīscēnt āggĕrĭbūs mūrōrūm. Cōctĭlĭbūsquĕ nŏvām cīrcūmdărĕ mœnĭbŭs ūrbēm. Ērēctōs āttōllĭt ăd æthĕră mūrōs. Mūrōrum āddūcĕrĕ mōlēs.

mūs, mūrĭs. *ĕt dīvīnă Ŏpĭcī rōdēbānt cārmĭnă mūrēs*, Juv. 3, 207. SYN. Sōrēx. EPITH. Ēxĭgŭŭs, pārvŭs, ēxĭlĭs, grăcĭlĭs, tĕnŭĭs, ēdāx, trĕpĭdŭs, fŭgāx, păvĭdŭs, tĭmĭdŭs. PHR. Prædă fēlĭs. Ōmnĭă cōrrōdēns. VERS. Quā brĕvĭs ōccūltūm mūs sĭbĭ fēcĭt ĭtĕr.

Mūsæ, ārūm. *āntīquōs lŏquĭtŭr Mūsārūm pāgĭnă Rēgēs*, Cl. *Novem à Poëtis finguntur, quarum Princeps Apollo, sedes autem præcipua Parnassus. Filiæ dicuntur Jovis et Mnemosynes. Carminibus et Musicæ præsunt. Earum nomina, variaque munia infrà describuntur.* SYN. Cămœnæ, Pĭĕrĭdēs, Āŏnĭdēs, Cāstălĭdēs, Hĕlĭcōnĭădēs, Pārnāssĭdēs, Ăgănīppĭdēs, Pēgăsĭdēs, Thēspĭădēs, Pīmplēĭdēs, Lĭbēthrĭdēs, Mæŏnĭdēs: *Sic appellatæ quasi* Carmœnæ, *et à* Piero *monte Thessaliæ vel Bœotiæ*, Castalio *fonte*, Helicone *et* Parnasso *montibus in Bœotiâ*, Hippocrene *seu* Aganippe *Fonte Pegasi ungulâ excitato*, Thespio *urbe juxta Heliconem*, Pimplâ *monte et fonte Macedoniæ*, Libethrâ *Magnesiæ fonte*, Homero *Mæonio, Poëtarum parente.* EPITH. Dōctæ, cănōræ, blāndæ, săcræ, fācūndæ, dūlcēs, vĕnūstæ, īngĕnĭōsæ, cāstæ, pŭdīcæ, cōmptæ, vōcālēs, dīsērtæ, ārgūtæ, gĕnĭālēs, sōlērtēs, laūrĭgĕræ, Cāstălĭæ, Āŏnĭæ, Pĭĕrĭæ, Ăgănīppēæ, Hĕlĭcōnĭæ, Pīmplææ. PHR. Cāstălĭæ sŏrōrēs, pūēllæ, vīrgĭnēs, ălūmnæ, Dēæ, Dīvæ, Nȳmphæ. Nŏvēm sŏrōrēs Hĕlĭcōnĭs, Pĭĕrĭī mōntĭs ălūmnæ, dŏmĭnæ, Rēgīnæ. Pĭĕrĭŭs chŏrŭs. Pīndī mōntĭs ălūmnæ, *in Thessaliâ.* Cāstălĭdūm tūrbă, cŏhōrs, chŏrŭs. Cŏhōrs Hĕlĭcōnĭă Phœbī. Phœbī, Ăpōllĭnĭs chŏrŭs. Āŏnĭī tūrbă nŏvēnă jŭgī. Præsēntĭă Nūmĭnă vātūm. Dēæ Pārnāssī săcră cŏlēntēs. Nŏvēm Phœbī cŏmĭtēs. Hĕlĭcōnĭs dōctă Nūmĭnă. Vīrgĭnĕŭs Mūsārūm chŏrŭs. Quæ flēctūnt ănĭmōs mŏdŭlāmĭnĕ cāntŭs. VERS. Vōs, ō Cāllĭŏpē, prĕcŏr, āspīrātĕ cănēntī. Mūsă, mĭhī caūsās mĕmŏră. Tū, vātēm tū, Dīvă, mŏnē, dīcam hōrrĭdă bēllă. Vōs pāndĭtĕ vātī, Pĭĕrĭdēs. Pāndĭtĕ nūnc Hĕlĭcōnă Dēæ cāntūsquĕ mŏvētĕ. *Musæ novem.* Clīō *præest Historiæ:* Cāllĭŏpē *Heroico carmini:* Mĕlpŏmĕnē *Tragœdiis:* Thălĭă *Comœdiis et Agriculturæ:* Ĕrătō *Amatorio carmini et Hymnis:* Eūtĕrpē *Tibiæ cantui:* Tĕrpsĭchŏrē *Citharæ et Choreis:* Pŏlȳmnĭă, *seu* Pŏlȳhȳmnĭă, *vel* Pŏlȳmnēĭă, *Actioni et Histrionicæ:* Ūrănĭē *Astrologiæ præsidet.* (Virg. in Epig.) Clīō gēstă cănēns trānsāctīs tēmpŏră rēddĭt: Mĕlpŏmĕnē trăgĭcō prōclāmăt mœstă bŏātū. Cōmĭcă lāscīvō gaūdĕt sērmōnĕ Thălĭă. Dōctĭlŏquīs călămōs Eūtĕrpē flātĭbŭs ūrgĕt. Tĕrpsĭchŏrē āffēctūs cĭthărīs mŏvĕt, īmpĕrăt, aūgĕt. Plēctră gĕrēns Ĕrătō sāltăt pĕdĕ, cārmĭnĕ, vūltū. Cārmĭnă Cāllĭŏpē lĭbrīs hērōĭcă māndăt. Ūrănĭē cœlī mōtūs scrūtātŭr ĕt āstră Sīgnăt cūnctă mănū; lŏquĭtŭr Pŏlȳhȳmnĭă gēstū.

*Musa, pro Poëti, vel carmine.* V. *Carmen.*

mūscă. *Mūscă īn tēmōnĕ sēdĭt, ĕt mūlam īncrĕpāns*, Phæd. EPITH. Lævĭs, grăcĭlĭs, ēxĭgŭă, pārvă, mŏlēstă, păvĭdă, fŭgāx, āĕrĭă, vŏlĭtāns.

mūscōsŭs. *Mūscōsī fōntēs, ĕt sōmnō mōllĭŏr hērbă*, Virg. Ecl. 7, 45. SYN. Mūscō ŏpērtŭs, vĭrēns, squāllēns, squāllĭdŭs, vĭrĭdĭs, vĭrĭdāns.

Digitized by Google

mūscŭs. *Flūmĭnă; mūscŭs ŭbi ĕt vĭrĭdĭssĭmă grāmĭnĕ rīpă*, Virg. Geo. 3, 144. EPITH. Tĕnāx, tĕnĕr, tĕnŭis, hūmĭdŭs, ūdŭs, mădĭdŭs, virēns. VERS. Mūscōque ădŏpĕrtă vĭrēnti Mānābăt săxō vēnă pĕrēnnis ăquæ. Mōlli tēllūs ĕrăt hūmĭdă mūscō. Fāstīgĭă tūrpi Squāllēbānt mūscō. Lĭquĭdi fŏntēs ĕt stāgnă vĭrēntĭă mūscō. Fŏntēm vĭrĭdis mūscŭs ŏpācăt, circūndăt, ŏpĕrit, tĕgit.

mūsĭcă, *vel* mūsĭcē.——*mŏdŭlōrŭm mūsĭcă trĭplĕx*, Aus. SYN. Ārs mūsĭcă, cănēndi ārs, *vel* cŏncēntŭs, mĕlŏs, mŏdŭlātĭo, mŏdŭlāmĕn, cāntŭs. EPITH. Dūlcis, suāvis, blāndă, lætă, cănōră, ămœnă, cœlēstis, plăcĭdă, fēstīvă, dūlcĭsŏnă, dŏctă, rĕsŏnă, trĕmŭlă, Ăpŏllĭnĕă, Āŏnĭă, mēllĭflŭă, sŏnōră. PHR. Fēsti cŏncēntūs. Nūmĕri dūlcisŏni, ārgūti mŏdŭlāmĭnă cāntūs. Grātă vŏcūm discrĭmĭnă. Vŏcūm discŏrdĭă cŏncŏrs. Sŏnōri mŏdŭli. Dūlcĭbŭs mŏdis ārgūtis vŏcĭbŭs ănĭmōs mŏvēns, mūlcēns, dēlēctāns, rĕcrĕāns. Blāndă dūlcēdĭnĕ dēmūlcēns sēnsūs. Implēns ăffēctās tăcĭtă dūlcēdĭnĕ mēntēs. Ănĭmōs mūlcēns mŏdŭlāmĭnĕ cāntūs. Fŭgāns trīsti dē pēctŏrĕ cūrās. Cūris ānxĭă cōrdă lĕvāns. Cūrārūm dūlcĕ lĕvāmĕn. Mīrĭfĭcis ănĭmōs āptă mŏvērĕ mŏdis. Rēgūm dĕcŭs ātquĕ vŏlūptās. V. *Cantus*.

‖ mūsĭcŭs. SYN. Cāntŏr. EPITH. Pĕrītŭs, cănōrŭs, dŏctŭs, ārgūtŭs, fēstīvŭs. PHR. Cănēndi pĕrītŭs. Dŏctŭs mŏdŭlōs, ĕt cithăræ sciēns. Cithărām cūm vŏcĕ mŏvēns. Vŏcāli cārmĭnĕ clārŭs. VERS. Ingĕmĭnăt lætūs tūrbă cănōră mŏdōs.

mūstă.——*Băcchŭm pĕr pinguĭă mūstă flŭēntēm*, M. V. *Vinum*.

mūtābĭlis. *Mūltă dĭēs vărĭŭsquĕ lăbōr mūtābĭlis ævi*, Virg. Æn. 11, 425. SYN. Mōbĭlis, vărĭābĭlis, īnstābĭlis, incērtŭs, lĕvis, incōnstāns, mūtāri făcĭlis. V. *Inconstans*.

mūtābĭlĭtās, ātis. *Pŏsse ēx nōn sēnsū mūtābĭlĭtātĕ*, Lucr. 2, 931. SYN. Mōbĭlĭtās, lĕvĭtās, incōnstāntĭă.

mūtātio, ōnis. *Ter.* SYN. Cŏnvērsio, cōmmūtātio, pērmūtātio, mŏtŭs. EPITH. Sŭbĭtă, rĕpēntīnă, crēbră, incōnstāns, īnstābĭlis, fēlix. V. *Metamorphosis*.

mŭtĭlo. *ŭtquĕ sălīrĕ sŏlĕt mŭtĭlātæ caūdă cŏlŭbræ*, Ov. Met. 6, 559. SYN. Trūnco: ābscindo, āmpŭto.

mŭtĭlŭs. *Sic mŭtĭlŭs mĭnĭtāris, ăt illi fœdă cĭcātrix*, Hor. Sat. 1, 5, 60. SYN. Trūncātŭs, trūncŭs, mŭtĭlātŭs.

mūto, ās. *Mūrĭcĕ, jām crŏcĕō mūtābit vēllĕră lūtō*, Virg. Ecl. 4, 44. SYN. Immūto, cōmmūto, vērto, cōnvērto, vărio, trānsfōrmo: nŏvo, innŏvo. V. *Metamorphosis*.

‖ mūtŭē, mūtŭo. SYN. Vĭcissim, invĭcēm.

mūtŭŏr, āris. *Sēd cōnsūmis, ĕt ūsquĕ mūtŭāris*. (Phal.) Mart. 8, 16, 3. SYN. Mūtŭūm, mūtŭo āccĭpio, căpio, sūm: ūtēndūm āccĭpio.

‖ mūtŭo, *vel* mūtŭūm dŏ. SYN. Cōmmŏdo, āccōmmŏdo: mūtŭūm præbĕo, trādo, trĭbŭo.

mūtŭŭs, ă, ūm. *Mūtŭăque intĕr sē læti cōnvīvĭă cūrānt*, Virg. Geo. 1, 301. SYN. Mūtŭo dătŭs, āccēptŭs, *vel* pār, rĕcĭprŏcŭs, āltērnŭs.

mūtŭs, ă, ūm. *Mōllĕ pĕcŭs, mūtūmquĕ mĕtū, &c.* Virg. Æn. 9, 351. SYN. Ēlinguis, silēns, tăcēns, tăcĭtŭs. PHR. Lŏqui nēscĭŭs, ēxpērs lŏquēlæ. Vŏcĕ cărēns. Linguæ qui pērdĭdit ūsūm. Ŏs mūtūm gĕrēns. Cui nūllă vŏx, vīrēsquĕ lŏquēndi. Ōră quĭdēm, sēd mūtă gĕrēns. V. *Obmutesco*.

Mȳcēnæ, ārūm. *āptūm dīcit ĕquis Ārgŏs, dītēsquĕ Mȳcēnās*, Hor. Od. 7, 9. EPITH. Ăgămēmnŏnĭæ, Thȳēstēæ, māgnæ, vĕtĕrēs, fōrtēs, claræ, Īnăchĭæ, *ab Inacho fluvio, vel Rege:* Lăcĕdæmŏnĭæ, *à Spartâ vicinâ*.

mȳrīcă. *Nōn ōmnēs ārbūstă jŭvānt, hŭmĭlēsquĕ mȳrīcæ*, Virg. Ecl. 4, 2. EPITH. Ābjēctă, hŭmĭlis, tĕnŭis, frăgĭlis, ēxĭlis, tĕnĕră, stĕrĭlis, pārvă, vĭrĭdis, sȳlvēstris. PHR. Virgūltūm fērt ēxĭlĕ mȳrīcās.

Mȳrrhă. *ēlĭgĕ Mȳrrhă tĭbi dūm nĕ sit ĭn ōmnĭbŭs ūnŭs*, Ov. Met. 10, 318. *Cynaræ Cypri Regis filia, mater Adonidis. Hanc in arborem mutaverunt Poëtæ.* EPITH. Pinguis, ŏlēns, rĕdŏlēns, fŭlvă, stillāns, ŏdōrātă, Săbæă, Ărābs, *à Sabâ in Arabiâ*, eōă, Āssȳrĭă, Ŏrŏntēă, *ab Oronte Phœniciæ fluvio*. PHR. Mȳrrhæ lăcrȳmæ, gūttæ, ārbŏr, cōrtēx. Mȳrrhēă gūttă Ŏdōrātō stillātă, lăcrȳmātă, stillāns cōrtĭcĕ mȳrrhă. Pingui dē cōrtĭcĕ mānāns, cădēns.

mȳrtĕŭs. *ēt gĕrit insigni mȳrtĕă sērtă cŏmă*, Tib. 1, 3, 66.

mȳrtŭs, i. *Virgūltă, ĕt dēnsis hāstīlĭbŭs hōrrĭdă mȳrtŭs*, Virg. Æn. 3, 23. EPITH. Pāllĭdă, vĭrĭdis, bĭcŏlŏr, frōndōsă, crispă, ŏdōră, frāgrāns, pătŭlă, ŏpācă, lĭttŏrĕă, tĕnĕră, Cyprĭă, Cȳthĕrēă, Cȳthĕrēis, Păphĭă, Diōnæă, Idălĭă, *à Venere*.

Digitized by Google

PHR. Ărbŏr Cypriă. Cypridis ărbŏs. Vĕnĕri, *vel* Diōnææ mātri, săcră. Vĕnĕri grātissimă myrtŭs. Littŏră myrtŭs ămāns.

mystĕrĭŭm. *Surgit ĕt immŭndŭs vŏcăt ăd mystĕriă gentēs*, Pr. EPITH. Dīvīnŭm, sacrŭm, sānctŭm, vĕrĕndŭm, vĕnĕrāndum, cŏlĕndŭm, ădōrāndŭm, ărcānŭm, ăbditŭm, ŏccūltŭm, sēcrētŭm. PHR. Sacră mystică, ărcānă sacră. Rēs sacræ. Sacrārŭm pĕnetrāliă rērŭm.

mysticŭs. *ărbŭtĕæ crātēs, ĕt mystică vānnŭs Ĭăcchi*, Virg. Geo. 1, 166. SYN. Ărcānŭs, *vel* săcĕr.

## N.

NĂbăthæī. *Ĕt quōs dēpŏsŭit Năbăthæō bĕlluă săltū*, Juv. 11, 126. *Populi Arabiæ Petrææ, ad nostrum Orientem.* VERS. Eūrŭs ăd Aūrōrăm, Năbăthæăquĕ rēgnă rĕcēssit, *Ovid.*

Nāctă, æ. m. *Nōn pŭdĕt ăd mōrēm dīscīnctī vīvĕrĕ Nāctæ?* EPITH. Īmmūndŭs, tūrpis, mōllis, lūxŭrĭōsŭs, īnfāmis.

nænĭă, æ, *vel* næniæ, ărŭm. *Nænĭă, quæ rēgnŭm rēctē făcĭēntibŭs ōffĕrt*, Hor. Ep. 1, 1, 63. EPITH. Flēbilis, fērālis, fūnĕrĕă, fūnebris, lūgubris, fūnēstă, mĭsĕră, mœstă, trīstis. PHR. Flēbĭlĕ, fērālĕ, fūnĕrĕŭm cārmĕn. Fūnebrēs quĕrēlæ. Lūgubrēs cāntŭs, quĕstŭs.

Năĭăs, ădis. *Năĭăs ūnă fŭit: Nymphæ Sўrīngă vŏcăbānt*, Ovid. M. 8, 691.

Năïs, ĭdis. *Năïs ĕt īmplĭcĭtōs cŏmēbăt pēctĭnĕ crīnēs*, Calphur.

Năĭădēs, *seu* Naïădēs, *triss. vel* Năĭdēs. *Naiădēs, indīgnō cŭm Gāllŭs ămōrĕ pĕrīrĕt*, Virg. Ecl. 10, 10. *Æglē Năĭădŭm pŭlchērrĭmă, &c.* Virg. Ecl. 6, 21. *Nymphæ fontium, fluviorum, à νάειν, i. e. fluere.* EPITH. Æquŏrĕæ ūndōsæ, cœrŭlĕæ, ūdæ, fōrmōsæ, blāndæ, dĕcōræ, vĕnŭstæ, fōntĭcŏlæ. PHR. Năĭădŭm chŏrŭs, tūrbă, cŏhōrs. Flūvĭōrŭm, fōntĭŭm, ūndārŭm, Dĕæ, Nymphæ, dŏmĭnæ. Hūmēntēs, cœrŭlĕæ Nymphæ. Fōntĭcŏlæ Sŏrōrēs. Flūvĭālĭă Nūmĭnă. Flūvĭōrŭm cūltrĭcēs Nymphæ. Nymphă dĕcŭs flŭvĭōrŭm. Stāgnis quæ flūmĭnĭbūsquĕ sŏnōris Præsĭdĕt. Nymphĭsquĕ cŏlēntĭbŭs ūndās. Īrrĭgŭi cœrŭlă Nymphă lŏcī. V. *Nympha.*

nānciscŏr, ĕris, nāctŭs. *Nānciscētŭr ĕnim prĕtĭŭm nōmĕnquĕ pŏētæ*, Hor. A. Poet. 299. SYN. Īnvĕnio, rĕpĕrio, ăcquiro.

Năpææ. *Tēndĕ pĕtēns pācem, ĕt făcĭlēs vĕnĕrārĕ Năpææs*, Virg. Geo. 4. 535. *Sylvarum ac convallium Nymphæ.* SYN. Dryădĕs. EPITH. Vĭrĭdēs, hĭlărēs, nĕmŏrōsæ, ălacrēs, sylvēstrēs. PHR. Dūcēntēs fēstōs lætă pĕr ārvă chŏrōs. Ămāntēs rūră. Sāltāntēs pĕr flōrĭdă rūră. VERS. Ēxūltānt hĭlărēs pĕr frōndĕă rūră Năpææ. Pĕr prātă Năpææ Sæpe ăgĕrēnt chŏrĕās, nūdātæ crūră pĕdēsquĕ, Brāchĭăque, ĕt flāvām pĕr lāctĕă cōllă rĕfūsæ Cæsărĭēm.

Năr, Năris. *Sūlphŭrĕă Năr ălbŭs ăquā, fōntēsquĕ Vĕlīni*, Virg. Æn. 7, 517. EPITH. Præcēps, vitrĕŭs, ămœnŭs, lŏquāx, quĕrŭlŭs, rĕsŏnāns, gārrŭlŭs, ērrāns, sūlphŭrĕŭs, vĭtĭātŭs. PHR. Năr vĭtĭātŭs ŏdōrĕ Sūlphŭris. Năr Tybĕrīnō īllābĭtŭr āmnī.

Nărbo, ōnis. *Nēc tū Mārtĭĕ Nărbō, sĭlēbĕrĕ*, Aus. SYN. Nărbōnă. EPITH. Pŏtēns, clārŭs, āntīquŭs, nōbĭlis, bēllĭcŭs, īndŏmĭtŭs, īnvīctŭs, Māvōrtĭŭs.

Nārcissŭs. *Nārcissŭmquĕ vŏcăt, dē quō cōnsŭltŭs, ăn ēssĕt*, Ov, Met. 3, 346. *Cephisi et Liriopes filius, amatus à Nymphâ Echo, aliisque, quas spernebat. Imagine suâ in fonte conspectâ sui amore ipse captus est, cùmque eâ potiri non posset, desiderio et mœrore contabuit, postea in florem mutatus.* SYN. Cēphĭsĭŭs. EPITH. Tĕnĕr, blāndŭs, pūlchĕr, fōrmōsŭs, vĕnŭstŭs, aŭrĭcŏmŭs, nĭvĕŭs: cœlēbs. PHR. Cēphĭsĭă prōlēs. Nymphæ vŏcālis, *i. e. Echûs*, ămāsĭŭs. V. *Hujus fabulam apud Ovid.* 3. *Metamorphos. fab.* 5 *et* 6.

nārcissŭs. *Prō mōllī vĭŏlā, prō pūrpŭrĕō nārcīssō*, Virg. Æn. 5, 38. EPITH. Cŏmāns, vērnāns, crŏcĕŭs, flāvēscēns, lūtĕŭs, aūrĕŭs, flāvŭs, suāvĕ rŭbēns. V. *Flos.*

Nārdŭs, *vel* nārdŭm. *Pērfūndī Nārdō jŭvăt, ĕt fĭdĕ Cyllēnĕā*, H. Epod. 13. 13. EPITH. Rĕdŏlēns, dīvĕs, frāgrāns, grātă, ŏlēns, suāvis, ŏdōrĭfĕră, cără, ŏdōrātă, Īndĭcă, Ărābs, Syrĭă, Āssyrĭă: Āchæmĕnĭă, *i. e. Persica.* PHR. Nārdī, nārdĭnŭm, gērmĕn, ūnguēntŭm, ŏlĕŭm. Āssyrĭŭm ūnguēntŭm. Ărăbŭm flōs ŏdōrŭs. Nārdō crīnēs pērfūndĕrĕ, tēmpŏră mădĕfăcĕrĕ.

nārēs, ĭŭm.—*Lūcēmque ēlātis nārĭbŭs ēfflānt*, Virg. Æn. 12, 115. SYN. Năsŭs.

Digitized by Google

EPITH. Ăpĕrtæ, spīrāntēs, căvæ, pătēntēs, ūncæ, pĭlōsæ, rŭrāntēs, mădĭdæ, săgācēs. VERS. Sūspĭcĭēns pătŭlīs cāptāvĭt nārĭbŭs aūrās. Flŭĭt ē gĕlĭdīs dē nārĭbŭs hūmŏr.

nārrātĭo, ōnĭs. *Cōnsŏnă dīvērsās fūndĭt nārrātĭŏ līnguās*, Hel. EPITH. Brĕvĭs, grātă.

nārro. *Hīc ĕtĭam īnvēntūm Prĭămō nārrābĭs Ăchĭllēm*, Virg. Æn. 9, 742. SYN. Ēnārro, mĕmŏro, cōmmĕmŏro, rĕfĕro, ēxpōno, dēclāro, dico, păndo, ăpĕrio, ēxplico, ēlŏquŏr, rĕcēnsĕo. PHR. Dicēndo, fāndo, vērbis, dictis ēxpĕdio. Vērbis ēnŭmĕro, ēxprimo, pērsĕquŏr, cōmplēctŏr. VERS. Īntēntis ōmnĭbŭs ūnŭs Fāta ēnārrābāt Dīvūm, cūrsūsquĕ dŏcēbāt. Āltĭŭs ōmnēm Ēxpĕdĭām prīmā rĕpĕtēns ăb ŏrīgĭnĕ fāmām. Paūcă tĭbi ēxpĕdĭam ē mūltis. Tōtām rem ōrdĭnĕ păndām. Lōngĭŭs ēvōlvēns fātōrum ārcānă mŏvēbo. Ō dĕă, si prīmā rĕpĕtēns ăb ŏrīgĭnĕ pērgām, Ēt văcĕt ānnālēs nōstrōrum aūdīrĕ lăbōrūm. Plūră quĭdēm fēci quām quæ cōmprēndĕrĕ dictis in prōmptū mihi sit. Quæ sit dŭbĭæ sēntēntĭă mēntis ēxpĕdĭam, ēt paŭcis (ănĭmōs ădhĭbētĕ) dŏcēbo. Nōn mĭhĭ cēntēnis rēsŏnēnt si vōcĭbŭs ōră, āctă Prŏbi nārrārĕ quĕām.

Năsămōnēs, ūm. EPITH. Paūpĕrēs, ĭnŏpēs, dūri, pŏpŭlātōrēs, æquŏrĕi, bēllātōrēs, ălăcrēs, răpācēs, imprŏbi. PHR. Năsămōnūm gēns dūră. Năsămōn, quēm bărbără dāmnis Sȳrtĭs ălit.

nāscŏr, ĕris, nātŭs.—*pŭĕr is nāscātŭr in ōris*, Mart. 4, 42, 3. SYN. Ēnāscŏr, ŏrĭŏr. PHR. Accĭpio vitām. Vitām ingrĕdĭŏr, ēx mātērnā ālvō ēxĕo. Ē mātris ŭtĕrō prōdĕo. Gĕnĕtrīcis ālvūm rĕlinquo. Ăd lūmĭnă vitæ sūrgo. Vitæ lūmĕn inĕo. Ăd lūmĭnis aūrās, cœli sŭb aūrās prōdĕo, ēxĕo, vĕnio, prōgrĕdĭŏr, sūrgo, cōnsūrgo. In aūrās ēmittŏr, ēdūcŏr, ēxpēllŏr, ēdŏr in lūcēm. Vitālĭs aūrās haūrio, cārpo. Vitālĕ lūmĕn prīmūm haūrio, āspĭcio. VERS. Hæc ēst īllă dĭēs, māgni quæ cōnscĭă pārtūs, Lūcānūm pŏpŭlis, ēt tibi, Pōllă, dĕdit.

Nāso, ōnis. *Nōrăt Nāsōnēm sōlă Cŏrīnnă sŭūm*, Mart. 5, 10, 10. V. *Ovidius*.

nāsŭs. *Cāllĭdŭs ēxcūssō pŏpŭlūm sūspēndĕrĕ nāsō*, Pers. 1, 118. V. *Nares*.

nāsūtŭs. *Nāsūtŭs sīs ūsquĕ lĭcĕt, &c.* Mart. 13, 2, 1. PHR. Nārĭbŭs ăcēr.

nātālēs, ĭūm. *Fēlīx qui tāntis ănĭmūm nātālĭbŭs æquās*, Luc. SYN. Gĕnŭs, ŏrigo.

nătātĭlĭs. *Fĕrās, vŏlŭcrēs, rĕptĭlēs, nătātĭlēs.* (Iamb.) Prud. Per. 30, 332. SYN. Nătāns.

nătātŏr, ōris. *Pūgnăt in ădvērsās īrĕ nătātŏr ăquās*, Ov. Rem. A. 122. VERS. Īdēm nāvĭgĭūm, nāvītă, vēctŏr ĕro.

nătātŭs, ūs.——*Pūlchrōquĕ sĕcăt Gălătēă nătātū*, Claud. R. Pros. 3, 333. SYN. Nătātio. EPITH. Vŏlūcĕr, citŭs, cĕlĕr, vēlōx, præcēps, ălăcĕr, īrrĕquĭētŭs, aŭdāx.

nătēs. *Sæpĕ tămēn pŭĕris ābstŭlĭt īllă nătēs*, Mart. 14, 18. EPITH. Crāssæ, dūræ, tŏrōsæ.

nātio, ōnis. *Nārrāntēm lŏcă, fāctă, nātĭōnēs.* (Phal.) C. SYN. Gēns, pŏpŭlŭs, gĕnŭs.

nātīvŭs, ă, ūm. *Līttŏră nātīvis pēllūcēnt pīctă lăpīllis*, Prop. 1, 2, 13. V. *infrà, Naturalis.*

năto. *Vīs pŭtō cūm lĭbrō, Mārcĕ, nătārĕ tŭō*, Mart. 1, 6. SYN. Nō, inno, innăto. PHR. Ăquās, ūndās, æquŏră, flūmĭnă, flŭvĭōs năto, *vel* nō, inno, innăto, trānsnāndo sĕco; ăquās, *seu* flūctūs āltērnis mănĭbŭs, lăcērtis, brāchĭis, pēctŏrĕ pūlso, *vel* sūlco, findo, pērcŭtio, vērbĕro, fĕrio, frāngo. In ăquis, pēr ăquās fĕrŏr, lābŏr. Brāchĭă in ūndis jăcto. Rēmĭgo sŭb ūndis. Ăquās nătātū plaūdo, *vel* sŭpĕro. Mări brāchĭă crēdo, jăcto. Æquŏrĕūm nāndo cārpĕrĕ ĭtĕr. Nārĕ gūrgĭtĕ vāstō. VERS. Nūdōs mērgŏr ăquis, quās dūm fĕrĭōquĕ, trăhōquĕ, Mīllĕ mŏdis lābēns, ēxcūssāquĕ brāchĭă jăcto. Ārte ĕgĕō nūllā, fĭăt mŏdŏ cōpĭă nāndi, Īdēm nāvĭgĭūm, nāvītă, vēctŏr ĕro. Æquŏrĕūm gaūdĕt cārpĕrĕ nūdŭs ĭtĕr. Sālsōs rĕmŏvēbāt pēctŏrĕ flūctŭs. Sĕcānt spūmāntēm pēctŏrĕ flūctūm. Dēlphīnūm sĭmĭlēs qui pēr măria hūmĭdă nāndo, Cārpăthĭūm Lĭbȳcūmquĕ sĕcānt, lūdūntquĕ pēr ūndās. Dēpŏsĭtō părĭtēr cūm vēstĕ tĭmōrĕ, Jāctābām lĭquĭdō brāchĭă lēntă mări. Ēt suētō cērtāmĭnĕ nāndi Cāndĭdă pērspĭcŭō cōnvērtūnt brāchĭă pōntō. Lēntăquĕ dīmōtis brāchĭă jāctăt ăquis.

nătrix, īcis. *Sī nătĭbŭs nătrīcem imprēssit crāssam ēt căpĭtātām*, L. EPITH. Invīsă, vĕnēnōsă, nŏxĭă, lēthĭfĕră. PHR. Ăquās īnfĭcĭēns, vĭŏlāns. Quæ virūs spārgit ăquis.



Digitized by Google

**nātūră.** *Nūnc ăgĕ, nātūrās ăpĭbūs quās Jūpĭtĕr ipsĕ*, Virg. Geo. 4, 149. SYN. Innātă vis, ingĕnĭūm *vel* rērūm părēns. EPITH. Ingĕnĭōsă, Dædălă, săpĭens, prōvĭdă, fœcūndă, mūnĭfĭcă, ōffĭcĭōsă, sōlērs, ōmnĭpărēns, sēdŭlă, săgāx, pŏtēns, bĕnignă, indūstriă, cāllĭdă. PHR. Rērūm insĭtă, ingĕnĭtă, intĭmă vis, virtūs. Mēns quæ tōtūm ōrbēm rĕgit, ăgĭtăt. Rērūm fœcūndă crĕātrix, nŏvātrix, gĕnĭtrix, ōmnĭpărēns gĕnĭtrix. Nātūræ vis, virtūs, pŏtēstās, vūltūs, făciēs, jūs, lēx, jūră. Bĕnignō, fœcūndō sinū, *vel* pārtū ōmnĭă prōfūndēns: māllĕ rērūm spĕciēs, *vel* fōrmās sūppĕdĭtāns, crĕāns, prōfĕrēns, prōdūcēns. Quæ māllĕ părit dīvēs nātūră cŏlōrēs. Quæ lārgă prōfūndit Fœcūndō nātūră sinū.

**nātūrālis.** *Nātūrālis ăpēx, gĕnĕrisque ĕt sănguĭnis aūctŏr*, Pr. SYN. Insĭtūs, innātūs, indĭtūs, ingĕnĭtūs, ingĕnĕrātūs, nātīvūs, gĕnŭīnūs, gērmānūs, nōn fūcātūs, nōn sĭmŭlātūs, nōn f[illegible]ūs.

**nātūs, i.** *Nec dūlcēs nātōs ăoptātūmquĕ părēntēm*, Virg. Æn. 2, 138. SYN. Fīlĭūs.

**nātūs, ă, ūm.** *Nātūs, ĕt indĭmĭlās dīcĭtŭr intĕr ăquās*, Tib. 2, 1, 68. SYN. Ortūs, sătūs, crētūs, prōgnātūs, prōgĕnĭtūs. V. *Nascor.*

**nāvālis.** *Nīlum ăc nāvālī sūrgēntēs ærĕ cŏlūmnās*, Virg. G. 3, 29.

**nāvărchūs.** *Nāvārchūs ipsĕ pērdĭtæ princēps rătis.* (Iamb.) SYN. Naūclērūs. PHR. Nāvis, rătis, cărinæ, nāvĭgĭi rēctŏr, dūctŏr, dūx, mŏdĕrātŏr, gŭbērnātŏr, măgistĕr, præfēctūs. Nāvālis cūrsūs ărbĭtĕr.

**naūclērĭcūs.** *Naūclērĭco ipse ōrnātū pĕr făllācĭām.* (Iamb.)

**naūfrăgĭūm.** *Naūfrăgia, ătque īmās ăvidi, &c.* Mant. EPITH. Fūnēstūm, flēbĭlĕ, ăcērbūm, tristĕ, dāmnōsūm, mĭsĕrābĭlĕ, mĭsĕrāndūm, infēlix, infaūstūm. PHR. Tristis jăctūră naūfrăgĭi. Lăcĕræ sūbmērsio nāvis. Irāti tēmpēstās măris.

*DESCRIPTIO NAUFRAGII. Virg. Æneid.* 1. 106.

I——— Stridens Aquilone procella
Velum adversa ferit, fluctusque ad sidera tollit:
Franguntur remi; tum prora avertit, et undis
Dat latus; insequitur cumulo præruptus aquæ mons.
Hi summo in fluctu pendent, his unda dehiscens
Terram inter fluctus aperit; furit æstus arenis.
——— Tres Eurus ab alto
In brevia et syrtes urget, (miserabile visu)
Illiditque vadis, atque aggere cingit arenæ.
Unam quæ Lycios, fidumque vehebat Orontem,
Ipsius ante oculos ingens à vertice pontus
In puppim ferit: excutitur, pronusque magister
Volvitur in caput; ast illum ter fluctus ibidem
Torquet agens circùm, et rapidus vorat æquore vortex.
Apparent rari nantes in gurgite vasto,
Arma virûm, tabulæque, et Troïa gaza per undas.

**naūfrăgŏr, ăris,** *vel sæpius* naūfrăgo, ăs. *ūltĭmūs ingrēssi tĕr cūrrūm naūfrăgăt ūndis*, Alcim. PHR. Naūfrăgĭūm făcio, pătĭŏr. Frāctă, sŏlūtă, lăcĕrātă, cōnvūlsă, ēvērsă, quăssātă nāvĕ, ūndis mērgŏr. Frāctă nāvĕ, prēcēps in pōntūm fērŏr, mēdĭis in ūndis ēxpōnŏr: æquŏris, *vel* æquŏrĕis prōcēllis, *ceu* flūctĭbūs ăgŏr, ăgĭtŏr. Spūmāntĭbūs æquŏris ūndis ōbrŭŏr. Vēntis ĕt flūctĭbūs ăgŏr. Pĕlăgi tēmpēstātĭbūs ăgŏr. Vēntō jăctātŭr ĕt ūndā Naūfrăgūs. Nāvis inflīctă vădis sŏlvĭtŭr: illīsă, āllīsă scŏpŭlis frāngĭtŭr: rēsŏlūtō rōbŏrĕ dĕhiscit. Mĕdĭō jăctātŭr gūrgĭtĕ nāvis, ōrbă gŭbērnāclō, vĭdŭātă rēmĭgĭō. Frāctis, scissis āntēnnis jăctātŭr. Vēlis, vēlōrūm ălis dĕbĭlis ērrăt, ērrābūndă pĕr ūndās fērtŭr. Disjēctæ tōtō æquŏrĕ clăssēs. Frāctă, *seu* quăssātă cōmpāgĭnĕ nāvis răpĭtŭr. Nāvis, ictă prōcēllōsis flūctĭbūs, hūc illūc vērsātŭr. Vēntis tăbŭlæ fĕrĭūntŭr ĕt ūndis. In immēnsō jăctāntŭr cōrpŏră pōntō. Ejēctūs spūmāntĭbūs æquŏris ūndis. VERS. Vix tĕnŭit lăcĕræ naūfrăgă mēmbră rătis. Hūc frāctās Aquĭlōnĕ rătēs, sūbmērsăquĕ pōntūs Cōrpŏră sæpĕ tŭlit cæcisque ābscōndit in āntris. Jāmquĕ pĕr ūndās Et trānstra, ĕt māli lăcĕrōque ăplūstrĭă vēlō. Ac mĭsĕri flūĭtānt rĕvŏmēntēs æquŏră naūtæ. Nāvis inflīctă vădis Sŏlvĭtŭr, ātquĕ virōs mēdĭis ēxpōnit in

Digitized by Google

ūndīs. Frāgmĭnă rēmōrūm, quōs ĕt flūĭtāntĭă trānstră Impĕdĭūnt. Lūdĭbrĭūm pĕlăgī, vēntō jāctātŭr ĕt ūndā. Sīvĕ pĕr immēnsās jāctābŏr naūfrăgŭs ūndās, Nōstrăquĕ lōnginquūs viscĕră piscis ĕdĕt. Nāvītă vāstō Jāctātŭr spārsūs, lăcĕrātā nāvĕ, prŏfūndō. Neū bĭbăt æquŏrĕās naūfrăgŭs hōstis ăquās. V. *Tempestas.*

naūfrăgŭs. *Naūfrăgŭs intĕrĭit, vidi, āgnōvīquĕ mănūsquĕ*, Ov. Met. 11, 686. PHR. Naūfrăgĭūm pāssūs. Frāctā nāvĕ ūndīs mērsūs: ūndīs jāctātūs: prŏcēllīs ăgĭtātūs. Pĕlăgī tēmpēstātĭbŭs, *vel* prŏcēllīs āctūs. VERS. Trānquīllās ĕtĭām naūfrăgŭs hōrrĕt ăquās. V. *suprà Naufragor.*

nāvĭcŭlă. *Prūsiăcā vēxi mūnĕră nāvĭcŭlā*, Hel. Cin. SYN. Cymbă, phăsēlūs, scăphă, nāvĭgĭūm.

nāvĭfrăgŭs. *Caūlōnisque ārcēs, ĕt nāvĭfrăgūm Scȳlăcēūm*, Virg. Æn. 3, 553. SYN. Naūfrăgŭs.

nāvĭgābĭlĭs. *Nōn tōtŭs ūni făcĭlĕ nāvĭgābĭlĭs.* (Iamb.)

nāvĭgĕr, ă, ūm. *ăquārum in ŏrtu ĕt fōntĕ prīmō nāvĭgĕr.* (Iamb.) PHR. Nāvis *vel* cȳmbæ pătĭēns.

nāvis. *Vix ūnă sōspĕs nāvis ăb ignĭbŭs*, Hor. Od. 1, 37, 13. SYN. Nāvĭgĭūm, phăsēlūs, rătĭs, cărīnă, cymbă, lintĕr, lēmbūs, birēmis, clāssis: pūppis, prōră, trābs căvă, pīnŭs, ālnŭs, ăbĭēs. *Materia, vel pars pro ipsâ navi.* EPITH. Flūctĭvăgă, vēlĭfĕră, cĕlĕrĭs, lĕvis, vēlōx, ăgĭlis, fŭgāx, văgă, frăgĭlis, vŏlŭcris, ūndĭvăgă, æquŏrĕă, naūfrăgă, cūrvă, pictă, văgābūndă, rōstrātă, căpāx, ūnctă, căvă, ærātă, pōntĭvăgă, ŏnĕrārĭă, vēctōrĭă, bēllĭcă, bēllātrix. PHR. Pīnĕă tēctă, dŏmŭs, mōlēs. Naūtĭcă pīnŭs. Nāvis frăgĭlĕ lignūm. Vēntō ăblātă, cōncĭtă, āctă, impūlsă. Crēdĭtă vēntis. Pĕlăgō vŏlāns, ēxpŏstă pĕrīclis. Æquŏrĕās tēntāns hōspĭtă nāvis ăquās. Præfīxō cōncĭtă rōstrō. Naūtārūm sūdāntĭbŭs āctă lăcērtis. Plēnis trājĭcĭēns æquŏră vēlis. Ūndās rōstrō sūlcāns, findēns, prōscindēns. Jāctātă pĕr æquŏr. Æquŏrĕās jāctātă pĕr ūndās. Tūmĭdis ăgĭtātă prŏcēllīs. Quæ flūctŭăt ictă prŏcēllīs. Vēntō quæ fĕrtŭr ămīcō. Quæ vāsti sĕcăt æquŏră pōnti. VERS. Hæc pătĭtŭr flūctūs, fĕrtque āssĭlĭēntĭă lōngē æquŏră, nĕc sævis victă mădēscit, *ceu* fătiscit ăquis. Tāli rēmĭgĭō nāvis sē tārdă mŏvēbăt. Pĕr ādvērsās nāvis cĭtă dūcĭtŭr ūndās, itquĕ pĕr æquŏrĕās hōspĭtă nāvis ăquās. Clāssis ădēst, mărĕ vēlĭvŏlis jăm nāvĭbŭs ălbĕt. Mē dūcĕ, sūrgēntēs sprēvit rătis ūndă prŏcēllās. *Navis partes præcipuæ:* Pūppis, Prōră, Cărīnă. V. *Navigo.*

*naves construere.* VERS. Trăbĭbŭs cōntēxērĕ nāvēs. Itălō tēxāmŭs rōbŏrĕ nāvēs. Fūndātūră cĭtās flēctūntŭr rōbŏră nāvēs.

*navem appello, appuli.* PHR. Pūppim, prōrām, clāvūm ăd līttŏră vērto, tōrquĕo, flēcto. Dēfĕrŏr in pōrtūs. Pōrtūm, ŏstĭă, tĕnĕo, intro, ingrĕdĭŏr, plēnis vēlis sūbĕo. Tērris, ŏris, nōtæ ărēnæ ādno, ădnăto, āllābŏr, ādvērto prōrām. Tēllūris ăd ŏrās, ăd līttŏră tēndo, ādvĕnio, ādvēnto, āccēdo, āpplĭcŏr. Fīo prŏpĭŏr tērris. Nāvĕ, rătĕ, cărīnā, tāngo, cōntingo, tēllūrēm. Ōptātā tēllūrĕ, ărēnā pŏtĭŏr, ămīcō pōrtū cōndŏr, cōnsido, quĭēsco. Cōntingĕrĕ līttŏră, āppēllĕrĕ rīpæ. Tēllūrĕ pŏtīri, āccĭpi pōrtū. VERS. Vēlă trăhĕbam, ĕt tērræ fēstīnem ādvērtĕrĕ prōrām. Dēfēssi Æneădæ quæ prōxĭmă līttŏră cūrsū Cōntēndūnt pĕtĕre, ĕt Lĭbȳæ vērtūntŭr ăd ŏrās. Et tāndēm lǣti nōtæ ādvērtūntŭr ărēnæ. Hūc ŭbi dēlāti pōrtūs intrāvĭmŭs. Crēbrēscūnt ŏptātæ aūræ, pōrtūsquĕ pătēscit Jăm prŏpĭŏr, tēmplūmque āppārĕt in ārcĕ Mĭnērvæ. Ad tērrām fŭgĭt ĕt pōrtū sē cōndĭdit āltō. Eccĕ cŏrōnātæ pōrtūm tĕtĭgērĕ cărīnæ. Jăm tāndem Itălĭæ fŭgĭēntis prēndĭmŭs ŏrās. Cūm prīmum Aūsŏnĭīs ēxērcĭtŭs āppŭlit ŏris. Fēlix, heū nĭmĭūm fēlix, si līttŏră tāntūm Nūnquām Dārdănĭæ tĕtĭgīssēnt nōstră cărīnæ. Et tāndem Eūbŏĭcis Cūmārum āllābĭtŭr ŏris. Fit prŏpĭŏr, tērrāsquĕ cĭtā rătis āttĭgit aūrā. Plēnis sūbit ŏstĭă vēlis. Anchŏră dē prōrā jăcĭtŭr, stānt līttŏrĕ pūppēs.

*navem solvo.* PHR. Nāvis, rătis, cărīnæ, vincŭlă sōlvo: rētĭnācŭlă, fūnēs, rŭdēntēs sōlvo, lăxo. Nāvim līttŏrĕ, mārgĭnĕ dēdūco, in æquŏră prŏpēllo. Pōrtūm linquo, rĕlinquo, dēsēro. Pōrtū ăbĕo, ēxcēdo, ēgrĕdĭŏr, prōgrĕdĭŏr, prōvĕhŏr. Dō, pāndo, intēndo, ēxplĭco, vēntis vēlă, cārbăsă. Dō clāssĭbŭs Aūstrōs. Clāssi immitto hăbēnās. VERS. Prōvĕhĭmŭr pōrtū, tērræque ūrbēsquĕ rĕcēdūnt. Dātĕ vēlă cĭti, lăxātĕ rŭdēntēs. Linquĭmŭs Ortȳgĭæ pōrtūs, pĕlăgōquĕ vŏlāmŭs. Līttŏră dēsĕrŭērĕ, lătēt sūb clāssĭbŭs æquŏr. Fūnĕ sŏlūtō Cūrrit in immēnsūm pāndă cărīnă sălūm. Sūbdūctæ līttŏrĕ pūppēs.

nāvĭgo. *Gēns inĭmīcă mĭhi Tyrrhēnūm nāvĭgăt æquŏr*, Virg. Æn. 1, 71. PHR. Vēlă făcio, dō. Nāvēm rēmĭgĭīs sŭbĭgo, ăgo, impēllo, dūco, tōrquĕo. Itĕr vēlis



Digitized by Google

tĕnto, clāssĕ tĕnĕo. Tĕnto viās măris. Vădă sălsă cărīnā sulco, trāno, trājĭcio, sĕco. Æquŏr ăro, trāno: nāvibŭs, *seu* rătibŭs dēcŭrro, mētiŏr, pērmētiŏr, cōnscēndo, . cūrro, fĕrio, pĕnetro, pērvăgŏr. Pŭppĕ viām făcio. Rătēm vădis, flātibŭs, lĕvibŭs aūris cōmmitto, *seu* crēdo, dō, præbĕo. Mōliŏr clāssēm. Pĕr cærŭlă, pĕr ūndās, pĕr æquŏră, *vel* pĕlăgō fĕrŏr, *vel* ĕo, vŏlo, vĕhŏr. Immēnsām cāvā trăbĕ cūrro pĕr æquŏr. Frĕtă lĕgo, ĭnĕo, rēmis sōllicito. Spūmās sălis ærĕ rŭo. Măris infindo sŭlcōs. Nēptūnĭă tĕrgă, *vel* prŏfŭndi tĕrgă findo, dīffindo. Vēlĭfĕră tŭmĭdūm mărĕ findo cărīnā. Mĕdĭīs Ăquĭlōnĭbŭs ĕo, *seu* viām tēndo pĕr āltūm. Flūctūs Ăquĭlōnĕ sĕco. Lōngōs tĕnto sinūs, tērrāsquĕ rĕlinquo. Mērsis fŏdio æquŏră rēmis. Tērrās rĕpŏstās, *vel* pĕregrinās ōrās pĕlăgō quæro, tĕnto, pĕto. Ignōtă ăd līttŏră tēndo. Frăgĭli, tĕnŭi fĭdĕrĕ lignō, intĕr vitæ mōrtisquĕ viās. Immēnsūm spătĭīs cōnfēcĭmŭs æquŏr. Pĕlăgō sē crēdĕrĕ. Dărĕ nūbĭfĕris līntĕă plēnă Nŏtis. Zĕphyrō dānt cārbăsă naūtæ. Vēntis intēndĕrĕ vēlă sĕcūndis. Ăquĭlōnĭbŭs īrĕ pĕr āltūm. VERS. Incūmbūnt pĕlăgō, părĭtĕrque ăd līttŏră tēndūnt. In āltūm Vēlă dăbānt læti ĕt spūmās sălis ærĕ rŭēbānt. Haŭd mŏră, naūtæ Ădnixi tōrquĕnt spūmās ĕt cœrŭlă vērrūnt. Ūndis Tēntāmŭsquĕ viam ĕt vēlōrūm pāndĭmŭs ālās. Præcĭpĭtēs vigĭlātĕ viri, ĕt cōnsidĭtĕ trānstris. Sōlvĭtĕ vēlă cĭtī. Prōnă pĕtit măria, ĕt pĕlăgō dēcūrrit ăpērtō. Invēntă sĕcŭit prīmūs qui nāvĕ prŏfŭndūm: Ĕt rŭdibŭs rēmis sōllicitāvit ăquās. Qui dŭbĭis aūsūs cōmmittĕrĕ flātibŭs ālnūm, Quās nātūră nĕgăt, præbŭit ārtĕ viās. Trānquillis prīmūm trĕpĭdūs sē crēdĭdit ūndis, Līttŏră sēcūrō trāmĭtĕ sūmmă lĕgēns; mōx lōngōs tēntārĕ sinūs, ĕt linquĕrĕ tērrās, ĕt lēnī cœpit pāndĕrĕ vēlă Nŏtō, *&c.* Ah pĕrĕăt quicūnquĕ rătēs, ĕt vēlă părāvit Prīmŭs, ĕt invītō gūrgĭtĕ fēcit itĕr. Sōlvēnsquĕ rătēm dăt cārbăsă vēntis. Æquŏr ĕt immēnsās cūrvā trăbĕ findĭmŭs ūndās. Nūnc ăgite, ō sŏcĭi, prōpēllĭte in æquŏră nāvēm. Rēmōrūmquĕ părēs dūcĭtĕ sōrtĕ vicēs: Jūngĭtĕque ēxtrēmō fēlīcĭă līntĕă mālō. Ēn lĭquĭdūm naūtis aūră sĕcūndăt itĕr. Nūnc ō lēctă mănūs, vălĭdis incūmbĭtĕ rēmis. Prō tē vĕl răpĭdās aūsim măris īrĕ pĕr ūndās. ădvērsis hybērnă licĕt tŭmĕānt frĕtă cōncĭtă vēntis. Jam Ărgīvă phălānx instrūctis nāvĭbŭs ibăt ă Tĕnĕdō. Nōs ăbīssĕ răti ĕt vēntō pĕtīssĕ Mycēnās. *Dii Marini à navigaturis invocari soliti:* Nēptūnūs, Tritōn, Nērĕūs, Ōcĕănŭs, Nērēĭdēs.

nāvĭtĕr.—*Quămiăm nĕc plēnūm nāvĭtĕr ēxstăt*, Lucr. 1, 526. SYN. Sōlērtĕr, fōrtĭtĕr, strēnŭē.

nāvo, ās.—*pŏtĭūs mihi dēxtĕră fērrō nāvĕt ŏpŭs*, Flav. SYN. Lăbōro, ădjŭvo.

naūsĕă, æ. *Vĕl quŏd flŭēntēm naūsĕăm cŏērcĕăt*, Hor. Ep. 9, 35. SYN. Fāstīdĭūm. EPITH. Ăcērbă, tristis, mŏlēstă.

naūtă. *Cōnvŏmit: hæc intĕr naūtās ĕt prāndĕt, ĕt ērrăt*, Juv. 6, 101. SYN. Nāvĭtă, pōrtĭtŏr, vēctŏr, rēmēx: nāvārchŭs. EPITH. Vigil, sōllĭcĭtŭs, aūdāx, impăvĭdŭs, flūctĭvăgŭs, văgŭs, æquŏrĕŭs, pōntĭvăgŭs, săgāx, căllĭdŭs, sōlērs, sēcūrŭs, ăvārŭs, pĕrĭtŭs, rŭdis, præscĭŭs, prōvĭdŭs, trĕpĭdŭs, misĕr. PHR. Nāvis, rătis, cărīnæ, nāvigĭi rēctŏr, *seu* dūctŏr, dūx, mŏdĕrātŏr, gŭbērnātŏr, măgistĕr, præfēctŭs. Naūtĭcă pūbēs. Nāvālis cūrsūs ārbĭtĕr. Qui rēmōs ăgĭtăt. Nāvēm qui tēmpĕrăt. Pĕlăgō vŏlĭtāns. Æquŏră vincēns. Sūlcātŏr nāvĭtă pōnti. Qui clāvūm rĕgit, vēlisquĕ mĭnistrăt. Tōrquēns spūmās ĕt æquŏră cœrŭlă vērrēns. Jăctātŭs spūmāntĭbŭs æquŏris ūndis. Nūnc hūc, nūnc illūc vēntis discōrdĭbŭs āctūs. Sydĕră dinŭmĕrāns, ōbsērvāns. Qui æquŏrĕās mŏdĕrātŭr vēlă pĕr ūndās. VERS. Incērti nŭmĕrānt sŭă sydĕră naūtæ. Rēctŏr ĕrit pŭppis, clāvōque immōbĭlis hærēns Mūtābit pĕlăgō tērrās, vēntisquĕ sĕquētŭr Fōrtūnăm. Aūdāx nimĭūm qui frĕtă prīmŭs Rătĕ tām frăgĭli pērfĭdă rūpit: Tērrāsquĕ sŭās pōst tērgă vĭdēns ănĭmām lĕvĭbŭs crēdĭdit Aūstris. V. *Navigo.*

naūtĭcŭs. *Naūtĭcŭs ēxŏrĭtŭr vărĭō cērtāmĭnĕ clāmŏr*, Virg. Æn. 3, 128. SYN. Mărīnŭs.

nāvŭs, ă, ūm. *Nāvŭs ăbīrĕ tĭmor*, Sil. 7, 349. SYN. Gnārŭs, strēnŭŭs, sōlērs, indūstrĭŭs, dīlĭgēns, stŭdĭōsŭs, impĭgĕr.

Naxŏs *Bācchātămquĕ jŭgis Năxŏn, vĭrĭdēmquĕ Dŏnўsăm*, Virg. Æn. 3, 125. SYN. Strōngўlē, *vel* Strōngўlŏs. EPITH. Thēsēă, *à Theseo Ægei filio*, gĕnĭālis, vītĭgĕnă, bācchātă, Bācchĭcă.

Năzără, *vel* Năzărĕth. *Vicus Galilææ, juxta montem Tabor, in quo* JESUS CHRISTUS *Salvator noster educatus est.* *Năzărĕth indĭgĕnūm, quĭbŭs āmpli cōndĭtŏr ōrbis*, C. EPITH. Fēlix, inclўtă, sacră, sānctă, illūstris. PHR. Christi pătrĭă, Dĕi nātālĕ sŏlūm.

Digitized by Google

nē. *Nē fŭgĭte hōspĭtĭūm, nēve ignōrātĕ Lătīnōs*, Virg. Æn. 7, 202. SYN. Quō minŭs, ŭt nōn, ŭt nē.
nĕ. *Jūstĭtĭænĕ prĭŭs mīrēr, bēllīnĕ lăbōrūm?* Virg. Æn. 11, 126. SYN. Ān, ānnĕ, ŭtrūm.
Nĕāpŏlĭs, ĭs. *Ēt ōtĭōsă crēdĭdĭt Nĕāpŏlĭs*, Hor. Ep. 5, 43. EPITH. Cūmæă, à *Cumis urbe*, sĭnŭōsă, dŏctă, nōbĭlĭs, dīvĕs, āmplă, tŭrrĭtă.
nĕbŭlă. *Ēt mūltō nĕbŭlæ circūm Dĕă fūdĭt ămīctū*, Virg. Æn. 1, 416. V. *Nubes.*
nĕbŭlo, ōnis. *Spōnsī Pēnĕlŏpēs, nĕbŭlōnēs, Ălcĭnŏīquĕ*, Hor. Ep. 1, 2, 28. SYN. Tĕnebrio, nūgātŏr, nēquām.
nĕbŭlōsŭs. *Nōn ŭt hȳbērnōs nĕbŭlōsŭs imbrēs.* (Sapph.) SYN. Nūbĭlŭs, nimbōsŭs, tĕnebrōsŭs, ōbscūrŭs, ŏpācŭs. V. *Nubilus.*
nĕc. *Pārvĕ, nĕc invĭdĕō, sĭnĕ mē, lĭbĕr, ībĭs in ūrbēm*, Ov. Tr. 1, 1. SYN. Nĕquĕ.
nĕcēssārĭŭs. *Tūm nĕcēssārĭō se ăpĕrĭūnt, ĕt tĭmēnt.* (Iamb.) V. *Opus.* SYN. Īnēvītābĭlĭs, īnēlūctābĭlĭs.
nĕcēssĕ. *Sī tĕnĕās, cărĭēmquĕ pătī tē chārtă nĕcēsse ēst*, Aus.
nĕcēssĭtās, ātis. *Sūmmĭs vērtĭcĭbŭs dīră nĕcēssĭtās.* (Chor.) Hor. Od. 3, 24, 6. SYN. Fātūm, sōrs, vīs. EPITH. Sævă, ăcērbă, vĭŏlēntă, īnĭmīcă, invīsă, ūrgēns, prĕmēns, dūră, rĭgĭdă, īnēlūctābĭlĭs, īnsŭpĕrābĭlĭs. PHR. Vīs nēscĭă vinci. Ārtis măgistră nĕcēssĭtās. Nūllĭs āstrīctă lēgĭbŭs. Quām vincĕrĕ, sŭpĕrārĕ nōn dătŭr. VERS. Lăbŏr ōmnĭă vincit Īmprŏbŭs, ĕt dūrĭs ūrgēns in rēbŭs ĕgēstās.
nĕco, ās. *Cōmplēxu in mĭsĕrō lōngā sic mŏrtĕ nĕcābăt*, Virg. Æn. 8, 488. SYN. Occīdo, cædo. V. *Occido, à cædo.*
Nēctăr, ăris. *Quīntā pārtĕ sŭī nēctărĭs imbŭĭt*, (Choriamb.) Hor. Od. 1, 13, 16. SYN. Āmbrŏsĭă, *Propriè cibus Deorum.* EPITH. Cœlēstĕ, ŏdōrūm, săcrūm, dūlcĕ, nōbĭlĕ, immŏrtālĕ, suāvĕ, dīvīnūm, līquĭdūm, ŏdōrātūm. PHR. Nēctărĕŭs lĭquŏr. Nēctărĭs pōcŭlă. Nēctărĕī haūstŭs, immōrtālĕ mĕrūm. Cœlēstĭă pōcŭlă.
nēctărĕŭs. *Āttĭcă nēctărĕūm tūrbātĭs mēllă Fălērnūm*, Mart. 13, 108. SYN. Dūlcis, suāvis.
nēcto, xŭi, *vel* xi, xūm.—*quō vincŭlă nēctĭtĭs? inquĭt*, Virg. Ecl. 6, 23. SYN. Lĭgo, vincio, strĭngo, nōdo, cōnnēcto, cōllĭgo, ās: jūngo, cōnjūngo, cōnstrĭngo.
nēdūm. *Nēdūm sērmōnūm stĕt hŏnōs ĕt grātĭă vīvāx*, Hor. A. Poët. 69.
nĕfāndŭs.——*vōs āræ ēnsēsquĕ nĕfāndī*, Virg. Æn. 2, 155. SYN. Nĕfārĭŭs, infāndŭs, scĕlēstŭs, scĕlĕrātŭs; tētĕr. V. *Malus.*
nĕfārĭŭs. *Aūt hūmānă pălām cŏquăt ēxtă nĕfārĭŭs Ātrĕŭs*, Hor. A. Poët. 186. V. *Nefandus.*
nĕfās. *Crēdēbūnt hōc grāndĕ nĕfās, ĕt mŏrtĕ pĭāndūm*, Juv. 13, 54. SYN. Scĕlŭs, crīmĕn, flāgĭtĭūm. V. *Crimen.*
nĕglēctŭs, ūs. *Plaut.* SYN. Cōntēmptŭs.
nĕglēctŭs, ă, ūm. *Æquē nĕglēctūm pŭĕrĭs sĕnĭbŭsquĕ nŏcēbĭt*, Hor. E. L. 1. 1. 26. SYN. Dēspēctŭs, cōntēmptŭs, sprētŭs.
nĕglĭgēns. *Pĕr quēm nōn lĭcĕt ēssĕ nĕglĭgēntēm.* (Phal.) SYN. Vēcōrs, īnērs, ignāvŭs, pĭgĕr.
nĕglĭgēntĭă. *Ter.* SYN. īncūrĭă, ignāvĭă, īnērtĭă, dēsĭdĭă, pĭgrĭtĭēs.
nĕglĭgo, nĕglēxi, ctūm. *Nēglĭgĭt, aūt hōrrĕt. Vūltĕĭūm, &c.* Hor. Ep. 1, 7. 64. SYN. Nōn cūro, dēsĕro, prætērmitto, ŏmitto, āspērnŏr, spērno, tēmno, cōntēmno, dēspĭcio.
nĕgo, ās. *Īpsĕ fătēbătŭr, sēd rēddĕrĕ pōssĕ nĕgābăt*, Virg. Ecl. 3, 24. SYN. Dēnĕgo, pērnĕgo, ābnĕgo, īnfĭcĭŏr, rēpūgno, ābnŭo, rĕcūso, rĕnŭo.
nĕgōtĭātŏr, ōris. *Vīr fraūdātŏr ĕt ēst nĕgōtĭātŏr.* (Phal.) V. *Mercator.*
nĕgōtĭōsŭs. *Nĕgōtĭōsĭs rēbŭs ūrbĭs hærēntī?* (Scaz.) Mart. 10, 80, 27. SYN. Ŏpĕrōsŭs, diffĭcĭlĭs.
nĕgōtĭūm.——*ălĭēnă nĕgōtĭă cūro*, Hor. Sat. 2, 3, 19. SYN. Rēs, ŏpŭs, ŏpĕră, lăbŏr, *vel* cūră, mūnŭs, prōvinciă. EPITH. Ānxĭūm, vĭgĭl, sōllĭcĭtūm, impŏrtūnūm, grăvĕ, mŏlēstūm, ăcērbūm.
Nĕmĕă, *vel* Nĕmĕē. *Prōdĭgĭa, ĕt vāstūm Nĕmĕæ sūb rūpĕ Lĕōnēm*, Virg. Æn. 8, 295. *Sylva in Achaiâ, ubi ludi celebrabantur in honorem Herculis, qui leonem hic stupendæ magnitudinis occiderat.* EPITH. Frōndēns, frōndōsă, sīlvōsă, frōndĭfĕră, vĭrēns, vĭrĭdĭs, săcră, săcrātă, Clĕōnæă, *à Cleonis urbe vicinâ.* VERS. Săcră Clĕōnææ Nĕmĕēs ĕt Ōlympĭcă fēstă.
Nĕmĕsĭs, ĭs. *Fāmă ēst ārgūtī Nĕmĕsĭs fōrmōsă Tĭbūllī*, Mart. 8, 7, 37. *Nōvis*



Digitized by Google

*filia, Dea scelerum ultrix. Rhamnunte, quod est Atticæ oppidum, colebatur, unde nomen accepit.* SYN. Rhămnūsis, Rhămnūsiă. EPITH. īrātă, trūx, ārdēns, fŭrēns, pŏtēns, dūră, ăcērbă, sævă, fĕrōx, vindēx, ūltrix. PHR. Dēă scĕlĕrūm ūltrix. Crīmĭnūm vindēx Nūmĕn. V. *Furiæ et Ultio.*

nēmo, ĭnis. *Nēmŏ quătĕr missōs cūrrĕrĕ sēnsit ĕquōs,* Mart. 8, 11, 6. SYN. Nūllŭs, nōn ūllŭs, nūllŭs hŏmo.

nĕmŏrōsŭs.——*āppārĕt flūctū nĕmŏrōsă Zăcynthŏs,* Virg. Æn. 3, 270. SYN. Sylvōsŭs, ūmbrōsŭs, ŏpācŭs.

nēmpĕ. *Nēmpĕ tŭō, fŭrĭōsĕ, mĕō, sēd nōn fŭrĭōsŭs,* Hor. Sat. 2, 3, 207. SYN. Scīlĭcĕt, vĭdēlĭcĕt, nīmīrūm, quīppĕ.

nĕmŭs, ŏris.——*ātrūm nĕmŭs īmmĭnĕt ūmbrā,* Virg. Æn. 1, 167. SYN. Sylvă, sāltŭs, lūcŭs. V. *Sylva.*

nĕo, nēvi. *Stāmĭnă quæ dūcūnt, quæquĕ fŭtūră nĕūnt,* Tib. 3, 3, 36. PHR. Vērsō pōllĭcĕ fūsūm, lānām, fīlă, stāmĭnă, vēllĕră cōlō trăho, cōlō dūco, dēdūco; mōtis dĭgĭtis tŏrquĕo. Pēnsă trăho, cārpo. Pēnsă fūsis vērsātis dūco, dēvōlvo. Tĕrĕti fūsō lānām trăho. Plēnās cōlōs ēxŏnĕro, stāmĭnĭbŭs mĭnŭo. Dĭgĭtis ŏpŭs sŭbĭgo. Tŏlĕro vītām cōlō tĕnŭīquĕ Mĭnērvā. Lībrātūm tĕrĕti tūrbĭnĕ fūsūm vērso. Tĕnŭi prægnāntēm stāmĭnĕ fūsūm vērso, tŏrquĕo. VERS. Aūt dūcūnt lānās, aūt stāmĭnă pōllĭcĕ vērsānt. Sīvĕ lĕvēm tĕrĕti vērsābăt pōllĭcĕ fūsūm. Quæ vēllĕră mōtis Nūllă trăhūnt dĭgĭtis, nēc fūsă sĕquēntĭă dūcūnt. Nōs hŭmĭlēs, fămŭlæquĕ tŭæ dătă pēnsă trăhēmŭs, Ēt mĭnŭēnt plēnās stāmĭnă nōstră cōlōs. Tōrtăquĕ vērsātō dūcēntēs stāmĭnă fūsō. Ēst mĭhi quæ fūsūm tōrquĕăt āptă mănŭs.

Nĕŏptŏlĕmŭs. *Dĕgĕnĕrēmquĕ Nĕŏptŏlĕmūm, &c.* Virg. Æn. 2, 549. V. *Pyrrhus.*

nĕpă. *Quārē quūm māgnis sēsē nĕpă lūcĭbŭs ēffērt,* Arat.

nĕpōs, ōtis. *ūt tŭŭs īstĕ nĕpōs ōlim, &c.* Pers. 6, 71. V. *Filius.*

nĕpōtēs, ūm. *Tārdă vĕnit, sēris făctūră nĕpōtĭbŭs ūmbrām,* Virg. Geo. 2, 58. SYN. Mĭnōrēs, pōstĕri, nāti, pōstĕrĭtās. EPITH. Sēri, vēntūri, tārdi. PHR. Pōstĕră ætās. Fŭtūră prōpāgo. V. *Posteri.*

Nēptūnĭŭs. *āt Mēssāpŭs, ĕquūm dŏmĭtŏr, Nēptūnĭă prōlēs,* Virg. Æn. 9, 523. SYN. Mărīnŭs, æquŏrĕŭs, Nērēĭŭs.

Nēptūnŭs. *ēmissāmque hĭēmēm sēnsit Nēptūnŭs, ĕt īmis,* Virg. Æn. 1, 125. *Saturni et Opis filius, maris Deus; quod imperium ipsi sorte obtigit, ut cœleste Jovi, atque infernum Plutoni.* EPITH. Prŏcēllōsŭs, ūdŭs, hūmĭdŭs, īncērtŭs, īnstābĭlis, spūmāns, spūmĕŭs, fŭrēns, atrōx, mĭnāx, īmmītis, sævŭs, tūrbĭdŭs, plăcĭdŭs, trānquīllŭs, sĭlēns, quĭētŭs, mītis. PHR. Măris, æquŏris, pĕlăgi, frĕti, dŏmĭtŏr. Sātūrnĭŭs æquŏris ālti rēctŏr. Măris dŏmĭnātŏr, rēx, rēctŏr, rēgnātŏr, mŏdĕrātŏr, ārbĭtĕr. Tænārĭŭs Dĕŭs, *à Tænaro Laconiæ promontorio, ubi Templum habuit.* Trĭdēntĭfĕr Dĕŭs. Ăquārūm, vēntōrūm, ōcĕăni pătĕr. Jūpĭtĕr æquŏrĕŭs. Cœrŭlĕŭs Jŏvis frātĕr. Sævō trĭdēntĕ pŏtēns. Nūmĕn ăquārūm. Æquŏrĕās ăquās qui cūspĭdĕ, *vel* tēlō trĭcūspĭdĕ rēgit: ūndās, tŭmĭdă æquŏră. Sĕcūndō mărĭă qui scēptrō rēgit. Prŏxĭmă cui cœlō cēssit pŏtēstās. Cui æquŏră sōrtĕ trādĭtă. Qui trīstĕ prŏfūndi īmpĕrĭūm sōrtĕ tŭlit. Jŏvis frātĕr tŭmĭdis qui rēgnăt in ūndis. Qui trĭcūspĭdĕ tēlō Mūlcĕt ăquās, rēctŏr pĕlăgi. Āt Pătĕr æquŏrĕās qui cūspĭdĕ tēmpĕrăt ūndās. Cui æquŏrĕi cēssit tūtēlă trĭdēntis, Nēptūnŭs, vāsti cui pārēnt æquŏră pōnti. Ēt quicquid măgni cōntĭnĕt ūndă măris. *Pro Mari.* V. *Mare.*

nēquām. *ārmă viri nēquam ĕt cāntātŏr Dăvŭs: āt īpsĕ,* Hor. Sat. 2, 7, 100. SYN. Īmprŏbŭs, scĕlēstŭs. V. *Sceleratus.*

nēquāquām. *Nēquāquām sătĭs in re ūnā, &c.* Hor. Sat. 2, 4, 48. SYN. Haūdquāquām, nōn.

nĕquĕ. *Quid făcĕrēm? nĕquĕ sērvĭtĭō me ēxīrĕ lĭcēbăt,* Virg. Ecl. 1, 41. SYN. Nēc, nōn. V. *Non.*

nĕquĕo, nĕquis, it. *Hæc tibi nōn trĭbŭō mūnĕră, cūm nĕquĕo,* M. SYN. Nōn quĕo, nōn pōssūm, nōn vălĕo, nōn ēvălĕo. PHR. Haūd sūm pŏtis. Haūd ŏpis ēst mĕæ. Mĭhi nōn lĭcĕt, nōn dătŭr, īmpār sūm, Mĭhi nūllă pŏtēstās. Haūd mĭhi sūffĭcĭūnt vīrēs.

nēquicquām. *Nēquicquām sērōs ēxērcĕt nōctŭă cāntūs,* Virg. Geo. 3, L. 403. SYN. Frūstrā, incāssūm.

nēquiŏr, ōris. *Nōs nēquĭōrēs, mōx dătūrōs,* (Iamb. cum syll.) Hor. Od. 3, 6, 47. V. *Nequam.*

Digitized by Google

**nēquĭtĭēs**, ĭēi, *vel* ā, æ. *Ultim aut nēquĭtĭēs, aut, &c.* Hor. Sat. 2, 2, 131. SYN. Imprŏbĭtās.

**Nērēĭdĕs**, ŭm. *Nērēĭs ingrĕdĭtŭr cōnsuētă cŭbĭlĭă pōntō,* Ov. Met. 11, 259. *Et tĭbi præ invĭdĭā Nērēĭdĕs incrĕpĭtārĕnt,* Prop. 1, 26, 15. *Maris Nymphæ: filiæ Nerei et Doridos. Nereus autem filius Oceani et Tethyos.* EPITH. Cœrŭlĕæ, vĭrĭdēs, æquŏrĕæ, ŭndĭvăgæ, flŭctĭvăgæ, mărīnæ, ŭdæ, glaŭcæ, hūmĭdæ, fōrmōsæ, văgæ, văgābŭndæ, vĕnŭstæ, pictæ. Nērĕi, Dŏrĭdis nātæ. Ōcĕănī, Thĕtĭdis, Tēthȳŏs pŭēllæ, *vel* Nȳmphæ. Æquŏrĕæ, cærŭlĕæ Dĕæ, Nȳmphæ. Nērēĭă tŭrbă, prōlēs, prŏpāgo. Nērēĭdŭm chŏrŭs. V. *Naiades.*

**Nērĕŭs**, ei, *vel* ĕōs, *et* Nērĕŭs.—*dīsclūdĕrĕ Nērĕă Pōntō,* Virg. Ecl. 6, 35. *Maris Deus, Nereidum pater, filius Oceani et Tethyos, Doridis maritus.* EPITH. Grāndævŭs, lōngævŭs, spūmāns, spūmĕŭs, vēntōsŭs, glaŭcŭs, cærŭlŭs, cærŭlĕŭs, vĭrĭdis, ŭdŭs, hūmĭdŭs, văgŭs. PHR. Nērēĭdŭm pătĕr, părēns, gĕnĭtŏr. Tēthȳŏs, Ōcĕănīquĕ prōlēs. Āntīquissĭmŭs īllĕ dĕōrŭm. V. *Neptunus.*

**Nērēŭs** *pro Mari.* Stāgnă rĕfūsi Nērĕŏs, ēt plăcĭdō sūlcābānt flūmĭnă cūrsū. V. *Mare.*

**Nēro**, ōnis. *Quid dēbĕās, ō Rōmă, Nērōnĭbŭs.* (Alcaic.) Hor. Od. 4, 4, 37. *Imperator Romanus, qui adolescens optimæ spei fuit: sed postea omni libidine atque crudelitate infamis, matrem Agrippinam, Senecamque præceptorem vitâ privavit.* EPITH. Impĭŭs, ingrātŭs, mātrĭcĭdă, incēstŭs, scĕlēstŭs, scĕlĕrātŭs, nĕfāndŭs, crūdēlis, fĕrŭs, dīrŭs, sānguĭnĕŭs, sŭpērbŭs, invīsŭs. PHR. Fĕrŭs, crūdēlis, incēstŭs Rēx, Princĕps, Tȳrānnŭs, impĭŭs, *vel* sŭpērbŭs Ænĕădēs. Tērræ pōndŭs, mōnstrŭm ēxecrābĭlĕ, Quī prŏprĭō sē pērcŭlĭt ēnsĕ.

**nērvōsŭs.** *Cæsĭă Pāllădĭŭm nērvōsa ēt līgnĕă Dōrcās,* J. SYN. Lăcērtōsŭs, tŏrōsŭs, rŏbūstŭs, vălēns, vĭgēns, vălĭdŭs. PHR. Nērvis frĕquēns, crēbĕr, cōmpāctŭs, *vel* vīrĭbŭs præstāns, insīgnis. V. *Robustus.*

**nērvŭs.** *ēt dēcēdēt ŏdŏr nērvis inimīcŭs, ăt īllă,* Hor. Sat. 2, 4, 53. EPITH. Vălĭdŭs, fīrmŭs, pŏtēns, fōrtis, rŏbūstŭs, dūrŭs, ălăcĕr, tūrgēns. PHR. Nērvōrŭm vis, rōbŭr, nēxŭs, lĭgāmĕn, cōmmissūră. VERS. Rūpti vūlnĕrĕ nērvi Dēfĭcĭūnt, mōtūmquĕ nĕgānt vīrēsquĕ. ălăcrēs nērvŏs intēndĕrĕ, *vel* cōntēndĕrĕ. Tōtis cōntēndĕrĕ nērvis. V. *Robur. Nervus pro chordâ,* V. *Chorda. Pro arcu,* V. *Arcus.*

**nēscio**, is, īvi, ĭi. *Nēscĭō quis tĕnĕrōs ŏcŭlōs mĭhi fāscĭnăt āgnōs,* Virg. Ecl. 3, 103. SYN. Ignōro, sŭm nēscĭŭs, ignārŭs, inscĭŭs, rŭdis: mē fŭgit, lătĕt, prætĕrit.

**Nēstŏr**, ŏris. *Pēlĕŏs ēt Prĭămi trānsit, vēl Nēstŏris ætās,* Mart. 2, 64, 3. *Filius Nelei, et Chloridis: Rex Pyli in Peloponneso. Cùm jam trecentesimum ætatis annum ageret, ad Trojam venit. Eloquentiâ et prudentiâ excellebat.* EPITH. Ānnōsŭs, grāndævŭs, lōngævŭs, mātūrŭs, dĭsērtŭs, făcūndŭs, prūdēns, fōrtis, bēllātŏr. PHR. Nēlēĭă prōlēs. Nēlēĭŭs, Pȳlĭŭs dŭx, hērōs, sĕnēx, īllĕ sĕnēx tēr ævō fūnctŭs. Trĭă qui sæcŭlă vīxit. Pȳlĭŭs dŭx īllĕ dĭsērtŭs. Lārgă cui cōpĭă fāndi. Cui dūlcis flūxit ăb ōrĕ sŏnŭs. VERS. Lōnga ætās Pȳlĭŭm prūdēntēm Nēstŏră fēcit.

**Nēstŏrĕŭs.** *Fīnēm Nēstŏrĕæ prĕcŏr ēgrĕdĭārĕ sĕnēctæ,* Sat.

**nēvĕ.** *Nēvĕ tĭbi ăd sōlēm vērgānt vīnētă cădēntēm,* Virg. Geo. 2, 298. Neŭ, aŭt nē, vĕl nē.

**nēx**, nĕcis. *Quām nĕcis ārtĭfĭcēs ārtĕ pĕrīrĕ sŭā,* Ovid. SYN. Mōrs, cædēs, lēthŭm. V. *Mors.*

**nēxĭlis.** *Nēxĭlis āntĕ fŭit vēstis quām tēxtĭlĕ tēgmĕn,* Lucr. 5, 1349. SYN. Nēxŭs, innēxŭs.

**nēxŭs**, ūs. *īllĕ vŏlūbĭlĭbŭs squāmōsŭs nēxĭbŭs ōrbēs,* Ovid. Met. 3, 41. V. *Nodus et Catena.*

**nēxŭs**, ă, ŭm. *Mūnŭs ēx ōrdĭnĕ nēxæ,* Ov. Met. 8, 447. SYN. Innēxŭs, cōnnēxŭs, nōdātŭs, lĭgātŭs, vīnctŭs, rĕvīnctŭs.

**nī.** *Nī tĕnĕānt cūrsŭs, &c.* Virg. Æn. 3, 686. SYN. Nĭsī: si nōn.

**nīdĭfĭco**, ās. *Sic vōs nōn vōbis nīdĭfĭcātis, ăvēs,* Virg. SYN. Nīdŭlŏr. PHR. Nīdŭm ædĭfĭco, lŏco, strŭo, cōnstrŭo, fingo, făcio, stĕrno, mĭnŭo, ăpto, cōncinno. Pārvă cŭbĭlĭă rāmō, tignis, ărbŏrĕ sŭspēndo. Lūtĕŭm ŏpŭs, lūtĕăm căsām cēlsā sŭb trăbĕ fĭgo, lŏco: in rāmō, cēlsā ărbŏrĕ, āltō căcūmĭnĕ tēctă, *vel* dŏmŭm, lărēs, cūnās păro. VERS. Hĭrŭndo Sŭb trăbĭbŭs cūnās părvăquĕ tēctă făcit. Nūnc ăvis in rāmō tēctă lărēmquĕ făcit.

Digitized by Google

nidŏr, ōris. *Nidōrēmque āmbūstă dĕdit: sŭpĕr, &c.* Virg. Æn. 12, 301. EPITH. Fœtidŭs, ingrātŭs, grātŭs, frāgrāns, fūmĭfĭcŭs, mŏlēstŭs, jūcūndŭs.

nidŭs. *ōrĕ fĕrūnt, dūlcēm nidis īmmītĭbŭs ēscăm,* Virg. G. 4, 17. EPITH. Lŭtĕŭs, pārvŭs, căvŭs, cōncăvŭs, căvātŭs, lĕvis, cēlsŭs, ārdŭŭs, pēndŭlŭs, lŏquāx, gārrŭlŭs, quĕrŭlŭs, mōllis, trĕpĭdŭs, vērnŭs, ēxcēlsŭs, āltŭs, pēndēns, tēxtĭlis. PHR. Ăvĭŭm cŭbĭlĭă, cūnæ, hōspĭtĭă, tēctă, dŏmŭs, lărēs, pĕnātēs, căsæ. Lŭtĕŭm ŏpŭs. Rāmōsă hōspĭtĭă. Frōndōsi lărēs. Frōndĭfĕris sŭspēnsă cŭbĭlĭă rāmis. Nidŭs pēndŭlŭs āltā ărbŏrĕ. Lătebrōsō in pūmĭcĕ strūctŭs. Frōndĭfĕris sŭspēnsŭs rāmis. Grăcĭli dĕcŭtĭēndŭs vēntō. VERS. Nidisquĕ rĕpēntĕ Ăbsĭlĭūnt, *vel* ēxĭlĭūnt vŏlŭcrēs. Incŭbăt Ălcyŏnē pēndēntĭbŭs æquŏrĕ nidis. Nē grăcĭlēm vēntŭs dĕcŭssĕrĭt ărbŏrĕ nidūm. V. *Nidifico.*

nigĕr, gri. *Tūrbĭdŭs imbĕr ăquā, dēnsisquĕ nigērrĭmŭs Aūstris,* Virg. Æn. 5, 696. SYN. Nigrāns, nigrēscēns, ātĕr, fūscŭs, fūrvŭs, pūllŭs, ŏbscūrŭs, cālīgĭnōsŭs, pĭcĕŭs. PHR. Fūlĭgĭnĕ, cālīgĭnĕ, fērrūgĭnĕ tinctŭs, infēctŭs. Ătrō cŏlōrĕ imbūtŭs, illĭtŭs, ŏblĭtŭs. VERS. Ăssĭdŭā pōstēs fūlĭgĭnĕ nigri. Nigrānti pĭcĕă, trăbĭbūsque ŏbscūrŭs ăcērnis. V. *Nubilus.*

nigrēdo, inis. SYN. Nigrŏr, nigrĭtĭēs, ātrŏr. EPITH. Pĭcĕă, dēfōrmis, ŏbscūră, ātră, tĕnebrōsă, tūrpis, ŏpăcă. PHR. Cŏlŏr, nigĕr, ātĕr.

nigrĕfāctŭs.——*Fūmăt nigrĕfāctŭs ăb Ætnā,* Au. SYN. Nigrāns, nigĕr.

nigrēsco. *Nūnc sibi mūtātās lĭcĕāt nigrēscĕrĕ vēstēs,* Cl. SYN. Nigrĕo, nigrĕfīo. PHR. Nigrōrēm trăho, cōntrăho, cōllĭgo, cōncĭpĭo. Nigrēdĭnĕ, nigrōrĕ, nigrō cŏlōrĕ, ātrō cŏlōrĕ infĭcĭŏr, tingŏr. VERS. Tĕnĕbris nigrēscūnt ōmnĭă circŭm. Cœlŭm nigrēscit ăb Aūstris.

nigro, ās. *Crēdūnt sē vīdīssĕ Jŏvēm: cūm sæpĕ nigrāntēm,* Virg. Æn. 8, 353. SYN. Dēnigro, nigrĕfăcio, fūsco, infūsco. PHR. Nigrĭtĭē, nigrōrĕ, ātrō cŏlōrĕ infĭcio, fūsco, tingo, imbŭo, illĭno.

nihil. *Dē nĭhĭlō nĭhil, in nĭhĭlūm nil pōssĕ rĕvērti,* Pers. 3, 84.

nihilūm. *Stūltĭtĭāne ērrēt nĭhĭlūm distābit, ān īrā,* Hor. S. 2, 3, 210.

nil. *Tē sinĕ nil āltūm mēns inchŏāt, &c.* Virg. G. 3, 42.

Nilĭăcŭs. *Nīlĭăcō rĕdĕās tū lĭcĕt ōrĕ nigĕr,* Mart. 10, 12, 12. SYN. Nilōtĭcŭs, *vel* Ægyptĭŭs.

Nilĭădēs, ūm. *Nīlĭădēs jăcŭlāntŭr ăquās, mĭhi pōntŭs inērtēs,* Petr.

Nilĭgĕnă. *Heū fŭgĕ Nīlĭgĕnæ Mēmphĭtĭcă săcră jŭvēncæ,* Ovid. A. M. 1, 77. Nilō ōrtŭs. Nili incŏlă.

Nilōtis, idis. *Quāndo ĕquĕs, ēt pictī tūnĭcā Nīlōtĭdĕ Maūri,* Mart. 10, 6. SYN. Nilĭăs.

Nilōtĭcŭs. *āt nŏvă dōnă tĭbi, Cæsăr, Nīlōtĭcă tēllūs,* Mart. 6, 83, 1. SYN. Nilĭăcŭs.

Nilŭs. *āccŏlit ēffūsō stāgnāntēm flūmĭnĕ Nīlūm,* Virg. G. 4, 288. *Ægypti fluvius, septem ostiis in mare se exonerans. Certis inundationibus totam irrigat Ægyptum, ac deinde oblimatos agros refluendo relinquit, unde summa fertilitas. Sic pluviæ loco est, quâ caret regio.* EPITH. Sēptēmplēx, sēptēmflŭŭs, stāgnāns, răpāx, cōncĭtŭs, fērtĭlis, ūndāns, ēxūndāns, fœcūndŭs, văgŭs, limōsŭs, pinguis, irrĭgŭŭs, fĕrāx, dīvēs, păpȳrĭfĕr, tōrrēns, ūndōsŭs, Ægȳptĭŭs, Phărĭŭs, *à Pharo urbe,* Mēmphĭtĭcŭs, *à Memphi urbe regiâ Ægypti.* PHR. Sēptēmplēx, sēptēmgĕmĭnŭs, sēptēmflŭŭs, āmnis. Sēptēm ōstĭă Nili. Flŭvĭŭs Phărĭŭs. Nili ālvĕŭs, flŭēntă, flūmĭnă. In vădă Pēlūsĭă flŭēns, dēcūrrēns, præcĭpĭtāns. Dŭbĭā sūrgēns ăb ŏrīgĭnĕ. Sēptēm in cōrnŭă, in ōră dīgēstŭs, discrētŭs. Qui tōtam Ægȳptūm stāgnāntĭbŭs āllŭĭt ūndis. Fēlici ūlīgĭnĕ cāmpōs, *vel* āgrōs fœcūndăt. Sēptēno impēllit tŭmĕfāctŭm gūrgĭtĕ pōntūm. Ūnō plūrĭmă fōntĕ flūmĭnă vŏmĭt, ēvŏmĭt, ēgĕrit. Sēptēm pĕr ōstĭă cūrrēns. Sēptēnō gūrgĭtĕ Nilŭs. VERS. Limĭfĕr Ægȳptūm tōtō sĕmĕl irrĭgăt ānnō. Rĭpārum impătĭēns lātĕ pĕr plănă jăcēntis Ægȳpti diffūndit ăquās, gĕnĭtālĭăque ārvă Fœcūndăt mōllis fēlici ūlīgĭnĕ limi.

nimbĭfĕr. *Ād Stȳgă nimbĭfĕrō vindĭcis ignĕ dătŭs,* Ov. P. 1, 8, 60. SYN. Nūbĭfĕr.

nimbōsŭs. *Cūm sŭbĭto āssūrgēns flūctū nimbōsŭs Ŏrīōn,* Virg. Æn. 1, 535. SYN. Imbrĭfĕr, plŭvĭālis, nūbĭfĕr.

nimbŭs. *ipsĕ pătĕr mĕdĭā nimbōrum in nōctĕ cŏrūscā,* Virg. Geo. 1, 328. SYN. Imbĕr, plŭvĭă, prŏcēllă. EPITH. Nigrāns, ŏbscūrŭs, æthĕrĕŭs, nigĕr, vŏlāns, rigāns, hȳĕmālis, Aūstrālis, sŭbĭtŭs, tōrrēns, ātĕr, pĭcĕŭs, tĕnŭis, præceps,

Digitized by Google

hiulcus, vibratus, hybernus, undans, trux, horrisonus, gelidus, glacialis, levis, stillans, algens. VERS. Toto sonuerunt æthere nimbi. Heu quænam subitis horrescit turbida nimbis Tempestas? His ego nigrantem commista grandine nimbum Desuper infundam, et tonitru cœlum omne ciebo. Qualis ubi ad terras abrupto sidere nimbus it mare per medium, miseris heu præscia longe Horrescunt corda agricolis. V. *Imber et Pluvia.*

nimirum. *Cui placet alterius, sua nimirum est odio sors,* Hor. Ep. 1, 14, 11. SYN. Nempe, scilicet, quippe, videlicet.

nimis. *Sunt quibus in Satyra videar nimis acer, et ultra,* Hor. Sat. 2, 1, 1. SYN. Nimium, immoderate, immodice: extra, præter, supra modum: nimio, plus æquo, justo.

nimius. *Sejanum, num qui nimios optabat honores,* Juv. 10, 104. SYN. Immoderatus, immodicus: modum excedens: nimis magnus: æquo, justo major.

ningit. SYN. Nives, *vel* nivibus pluit. V. *Nix.*

Niobe, es. *ecce venit comitum Niobes celeberrima turba,* Ovid. M. 6, 165. *Tantali filia, soror Pelopis Phrygiæ Regis: uxor Amphionis Regis Thebarum. Cum septem filios, totidemque filias peperisset, ausa est se Latonæ præferre. Sed Apollo hanc injuriam ultus, liberos ejus occidit, ipsamque in rupem mutavit.* SYN. Tantalis. EPITH. Superba, audax, temeraria, amens, insana, tumens, malesana, infelix, mœsta, orba, pulchra, formosa, fœcunda, saxea, ambitiosa, sacrilega. PHR. Tantali filia, nata. Pelopis soror. Amphionis uxor. Parens, genitrix, Sipyleia *a Sipylo urbe Phrygiæ, ejus patria.* Sipyleia rupes, cautes. Silex Sipyleius. Æmula Latonæ. Se conferre Diis ausa procaciter. Multa Latonam prole lacessens. Flet mœsta silex Niobe, Niobesque sepulcrum.

Niphates, is. *Addam urbes Asiæ domitas pulsumque Niphaten,* Virg. Geo. 3, L. 30. EPITH. Arduus, excelsus, sublimis, altus, aerius, nivosus, rigidus, nivifer.

Nireus, *vel* Nireus, *dissyl.* ei, *vel* eos, *acc.* ea. *Nirea non facies, non vis exemit Achillem,* Pro. L. 3. E. 18. EPITH. Candidus, niveus, decorus, pulcher, formosus, pictus, divinus. VERS. Quam pulchra (*forma*) Nireus conspiciendus erat! *Ovid.*

nisi. *Quod nisi me quacumque novas incidere lites,* Virg. Ecl. 9, 14. SYN. Si, Si non.

nisus, us. *Stat gravis Entellus, nisuque immotus eodem,* Virg. Æn. 5, 437. SYN. Contentio, conatus: labor. V. *Conatus.*

nisus, a, um. SYN. Conatus, enisus, nitens, tentans, contendens, laborans.

Nisus, avis. *insequitur Nisus: qua se fert Nisus ad auras,* Virg. Geo. 1, 408. *Megarensium Rex, purpureo seu aureo capillo insignis, a quo regni sui fatum pendebat. Hunc ei Scylla filia abscidit, ut Minos, quem adamabat, regno potiretur. Postea in haliæetum mutatus est; * Alius fuit Nisus, amicus Euryali,* Virg. 9. Æneid.

niteo. *et nitet inducto candida barba gelu,* Virg. in Op. SYN. Nitesco, splendeo, splendesco, fulgeo, mico, radio. V. *Splendeo.*

nitidus.——*puro nitidissimus orbe,* Ov. M. 4, 348. SYN. Nitens, splendidus, fulgens, micans, radians, *vel* cultus, excultus, pulcher, formosus. V. *Splendidus.*

nitor, oris.——*genus herbarum, viridumque nitorem,* Lucr. 5, 781. SYN. Splendor, fulgor, lux, lumen, radius. V. *Splendor.*

nitor, eris, nixus *et* nisus. *Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata,* Ov. Am. 3, 4, 17. SYN. Connitor, enitor, adnitor, contendo, laboro, molior. V. *Conor, vel* incumbo, innitor, fulcior, firmor, sustentor.

nitratus. *Nitrata viridis brassica fiet aqua,* Mart. 13, 17. PHR. Nitro sparsus, mixtus.

nitrum. *adjunctoque nitro precedit cura salubris,* Sent.

nivalis. *Massiliæ fumos miscere nivalibus undis,* Mart. 14, 118. SYN. Niveus, *vel* nivosus.

niveus. *Sed jacet aggeribus niveis informis, et alto,* Virg. Geo. 3, 354. SYN. Lacteus, candidus, candens, albus, canus, eburneus, eburnus. V. *Albus.*

nivosus. *Hic Ephiren bimarem; Scythia tenus ille nivosa,* Ov. Ep. 12, 27. SYN. Nivalis, glacialis, Borealis, Hyperboreus, Bistonius. PHR. Nive frequens, creber, abundans, opertus, tectus.

nix, nivis. *Jam satis terris nivis, atque diræ.* (Sapph.) Hor. Od. 1, 2, 1. EPITH.

Digitized by Google

Ălbă, căndĭdă, cāndēns, cānă, glăcĭālis, hȳbērnă, hyĕmālĭs, frīgĭdă, ălgĭdă, ălgēns, ĭnērs, ăspĕră, mōntānă, lĭquēscēns, mădēns, lābēns, cădūcă, dēflŭă, dēcĭdŭă, Hȳpērbŏrĕă, Rĭphæă, *a Riphæis montibus Scythiæ*, Scȳthĭcă, Bĭstŏnĭă, *a Bistone urbe Thraciæ*. Thrēĭcĭă. PHR. Nĭvis, nĭvĕūs hūmŏr. Gĕlĭdŭs hūmŏr, lĭquŏr. Nĭvĕi flŏcci. Nĭvĕă vēllĕră. Nix æmŭlă lānæ. Cœlō dēlāpsă, ĭn cāmpōs dēscēndēns. Tēctă, dŏmōs, ăgrōs, ălbō vēllĕrĕ tĕgēns, ŏpĕrĭēns, vēstĭēns, ĭndŭēns. Nix ăcrī gĕlū, *vel* prŭīnă cŏncrētă. VERS. Sŏlvĭtŭr, *vel* lĭquĭtŭr Aūstrō. Vĭctă Sōlĕ tĕpēntī, *vel* Zĕphȳrīs ĕt sōlĭbūs īctă, pĕrĭt. Vērĕ tĕpēntĕ sŏlvĭtŭr. Mōntĭbūs ĕx āltīs rĕsŏlūtă flŭĭt: īrrĕsŏlūtă rĭgĕt. Nĭvĭbūs ălbēntĭă, *vel* cāndēntĭă rūră. Nĭvĭbūs aūctă, tŭmĕfāctă, tūrgēntĭă flūmĭnă. Nŏvă pĕr gĕlĭdās ūstă fĭt hērbă nĭvēs. Tēctăquĕ brūmālī sūb nĭvĕ tērră lătĕt. Vērĕ nŏvō gĕlĭdūs cānīs cūm mōntĭbūs hūmŏr Lĭquĭtŭr, Ēt Zĕphȳrō pūtrĭs sĕ glēbă rĕsōlvĭt. Nĭvēs mōllĭt ăquātĭcŭs Aūstĕr. Sēd jăcĕt āggĕrĭbūs nĭvĕīs īnfōrmĭs, ĕt āltō Tērră gĕlū lātĕ, sĕptēmque āssūrgĭt ĭn ūlnās.

nō, ās. *Nārĕ pĕr æstātĕm lĭquĭdūm sūspēxĕrĭs āgmĕn*, Virg. Geo. 4, 59. SYN. Năto, innăto. V. *Nato*.

nōbĭlĭs. *Nōbĭlĭs ēst Cănăcĕ frātrĭs ămōrĕ sŭī*, Ov. Tr. 2, 384. SYN. Īllūstrĭs, īnsignĭs, clārŭs, ēxĭmĭŭs, ēgrĕgĭŭs, īnclȳtŭs, gĕnĕrōsŭs. PHR. Nōbĭlī, īllūstrī, gĕnĕrōsō sānguĭnĕ, *vel* clārīs părēntĭbūs, ŏrtŭs, nātŭs, crētŭs, sătŭs, prōgĕnĭtŭs. Præclārā stīrpĕ crĕātŭs. Nōbĭlĭtātĕ pŏtēns. Nōbĭlī sānguĭnĕ, ăb āntīquā, *seu* prīscā nōbĭlĭtātĕ prīncĭpĭūm trăhēns: gĕnŭs dūcēns, dēdūcēns, trăhēns, rĕpĕtēns. Ăvīs, ătăvīsquĕ pŏtēns. Ăvĭtīs stēmmătĭbūs clārŭs. Tĭtŭlīs nōbĭlĭtātŭs ăvōrūm. Hērōūm, *vel* Rēgūm āntīquō dē sānguĭnĕ nātŭs. Præclārō nōmĭnĕ lātĕ īnsignĭs. Gĕnŭs ē prīscā nōbĭlĭtātĕ trăhēns. Sēclī dĕcŭs ădmīrābĭlĕ nōstrī. Īllūstrī stēmmătĕ clārŭs. Rēgūm ăb ōrīgĭnĕ crētŭs. Nōbĭlĭs ĕt fāmā mūltīs měmŏrātŭs ĭn ōrīs. Stīrpĕ gĕnŭs clārūm, cœlōquĕ āffīnĭs ŏrīgo. Clāră gĕnŭs clārūmquĕ trăhēns ā sānguĭnĕ nōmĕn. VERS. Cui gĕnŭs ā prŏăvīs īngēns clārūmquĕ pătērnæ Nōmĕn ĕrāt vīrtūtĭs, ĕt ipse ăcērrĭmŭs ārmĭs. Māxĭmĕ, qui clārīs nōmĕn vīrtūtĭbŭs æquās, Nĕc sĭnĭs īngĕnĭūm nōbĭlĭtātĕ prĕmī. Huic āmplă quĭdĕm dē sānguĭnĕ prīscō Nōbĭlĭtās. Stēmmătă quid făcĭūnt? quid prōdĕst, Pōntĭcĕ, lōngō Sānguĭnĕ cēnsērī pīctōsque ōstēndĕrĕ vūltūs Mājōrūm? Tōtă lĭcĕt vĕtĕrēs ēxōrnēnt ūndĭquĕ cēræ Ātrĭă, nōbĭlĭtās sōla ĕst ătque ūnĭcă vīrtūs.

nōbĭlĭtās, ātĭs. *Nōbĭlĭtās ĕădēm prō nōbĭlĭtātĕ fŭīssĕt*, Ovid. EPITH. Īngĕnŭă, gĕnĕrōsă, āntīquă, vĕtŭs, cĕlĕbrĭs, cĕlĕbrātă, īllūstrĭs, īnsignĭs, clāră, ăvītă, pătērnă, vēră, ēxĭmĭă. PHR. Gĕnĕrĭs, *vel* nōmĭnĭs clārĭtās, āntīquĭtās, vĕtūstās, splēndŏr, āmplĭtūdo, fāmă, glōrĭă. Clārī nātālēs, īllūstrĭs ŏrīgo. Nōbĭlĕ stēmmă. Nōn ōbscūră dŏmŭs. Lātĭs īnclȳtūm tĭtŭlīs gĕnŭs. Gĕnŭs āltō ā sānguĭnĕ Rēgūm. Ăvītī sānguĭnĭs īngēns nōbĭlĭtās. āmpla ē sānguĭnĕ prīscō nōbĭlĭtās. Nōbĭlĭtātĭs, *vel* gĕnĕrĭs dĕcŭs ēxĭmĭūm. Nōbĭlĭtās sōla ătque ūnĭcă vīrtūs.

nōbĭlĭto. *Pōcŭlă Mēntŏrĕā nōbĭlĭtātă mănū*, Mart. 9, 60, 16. SYN. Īllūstro, ōrno, dĕcŏro, īnsignĭo, cĕlĕbro. PHR. Nōbĭlĭtātĕ, nōbĭlĭbūs tĭtŭlīs dōno, īllūstro, dĕcŏro. Cērīs cĕlĕbrĭbūs, fāmōsīs, căpācĭbūs, īllūstro, īnscrībo. Nōbĭlĭūm cēnsĕo grădū. V. *Nobilis*.

1. nŏcēns.——*Pĭcĕæ tāntūm, tāxīquĕ nŏcēntēs*, Virg. Geo. 2, 257. SYN. Nŏcīvŭs, nŏcŭŭs, nōxĭŭs, īnfēstŭs, īncōmmŏdŭs, īnĭmīcŭs, mŏlēstŭs, īmpōrtūnŭs, grăvĭs.

2. nŏcēns. V. *Reus*.

nŏcĕo, nŏcŭī. *Nē quid Lĭbȳæ tĭbĭ rēgnă nŏcērēnt*, Virg. Æn. 6, 694. SYN. Ŏbsūm, ōbsto, ōffĭcĭo, īncōmmŏdo. PHR. Dāmnō sūm. Dāmnūm, dētrīmēntūm, jāctūrām, ēxĭtĭūm āffĕro, īmpōrto. Sūm nōxĭŭs, grăvĭs, mŏlēstŭs, īnfēstŭs. Dāmnō āffīgĕrĕ. VERS. Sŏlĕt ēssĕ grăvĭs cāntāntĭbūs ūmbră. Ūt sæva ē spĕcŭlīs tēmpŭs Dĕă nāctă nŏcēndī. Ōffĭcĭānt lætīs nē frūgĭbŭs hērbæ. Lĭnguă fŭĭt dāmnō.

nŏcĭtūrŭs. *īnsĭlŭīt, sōlō nŏcĭtūrūs pōndĕrĕ, pūppĭm*, Lucan. 5, 621.

nŏcīvŭs, *vel* nŏcŭŭs. *ĕt sĭbĭ nŏcīvūm cōncĭtānt pĕrīcŭlūm*, Phædr. V. *Nocens*.

nōctēscĭt. VERS. Ăspĭce ărātră jŭgō rĕfĕrūnt sūspēnsă jŭvēncī, Ēt Sōl crēscēntēs dēcēdēns dŭplĭcăt ūmbrās. Ōbscūram īndūcūnt nōctūrnă crĕpūscŭlă nōctĕm. Sōl rŭĭt īntĕrĕă, ĕt mōntēs ūmbrāntŭr ŏpācī. Jām sūmmă prŏcŭl vīllārūm cūlmĭnă fūmānt, Mājōrēsquĕ cădūnt āltīs dē mōntĭbŭs ūmbræ. Aūt nōctēm dūcēntĭbŭs āstrĭs. Īpsĕ dŏmūm sērā quāmvĭs sē nōctĕ fĕrēbăt. Dĭēm nōx ābstŭlĭt ātră. Sērŭs cūm prōtŭlĭt ūmbrās Hēspĕrŭs. V. *Vesper*, et *Hesperus*.

Digitized by Google

nŏctĭcŏlă. *Vēndāt nŏctĭcŏlæ spūrcīs cōmplēxĭbŭs Indī*, Prud. Ham. 634. SYN. Nŏctūrnŭs, nŏctĭvăgŭs.

nŏctĭfĕr, ă, ŭm. *Nīmīrum ēōs ōstēndĭt nŏctĭfĕr ignis*, Catull. 60, 7. SYN. Sērŭs, tĕnebrōsŭs. *Subst.* Hēspĕrŭs.

nŏctĭvăgŭs. *Nŏctĭvăgæquĕ făcēs cæli flāmmæquĕ, &c.* Lucr. 5, 1190. SYN. Nŏctūrnŭs, *vel* lūcĭfŭgŭs.

nŏctū. V. *infra* Nŏx.

nŏctŭă.—*Sērŏs ēxērcēt nŏctŭă cāntūs*, Virg. Geo. 1, 403. SYN. Ŭlŭlă, būbo. EPITH. Nŏctūrnă, nŏctĭvăgă, nŏctĭvĭgĭl, ĭmprŏbă, sēră, fātālĭs, fērālĭs, fūnēstă, sĭnĭstră, Pāllădĭă. PHR. Pāllădĭs, Pāllădĭă vŏlŭcrĭs. *Avis nocturna Palladi dicata, quia nox amica studiis.* Nŏctĭs, nŏctĭvăgă, ăvĭs, ālēs, vŏlŭcrĭs. Fūnēstĭs gĕmēns tēctĭs. Sērŏs ēxērcēns cāntūs. Prænūncĭă fātī. Cārmĕn nŏctŭă trīstĕ cănēns. V. *Bubo.*

nŏctūrnŭs.—*Strĕpĭtūs nŏctūrnōs ātquĕ dĭūrnōs*, Hor. Ep. 2, 2, 79. V. *Noctivagus.*

nōdo, ās. *Cui phărĕtra ēx aūrō; crīnēs nōdāntŭr ĭn aūrŭm*, Virg. Æn. 4, 138. SYN. Innōdo, cŏnnōdo, nēcto, nēxo, ligo, vincio, rĕvincio. PHR. In nōdōs inflēcto, lĭgo, cōllĭgo. Nōdōs nēcto, făcio, stringo, impĕdĭo, intrīco, cōnsĕro. Nōdĭs implĭco, invŏlvo. V. *Ligo, Vincio.*

nōdōsŭs. *Nōdōsā cŏrpŭs nōdīs prŏhĭbērĕ chīrāgrā*, Hor. Ep. 1, 1, 31. PHR. Nōdīs implēxŭs. Nōdĭs āspĕr.

nōdŭs. *Nēctĕ trĭbūs nōdīs tērnōs, Āmăryllĭ, cŏlōrēs*, Vir. Ecl. 8, 77. SYN. Vincŭlŭm, nēxŭs, lĭgāmĕn, vinclŭm. EPITH. Strictŭs, ārctŭs, vălĭdŭs, diffĭcĭlĭs, tōrtŭs, intōrtŭs, cōntēxtŭs, nēxŭs, tōrtĭlĭs, flēxĭlĭs, irrĕsŏlūbĭlĭs, ăhēnŭs, ærātŭs, tĕnāx, cæcŭs, lătēns, ārcānŭs. VERS. Mănĭbŭs nōdōs dīvēllĕrĕ, *seu* sŏlvĕrĕ tēntă . .

Noē. *Tēmpŏrĭbŭs cōnstrūctă Nŏē, quæ sōlă rĕcēpĭt*, And. *Hic jūstī prŏăvŭs Nŏē, sŭb tēmpŏră cūjŭs*, Victor. *Patriarcha, filius Lamech, quem Deus cum familiâ, tempore diluvii, in Arcâ servavit incolumem. Hic primus vitem plantavit, et navigandi artem invenit.* SYN. Lāmēchĭdēs, Noă, Noēmŭs, vītĭsātŏr. EPITH. Jūstŭs, sānctŭs, pĭŭs. PHR. Vītĭsātŏr pătĕr. Vīnī invēntŏr. Hŏmĭnŭm rĕpărātŏr, ārcæ mŏlītŏr, fabrĭcātŏr ăcērnæ. Tūtā sērvātŭs ĭn ārcā.

nōlo, nōlŭī. *Nēquĭtĭæquĕ sŭæ nōlŭĭt ēssĕ rŭdēs*, Prop. 2, 6, 30. SYN. Ăbnŭo, rĕcūso. V. *Volo.*

nōmĕn, ĭnĭs. *Mēndāx fāmă nŏcēs, ălĭŭs mĭhĭ nōmĭnĭs index*, Prop. 4, 2, 19. SYN. Āgnōmĕn, cŏgnōmĕn *vel* fāmă, hŏnŏr, glōrĭă, nōbĭlĭtās. EPITH. Aūgūstŭm, mĕmŏrābĭlĕ, nōtŭm, illūstrĕ. Insignĕ, cĕlebrĕ. Ēgrĕgĭŭm, clārŭm, tūrpĕ, fœdŭm, ignōtŭm, ŏbscūrŭm, infāmĕ, dīrŭm. VERS. Jām cānĭtūr tōtō nōmĕn ĭn ŏrbĕ mĕŭm. Nōmĕn ăb ætērnā pŏstērĭtātĕ fĕrēs. Ætērnŭmquĕ tĕnēnt pĕr sæcŭlă nōmĕn. Nōs ălĭquŏd nōmēnquĕ dĕcŭsquĕ Gēssĭmŭs. Dōnĕc ĕrām sōspēs, tĭtŭlī tāngēbăr ămōrĕ, Quærēndĭquĕ mĭhĭ nōmĭnĭs ārdŏr ĕrăt. Fāmă vĕtĕrēs laūdāntŭr Ăthēnæ. Fēlix ætērnō nōmĭnĕ fāmă vĭgēt. V. *Laus.*

nōmĭno. *Tē lŏquŏr ābsēntēm: tē vōx mĕă nōmĭnăt ūnŭm*, Ov. Tr. 3, 3, 17. SYN. Vŏco, āppēllo, nūncŭpo, dīco, prŏfĕro. PHR. Nōmĕn impōno, dō, trĭbŭo, āddo. Nōmĭnĕ dīco, vŏco.

nōn. *Dē grĕgĕ nōn aūsĭm quĭcquām dĕpōnĕrĕ tēcŭm*, Virg. Ecl. 3, 32. SYN. Haūd, haūdquāquām, nēquāquām, nēquĭcquām, nĕc, nĕquĕ, nĭhĭl, nīl, mĭnĭmē, nūnquām, nūsquām.

nōnnĭhĭl. *Hōc quŏquĕ nōnnĭhĭl ēst, quŏd prōpīnābĭs ĭn istis*, Mart. 12, 75, 9. SYN. Ălĭquĭd.

nōnnūnquām. *Ter.* SYN. Ălĭquāndo, intērdŭm.

nōnŭs. *Pōst ŭbĭ nōnă sŭōs Aūrōra ōstēndĕrĭt ōrtūs*, Virg. Geo. 4, 544. SYN. Tĕr trīnŭs.

nōrmă. *Quēm pĕnĕs ārbĭtrĭum ēst, ĕt jūs, ĕt nōrmă lŏquēndī*, Hor. A. P. L. 72. SYN. Rēgŭlă, lēx. EPITH. Cērtă, rēctă, jūstă, fāllāx.

nōsco, nōvi, nōtŭm. *Fōrtūnātŭs ĕt illĕ Dĕōs quī nōvĭt ăgrēstēs*, Virg. Geo. 4, 93. V. *Cognosco.*

nŏtă. *Cærŭlĕæ cuī tērgă nŏtæ, măcŭlōsŭs ĕt aūrō*, Virg. Æn. 5, 87. SYN. Signŭm, insignĕ, spĕcĭmĕn, ārgūmēntŭm, indĭcĭŭm, mŏnŭmēntŭm, vēstĭgĭŭm, *vel* lăbēs, măcŭlă, dĕdĕcŭs. EPITH. Mănĭfēstă, cērtă, incērtă, ăpērtă, fictă, ŏccūltă, *vel* tūrpĭs, infāmĭs, ŏbscœnă, pŭdēndă, ātră, fœdă. V. *Macula.*

Digitized by Google

nŏtābĭlĭs.——*Cāndōrĕ nŏtābĭlĭs īpsō*, Ov. Met. 1, 169. SYN. Īnsignĭs, nōbĭlĭs.
nŏtĭtĭă. *Nŏtĭtĭām pārs ēst īnfĭcĭātă mĕī*, Ovid.
nŏtō. *Quŏd pĕtĭs: ĕt mĕmŏrī pĕctŏrĕ dīctă nŏtā*, Ov. Fast. 3, 178. SYN. Ŏbsērvo, ādnŏto, signo, ōbsigno, ănĭmādvērto.
nōtŭs, ă, ŭm. *Dōnă cărērĕ dŏlīs Dănăūm: sic nōtŭs Ŭlyssēs?* Virg. Æn. 2, 441. SYN. Cōgnĭtŭs, āgnĭtŭs, pērspēctŭs, nōn īgnōtŭs: īnsignĭs, cōnspĭcŭŭs, cĕlĕbĕr, clārŭs, īllūstrĭs.
Nŏtŭs, ī.——*mădĭdīs Nŏtŭs ēvŏlăt ālīs*, Ov. Met. 1, 264. SYN. Aūstĕr. EPITH. Præpĕs, ātĕr, răpĭdŭs, ūdŭs, fŭrēns, tērrĭbĭlĭs, prŏcēllōsŭs, nūbĭfĕr, mădĭdŭs, trīstĭs, sævŭs, plŭvĭŭs, ācĕr, īnsānŭs, dūrŭs, īrātŭs, āĕrĭŭs, nīmbōsŭs, tūrbĭdŭs, vēlōx, īmbrĭfĕr, sŏnōrŭs, fŭgāx, vŏlŭcĕr, īnflātŭs, cĕlĕr, tĕpĭdŭs, strīdēns, raūcŭs, sūrdŭs, hūmēns, vĭŏlēntŭs. VERS. Nōn mădĭdūs tĕpĭdō sībĭlăt ōrĕ Nŏtŭs. V. *Auster.*
nŏvācŭlă. *Cŭrsū vŏlŭcrī pēndēns īn nŏvācŭlā*, Phædr. EPITH. Ăcūtă, lēvĭs, sævă.
nŏvālĕ, ĭs.—*Tām cūltă nŏvālĭă mīlēs hăbēbĭt?* Virg. Ecl. 1, 71. V. *Ager.*
nŏvēllŭs. *ātquĕ mălā vītēs īncīdĕrĕ fālcĕ nŏvēllās*, Virg. Ecl. 3, 11. SYN. Nŏvŭs, tĕnēllŭs.
nŏvēm. *Jāmquĕ dĭēs ĕpŭlātă nŏvēm gēns ōmnĭs, ĕt ārīs*, Virg. Æn. 5, 762. SYN. Nŏvēnī.
Nŏvēmbĕr, brĭs. *Ŏctōbrī Aūtūmnŭs, tōtōquĕ Nŏvēmbrī*, A. *Mensis olim nonus, incipiendo à Martio. Hoc mense Sol intrat signum Sagittarii.* EPITH. Trīstĭs, īmbrĭfĕr, nīmbōsŭs, plŭvĭŭs, mădĭdŭs, īgnāvŭs, īnērs, nīmbĭfĕr, ūdŭs, hūmĭdŭs. PHR. Mēnsĭs quō brūmă rĭgĕt. Quō lătĕt ādstrīctō tērră pĕrūstă gĕlū. Quō cāndēnt Bŏrĕālĭbŭs ārvă prŭīnīs.
nŏvērcă. *ēst mĭhĭ nāmquĕ dŏmī pătĕr, ēst īnjūstă nŏvērcă*, Virg. Ecl. 3, 33. EPITH. Īnīquă, sævă, trūx, dīră, fĕrōx, tērrĭbĭlĭs, īnvĭdă, īmmītĭs, bārbără, fŭrēns, fŭrĭbūndă, fĕră, crūdēlĭs, tērrĭfĭcă, clāmōsă, fōrmīdābĭlĭs, trŭcŭlēntă, fŭrĭōsă, īnēxōrābĭlĭs. PHR. Mĭsĕrērī, flēctī, *vel* pārcĕrĕ nēscĭă, īndŏcĭlĭs. Tĕnĕrām prĕmēns sŏbŏlēm. Mōnstră nŏvērcæ. Nŏvērcālēs mănŭs, īræ.
nōvī. *Cūm bĕnĕ tē nōvī, jām mĭhĭ Prīscŭs ĕrīs*, Mart. 1, 113. V. *Cognosco.*
nŏvĭēs.—*ēt nŏvĭēs Styx īntērfūsă cŏērcĕt*, Virg. Æn. 6, 439.
nŏvīssĭmŭs. *īncŭbŭītquĕ tŏrō, dīxītquĕ nŏvīssĭmă vērbă*, Virg. Æn. 1, 650. SYN. Ēxtrēmŭs, ūltĭmŭs, pōstrēmŭs, nūpĕrŭs.
nŏvĭtās, ātĭs. *Rēs dūră ĕt rēgnī nŏvĭtās mē tālĭă cōgūnt*, Virg. Æn. 1, 567.
nŏvĭtĭŭs. *Jām sĕdĕt īn rīpā, tĕtrūmquĕ nŏvĭtĭŭs hōrrĕt*, T. SYN. Tȳro, rŭdĭs, īndōctŭs, īgnārŭs, īmpĕrĭtŭs: hōspĕs, pĕrĕgrīnŭs.
nŏvo, ās. *Sērvātī făcĭmŭs mĕrĭtōsquĕ nŏvāmŭs hŏnōrēs*, Virg. Æn. 8, 189. SYN. Īnnŏvo, īnstaūro, rĕnŏvo.
nŏvŭs. *Pōstŭlăt ēssĕ nŏvōs ēbrĭă brūmă sălēs*, Mart. 13, 1, 4. SYN. Rĕcēns, *vel* īnaūdĭtŭs, īnsŏlĭtŭs, īnsuētŭs.
Nŏx, nōctĭs. *Nōctĭbŭs hīs văcŭī tēr făcĭāmŭs ĭtĕr*, Prop. 2, 33, 22. *Dea à Poëtis fingitur, curru invecta, quem bigæ colore atro vel cæruleo trahunt: Nigro peplo stellis distincto amicta, papavere coronata, et furvas habens pennas.* SYN. Tĕnebræ, cālīgo. EPITH. Nīgră, nīgrāns, cālīgāns, ātră, cæcă, ōbscūră, tĕnĕbrōsă, squālĭdă, pāllĭdă, ŏpācă, squāllēns, hōrrēndă, ūmbrōsă, pāllēns, trīstĭs, lūrĭdă, sōmnĭfĕră, sŏpōrĭfĕră, mūtă, sŏpōră, quĭētă, tăcĭtă, plăcĭdă, sĭlēns, īllūnĭs, sēgnĭs, īgnāvă, īnērs, lānguĭdă, stēllātă, stēllĭfĕră, hūmēns, frīgĭdă, ūdă, rŏscĭdă, rōrĭfĕră, nūbĭlă, hōrrĭdă, hōrrĭbĭlĭs, trānquīllă, tērrĭbĭlĭs, tērrĭfĭcă, īntēmpēstă, ōblīvĭōsă, lōngă, tĕtrĭcă, ămīcă, pĭcĕă, hȳbērnă, prŭīnōsă, ārcānă, sȳdĕrĕă, Tārtărĕă, Stygĭă. PHR. Nōctĭs, nōctūrnūm tēmpŭs, spătĭūm. Tĕnebrōsæ tēmpŏră nōctĭs. Nōctĭs ūmbræ, cālīgo, tĕnebræ, frīgŏră, sĭlēntĭă. Ōbscūræ nōctĭs īmāgo. Plăcĭdūm sōmnō tēmpŭs. Īnfūsæ sūbdūctō Sōlĕ tĕnebræ. Nōx sōmnī gĕnĭtrīx. Dŏmĭtrīx cūrārŭm. Suādēns plăcĭdōs nōx hūmĭdă sōmnōs. Plăcĭdām rĕdĭmītă păpāvĕrĕ frōntēm. Tērrās hūmēntĭbŭs ūmbrīs ŏpĕrĭēns. Dĕă nīgrīs ŏbsĭtă pēnnīs. Fūrvō cīrcūndătă pĕplō. Sōmnĭfĕrīs frōntēm rĕdĭmītă căpīllīs. Stēllāntēs nōx pīctă sĭnūs. Vītrĕō rōrĕ mădēns. Nīgrō cœlōs ămīctū prætēxēns.
nōctū. SYN. Nōctĕ, dē nōctĕ, sūb nōctēm, pĕr nōctēm. PHR. Sūb ōbscūrūm nōctĭs. Nōctĭs pĕr ūmbrās, sūb ūmbrā, pĕr tĕnebrās. Ōbscūrā nōctĕ pĕr ūmbrăm. Tăcĭtæ pĕr mūltă sĭlēntĭă nōctĭs. Tēmpŏrĕ nōctūrnō. Cæcā cālīgĭnĕ nōctĭs. Lūcēntĭbŭs āstrīs, Sōlĕ sūbdūctō, lătēntĕ. Cūm nōx tĕnebrīs, *vel* ūmbrīs

Digitized by Google

tērrās tĕgit, cōndit, ŏpĕrit. VERS. Frīgĭdă cūm făcĭlæ tēmpŏră nōctĭs ĕūnt. Cūm nōx tērrās ōbscūră tĕnēt. Ōbscūrā cālīgĭnĕ tērrās Nōx ŏpĕrit. Nōx tērrās nĭgrāntĭbŭs ŭmbrīs ōbrŭĭt. Nīgrōquĕ pŏlōs invōlvit ămictū. Cūm grăvĕ nōctūrnă Cœlūm sūbtĕxitūr ūmbrā. Nōx cœrŭlĕām tērris īnfūdĕrăt, *vel* indūxĕrăt, ūmbrām. Mērsĕrăt ūndă diem ĕt spārsō nōx hūmĭdă sōmnō Lānguĭdă cœrŭlĕīs invēxĕrăt ōtĭă bigis. Nōx rŭĭt, ĕt fūscis tēllūrem āmplĕctĭtūr ālis. Tēmpŭs ĕrăt quō prīmă quiēs mōrtālĭbŭs ægris incipit, ĕt dōnō Dīvūm grātissĭmă sērpit. Nōx cœlūm spārsĕrăt āstris: Nōx ĕrăt, ĕt cœlō fūlgēbăt Lūnă sĕrēnō. Trăhĕrēnt sūm sēră crĕpūscŭlă nōctēm. Jām cŏlŏr ūnŭs īnēst rēbŭs, tĕnĕbrisquĕ tĕgūntūr Ōmnĭă, jām vĭgĭlēs cōntĭcŭērĕ cănēs. Ērĭpĭūnt sŭbĭtō nūbēs cœlūmquĕ dĭēmquĕ Teūcrōrum ēx ŏcŭlis, pōntō nōx incŭbăt ātră. Nōx ĕrăt incĭpiēns. Ūltĭmă pārs lūcis, prīmăquĕ nōctis ĕrăt. Cōndĕrĕ jām vūltūs sōlĕ părāntĕ sŭōs. Ēt jām nōx hūmĭdă cœlō Præcĭpĭtăt, suādēntquĕ cădēntĭă sȳdĕră sōmnōs. Quŏtĭēs hūmēntĭbŭs ūmbris Nōx ŏpĕrit tērrās; quŏtĭēs āstra īgnĕă sūrgūnt. Jāmquĕ sŏpōrĭfĕrās nōctūrnă sĭlēntĭă tērris Ēxplĭcŭērĕ vĭcēs. V. *Vespere.*

*nocte mediā.* PHR. Nōctĕ sŭpĕr mĕdĭā. Āltă nōctĕ pŏlī. Mĕdĭæ tēmpŏră nōctis ĕūnt. Mĕdĭŭs tōrquĕt nōx hūmĭdă cūrsūs. VERS. Cūm nōx ātră pŏlūm bigis sūbvĕctă tĕnēbăt. Jāmquĕ fĕrē mĕdĭām cœli nōx hūmĭdă mētām Cōntĭgĕrăt. Nōx ŭbi jām mĕdĭa ĕst, sōmnūmquĕ sĭlēntĭă præbēnt, ĕt cănis, ĕt vărĭæ cōntĭcŭĭstis ăvēs. Tītān mĕdĭūm quō tēmpŏrĕ dūcit Sūb nōstrā tēllūrĕ dĭēm. Jāmquĕ quĭēscēbānt vōcēs hŏmĭnūmquĕ, cănūmquĕ; Lūnăquĕ nōctūrnōs āltă rĕgēbăt ĕquōs. Tēmpŭs ĕrăt quō cūnctă sĭlēnt. Nōx ĕrăt, ĕt tērrās ănĭmālĭă fēssă pĕr ōmnēs, ālĭtŭūm pĕcŭdūmquĕ gĕnūs sŏpŏr āltŭs hăbēbăt. Nōx ĕrăt, ĕt plăcĭdūm cārpēbānt fēssă sŏpōrēm Cōrpŏră pĕr tērrās, sȳlvæque ĕt sævă quĭērānt æquŏră: cūm mĕdĭō vōlvūntūr sīdĕră lāpsū. Cūm tăcĕt ōmnis ăgĕr.

**nŏxă.** *Nōctĕ nŏcēnt pōtæ: sĭnĕ nōxā lūcĕ bĭbūntŭr,* Ov. Met. L. 15, 333. SYN. Crīmĕn, cūlpă, *vel* dāmnūm, pērnĭcĭēs.

**nŏxĭŭs.** *Nŏxĭă cōrdă vĭdēnt, āt tū dūm cōrpŏrĕ nōn ĕs,* Ov. M. L. 10, 351. V. *Nocens,* vel *Reus.*

**nūbēs, is.**—*Plŭvĭās ădŏpērtŭs nūbĭbŭs æthĕr,* Ov. Fast. 2, 71. SYN. Nĕbŭlă, nīmbŭs, nūbĭlă, *in plur.* EPITH. Īmbrĭfĕră, hūmĭdă, ăquōsă, nīmbōsă, ūndāns, dēnsă, ōbscūră, ŏpācă, cæcă, nĭgrāns, tūrbĭdă, lĭquĭdă, squāllēns, squāllĭdă, æthĕrĕă, lĕvis, prōcēllōsă, vēntōsă, cœlĭvăgă, vŏlŭcris, tĕnĕbrōsă, ūdă, văgābūndă, pēndēns, pēndŭlă, vŏlāns, cærŭlĕă, gĕlĭdă, pĭcĕă, grăvĭdă, hūmēns, hōrrēndă, hȳbērnă, ūmbrōsă, fŭgāx, pāllĭdă, ārdŭă, vērsĭcŏlŏr, cærŭlă, āltă. PHR. Tūrbo pĭcĕŭs, nĭgĕr, ātĕr. Cālīgo pĭcĕă, in āĕrĕ cōncrētŭs văpŏr. Tĕnebræ āĕrĭæ. Cœrŭlĕŭs hūmŏr. Cœlūm ōbscūrō ămictū, pĭcĕā ūmbrā, ātrā cālīgĭnĕ, *vel* dēnsis tĕnĕbris tĕgēns, ŏpĕrĭēns, cōndēns, invōlvēns, Plŭvĭă *vel* īmbrĕ grăvĭdă. Pūlsă vēntōrūm flāmĭnĕ. Dēnsō glŏmĕrātă pūlvĕrĕ. Ēx ŏcŭlis ērĭpĭēns cœlūmquĕ, dĭēmquĕ. Tōtō sŏnāns, *vel* rĕsŏnāns æthĕrĕ nīmbŭs. Pĭcĕām, *vel* ātrām ūmbrām īnfĕrēns, indūcēns. Īmbrĭbŭs ātris cōllēctă. Fœdām glŏmĕrāns tēmpēstātēm. Cœlūm aūfĕrēns. Nĕbŭlæ pĕr īnānĕ vŏlāntēs, rōrĕ mădēntēs. Sōlis īnārdēscēns rădĭīs. VERS. Cădūnt sūbmōtis nūbĭbŭs īmbrēs. Indūctă pĭcĕīs ē nūbĭbŭs ūmbră, ōmnĕ lătēt cœlūm, dūplĭcātăquĕ nōctis imāgo ĕst. Lătēt ōbscūrā cōndĭtă nūbĕ dĭēs. Dēnsis ădŏpērtŭs nūbĭbŭs æthĕr. Ātræ sȳdĕră sūbdūcūnt nūbēs. Pĭcĕō nōx ōbvĭă nīmbō Lūcēntēs tūrbāvit ĕquōs. Hic sŭbĭtām nĭgrō glŏmĕrāri pūlvĕrĕ nūbēm Prōspĭcĭūnt Teūcri, āc tĕnĕbrās īnsūrgĕrĕ cāmpis.

**nūbĭfĕr, ă, ūm.** *ēt Nōtŭs īnsūrgit cūm nūbĭfĕr æquŏrĕ, rūbri,* Aus. SYN. Nīmbōsŭs, nūbĭlŭs, *vel* āltŭs, nūbĭbŭs æquŭs.

**nūbĭlis.** *Jām mātūră vĭrō; jām plēnis nūbĭlis ānnis,* Virg. Æn. 7, 53. SYN. Cōnnūbĭō, cōnjŭgĭō, nūptĭis āptŭs, idōnĕŭs, mātūrŭs, tēmpēstīvŭs. Vīcīnŭs tŏrō. Nūbĭlĭbŭs qui jām mātūrŭit ānnis. Āptă vĭrō. Tēmpēstīvă vĭrō. VERS. Thălămō jām cāsta ădŏlēvĕrăt ætās. Impătĭēns nēscīrĕ tŏrūm nūllāsquĕ mărīti Īllĕcĕbrās, nĕc dūlcĕ pătris cōgnōscĕrĕ nōmĕn. Jām vīcīnă tŏrō plēnis ădŏlēvĕrăt ānnis Virgĭnĭtās, tĕnĕrūm jām prōnŭbă flāmmă pŭdōrēm Sōllĭcĭtăt. V. *Nubo.*

**nūbĭlŭs.** *Tēmpŏră sī fŭĕrint nūbĭlă, sōlŭs ĕris,* Ov. Tr. 1, 9, 6. SYN. Nūbĭlōsŭs, ōbscūrŭs, cālīgĭnōsŭs, tĕnĕbrōsŭs, nĭgĕr, nĭgrāns, ātĕr, cæcŭs, ŏpācŭs, pĭcĕŭs. PHR. Nūbĭbŭs, nīmbis dēnsŭs, grăvis, cōndĭtŭs, ōbdūctŭs, ŏpērtŭs. Tĕnebris, *vel* cālīgĭnĕ ōbdūctŭs. Cālīgĭnĕ dēnsŭs. Cœlūm nĭgrēscit ăb Aūstris. Nĭgrāns cōmmīstā grāndĭnĕ nīmbŭs. In nūbēm cōgĭtŭr āĕr.

**nūbo, nūpsi.** *Quæ caūsa ōffĭcĭi? quid quæris? nūbit ămīcŭs,* H. SYN. Mă-



Digitized by Google

ritŏr. PHR. Virūm, mărītūm, cŏnjŭgĕm mihi vinclō jŭgālī sŏcio, jŭnge, in fœdŭs tŏri āccipio. Virō, mărītō trādŏr, jūngŏr, cŏnjūngŏr. Cŏnjŭgiō, cōnnūbiō cŏpŭlŏr. Cōnsōrtēm thălămi, tŏri, sūmo. Jŭgālēs tædās, jŭgāliă vincŭlă sŭbĕo, ĭnĕo. V. *Conjugium.*

nŭcēs, ŭm. *āfferri, mĭnĭmāsquĕ nŭcēs, āssēmquĕ rŏgātūm,* Juv. 5, 144. V. *Nux.*

nuclĕŭs. *Mēllă dări, nŭclĕōsquĕ jŭbēt, dūlcēsquĕ plăcēntās,* Mart. 11, 87, 3. EPITH. Dūrŭs, tĕnŭis, tĕrēs.

nūdŭs. *Nūdŭs in ignōtā Pălĭnūrĕ, jăcēbis ărēnā,* Virg. Æn. 5, 871. SYN. Nūdātŭs, ĕxūtŭs, spŏlĭātŭs. PHR. Vĕstis, tĕgmĭnis ēxpērs. Vēstĕ cărēns. Pŏsitō vēlāmĭnĕ nūdŭs. Pŏsitis, dēpŏsitis, rĕjēctis vēstĭbŭs nūdŭs. Ĕxūtŭs ămictū. Nūdi mĕdiā plūs pārtĕ lăcerti. Nūdi sinĕ frōndĕ, sinĕ ărbŏrĕ cāmpi. Nūdă gĕnū, nūdōquĕ sinūs cŏllēctă flŭēntēs. Ĕxūtūm vēlāmĭnĕ cŏrpŭs. Pŏsitō părĭtēr cūm vēstĕ pŭdōrĕ.

nūdo, ās. *ădvērsæ nūdārĕ sŏlēnt, cēlārĕ sĕcūndæ,* Hor. Sat. 2, 8, 74. SYN. Dēnūdo, spŏlio, ĕxŭo, dēvēlo. PHR. Ĭn ărēnā vēstēs dē cŏrpŏrĕ pōno, dēpōno ĕx hŭmĕris ămictūm, chlămydēm, vēlāmĭnă rējĭcio. Ā pēctŏrĕ vēstēs dīdūco. VERS. Ēt māgnōs mēmbrōrum ărtŭs, māgna ōssă, lăcērtōsquĕ Ĕxŭit.

nūgæ. *Nōn căpit hās nūgās hŭmĭlis dŏmŭs: aūdĭăt illĕ,* Juv. 11, 169. SYN. Nūgāmēntă. EPITH. Lĕvēs, ĭnēptæ, pŭĕrīlēs, vānæ, ĭnānēs, ănīlēs, lætæ, hĭlărēs, jŏcōsæ, fictæ, fictĭtiæ, vānĭlŏquæ, fœmĭnĕæ, fūtĭlēs.

nūgātŏr, ōris. *Si incrĕpŭit, cēssās nūgātŏr? sērvĭtium ācrĕ,* Pers. 5, 127. SYN. Nūgāx, scūrră. EPITH. Lŏquāx, gārrŭlŭs, lĕvis, fūtĭlis, vānŭs, vānĭlŏquŭs, ĭnānis, vēntōsŭs.

nūgŏr, āris. *Cūrās, intērdūm nūgāris rūrĕ pătērnō,* Hor. E. L. 1. E. 18. L. 60. PHR. Nūgās, vānă lŏquŏr, dico, fūndo. Nūgās, făbēllās, nārro, vēndito, ēffūtio ĭnēptās. Nūgis aūrēs implĕo. VERS. Vānĭlŏquis cōnsūmūnt tēmpŏră nūgis. Nūgisquĕ lŏquācĭbŭs ōmniă miscēnt.

Nŭmă. *Hic fŭit āntiqui rēgiă pārvă Nŭmæ,* Ov. Tr. 3, 1, 30. *Alter Romanorum Rex, ex Curibus urbe Sabinorum ortus. Religionem cultumque Deorum instituit. Annum in duodecim menses divisit, adjectis Januario et Februario. Congressum cum Ægeriâ Nymphâ habere se noctu simulabat, ut legibus suis venerationem conciliaret.* EPITH. Sānctŭs, jūstŭs, æquŭs, pĭŭs, rēlĭgĭōsŭs, pācĭfĭcŭs, fātĭdĭcŭs. PHR. Cūltŏr Dĕōrūm. Lēgūm sērvātŏr ĕt æqui. Rōmŭlĭdūm Rēx āltĕr. Ægĕriæ ămĭcŭs, spōnsŭs, mărĭtŭs, cōnjŭx. Rēx Cŭrĭbŭs illĕ Săbinis ōrtŭs. Rēx Nymphā cōnjŭgĕ fēlix. VERS. Quō nĕc ămāntiŭs ūllūm Nūmĭnis, (rēcti, *vel* pācis) ingĕnĭūm tērră Săbīnă tŭlit.

nūmĕn, ĭnis. *Non hæc sinĕ nūmĭnĕ divūm,* Virg. Æn. 2, 777. EPITH. Aūxĭlĭārĕ, ēxōrābĭlĕ, ĭnēxōrābĭlĕ, immōrtālĕ, inviŏlābĭlĕ, plācābĭlĕ, săcrūm, prŏpĭtĭūm, ădōrāndūm. PHR. Dĕi dīvīnŭs nūtŭs. Dīvīnă vis, pŏtēstās, vŏlūntās. Dĕi nōn viŏlābĭlĕ nūmĕn. V. *Deus.*

nŭmĕrābĭlis. *Quō sānē pŏpŭlŭs nŭmĕrābĭlis, ūtpŏtĕ pārvŭs,* Hor. A. Poēt. 206.

nŭmĕrŭs. *ēffĭgiēm dūcō; nŭmĕrō Dĕŭs impărĕ gaūdĕt,* Virg. Ecl. 8, 75. SYN. Vis, cōpĭă, ăbūndāntĭă, mūltĭtūdo, cŭmŭlŭs, tūrbă. EPITH. Immēnsŭs, infīnītŭs, pārvŭs, ēxĭgŭŭs, ingēns.

nŭmĕro, ās. *ătquĕ Chăō dēnsōs Dīvūm nŭmĕrābăt ămōrēs,* Virg. Geo. 4, 147. SYN. Ēnŭmĕro, dinŭmĕro, cēnsĕo, rĕcēnsĕo, pērcēnsĕo, sŭppŭto, cōmpŭto. PHR. Nŭmĕrō, cōmprēndo, nŏto. Vērbis nŭmĕrōs intēndo. Nŭmĕrūm rĕfĕro, rĕcēnsĕo. VERS. Nāvĭtă tūm stēllis nŭmĕrōs ĕt nōmĭnă fēcit.

nŭmĕrōsŭs. *ĕt tĕnŭit nōstrās nŭmĕrōsŭs Hŏrātĭŭs aūrēs,* Ov. Tr. 4, 10, 49. SYN. Plūrĭmŭs, frĕquēns, cōpĭōsŭs, mūltŭs, mūltiplēx, vărĭŭs, dēnsŭs, cōnfērtŭs.

Nŭmĭdæ, *vel* Nŏmădēs. *Victrīcēs ēgissĕ rătēs: Nŭmĭdāsquĕ rĕbēllēs,* Ov. M. L. 15, 754. EPITH. Infrǣni, văgi, fŭgācēs, Maŭrūsii, indŏmĭti, bēllĭgĕri, fĕrōcēs.

nŭmismă, ătis. *Rēttŭlĭt āccēptōs, rēgālĕ nŭmismă, Phĭlippōs,* Hor. Ep. 2, 1, 234. SYN. Mŏnētă, æs, pĕcūnĭă.

nŭmmŭs, *vel* nŭmŭs. *Sūmmām nūmmōrūm, vĭtĭōquĕ rĕmōtŭs ăb ōmni,* Hor. A. Poēt. 384. SYN. Pĕcūnĭă, æs, aūrūm, ārgēntūm. EPITH. Vērŭs, fālsŭs, ădūltĕrīnŭs, dŏlōsŭs, imprŏbŭs, ĕxĭtĭālis, aūrĕŭs, ārgēntĕŭs, prĕtĭōsŭs, pērnĭcĭōsŭs, ĕxĭtĭōsŭs. V. *Divitiæ.*

nŭnc. SYN. Jām, mŏdŏ, jām nūnc, jāmjām, mōx; hōc tēmpŏrĕ.

nŭncio, ās. *Nūncĭĕt, āc lūcōs vŏcĕt hŏstĭă pinguis in āltōs,* Virg. Æn. 11, 740.

Digitized by Google

SYN. Ānnūncio, dēnūncio; rēnūncio, rĕfĕro, rĕpōrto, mŏnĕo, significo, indĭco, ās, scribo. PHR. Māndātă rĕferrĕ. Nūnciă dēferrĕ. VERS. Tūrnō pērfērtūr nūnciŭs hōstem Fērvĕrĕ cædĕ nŏvā. Mittitquĕ virōs qui cērtă rĕpōrtēnt. Mūltă pātri pōrtāndă dăbāt māndātă. Nūnciŭs ingēntēs ignōtā in vēstĕ rĕpōrtăt Ādvēnissĕ virōs. Quisve Ænēæ jām nūnciŭs ēssĕt. Vērūs mihi nūnciŭs ērgo Vēnĕrăt. Cērtiŏr aūctŏr ādvŏlăt Ænēæ, tĕnŭi discrimĭnĕ lēthi Ēssĕ sŭōs. Ēt quāndo istĕ mĕās implēbit nūnciŭs aūrēs: Ēccĕ tŭŭs Paūlinŭs ădēst? Nūnciŭs ingēnti pĕr rēgiă tēctă tŭmūltū Ēccĕ rŭit, māgnisque ūrbēm tērrōribŭs implĕt.

nūnciŭs. *Dixĕrăt, ĕt vēlox jām nūnciŭs āstră tĕnēbāt*, C. SYN. Tăbēllāriŭs. EPITH. Cĕlĕr, vŏlūcĕr, vŏlucris, citŭs, sŭbitŭs, fīdŭs, fidēlis, infīdŭs, infidēlis, faūstŭs, fēlix, infēlix, lætŭs, tristis, mēndāx, vērāx, cērtŭs, incērtŭs, ōptātŭs, ēxpēctātŭs, missŭs. PHR. Fīdŭs sērmōnūm ministĕr. Qui dictă, fāctă, māndātă, nūnciă fērt, dēfērt, pōrtăt, rĕpōrtăt. Qui văriās itquĕ rĕditquĕ viās. Răpidō qui pĕdĕ cārpit itĕr. Fēlici, *vel* ōptātō, ēxhilărāns ădvēntū. V. *Nuncio.*

nūncŭpo. *Nūncŭpăt hæc ætās, Jānicŭlūmquĕ vŏcăt*, Ov. Tr. 1, 246. V. *Nomino.*

nūndinæ, ārūm.—*ātque ŏbscœni nūndină mūndi*, A. PHR. Sŏlēnnis, cĕlebriŏr mērcātŭs: fŏrūm.

nūndinŏr, āris. *Rĕūm citāri nūndinātum hūnc ārgŭit.* (Iamb.) PHR. Pălām, *vel* sŏlēnni mērcātū vēndo, ĕmo, mērcŏr.

nūnquām. SYN. Nōn ūnquām. PHR. Nūllō tēmpŏrĕ. Haūd ūllō tēmpŏrĕ. Nūllō in ævō. VERS. Āntĕ lĕvēs ērgō pāscāntŭr in æthĕrĕ cērvi. Ēt frĕtă dēstitŭēnt nūdōs in littŏrĕ piscēs, Āntĕ pĕrērrātis āmbōrūm finibŭs ēxŭl, Aūt Ărărim Pārthŭs bibĕt, aūt Gērmāniă Tigrim, Quām nōstro illiŭs lābātŭr pēctŏrĕ vūltŭs. Vērĕ priŭs vŏlŭcrēs tăcĕānt, æstatĕ cicādæ. V. *Impossibile.*

nūpĕr. *Nĕc sum ădĕo infōrmis, nūpĕr me in littŏrĕ vidi*, Virg. Ecl. 2, 25. SYN. Haūd pridēm, nĕc dūdūm.

nūpĕrŭs.—*Căptum hŏminūm, nūpĕrum ĕt nŏvitiūm.* (Iamb.) SYN. Rĕcēns, nŏvŭs.

nūptă. *Sĕd pōstquām Cōlchis ārsit nŏvă nūptă vĕnēnis*, Ovid. Met. L. 7, 20. V. *Uxor.*

nūptiæ. *Nūptiārum ēxpērs ĕt ădhūc prŏtērvō.* (Sapph.) Hor. O. 3, 11, 12. SYN. Hўmĕnæi, cōnjŭgiūm, cōnnubiūm. PHR. Săcră jŭgāliă, nūptiāliă, cōnnubiāliă. Sŏlēnnēs tædæ, fācēs. Thălămi fœdŭs sŏciālĕ. Fœdĕră lēcti. V. *Conjugium.*

*nuptias celebrare.* PHR. Fēstă cōnnubiāliă, *vel* săcră gĕniālis tŏri cĕlebrārĕ. VERS. Ēccĕ cănūnt Hўmĕnæŏn, ĕt ignibŭs ātriă fūmānt: Cinctăque ădēst virgō, mātrūm nŭrŭūmquĕ cătērvā. Āt sŭbitō nōstrās ŭt Hўmĕn cāntātŭs ăd aūrēs Vēnit, ĕt āccēnsō lāmpădĕs ignĕ micānt. Tibiăque ēffūdit sŏciāliă cārmină. Tūrbă rŭūnt, ĕt Hўmĕn clāmānt, Hўmĕnæĕ frĕquēntānt. V. *Nubilis.*

nūptiālis. *ĕt nūptiālēs impii Œdipŏdæ fācēs.* (Iamb.) Sen. SYN. Cōnnubiālis, jŭgālis.

nŭrŭs, ūs. *Hic mātrēs, misĕræquĕ nŭrūs, hic chāră sŏrōrūm*, Virg. Æn. 11, 215. *Aliquando*, mŭliĕr, fœmină.

nūto, ās. *āttōllūnt căpita, ĕt sŭblimi vērticĕ nūtānt*, Virg. Æn. 9, 682. SYN. Văcillo, lăbo, titŭbo, lăbāsco. PHR. Rŭinām, lāpsūm, cāsūm, minŏr, minitŏr, In cāsūm, in rŭinām tēndo, vērgo. V. *Nutus.*

nūtrimēntūm. *Nūtrimēntă dĕdit, răpŭitque in, &c.* Virg. Æn. 1, 180. SYN. Nūtrimĕn, cibŭs, cibāriūm, ēscă, ălimēntūm, pābŭlūm. V. *Cibus, Alimentum.*

nūtrio, is, ivi, et ii, itūm. *Nūtribāt tĕnĕris immūlgēns ūbĕră lăbris*, Virg. Æn. 11, 572. SYN. Ălo, pāsco, ēdŭco, ās; ēdūco, is. PHR. Dăpibŭs, cibis fŏvĕo, pāsco, ălimēntă dō, ministro, præbĕo, sŭppĕdito, cōnfĕro, tribŭo, pōrrigo. Īnfāntēm blāndūm, ălūmnūm lācto, lāctĕ ălo, pāsco. Pārvōs ēdŭco fœtūs. Dăpibŭs lānguidă mēmbră fŏvĕt. Frōndibŭs ārbŏrĕis ĕt ămāră pāscitŭr hērbā. Impiŭs hūmānō viscĕrĕ pāvit ĕquōs. Nātām ārmēntālis ĕquæ mămmis, ĕt lāctĕ fĕrinō Nūtribāt, tĕnĕris immūlgēns ūbĕră lăbris. Ēffĕrŭs hūmānā qui dăpĕ pāvit ĕquōs. Lāctisque ălimēntă dĕdērĕ.

nūtritŏr, ōris. *ān Tārtēssiăcŭs stăbŭli nūtritŏr Ibēri*, Mart. 6, 28, 5. SYN. Āltŏr, ălūmnŭs.

nūtritŭs. *Discipŭlūmquĕ sĕnēx, ripā nūtritŭs in illā*, Juv. 3, 117. SYN. Ēdŭctŭs.



Digitized by Google

**nūtrix**, icis. *indĕ lŭpæ fulvō nūtrīcis tĕgmĭnĕ lætŭs*, Virg. Æn. 1, 279. SYN. Ălūmnă, ăltrix. EPITH. Sŏllĭcĭtă, sĕdŭlă, ānxĭă, lāctāns, vĭgĭl, insŏmnis, blāndă, fīdă, mītis, pĕrvĭgĭl, pĕrnŏx, irrĕquiētă, ŏffĭcĭōsă. PHR. Pŭĕri fīdissĭmă cūstōs. Quæ bīnōs ălit ūbĕrĕ fœtūs. Pŭĕrō māmmis ŏffĭcĭōsă sŭis.

**nūtŭs**, ūs. *Vērnă mĭnistĕrĭis ăd nūtūs āptŭs hĕrīlēs*, Hor. Ep. 2, 2, 6. EPITH. Făcĭlis, blāndŭs, lŏquāx, tăcĭtŭs, grăvis, hĕrīlis. PHR. Vūltūs signūm. Căpĭtis gēstŭs, mōtŭs. Signă vŏlūntātis. VERS. Nūtūs ŏbsērvāt hĕrīlēs. Jūpĭtĕr ānnŭit; ĕt tōtūm nūtū trĕmĕfēcit Ŏlympūm.

**nūx**, nŭcis. *Ēt cōndĭs lēctūs părcă cŏrōnă nŭcēs*, Ov. de Nuce, L. 66. EPITH. Vĭrĭdis, nŏcēns, dūră. PHR. Claūsă pūtāmĭnĕ. Frāngēndō cōrtĭcĕ dūră. VERS. Nūx ĕgŏ jūnctă vīæ cūm sim sĭnĕ crīmĭnĕ vītæ, ā pŏpŭlō sāxis prætĕrĕūntĕ pĕtŏr.

**Nȳmphæ**, ārūm. *Ōcĕănŭs gĕnĭtōr Nȳmphārūm*, Catul. *Aquarum Deæ, Montium etiam et Sylvarum præsides, ipsæque Musæ Nymphæ vocantur.* SYN. Ōcĕănĭtĭdēs. EPITH. Tĕnĕræ, nĭvĕæ, Nērēïæ, glaūcæ, cœrŭlĕæ, dūlcēs, făcĭlēs, vĕnūstæ, flūctĭgĕnæ, hūmĕntēs, fōrmōsæ, nĭtĭdæ, dĕcōræ, nĭtĕntēs, lætæ, vĭtrĕæ, flōrĭlĕgæ, cōmptæ, imbēllēs, păvĭdæ, vĕrēcūndæ, rŏsĕæ, intāctæ, cāstæ. PHR. Nȳmphārūm chŏrūs, āgmĕn. Flūvĭālĭă nūmĭnă, Nȳmphæ. VERS. Nȳmphāsquĕ sŏrōrēs, Cēntūm quæ sȳlvās, cēntūm quæ flūmĭnă sērvānt. Æquŏrĕæ pĕlăgō sĭmŭl ēmērsērĕ sŏrōrēs. *Nymphæ Montium*, Ŏrēădēs: *Sylvarum*, Drȳădēs, Hāmădrȳădēs *et* Năpææ: *Fluminum et Fontium*, Nāïădēs *et* Nāïdēs: *Maris*, Nērēïdēs.

## O.

**O** ō *ŭtĭnām tūnc, cūm Lăcĕdæmŏnă clāssĕ pĕtēbāt*, Ov. Ep. 1, 5. *Tē Cŏrȳdōn, ō Ălĕxi; trăhit sŭă quēmquĕ vŏlūptās*, Virg. Ecl. 2, 65. *O, Interject.*

Ōaxis, is. *Pārs Scȳthĭam, ēt răpĭdūm Crētæ vĕnĭēmŭs Ōaxēm*, Virg. Ecl. 1, 66.

ŏb. *Cūnctŭs ŏb Ĭtălĭām tērrārūm claūdĭtŭr ōrbis?* Virg. Æn. 1, 237. SYN. Prŏptĕr, *vel* āntĕ.

‖ ŏbærātŭs. SYN. Dēbĭtŏr. PHR. Ærĕ ălĭēnō prēssŭs, ŏbstrictŭs, implĭcĭtŭs, ŏnĕrātŭs, ŏbrŭtŭs, ŏpprēssŭs, lăbōrāns.

ŏbămbŭlo, ās.—*Frĕmĕbūndŭs ŏbāmbŭlăt Ætnām*, Ov. Met. 14, 188. SYN. Ŏbĕo, circūm āmbŭlo, incēdo, spătĭŏr, ĕo. VERS. Nōn lŭpŭs insĭdĭās ēxplōrăt ŏvīlĭă circūm, Nēc grĕgĭbūs nōctūrnŭs ŏbāmbŭlăt. V. *Ambulo.*

ŏbcæco, ās. *Tĭmŏr ŏbcæcāvĕrăt ārtūs*, Virg. in Cul. 197. SYN. Cæco, ēxcæco. V. *Cæco.*

ŏbdūco, is. *Līmōsōquĕ pălūs ŏbdūcăt pāscŭă jūncō*, Virg. Ecl. 1, 49. SYN. Cōndo, tĕgo, ŏpĕrio, cōntĕgo, ŏccūlto. V. *Tego, Occulto.*

ŏbdūrēsco, rŭi. *Gōrgŏnis ēt sătĭŭs fŭit ŏbdūrēscĕrĕ vūltū!* Prop. 2, 25, 13. SYN. Indūrēsco, indūrŏr, rĭgēsco, dūrēsco.

ŏbdūro, ās. *Pērsta, ātque ŏbdūră; seū rūbră cŭnĭcŭlă fīndĭt*, Hor. Sat. 2, 5, 39. SYN. Dūro, indūro.

ŏbēdio, is. *Fŭtūræ ĕt dictō ŏbēdĭēns; ān nōn pătri.* (Iamb.) SYN. Părĕo, ŏbtēmpĕro, ŏbsĕquŏr, sĕquŏr, aūdio. PHR. Jūssă, māndātă, præcēptă căpēsso, făcēsso, ēxĕquŏr, pērfĭcio, sĕquŏr, aūdio. Jūssis, dictis, impĕrĭō, mŏnĭtis părĕo, ānnŭo. Cūră māndātă fĭdēli ēxĕquŏr. VERS. Nōn sēcŭs āc jūssi făcĭūnt. Dīvūm dūcūnt quā jūssă, sĕquāmŭr. Stāt cĕlĕr ŏbsĕquĭō jūssa ād Nēptūnĭă Trītōn. Pātris māgni părērĕ părābăt impĕrĭō. Haūd mŏră cōntĭnŭō mātris præcēptă făcēssit. Ōcȳŭs ōmnēs Impĕrĭō læti părēnt āc jūssă făcēssūnt. Dēūm præcēptă sĕcūti, Vēnĭmŭs hūc. Impĕrĭūmquĕ păti, ēt dŏmĭnō părērĕ sŭpērbō.

ŏbĕliscŭs, i.—*Sŭpĕrās sūrgēns ŏbĕliscŭs in aūrās*, Mant. V. *Pyramis.*

ŏbĕlŭs. *Pōne ŏbĕlōs ĭgĭtūr spŭrĭōrūm stigmătă vātūm*, Aus. V. *Veru.*

ŏbĕo, is, ŏbivi, *et* ŏbĭi.—*Pūgnās insīgnis ŏbībăt ĕt hāstă*, Virg. Æn. 6, 167. SYN. Circŭmĕo, ŏbāmbŭlo, pĕrērro, pĕragro, lūstro, pērlūstro, inviso, *vel* cingo, circūmdo, *vel* ēxĕquŏr, pērfĭcio, *vel* mŏrĭŏr.

ŏbērro, ās. *Rīdētŭr chōrdā quī sēmpĕr ŏbērrăt ĕādēm*, Hor. A. P. 356. SYN. Ērro, pĕrērro, văgŏr, pērvăgŏr.

ŏbex, *vel* ōbjēx, icis. *ēt fīdōs cērtānt ŏbĭcēs ārcēssĕrĕ sȳlvā*, Sil. *ēccĕ mūris māgnō claūdit nōs ōbjĭcĕ pōntŭs*, Virg. Æn. 10, 377. SYN. Ŏbstācŭlūm, impĕdīmen-

tūm, rĕpāgŭlūm, mŏră. EPITH. Fortĭs, vălĭdŭs, ōppŏsĭtŭs, ōbjĕctŭs, pŏtēns, fīrmŭs, tūtŭs. PHR. Oppŏsĭtă, ōbjĕctă mōlēs.

Objĕctŭs, ă, ŭm. *illĕ tămĕn clўpĕo ōbjĕctō cōnvērsŭs in hŏstēm*, Virg. Æn. 12, 377. SYN. Oppŏsĭtŭs, ădvērsŭs, intērjĕctŭs *vel* ōblātŭs.

Objĭcio, ōbjēcī, jĕctūm.—*ŏnĕrās, ātque ōbjĭcis hŏsti*, Virg. Æn. 4, 549. SYN. Oppōno, ōbjĕcto, intĕrjĭcio, ōbtrūdo, *vel* ŏffĕro, ēxprobro.

Obĭtĕr. *Aŭt ŏbĭtĕr lĕgĕt, aŭt scrībĕt, vĕl dŏrmĭĕt intŭs*, Juv. 3, 241.

Obĭtŭs, ūs. *ānte ŏbĭtūm nēmō, sŭprēmăquĕ fūnĕră dēbĕt*, Ov. Met. 3, 135. SYN. Intĕrĭtŭs, mōrs, fātūm. V. *Mors.*

Obĭtŭs, ă, ŭm. *Mōrte ŏbĭtā quālēs fāma ēst vŏlĭtārĕ fĭgūrās*, Virg. Æn. 10, 641. SYN. Dēfūnctŭs.

‖ Objūrgātio, ōnis. SYN. Reprĕhēnsio, incūsātio. PHR. Sĕvēră, ăspĕră, dūră, ămāră, grăvĭă, *vel* mŏlēstă vērbă, dictă. Sĕvērae vōcēs. Vōx plēnă mĭnārūm, tērrōrĭs, *vel* tērrōrūm.

Objūrgo, ās. *Sŏlĕā, pŭĕr, ŏbjūrgābĕrĕ rŭbrā*, Pers. 5, 169. SYN. Incrĕpo, ărguo, incūso. PHR. Vērbis căstīgo, reprĕhēndo, insēctŏr, ūrgĕo. Sĕvēris vōcĭbŭs invĕhŏr in. V. *Redarguo.*

Oblātŭs. *ōblātō gaudēns cōmpōnī fœdĕrĕ bēllūm*, Virg. Æn. 12, 109. SYN. Dēlātŭs, dătŭs: præsēns.

Oblĕctāmĕn, ĭnis. *Nēc dēsūnt vărĭæ circūm ōblēctāmĭnă vītæ*, Stat. Syl. 3, 5, 95. SYN. Oblēctāmēntūm, ōblēctātio, dēlēctāmēntūm, dēlēctātio, vŏlūptās, lūdŭs.

Oblēcto, ās. *ān măgis ōblēctānt ănĭmūm jāctātă Pĕtaūrō*, Juv. S. 14, 265. SYN. Dēlēcto, recrĕo, ēxhĭlăro. V. *Gaudio afficio.*

Oblĭgo, ās. *Crēdĕrĕm, sēd tū sĭmŭl ōblĭgāstī.* (Sapph.) Hor. Od. 2, 8, 5. SYN. Circūmlĭgo, lĭgo, ōbnēcto, cōnstringo, ōbstringo, dēvincio.

Oblĭmo, ās. *ēt sŭlcōs ōblīmĕt ĭnērtēs*, Virg. Geo. 3, 136. PHR. Limō ōbdūco, indūco, inficio.

Oblĭno, lĭnī, līvī, *vel* lēvī, lĭtūm. *Nēc sŏcĕrūm quærĭs quēm vērsĭbŭs ōblĭnăt ātrĭs*, Hor. Ep. L. 1. E. 10, 30. SYN. Oblĭnio, circūmlĭno, inūngo, illĭno, ūngo, imbŭo, inficio, tingo, ōbdūco.

Oblīquo, ās. *ōblīquātquĕ sĭnūs in vēntum, āc tālĭă fātŭr*, Virg. Æn. 5, 16. SYN. In ōblīquūm flēcto, sĭnŭo, dūco. Incūrvo.

Oblīquŭs. *Quātŭŏr ā vēntis ōblīquā lūcĕ fĕnēstrās*, Virg. Geo. 4, 298. SYN. Trānsvērsŭs, lĭmŭs, incūrvŭs. PHR. In ōblīquūm flēxŭs, dūctŭs, sĭnŭātŭs.

Oblĭtĕro, ās. *Hæc vĭgĕānt māndātă, nēc ūllă ōblĭtĕrēt ætās*, Cat. 62, 232. SYN. Dēlĕo, ăbŏlĕo.

Oblĭtŭs, *ab* ōblĭno. *ōblĭtŭs ā dŏmĭnæ cædĕ lĭbēllŭs ĕrĭt*, Ovid. SYN. Oblĭnĭtŭs, circūmlĭtŭs, ōbdūctŭs, infēctŭs, tinctŭs, inūnctŭs, ūnctŭs, dēlĭbūtŭs, imbūtŭs, illĭtŭs: fūcātŭs.

Oblītŭs, *ab* ōblīviscŏr.—*ēt cōrda ōblītă lăbōrūm*, Virg. Æn. 4, 528. SYN. Immĕmŏr, nōn mĕmŏr.

Oblīvio, ōnis. *inde ănĭmī cālīgo, ēt māgna ōblīviŏ rērūm*, Juv. 6, 612. SYN. Oblīvĭă. EPITH. Inērs, pigră: dēsĕs, lōngă, ingrātă, Lēthæă. PHR. Cæca ōblīvĭă mēntis. V. mox *Obliviscor.*

Oblīvĭōsŭs. *ōblīvĭōsō lævĭă Măssĭcō.* (Alcaic.) Hor. Od. 2, 7, 21. SYN. Lēthæŭs.

Oblīviscŏr, ĕris, ōblītŭs.—*āmīssōs hinc jām ōblīviscĕrĕ Grāiōs*, Ov. SYN. Nōn mĕmĭni, nōn rĕcōrdŏr. PHR. Anĭmō, pēctŏrĕ, mēntĕ, ēxcĭdit. Elāpsūm ēst ēx ănĭmō. Prŏcŭl ăb ănĭmō pēllo, fŭgo. Ex ănĭmō dēlĕo. Oblĭtō pēctŏrĕ dēpōno. Sĭno ēxcĭdĕrĕ, ēffluĕrĕ, ēxīrĕ ănĭmō. VERS. Nūmĭnis āntĕ mĕī vĕnĭēnt ōblīvĭă nōbis. Tāntānĕ tē nōstri tĕnŭĕre ōblīvĭă, tāntūm Unĭcă dēspĭcĭŏr? Quō tĭbĭ nōstri Pūlsŭs ămŏr? Quōnām nōstri tĭbĭ cūră rĕcēssit? Immĕmŏri pēctŏrĕ lāpsŭs ămŏr. Quām nōstro illĭŭs lābātŭr pēctŏrĕ vūltŭs. Quām sŭbĕānt ănĭmō mĕrĭtōrum ōblīvĭă nōstrō, ēt lōngā pĭĕtās ēxcĭdăt īstă dĭē. Nōn ĕgŏ, si bĭbĕrĕs sēcūræ pōcŭlă Lēthēs, Excĭdĕre hæc crēdām pēctŏrĕ pōssĕ tŭō, Utquĕ sŏpōrĭferæ bĭbĕrēm si pōcŭlă Lēthēs, Tēmpŏris ādvērsi sic mĭhi sēnsŭs ăbēst. Caūsæ īrārūm, sævĭquĕ dŏlōrēs ēxcĭdĕrānt ănĭmō. Nōn mē Lēthææ, cōnjŭx, ōblīvĭă rīpæ immĕmŏrēm fēcērĕ tŭī.

Oblŏquŏr, ĕris. *ōblŏquĭtŭr nŭmĕris sēptēm dīscrīmĭnă vōcūm*, Virg. Æn. 6, 646. SYN. Rĕpūgno, ōbsisto, *vel* ōccino, căno.

Obmūrmŭro. *Prĕcĭbūsquĕ mĕīs ōbmūrmŭrăt īpsĕ*, Ov. Ep. 18, 47. SYN. Obstrĕpo, cōntrā mūrmŭro.



Digitized by Google

ŏbmūtēsco, ŏbmūtŭi.——*Prēssăque ŏbmūtŭĭt ōrĕ*, Virg. Æn. 6, 15. SYN. Mŭtēsco, immūtēsco, silĕo, tăcĕo, cōnticĕo, rĕticĕo. PHR. Vōcĕm dŏlōrĕ, mĕtū prĕmo, reprimo. Vōx faūcibŭs hæsit. VERS. Tōrpŭĕrāt gĕlidō linguā rĕtēntă mĕtū. Sūbstitit in mĕdiō linguā rĕtēntă sŏnō. Sŭbitō mūtă dŏlōrĕ fŭi. Tĕr vŏlŭi prōmittĕre ŏpĕm, tĕr linguā rĕtēnta ēst. Tĕr tēcūm cōnātă lŏqui, tĕr inūtilis hæsit Linguā, tĕr in primō rēstitit ōrĕ sŏnŭs. Linguām sŭă vērbă rĕlinquūnt. Ōs mihi dēstitŭăt vōx ārēscēntĕ pălātō, Hærĕāt ăd faūcēs āspĕră linguă mĕă. Illă nihil; nĕque ĕnim vōcēm, virēsquĕ lŏquēndi, Aūt ăliquid tōtō pēctŏrĕ mēntis hăbĕt. Ēt păritĕr vōcĕm, lăcrymāsque intrōrsŭs ŏbŏrtās Dēvŏrăt ipsĕ dŏlŏr, dūrōquĕ simillimă săxō Tōrpĕt. V. *Mutus et Sileo*.

ŏbnitŏr, ĕris. *Nĕc nōn ŏbniti cōntrā, nĕc tēndĕrĕ tāntŭm*, Virg. Æn. 5, 21. SYN. Oblūctŏr, rĕnitŏr: cōntrā nitŏr, rĕsisto.

ŏbnūbo, is, psi, ptūm.—*Cōmās ŏbnūbit ămictū*, Virg. Æn. 11, 77. SYN. Obvēlo, tĕgo.

ŏbŏrĭŏr, iris, iri. *inde ŭbi Sōl rădiis tērrām dēmīsit ŏbōrtis*, Lucr. 6, 869. SYN. Ōriŏr, ēxūrgo, nāscŏr, āppārĕo.

ŏbrēpo, psi, ptūm.——*in lōngō fās ēst ŏbrēpĕrĕ sōmnūm*, Hor. A. Poēt. 360. SYN. Irrēpo, rēpo.

ŏbrigĕo, ŭi. *Cōncrētō ŏbrigŭit vittă rĕpēntĕ gĕlū*, Ov. SYN. Rigĕo, dirigĕo.

ŏbrŭo, rŭi, rŭtūm. *ŏbrŭit Aūstĕr, ăqua invōlvēns, &c.* Virg. Æn. 6, 336. SYN. Ōpprimo, prĕmo, *vel* ŏnĕro, tĕgo, ŏpĕrio. V. *Lapido*.

ŏbrŭtŭs. *ŏbrŭtŭs insānis ēssĕt ădūltĕr ăquis*, Ov. Ep. 1, 6. SYN. Ōpprēssŭs, *vel* ŏpērtŭs, ŏnĕrātŭs, tēctŭs.

ŏbscœnŭs. *ŏbscœnīquĕ cănēs, impōrtūnæquĕ vŏlŭcrēs*, Virg. Æn. 4, 470. SYN. Fœdŭs, impūrŭs, sōrdidŭs, tūrpis, immūndŭs.

ŏbscūritās, ātis. *Sic nōstră mās ŏbscūritās*. (Iamb. Dim.) SYN. Cāligo, tĕnebræ. V. *Tenebræ*.

ŏbscūro, ās. *Æthĕrăque ŏbscūrānt pēnnis, &c.* Virg. Æn. 12, 253. SYN. Inŏbscūro, ŏbūmbro, inūmbro, ŏbnūbilo. PHR. Tĕnebris cōndo, tĕgo, ŏbdūco, ōccūlto. Tĕnebrās indūco, ūffūndo. V. *Tenebræ*, *Nox*.

ŏbscūrŭs. *Migrĕt in ŏbscūrās hŭmili sērmōnĕ tăbērnās*, Hor. A. Poēt. 229. SYN. Tĕnebrōsŭs, nigĕr, nigrāns, ātĕr, ŏpācŭs, cāliginōsŭs, nūbilŭs. PHR. Tĕnebris, cāliginĕ ŏbdūctŭs, tēctŭs, ŏpērtŭs, invŏlūtŭs, dēnsŭs, mērsŭs, ŏbsitŭs, ŏpācŭs. Cāliginĕ dēnsŭs ŏpācā. VERS. Dŏmŭs ēst imis in vāllibŭs āntri Ābditā, Sōlĕ cărēns. Căci dētēcta āppārŭit ingēns Rēgia, ēt ūmbrōsæ pĕnitŭs pătŭērĕ căvērnæ. V. *Tenebrosus*, *Abditus*.

ŏbsĕcro, ās. *ŏbsĕcro, ĕt ŏbtēstŏr, vitæ mē rēddĕ priōri*, Hor. Ep. 1, 7, 95. SYN. Obtēstŏr, prĕcŏr, ōro, rŏgo.

ŏbsĕquiūm. *ŏbsĕquiūm vēntris mihi pērniciōsiŭs ēst cŭr?* Hor. Sat. 2, 7, 104. SYN. Ŏbēdiēntiă, ministĕriūm, *vel* cōmitās. Obsĕquiōsă mēns, vŏlūntās. EPITH. Blāndūm, ūrbānūm, mitĕ, ōfficiōsūm.

ŏbsĕquŏr, ĕris. *ŏbsĕquitŭr quōcūnquĕ jŭbēt lĕvis aūră, &c.* H. SYN. Ŏbēdio, pārĕo, ŏbtēmpĕro.

ŏbsērvāns. *ŏbsērvāns quæ signă fĕrānt, quō tēndĕrĕ pērgānt*, Virg. Æn. 6, L. 198. SYN. Stūdiōsŭs, cŭpidŭs, cŏlēns.

ŏbsērvo. *ŏbsērvātă sĕquŏr pĕr nōctem, ĕt lūminĕ lūstro*, Virg. Æn. 2, 755. SYN. Ānimădvērto, ădvērto, nŏto, ēxplōro, spĕcŭlŏr, aūcŭpŏr, *vel* vĕnĕrŏr, cŏlo, vĕrĕŏr, rĕvĕrĕŏr. PHR. Āttēntis ŏcŭlis lūstro, pērlūstro, cōntēmplŏr, circūmspicio. VERS. Sidĕră cūnctă nŏtăt tăcitō lābēntiă cœlō, Ārmātūmque aūrō circūmspicit Ōriŏnă. Ēxplōrăt vēntōs, ătque aūribŭs āĕră căptăt. Inquĕ vicēm spĕcŭlāmŭr ăquās ēt nūbilă cœli.

ŏbsĕs, idis. *ŏbsidis ūniŭs jŭgŭlūm mūcrōnĕ rĕsōlvit*, Ov. Met. 1, 227. SYN. Præs, vās, *ădis;* pignŭs, spōnsŏr.

ŏbsidĕo, ŏbsēdi, sēssūm. *ŏbsĕdēre ălii tēlis āngūstă viārūm*, Virg. Æn. 2, 33. SYN. Ōppūgno. PHR. Obsidiōnĕ prĕmo, circūmsidĕo, circūmdo, āmbio, cingo, claūdo, inclūdo, tĕnĕo. Vāllō, āggĕrĕ, fōssis, ārmātō militĕ, hōstilibŭs ārmis cingo ūrbĕm. Ārmātō militĕ inclūdo, mūrōs, mœniă. Pŏsitis căstris, dēnsă cŏrōnă inclūdo, cingo, ŏbsēssām ūrbēm tĕnĕo. VERS. Nōn pŭdĕt ŏbsidiōne Itĕrūm vāllōquĕ tĕnēri? Dănăique ŏbsēssă tĕnēbānt Līmină pōrtārūm. Strictis mūcrōnibŭs ōmnĕs ŏbsĕdĕrĕ fŏrēs. Intĕrĕā Rŭtŭli pōrtis circum ōmnibŭs instānt. Si claūdĕrĕ mūrōs ŏbsidiōnĕ părās ēt vi cōnfringĕrĕ pōrtās. Cingitur intĕrjă

Digitized by Google

Rōmānis Ārdēă signis Ēt pătitŭr lŏngās ōbsidĭōnĕ mŏrās. Cinctă prĕmēbāntŭr trŭcĭbŭs Căpĭtōliă Gāllis. Fēcĕrāt ōbsidiō jām diūtūrnă fămēm. Jāmque in cōnspēctū Cārthāgĭnis āmplă rĕpēntĕ Cāstră lŏcāt. Dănăōs in tēctă rŭēntēs Cērnimŭs, ōbsēssūmque āctā tēstūdĭnĕ limēn. Accēlĕrānt āctā părĭtēr tēstūdĭnĕ Vōlsci, Ēt fōssās implērĕ părānt, ēt vēllĕrĕ vāllŭm. Quærūnt pārs ădĭtum, ēt scālis āscēndĕrĕ mūrōs. Hānc virĭbŭs ōmnēs Ēxpūgnāre Ĭtălī, sūmmāque ēvērtĕre ŏpūm vi Cērtābānt. Āt lĕgio Æneădām vāllis ōbsēssă tĕnētŭr, Nēc spēs ūllă fŭgæ, mĭsĕri stānt tūrribŭs āltis Nēquicquam, ēt rāră mūrōs cinxērĕ cŏrōnā. Quā tēntēt rătiōne ădĭtūs ēt quæ viă clausōs Ēxcūtiāt.

ōbsidio, ōnis.——*intēntique ŭrbem ōbsidĭōnĕ prĕmēbānt*, Virg. Æn. 8, 647. SYN. ŏppūgnātio, ōbsidiūm, ōbsēssio. EPITH. Ārctă, strictă, lōngă, dūră, ānxiă, sēdŭlă, mŏlēstă, sōllĭcĭtă, sævă, trūx, fĕră, sānguĭnĕă, crŭēntă, crūdēlis, ăcērbă, tērrĭbĭlis, fōrmĭdābĭlis, tristis, inĭmīcă, hōstilis. V. *Obsideo.*

ōbsido, ōbsēdi. *ŭt bĭviās ārmāto ōbsidām mīlĭtĕ faucēs*, Virg. Æn. 11, 516. V. *Obsideo.*

ōbsitūs, ă, ŭm.——*ibāt Rēx ōbsitŭs ævō*, Virg. Æn. 8, 307. SYN. Insitŭs, *vel* tēctūs, ŏpērtūs.

ōbsŏlētūs. *ō nēc pătērnis ōbsŏlētă sōrdĭbŭs.* (Iamb.) Hor. Ep. 17, 46. SYN. Insŏlitūs, insuētūs, vĕtŭs.

ōbstācŭlŭm.——*Sēpēs ēt cūncta ōbstācŭlă rūmpūnt*, Prud. V. *Obex.*

ōbstinātio, ōnis. *Prædūrāt ōbstinātio* (Iam. Dim.) Prud. Per. 6, 173. SYN. ōbstinātă, *vel* ōbdūrātă mēns.

ōbstinātūs. *Dic mŏdōs, Lydē quĭbŭs ōbstinātās.* (Sapph.) Hor. Od. 3, 11, 7. SYN. Pērtĭnāx, pērvĭcāx. PHR. Prŏpŏsĭtī nimiūm tĕnāx. Cui ōbstinātă, ōbfirmātă, ōbdūrātă mēns, vŏlūntās: Pēctūs ōbdūrātūm. Cui dūră sŭpērbiă. V. *Constans.*

ōbsto, ās, stĭtī.——*Nēc fāmam ōbstārĕ fŭrōri*, Virg. Æn. 4, 91. SYN. ōbsisto, rĕnitŏr, ōbnitŏr, rĕlūctŏr, rĕsisto, ōbsŭm, impĕdio. V. *Resisto, Impedio.*

ōbstrĕpo, is. *Mūltăquĕ nātīvis ōbstrĕpit ārbŏr ăquis*, Prop. 4, 4, 4. V. *Strepo.*

ōbstringo, inxi, ictŭm. *Jūrāndo ōbstringam āmbo: ŭtĕr ædīlis fŭĕrit vĕl*, Hor. S. L. 2. S. 3. L. 108. SYN. Āstringo, cōnstringo, dēvincio, ōbligo.

ōbstrŭo, ōbstrūxi, ōbstrūctŭm. *Fāta ōbstānt: plăcĭdāsquĕ viri Dĕūs ōbstrŭit aurēs*, Virg. Æn. 4, 440. SYN. ōbsēpio, ōbtūro, ōbtēgo, præclūdo. V. *Claudo.*

ōbstŭpĕfăcio. *ēt vūltū tĭmĭdās ōbstŭpĕfēcit ănūs*, Ov. SYN. Stŭpĕfăcio, tērrĕo.

ōbstŭpĕfāctūs.——*Dēxtris lānguēntibŭs ōbstŭpĕfācti*, P. SYN. Āttŏnitŭs, cōntērritŭs, ēxtērritŭs, tērritŭs, stŭpĕfāctŭs, cōnfūsŭs, tūrbātŭs, stŭpēns, păvĭdŭs. PHR. Ārrēctæ mēntēs stŭpĕfāctăquĕ cōrdă, ănĭmō ēxtērritŭs, āttŏnitŭs visis, ēt vōcĕ Dĕōrŭm.

ōbstŭpēsco, pŭi. *ōbstŭpŭit prīmo āspēctū Sīdōniă Dīdō*, Virg. Æn. 1, 617. SYN. Stŭpēsco, stŭpĕo, mīrŏr. VERS. ōbstŭpŭēre ănimi. ōbstŭpĕt āc mōlēm tăcĭtē mīrātŭr. ōbstŭpŭi, dŭbĭtōquĕ diū, causāmquĕ rĕquiro. Illi ōbstŭpŭērĕ sīlēntēs, Cōnvērsique ŏcŭlōs intēr se ātque ōră tĕnēbānt. ăd audītās stŭpŭit, seū săxĕă vōcēs, āttŏnitæquĕ diū similis fŭit.

ōbsŭm. *Ān ŏbēst quŏquĕ glōriă mūltis?* Ov. M. 11, 320.

ōbtĕgo, is, ēxi, ctŭm. *ilĭcĕt ōbtĕgitŭr cælŭm, nigrisquĕ tĕnēbris.* SYN. Tĕgo, cōntĕgo, ŏpĕrio. V. *Tego.*

ōbtēmpĕro.——*Mŏnitis ōbtēmpĕrāt Indă măgistri*, Ov. Tr. 4, 6, 7. SYN. Pārĕo, ōbsĕquŏr. V. suprà *Obedio.*

ōbtĕro, trīvi, trītŭm. *Rōmānūmque ōbtĕrĕt hōstēm*, Lucr. 7, 276. SYN. Cōntĕro, tĕro, āttĕro.

ōbtēstŏr.——*ipsum ōbtēstēmŭr, vĕniāmque ōrēmŭs ăb ipsō*, Virg. Æn. 11, 158. SYN. Tēstŏr, āppēllo, invŏco, *vel* ōbsecro, ōro, implōro, rŏgo, prĕcŏr.

ōbtinĕo. *Scēptra ōbtinēntŭr, ōmnis in fērro ēst sălūs.* (Iamb.) SYN. Āssĕquŏr, cōnsĕquŏr, ădĭpiscŏr, impetro.

ōbtingit. SYN. ōbvēnit, ădvēnit, cōntingit, ēvēnit, āccĭdit.

ōbtrēcto, ās. *Invĭdia ōbtrēctāns*, Sil. 16, 12. SYN. Dētrăho, călūmniŏr, cōnvīciŏr, vītŭpĕro, mălĕdīco. V. *Convicior.*

ōbtrūnco. *Cōmĭnŭs ōbtrūncānt fērrō grăvĭtērquĕ rŭdēntēs*, Virg. Geo. 3, 135. SYN. Trūnco, mŭtĭlo, *vel* ōccīdo. V. *Occido.*

ōbtūro, ās. *ōbtūrēm pătŭlās impūnĕ lĕgēntĭbŭs aurēs*, Hor. Ep. 2, 2, 105. SYN. ōbstrŭo, præclūdo, claudo.

Digitized by Google

ŏbtūsŭs, ă, ŭm. *Hōc făcĭŭnt nĭmĭō nē lūxu ŏbtūsĭŏr ūsŭs*, Virg. Geo. 3, 135. SYN. Hĕbĕs, rĕtūsŭs, hĕbĕtātŭs.

ŏbtūtŭs, ūs. *Dūm stŭpĕt, ŏbtūtūque hærĕt dēfixŭs ĭn ūnō*, Virg. Æn. 1, 499. SYN. Āspĕctŭs, vīsŭs. V. *Aspectus*.

ŏbvĭŭs. *Haūd mĭnŭs Ænēās tōrtōs lĕgĭt ōbvĭŭs ōrbēs*, Virg. Æn. 12, 481. SYN. ŏccūrrēns, *vel* ŏppŏsĭtŭs, ādvērsŭs, *vel* ēxpŏsĭtŭs.

*obvius*, vel *obviam*. PHR. Vĕnĭēnti, *vel* rĕdūci ŏccūrro, ōbvĭŭs prōdĕo, prōcēdo, ēxcĭpĭo, mē ŏffĕro, ŏbvĭŭs sūm. Rĕdūcĕm lætō vūltū, pāssis ūlnis āccēptūrŭs ŏccūrro. Rĕdūcĕm ĭn lĭmĭnĕ prīmō ēxcĭpĭo. VERS. ŏbvĭă prōdĭĕrām rĕdŭci tĭbi. Ŏbvĭŭs ārdēnti sēsē ŏbtŭlĭt, *vel* tŭlit. Cōnvĕnĭūnt prŏcĕrēs, pŏrtis rŭit ŏbvĭă tūrbă. Ætās sē prōrĭpĭt ōmnis, ĭndĕ sĕnūm mĭti dēscēndūnt āgmĭnă vūltū, Hinc jŭvĕnūm phărĕtrātă phălānx ĭn lĭmĭnĕ prīmō Ēxcēptūră dŭcēm.

ŏbūmbro —*ēt laūrō mŏdŏ pūlchĕr ŏbūmbrăt Ăpŏllo*, G. SYN. Ūmbro, ĭnūmbro, ŏbtĕgo, ŏbscūro.

ŏccāsio, ōnis. *Sūm Dĕă quām rāra, ēt paūcis ŏccāsĭŏ nōtă*, V. *Dea à Poëtis fingitur, in fronte, quâ se nobis offert, capillos habens: occipite autem calva, quam nobis partem fugiens obvertit.* EPITH. Ĭrrĕvŏcābĭlis, mōbĭlis, fŭgĭtīvă, vŏlūbĭlis, fŭgāx, ĭdōnĕă, ŏppōrtūnă, ŏptātă, fēlix, cōmmŏdă. PHR. Cŏmmŏdŭm, ŏppōrtūnūm, ĭdōnĕūm, āptūm tēmpŭs. Cōmmŏdă *vel* āptă tēmpŏră. Brĕvis ēst ŏccāsio lucri. ŏccāsio fūrtim lābĭtūr, ēxcĭdit. VERS. Fŭgit ĭntĕrĕā, fŭgit ĭrrĕpărābĭlĕ tēmpŭs: Nĕc quæ prætĕrĭt, hōră rĕdīrĕ pŏtēst. Ūtēndum ēst ætātĕ, cĭtō pĕdĕ lābĭtŭr ætās. Rēm tĭbi quām nōris āptām, dĭmīttĕrĕ nōli; frŏntĕ căpīllātă, pōst ēst ŏccāsĭŏ călvă.

ŏccāsŭs Sōlis. *Ībĭt ăd ŏccāsūm quĭcquĭd dĭcēmŭs, ăb ōrtū*, Ovid. Tr. 4, 9, 21. SYN. Sōlis ŏbĭtŭs: Sōl ŏccĭdēns. EPITH. Sērŭs, ūmbrĭfĕr, frīgĭdŭs, rŭbēns, nŏctĭfĕr. V. *Sol Occidens*.

ŏccĭdēns. *Regio*. *Vĕl ŏccĭdēntis ūsque ăd ūltĭmūm sĭnūm*, L. PHR. ŏccĭdŭæ, Hēspĕrĭæ pārtēs, ōræ, plāgæ, ūndæ. ŏccĭdŭŭs, Hēspĕrĭŭs ōrbis, āxis, sĭnŭs, lĭmĕs. ŏccĭdŭă, Hēspĕră tēllūs, rĕgĭo, tērră. Hēspĕrĭūm līttŭs. Tārtēssĭă līttŏră, *à Tartesso oppido in extremâ Hispaniâ*. Sōlis cŭbīlĕ. Ēxtrēmi, ŏccĭdŭi sĭnŭs ōrbis. Rĕgĭo Năbăthæis, *vel* ēōis rēgnis ādvērsă, ŏppŏsĭtă, cōntrārĭă. ōræ plāgis ēōis ŏppŏsĭtæ. Ŭbi sōl ŏccĭdŭās ūndās sŭbit. VERS. Ēxtrēmūmquĕ dĭem, ēt tērrārum ĭnvīsĕrĕ mētās. ŏcĕāni fīnēm jūxtă, Sōlēmquĕ cădēntēm. Vēspĕr ēt ŏccĭdŭō quæ līttŏră Sōlĕ tĕpēscūnt.

*ab oriente ad occidentem*. PHR. Ā vēspĕrĕ Sōlis ăd ōrtūs. VERS. Tērrārūm quāscūnquĕ vĭdēnt ŏccāsŭs ĕt ōrtŭs. Quēm Sōlis ăb ōrtū, Sōlis ăd ŏccāsūs ūtrăquĕ tērră tĭmĕt. Quāquĕ pătēnt ōrtūs, ēt quā flŭĭtāntĭbŭs ūndis Sōlis ănhēlāntēs ăblŭĭt āmnis ĕquōs.

*occidens Sol*. SYN. ŏccĭdŭŭs, cădēns. V. *Vespere, et Sol occidens*.

ŏccĭdo, *à cado*, ŏccĭdi. *Taūrŭs, ēt ādvērsō cēdēns Cănis ŏccĭdĭt āstrō*, Virg. Geo. 1, 218. SYN. Ŏccūmbo, ĭntĕrĕo, cădo, pĕrĕo, mŏrĭŏr.

ŏccīdo, *à cædo*, ŏccīdi, ŏccīsūm. *ēt rĕdĭt ăd sēsē: pōl me ŏccīdīstis, ămīci*, Hor. Ep. 2, 2, 138. SYN. Nĕco, ēnĕco, pĕrĭmo, ĭntĕrĭmo, ĭntērfĭcio, trŭcīdo, ŏbtrūnco, cædo, māctō, jŭgŭlo, ēxtĭnguo. PHR. Vītām tŏllo, aūfĕro, ērĭpio, ădĭmo, ābrŭmpo. Vītă spŏlĭo, prīvo, ēxŭo. Nĕci, mōrti dō, trādo, dēmītto. Lēthō ēxtĭnguo, ābsūmo, pĕrĭmo, tŏllo. Lēthūm ĭnfērrĕ. Lēthō dărĕ. Sŭb Ŏrcūm, ăd Stygĭās ūmbrās mītto, dēmītto, dētrūdo, ădĭgo. Spŏlĭārĕ lūmĭnĕ. Tingĕrĕ cædĕ mănūm. Ēnsēm pēctŏrĕ cōndo, rĕcōndo. Tēlis, hāstā cōnfīgo, trānsfŏdio. Fērrō, *vel* cædĕ stērnĕrĕ. Mānēs dēmīttĕrĕ ăd ĭmōs. Jŭgŭlūm mūcrōnĕ rĕsŏlvĕrĕ. Pœnās cūm sānguĭnĕ pōscĕrĕ. VERS. Spīrāmēnta ănĭmæ lēthālĭ ābrūmpĕrĕ fērrō. Dēmīttāt ăd ūmbrās, Pāllēntēs ūmbrās Ērĕbi nōctēmquĕ prŏfūndām. Mūltōs Dănăūm dēmīttĭmŭs Ŏrcō.—ŏbvĭă mūltă vĭrūm dēmīttit cōrpŏră mōrti. Lūcēmquĕ pĕrōsi Prōjēcēre ănĭmās. Sŭblātūm cōnsūrgit ĭn ēnsēm, ēt mĕdĭām fērrō gĕmĭna ĭntēr tēmpŏră frōntēm Dīvĭdit. Sāxō fĕrit ōră Thŏāntis —ōssăquĕ dīspērgĭt cĕrĕbrō pērmīstă crŭēntō. Sēptem ĭngēntĭă vīctŏr Cōrpŏră fūndĭt hŭmi. Căpĕ sāxă mănū, căpĕ rōbŏră, pāstŏr: Tōllēntēmquĕ mĭnās ēt sībĭlă cōllă tŭmēntēm Dējĭcĕ. Īnsōntem īnfāndō ĭndĭcĭō, quĭă bēllă vĕtābăt, Dēmīsērĕ nĕci. Quī dătŭs ēst lēthō cōnjŭgis ēnsĕ sŭæ. Cōnfīxi ă sŏcĭis pĕrĕūnt Sēsē mūcrōne, ăb tāntūm dēdĕcŭs, āmēns ĭndŭit. Lătĕri căpŭlō tĕnŭs ābdĭdit ēnsēm. Vīdi ĕgŏmĕt dŭŏ dē nŭmĕrō cūm cōrpŏră nōstrō Frāngĕrĕt ăd sāxūm, sănĭēque āspērsă nătārēnt Līmĭnă. Tāntās strāgēs ĭmpūnĕ pĕr ūrbēm Ēdĭdĕrĭs:

Digitized by Google

Jŭvĕnūm prīmōs tŏt mīsĕrĭt Ōrcō? Vōs ănĭmam hānc pŏtĭūs quōcūnque ăbsūmĭtĕ lēthō. Quŏt victŏr sŭb Tārtără mīsi. Sēmĭnĕcēs vōlvit mūltōs, aūt āgmĭnă cūrrū Prōtĕrĭt, aūt rāptās fŭgĭēntĭbŭs īngĕrĭt hāstās. Pĕr vūlnĕră māllĕ Sōntem ănĭmam ēxpēllām. Mŏrtĕ mănŭs dīri sānguĭnŏlēntă vīri. Quæquĕ părārĕ nĕcēm mĭsĕris pătrŭēlĭbŭs aūsæ. Cædūntquĕ cădūntquĕ, Āltērnīque ănĭmās sævo in mūcrōnĕ rĕlinquūnt. Sĭlĭcēm cŏntōrquĕt ĭn ōră Tūrbĭdŭs, incūssō crĕpŭērūnt pōndĕrĕ mālæ, Āblātūsquĕ vĭrō vūltŭs, cōncrētă crŭēntō Pĕr nārēs cĕrĕbrō sănĭēs flūĭt, ātquĕ mănānt—ōrbĭbŭs ēlisis ĕt trūncă lūmĭnă frōntĕ. Ēt gĕnŭs ōmnĕ nĕci pĕcŭdūm dĕdĭt, ōmnĕ fĕrārūm. Fĭt vĭă vi, rūmpūnt ădĭtūs, prīmōsquĕ trŭcīdānt immissi Dănăi. Tōt fērrō sævă dĕdissĕt Fūnĕră, tām mūltis vĭdŭāssĕt cīvĭbŭs ūrbēm. Mīllĭă mūltă dărēt lēthō, gĕmĕrēntquĕ rĕplēti Āmnēs. Ēnsēm Rŭtŭli clāmāntis ĭn ōrĕ Cōndĭdĭt ādvērso ĕt mŏrĭēns ănĭmam ăbstŭlĭt hŏsti. Ārgĕ, jăcēs; quōdque in tŏt lūmĭnă lūmĕn hăbēbās, Ēxtīnctum ēst, cēntūmque ŏcŭlōs nŏx ōccŭpăt ūnă. Quī năti cōrăm mē cērnĕrĕ lēthūm Fēcisti, ĕt pătrĭōs fœdāsti fūnĕrĕ vūltūs. Māgnă fĕrēs tăcĭtās sōlātĭă mŏrtis ăd ūmbrās ā tāntō cĕcĭdīssĕ vĭrō: Ǣnēæ māgni dēxtră cădis. Īpsă mănū mŏrtem īnvēnĭām. Prǣbŭĭt Ǣnēās ĕt caūsām mŏrtis, ĕt ēnsēm, īpsă sŭă Dīdō cōncĭdit ūsă mănū. Dēxtră ōccĭdit ĭpsă sŭā, lūcēmque ēxtērrĭtă fūgit. V. *Occisio*, *Strages*, *Morior*, *Caput amputare*, *Lapido*, *Telis configere*.

ōccĭdŭŭs. *Vēspĕr ĕt ōccĭdŭō quæ līttŏră Sōlĕ tĕpēscūnt*, Ov. Met. 1, 63. V. *Occidens*.

ōccĭsio, ōnis. SYN. Cædēs, strāgēs, fūnĕră. PHR. Cædis, strāgis ăcērvŭs. Mŏrĭēntūm ăcērvi, cŭmŭli. Crŭēntūm ēxĭtĭūm. Fātūm mĭsĕrābĭlĕ bēlli, Mīllĕ mŏrtis, *vel* nĕcis, făcĭēs. VERS. Crūdēlis ŭbīquĕ Lūctŭs, ŭbīquĕ păvŏr, ĕt plūrĭmă mŏrtis ĭmāgo. Crēscūnt ĭn cŭmŭlūm strāgēs. Tĕpĭdūsquĕ rĕcēnti Fērvĕt cædĕ lŏcŭs. Plēni spūmānti sānguĭnĕ rīvi ēxūndānt, īnūndānt. Tērră crŭōre implētă, *vel* rĕplētă, mādĕt. Tērră crŭōrĕ nătăt. Tērrĭbĭlis sævām nūllō dīscrīmĭnĕ cædēm Sūscĭtăt, cĭĕt. Quās ĭbi tūm fērrō strāgēs, quæ fūnĕră Tūrnŭs ēdĭdĕrit! Quis clādem illīŭs nŏctis, quis fūnĕră fāndo Ēxplĭcĕt, aūt pŏssit lăcrȳmis æquārĕ dŏlōrēm, *vel* lăbōrēs? Plūrĭmă pērquĕ vĭās stērnūntŭr īnērtĭă pāssim Cŏrpŏră, pērquĕ dŏmōs. Cērtāmĕn ătrōx mūltō cūm sānguĭnĕ sūrgit. Tūnc vēro ĕt gĕmĭtŭs mŏrĭēntum, ĕt sānguine in āltō ārmăquĕ, cŏrpŏrăque, ĕt pērmisti cædĕ vĭrōrūm Sēmĭănĭmēs vōlvūntŭr ĕqui. Tūnc cædēs hŏmĭnūm gĕnĕri tūnc prælĭă nātă, Tūnc brĕvĭŏr diræ mŏrtis ăpērtă vĭa ēst. Strāgĕ vĭrūm cŭmŭlātă rătis, mūltōque crŭōrĕ Plēnă.

## DESCRIPTIO OCCISIONIS.

Nobilitas cum plebe perit, latéque vagatur
Ensis, et à nullo revocatum pectore ferrum.
Stat cruor in templis, multâque rubentia cæde
Lubrica saxa madent: nulli sua profuit ætas.
Non senis extremum piguit vergentibus annis
Præcipitâsse diem, nec primo in limine vitæ
Infantis miseri nascentia rumpere fata.
Crimine quo parvi cædem potuere mereri! *Lucan.* 2, 101.

ōccīsŭs. *Hinc ălii spŏlia ōccīsis dīrēptă Lătīnis*, Virg. Æn. 11, 193. SYN. Cæsus, pĕrēmptŭs, intērfēctŭs, nĕcātŭs, trŭcīdātŭs, māctātŭs. PHR. Nĕci, lēthō dătŭs. Trājēctăquĕ cŏrpŏră fērrō. Prōcŭbŭit mŏrĭēns. Cædĕ crŭēntă cōnfēctŭs jăcĕt. VERS. Vīdĕrăt īnfōrmēm mūltă Pătrŏclōn ărēnă Pōrrēctum, ĕt spārsās cædĕ jăcērĕ cŏmās. V. *Morior et Occido.*

ōcclūdo, ōcclūsi, sūm.—*injēctis vēllēnt ōcclūdĕrĕ glēbis*, M. SYN. ōbstrŭo, claūdo, prǣclūdo. V. *Claudo.*

ōccŭbo, ās, ŭi. *Nēc ădhūc crūdēlĭbŭs ōccŭbăt ūmbris*, Virg. Æn. 1, 551. SYN. ōccūmbo, cădo.

ōccŭlo, ŭi. *Spārgĕ fĭmō pīngui, ĕt mūltă mĕmŏr ōccŭlĕ tērrā*, Virg. Geo. 2, 347. V. *mox occulto.*

ōccūlto, ās. *indĭcĭis rāptōs, sāxo ōccūltābăt ŏpācō*, Virg. Æn. 8, 211. SYN. Ōccŭlo, cōndo, rĕcōndo, ābscōndo, ābdo, ŏpĕrio, tĕgo, cōntĕgo, ōbtĕgo, ōbdūco,

Digitized by Google

ŏcclūdo, ābstrūdo, vēlo, cēlo. PHR. Dēnsis ūmbris, tĕnebris ōbvēlo, claūdo, inclūdo, ōbvŏlvo; prĕmo, ŏbrŭo. Cæcis lătebris sē cōmmīttĕrĕ, sē crēdĕrĕ. Lătebris ābscōndĕrĕ. Āntrō, *vel* tĕrrā ābdĕrĕ. Fūrtō ābscōndĕrĕ. VERS. Clāssem in cōnvēxō nĕmŏrūm, sūb rūpĕ căvātā, Ărbŏrĭbūs claūsām circum, ātque hŏrrēntibŭs ūmbris Ŏccŭlit. Sēse inclūdit ŏpācis Spēlūncæ tĕnēbris. Mōntēs sēse āvĭŭs ābdit in āltōs. Cōrpŏră fūrtim Inclūdūnt cæcō lătĕri. Căvā sē cōndĕrĕ tĕrrā. Tăcĭtām sēcrēta in sēdĕ lătēntĕm Āspĭcio. Aūt lĕpŏri qui vēprĕ lătēns hōstīliă cērnit Ōră cănūm, nūllōsque aūdēt dărĕ cōrpŏrĕ mōtūs. Hōc inclūsi lĭgnō ŏccūltāntūr Ăchivi.

ŏccūltŭs. *Æstŭăt ŏccŭltis ănĭmŭs, sēmpĕrquĕ tăcēndis*, Juv. 3, 50. SYN. ŏccūltātŭs, ābdĭtŭs, cōndĭtŭs, ābscōndĭtŭs, tēctŭs, ŏbtēctŭs, cōntēctŭs, ŏpērtŭs, ădŏpērtŭs, cŏŏpērtŭs, ŏbdūctŭs, ābstrūsŭs, ŏcclūsŭs, vēlātŭs, lătēns, lătĭtāns, ŏbscūrŭs, ŏpācŭs, lătebrōsŭs, ārcānŭs. PHR. Lătebris *vel* ūmbris ŏbtēctŭs, dēfēnsŭs, claūsŭs, cōndĭtŭs. Dēnsis ŏbdūctæ sēntĭbŭs hērbæ. Sōlis ĭnāccēssŭs rădĭis. Cæcis ōbscūrŭs lătebris. VERS. Paūlūm sĕpūltæ distăt ĭnērtiæ Cēlātă virtŭs. V. *Abditus.*

ŏccūmbo, ŏccŭbŭi. *Vēstĕ trĭŭmphālēs ŏccŭbŭissĕ sĕnēs*, Ov. Fast. 6, 364. SYN. ŏccĭdo, cădo, mŏrĭŏr. V. *Morior.*

ŏccŭpātio, ōnis. *Laūdāndām rĕŏr ŏccŭpātĭōnĕm.* (Phal.) Sid. SYN. Nĕgōtiūm, cūră.

ŏccŭpātŭs. *Hōc tāntūm lĕgĕ, nāmque ĕt ŏccŭpātŭs.* (Phal.) SYN. Distēntŭs, *vel* ārrēptŭs, prærēptŭs.

ŏccŭpo, ās.——*ĕt tōtūm quæ vīrĭbŭs ŏccŭpĕt ŏrbĕm*, Virg. Æn. 7, 258. SYN. Prærĭpio, ārrĭpio, invādo, *vel* prævĕnio, *vel* distĭnĕo, *vel* tĕnĕo, pŏssĭdĕo.

ŏccūrro, ŏccūrri. *ūltro ŏccūrrāmŭs ăd ūndām*, Virg. Æn. 10, 282. SYN. ŏccūrso, ŏffĕro mē, ādsūm: ōbvĭŭs ĕo, prōdĕo, vĕnio, prōcēdo. VERS. Vĕnĭēnti ŏccūrrĭtĕ mōrbō. Tŭă mē, gĕnĭtŏr, tŭă tristis ĭmāgo, Sæpĭŭs ŏccūrrēns hæc līmĭnă tēndĕre ădēgit. V. *Obvius.*

Ŏcĕănŭs. *Quid tāntum ŏcĕănō prŏpĕrēnt sē tingĕrĕ sōlēs*, Virg. Æn. 1, 749. SYN. Tēthȳŏs cōnjūx. V. *Mare.*

ŏcēllŭs. *Blāndă quĭēs victis fūrtim sūbrēpit ŏcēllis*, Ov. Fast. 3, 19. V. *Oculus.*

ŏcrĕă, æ. *Tūm lævēs ŏcrĕās ēlēctro aūrōquĕ rĕcŏctō*, Virg. Æn. 8, 624. EPITH. Hăbĭlis, āptă, aūrātă, mĭcāns, ænĕă, fērrĕă, fulgĭdă. PHR. Crūrūm tĕgmĕn, mūnīmĕn, mūnīmēntūm.

ŏctāvŭs. *Hæc mĭhi Stērtĭnĭŭs săpĭēntum ŏctāvŭs ămīcō*, Hor. Sat. 2, 3, 296.

ŏctĭēs. *ūnō nāscĕris ŏctĭēs in ānnō.* (Phal.) Mart. 8, 64, 2. SYN. Bis quătĕr, quătĕr bis.

Ŏctōbĕr, bris. *Tē tăcĕo, Ŏctōbĕr fœnŏrĕ dītăt ăgrōs*, Auson. *Mensis, olim octavus, cùm annus à Martio primordium sumeret. Hoc mense Sol ingreditur Scorpionem.* EPITH. Imbrĭfĕr, mădĭdŭs, hūmēns, nimbōsŭs, plŭvĭŭs. PHR. Mēnsis quō sērās dēpōnit vīnĕă frōndēs. Quō făcit hūmēntēs Plēĭăs ōrtă dĭēs.

ŏcŭlātŭs. *Caūtŭs, in ēvēntūs ōmnēs ŏcŭlātŭs ĕt ūllō*, M. SYN. Pērspĭcāx, ăcūtŭs.

ŏcŭli. *āntĕ lŏcūm căpĭēs ŏcŭlis: āltēquĕ jūbēbis*, Virg. 2, 230. SYN. Lūmĭnă, ŏcēlli. EPITH. Mĭcāntēs, cœrŭlĕi, fōrmōsi, vĕnūsti, sĕrēni, plăcĭdi, rădĭāntēs, clāri, rŭtĭlāntēs, vĕrēcūndi, ăcūti, ārgūti, sūbtīlēs, scintillāntēs, tĕrrĭbĭlēs, sŭpērbi, mălīgni, hōstīlēs, sānguĭnĕi, tōrvi, sĕvēri, ōblīqui, mĭnācēs, ārdēntēs, ignĭti, flāmmĭfĕri, lāscīvi, văgi, ērrāntēs, trŭcēs, fĕrōcēs, fĕri, cāsti, pŭdīci, mŏdēsti, rīdēntēs, bĕnīgni, lȳncĕi, lacrȳmāntēs, mădēntēs, grăvēs, hūmēntēs, līvēntēs, vĭgĭlēs, insōmnēs, fēssi. PHR. Ŏcŭlōrūm ōrbēs, ăcĭēs, lūx, jŭbăr, ignēs. Gĕmĭnūm frōntis sȳdŭs. Æmŭlă lūmĭnă stēllis. Vĭgĭlēs sūb frōntĕ mĭnistri. Ārdēntēs, sȳdĕris instăr. Trĕmŭlō fūlgōrĕ mĭcāntēs. Nōn ŏcŭli gĕmĭnæ sȳdĕră nōstră făcēs. Ignĕ mĭcānt, sȳdĕrĭbŭs sĭmĭlēs ŏcŭli. Ŏcŭlōrūm sēdēs, sĭnŭs, căvi rĕcēssŭs. Lūmĭnis ōrbēs. Ŏcŭli sūffēcti sānguĭnĕ ĕt igni. VERS. Ārdēntis ăb ōrĕ scintīllæ ābsistūnt, ŏcŭlis mĭcăt ācrĭbŭs ignis. Blāndĭquĕ sĕvērō ignĕ mĭcānt ŏcŭli. Ŏcŭli sūnt in ămōrĕ dŭcēs. Immōtōs, văgāntēs circūmfērt ŏcŭlōs. Ŏcŭlisquĕ sĕquācĭbŭs ērrăt. Sūccūmbĕrĕ nēscĭă sōmnō Lūmĭnă. Cēntūm lūmĭnĭbŭs cinctūm căpŭt Ărgŭs hăbēbăt. Explēri nĕquit, ŏcŭlōsque ăd singŭlă vōlvit. Hūc illūc vōlvēns ŏcŭlōs tōtūmquĕ pĕrērrăt Lūmĭnĭbŭs tăcĭtis. V. *Circumspicio, Aspicio.*

*oculos eruo.* SYN. Cæco, ēxcæco. PHR. Ŏcŭlōs ēffŏdio. Lūmĕn ērĭpio, ădimo. Lūcĕ ŏrbārĕ. V. *Cæco,*

Digitized by Google

**Ocyŏr**, ōris.——— *Et fŭlmĭnĭs ōcĭŏr ālis*, Virg. Æn. 5, 319. SYN. Pērnĭcĭŏr, lēvĭŏr, vēlōcĭŏr. V. *Velox*, *Celer*.

**Ocyŭs**. *ōcĭŭs Ārchĭgĕnēm quære*, Juv. 14, 252. SYN. Prŏpĕrē, răpĭdē. V. *Statim*.

**Odē**. *ĕt mĕrŭlŭs mŏdŭlāns tām pūlchrīs cōncĭnĭt ōdīs*, Ov. Philom. 25. SYN. Cārmĕn, cāntŭs. EPITH. Lætă, dūlcĭs, fēstīvă, Lȳrĭcă.

**Odĭōsŭs**. *Fūnda ŏdĭōsă*, *cănēs ŏdĭōsi*, *ŏdĭōsă vŏlūcrŭm*, M. SYN. Invīsŭs, ēxōsŭs, īnfēnsŭs, īnvĭdĭōsŭs, mŏlēstŭs: ŏdĭō dīgnŭs, flāgrāns.

**Odi**. *Dīlĭgŏ præstāntēm, nōn ōdī, Cīnnă, nĕgāntēm*, Mart. 7, 42, 3. PHR. Ŏdĭō hăbĕo, īnsēctŏr, prōsĕquŏr; ūrgĕo, pērsĕquŏr. Ŏdĭă ēxērcĕo. Ŏdĭīs ēxērcĕo, vēxo. VERS. Īnēxōrābĭlĕ dūrŭs ēxērcēs ŏdĭŭm, nēc īnĭquā fīnis in īra ēst. Gēnŭs ōmnĕ fŭtūrŭm Ēxērcēre ŏdĭīs. Vēlŭt crīmēn tædās ēxōsă, *vel* pĕrōsă jŭgālēs. Nūllŭs ămŏr pŏpŭlīs, nēc fœdĕră sūnto. Ætērnīs cērtānt ŏdĭīs. Cūr vōbis ŏdio ēst cāntŭs? ūltĕrĭŭs nē tēnde ŏdĭīs. Īnvīsŭm căpŭt, ēt dĭādēmă sŭpērbŭm, Pērsĕquār ætērnis ŏdĭīs. V. *Odium*.

**Odĭŭm**. *Cōnvĕnĭūnt, quĭbŭs aūt ŏdĭŭm crūdēlĕ Tȳrānnī*, Virg. Æn. 1, 365. SYN. Sīmūltās, īră, răbĭēs, fŭrŏr. EPITH. Īnĭmīcŭm, nĕfāndŭm, pērtĭnāx, īmprŏbŭm, ăcērbŭm, crŭēntŭm, ōccūltŭm, īmmītĕ, īnsānŭm, mălēsānŭm, dĭūtūrnŭm, īmplācābĭlĕ, īmplācātŭm, īmmōrtālĕ, ēxĭtĭālĕ, dūrŭm, cæcŭm, pūgnāx, īnēxōrābĭlĕ, lēthālĕ, atrōx. PHR. Ŏdĭi sīgnă, sēmĭnă, tērrŏr. Hōstīlis ănĭmŭs, īnĭmīcă mēns. VERS. Sæpĕ tăcēns ŏdĭi sēmĭnă vūltŭs hăbēt. Ŏdĭīs haūd ēxsătŭrātă quĭēvi. Tū pŏtēs ūnănĭmōs ārmāre in prælĭă frātrēs. Ātque ŏdĭīs vērsārĕ dŏmōs. Vērbis ŏdĭa āspĕră mŏvi. Spārgăt ătrōx ŏdĭi sēmĭnă dīră măli. Frātērnāquĕ pēctŏră prīmŭm Fūnēstis āccēnsa ŏdĭīs. Nēc lătŭērĕ dŏli frātrēm Jūnōnĭs ēt īræ. V. *Odi*.

**Odŏr**, ōris.—*Crŏcĕŏs ŭt Tmōlŭs ŏdōrēs*, Virg. Geo. 1, 56. SYN. Hālĭtŭs, aūră; frāgrāntĭă: sūffīmēn, nīdŏr. EPITH. Suāvĭs, jūcūndŭs, mōllis, grātŭs, frāgrāns: bĕnĕŏlēns, tētĕr, fœtĭdŭs, īngrātŭs, grăvĭs, pēstĭfĕr, mŏlēstŭs, īnjūcūndŭs, īnsuāvĭs, dīrŭs, dūlcis, spīrāns, āmbrŏsĭŭs, gĕnĭālis, mȳrrhĕŭs, thūrĕŭs, Sȳrĭŭs, Āssȳrĭŭs, Ārăbs, Ārăbŭs, Săbæŭs, Pānchæŭs, *à Sabâ urbe, et Panchaiâ regione Arabiæ;* Āchēmĕnĭŭs, *i. e. Persicus, à Rege Achemene*, Ŏrōntæŭs, *ab Oronte fluvio Phœniciæ. Quæ loca odoribus insignia sunt.* PHR. Ŏdōră, suāvĭs, dūlcis aūră. Ŏdōrŭs hālĭtŭs. Suāvis mūnŭs ŏdōris. Bĕnĕŏlēntēs aūræ. Sævă mĕphītĭs. Sūlphŭrĕæ ăquæ ŏdŏr, văpŏr. Mūlcēns aūrās. Quī mānăt pĕr āĕră. VERS. Quīcquid bĕnĕŏlēntĭbŭs ārvīs, Cūltŏr ŏdōrātæ mīttĭt Ārăbs sĕgĕtis. Quō sĕmĕl ēst īmbūtă rĕcēns sērvābĭt ŏdōrēm Tēstă dĭū. V. *Oleo*.

‖ ŏdōrātŭs, ūs. PHR. Ŏdōră vīs.

**Odōro**, ās. *ūrĭt ŏdōrātām nōctūrna in lūmĭnă cēdrŭm*, Virg. Æn. 7, 13. SYN. Īnŏdōro, sūffio, fūmigo. PHR. Ŏdōrĕ pērfūndo, rĕplĕo, āfflo, īmbŭo, ŏdōrēs jăcto, fūndo, spārgo, īncēndo, ădŏlĕo. Āssȳrĭō cĭnĕrēs ădŏlēntŭr ămōmō, thūrĕ, mȳrrhā.

**Odōrŏr**, ārĭs. Dep. *Nāmquĕ săgācĭŭs ūnĭŭs ŏdōrŏr*. (Dactyl.) Hor. Ep. 12, 4. SYN. Olfăcio. PHR. Ŏdōrēs sēntio, pērcĭpio, haūrio, nārĭbŭs āccĭpio, ŏdŏr ăd nārēs fērtŭr, āccēdit, vēnit.

**Odōrŭs**. *Māssȳlīquĕ rŭūnt ĕquĭtēs, ĕt ŏdōră cănŭm vis*, Virg. Æn. 4, 132. SYN. Ŏdōrĭfĕr, ŏdōrātŭs, bĕnĕŏlēns, suāvĕŏlēns, rĕdŏlēns, frāgrāns; suāvĭtĕr hālāns, spīrāns. V. *Oleo*.

**Œdĭpŭs**, i, *vel* ŏdĭs. *Laii Thebanorum Regis filius, ex Jocastâ. Cùm ex Apollinis oraculo pater futurum intellexisset, ut à filio occideretur; periculi metuens, natum puerum pastori interficiendum tradidit. Pastor ille non ausus violentas manus inferre puero, appensis ad arborem pedibus suspendit, ratus sic inediâ moriturum. Verùm Phorbas, Polybi, Corinthiorum Regis, pastor, illàc iter faciens, puerum solvit, ac Reginæ obtulit. Adultior factus, patrem ignotum sibi, in seditione inter Phocenses ortâ, occidit. Postea, Sphingem, soluto ænigmate, interemit, ac Thebanum regnum obtinuit præmii loco, uxoremque Jocastam, quam matrem suam esse nesciebat. Ex eâ Polynicem, Eteoclem, filiamque Antigonem suscepit. Demum cognito scelere, dolore perditus sibi ipsi in pœnam oculos eruit.* EPITH. Mĭsĕr, īmpĭŭs, cæcŭs, īnfaūstŭs, pārrĭcīdă. (*Seneca.*) Quīquĕ nēc mŭs ēst fĕris, Frātrēs sibi īpsĕ gĕnŭit. [*Idem.*] ōccīdi pătrēm, sēd mātrem ămāvi, prōh lŏqui Hȳmĕnæŭm pŭdĕt.

Oenĕŭs, *vel* Oeneūs. *Oenĕă nāmquĕ fĕrūnt, plēni sūccēssĭbŭs ānnī,* Ov. M. L. 8, 273. EPITH. Sŭpērbŭs, Călȳdōnĭŭs, *à Calydone parte Ætoliæ.*

Oenōnē, ēs. *Cūm Părĭs Oenōnē pŏtĕrĭt spīrārĕ rĕlīctā,* Ov. E. Oen. ad Par. *Nympha Phrygiæ, quam Paris, ante raptum Helenæ, adamavit.* EPITH. Pēgăsĭs, Phrȳgĭă, fōrmōsă. VERS. Pēgăsĭs Oenōnē Phrȳgĭīs cĕlĕbērrĭmă sȳlvīs. *Ovid.*

Oenotrii, ōrŭm. *Oenōtrĭī cŏlŭērĕ vĭrī, nūnc fāmă mĭnōrēs Ītălĭām dīxīssĕ, dŭcĭs dē nōmĭnĕ gēntēm,* Virg.

œstrŭm. *Nōn cēdĭt Vējēntō: sēd ŭt fānătĭcŭs œstrō,* Juv. L. 1. S. 4. L. 123. SYN. Fŭrŏr, răbĭēs, īnsānĭă. EPITH. Cæcŭm, præcēps, vĭŏlēntŭm, răbĭdŭm, lănĭgērŭm, săcrŭm, dīvīnŭm, Āpōllĭnĕŭm, Phœbēŭm, Āŏnĭŭm. VERS. Răpĭdō mēntēm cōrrēptŭs ăb œstrō. Fērtŭr, ĕt hōrrĭbĭlī præcēps īmpēllĭtŭr œstrō. Scīlĭcĕt æstīvīs quāndō stĭmŭlātŭs ăb œstrīs. Pīĕrĭō sĕd ĕnĭm cŭm mē călŏr ēxcĭtăt œstrō. V. *Furor, oris.*

Oetē, *seu* Oetă. *Implēvitquĕ sŭīs nĕmŏrōsām vōcĭbŭs Oetēm,* Ov. M. L. 9, 165. *Mons Thessaliam inter et Macedoniam, ubi Hercules se in rogum conjecit. Elleberi ferax est.* EPITH. Hērcŭlĕă, nĕmŏrōsă, ārdŭă, āĕrĭă, frōndōsă, frōndēns, vĭrēns, gĕlĭdă, Æmŏnĭă, Thēssălă.

Offendo, ŏffēndi. *Pōssēt cœnāntēs ōffēndĕrĕ, &c.* Hor. S. L. 2. S. 8. L. 13. SYN. Īncūrro, invĕnĭo, *vel* īmpingo, āllīdo, *vel* lædo, nŏcĕo, *vel* pĕcco, ērro, fāllŏr.

‖ ŏffēnsio, ōnis. SYN. ŏffēnsă, dāmnŭm, *vel* īncūrsŭs, *vel* cūlpă.

ōffĕro, ŏbtŭli. *ōbtŭlĭt, ĕt pūră pēr nōctem īn lūcĕ rĕfūlsĭt,* Virg. Æn. 2, 590. SYN. Dō, præbĕo, dēfĕro, ēxhĭbĕo.

ōffĭcīnă. *Cālēs vĕnēnīs ōffĭcīnă Cōlchĭcīs.* (Iamb.) Hor. Ep. 17, 35. PHR. Ŏpĕrĕ fērvēns.

ōffĭcio, ōffēci. *Prætĕrĕā nĭhĭl ōffĭcĭūnt, ōbstāntquĕ fĭgūræ,* Lucr. 2, 783. SYN. ōbsto, ōbsŭm, impĕdio: nŏcĕo. V. *Noceo, Impedio.*

ōffĭcĭōsŭs. *ōffĭcĭōsăquĕ sēdŭlĭtās, ĕt ŏpēllă fŏrēnsĭs,* Hor. Ep. 1, 7, 8. SYN. Ŏbsĕquĭōsŭs, ŭrbānŭs, cōmĭs, bĕnīgnŭs. PHR. Īn ōffĭcĭŭm, ăd ōbsĕquĭŭm prōnŭs, prōpēnsŭs, prōmptŭs, părātŭs.—ōffĭcĭī stŭdĭōsŭs. Plēnŭs ōbsĕquĭō. Cui ōbsĕquĭōsă, ōffĭcĭōsă mēns, vŏlūntās, īndŏlēs. Cui cōmĕ īngĕnĭŭm. V. *Comis.*

ōffĭcĭŭm. *Mīlĭtĭs ōffĭcĭŭm lōnga ēst vĭă, &c.* Ovid. SYN. Mūnŭs, pārtēs, *vel* mĭnĭstērĭŭm, ōbsĕquĭŭm. EPITH. Dĭffĭcĭlĕ, ārdŭŭm, ămīcŭm, suāvĕ, grātŭm, pĭŭm, dūrŭm, īnjūcūndŭm, mŏlēstŭm.

‖ ōffūsco, ās. SYN. Īnfūsco, ōbscūro, nigro, ŏbūmbro, ōbnūbĭlo.

ŏlĕă. *Sēd trūncīs ŏlĕæ mĕlĭŭs, prōpāgĭnĕ vītēs,* Virg. Geo. 2, 63. *Arbor dicata Minervæ; Pacis signum ac Victoriæ.* SYN. Ŏlīvă. EPITH. Vĭrēns; vĭrĭdĭs, vĭrĭdāns, frōndēns, nōbĭlĭs, cānēns, ālbēns, pāllĭdă, pāllēns, ŭmbrōsă, tĕrēs, vīvāx, mītĭs, dūlcĭs, pācātă, pācālĭs, pācĭfĭcă, fēlix, lætă, plăcĭtă pācī, ætērnŭm vĭrēns: Āttĭcă, Pāllădĭă, Sĭcȳōnĭă, *à Sicyone urbe Achaiæ olearum ferace.* PHR. Pāllădĭs ārbŏr, rāmī, ārbŏr Pāllădĭă. Ŏlĕæ, ŏlīvæ fœtŭs, frūctŭs, rāmī, frōndēs, băccæ. Rādix ŏlĕāgĭnă. Pācĭs rāmī. Sērvāns ætērnŭm frōndĕ vĭrēntĕ dĕcŭs. Ætērnōs gĕrēns frōndĭs hŏnōrēs. Tārdĕ crēscēns. Sēmpĕr frōndēns sēmpērquĕ vĭrēscēns. VERS. pācĭfĕræquĕ mănū rāmŭm prætēndĭt ŏlīvæ.

Ŏlĕāstĕr, stri. *īndĭcĭo ēst trāctū sūrgēns ŏlĕāstĕr ĕōdĕm,* Virg. Geo. 2, 182. EPITH. Ăgrēstĭs.

Ŏlĕo. *Tīngĕ căpŭt nārdī fŏlĭō, cērvīcăl ŏlēbĭt,* Mart. 14, 146. SYN. Hālo, spīro, rĕdŏlĕo. PHR. Ŏdōrēm ēmitto, mitto, fūndo, dīffūndo, ēffūndo, prŏfūndo, spīro, ēxhālo, āspīro, ēxpīro, āfflo, ēfflo, jăcto, spārgo. Dŏmŭm, aūrās, ŏdōrĭbŭs pērfūndo, spārgo, replĕo.

*bene oleo.* SYN. Suāvĭtĕr ŏlĕo, rĕdŏlĕo. PHR. Grātō ŏdōrĕ frāgro, hālo, spīro, nārēs rĕcrĕo. Grātŭm, suāvĕm ŏdōrĕm mitto, ēmitto, fūndo, &c. V. *Oleo.* VERS. Thūrĕ călēnt āræ, sērtīsquĕ rĕcēntĭbŭs hālānt. Suāvēs ēxpīrăt, ēxhālăt *vel* spīrăt lēctŭs ŏdōrēs. Crŏcĕīs hālānt flōrĭbŭs hōrtī. Cŏmæ dīvīnŭm vērtĭce ŏdōrēm Spīrāvērĕ. Ărăbō spīrăt ŏdōrĕ rŏgŭs.

*malè oleo.* SYN. Fœtĕo, pūtĕo, grăvĭtĕr ŏlĕo, rĕdŏlĕo, hālo, spīro. PHR. Grăvī ŏdōrĕ spīro, hālo, āĕră īnfĭcio. Tētrŭm, dīrŭm ŏdōrēm mitto. ēmitto, &c. V. *Oleo.* VERS. Dīrŭm, *vel* fūnēstŭm pēr āĕră vīrŭs Spārgit. Sēsĕ pēstĭfĕr hālĭtŭs ātrīs Faūcĭbŭs ēffūndit. Ŏlĭdām spīrăt cœnōsă mĕphĭtĭm ūndă.

ŏlĕŭm. *Scīntīllārĕ ŏlĕum, ĕt pūtrēs cōncrēscĕrĕ fūngōs,* Virg. Geo. 1, 392. SYN. Ŏlīvŭm, Pāllăs. EPITH. Pīnguĕ, lĭquĭdŭm, vĭrĭdĕ, lēntŭm, crāssŭm, ūnctŭm, lēnĕ, dūlcĕ, ŏdōrātŭm, lābēns, Pāllădĭŭm, *à Minervâ,* Sȳrĭŭm, Āssȳrĭŭm, *i. e.*

Digitized by Google

*odoratum.* V. *Odor.* PHR. Ŏlīvī pinguis hŭmŏr, liquŏr, lătex, sūccŭs. Pāllădĭŭs liquŏr. Pinguis ŏlīvæ sūccŭs. Pāllădis, ŏlīvæ dōnŭm, mūnŭs. VERS. Rĕvixit, Ut vigil infūsā Pāllădĕ flāmmă sŏlĕt.

Olfăcio, ŏlfēci. *quŏd tū cum ŏlfăcies Dĕōs rŏgābis* (Phal.) SYN. Ŏdŏrŏr. *Dep.* PHR. Nārĕ, nārĭbŭs ŏdōrĕm pĕrcipĕrĕ, haurīrĕ. Ŏdōrĕs sēntīrĕ, haurīrĕ. Ŏdŏr ăd nārēs fĕrtŭr, vĕnit, āccēdit.

Ŏlĭdŭs. *Hic ŏlidām clāmōsŭs ăgēs in rētiă vŭlpēm,* Mart. 10, 37. SYN. Ŏlēns: grăvĕŏlēns.

Ōlim. *ōlim trūncŭs ĕrām fīcūlnŭs, inūtĭlĕ līgnūm,* Hor. Sat. 1, 8, 1. SYN. Quōndām, ălĭquāndo. PHR. Priscis, āntiquis tĕmpŏrĭbŭs, sēclis, tĕmpŏrĕ, ætātĕ mājŏrūm. Prīmi tĕmpŏris ānnis, ăpŭd ăvōs, priōrēs, vĕtĕrēs.

Ŏlĭtŏr, ōris. *Thrāx ĕrit, aŭt ŏlĭtōris ăgĕt mĕrcēdĕ căbāllŭm,* Hor. 1, 18, 26. SYN. Hōrtŭlānŭs. EPITH. Indūstrĭŭs, sēdŭlŭs, impigĕr, gnāvŭs, sōlērs, paŭpĕr, vigil, vigilāns, rūstĭcŭs. PHR. Hŏrti, *vel* ŏlĕrūm cūltŏr, cūstōs. V. *Agricola.*

Ŏlīvă. *Pācĭfĕræquĕ mănū rāmŭm prætēndĭt ŏlīvæ,* Virg. 8, 116.

Ŏlīvūm. *Nĕc cāsiă līquidi cōrrūmpĭtŭr ūsŭs ŏlīvi,* Virg. Geo. 2, 466. V. *Oleum et Olea.*

Ōllă. *ipsa ŏlĕra ōllă lĕgit,* Catul. 91, 2. SYN. Ăhēnūm, lĕbēs. EPITH. Fictĭlis, frăgĭlis, fĕrvēns. PHR. Figŭli fāctă, *vel* fābrĭcātă mănū. V. *Ahenum.*

Ŏlŏr, ōris. *Dignă, sĕd ārgŭtōs intĕrstrĕpĕre ānsĕr ŏlōrēs,* Virg. Ecl. 9, 36. SYN. Cȳgnŭs. PHR. Rĕsŏnāns mŏrĭbūndō gūttŭrĕ dūlcĕ mĕlŏs. Cārmĭnă mœstă cănēns. V. *Cygnus.*

Ŏlōrīnŭs. *Cūjŭs ŏlōrīnæ sūrgūnt dĕ vērtĭcĕ pēnnæ,* Virg. Æn. 10, 187. SYN. Cȳgnēŭs.

Ŏlŭs, ĕris. *Nĕc mŏdĭcā cœnārĕ tĭmēs ŏlŭs ōmnĕ pătēllā,* Hor. Ep. 1, 5, 2. EPITH. Agrēstĕ, vīlĕ, rĭgĭdūm, săpĭdūm, vĭrĭdĕ, vĭrēns, lætūm, ŏdōrātūm, ŏpăcūm, mōllĕ.

Ŏlȳmpĭăcŭs. *Seū quis Ŏlȳmpĭăcæ mīrātŭs prœmĭă pālmæ,* Virg. Geo. 3, 49.

Ŏlȳmpĭcŭs. *Sūnt quōs cŭrrĭcŭlō pŭlvĕrem Ŏlȳmpĭcūm.* (Ascl.) Hor. 1, 1, 3. *Olympici ludi circa Olympiam urbem, non procul ab Elide, civitate Græciæ, celebrabantur in honorem Jovis, cursu, luctâ, &c. Victor palmâ coronabatur.*

Ŏlȳmpĭăs, ădis. *Hic prŏpĕ tĕr sēnās vīdĭt Ŏlȳmpĭădăs,* Mart. 7, 39, 6. SYN. Lūstrūm.

Ŏlȳmpŭs. *Pāndĭtŭr intĕrĕā dŏmŭs ōmnĭpŏtēntis Ŏlȳmpi,* Virg. Æn. 10, 1. *Mons in Græciâ editissimus, Thessaliam inter et Macedoniam. Pro cœlo accipiunt Poëtæ.* EPITH. Āltŭs, sūmmŭs, cēlsŭs, æthĕrĕŭs, sūblīmis, stēllĭgĕr, ārdŭŭs, prŭīnōsŭs: āstris, cœlō vīcīnŭs. PHR. Ŏlȳmpi vērtĕx, ăpĕx, jŭgă, cūlmĕn. *Pro Cœlo.* V. *Cœlum.*

Ōmĕn, inis. *ōmĭnĭbŭs, sĕd rēgnă Tȳri gĕrmānŭs hăbēbăt,* Virg. Æn. 1, 346. SYN. Aūgŭrĭŭm, aūspĭcĭŭm, sīgnŭm. EPITH. Fēlix, faūstūm, lætūm, bŏnūm, prŏspĕrūm, ŏptātūm, dĕxtrūm, cĕrtūm, incērtūm, infēlix, infaūstūm, mălūm, sĭnistrūm, ădvērsūm, tristĕ, mĭsĕrāndūm, fūnĕstūm. PHR. Lætă, faūstă, signă. Tristĭă cœlō mōnstră. VERS. Prōdĭgĭūm cănit, ĕt tristēs dēnūncĭăt irăs. ŏbscœnīquĕ cănēs, impōrtūnæquĕ vŏlŭcrēs Signă dăbānt.

*omine bono, vel bonis ominibus.* SYN. Fēlīcĭtĕr. PHR. Faūstis ăvĭbŭs. Rūmŏrĕ sĕcūndō. Fēlīcĭbŭs, faūstis, aūspĭcĭis, aūgŭrĭis. Nūmĭnĕ prŏpĭtĭō, dĕxtrō. Dīis făvēntĭbŭs. Fātō prōspĕrĭōrĕ. Dĕxtrō, sĕcūndō ālĭtĕ.

*omine malo.* SYN. Infēlīcĭtĕr. PHR. Infaūstis, sĭnistris ăvĭbŭs. Tristĕ pĕr aūgŭrĭŭm. Rūmŏrĕ sĭnistrō. V. *Omine bono (mutatis Epithetis.)*

Ōmĭnŏr, āris. *Jām vĭrum ĕxpērtæ, mālĕ ōmĭnātis,* Hor. Od. 2, 14, 11. SYN. Aūgŭro, cōnjĭcio. V. *Auspicor.*

Ŏmissŭs. *Tū quōtŭs ēssĕ vĕlis, rēscrībe: ĕt rēbŭs ŏmissis,* Hor. Ep. 1, 5, 30. SYN. Rĕlictŭs, missŭs.

Ŏmitto, isi, issūm. *ĕt præsēns in tēmpŭs ŏmittăt,* Hor. A. Poët. 44. SYN. Mitto, prætĕrmitto, prætĕrĕo, linquo, rĕlinquo, sŭpērsĕdĕo.

Ōmnēs. PHR. ōmnĕ gĕnŭs hŏmĭnūm. Quisquis æthĕrĕā vēscĭtŭr aūrā.—ōmnēs quōtquŏt hăbēt spătĭōsæ māchĭnă tērræ. Quŏtquŏt sȳdĕrĕō Phœbŭs ăb āxĕ vĭdĕt.

Ōmnĭă. *Tēquĕ sĭbi gĕnĕrūm Tēthȳs ĕmăt ōmnĭbŭs ūndis,* Virg. Geo. 1, 31. PHR. Quicquid hăbĕt tēllūs, quicquid Ŏlȳmpŭs hăbĕt. Quicquid hăbĕt spătĭōsi māchĭnă



Digitized by Google

mūndī. Quicquid hăbĕt, *vel* cŏmplēctĭtŭr ōrbis. Quæ nātūrā sŭō cōntĭnĕt āmplī sĭnū.—ōmnĭă quæ cœli Phœbŭs ăb āxĕ vĭdĕt. Quæcūnquĕ Tītān ŏrĭēnsquĕ cădēnsquĕ Āspicit.—ōrbis quæcūnquĕ căpāci cōntĭnĕt āmplēxū.—ōmnĭă quæ tēllūs sūbtŭs ĕt īntŭs hăbĕt.

ōmnīnō. *Nōn ĕquĭdem ōmnīnō căpta aūt dēsērtă vĭdērĕr*, Virg. Æn. 4, 330. SYN. Prōrsŭs, pĕnĭtŭs, plānē.

ōmnĭpărēns. *Tĭtyŏn, tērræ ōmnĭpărēntĭs ălūmnūm*, Virg. Æn. 6, 595.

ōmnĭs. *Dēsĕrĕ; nām dōnis vincĭtŭr ōmnĭs ămŏr*, Tib. 1, 5, 60. SYN. Quīsquĕ, cūnctŭs, tōtŭs. V. *Omnes*.

Ŏmphălē, *vel* Ŏmphălēē, ēs, 2 *br. Ŏmphălēē in tāntūm fōrmæ prōcēssĭt hŏnōrēm*, Prop. 3, 11, 17. *Lydiæ Regina, cui Hercules serviebat, ut ejus amorem sibi conciliaret.* EPITH. Mæŏnĭă, Lȳdĭă, fōrmōsă. VERS. Rīdĕt ămātōrēm Lȳdă pŭēllă sŭūm.

ŏnăgĕr, agri. *Pūlchĕr ădēst ŏnăgĕr, mītti vēnātĭō dēbĕt*, Mart. 13, 101. EPITH. Sȳlvēstris, tĭmĭdŭs. V. *Asinus*.

ŏnĕro, ās. *His gērmānă mălis ŏnĕrās ātque ōbjĭcĭs hōsti*, Virg. Æn. 4, 549. SYN. Grăvo, prĕmo. PHR. Hŭmĕris, cērvīcĭbŭs, pōndŭs, *vel* ŏnŭs injĭcio, impōno. Hŭmĕrōs, *vel* ārmōs pōndĕrĕ, mōlĕ prĕmo, ūrgĕo, dēprĭmo, ōpprĭmo, incūrvo, fătīgo. VERS. Ŏnĕrāt mūltis āltārĭă dōnis. Āspĭcĕ cūrvātōs pōmōrūm pōndĕrĕ rāmōs, Ŭt sŭă quōd pĕpĕrit vix fĕrăt ārbŏr ŏnŭs. Pōndĕră fērrĕ nĕgānt hŭmĕri. Fēssă lăbāt mĭhi pōndĕrĕ cērvix, Ēt trĕmĕfāctă cădūnt sūccīsō pōplĭtĕ mēmbră. Pōmăquĕ læsissēnt mātrēm, nisi sūbdĭtă rāmō Lōngă lăbōrānti fūrcă tŭlīssĕt ŏpēm. Ērgo ăgĕ, chārĕ pătĕr, cērvīci impōnĕrĕ nōstræ, Īpsĕ sŭbibo hŭmĕris, nĕc mē lăbŏr īstĕ grăvābit. Ūrgēns mē pōndŭs ăd īmūm Dēpŭlit.

ŏnĕrātŭs. *Ātlās hŭmĕrōs ŏnĕrātŭs Ŏlȳmpō*, Ov. F. 5, 167. V. *Onustus*.

ŏnĕrōsŭs. *Pōndŭs ăquæ lĕvĭŭs tānto ēst ŏnĕrōsĭŏr ignĕ*, Ov. Met. 1, 53. SYN. Pōndĕrōsŭs, grăvis, māgni pōndĕris.

ŏnŭs, ĕris. *Cēdēntēs ŏnĕri rāmis, sȳlvāmquĕ flŭēntēm*, Mart. 11, 42, 3. SYN. Pōndŭs, mōlēs, sārcĭnă, grăvĭtās, grăvāmĕn. EPITH. Grăvĕ, dūrūm, mōlēstūm, ingēns, grāndĕ, intŏlĕrābĭlĕ, ĭnīquūm, vāstūm, sŏlĭdūm, īmmānĕ, prĕmēns, ĕxĭgŭūm. PHR. Ŏnĕrōsă mōlēs. Fāscis ŏnĕrōsŭs. Māssă grăvis. Mēmbră grăvāns. Prĕmēns hŭmĕrōs. Pōndŭs ĭnīquūm. Mōlēs īmmēnsă, vix fĕrēndă. VERS. Nōn ĕgŏ sūm clāssi sārcĭnă māgnă tŭæ. Fērri *vel* gēstāri mōlēm grăvĭtās vĕtăt. Vix illŭd bis sēx hŏmĭnēs cērvīcĕ sŭbirēnt. V. *Onero*.

ŏnūstŭs. *Hūnc tu ōlim cœlō, spŏlĭis ŏrĭēntis ŏnūstūm*, Virg. Æn. 1, 289. SYN. Ŏnĕrātŭs, grăvātŭs, grăvis. PHR. Pōndĕrĕ prēssŭs, ōpprēssŭs, dēprēssŭs, cūrvātŭs. Sŭb pōndĕrĕ ĭnīquō gĕmēns, dēfĭcĭēns, lăbāns, văcīllāns, tĭtŭbāns, fătīscēns, cērvīcēm inflĕctēns: vix ănĭmām trăhēns: pōplĭtĕ flĕxō sūbsīdēns. Grăvĕ ŏnŭs vix fĕrt, mălĕ sūstĭnĕt. VERS. Fēssă lăbāt nĭmĭō sŭb pōndĕrĕ cērvix, Ēt trĕmĕfāctă cădūnt sūccīsō pōplĭtĕ mēmbră.

ŏnȳx, ȳchis. *Călcĕātūsquĕ tŭō sŭb pĕdĕ lūcĕt ŏnȳx*, Mart. 12, 5, 4. EPITH. Cāndĭdŭs, lævis, mĭcāns, lūbrĭcŭs, crāssŭs, cāndĭcāns, ālbēns, nĭtĭdŭs, rădĭāns, fūlgĭdŭs, mȳrrhĕŭs, *pro vase ex onyche*. V. *Gemma*.

ŏpāco, ās. *Dīrĭgĭte in lūcōs, ŭbi pinguēm dīvĕs ŏpācăt Rāmŭs hŭmūm*, Virg. 6, 195. SYN. Ŏbūmbro, ōbscūro, tĕgo, cōntĕgo, ŏpĕrio.

ŏpācŭs. *Pōnĕ sŭbit cōnjūx; fĕrimŭr pĕr ŏpācă lŏcōrūm*, Virg. Æn. 2, 725. SYN. Ūmbrōsŭs, ōbscūrŭs, tēctŭs, ŏpērtŭs, dēnsŭs. V. *Obscurus*.

ŏpĕ. *Hinc ŏpĕ Bārbărĭcā vărĭisque Āntōnĭŭs ārmis*, Virg. Æn. 8, 685. SYN. Aūxĭlĭō, ŏpĕrā, sūbsĭdĭō.

ŏpĕră, æ. *Sēdŭlĭŭs impōrtēs, ŏpĕrā vĕhĕmēntĕ mĭnistĕr*, Hor. Ep. 1, 13, 5. SYN. Ŏpŭs, lăbŏr, cūră, stŭdĭūm. V. *Labor*.

ŏpĕrŏr, āris. *ēt mātūtīnis ŏpĕrāntŭr fēstă lŭcērnis*, Juv. 12, 92. SYN. Lăbōro. PHR. Ŏpĕri, lăbōri văco. Mănūm ŏpĕri ādmŏvĕo, ădhĭbĕo. V. *Laboro*.

ŏpĕrōsŭs, ă, ūm. *ārdēăt; ēt mūndi mōlēs ŏpĕrōsă lăbōrĕt*, Ov. Met. 1, 258. SYN. Difficilis.

ŏpĕrio, ŏpĕrŭi, ŏpērtūm. *Nōx ŏpĕrit tērrās, &c.* Virg. Æn. 4, 352. SYN. Tĕgo, ŏccūlto, ŏbūmbro, ŏpāco. V. *Occulto, Tego*.

ŏpērtŭs. *intērdūm tŭnĭcā dūxĭt ŏpērtă mŏrūm*, Prop. 2, 15, 6. SYN. Tēctŭs, ābdĭtŭs, ŏccūltŭs.

ŏpēs, ūm. *Nōn hæc hūmānis ŏpĭbŭs, nōn ārtĕ măgistrā*, Virg. Æn. 12, 427. SYN. Bŏnă, ŏpŭlēntĭă, fōrtūnæ, *vel* sūbsĭdĭūm, aūxĭlĭūm. V. *Divitiæ*.

Digitized by Google

**Ŏpĭfĕr**, ĕrī. *Cūm Dĕūs in sŏmnīs ŏpĭfĕr cōnsistĕrĕ vīsūs,* Ov. Met. 15, 653. SYN. Ādjūtŏr, aūxĭlĭātŏr.

**Ŏpĭfĕx**, ĭcis. *ēst ŏpĭfēx, sōlūs sīc rēx; vēllūnt tĭbĭ bārbām,* Hor. Sat. 1, 3, 133. V. *Artifex.*

**Ŏpīmŭs.** *Aūt spŏlĭīs ĕgŏ jām rāptīs laūdābŏr ŏpīmīs,* Virg. Æn. 10, 449. SYN. Pinguis, ŏbēsŭs, ŏpŭlēntŭs, ăbūndāns, dīvēs.

**Ŏpīnio**, ōnis. *ŏpīnĭōnĕ mĕlĭūs rēs tĭbĭ hăbēt tŭā* (Iamb.) Pl. SYN. Sēntēntĭă, cōnsĭlĭūm, mēns, ănĭmŭs. EPITH. Cērtă, īncērtă, săpĭēns, stūltă, ūtĭlis, pērnĭcĭōsă, prūdēns, imprūdēns, nŏvă, rĕcēns.

**Ŏpīnŏr**, āris. *Hybrĭdă quō pāctō sīc Pērsĭūs ūltŭs ŏpīnŏr,* Hor. Sat. 1, 7, 2. SYN. Pŭto, ēxistĭmo, ărbĭtrŏr, jūdĭco, sēntĭo, cēnsĕo, rĕŏr, aūtŭmo.

**Ŏpĭpărŭs.** *Vīno, ōrnāmēntīs, ŏpĭpărīsque ōpsōnĭīs.* (Iamb.) SYN. Ŏpŭlēntŭs, māgnĭfĭcŭs, laūtŭs, cōpĭōsŭs.

**Ŏpĭtŭlŏr**, āris. *Ter.* SYN. Sūccūrro, sūbvĕnĭo, aūxĭlĭŏr, jŭvo, ădjŭvo, sūblĕvo, ădsūm. V. *Auxilior.*

**Ŏpōrtĕt**, tŭit. *Pāscĕre ŏpōrtĕt ŏvēs, dēdūctūm dīcĕrĕ cārmĕn,* Virg. Ecl. 6, 5. SYN. Nĕcēssĕ ēst, ŏpŭs ēst, cōnvĕnĭt, æquūm ēst, pār ēst.

**Ŏppĕrĭŏr**, īris. *Nēc tārdum ŏppĕrĭŏr, nēc, &c.* Hor. Ep. 1, 3, 71. SYN. Ēxpēcto, præstōlŏr, mănĕo.

**Ŏppĕto**, is, ĭi. *Cōntĭgĭt ŏppĕtĕre, ō Dănăūm fōrtīssĭmĕ gēntĭs,* Virg. Æn. 1, 100. SYN. Mŏrĭŏr. V. *Morior.*

**Ŏppĭdūm.** *ōppĭdă cœpērūnt mūnīre, ĕt pōnĕrĕ lēgēs,* Hor. Sat. 1, 3, 105. SYN. Vīcŭs, pāgŭs. V. *Civitas et Urbs.*

**Ŏppōno**, ŏppŏsŭi, ŏppŏsĭtūm. *Fōrtĭăque ădvērsīs ŏppōnĭtĕ pēctŏră rēbŭs,* Hor. Sat. 2, 2, 136. SYN. Ōbjĭcĭo, ōbjēcto, ōbtrūdo, *vel* ēxprŏbro.

**Ŏppōrtūnĭtās**, ātis. *Plaut.* SYN. Cōmmŏdĭtās, ŏccāsĭo, tēmpŭs, ūtĭlĭtās. PHR. Cōmmŏdă ŏccāsĭo. Cōmmŏdă tēmpŏră. V. *Occasio.*

**Ŏppōrtūnŭs.** *Dīrārūm nīdīs dŏmŭs ŏppōrtūnă vŏlūcrūm,* Virg. Æn. 8, 235. SYN. Cōmmŏdŭs, ăccōmmŏdŭs, tēmpēstīvŭs, ĭdōnĕŭs, āptŭs, ūtĭlĭs.

**Ŏppŏsĭtŭs.** *ĕt mĭsĕr ŏppŏsĭtīs ā tĕrgo īnvŏlvĭtŭr ārīs,* Virg. Æn. 12, 292. SYN. Ōbjēctŭs, ădvērsŭs: cōntrārĭŭs: ōbvĭŭs, ōbstāns.

**Ŏpprĭmo**, ŏpprēssi, ŏpprēssūm. *ŏpprĭmĕrēt, mĕtŭēbāt, ŭt hūnc lībērtă sĕcūrī,* Hor. Sat. 1, 1, 99. SYN. Prĕmo, ōbrŭo, ŏnĕro: sŭbĭgo, cōnfĭcĭo, *vel* ŏccīdo.

**Ŏpprŏbrĭūm.** *Nēc fūĭt ŏpprŏbrĭō cĕlĕbrāssĕ Lycōrĭdă Gāllō,* Ov. Trist. 2, 445. SYN. Prŏbrūm, dēdĕcŭs, cōnvĭcĭūm, scōmmă, mălĕdīctūm, īnjŭrĭă, īnfāmĭă, īgnōmĭnĭă. EPITH. īnfāmĕ, īngēns, ĭnīquūm, fœdūm, tūrpĕ: pŭdēndūm. V. *Infamia et Convicium.*

**Ŏppūgno.** *Fēssam ŏppūgnārĕ cărīnām,* Ov. M. 11, 531. SYN. Īmpūgno, īnvādo, lăcēsso; cōntrā ārmă fĕro. V. *Obsideo.*

**Ŏps**, Ŏpis, Dea. *ēx Ŏpĕ Jūnōnēm mĕmŏrānt, &c.* Ov. Fast. 6, 285. SYN. Cybĕlē, Rhĕă, Tēllūs. V. *Cybele.*

**Ŏpsōnĭūm.** *ōmnĭă cōndūctīs cŏēmēns ōpsōnĭă nūmmīs,* Hor. Sat. 1, 2, 9. SYN. Fērcŭlūm, dăpēs, ĕpŭlæ, cĭbŭs, laūtĭtĭæ.

**Ŏptābĭlĭs.** *Quæ mĭhĭ sōlă nŏcēt, vĕnĭt ēcce ŏptābĭlĕ tēmpŭs,* Ov. M. 9, 758. SYN. Ŏptāndŭs.

**Ŏptātŭs.** *ŏptātīs ĕpŭlīs īmpĭgĕr Hērcŭlēs,* Hor. Od. 3, 8, 30. (Choriamb.) SYN. Cŭpĭtŭs, grātŭs, jūcūndŭs, *vel* faūstŭs.

‖ **Ŏptĭmātēs**, ūm. SYN. Māgnātēs, prīmi, prīmōrēs, prŏcĕrēs, dynāstæ, nōbĭlĭtās. V. *Proceres.*

**Ŏptĭmŭs.** *Dēstĭnăt ŏptĭmŭs hīc ĕt fōrmōsīssĭmŭs īdĕm,* Juv. 10, 331. SYN. Faūstīssĭmŭs, īntĕgērrĭmŭs, lēctīssĭmŭs. PHR. Vīrtūtĕ præstāns, īnsīgnĭs. V. *Bonus.*

**Ŏpto**, ās. *ŏptārēnt tĭbĭ cēntĭēs ămīcī.* (Phal.) Mart. 1, 100, 4. SYN. Ēxŏpto, pērŏpto, dēsīdĕro, cŭpĭo, ārdĕo. PHR. Fērri, flāgrārĕ ămōrĕ *vel* cŭpĭdĭnĕ. VERS. Tāntŭs ămōr laūdis, tāntæ ēst vīctōrĭă cūræ. Mĭhĭ mēns jŭvĕnīli ārdēbāt ămōrĕ. V. *Desidero.*

**Ŏpŭlēntĭă.** *Dīvĭtĭīs ūbĕr ăgrī Trōjæve ŏpŭlēntĭă dēĕrĭt,* Virg. Æn. 7, 262. V. *Divitiæ.*

**Ŏpŭlēntŭs.**—*Dōnīs ŏpŭlēntum ĕt nūmĭnĕ Dīvæ,* Virg. Æn. 1, 451. SYN. Dīvēs, ŏpĭbŭs ăbūndāns: dīvēs ŏpūm. V. *Dives.*



Digitized by Google

ŏpŭs, ĕris. *Pĕr mĕdĭōs, instāns ŏpĕri, rēgnīsquĕ fŭtūris*, Virg. Æn. 1, 508. SYN. Factūm: ŏpĕră, lăbŏr; stŭdiūm, *vel* diffĭcūltās, nĕgōtiūm. EPITH. Dūrūm, māgnūm, ingēns, diffĭcĭlĕ, ārdŭūm, mŏlēstūm, pĕrīcŭlōsūm, illūstrĕ, mĕmŏrāndūm, mĕmŏrābĭlĕ, clārūm, insīgnĕ, nōbĭlĕ, mīrābĭlĕ, æternūm, sŭpĕrstĕs, victūrūm, immŏrtālĕ, ingĕnĭōsūm, pērfēctūm, fābrīlĕ, scūlptĭlĕ, cœlātūm, mārmŏrĕūm.

*opus habeo*. SYN. Indĭgĕo. VERS. Nūnc ănĭmis nōbis ŏpŭs ēst, nūnc vīrĭbŭs ūsŭ. Nūnc ănĭmis ŏpŭs, Ænēă, nūnc pēctŏrĕ fīrmō.

ŏpŭscŭlūm. *Scīrĕ vĕlis mĕă cūr ingrātŭs ŏpŭscŭlă lēctŏr*, Hor. Ep. 2, 19, 35.

ōră. *ĕt mēcum ingēntēs ōrās ēvŏlvĭtĕ bēlli*, Virg. Æn. 9, 528. SYN. Fīnis, ēxtrēmūm, līmĕs, mārgo, *vel* līttŭs, rīpă, *vel* rĕgio, plāgă, lŏcŭs, tērră, tēllūs. EPITH. Ēxtrēmă, ūltĭmă, rĕmōtă.

Pĕcŏris, ŏvĭum, *vel* grĕgis dux, ductŏr, cūstōs, măgistĕr, ŏvēs ĭn pāscŭă dūcēns. Tĕnĕrōs dēpēllēns fœtūs. Lānigĕrās qui dūcit ŏvēs, călămō, *vel* ărgūtā cānnā taūrōs vŏcăt. Grĕgĕm, *vel* ărmēntă dūcit, ăgit, cūstōdit, sērvăt, ōbsērvăt. Vĭgĭlāns ŏvĭum circum ăgmĭnă cūstōs. VERS. Ărgūtūm tĕnŭi mŏdŭlātŭr ărūndĭnĕ cārmĕn. Gaūdĕt pāscĕre ŏvēs ĭn grāmĭnĕ lætō. Pān cūrăt ŏvēs, ŏvĭūmquĕ măgistrōs. Nōn ĕgŏ sūm pāstŏr; nōn hic ărmēntă, grĕgēsquĕ Hōrrĭdŭs ōbsērvō. Fēssŭs ŭt incŭbŭit băcŭlō, sāxōquĕ rĕsēdit Pāstŏr, ărūndĭnĕō cārmĭnĕ mūlcĕt ŏvēs. Pāstŏr ĭnæquāli mŏdŭlātŭr ărūndĭnĕ cārmĕn, Nĕc dēsūnt cŏmĭtēs sēdŭlă tūrbă cănēs. Pāstōrālĕ cănit signūm. Tē pāstōriă pēllis Tēxit, ŏnūsquĕ fŭit băcŭlūs sўlvēstris ŏlīvæ. V. *Gregem Pasco.*

pāstōrālis. *Pāstōrālĕ cănit signūm, cŏrnūquĕ rĕcūrvō*, Virg. Æn. 7, 513. SYN. Pāstōrĭŭs, ăgrēstis, rūstĭcŭs.

pāstōriŭs. *Illūd ĕrăt tēmpŭs, quō tē pāstōriă pēllis*, Ov. Met. 2, 680. SYN. Pāstōrālis.

pătĕfăcio, fēci, făctūm.——*sōmnō lāssōs pătĕfēcit ŏcēllōs*, Prop. 2, 15, 7. SYN. SYN. Mōnstro, indĭco, ōstēndo, mănĭfēsto, ăpĕrio, rĕsĕro, reclūdo, rĕsigno, pāndo: dēclāro, rĕtĕgo, rĕvēlo, dīvŭlgo.

pătēllă. *Pōnitŭr ēxigŭā fērālis cœnă pătēllā*, Juv. 5, 75. EPITH. Pinguis, ŏpīmă, ŏnūstă, ūnctă, frăgĭlis, pūră.

pătēns. *Cāmpōsquĕ pătēntēs*, Virg. Geo. 4, 77. SYN. Ăpērtŭs, *vel* pătŭlŭs, lātŭs, *vel* mănĭfēstŭs, vūlgātŭs.

pătĕo, pătŭi. *ōmnibŭs ŭt nātis tristĕ pătērĕt ĭtĕr*, Mart. Spect. 12, 6. SYN. pătēsco, pătĕfio, āppārĕo, rĕtĕgŏr, dētĕgŏr, reclūdŏr, nūdŏr, pāndŏr, rĕvēlŏr.

pătĕr, patris. *indicitquĕ fŏrum, ĕt pătribŭs dăt jūră vŏcătis*, Virg. Æn. 5, 758. SYN. Părēns, gĕnĭtŏr, sătŏr. EPITH. Chārŭs, dilēctŭs, vĕrēndŭs, hŏnōrāndŭs, cŏlēndŭs, sōllĭcitŭs, pīŭs, vĕnĕrāndŭs, sĕvērŭs, mītis, făcĭlis, rigĭdŭs, grāndævŭs. PHR. Gĕnĕris, sānguĭnis aūctŏr. Gĕnĕris mihi Jūpĭtĕr aūctŏr.

pătĕră. *Vināquĕ fūndēbāt pătĕris, ănĭmāmquĕ vŏcābāt*, Virg. Æn. 4, 840. SYN. Scўphŭs, călix, crātēr, pōcŭlūm. EPITH. Aūrĕă, aūrātă, ārgēntĕă, cælātă, gēmmāns, gēmmātă, spūmāns, pătēns, căpāx, mĭcāns. V. *Poculum.*

pătĭbŭlūm.——*ēst, nōn pătĭbŭlum āscēndĭmŭs.* (Iamb.) SYN. Crūx, găbălŭs, fūrcă. EPITH. Infāmĕ, inhŏnēstūm, tristĕ, nĕfāndūm, dūrūm, prŏbrōsūm, hōrrēndūm, mœstūm, tērrĭbĭlĕ, fūnĕrĕūm, infaūstūm, ăcērbūm, ērēctūm, părātūm, fātālĕ. PHR. Trābs fūnēstă, infāmis trūncŭs. Fātālis ārbŏr. V. *Crux.*

pătiēns. *Tē pătiēntĕ, mĕæ cōnflāvit ĭmāgĭnis aūrām*, Prop. 4, 7, 47. SYN. Tŏlĕrāns. PHR. Făcĭlis păti. Infrāctŭs mălis. Ădvērsæ fōrtūnæ cēdĕrĕ nēscĭŭs. V. *Constans.*

pătiēntĕr. *Nōs quŏquĕ quæ fĕrĭmŭs, tŭlĭmŭs pătiēntĭŭs āntĕ*, Ov. Tr. 4, 6, 37. SYN. Plăcĭdē, fōrtitĕr, cōnstāntĕr. PHR. Mēntĕ plăcĭdā, æquā, cōmpŏsĭtā, fōrti, trānquillā. Pătiēnti ănĭmō, mēntĕ, cōrdĕ, pēctŏrĕ, Fōrti pēctŏrĕ, invictō cōrdĕ. Æquā mēntĕ păti. Æquō, fōrti, infrāctō, plăcĭdō, trānquillō fērrĕ ănĭmō. Fērrĕ cāsūs pătiēntĕr ăcērbōs. V. *Patior.*

pătiēntiă. *Cōntrā, quēm dūplĭci pānnō pătiēntiă vēlăt*, Hor. Ep. 1, 17, 25. SYN. Tŏlĕrāntiă. EPITH. Invictă, plăcĭdă, immōtă, trānquillă, mītis, infrāctă, lēntă, fōrtis. PHR. Dūris gaūdēns. Infrāctă mălis. Prōmptă păti. Cēdĕrĕ nēsciă. Āltā spērnēns cōnvīciă mēntĕ. Mĕdĭōs intĕr trānquillă tŭmŭltūs. Sēmpĕr trānquillō pēctŏrĕ. Plăcĭdō vūltū, cōmpŏsĭtā mēntĕ. Fōrtis ăd ōmnēs Tēlōrūm nimbōs. Quæ nōvit fōrti pēctŏrĕ fērrĕ mălūm: Ōmnĭbŭs ūnă cŏmēs virtūtĭbŭs. VERS. Dūrūm pătiēntiă cōrpŭs instrŭit; ŭt nūlli cŭpiăt cēssissĕ lăbōri. Dūrōs vincit cōnstāns pătiēntiă cāsūs. Ēccĕ mŏdēstă grāvi stăt jām pătiēntiă vūltū.

pătiŏr, ĕris. *Mē si fātă mĕis pătĕrēntŭr dūcĕrĕ vītām*, Virg. Æn. 4, 340. SYN. Fĕro, tŏlĕro, pērfĕro, pērpĕtiŏr, sŭbĕo, sūstĭnĕo, *vel* sĭno, pērmitto. PHR. Dūrōs tŏlĕrārĕ lăbōrēs, ĭniquis cāsĭbŭs jāctāri, vēxāri, tōrquēri. Paūpĕriēm, ĕt dūrōs pērfērrĕ lăbōrēs. Ēxhaūrīrĕ pĕrīcŭlă. Cāsĭbŭs ēxērcēri, ăgĭtāri, jāctāri. Fērrĕ mălūm, sōrtēm ăcērbām, cāsŭs ĭniquōs. VERS. Aūdāx ōmniă pērpĕti. Fōrtitĕr ēdiscām tristiă pōssĕ păti. Quŏd fŭĕrit dūrūm, mĕmĭnissĕ dūlce ēst. O pāssi grāvĭōră! dăbit Dĕŭs his quŏquĕ fīnĕm. Tōt mălă sūm pāssūs quŏt ĭn æthĕrĕ sўdĕră lūcēnt: Mūltăquĕ crēdĭbĭli tŭlĭmŭs măjōră. Æquām mĕmēntō rēbŭs ĭn ārdŭis Sērvārĕ mēntĕm.

pātriă. *Nōs pătriæ fīnēs, ĕt dūlciă linquĭmŭs ārvă*, Virg. Ecl. 1, 3. EPITH. Dilēctă, dūlcis, ămābĭlis, chāră, ŏptātă, grātă, ămœnă, cōmmūnis, nūtrix, vĕtŭs.

PHR. Patriæ fīnēs, sēdēs. Patriă tēllūs, tērră. Patrĭūm, nātālĕ sōlūm. Nātālis ŏrigo. Nātālĭă ārvă. Patrii mœniă grātă sōli. VERS. Nēsciō quā nātālĕ sōlūm dūlcēdĭnĕ cūnctōs Dūcit, ĕt immĕmŏrēs nōn sĭnit ēssĕ sŭi. Quæ vōs ā stirpĕ părēntūm Primă tŭlit tēllūs, ĕādem vōs ūbĕrĕ lætō Accipiet rĕdūcēs, āntiquam ēxquīrĭtĕ mātrēm. Tāctūsquĕ lŏci nātālis ămōrĕ. Mœnĭbūs in pătriis, ătque intĕr tēctă dŏmōrūm. Pătriōs lōngō pōst tēmpŏrĕ fīnēs Aspicit. Optăt fūmūm dĕ pătriis pōssĕ vidērĕ fŏcis. Āst ŭbĭ jām pătriæ pērvēntum ăd līmĭnă sēdis. Nēc mĭhi jām pătriam āntiquām spēs ūllă vidēndi. Dēsērtōsquĕ lărēs, ēt pĭgnŏră lætă rĕvisūnt. Pōst ăliquŏt, mĕă rēgnă, vidēns mīrābŏr, ărīstās. (*i. e. post aliquot messes, seu annos*) āspĭcĕrēm pătriæ dūlcĕ rĕpēntĕ sŏlūm. Dēsērtæquĕ dŏmūs, vūltūs, mĕmŏrēsquĕ sŏdālēs, Chārăquĕ præcĭpŭē cōnjŭgĭs ōră mĕæ.

patrimōnĭūm.—— *ūnā cōmēdūnt pātrĭmōnĭă mēnsā*, Ovid. SYN. Hærēdĭtās; cēnsūs. EPITH. Āmplūm, lautūm, dīvĕs, ingēns, māgnūm, pārvūm, ēxĭgŭūm, tĕnŭĕ, ēxīlĕ. PHR. Bŏnă pătērnă, ăvītă. Patrimōnĭă laută, patriæ ŏpēs. V. *Divitiæ*.

patrĭūs. *ĕt pătrĭās audītĕ prĕcēs, si nūmĭnă vēstră*, Virg. Æn. 8, 574. SYN. Pătērnūs, ăvītūs.

patro, ās. *Nĕque ădhūc cōnātă pătrāntŭr*, Lucr. 5, 386. SYN. Făcio, pērpetro, ādmitto, cōmmitto.

patrōcĭnŏr, āris. *Patrōcĭnāntem ŭbi fāctūm*, Turpil. SYN. Tŭĕŏr, tūtŏr, cūstōdĭo, dēfēndō, sērvo, tĕgo, prōtĕgo: sūm tūtēlă, sŭscĭpio patrōcĭnĭūm. V. *Tueor*.

patrōcĭnĭūm. *Caūsă pătrōcĭnĭō nōn bŏnă, pējŏr ĕrit*, Ov. Tr. 1, 1, 26. SYN. Dēfēnsĭo, tūtēlă, tūtāmĕn, præsĭdĭūm. EPITH. Fĭdēlĕ, vălĭdūm, sălūtĭfĕrūm, grātūm, ēxpēctātūm.

Patrōclūs. *Vīdĕrŭt infōrmēm mūltā Pătrōclŏn ărēnā*, Prop. *Menœtii et Stheneles filius, comes Achillis fidissimus. Cum eo ad Trojam ivit, ubi Achillis armis indutus, ab Hectore interfectus est.* EPITH. Graiūs, fōrtis, audāx, tĕmĕrārĭūs. SYN. Mĕnœtĭădēs, Āctŏrĭdēs *ab avo Actore.* PHR. Cŏmĕs fīdūs Āchillis. VERS. Trōas Rēppŭlit Āctŏrĭdēs sūb ĭmāgĭnĕ tūtūs Āchillis.

patrōnūs. *Quōs pătrōnōrūm rĕlĭquōs prŏbāvi.* (Sapph.) SYN. Caūsĭdĭcūs, ōrātŏr. EPITH. Sōllĭcĭtūs, fĭdēlis, fīdūs, fācūndūs, dĭsērtūs, dōctūs, ingĕnĭōsūs, sūbtīlis, sōlērs. V. *Causidicus*.

pătŭlūs. *Hūjūs dūm pătŭlōs āllūdēns tēntăt hĭātūs*, Mart. 3, 19, 3. SYN. Pătēns, ăpērtūs, dīffūsūs.

păvĕfāctūs. *Păvĕfāctūs īnfāns ignĕō vūltū pătris.* (Iamb.) SYN. Tērrĭtūs, ēxtērrĭtūs.

păvĕo, pāvi.—— *ĭtĕrūm păvĕās, ĭtĕrūmquĕ pĕrīrĕ*, Hor. Sat. 2, 7, 69. SYN. Tĭmĕo, mĕtŭo, vĕrĕŏr, fōrmĭdo, rĕfōrmĭdo, hōrrĕo, hōrrēsco, trĕmo, trĕpĭdo. V. *Timeo*.

păvĭdūs, ă, ūm. *Stānt păvĭdæ in mūris mātrēs, &c.* Virg. Æn. 8, 592. SYN. Păvēns, tĭmĭdūs, trĕpĭdūs: tērrĭtūs, ēxtērrĭtūs. V. *Timidus*.

păvīmēntūm. *Vērrĕ păvīmēntūm, nĭtĭdās ōstēndĕ cŏlūmnās*, Juv. 14, 60. SYN. Strātūm. EPITH. Mārmŏrĕūm, nĭtĭdūm, mĭcāns, tērsūm, mūndūm, māgnĭfĭcūm. PHR. Strātūm sōlūm. Strātă vĭārūm.

paūlātim. *Dētĕrĭŏr dōnĕc paūlātim, ăc dēcŏlŏr ætās*, Virg. Æn. 8, 326. SYN. Sēnsim.

S. Paūlūs. *Antea Saulus vocabatur, et Christianis infensissimus erat. Vestes eorum qui S. Stephanum lapidabant, servavit. Fulgore divinitus immisso prostratus, Fidei apud Gentiles seu Ethnicos propagandæ factus est Apostolus. Romæ capite truncatus fuit, Neronis imperio, eo die quo S. Petrus ibi crucifixus est.* EPITH. Sānctūs, fācūndūs, dōctūs, pĭūs, dīvīnūs, ignĕūs. PHR. Dĕi intērprĕs lēctissĭmūs. ārdēnti mūcrōnĕ cŏrūscāns. VERS. Saūlūs plēnūsquĕ mĭnārūm. Tērrōrūmquĕ pŏtēns Sŏlȳmæ sævĭbăt in ōris.

pāvo, ōnis.—— *ĕt crūdūm pāvōnem in bālnĕă pōrtās*, Juv. 1, 143. *Avis Junoni dicata. Hujus caudæ inditos fuisse oculos Argi fabulantur Poetæ.* EPITH. Pĭctūs, sŭpērbūs, vērsĭcŏlŏr, splēndĭdūs, pūlchĕr, insignis, gēmmĕūs, gēmmātūs, splēndēns, sȳdĕrĕūs, stēllātūs, stēllĭfĕr, Jūnōnĭūs, Sāmĭūs, *à Samo insulâ, Junoni sacrâ*. PHR. Āvis, ālĕs, vŏlŭcris Jūnōnĭă. Jūnōnĭūs ālĕs. Stēllāntēm pāndēns caūdām. Qui caūdă sīdĕră pōrtăt. VERS. Stēllāntĭbūs ălis, Sē rŏtăt in gȳrōs, ĕt sē mīrātŭr eūntēm. Cērtāntiă Phœbō Pāndit, ăgēns gȳrōs, vărĭæ spēctācŭlă caūdæ. Fūlgŭrăt aūrātō cui vēstis plūmĕă tērgō. Ĕt lōngō caūdæ sȳrmătĕ vērrit



Digitized by Google

hŭmŭm. Pĕnnārŭm fŭlgĕnt ŏcŭlī, stēllātăquĕ lātĕ Caūdă mĭcăt. Măcŭlōsŭs ĕt aūrō Incĕndit plūmām fŭlgŏr; ceū nūbĭbŭs ărcŭs Millĕ trăhit vărĭōs ādvērsō Sōlĕ cŏlōrēs. Pūrpŭrĕō cērvix fŭlgĕt rădĭātă cŏlōrĕ. Stēllātæ păndit spēctācŭlă caūdæ Jūnōnis vŏlŭcris, pŭlchrōque ŏnĕrātă sŭpērbit, Pŏndĕrĕ pēnnārŭm. Vērtĭcĕ cristă trĕmit, ĕt cōnscĭă fōrmæ Cōllă tŭmĕnt. Caūdæ spĕcĭōsă vŏlūmĭnă vērsăt.

păvŏr, ōris. *Pĕr gĕntēs hŭmĭlēs strāvit păvŏr illĕ flăgrăntī*, Virg. Geo. 1, 331. SYN. Tĭmŏr, mĕtŭs, tērrŏr. V. *Formido*, *Timor*.

paūpĕr, ĕris. *Paūpĕris ĕt tŭgŭri cōngēstŭm cēspĭtĕ cŭlmĕn*, Virg. Ecl. 1, 69. SYN. Ĕgēnŭs, ĕgēns, indĭgŭs, ĭnŏps, mēndīcŭs. PHR. Paūpērtātĕ, ĕgēstātĕ prēssŭs, ŏpprēssŭs. Æris ĭnŏps. Nūdŭs ŏpŭm. Pānnis ŏbsĭtŭs Rērŭm ŏmnĭŭm ĕgēnŭs. Paūpĕrĭŏr Irō. Inŏps rērŭm quās flāgĭtăt ūsŭs. Mālĕ dŏtātă paūpĕr cŭm cōnjŭgĕ vīvĕns. Cui sŭnt hŭmili dĕ plēbĕ părēntēs. Quēm tĕnŭis fŏrtūnă sŭā călīgĭnĕ cēlăt. Paūpērtās quēm sævă dŏmăt. Quēm dūris ŭrgĕt in rēbŭs ĕgēstās. Angŭsti cŭltŏr ăgēlli. Cui pārvă dŏmi fŏrtūnă rĕlictă ĕst. Cui paūcă rĕlicti Jūgĕră rūris ĕrānt. Quēm rērŭm sōrs indĭgă vēxăt. Cui sŭnt ēxĭgŭi cēnsŭs, ăc cūrtă sŭpēllĕx. Paūpĕr ĕnim nŏn ĕst, cui rērŭm sŭppĕtit ūsŭs. V. *Casa*.

paūpĕrĭēs, ĭēi. *Nūnc ĕt paūpĕrĭēm, ĕt dūrōs pĕrfērrĕ lăbōrēs*, Virg. Æn. 6, 437.

paūpērtās, ātis. *Paūpērtās, ātque æris ĭnŏps, &c.* Juv. 7, 61. SYN. Paūpĕrĭēs, ĕgēstās, ĭnŏpĭă, pēnūrĭă, indĭgēntĭă. EPITH. Sōrdĭdă, tūrpis, incŭltă, immŭndă, ignōbĭlis, dūră, ăspĕră, sævă, impŏrtūnă, infēlix, infaūstă, ărctă, cŏntrāctă, ăngūstă, hŭmĭlis, pānnōsă, infēstă, ĭnĭmīcă, mălignă, invĭdă, indĭgă, ĭnŏps, jējūnă, sōbrĭă. PHR. Rēs pārvă, *vel* ăngūstă dŏmi. Ŏpŭm ăngūstĭă. Obsĭtă pānnis. Tĕnŭis fŏrtūnă. Sōrdĭdă pārvæ fŏrtūnă dŏmŭs. Sōbrĭă mēnsă: ăngūsti lărēs, frīgēns, ĕt sĭnĕ lūcĕ fŏcŭs. Dūris ŭrgēns in rēbŭs ĕgēstās. Indĭgă paūpērtās, rēbŭsque ĭnĭmīcă sĕcŭndis. O vītæ tūtă făcŭltās Paūpĕris, ăngūstīquĕ lărēs. Paūpĕrĭem ĕt dūrōs pērfērrĕ lăbōrēs. Paūpērtātĕ prĕmi, *vel* ŭrgēri. Angūstām paūpĕrĭēm păti. VERS. Māgnis virtūtĭbŭs ŏbstăt Rēs ăngūstă dŏmi. O bŏnă paūpērtās, ō nōndŭm cōgnĭtă Dīvŭm Mūnĕră, virtūtŭm cūstōs, ĕt ămīcă pŭdōri, Lūxŭrĭæ frænŭm, vītæ tūtēlă, prŏcācēm Fŏrtūnām tū sōlă pŏtēs cōntēmnĕrĕ.

pāx, pācis. *ĕgrĕgĭæ pācis fīdissĭmĕ cūstōs*, Claud. SYN. Cōncōrdĭă, fœdŭs, ămīcĭtĭă, *vel* quĭēs, ōtĭŭm. EPITH. Trānquillă, quĭētă, tūtă, cōnsōrs, cāndĭdă, cērtă, ălmă, lætă, gĕnĭālis, innŏxĭă, innŏcŭă; aūrĕă, blāndă, fēlix, faūstă, bĕātă, sānctă, ămīcă, dūlcis, ămœnă, ŏptātă, ŏptābĭlis, mītis, ætērnă, lōngă, ēxpēctātă, tŏgātă, fœcŭndă, sincēră, cōmpŏsĭtă, pērpĕtŭă, firmă, stăbĭlis. PHR. Pācis ĭnvĭŏlābĭlĕ pignŭs, Pācis, *vel* ămīcĭtĭæ fœdŭs. Ŏptĭmă, *vel* prăstāntissĭmă rērŭm. Artĭŭm, *vel* Mūsārŭm nūtrix, ălŭmnă. Grātă Cāmœnis. Ŏlĕā, *seu* ŏlīvi rĕdĭmītă cŏmās. Spīcis cinctă. Impĭă sānguĭnĕi bēllă pĕrōsă Dĕi. Fēssis ōtĭă præbēns, dăns. Ūnă trĭŭmphis innŭmĕris pŏtĭŏr. Ætērnō cōmplēctēns ŏmnĭă nēxū. VERS. Pāx cœrŭlĕæ rāmŭm prætēndit ŏlīvæ. Quæ dăt bēllĭgĕris fœdĕră gēntĭbŭs, ĕt cōrnū rĕtĭnĕt dīvĭtĕ cōpĭăm. Quā vĭgĕnt ărtēs. Qua haūd quidquām dūlcĭŭs ōrbis hăbĕt. Jāmque ōrātōrēs ădĕrānt ēx ūrbĕ Lătīnā, Vēlāti rāmis ŏlĕæ, vĕnĭāmquĕ rŏgāntēs. Pācĕmque ætērnām, pāctōsque Hȳmĕnæōs Exērcēmŭs. Pācem hānc ætērnō fœdĕrĕ jŭngēs. Dic in ămīcĭtĭām cŏēănt, ĕt fœdĕră jŭngānt. Pāx missă pĕr ōrbēm, Fērrĕă bēllĭgĕri cōmpēscăt līmĭnă Jāni. Sic plăcĭdā pŏpŭlōs in pācĕ rĕgēbăt. Nūllă dĭēs pācem hānc Itălis, nĕc fœdĕră rūmpĕt. Ōtĭă dēs fēssis, vītām pătĭāris inērmēs Dēgĕrĕ, &c. Prōdit ăb āstrīfĕrō tāndem ŏptātissĭmă cœlō, Laūrĕŏlā plăcĭdās Pāx rĕdĭmītă cŏmās. Pāx Cĕrĕrĕm nūtrit, pācis ămīcă Cĕrēs. Fēcĕrăt intĕrĕā pācis spēs blāndă sĕquēstræ, Ut tērris sēcūrŭs ĭtĕr, pĕlăgōquĕ vĭātŏr Cārpĕrĕt, intrĕpĭdīquĕ sĕcārĕnt æquŏră naūtæ.

*pacem ineo.* PHR. Fœdŭs făcio, ĭnĕo, cōmpōno, fĕrio, pāngo. Pācĕm cōncĭlio. Cōmpōno lītēs. Pignŏrĕ, fœdĕrĕ pācis ănĭmōs sŏcio. Dēxtræ jŭngo *vel* cōnjŭngo dēxtrām. Rĕquĭēm pūgnæ, rēbŭsquĕ sălūtēm āffĕro, ămīcō fœdĕrĕ dēxtrās jŭngo, cōnjŭngo. VERS. Aspĕră cōmpŏsĭtis mītēscēnt sæcŭlă bēllis. Diræ fērro ĕt cōmpāgĭbŭs ărctis Claūdēntŭr bēlli pōrtæ. V. *Fœdus facio*.

pēccātŏr, ōris. *Dĕt pēccātōri vĕnĭām pēccātŭr, ĕt æqua*, Prosp. SYN. Nŏcēns, sōns. EPITH. Tūrpis, fœdŭs, tristis, nĕfāndŭs, nĕfārĭŭs, pērvērsŭs, misĕr, ĭnīquŭs, āmēns, scĕlĕrātŭs. PHR. Scĕlĕris ădmissi rĕŭs. Æqui cōntēmptŏr. Trānsĭlĭēns jūssă vĕrēndă Dĕi. Immēnsā vĭtĭōrŭm mōlĕ grăvātŭs. Pēccāti lābĕ nŏtātŭs. Hōrrēscēns crīmĭnă vītæ Prætĕrĭtæ. Cōnscĭă mēns prāvi. Grăvĭōri crīmĭnĕ prēssŭs. Ŏbrŭtŭs ingĕnti scĕlĕrŭm rĕŭs ūndĭquĕ mōlĕ. Vindĭcis hōrrēscēns tēlă trĕmēndă Dĕi, Ipsĕ sibi tōrtŏr, sibi tēstis, ĕt ārbĭtĕr ipsĕ.

Digitized by Google

pĕccātŭm. *Noctĕm pĕccātīs, ĕt fraūdĭbŭs ōbjĭcĕ nūbĕm*, Hor. Ep. 1, 16, 62. SYN. Dēlictŭm, nōxă, cūlpă, crīmĕn, scĕlŭs, flāgĭtĭŭm, vĭtĭŭm, pīācŭlŭm, nĕfās, ĕrrŏr, ērrātŭm, mălŭm. EPITH. Nĕfāndŭm, tūrpĕ, fœdŭm, grăvĕ, ĭnēxcūsābĭlĕ, dētēstābĭlĕ, ēxēcrābĭlĕ, īnfāndŭm, dīrŭm, grāndĕ, ĭngēns, nōxĭŭm, ĭmpĭŭm, ătrōx. PHR. Aūsă nĕfāndă. Făctŭm tūrpĕ. Rēs ŏdĭōsă Dĕō. Fœdæ cŏntāgĭă lābĭs. Scĕlĕrātæ crīmĭnă vītæ. Dētēstāndă lŭēs, ĕt ĭnēxcūsābĭlĕ crīmĕn. VERS. Pōst mĭhĭ nōn sĭmĭlĭ pœnā cŏmmīssă lŭētĭs. Huic ūnī fŏrsăn pŏtŭī sŭccūmbĕrĕ cūlpæ. Hŏc prætēxit nōmĭnĕ cūlpăm. V. *Crimen.*

pĕccātă cōnfĭtērī. V. *Pœnitentia.*

pĕcco, ās. *ĕt ămĕt pĕccārĕ tĭmēntēs*, Hor. A. P. 197. SYN. Dēlinquo, ērro. PHR. Crīmĕn, scĕlŭs, nĕfās ădmĭtto, cŏmmĭttŏ, pătro, pērpetro, făcio, aūdĕo, aūsŭs sŭm, ĕdo, sŭscĭpĭo. Mē crīmĭnĕ implĭco, ĭnquĭno, măcŭlo. Fās ōmnĕ ăbrŭmpo. Rŭo ĭn scĕlŭs. Rŭo pĕr ōmnĕ făsquĕ nĕfāsquĕ. Dĕŭm, Nūmĕn, lædo, vĭŏlo, cōntēmno. VERS. Grăssārī ĭmpūnĕ pĕr ōmnĕ Flāgĭtĭum, ĕt lāxās scĕlĕrī pērmīttĕrĕ frænōs. Nĭhĭl ĭnaūsŭm, nīl ĭntēntātŭm scĕlĕrīsvĕ, dŏlīvĕ rĕlĭnquĭt. Sēdĭtĭōnĕ, dŏlīs, scĕlĕre, ātquĕ lĭbĭdĭne, ĕt īrā Īlĭăcōs īntrā mūrōs pĕccātŭr ĕt ēxtrā. Sic mĕă nĕc tūrpi mēns ĕst ŏbnōxĭă făctō. Nĕc læsit māgnōs ĭmpĭă lĭnguă Dĕōs. Nĕc cŏr sōllĭcĭtānt făctă nĕfāndă mĕŭm.

1. pēctĕn. *Pēctĭnĭbŭs pătŭlīs jăctăt sē mōllĕ Tărēntŭm*, Hor. Sat. 2, 4, 34. EPITH. Ēbūrnŭs, ĕbūrnĕŭs, aŭrĕŭs, rārŭs, dēntātŭs, mŭltĭfĭdŭs, būxĕŭs, sēctŭs. PHR. Būxŭs mūltĭfĭdō dēntĕ. Būxŭs dēntātă. Sēctō quī cŏmĭt dēntĕ căpīllŏs.

2. pēctĕn. *ărgūtō cōnjūx pĕrcūrrĭt pēctĭnĕ tēlās*. Rārŭm pēctĭnĕ dēnsăt ŏpŭs.

3. pēctĕn.——*Pēctĭnĕ pūlsăt ĕbūrnō*, Virg. Æn. 6, 647. SYN. Plēctrŭm. EPITH. Cănōrŭs, blāndŭs, mōllĭs, Phœbēŭs, Āŏnĭŭs, Āpōllĭnĕŭs, ĕbūrnŭs, dūlcĭs, lēnĭs, aūrātŭs, rĕsŏnāns, vōcālĭs. PHR. Jām mănĭbŭs cĭthărăm, jām pēctĭnĕ pūlsăt ĕbūrnō. Aūrātō pēctĭnĕ pūlsă chĕlŷs. V. *Cithara.*

pēcto, pēxŭi, *vel* pēxi, pēxŭm. *Pēctēbātquĕ fĕrŭm, pūrōquĕ ĭn fōntĕ lăvābăt*, Virg. Æn. 7, 489. PHR. Crīnēs, cŏmăm, cæsărĭĕm, căpĭllŏs, pēctĭnĕ cōmpōno, dīscrīmĭno, dēdūco, ōrno. Cæsărĭem būxō dēpēcto, cōmo. Dēdūco pēctĭnĕ crīnēs: sēctō dēntĕ cōmo.

pēctŭs, ŏrĭs. *īllĕ părŭm caūtī pēctŏrĭs ĕgĭt ŏnŭs*, Prop. 3, 5, 8. SYN. Cŏr. EPITH. Nĭvĕŭm, cāndĭdŭm, lāctĕŭm, gĕnĕrōsŭm, māgnănĭmŭm, fŏrtĕ, ĕbūrnŭm, pūlchrŭm, cāndēns, dĕcōrŭm, tĕnĕrŭm; călĭdŭm. VERS. Sĕd vīrĭbŭs ēnsĭs ădāctŭs Trānsădĭgĭt cōstās, ĕt cāndĭdă pēctŏră rŭmpĭt.

pĕcūlĭŭm. *Nĕc spēs lībĕrtātĭs ĕrăt, nĕc cūră pĕcūlī*, Virg. Ecl. 1, 33. EPITH. Părvŭm, tĕnŭĕ, mŏdĭcŭm.

pĕcūnĭă. *ĕt gĕnŭs, ĕt fōrmăm, rēgīnă pĕcūnĭă dōnăt*, Hor. Ep. 1, 6, 37. SYN. Nūmmŭs, ŏpēs, dīvĭtĭæ, æs, aūrŭm, ărgēntŭm. EPITH. Prĕtĭōsă, dīlēctă, fŭgāx, flūxă, pērnĭcĭōsă, īnsĭdĭōsă, ĭmprŏbă, scĕlĕrātă, pŏtēns, ĭngēns, părvă, mŏdĭcă. PHR. Æs cōngēstŭm, cōnflātŭm, cōllēctŭm. Făcĭēns pērvĭă, quæ sūnt ĭnvĭă. Rēgēns ĭmmēnsŭm mŭndŭm. Vĭtĭōrŭm mātĕr. Vĭtĭī fœcūndă părēns. Lūxūs scĕlĕrātă părēns. Quæ ōmnĭă vĭncĭt. VERS. Prīmă pĕrēgrīnōs ōbscœnă pĕcūnĭă mōrēs Īntŭlĭt. Nōnnūnquăm grăvĭs ærĕ dŏmŭm mĭhĭ dēxtră rĕdĭbăt. V. *Divitiæ et Avaritia.*

pĕcūnĭōsŭs. *ărtēs dīscĕrĕ vūlt pĕcūnĭōsās*, (Phal.) Mart. 5, 57, 8. SYN. Ŏpŭlēntŭs, dīvĕs, ărgēntī dīvĕs ĕt aūrī.

pĕcŭs, ŏrĭs, *Neut.* et ŭdĭs, *Fœm.* *Quām dīvēs pĕcŏrĭs, nĭvĕī quām lāctĭs ăbūndāns*, Virg. Æn. 2, 20. SYN. Ārmēntŭm, grĕx. EPITH. Ĭmmūndŭm, ērrāns, văgābūndŭm, mūtŭm, pĕtŭlāns, pĕtūlcŭm, lānĭgĕrŭm, vīllōsŭm, tĭmĭdŭm, păvĭdŭm, lāscīvŭm, ēffœtŭm, stŏlĭdŭm, plăcĭdŭm. PHR. Mūtŭm ĕt tūrpĕ pĕcŭs. Rūrĭs ŏpēs. Pĕr īncūltōs ērrāns cămpōs. Sȳlvās hăbĭtāntĭă dēnsās, prōnăm spēctāntĭă tērrăm brūtă. Cănŭm lātrātĭbŭs āctă pĕcŭs. V. *Armentum et Grex.*

pĕdēs, ĭtĭs. *Seū cămpō pĕdēs īrĕ părās*, &c. Stat. SYN. Pĕdēstĕr. VERS. Ăbnŭĭt, īn lĭquĭdīs īrĕ pĕdēstĕr ăquīs. V. *Miles.*

pĕdēstĕr, trĭs.——*ăcĭēs īnfērrĕ pĕdēstrēs*, Virg. Æn. 10, 364.

pĕdŭm. *Aŭt tū sūmĕ pĕdŭm, quŏd mē cŭm fērrĕ rŏgārĕt*, Virg. Ecl. 5, 88. EPITH. Pāstōrālĕ, īncŭrvŭm, īnflēxŭm, fōrmōsŭm. PHR. Pāstōrālĭs băcŭlŭs. Pāstōrālĕ scēptrŭm. Sȳlvēstrĭs ŏlīvă. Fōrmōsŭm părĭbŭs nōdīs, ātquĕ ærĕ. VERS. Īnnīxŭs pāstŏr trūncō sȳlvēstrĭs ŏlīvæ.

*Pedum Pontificale.* SYN. Lĭtŭŭs. EPITH. Īncŭrvŭm, aūrātŭm, aūrĕŭm, ĕbūrnŭm, īnsīgnĕ, gēmmāns. PHR. Pōntĭfĭcālĕ scēptrŭm, gēstāmĕn, īnsīgnĕ.

Digitized by Google

Pēgăsēŭs. *Nōn sī Pēgăsēŏ fĕrăr vŏlātū*, (Phal.) Catull. 53, 25.

Pēgăsŭs. *āntĕ ălĭōs quāntūm Pēgăsŭs ībăt ĕquūs*, Ovid. *Equus alatus ex Medusæ Gorgonis sanguine procreatus. Fontem in Helicone monte, saxum ungulâ feriens, aperuit, qui ab eo Hippocrene dictus est; illo vectus Bellerophon, in cœlum evolavit; sed in terras è sublimi decidit, Pegasus autem inter Astra constitit.* EPITH. Præpĕs, vēlōx: cĕlĕr, vŏlūcĕr, āĕrĭŭs, ālĭgĕr, ālātŭs, pēnnātŭs, lĕvĭs, vŏlāns. PHR. Ĕquŭs ālātŭs, Bēllĕrŏphōntæŭs, Mĕdūsæŭs, Gŏrgŏnēŭs, ālātŭs, sŏnĭpēs. Cœlō vŏlāns ālātă prŏpāgo Mĕdūsæ. Pēnnĭs fŭgāx. VERS. Undĕ săcrī lătĭcēs Āgănĭppĭdŏs ūndæ. Fōns, Dūră Mĕdūsæi quēm præpĕtĭs ūngŭlă rūpit.

pējĕro. *Pējĕrăt hȳbĕrnī tĕmpŏrĭs ēssĕ mŏrās*, Prop. 4, 3, 42. SYN. Fālsō jūro.

pējŏr, ōrĭs. *Mūtĭŭs indīgnūm, quŏd sĭt pējōrĭbŭs ōrtŭs*, Hor. Ep. 1, 6, 22. SYN. Dētĕrĭŏr, nēquĭŏr.

pĕlăgŭs, i. *ŭt pĕlăgūs tĕnŭērĕ rătēs, &c.* Virg. Æn. 5, 8. SYN. Æquŏr, mărĕ, frĕtŭm, gŭrgĕs, pōntŭs, săl, āltŭm, prŏfūndŭm, ōcĕănŭs. EPITH. Pătēns, spūmāns, spūmōsŭm, īnsānŭm, tŭmĭdŭm. V. *Mare.*

Pĕlāsgī, ōrŭm. *Fălsā sŭb prōdĭtĭōnĕ Pĕlāsgī*, Virg. Æn. 2, 83. V. *Græci.*

Pĕlēthrŏnĭī. *Frænă Pĕlēthrŏnĭī Lăpĭthæ, &c.* Virg. Geo. 3, 115. V. *Lapithæ.*

Pēleūs, ei. *Quām Tĕlămōn, Pēleūs, ĕt prōlēs tērtĭă Phōcŭs*, Ov. Met. L. 8, 477. *dissyl. Æaci filius, pater Achillis ex Thetide.* EPITH. Æmŏnĭŭs, Thēssălŭs, fōrtis.

Pĕlĭcānŭs. *Quālĭs ĭnāccēssās mœrĕt Pĕlĭcānŭs ăd ārcēs*, Lud. *Avis Ægyptia, juxta Nilum degens: pullos, ut referunt, in nido occidit rostro, ac deinde fodicato pectore et sanguine super eos effuso ad vitam revocat.* PHR. Piō fŏdĭcāt quī pĕctŏră rōstrō. Quī sānguĭnĕ pūllōs ēxcĭtăt. VERS. Īnfūndit sŏbŏlī mācāntēs sānguĭnĕ rīvōs. Rūrsūsquĕ vĭgōrēm Īmmīttit mēmbrĭs, ĕt mērsōs fūnĕrĕ nātōs Excĭtăt, æthĕrĕæ vŏlŭcrĭs pūlchĕrrĭmă tūrbæ.

Pĕlīgnī, ōrŭm. *Pĕlīgnīs nātŭs ăquōsĭs*, Ov. Am. 2, 1, 1. *Pĕlīgnæ dīcăr glōrĭă gēntĭs ĕgo*, Ov.

Pēlĭŏn, ii. *Pēlĭŏn hīnnītū fŭgĭēns implēvĭt ăcūtō*, Virg. Geo. 3, 94. *Thessaliæ Mons, pineo ac querneo nemore tectus.* EPITH. Āltŭs, ūmbrōsŭs, gĕlĭdŭs, Æmŏnĭŭs, Thēssălĭcŭs, Thēssălŭs, ūmbrĭfĕr, āspĕr, vērnāns, vĭrēns. VERS. Pēlĭŏn Æmŏnĭæ mōns ēst ŏbvērsŭs ĭn Aūstrōs. Sūmmă vĭrēnt pīnū, cætĕră quērcŭs hăbĕt.

Pēllă. *ēxĭgŭæ sēcūră fŭĭt prōvĭncĭă Pēllæ*, Luc. *Urbs in littore maris Ægei, patria Philippi Regis, et Alexandri.* (Juv. Sat. 10.) Ūnŭs Pēllæō jŭvĕnī nōn sūffĭcit ōrbis.

pēllēx, ĭcĭs. *Nĕc vĭr Pĭĕrĭă pēllĭcĕ saūcĭŭs*, (Chor.) Hor. Od. 5, 10, 15. V. *Meretrix.*

pēllĭcĭo, lēxi, lēctŭm. *Sūbdŏlă pēllĭcĕrĕ in fraūdĕm, &c.* Lucr. 5, 103. SYN. Allĭcĭo, āllēcto, prōlēcto, dēlĭnĭo, indūco, impēllo, ēxcĭto. V. *Allicio.*

pēllĭs, is. *Pāmpĭnĕāsquĕ gĕrūnt īncīnctæ pēllĭbŭs hāstās*, Virg. Æn. 7, 396. SYN. Cŭtĭs: *pecudis*, cŏrĭŭm, tēgmĕn: *leonis*, ēxŭvĭæ, vēllŭs. EPITH. Hīrsūtă, vīllōsă, dūră, măcŭlōsă, ālbă, nĭvĕă, lāctĕă, cāndēns, tĕnĕră, mōllĭs, lĕvĭs, tĕnŭĭs, pĭlōsă, rūgōsă. PHR. Pēllĭs vīllōsă, sētĭs hōrrēns. Vēllĕră ēxūtă cōstĭs. Pĕcŭdĭs spŏlĭŭm, ēxŭvĭæ. Măcŭlōsŭm tēgmĕn lȳncĭs. Vēlāmĭnă căprī sētĭgĕrī. Pēllĭs dēnsă pĭlĭs. Hōrrĭdă vīllĭs. Fĕrīs ērēptă. Cōstĭs dētrāctă fĕrārŭm. Fĕrārŭm ēxŭvĭæ. Hīrsūtă sētĭs Vēllĕră. Pēllēm hōrrēntēsquĕ Lĕōnĭs ēxŭvĭās. VERS. Fūlvĭquĕ īnstērnŏr pēllĕ Lĕōnĭs. Cuī pēllĭs lātōs hŭmĕrōs ērēptă jŭvēncō Pūgnātōrī ŏpĕrit.

pēllĭcŭlă. *Nūnc ĭn pēllĭcŭlā, cērdō, tĕnērĕ tŭā*, Mart. 3, 16, 6. EPITH. Tĕnŭĭs, tĕnĕră.

pēllītŭs. *Pēllītōs hăbŭīt rūstĭcă cōrdă pătrēs*, Prop. 4, 1, 12. V. *Pellis.*

pēllo, pĕpŭli, pūlsŭm.——*vĭrī, nūnc vīnō pēllĭtĕ cūrās*, Hor. Od. 1, 7, 31. SYN. Dēpēllo, ēxpēllo, prŏpēllo, pūlso, prŏpūlso, dētūrbo, ēxtūrbo, dētrūdo, ējĭcĭo, dējĭcĭo, ārcĕo: rĕlēgo, āmāndo, *vel* impēllo, ăgito. PHR. Mōrbōs ārtĕ Māchāŏnĭā pēllĕrĕ. Mœstĭtĭām, sēgnēs sŏmnōs, mŏrās, vānōs mĕtŭs, tĭmōrēs pēllĕrĕ. Rēgnĭs ăvītĭs ĭn ēxĭlĭum pēllĕrĕ. Pēllĕrĕ ăb ōrĭs pătrĭĭs. VERS. Nūnc ăgĭte, ō sŏcĭī, prōpēllĭte ĭn æquŏră clāssēm. Lōngĭŭs āmāndăt, vāstāsquĕ rĕlēgăt ĭn ōrās. Nĕmŏrīquĕ rĕlēgăt. Sī jŭbĕăt pătrĭă dāmnātum ēxcēdĕrĕ tērrā. Aggrēssī sŭpĕrīsquĕ Jŏvēm dētrūdĕrĕ rēgnĭs. V. *Exulo.*

Digitized by Google

**pellūcĕo**, ēs. *Sīc tŭă sŭppŏsĭtīs pĕllūcĕnt prælă lūcĕrnīs*, Mart. 2, 46, 3. SYN. Pĕrlūcĕo, trānslūcĕo, rĕlūcĕo.

**pellūcĭdŭs**.—*pūrāquĕ măgĭs pĕllūcĭdă gĕmmă*, Ov. Met. 2, 856. SYN. Pĕrlūcĭdŭs, lūcĭdŭs, līmpĭdŭs.

**Pĕlŏps**, ŏpis. *Flēssĕ Pĕlŏps, hŭmĕrōquĕ sŭās ăd pĕctŏră pŏstquăm*, Ov. Met. L. 6, 104. *Tantali Phrygiæ Regis filius, quem pater Diis hospitibus epulandum dedit. Hunc Jupiter ad vitam reduxit, humerumque eburneum, ejus quem Ceres comederat loco, restituit. Hippodamiam, Oenomai Elidis Regis filiam, duxit uxorem.* EPITH. Tāntălĭdēs, Dārdănŭs, Phrўgĭŭs, pĕrjūrŭs. PHR. Ăcĕr ĕquīs hŭmĕrōquĕ Pĕlŏps īnsīgnĭs ĕbūrnō.

**Pĕlōrŭs**.——*Rārēscĕnt claūstră Pĕlōrī*, Virg. Æn. 3, 411. *Promontorium Siciliæ, Italiæ adeò vicinum, ut eidem procul aspicientibus conjunctum appareat, et aliquando contiguum fuisse dicitur.* EPITH. Pīscōsŭs, āngūstŭs, Sĭcŭlŭs, Sĭcănĭŭs, cēlsŭs, tŭmĭdŭs, āltŭs. PHR. Pīscōsī sāxă Pĕlōrī. Cēlsŭs ărēnōsă tōllĭt sē mōlĕ Pĕlōrŭs.

**pēltă**. *Dūcĭt Ămāzŏnĭdŭm lūnātīs āgmĭnă pēltīs*, Virg. 1, 494. SYN Clўpĕŭs, scūtŭm, ŭmbo, pārmă. EPITH. Lūnātă, ærātă, Thĕrmōdŏntĭăcă, Ămāzŏnĭă, *ab Amazonibus Thermodontiacis*, hŏrrĭdă, fālcātă.

**pēlvĭs**, is. *Pēlvĭs ŏlĕt ; nām sīc tānquam ālta in dŏlĭă lŏngŭs*, Juv. 6, 430. SYN. Pĕllŭvĭŭm, cătīnŭs. EPITH. Căvă, āmplă, pătŭlă, căpāx, nĭtēns, mĭcāns, ăhēnă, ænĕă, ăquārĭă.

**Pĕnātēs**, ŭm.——*Lĭbўcōs pŏpŭlārĕ pĕnātēs*, Virg. Æn. 1, 531. *Dii domestici, qui domum, ac focum servabant.* SYN. Dĭī pātrĭī, Dĭī dŏmēstĭcī. EPITH. Fīdī, chārī, sacrī, vĕnĕrāndī, cūstōdēs. V. *Lares.*

**pĕndĕo**, pĕpēndī. *Nārrāntĭs cōnjūx pĕndĕt ăb ōrĕ vĭrī*, Ov. Ep. 1, 30. SYN. Dĕpĕndĕo. Sŭm sŭspēnsŭs. VERS. Ā trăbĕ sŭblīmī trīstĕ pĕpĕndĭt ŏnŭs. Mĕmbră pĕpēndĕrŭnt cŭrvāto ĕxāngŭĭă rāmō. Fŏrĭbŭs āffīxă sŭpĕrbīs Ōră vĭrŭm trīstī pēndēbānt pāllĭdă tābō. V. *Strangulo.*

**pēndo**, is. *in fŏrĭbŭs lēthŭm Āndrŏgĕō, tŭm pēndĕrĕ pœnās*, Virg. Æn. 6, 20. SYN. Ĕxpēndo, pŏndĕro, *vel* lŭo, *vel* sŏlvo, *vel* æstĭmo.

**pēndŭlŭs**. *Cūpĭă, nē flŭĭtēm dŭbĭæ spē pēndŭlŭs hōræ*, Hor. Ep. 1, 18, 110. SYN. Pēndēns, dĕpēndēns, sŭspēnsŭs, pēnsĭlĭs.

**pēnĕ**. *Pēnĕ sĭmŭl tēcŭm sōlātĭă rāptă Mĕnālcă*, Virg. Ecl. 9, 18. SYN. Fērmĕ, fĕrĕ, prŏpĕ.

**Pēnĕlŏpē**, ēs. *Hūnc tŭă Pēnĕlŏpē lēntō tĭbĭ mīttĭt, Ŭlўssēs*, Ov. Ep. 1, 1. *Icarii filia, Ulyssis conjux, quæ absente per viginti annos marito castitatem inviolatam servavit. Redux Ulysses sub mendici habitu procos omnes interemit.* SYN. Īcărĭs, Īcărĭŏtĭs. EPITH. Īcărĭă, pŭdīcă, cāstă, pĭă, fĭdēlĭs, fīdă, fōrmōsă, dĕcōră, Ărgŏlĭcă. PHR. Cāstă sĕmpĕr Ŭlўssĭs cōnjŭx ābsēntī fīdă mărītō. Mūltĭs ūnă pĕtītă prŏcĭs. Īllūsōs dŏctă fŭgārĕ prŏcŏs.

**pĕnĕs**. *Mē pĕnĕs ēst ūnŭm vāstī cūstōdĭă mūndī*, Ovid.

**pĕnĕtrābĭlĭs**.——*Bŏrĕæ pĕnĕtrābĭlĕ frīgŭs ădūrăt*, Virg. Æn. 2, 484. SYN. Ăcūtŭs.

**pĕnĕtrālĕ**. *āppārĕnt Prĭămī ĕt vĕtĕrŭm pĕnĕtrālĭă rēgŭm*, Virg. Æn. 1, 484. SYN. Ădўtŭm, sacrārĭŭm. EPITH. Ărcānŭm, sēcrētŭm, sacrŭm, rĕcōndĭtŭm, ŏbscūrŭm, īntĭmŭm, īntĕrĭŭs. PHR. Lŏcŭs ābdĭtŭs. Sēcrētŭm cŭbīlĕ. Dŏmŭs īntĕrĭŏr, īntĕrĭōră dŏmūs. VERS. Pĕnĕtrālĭbŭs ābdĭtŭs īmīs. Tēctī ărcānă sŭbĭt pĕnĕtrālĭă. Æternūmque ădўtīs ĕffērt pĕnĕtrālĭbŭs īgnĕm.

**pĕnĕtro**, ās. *Īllўrĭcōs pĕnĕtrārĕ sĭnūs, ātque īntĭmă tūtŭs*, Virg. Æn. 1, 244. SYN. Pĕrvādo, pĕrmĕo, sŭbĕo, īrrēpo, īllābŏr, mē īnsĭnŭo.

**Pēnēŭs**, ĕī.——*Pēnēī gĕnĭtōrĭs ăd ūndăm*, Virg. Geo. 4, 355. *Thessaliæ fluvius, montem Ossam inter et Olympum, ubi celebre illud nemus, quod Tempe dictum est.* EPITH. Stāgnāns, Thĕssălŭs, cănōrŭs, āmœnŭs. *(Ovid. 1. Met.)* Ēt nĕmŭs Æmŏnĭæ prærūptă quŏd ūndĭquĕ claūdĭt Sўlvă, vŏcānt Tēmpē, pĕr quæ Pēnēŭs ăb īmō Ēffūsŭs Pĭndō spūmōsīs vŏlvĭtŭr ūndīs.

**pēnĭcĭllŭs**. *Quīn pēnĭcĭllō quō vălēbăt īnsīgnī.* (Scaz.) EPITH. Sŏlērs, dŏctŭs, aŭdāx.

**pĕnĭtŭs**.—*ĕt caūsās pĕnĭtŭs tēntārĕ lătēntēs*, Virg. Æn. 3, 32. SYN. Āltē: ăd īmŭm: īn īmă.

**pēnnă**. *Dīxĭt, ĕt īn sўlvăm pēnnīs āblātă rĕfūgĭt*, Virg. 3, 258. SYN. Ālă. V. *Ala.*

Digitized by Google

pēnnĭgĕr, ă, ŭm. *Nēc nōs pēnnĭgĕrīs phărĕtrăm īmplēvīssĕ săgīttīs,* **Ovid.** SYN. Pēnnātŭs, ālātŭs, ālĭgĕr.

pēnsĭlĭs.——*ātque hœdō, tūm pēnsĭlĭs ūvă sĕcūndŭs,* Hor. Sat. 2, 2, 121. SYN. Pēndŭlŭs, pēndēns, sūspēnsŭs.

Pēnthĕsĭlēă. *Pēnthĕsĭlēă rĕfērt, māgnōque ŭlŭlāntĕ tŭmūltū,* Virg. Æn. 11, 6[illegible]. *Amazonum Regina, quæ auxilio ad Trojam venit adversùs Græcos, ubi ab Achille occisa est.* EPITH. Fŭrēns, Mārtĭă, fĕră, fŭrĭbūndă, bēllātrīx, fŏrtĭs, pŏtēns, gĕnĕrōsă, ănĭmōsă. (*Virg.* 1. *Æneid.*) Dūcĭt Ămāzŏnĭdūm lūnātīs āgmĭnă pēltĭs Pēnthĕsĭlēă fŭrēns, mĕdĭīsque ĭn mīllĭbŭs ārdĕt, Aūrĕă sūbnēctēns ēxērtæ cĭngŭlă mămmæ Bēllātrīx aūdētquĕ vĭrīs cōncūrrĕrĕ vīrgo.

Pēnthĕūs, *dissyl.* eī. *Eūmĕnĭdūm vĕlŭtī dēmēns vĭdĕt āgmĭnă Pēnthĕūs,* Virg. Æn. 4, 469. *Echionis, Thebarum Regis, et Agaves filius; discerptus à matre, sorore, cæterisque Mænadibus, quòd Bacchi sacra despiceret.* SYN. Ĕchīŏnĭdēs. EPITH. Sŭpērbŭs, īmpĭŭs, mĭsĕr, īnfēlīx, lănĭātŭs. PHR. Bācchī cōntēmptŏr.

pĕnūlă. *Pĕnūlă sōlstĭtĭō, cāmpēstrĕ nĭvālĭbŭs aūrĭs,* Hor. Ep. 1, 11, 18. EPITH. Ŏnĕrōsă, grăvĭs, tūtă, ūtĭlĭs, dēpīctă, pīctă, scōrtĕă. PHR. Sūbĭtōs mūnīmĕn ăd, *vel* īn īmbrēs. VERS. Mūltō stīllābăt pĕnūlă nĭmbō. Ĭngrĕdĭārĕ vĭăm cœlō lĭcĕt ūsquĕ sĕrēnō, Ăd sūbĭtās nūnquăm pĕnūlă dēsĭt ăquās.

pēnūrĭă. *ēxĭgŭăm īn Cĕrĕrēm pēnūrĭa ădēgĭt ĕdēndī,* Virg. Æn. 7, 113. SYN. Ĕgēstās, paūpērtās.

pĕnŭs, ī, *et* ūs: *et* pĕnŭs, pĕnŏrĭs. *Cūră pĕnūm strŭĕrĕ, &c.* Virg. Æn. 1, 704. SYN. Vīctŭs, ānnōnă, ălĭmēntă, cĭbārĭă. EPITH. Cōpĭōsă, ăbūndāns, lārgă, ūtĭlĭs, cōmmŏdă, mŏdĭcă, brĕvĭs, ābscōndĭtă, dŏmēstĭcă. PHR. Dăpēs *vel* ĕpŭlæ cōndĭtæ, rĕcōndĭtæ. Dăpŭm, cĭbōrŭm cŭmŭlŭs, ăcērvŭs.

pēplŭm. *ēxŭĭtŭr nūdātă pĕplō, dĭscūssă trăhūntŭr,* Prud. EPITH. Pēndēns, ălbŭm, cāndĭdŭm, nĭvĕŭm, pŭrpŭrĕŭm, ēffūsŭm, flŭēns, lōngŭm, tĕnŭĕ, ōrnātŭm, dĕcōrŭm, gēmmātŭm, aūrātŭm, ĭnaūrātŭm. VERS. Cāndĭdă pūrpŭrĕō vēlāntŭr cōrpŏră pĕplō.

pĕr. *Trānstră pĕr, ĕt rēmōs, ĕt pīctās ăbjĕtĕ pūppēs,* Virg. Æn. 5, 663. SYN. Īntĕr.

pērā. *Dōrmĭĕt, ĕt tĕtrĭcō cūm cănĕ pēră rŏgăt,* Mart. 14, 81. SYN. Pērŭlă, săccŭlŭs.

pĕrăgo, pĕrēgī, pĕrāctŭm. *Nātālĭsquĕ tŭī sīc pĕrăgāmŭs ĭtĕr,* Prop. 3, 10, 32. SYN. Ăgo, pērfĭcĭo, cōnfĭcĭo, ĕxĕquŏr, ăbsōlvo.

pĕragro, ās. *āvĭă Pĭĕrĭdūm pĕrăgrō lŏcă, nūllĭŭs āntĕ,* Luc. 1, 925. SYN. Lūstro, pĕrērro, ŏbĕo, pērcūrro, pērlūstro. V. *Peregrinor.*

pĕrāmbŭlo, ās. *Rēctē nĕcnĕ crŏcūm, flōrēsquĕ pĕrāmbŭlĕt Āttæ,* Hor. Ep. 2, 1, 79. SYN. Ŏbāmbŭlo, ŏbĕo, pĕrērro.

pērcĭpĭo, cēpī, cēptŭm. *Pērcĭpĭānt ănĭmī dŏcĭlēs, &c.* Hor. A. Poët. 336. PHR. Căpio, cōncĭpĭo, ĭntēllĭgo, cōmprĕhēndo, *et* cōmprēndo, *trissyl.* āssĕquŏr, *vel* cōllĭgo; frŭŏr, pŏtĭŏr.

pērcĭtŭs. *āt pătĕr ōmnĭpŏtēns īrā tūm pērcĭtŭs ācrī,* Lucr. 5, 500. SYN. Ēxcĭtŭs, pērcūlsŭs, pērmōtŭs, ābrēptŭs, cōntāctŭs, īrātŭs. V. *Iratus.*

pērcōntŏr, ārĭs. *īntĕr cūnctă lĕgēs, ĕt pērcōntābĕrĕ dōctōs,* Hor. Ep. 1, 18, 96. SYN. Scīscĭtŏr, quæro, īnquīro, pĕto, pōsco, rŏgĭto, pōstŭlo, īntērrŏgo.

pērcŭtio, pērcūssī, ūssŭm. *Pērcŭtĭăt lăpĭs, aūt fērrŭm, &c.* Lucr. 161. SYN. Vērbĕro, fĕrio, tūndo, pūlso. V. *Verbero.*

pērdīx, īcĭs. *Seū fĕl pērdīcĭs părĭlī cūm pōndĕrĕ mēllĭs,* S. *In hanc avem mutatum fingunt Perdicem, Dædali nepotem.* EPITH. Gārrŭlă, pīctă, Dædălă, făllāx, tĭmĭdă, fŭgāx, pēnnĭgĕră, ăgrēstĭs. PHR. Jŏvĭ sacră, Lātōnæquĕ vŏlŭcrĭs. Prŏptĕr hŭmūm vŏlĭtāns. VERS. Nōn āltē cōrpŏră tōllĭt, Nēc făcĭt īn rāmīs āltōvĕ căcūmĭnĕ nīdōs. V. *Avis.*

pērdĭtŭs. *Pērdĭtŭs īn quādām tārdīs pāllēscĕrĕ cūrīs,* Prop. 1, 13, 7. SYN. Āmīssŭs, dēpērdĭtŭs, *vel* īmprŏbŭs, *vel* āmēns.

pērdo, pērdĭdī, dĭtŭm.—*quī zōnăm pērdĭdĭt, ĭnquĭt,* Hor. Ep. 2, 2, 40. SYN. Dēpērdo, ămītto. PHR. Jāctūrăm făcĭo. Dāmnŭm, dĭspēndĭŭm fĕro, pătĭŏr. V. *Amitto.*

pērdŏmĭtŏr, ōrĭs. *Mōrtĭs pērdŏmĭtŏr, sălūtĭs aūctŏr.* (Phal.) Prud. Cath. 4, 12. SYN. Dŏmĭtŏr, vīctŏr, sŭpĕrātŏr.

pērdŏmĭtŭs. *Pērdŏmĭtās ōmnēs rĕdĭānt īn cāstră, &c.* Lucan. 2, 644. SYN. Dŏmĭtŭs, vīctŭs, sŭpĕrātŭs.

Digitized by Google

Perdūco, xi, ctūm. *Cārmĕn ăd īrātūm dūm tū pĕrdūcis Ăchillĕm*, Hor. SYN. Abdūco, dūco.

Perdūro, ās.—*prŏbĭtās lŏngūm pĕrdūrăt ĭn ævūm*, Ov. Med. Fac. 4, 9. SYN. Dūro, pērsto, mănĕo.

Pĕrĕdo, ēdi, ēsūm. *Lŏngă dĭēs mŏllī săxă pĕrēdĭt ăquā*, Tibul. 1, 18. SYN. Exĕdo, ĕdo, cōnsūmo.

Pĕrĕgrē. *Cŭltăquĕ, dūm pĕrĕgre ēst ănĭmūs sĭnĕ, &c.* Hor. Ep. 1, 12, 13. SYN. Lŏngē.

Pĕrĕgrīnūs.—*Ăd hæc vērtĭt pĕrĕgrīnăm līttŏră pŭppĭm*, Ov. Ep. 1, 89. *Prīmă pĕrĕgrīnōs ŏbscœnă pĕcūnĭă mōrēs*, Juv. 6, 297. SYN. Ădvĕnă, hŏspĕs, ălĭēnūs, ēxtērnūs, ēxtĕrūs, ēxtrānĕūs. EPITH. Fēssūs, ĭnŏps, ĕgēnūs, văgūs, ērrāns. PHR. Extērnās quærēns tērrās. Ĕxŭl spŏntĕ sŭā. Ălĭēnī ŏrbĭs hŏmo. Lŏngīs ērrŏrĭbŭs āctūs.

Pĕrĕgrīnŏr, āris. PHR. Pĕrĕgrē ĕo, prŏfĭcīscŏr. Pĕrĕgrīnās, lŏngīnquās, rĕmōtās tērrās lūstro, īnvīso, pĕrăgro, ŏbĕo, ădĕo, pĕto. Lŏngīnquās īn ŏrās tēndo, ăbĕo. Pĕr tērrās lŏngīnquās, pĕr ignōtās ūrbēs ērro, văgŏr. Mūltūm tēllūrĭs ŏbĕo. Īn ēxtrēmōs Īndōs pĕnĕtro, īgnōtās trāns pŏntūm quæro tērrās. Ēxtrēmō dāmnātă sŭb āxĕ Ārvă pĕto. Pĕr lŏcă īnhŏspĭtă făcĭo ĭtĕr. Tērrās ălĭō sŭb Sōlĕ rĕpŏstās Īnvīso. Īgnōtās tēndĕrĕ īn ŏrās, Ĕt prŏcŭl ā pătrĭīs dīssĭtă rēgnă fŏcĭs. Pĕrĕgrīnă bĭbĕrĕ flūmĭnă. Līttŏră ēxtērnă quærĕrĕ. Līmĕn pătērnūm līnquĕrĕ. VERS. Ăbīrĕ Quā mărĭs ēxtrēmīs tēllūs īnclūdĭtŭr ūndīs. Nūllăquĕ mŏrtālēs prætĕr sŭă līttŏră nōrānt. Nōndūm cæsă sŭīs, pĕrĕgrīnūm ŭt vīsĕrĕt ŏrbēm, Mōntĭbŭs īn līquĭdās pīnūs dēscēndĕrăt ūndās. (*Propertius, lib.* 3. *amori suo longinquâ peregrinatione mederi constituens, sic loquitur.*) Māgnum ĭtĕr ăd dŏctās prŏfĭcīscī cōgŏr Ăthēnās, Ŭt mē lŏngă grăvī sŏlvăt ămŏrĕ vĭă: Ūnum ĕrĭt aŭxĭlĭūm mūtātĭs, Cȳnthĭă, tērrĭs: Quāntum ŏcŭlīs, ănĭmō tām prŏcŭl ībĭt ămŏr.

Pĕrēmptŏr, ōris. *ĕt quĭs pĕrēmptŏr īnclȳtī rēgĭs fŭĭt?* (Iamb.) SYN. Īntērfēctŏr, pērcūssŏr.

Pĕrēmptŭs. *Quăque sŏlūtă părēns, quăquĕ pĕrēmptă fĕra ēst*, Mart. Sp. 13, 6. SYN. Īntērfēctūs, ŏccīsūs, cæsūs, māctātūs.

Pĕrēnnis.——*mŏnŭmēntă pĕrēnnĭă făctī*, Ov. Fast. 2, 265. SYN. Pērpĕtŭūs, ætērnūs, jūgĭs, cōntĭnŭūs, āssĭdŭūs, nōn īntērmīssūs.

Pĕrēnno, ās. *Dēfŭĭt ārs vŏbīs, ărtĕ pĕrēnnăt ămŏr*, Ov. A. Am. 3, 42. PHR. Ætērnūm dūro, *vel* mănĕo.

Pĕrĕo, is, ĭi. *Sī fās ēst, ŏmnēs părĭtĕr pĕrĕātĭs ăvārī*, P. SYN. Dīspĕrĕo, īntĕrĕo, cădo, ŏccĭdo: pērdŏr.

Pĕrērro, ās. *Sērpēntĭs fŭrĭālĕ mălūm, tŏtāmquĕ pĕrērrăt*, Virg. Æn. 7, 375. SYN. Ŏbērro, ērro, cīrcŭmērro.

Pĕrēsūs. *Nĕc tŏndērĕ quĭdēm mŏrbo īllŭvĭēquĕ pĕrēsă*, Virg. Geo. 3, 569. SYN. Exēsūs, cōnsūmptūs.

Pērfĕro, pērtŭli——*īncŏlŭmēm fāllācī pērfĕrĕt Aūnō*, Virg. Æn. 11, 717. SYN. Pătĭŏr, sūstĭnĕo, ēxāntlo, ēxhaŭrĭo, tŏlĕro. V. *Patior, Tolero.*

Pērfĭcĭo, pērfēci, fēctūm.——*cēntūm quī pērfĭcĭt ānnōs*, Hor. Ep. 2, 1, 39. SYN. Pērăgo, ăbsŏlvo, cōnfĭcĭo, ēxĕquŏr, ēxplĕo, ēxĭgo: pŏlĭo, pērpŏlĭo. PHR. Fīnēm, mŏdūm făcĭo, pŏno, īmpŏno, stătŭo. Ăd fīnēm pērdūco. Sūmmăm, ēxtrēmăm mănūm ŏpĕrī āddo, ădhĭbĕo, āffĕro, ādmŏvĕo. V. *Finio.*

Pērfĭdĭă. *Pērfĭdĭæ cŭmŭlūm fālsīs pērjūrĭă vērbīs*, Ov. Met. 11, 206. SYN. Fraūs, dŏlūs. EPITH. Ŏccūltă, dŏlōsă, ēxĭtĭōsă, dētēstābĭlĭs, dētēstāndă, īmpĭă, ēxĕcrāndă. Fāllāx, ārcānă, tēctă, hŏrrēndă, nĕfāndă, īnfāndă, tūrpĭs, fœdă, scĕlĕrātă, Pœnă, Pūnĭcă. PHR. Pērfĭdă mēns. Pērfĭdă cōrdă. Fīctūm pēctūs. V. *Fraus.*

Pērfĭdūs. *Dīssĭmŭlārĕ ĕtĭām spērāstī, pērfĭdĕ, tāntūm, Pŏssĕ nĕfās*, Virg. Æn. 4, 305. SYN. Pērfĭdĭōsūs, īnfĭdūs, dŏlōsūs, mălĕfĭdūs, pērjūrūs. PHR. Vĭr fīctō pēctŏrĕ. Plēnūs pērfĭdĭæ. Fĭdēm vĭŏlāns, fāllēns, nōn sērvāns. Dŏlī mĕdĭtātŏr, făbrĭcātŏr. Dŏlīs īnstrūctūs ēt ărtĕ. Quī dīrūm nĕfās īn pēctŏrĕ vērsăt. Dŏlōs, *vel* fraūdēs īn pēctŏrĕ vērsāns. Dŏlōs īn cōrdĕ, ănĭmō vērsāns, vŏlūtāns, ăgĭtāns. Nōn vĕrĭtūs fāllĕrĕ dēxtrās. Dēcĭpĕre ēt sŏcĭōs gaŭdēns, ēt fāllĕre ămīcōs. Pērfĭdă līnguă. Fīctō pēctŏrĕ, mēndācī ŏrĕ dŏlōs mĕdĭtāns. Dīrūm nĕfās īn pēctŏrĕ vērsāns, tĕgēns, vēlāns, dīssĭmŭlāns. VERS. (*Dido Æneæ perfidiam exprobrans.*) Nĕc tē nōstĕr, ămŏr, nĕc tē dătă dēxtĕră quōndăm, Nĕc mŏrĭtūră tĕnēt crūdēlī fūnĕrĕ Dīdō? V. *Mendax, Fallax, et Fraus.*

Digitized by Google

pĕrfŏdĭo, fōdī, fossūm. *Pĕrfŏdĭūnt ălĭi pŏrtās, &c.*——Sil. SYN. Fŏdĭo, cōnfŏdĭo, trānsfŏdĭo, pĕrfŏro, pĕrfringo, ăpĕrio: intĕrĭōră rīmŏr.

pĕrfŏro, ās. *Lōrīcæquĕ mŏrās ĕt pĕctŭs pĕrfŏrăt ingēns*, Virg. Æn. 10, 485. SYN. Fŏro, fŏdĭo, ăpĕrio.

pĕrfringo, ēgi, āctūm. *Pinguĭă lētĭfĕrā pĕrfringĕrĕ cōllă bĭpēnnĕ*, Val. 1, 192. SYN. Effringo, rūmpo, frāngo. V. *Frango.*

pĕrfŭgĭūm. *Præsĭdĭūm rēgēs ipsi sibi pĕrfŭgĭūmquĕ*, Luc. 5, 1108. SYN. Prŏfŭgĭūm, rĕfŭgĭūm, pōrtŭs, ăsȳlūm, sōlātĭūm. EPITH. Tūtūm, sēcūrūm, quĭētūm, plăcĭdūm, faūstūm, fēlix, ōptābĭlĕ. PHR. Tūtŭs lŏcŭs. Tūtă sēdēs. Stătĭo grātissĭmă.

'pĕrfūndo, fūdī, fūsūm.——*Vīsisque ănĭmōs pĕrfūdĕrăt ārdēns*, Juv. SYN. Aspĕrgo, spārgo, īrrĭgo, rĭgo, īrrŏro. V. *Rigo.*

pĕrfūsŭs. *Cōcȳtă pĕrfūsŭs ăquā nām spīrĭtŭs ēxtrā*, P. A. SYN. Aspērsŭs, spārsŭs, rĭgātŭs.

Pērgămă, ōrūm. *Sāt pătrĭæ Prĭămōquĕ dătūm: si Pērgămă dēxtrā*, Virg. Æn. 2, 291. EPITH. Āltă, Nēptūnĭă, Phœbēă, *quia à Neptuno et Phœbo extructa:* Dārdănă, ārdŭă. V. *Troja.*

pērgo, pērrēxi. *Pērgĭtĕ Pĭĕrĭdēs, Chrŏmĭs, &c.* Virg. Ecl. 6, 13. SYN. Pērsĕvēro, pērsto, pērsisto, nōn cēsso, nōn intērmitto, cōntĭnŭo, *vel* ēo, tēndo. PHR. Pērgĕrĕ ĭtĕr pĕr mărĕ. Ordĭnĕ cūnctă sŭō pērgo. Cœptis ĭnhærērĕ, ăd fīnēm dēdūcĕrĕ. Prŏpŏsĭtūm ūrgērĕ. VERS. Mactĕ nŏvă virtūtĕ, pŭĕr, sic ītŭr ăd āstră. Quō pĕdĕ cœpisti, sic bĕnĕ sēmpĕr ĕās. Nōn bĕnĕ qui cœpit sēd qui bĕnĕ pērstĭtĭt, ēt qui Pērtĭgit ăd mētăm, dōnātŭr hŏnōrĕ cŏrōnæ.

pĕrhĭbĕo. *Sī mŏdŏ quŏd pĕrhĭbēs, pătĕr ēst, &c.* V. SYN. Dico, nārro, rĕfĕro, mĕmŏro, cōmmĕmŏro. V. *Dico, Narro.*

pĕrhōrrĕo, *vel* pĕrhōrrēsco, ŭi. *Mājōrūmquĕ fămēs, jūrĕ pĕrhōrrŭi.* (Chor.) V. *Timeo, Horreo.*

pĕrīclĭtŏr, āris. *Pĕrīclĭtātŭr căpĭtĕ Sōtădēs nōstĕr.* (Scaz.) Mart. 6, 26. SYN. Explōro, tēnto, prŏbo. PHR. Pĕrīcŭlūm făcĭo, *vel* discrīmĕn ădĕo, sŭbĕo. In discrīmĭnĕ, intĕr pĕrīcŭlă vērsŏr. Prŏpĭōrĕ pĕrīclō prĕmŏr, ūrgĕŏr, cōnflīctŏr. Mĕ ōffĕro, ēxpōno, ōbjĭcio pĕrīclis. Căpŭt ōbjēcto pĕrīclis. Mĕ in ăpērtă pĕrīcŭlă mitto, prōjĭcio. Insĭdĭis hŏmĭnūm pĕlăgiquĕ lăbōro. Fătă mĕă in præcēps mitto. Fōrtūnām pĕr sūmmă pĕrīcŭlă ēxērcĕo. V. *post Periculum.*

pĕrīcŭlōsŭs. *Hōc vāldĕ vĭtĭūm pĕrīcŭlōsum ēst*, (Phal.) Mart. 3, 5. PHR. Pĕrīclis ōbjēctŭs.

pĕrīcŭlūm. *Quis tĕ nātĕ dĕā, pĕr tāntă pĕrīcŭlă, cāsŭs*, Virg. Æn. 1, 615. SYN. Pĕrīclūm, discrīmĕn, ălĕă, cāsŭs. EPITH. Sævūm, dŭbĭūm, ancēps, fūnēstūm, ēxĭtĭālĕ, hōrrēndūm, præsēns, tĭmēndūm, sĭnistrūm, flēbĭlĕ, tristĕ, ingēns, inēxtrīcābĭlĕ, impēndēns, ĭnēvĭtābĭlĕ, ĕxhaūstūm, cērtūm, ăpērtūm. PHR. Dŭbĭi cāsūs. Dŭbĭă sōrs. Ancēps fōrtūnă. Instāntĭă fātă. Instāntis præsāgĭă mōrtis. Intĕr vitæ mōrtisquĕ vĭās. Pĕlăgi cœliquĕ mĭnæ. Pĕlăgō ĕxhaūsti, tērrāquĕ lăbōrēs. Mĭnācēs insĭdĭæ, cāsūsquĕ grăvēs, dŭbĭiquĕ lăbōrēs. Vărĭi cāsūs, millĕ ēt discrīmĭnă rērūm. VERS. Vītă lăbōrĭfĕris circūm vāllātă pĕrīclis. Et măris, ēt cæcæ cæcă pĕrīclă vĭæ. Exĭtĭālĕ tĭbi fōrtūnă pĕrīclis intēntăt. Quæcūnque æquŏr hăbĕt, quæcūnquĕ pĕrīcŭlă tēllūs. Tōtquĕ măris, vāstæque ĕxhaūstă pĕrīcŭlă tērræ. Pĕr vărĭōs cāsūs, pĕr tōt discrīmĭnă rērūm, Tēndĭmŭs in Lătĭūm. Nēc quæ circūmstēnt tĕ deindĕ pĕrīcŭlă cērnis. Mĕtŭēndă pĕrīcŭlă sūrgūnt Undĭque, ēt impŏsĭti rădĭānt cērvīcĭbŭs ēnsēs.

*pericula subire.* PHR. Exhaūrīrĕ. Pĕrīcŭlis jāctāri, ēxērcēri. Vărĭis cāsĭbŭs ūrgēri, prĕmi, ăgĭtāri. Prŏpĭōrĕ pĕrīclō cōnflīctāri, prĕmi, ūrgēri, in discrīmĭnĕ, intĕr pĕrīcŭlă vērsāri. V. *Periclitor.*

*pericula adire.* PHR. Pĕrīcŭlă prōvŏcārĕ. Nīl tĭmērĕ. Discrīmĕn ădīrĕ, sŭbīrĕ. Căpŭt ōffērrĕ, ōbjĭcĕrĕ, ōbjēctārĕ pĕrīclis. Sĕ ōffērrĕ pĕrīclis. Cōrpŭs in ăpērtă pĕrīcŭlă mittĕrĕ, prōjĭcĕrĕ. VERS. Fōrtūnāmquĕ sŭām pĕr sūmmă pĕrīcŭlă gaūdēns Exērcēt. Fātă sŭa in præcēps mittit. Prō tĕ vĕl răpĭdās aūsim măris īrĕ pĕr ūndās, Advērsis hȳbērnă lĭcēt tŭmĕānt frĕtă vēntis: Prō tĕ vĕl sōlŭs dēnsis ōbsistĕrĕ tūrmis, Ætnææ cōrpŭs prō tĕ cōmmittĕrĕ flāmmæ. Mĕ sĭnĕ prīmă mănū tēntārĕ pĕrīcŭlă bēlli.

Pĕrillŭs. *ēt Phălăris taūrō vĭŏlēnti mēmbră Pĕrilli Tōrrŭit*, Ov. A. A. 1, 653. *Atheniensis faber ingeniosus, qui Taurum æneum, ut Phalaridis crudelitati obsecundaret, eâ arte fabricavit, ut in illum conjecti, voces tauri mugientis*

Digitized by Google

*instar emitterent. Cum autem amplam inde mercedem speraret, ipse, Tauro inclusus, hanc pœnam primus expertus est.* V. *Phalaris.* EPITH. Vĭŏlēntŭs, īnfēlix, sævŭs, dīrŭs, fĕrŭs, fĕrōx, īngĕnĭōsŭs, mĭsĕr. PHR. Īnfēlix aūthŏr, quī pĕrĭt ārtĕ sŭā. Quī fīcti Mūgĭt ōrĕ bŏvĭs. Taūri fābrĭcātŏr ăhēnī. Ŏpĭfĕx taūri, tōrmēntōrūmquĕ rĕpērtŏr. VERS. Claūsūs bŏvĕ mūgĭt ăhēnō Īnfēlix fābĕr.

pĕrĭmo, ēmi, ēmptūm. *Săcrĭlĕgæ pĕrĭmūnt pĕrque ōs,* &c. Ov. Met. 11, 41. SYN. Īntĕrĭmo, īntērfĭcio, ŏccīdo, nĕco. V. *Occido, à cædo.*

pĕrīndĕ. *Tūrtŭr ĕt āccēdĭt mŏrĭēnsquĕ pĕrīndĕ cŏlūmbīs,* M. SYN. Pārĭtĕr, æquĕ.

pĕrĭtĭă. *īllinc dīvērsō nŏcĭtūră pĕrĭtĭă frūctū,* V. SYN Prūdēntĭă: scĭēntĭă, ārs.

pĕrĭtŭs. *Mōntĭbŭs hæc vēstris, sōli cāntārĕ pĕrītī,* Virg. Ecl. 10, 32. SYN. Dŏctŭs, scĭēns, gnārŭs, haūd īgnārŭs, prūdēns. V. *Doctus.*

pĕrjūrĭūm. *Lāŏmĕdōntēæ lŭĭmŭs pĕrjūrĭă Trōjæ,* Virg. Geo. 1, 502. EPITH. Īmpĭūm, hōrrēndūm, fœdūm, tūrpĕ, dŏlōsūm, ēxecrāndūm. PHR. Pĕrjūră dīctă, vērbă. V. *Perfidia, Mendacia, Fraus.*

pĕrjūrŭs. *Pērjūrīque ārtĕ Sĭnōnis,* Virg. Æn. 2, 195. V. *Perfidus.*

pērmănĕo, mānsi. *Nōstrăquĕ nōnnūllis pērmănĕt aūră lŏcis,* Prop. 3, 12, 8. SYN. Mănĕo, pērsto.

pērmāno, ās. *Pērmānāre ănĭmūm nōbis pĕr mēmbră sŏlērĕ,* Luc. 3, 699. SYN. Māno, īnflŭo, pērvādo.

pērmitto, mīsi, mīssūm.——*Sŭō Cæsăr pērmīsĭt ĕphēbō,* Mart. 9, 37, 3. SYN. Cōncēdo, sino, pătĭŏr, dŏ, īndūlgĕo. PHR. Pŏtēstātēm, lĭcēntĭām, cōpĭām, vĕnĭām dō, trĭbŭo, cōncēdo, lārgĭŏr. VERS. Cūr dēxtræ cōnjūngĕrĕ dēxtrām Nōn dătŭr? Sī quā fātă sĭnūnt. Cuī tāntă Dĕō pērmīssă pŏtēstās? Cōrām dătă cōpĭă fāndi. V. *Licet.*

pērmŏvĕo, mōvi, mōtūm. *Dŏctrīnă sēd vim prōmŏvĕt īnsĭtām,* [Alcaic.] Hor. Od. 4, 4, 34. SYN. Mŏvĕo, cōmmŏvĕo, ăgito.

pērmōtŭs. *Cūm mărĕ pērmōtūm vēntis rŭit īntŭs ărēnām,* Lucr. 6, 726. SYN. Mōtŭs, cōmmōtŭs, ăgĭtātŭs.

pērmūlcĕo, si. *Tērquĕ mănū pērmūlsit ĕūm,* Ov. F. 4, 551. SYN. Mūlcĕo, mītigo, mōllio, lēnio, plāco.

pērmūto, ās. *Vīrŭs ŭt hōc ălĭō fāllāx pērmūtĕt ŏdōrĕ,* Mart. 6, 93, 7. SYN. Mūto, cōmmūto.

pērnĭcĭēs, ĭēi. *Pērnĭcĭēs, ĕt tēmpēstās, bărăthrūmquĕ mācēllī,* Hor. Ep. 1, 15, 34. SYN. Ēxĭtĭūm, dētrīmēntūm, dāmnūm, clādēs, rŭīnă. EPITH. Grăvis, trīstis, ēxĭtĭōsă, mĕtŭēndă, flēbĭlis, lacrўmābĭlis, lāmēntābĭlis, īngēns, īnfāndă, ăcērbă, dūră. V. *Damnum.*

pērnĭcĭōsŭs. *ōbsēquĭūm vēntrĭs mĭhĭ pērnĭcĭōsĭŭs ēst cūr,* Hor. Sat. 2, 7, 104. SYN. Dāmnōsŭs, ēxĭtĭōsŭs, ēxĭtĭālis, ēxĭtĭābĭlis, fātālis. PHR. Ēxĭtĭūm, strāgēmquĕ fĕrēns. Nōstri māxĭmă caūsă mălī.

pērnĭcĭtĕr. *Sic cērtĕ, vidēn, ŭt pērnĭcĭtĕr ēxĭlŭērĕ?* Catul. 60, 8. SYN. Prŏpĕrĕ, ōcўŭs, lĕvĭtĕr.

pērnix, īcis. *Prŏgĕnŭĭt pĕdĭbŭs cĕlĕrem ĕt pērnĭcĭbŭs ālis,* Virg. Æn. 4, 180. PHR. Cĕlĕr, præpĕs, cĭtŭs.

pēro, ōnis. *Īnstĭtŭērĕ pĕdēs, crūdŭs tĕgĭt āltĕră pēro,* Virg. Æn. 7, 690. EPITH. Ālbŭs, vīlis, ābjēctŭs, rūstĭcŭs, sōrdĭdŭs. VERS. Crūdŭsque ŏpĕrit vēstĭgĭă pēro.

pērōsŭs. *īnsōntēs pĕpĕrērĕ mănū lūcēmquĕ pērōsi,* Virg. Æn. 6, 435. SYN. Ŏsŭs, ēxŏsŭs, āvērsātŭs.

pērpēs, ĕtis. *Spōndēt sălūtēm pērpĕtēm crēdēntĭbŭs,* Prud. Per. 10, 470. SYN. Īntĕgĕr, *vel* pērpĕtŭŭs.

pērpĕtĭŏr, ĕris. *in tērrāquĕ pătrĭs cūr tēlūm pērpĕtĭūntŭr,* Lucr. 6, 397. SYN. Pătĭŏr, pērfĕro, tŏlĕro, fĕro. V. *Patior.*

pērpetro, ās. *Plaut.* SYN. Patro, ădmitto, cōmmitto, făcio.

pērpĕtŭō. *Pērpĕtŭōquĕ vĭrēns būxus,* Ov. M. 10, 97. SYN. Sēmpĕr. V. *Semper.*

pērpĕtŭŭs. *ăd mĕă pērpĕtŭūm dēdūcĭtĕ tēmpŏră cārmĕn,* Ov. Met. 1, 4. SYN. Pērpēs, pĕrēnnis, ætērnŭs, jūgis, cōntĭnŭŭs, āssĭdŭŭs. PHR. Īmmūnis fātī. Fātō mājŏr. Sēmpĕr, *vel* ætērnūm mănēns, flōrēns. Nūllō pērĭtūrŭs ævō. VERS. Mŏnŭmēntum ærĕ pĕrēnnĭŭs. Ŏpŭs quŏd nĕc Jŏvis iră nĕc īgnēs, Nĕc pŏtĕrit fērrūm, nĕc ĕdāx ăbŏlērĕ vĕtūstās. V. *Æternus.*

pērplēxŭs. *Pērplēxūm ĭtĕr ōmnĕ rĕvōlvēns,* Virg. 9, 391. SYN. Īnvŏlūtŭs, īmplĭcĭtŭs, dŭbĭŭs, ăncēps. V. *Dubius.*



Digitized by Google

‖ pĕrpŏlio, is, ii, itŭm. SYN. Pŏlio, expŏlio, *vel* absŏlvo, perficio.

pĕrrŭmpo, rūpi, rūptŭm. *Sī quā tēctam ăciēm pōssint pērrūmpĕrĕ*, Virg. 9, 513. SYN. Rŭmpo, frăngo: viŏlo. V. *Frango.*

pĕrquiro, sivi, sitŭm. *Cādmō pērquīrĕrĕ rāptām*, Ov. Met. 3, 3. SYN. Exquiro, inquiro, vēstigo, indāgo, scrūtŏr, rimŏr.

Pĕrsæ, ārŭm. *Pērsārŭm stătŭit Băbylōnă Sēmīrămis ūrbēm*, Prop. 3, 11, 21. SYN. Ārsăcidæ, Ăchēmĕnĭi, *ab Arsace et Achemene Regibus.* EPITH. Phărĕtrāti, ăntiqui, pŏtēntēs, fōrtēs, măgnănimi, săgittifĕri, făllācēs, vānĭlŏqui, &c. PHR. Tēlis ărcūquĕ pŏtēntēs. Pūgnāntēs vērsă pōst sŭă tērgă mănū, *ut Parthi.*

pĕrscrūtŏr, āris. *Nēc pērscrūtāri prīmōrdĭă singŭlă quæquĕ*, Lucr. 2, 165. SYN. Scrūtŏr: pĕrquiro.

pĕrsĕquŏr, ĕris, sĕcūtŭs. *Pērsĕquitŭr vitem āttōndēns, fingitquĕ pŭtāndo*, Virg. Geo. 2, 407. SYN. Insĕquŏr, insēctŏr, cōnsēctŏr, ūrgĕo, insto, *vel* prōgrĕdiŏr, pĕrgo, pĕrsisto. V. *Pergo.*

pĕrsĕvēro, ās. *Pōst mānēs tŭmŭlŭmquĕ pĕrsĕvērĕt*, (Phal.) Mart. 8, 39, 5. SYN. Pērsto, pērsisto, pĕrgo. V. *Pergo.*

Pĕrsēŭs, *vel* Pĕrseŭs, *dissyl.* ĕi, *vel* ĕŏs. *acc.* ĕă. *Pērsĕŏs ăĕrĭi plāntārĭă*, Val. 1, 68. *Jovis filius ex Danaë, Acrisii Regis Argivorum filiâ. Cùm Danaës pater munitissimæ turri inclusisset, Jupiter assumptâ imbris aurei specie, aditum sibi fecit, unde natus Perseus: qui adultus Andromedam, occiso monstro cui exposita erat, duxit uxorem. Caput postea Medusæ Gorgonis amputavit, ostensoque illo capite serpentigero, hostes in saxa vertebat. Cùm Andromedam liberavit, Pegaso equo alato vectus erat. Cùm verò Medusam interfecit, ægide Palladis, et talaribus Mercurii, atque ense falcato erat armatus.* EPITH. Aūrigĕnă, aūrĕŭs, cĕlĕr, Inăchiŭs, fĕrōx, fūlgēns, pēnnifĕr, præpēs, pēnnipēs, ālēs, ālātŭs, inclytŭs. SYN. Inăchidēs, Ābāntiădēs, *ab Inacho et Abante Argivis Regibus Danaës proavis.* Ācrisiŏniădēs. PHR. Jŏvĕ nātŭs. Mĕdūsæ victŏr. Dănăēă prŏpāgo. Dănăēiă prōlēs. Intērfēctŏr ăvi, Qui Gŏrgŏnă vicit. Tēlă hōrrēntiă quāssāns. VERS. Gōrgŏnis ănguicŏmæ Pērseŭs sŭpĕrātŏr, ĕt ālis Æthĕriās aūsŭs jāctātis irĕ pĕr aūrās, ănguicŏmām præsēctō Gōrgŏnă cōllō Victŏr hăbĕt.

‖ pĕrsisto, stiti. SYN. Pērsto, pĕrgo, pĕrsĕvēro.

pērsŏlvo. *Grātēs pērsŏlvĕrĕ dignās*, Virg. 1, 605. SYN. Sŏlvo, pēndo, rĕddo.

pērsōnă. *Pērsōnām căpiti dētrāhāt illă tŭō*, Mart. SYN. Lārvă. EPITH. Vānă, fālsă, făllāx, mēndāx, insidiōsă, dŏlōsă, dĕfōrmis, hōrridă, tērribilis, tērrifică, ūmbrātilis. PHR. fictă, cōnfictă, făciēs, spĕciēs.

pērsōnātŭs. *Quō pērsōnātŭs pāctō pătĕr, his ĕgŏ, &c.* Hor. Sat. 1, 4, 56. SYN. Lārvātŭs: pērsōnă indūtŭs.

pērsŏno, ās, sŏnŭi. *ēst mihi pūrgātām crēbrō qui pērsŏnĕt aūrēm*, Hor. E. 1, 1, 7. SYN. Sŏno, rĕsŏno, cōnsŏno, insŏno, sŏnŭm ēdo, ēmitto, ingĕmino, *vel* rĕmūgio, rĕbŏo.

pērspicio, spēxi, spēctŭm. *Pērspiciēmŭs, ĕt ŭndĕ quĕat*, Lucret. 1, 158. SYN. Inspicio, āspicio, āgnōsco, ōbsērvo. V. *Aspicio.*

pērspicŭŭs. *Prōdăt pērspicŭŭs nē dŭŏ vină călix*, Mart. 4, 86. SYN. Āpērtŭs, mănifēstŭs, clārŭs, limpidŭs, pēllūcidŭs, vitrĕŭs, nitidŭs.

pērsto, ās, stiti. *Pērsta ătque ōbdūrā, seū rūbră, &c.* H. S. 2, 5, 39. SYN. Pērsisto, pĕrgo, *vel* stō, hærĕo.

pērstrĕpo, pŭi. *Rūmŏr in ārcānā jāmdūdŭm pērstrĕpit aūlā*, Stat. Achil. 2, 17. Strĕpo, strĕpito.

pērsuādĕo, suāsi. *Quis tibi pērsuāsit nārēs ābscindĕrĕ mæchō?* Mart. 3, 85. SYN. Suādĕo, ēxcito, impēllo, indūco. PHR. In mēntēm indūco. Fidēm făcio.

pērtērritŭs. *Vēlŭti pērtērrită cērvă*, Ov. M. 11, 771. SYN. Tērritŭs, āttōnitŭs, stŭpĕfāctŭs.

pērtică. *Pērtică dăt plēnis immitiă vūlnĕră rāmis*, Ov. Nux, 68. SYN. Stipēs, băcūlŭs. EPITH. Lōngă, ōblōngă, tĕrēs, dūră, firmă, nōdōsă, rēctă.

pērtimēsco, mŭi. *Cūrrĕrĕ, nēc lōngās pērtimŭissĕ viās*, Mart. 6, 43, 8.

pērtinăx, ăcis. *Quōd mūtāntiă frōntĕ pērtinăci*, (Phal.) Mart. 5, 12, 1. SYN. Ōbstinātŭs, pērvicāx, tĕnāx, cōnstāns, immōtŭs, immōbilis. PHR. Ōbtūsă gĕrēns pēctŏră. Mēns nēsciă flēcti. Mēns immōtă mănĕt. VERS. Lūdum insŏlēntēm lūdĕrĕ pērtinăx.

**pērtĭnācĭă.** *Tū pērtĭnācĭam ēsse, Ārchĭlŏche, hānc prædĭcās,* (Iamb.) SYN. Pērvĭcācĭă, ōbstĭnātĭo. PHR. Mēns, vŏlūntās ōbfīrmātă. Tĕnāx sēntēntĭă.

**pērtĭnĕo.** *Quōrsūm pērtĭnŭĭt stĭpārĕ Plūtōnă Mĕnāndrō,* Hor. Sat. 2, 3, 11. SYN. Āttĭnĕo, spēcto, *vel* pērtingo, pērvādo.

**pērtūrbo, ās.** *Pērtūrbātŭr ĭbi tōtūm jām cōrpŭs,* Lucr. 4, 667. SYN. Tūrbo, cōmmŏvĕo, cōnfūndo, miscĕo.

**pērvādo, ĭs, si.** *Cōncēptūm sūmmum ætātĭs pērvādĕrĕ flōrēm,* Luc. 1, 556. SYN. Āccēdo, pērtingo, cōntingo.

**pērvĕnĭo, vēni.** *Pērvĕnĭt, ēt victōr præmĭă plūră rĕfērt,* Mart. 11, 34, 2. SYN. Dēvĕnĭo, tāngo, āttingo, pērtingo, āccēdo, tĕnĕo. V. *Advenio.*

**pērvērsŭs.** *Ōmnĭă pērvērsā præpŏstĕră sūnt rătĭōnĕ,* Lucr. 4, 931. SYN. Īmprŏbŭs, pērdĭtŭs, nēquām. V. *Sceleratus.*

**pērvĭcāx, ācis.** *Fās pērvĭcācēs ēst mĭhi Thȳădās,* (Alcaic.) Hor. Od. 2, 19, 9. SYN. Pērtĭnāx. V. *suprà.*

**pērvĭgĭl, ĭlĭs.** *Āntĕ mĕōs ŏcŭlōs pērvĭgĭl ānguĭs ĕrăt,* Ov. Ep. 12, 60. SYN. Vĭgĭl, vĭgĭlāns, sēdŭlŭs, ācĕr.

**pērvĭŭs.** *Dŏmŭs nōn ūllī pērvĭă vēntō,* Ov. M. 1, 762. SYN. Pĕnĕtrābĭlĭs, āpērtŭs, pătēns. PHR. Quō ēst ādĭtŭs. Quō pĕnĕtrārĕ dătŭr. VERS. Īnvĭă vĭrtūti nūlla ēst vĭă.

**pērvŏlĭto.** *Ōmnĭă pērvŏlĭtāt lātē lŏcă, &c.* Virg. Æn. 8, 24. SYN. Pērvŏlo, *vel* lūstro, ēxplōro.

**pērūro, ĭs, ūssi, ūstūm.** *Vălĭdōquĕ pĕrūrĭmŭr æstū,* Ov. A. Am. 3, 541. SYN. Ēxūro, ūro.

**pēs, pĕdĭs.** *Mētīri sē quēmquĕ sŭō mŏdŭlo āc pĕdĕ, vērum ēst,* Hor. Ep. 1, 7, 98. SYN. Plāntă. EPITH. Tĭtŭbāns, văcĭllāns, tĕnĕr, vēlōx, tārdŭs, lēntŭs, fīrmŭs, āgĭlĭs, cĕlĕr, vŏlŭcrĭs. PHR. Fīgēns vēstĭgĭă. VERS. Āgĭlēs fērt āmŏr ipsĕ pĕdēs. Lāpsă flŭāt nĭvĕōs vēstĭs ādūsquĕ pĕdēs. Īmpĕdĭūnt tĕnĕrōs vīncŭlă nūllă pĕdēs. Ērrāmŭsquĕ văgō pēr lŏcă săcră pĕdĕ. Flūxēre intĕrĕā pĕdĕ tēmpŏră lāpsă fŭgāci.

**pēstĭfĕr, ă, ūm.** *Hīnc hŏmĭnūm pĕcŭdūmquĕ lŭēs, hīnc pēstĭfĕr āēr,* Claud. SYN. Cōrrūptŭs, vĭtĭātŭs, pēstĭlēns, lēthālĭs.

**pēstĭlēns.** *Nēc pēstĭlēntēm sēntĭēt Āfrĭcūm,* (Alcaic.) Hor. Od. 3, 23, 5.

**pēstĭlēntĭă.** *Rĕgĕlārĕ nēc tē pēstĭlēntĭă pŏscĭt.* (Scaz.) V. *Pestis.*

**pēstis.** *Pēstĭs ēt īră Dĕūm Stўgĭīs sēse ēxtŭlĭt ūndĭs,* Virg. Æn. 3, 215. SYN. Lŭēs, cōntāgĭă, ōrūm, cōntāgĭo, *vel* pērnĭcĭēs, ēxĭtĭūm, lābēs, rŭīnă. EPITH. Īgnĕă, fērvĭdă, Stўgĭă, tristĭs, ăcērbă, dīră, lēthālĭs, mōrtĭfĕră, fœdă, Lēthæă, crūdēlĭs, răbĭdă, nŏxĭă, īnfēstă, īnĭmīcă, mălīgnă, tērrĭbĭlĭs, mĕtŭēndă, grāssāns, sērpēns, īmmĕdĭcābĭlĭs, pērnĭcĭōsă, ēxĭtĭōsă, ārdēns, lĭvĭdă, lūrĭdă, tētră, cōntāgĭōsă, flŭĭdă, sævă, mŏlēstă, īmpōrtūnă. PHR. Dīră lŭēs. Sævi cōntāgĭă mōrbi. Lēthālĭs flāmmă. Lēthĭfĕr æstŭs. Pēr ūrbēs grāssāns. Pēr ūrbēs ērrāns. Pēr ōmnĭă vīscĕră sērpēns. Tōtō dēscēndēns cōrpŏrĕ. Lătēns īntĕrĭōrĕ mĕdūllā. Sĭngŭlă fālcĕ mĕtēns sānguĭnĕā. Sævō vĭŏlēntă vĕnēnō. Vĭdŭāns cīvĭbŭs ūrbēs, ātquĕ ārvă cŏlōnĭs. VERS. Dīră lŭēs quōndām Lătĭās vĭtĭāvĕrăt aūrās. Pāllĭdăque ēxāngui squālēbānt cōrpŏră mōrbō. Tābĭdă mēmbrĭs, Cōrrūptō cœli trāctū, mĭsĕrāndăquĕ vēnit Ārbŏrĭbūsquĕ sătĭsquĕ lŭēs, ēt lēthĭfĕr ānnŭs. Sȳlvĭsque, āgrĭsquĕ, vĭīsquĕ Cōrpŏră fœdă jăcēnt, vĭtĭāntŭr ŏdōrĭbŭs aūræ Mē crŭcĭāt sævō pēstis vĭŏlēntă vĕnēnō. Dīră pēr încaūtūm sērpūnt cōntāgĭă vŭlgŭs. Īndĭgnās prĕmĕrēt pēstis cūm tābĭdă faūcēs. Cōncĭdĕre īnfēlix vălĭdōs mīrātŭr ărātŏr Īntĕr ŏpŭs taūrōs, mĕdĭōquĕ rĕcūmbĕrĕ sŭlcō. Seū dīră pĕr ōmnēs Mānārēnt pŏpŭlōs sævi cōntāgĭă mōrbi. Sēd ēt āctă mĕdūllĭs Jāmdūdum, ēt mĭsĕrōs pĕnĭtŭs cŏquit īntĭmă pēstĭs, ēst (*id est, edit*) fūrtim lēntō dūrāntĭă tābō Vīscĕra, ēt ēxūrit sīccātās sānguĭnĕ vēnās. Ēt lēntā cōrpŏră tābē Cōrrĭpit ēxūstĭs lēthālĭs flāmmă mĕdūllĭs. Jŭvĕnēsquĕ sĕnĭbŭs jūngit, ēt nātĭs pātrēs Fūnēstă pēstĭs. Dēēst tērră tŭmŭlĭs, tūm rŏgōs sȳlvæ nĕgānt: Nōn vōtă, nōn ārs ūllă cōrrēptōs lĕvānt. Nēc lŏcŭs īn tŭmŭlōs, nēc sūffĭcit ārbŏr īn īgnēs. Tūrbāquĕ cădēntūm Aūctă lŭēs, dūm mīstă jăcēnt īncōndĭtă vĭrĭs Cōrpŏră.

## *PESTE CORREPTORUM DESCRIPTIO.*

Viscera torrentur primò, flammæque latentis
Indicium rubor est, et ductus anhelitus ægrè.



Digitized by Google

Aspera lingua tumet, trepidisque arentia venis
Ora patent, auræque graves captantur hiatu.
Non stratum, non ulla pati velamina possunt:
Tantaque sunt miseris invisi tædia lecti,
Prosiliunt, aut, si prohibent consistere vires,
Corpora devolvunt in humum, fugiuntque penates
Quisque suos, sua cuique domus funesta videtur.
Aspiceres flentes alios, terrâque jacentes,
Lassaque versantes supremo lumina motu;
Membraque pendentis tendunt ad sidera cœli,
Hìc, illic, ubi mors deprenderat, exhalantes. Ov. Met. 7, 554.

pĕtītŏr, ōris. *Clārŭs Hĭăntēæ stēllă pĕtītŏr ăquæ*, Mart. 12, 3, 12.

pĕtītŭs. *ipsă pĕtītă lăcū nūnc mihi dūlcis ăqua ēst*, Prop. 2, 23, 2. SYN Quæsītŭs, *vel* pĕrcūssŭs.

pĕto, īvi, et ii, ītūm. *ēxtērnā pĕtītūr dē gēntĕ Lătinis*, Virg. Æn. 7, 367. SYN. Pōstŭlo, pōsco, ēxpōsco, dēpōsco, quæro, rŏgo, flāgito, ēflāgito, ēxigo, *vel* vĕrbĕro, cædo, pĕrcŭtio, *vel* ĕo, vādo, prŏficiscŏr, *vel* sciscitŏr, pērcōntŏr. V. *Oro*, *Precor*, *Posco*.

petră. *Frētŭs ămœ̄nĕ pĕtræ, cāstris ĕt pērvigil ārmis*, Prud. SYN. Sāxūm, rūpēs.

S. Pētrŭs. *Apostolorum Princeps, vocatus antea Cephas. Romæ cruci affixus est, capite deorsum verso, eâdem die quâ S. Paulus martyrium ibi passus est.* EPITH. Īdūmæŭs, clāvigĕr, hāmigĕr, sānctŭs, pŏtēns, fācūndŭs, disērtŭs. PHR. Āpōstŏlici cœtŭs princēps, căpŭt. Clāvigĕr æthĕrĭŭs, Bēthsāidĕ nātŭs. Cœlōs qui clāvĕ reclūdit. VERS. Āltĕr ĕrāt sĕniŏr cui cāndidă mēntō Cānitĭēs, gĕminæquĕ micānt in pēctŏrĕ clāvēs.

pĕtŭlāns.——*sēd sūm pĕtŭlāntĕ splēnĕ căchīnnō*, Pers. 1, 12. SYN. Pĕtūlcŭs, prŏtērvŭs, lāscivŭs, impŭdēns, aūdāx.

pĕtŭlāntiă. *Tē nōn ūllă mĕæ læsit pĕtŭlāntiă linguæ*, Prop. 1, 16, 37. SYN. Prŏtērviă, prŏcācitās.

pĕtūlcŭs.——*ătque ŏvēs hædiquĕ pĕtūlci*, Virg. Geo. 4, 10. SYN. Pĕtŭlāns.

Phædră. *His Phædrām, Prŏcrinquĕ lŏcis, &c.* Virg. Æn. 6, 445. *Minois Regis Cretæ et Pasiphaës filia. Cùm Theseo nupsisset, privignum Hippolytum adulterii tentati falsò accusavit.* EPITH. Scĕlĕrātă, Crētēnsis, Minōiă, Gnōsiăcă, *à Gnoso urbe Cretæ*. Thēsēă, fūnēstă, incēstă. VERS. Sprēvit Gnōsiăcæ tĕmĕrāriă vōtă nŏvērcæ Hippŏlўtŭs. V. *Hippolytus*.

Phăĕtōn, ōntis. *Aūrōrām Phăĕtōntĭs ĕqui jām lūcĕ, &c.* Virg. Æn. 5, 105. *Solis et Clymenes filius, qui à patre obtinuit, ut currum uno die regeret. Sed imperitiâ totum ferè mundum exussit: unde eum Jupiter fulmine in Padum fluvium dejecit.* SYN. Clўmĕnēiŭs, Clўmĕnēs pŭĕr. EPITH. Tĕmĕrārĭŭs, māgnănimŭs, infēlix, aūdāx, āmēns, stūltŭs, insānŭs, mălĕsānŭs, Hўpĕrīŏnĭŭs, *ab Hyperione, qui Solis pater, aut ipse Sol;* dēvĭŭs, āmbūstŭs, ēxūstŭs, cōmbūstŭs, ignārŭs, impĕrītŭs, misĕr, imprūdēns, incōnsūltŭs. PHR. Clўmĕnēiă prōlēs. Phœbō, Sōlĕ nātŭs. Infēlix cūrrūs aūrigă pătērni. Fūlminĕ pērcūssŭs, cōmbūstŭs. Pūlsŭs ăb ēxcēlsō Phăĕtōn tĕmĕrārĭŭs āxĕ. Tĕmĕre ōptātōs qui mălĕ rēxit ĕquōs. VERS. Stūltŭs flāmmigĕrōs ōptāvit tāngĕrĕ cūrrŭs. Pātriis ēxcidit āltŭs ĕquis. Dēvĭŭs ērrāntēs Phăĕtōn cōnfūndit hăbēnās. Phœbēō Clўmĕnēs ērrāt in āxĕ pŭĕr. Āspicis aūrigām cūrrūs Phăĕtōntă pătērni Ignivŏmōs aūsūm flēctĕrĕ Sōlis ĕquōs. Māximă qui pōstquām tērris incēndiă spārsit, Ēst tĕmĕre infēlix lāpsŭs ăb āxĕ misĕr.

Phăĕtōntĭădēs, ūm. *Tūm Phăĕtōntĭădēs mūscō circūmdăt ămāræ*, Virg. Ecl. 6, 62. V. *Heliades*.

Phăĕtōntēŭs, ă, ūm. *Dūm Phăĕtōntēā fōrmică văgātŭr in ūmbrā*, M. 6, 15, 1.

phălānx, āngis. *Prŏcĕrēs, Āgămēmnŏnĭæquĕ phălāngēs*, Virg. Æn. 6, 486. SYN. Lĕgio, āgmĕn, mănĭplŭs, cŏhōrs, cătērvă. V. *Acies militaris*, *Cohors*.

phălārică. *Cōntōrtă phălārică vēnit*, Virg. Æn. 9, 705. *Telum, cujus in summo ignis sæpe affixus erat, stuppâ circumdatus et sulphure ac pice oblitus, quo turres ligneas, quarum usus erat in bello, combureret.* EPITH. Vibrātă, mĕtŭēndă, cōntōrtă, lōngă, missilis, tĕrēs, fērrātă, ārdēns, flāmmĕă, flāmmātă. PHR. Mĕtŭēndă phălārică mūris. Immēnsō stridēt cōntōrtă phălārică nixū.

Phălăris, idis. *ūtquĕ fĕrōs Phălăris linguā priŭs ēnsĕ rĕsēctā, Mūrĕ bŏvis Phărĭō*

Digitized by Google

*claūsūs in ærĕ gĕmās*, Ov. in Ibin, 539. *Agrigentinorum Rex in Siciliâ, crudelitate infamis. Taurum habuit æneum, Perilli arte fabricatum, in quem immissus reus, igne subjecto, bovis mugitum imitabatur. Hanc pœnam primus expertus est Perillus, in inventionis mercedem. Ipse autem Phalaris in eundem taurum à subditis injectus est.* EPITH. Sĭcŭlŭs, trŭx, crūdēlis, fĕrōx, bārbărŭs, immitis, fĕrŭs, dīrŭs, immānis, atrōx, āspĕr, sævŭs, crŭēntŭs. PHR. Quī fālsūm lēntō tŏrrŭīt ignĕ bŏvĕm.

phălĕræ. *ŭt læti phălĕrĭs ōmnēs, ĕt tŏrquĭbŭs ōmnēs*, Juv. 16, 60. SYN. Ĕphippiă, ōrūm. EPITH. Nitēntēs, ĕquēstrēs, fŭlgēntēs, aūrātæ, ĭnaūrātæ, gēmmātæ, cŏrūscæ, splēndĭdæ, nōbĭlēs, ōrnātæ, dĕcōræ, rŭtĭlæ.

phălĕrātŭs. *Ter.* PHR. Phălĕris ōrnātŭs, dĕcōrŭs, insignis.

Phānæŭs. *Mons Insulæ Chiûs, vini optimi ferax.* Firmissimă vīnă, Tmōlŭs ĕt āssūrgit quĭbŭs, ĕt rēx ipsĕ Phānæŭs, Virg. Geo. 2, 98.

phānātĭcŭs. *Aŭt phānātĭcŭs ērrŏr, ĕt īrācūndă Dĭānă*, Hor. A. Poët. 454. V. *Furiosus.*

phāntāsmă, ătis. *Dēlūsōs fŭgiēns vānō phāntāsmătĕ tāctūs*, Alcim. 2, 68. SYN. Vīsūm, spēctrūm, fōrmă, spĕcĭēs, ĭmāgo. EPITH. Nōctūrnūm, mĕtŭēndūm, hōrrēndūm, ĭnānĕ, fāllāx, ūmbrātĭlĕ, văgūm, pāllēns, pāllĭdūm. PHR. Tăcitæ nōctis ĭmāgo. Văriās ĭmitāns fōrmās. Sōpitōs illūdēns sēnsūs. Mūltă mŏdis sĭmūlāchră vĭdēt vŏlĭtāntĭă miris. V. *Somnium.*

Phāōn, ōnis. *ārvă Phāōn cĕlĕbrăt*, Ov. Ep. 15, 11. EPITH. Pūlchĕr, fōrmōsŭs.

Phărāo, ōnis. *Dūxĭt ŏvāns lætās victō Phărāōnĕ chŏrēās*, P. *Nomen commune Regum Ægypti illi proprium qui Moysen per mare Rubrum persequens, cum exercitu aquis in se refluentibus submersus est.* SYN. Phărĭŭs tȳrānnŭs. EPITH. Sŭpērbŭs, dīrŭs, cæcŭs, impĭŭs, inhūmānŭs, crūdēlis, immitis, sævŭs, bārbărŭs, dūrŭs, inēxōrābĭlis, mērsŭs, dēmērsŭs, sūbmērsŭs, naūfrăgŭs, Phărĭŭs, Ægȳptĭŭs. PHR. Phărĭŭs rēx, tȳrānnŭs. Ăquis, ūndis sūbmērsŭs, ōbrŭtŭs. Sĕpūltŭs in æquŏrĕ. VERS. Dēmērso insignēm cĕcinit Phărāōnĕ trĭūmphūm Mōsēs.

phărĕtră. *Pārs lævēs hŭmĕrō phărĕtrās ĕt pēctŏrĕ sūmmō*, Virg. Æn. 5, 558. SYN. Cŏrȳtŭs. EPITH. Insignis, pictă, căpāx, sŏnāns, rēsŏnāns, lēvis, pēndēns, hăbĭlis, dĕcōră, aūrātă, grăvĭdă, Ămāzŏnĭă, sævă, grăvis, pēndŭlă, gēmmātă, vēnātrix, ēbūrnă, nitēns, Ăpōllĭnĕă, Crēssă, Gnōsĭă, Gōrtȳnĭă, Cȳdōnĭă, Scȳthĭcă, Lȳcĭă, Gĕtĭcă. PHR. Săgittis plēnă, grăvĭdă. Pūlsāns tērgă. Ēx hŭmĕrō sŏnāns, pēndēns, sūspēnsă. Cŏrȳtīquĕ lēvēs hŭmĕris, ĕt lēthĭfĕr ārcŭs. Dĕquĕ săgittĭfĕrā prōmpsit dŭŏ tēlă phărĕtrā.

phărĕtrātŭs.——*Lătŭs pūgnæ phărĕtrātă Cămillă*, Virg. Æn. 11, 649. SYN. Phărĕtrā sūccinctŭs, ārmātŭs.

phārmăcūm.——*Hŏmĭnūm mălă phārmăcă Sīmōn*, M. V. *Medicamen.*

Phărŏs, ī. *Pālmĭfĕrāmquĕ Phărōn*, Ov. Am. 2, 13, 8. *Insula juxta Alexandriam Ægypti urbem, ubi Turris erat altissima, cujus in fastigio faces noctu accendebantur, ut navigantum cursum regerent, quòd portus difficilem habebat accessum.* EPITH. Clāră, ēxcēlsă, nōctūrnă, Ptŏlĕmæă, nūdă. PHR. Nōctūrnă Phărŏs, cūjūs dĕ vērtĭcĕ lāmpās ārdĕt. Pēllæis prōximă mūris. VERS. Sēptimă nōx Zĕphȳrō nūnquām lāxāntĕ rŭdēntēs, Ōstēndit Phărĭis Ægȳptĭă littŏră flāmmis.

phăsēlŭs. *ĕt circūm pictis vĕhitŭr sŭă rūră phăsēlis*, Virg. Geo. 4, 289. SYN. Lēmbŭs, cȳmbă. V. *Cymba, Navis.*

Phāsĭānŭs. *Avis huc advecta ex Phaside fluvio Colchidis, quæ pars est Scythiæ. In hanc avem, ut fabulantur, Itys Terei et Prognes filius mutatus est.* EPITH. Scȳthĭcŭs, lēvis, Cōlchŭs, pĕrĕgrīnŭs, vŏlāns, pēnnĭgĕr, pēnnĭpŏtēns. PHR. Vŏlūcris Cōlchă, *vel* Cōlchis. Phāsĭdis ālēs. VERS. Ārgivă prīmūm sūm trānspōrtātă cărīnā, Āntĕ mĭhi nōtūm nil nisi Phāsis ĕrăt. (*Poëta Romanorum luxum notans*) Jām Phāsĭdis ūndă Ōrbāta ēst ăvĭbŭs.

Phāsis, is, *vel* idis. *Cōlchōrūm qui rūră sĕcăt dītissĭmă Phāsis*, Luc. 3, 271. EPITH. Pōntĭcŭs, *quia in Pontum illabitur*, līmōsŭs, nĭvōsŭs, fĕrŭs, hōrrĭdŭs, gĕlĭdŭs, răpĭdŭs, Scȳthĭcŭs, cœnōsŭs, bārbărŭs, āltŭs, āspĕr. PHR. Cōlchōrūm flŭvĭŭs, āmnis. Phāsĭdis ūndă, *vel* āmnis.

Phĕnĕŭs. *Arcadiæ lacus, cujus aquæ interdiu salubres, noctu autem perniciosæ sunt bibentibus.* Ēst lăcŭs Ārcădĭæ, Phĕnĕūm dīxērĕ priōrēs, Āmbĭgŭis spēctātŭs ăquis, quās nōctĕ timēto: Nōctĕ nŏcēnt pōtæ, sinĕ nōxā lūcĕ bĭbūntŭr, *Ov. M.* 15, 322.



Digitized by Google

Phidĭăcŭs. *Phidĭăcŭs signō sē Jūpĭtĕr ōrnăt ĕbŭrnō*, Prop. 3, 9, 15.

Phidĭās, æ. *Lȳsippi lĕgō, Phidiæ pŭtāvi*, (Phal.) Mart. 9, 46, 6. EPITH. Clārŭs, pĕrĭtŭs, illūstrĭs, inclȳtŭs, sŏlērs.

Phĭlāmmŏn, ŏnis. *Apollinis filius, Poëta et Citharœdus insignis.* Cārmĭnĕ vōcālī clārŭs cĭthărăquĕ Phĭlāmmŏn, *Ov. M.* 11, 317.

Phĭlætās, æ. *ĕt Cōī săcrā Phĭlētæ*, Prop. 3, 1. *Poëta qui Philippi et Alexandri temporibus florebat. Plumbum, ut aiunt, cruribus alligabat, ne ventus eum, ob levitatem, abriperet.* EPITH. Cōŭs, Sămĭŭs, *à Coo et Samo, insulis Ægei maris.* Dŏctŭs, pĕrĭtŭs, făcūndŭs, dŏctĭlŏquŭs, dŭlcĭcănēns, tĕnŭĭs, lĕvĭs. PHR. Sămĭŭs Pŏētă. VERS. Qui vēstīgĭă lēntō Fūltă grăvăt plūmbō.

Phĭlippŭs. *Clārī mŏnĭmēntă Phĭlippī*, Ov. F. 6, 801. *Alexandri Magni pater, Rex Macedoniæ: à Pausaniâ occisus.* EPITH. Ănĭmōsŭs, gĕnĕrōsŭs, fŏrtĭs, pŏtēns, Æmăthĭŭs.

Phĭlŏctētēs, ētis, *vel* ētæ. *Quidvĕ Phĭlŏctētēs ictŭs ăb ānguĕ gĕmăt*, Ov. Tr. 3, 4, 12. *Pœantis filius, comes Herculis. In pede sagittâ vulneratus, à Machaone sanitatem recuperavit.* SYN. Pœāntĭădēs, Pœāntĭŭs. EPITH. Fŏrtĭs, măgnănĭmŭs, pŏtēns, ægĕr, saŭcĭŭs. PHR. Pœāntĭŭs hērōs, Pœāntĭă prōlēs. Pœāntĕ sătŭs. VERS. Tārdă Phĭlŏctētæ sānāvit crūră Măchāōn.

Phĭlŏmēlă. *ēccĕ vĕnit măgnō dīvĕs Phĭlŏmēlă părātū*, Ov. Met. 6, 451. *Ex Poëtis, filia fuit Pandionis Athenarum Regis, cui Tereus, Thraciæ Rex, vim intulit, ac linguam, ne flagitium indicaret, abscidit; Postea in lusciniam mutata.* SYN. Lūscĭnĭă; ăcrēdŭlă, Āttĭs, *ab Atticâ*. EPITH. Gārrŭlă, flēbĭlĭs, vōcālĭs, ārgūtă, cănōră, quĕrŭlă, Āttĭcă, Cecrŏpĭă, *i. e. Attica*, Thrācĭă, Thrēĭcĭă, Gĕtĭcă, *quia à Tereo Thraciæ Rege vim passa est*, Īsmărĭă, *ab Ismaro monte Thraciæ;* Daŭlĭăs, *à Daulide urbe Phocidis, ubi Ityn Tereo epulandum dedit Progne, ejus soror.* PHR. Ăvĭs Pāndĭŏnĭă, Pāndĭŏnĕ nātă. Daŭlĭăs ālĕs. Cecrŏpĭs ālĕs, ăvĭs Āttĭcă. Prōmēns vărĭă discrīmĭnă vōcŭm. Ārtĭfĭcī dēprōmēns gŭttŭrĕ vōcĕm. Æmŭlă dīvīni suāvissĭmă cārmĭnĭs ālĕs. Pēndēns sūmmō strīdŭlă rāmō. VERS. Phĭlŏmēlă pŏtēst vōcŭm discrīmĭnă millĕ, Millĕ pŏtēst vărĭīs ipsă rĕfērrĕ sŏnōs. Dūlcĭs vărĭăt Phĭlŏmēlă quĕrēlās. Suāvĕ cănit rĕsŏnō mŏdŭlāmĭnĕ cārmĕn Ārgūtŭm, cūjŭs prŏdĭt ăb ōrĕ mĕlŏs. Flet Phĭlŏmēlă nĕfās incēsti Tērĕŏs, ēt quæ Mūtă pŭēllă fŭit, gārrŭlă fērtŭr ăvĭs. Quæ vĭrĭdēs ŭmbrās ēt lŏcă săcră tĕnēt. Dēflĕt Thrēĭcĭŭm Daŭlĭăs ālĕs Ĭtyn.

phĭlŏsŏphŭs. *Ŭt phĭlŏsŏphī aiŭnt istī, quĭd vis ēst sătĭs*, Turp. *Prīmōrdĭă Phĭlŏsŏphōrum*, Sid. SYN. Sŏphŭs. EPITH. Dŏctŭs, prŭdēns, sŏlērs, pĕrĭtŭs. PHR. Sŏphĭæ ălŭmnŭs, ămāns, ămātŏr. Tūrbă Clĕānthēă, Sōcrătĭcă, Plătōnĭcă. Ōrdo Sōcrătĭcŭs. Nātūræ, vērīquĕ indāgātŏr. Sŏphĭæ incŭmbēns, *vel* ăddĭctŭs. Stŭdĭīs Plătōnĭs ănĭmŭm fōrmāns. VERS. Dŏcēt quæ fōrmă bŏni, quĭs līmĕs hŏnēstī. Măgnī prīmōrdĭă mŭndi Ēt rērŭm caŭsās, ēt quĭd nătūră dŏcēbăt. Quĭd Dĕŭs, ŭndĕ nĭvēs, quæ fŭlmĭnĭs ēssĕt ŏrīgo. Jūpĭtĕr, ăn vēntī, discūssā nŭbĕ tŏnārēnt: Quĭd quătĕrēt tērrās, quā sȳdĕră lēgĕ mĕārēnt; ēt quŏdcŭnquĕ lătēt. Fēlix qui pŏtŭit rērŭm cŏgnōscĕrĕ caŭsās. V. *Astrologus, Prudens.*

philtră, ōrŭm. *Phĭltră nŏcēnt ănĭmīs, vĭmquĕ fŭrōrĭs hăbēnt*, Ov. A. A. 2, 105. EPITH. Pāllēntĭă, ignĕă, sævă, mōrbĭdă, tābĭdă, Thēssălă, *à Thessaliâ quæ veneficiis famosa fuit*, impĭă, lāscīvă, dīră, fŭrĭōsă. VERS. Hic măgĭcŏs āffērt cāntŭs. Hic Thēssălă vēndit Phĭltră.

Phīneŭs, *dissyl.* ei. *Phīneŭs visŭs ĕrăt*, Ov. Met. 7, 3. *Arcadiæ Rex, Phœnices filius, et nepos Agenoris. Ex priore uxore Cleopatrâ Palæmonem et Phineu genuit: eâ verò mortuâ Harpalycem, Calais et Zethi sororem duxit. Hujus novercæ consilio, filios ex primo conjugio susceptos excæcavit; in cujus sceleris vindictam ipse cæcus factus est missis insuper Harpyiis, quæ cibos ejus fœdâ ventris proluvie conspurcabant. Postea verò ab Hercule occisus est.* EPITH. Ăgēnŏrĕŭs, fātĭdĭcŭs, sævŭs, dūrŭs, crūdēlĭs, immītĭs, bārbărŭs, fœdŭs, misĕr, infēlix.

Phlĕgĕthōn, ōntis. *Tārtărĕŭs Phlĕgĕthōn tŏrquĕtquĕ, &c.* Virg. Æn. 6, 551. *Inferorum fluvius, cujus aquæ ignitæ, à φλέγω, ardeo.* EPITH. Ārdēns, ignĭtŭs, sŭlphŭrĕŭs, răpĭdŭs, vĭŏlēntŭs, infērnŭs, răpāx, nĭgĕr, irrĕmĕābĭlis, fūmĭdŭs, flāmmĕŭs, ignĕŭs, tristĭs, Stȳgĭŭs. PHR. Tārtărĕŭs lăcŭs. Ignĕŭs āmnis. Fŭrēns ārdēntĭbŭs ūndīs. Ātră vădīs incēndĭă vōlvēns. Nigrīs vōlvēns incēndĭă rīpīs. Ārdēntēs Phlĕgĕthōntĭs ŭndæ. VERS. Mœnĭă lātă vĭdēt triplĭcī circŭmdătă mūrō; Quæ răpĭdŭs flāmmis āmbit tōrrēntĭbŭs āmnis Tārtărĕŭs Phlĕgĕ-

Digitized by Google

thōn; tōrquētquĕ sŏnāntĭă săxă. Lāte ĕxūndāntĭbŭs ūrĭt Rīpās sævŭs ăquis Phlĕgĕthōn, ĕt flūmĭne ănhēlō Flāmmārŭm rĕsŏnāns săxōsa incēndĭă tŏrquĕt. V. *Acheron*, *Cocytus*.

**Phlĕgĕthōntēŭs**, ă, ŭm. *ĕt Phlĕgĕthōntēō sŭb gŭrgĭtĕ sānxĭt ĕdācēs*, Prud. Hamar. 827. EPITH. Tārtărĕŭs, infĕrnŭs, &c.

**Phlĕgră**, æ, *vel* Phlĕgrē, ēs. *Hic ĕrăt Ărgāntī Phlĕgrē sŭb vĕrtĭcĕ mōntĭs*, Prop. 1, 29, 30. *Vallis in Thessaliâ, ubi Gigantes adversùs deos pugnabant.* EPITH. Thēssălă, tŭmĭdă, vĕtŭs. PHR. Phlĕgræi cāmpi, agri.

**Phlĕgўăs**, æ. *Phlĕgўăn sŭbtĕr căvă săxă jăcēntĕm*, Stat. T. 1, 703. *Martis filius, Rex Lapitharum, Pater Ixionis, et Coronidis Nymphæ. Ob templum Apollinis exustum, ad inferos detrusus est, ubi rupes capiti impendens casumque minitans, perpetuo metu eum percellit.* (Virg. 6. Æneid.) Sĕdĕt, ætērnūmquĕ sĕdēbĭt Īnfēlix Thēsēŭs, Phlĕgўāsquĕ mĭsērrĭmŭs ōmnēs Ādmŏnĕt, ĕt māgnā tēstātŭr vōcĕ, pĕr ūmbrās: Dīscĭtĕ jūstĭtĭām mŏnĭtī ĕt nōn tēmnĕrĕ Dīvōs.

**phōcæ.**——*ĕt tŭrpēs pāscĭt sŭb gŭrgĭtĕ phōcās*, Virg. Geo. 4, 395. *Poëtæ fabulantur phocas armenta esse Neptuni, quæ Proteus pascit in littore.* EPITH. Dēfōrmēs, immānēs, hōrrēndæ, æquŏrĕæ, mărīnæ, ūndĭvăgæ, tĕrrĭbĭlēs, fĕrōcēs. PHR. Vĭtŭlī mărīnī, æquŏrĕi, Nērei pĕcŭs. Prōtei ārmēntă. Īnfōrmēs hōrrēntī cōrpŏrĕ. Vīsū dēfōrmĭă cōrpŏră. Vāstī gēns hūmĭdă pōnti. VERS. Sæpĕ dĭŭ fēssōs ārtūs in līttŏrĕ pōnūnt: cōrpŏră sōlvūnt *vel* ĕxtēndūnt.

**Phōcĭs**, ĭdŏs. *ĕxūstæ Phōcĭdŏs ārcēs*, Lucr. 3, 340. *Græciæ pars, Atticam inter et Bœotiam, celebris facta Oraculo Delphico, atque Parnasso, et Helicone montibus, Apollinis et Musarum domiciliis.* EPITH. Āŏnĭă, dŏctă, Pĭĕrĭă, Phœbēă.

**Phœbē**, ēs. *Nĕc nŏvă crēscēndō rĕpărābăt cōrnŭă Phœbē*, Ov. Met. L. 1, 11. SYN. Lūnă, Dĭānă: Phœbi sŏrŏr. V. *Luna*.

**Phœbēĭs.** *Vĭrgĭnĕĭs ĕxtīnctă săcrīs Phœbēĭă Circē*, P. A.

**Phœbēŭs**, ă, ŭm. *Ărgŏlĭcī clўpĕī aŭt Phœbēæ lāmpădĭs īnstăr*, Virg. Æn. 6, 637. SYN. Phœbēĭŭs, Sōlārĭs, Ăpōllĭnĕŭs.

**Phœbŭs.**——*pătĕr ōmnĭpŏtēns, mĭhĭ Phœbŭs Ăpōllo*, Virg. Æn. 3, 251. SYN. Ăpōllo, Sōl, Tītān, Dēlĭŭs, Cўnthĭŭs. V. *Sol*, *vel Apollo*.

**Phœnīcēs**, ŭm. *Sērvāvĕrĕ pŏlī pŏpŭlīs Phœnīcĭbŭs ērgō*, L. *Syriæ populi, quorum præcipuæ urbes Tyrus et Sidon. Invenisse dicuntur litteras, purpuræ usum, ac navigationis artem.* SYN. Tўrĭi, Sīdŏnĭi. EPITH. Clārī, dŏctī, pĕrītī, sōlērtēs, săgācēs, māgnănĭmi. PHR. Sīdŏnĭs, Sīdŏnĭă, Phœnīssă gēns, prōpāgo. VERS. Sīdĕră prīmi Sērvāvĕrĕ pŏli. Prīmi dŏcŭērĕ cărīnis Fērrĕ căvis ōrbis cōmmērcĭă. Rūbrō gŭrgĭtĕ quōndām Mūtāvērĕ dŏmūm prīmīquĕ pĕr æquŏră vēctī Lūstrāvērĕ sălūm.

**Phœnīx**, īcis. *ĕt vīvăt Phœnīx, ūnĭcă sēmpĕr ăvĭs*, Ov. A. Am. 2, 6, 54. *Avis unica in toto orbe, quam vivere sexcentos et sexaginta annos referunt. In Arabiâ degit, ubi senescens, bustum ex lignis odoriferis construit, in quo radiis Solis accenso consumitur: ex ejus autem cineribus vermiculus enascitur qui in alium Phœnicem excrescit. Hinc Soli sacer erat.* EPITH. Ūnĭcŭs, nōbĭlĭs, lōngævŭs, rĕdĭvīvŭs, rĕnāscēns, rĕpărābĭlĭs, immōrtālis, pĕrēnnĭs, ætērnŭs, vīvāx, cristātŭs, vĕrsĭcŏlŏr, Tītānĭŭs, Phœbēĭŭs: Săbæŭs, Pānchæŭs, Ărabs: Āssўrĭŭs, Sўrĭŭs, Phărĭŭs, *quia Arabia, Syriæ et Ægypto vicina*, Īndŭs, Gāngētĭcŭs, Eōŭs, *i. e. Orientalis*, făbŭlōsŭs. PHR. Sōlis ăvĭs. Vŏlŭcrĭs Gāngētĭcă, ālēs. Ūnĭcă sēmpĕr ăvĭs. Āssўrĭŭs ălūmnŭs, ālēs. Sōlă sŭī gĕnĕrĭs ālēs. Tītānĭŭs, Phărĭŭs ālēs. Sĭbĭ sōlă sŭpērstēs. Quæ rĕpărăt sēque ipsă rĕsēmĭnăt ālēs. VERS. Nēc frūgĕ, nĕc hērbis, Sēd thūrĭs lăcrўmīs, ĕt sūccō vīvĭt ămōmī. Sēnĭō fēssŭs ĭnērti, Scāndĭt ŏdōrātŭs Phœnix fēlīcĭŏr ignēs. Sōla intēr vŏlŭcrēs nēc mās nēc fœmĭnă; sēxū Sōlă cărĕt, Vĕnĕrĭs sōla ăvērsātŭr ămōrēs. Ēt pĕtĭt āltērnām tŏtĭdēm pĕr fūnĕră mōrtēm. Sŭprēmis mŏrĭēns nāscĭtŭr īllă rŏgis. Ipsă sĭbī prōlēs, sŭŭs ēst pătĕr, ĕt sŭŭs hærēs. Nūtrix ipsă sŭī, sēmpĕr ălūmnă sibi. Ætērnām vītām mōrtĭs ădēptă bŏnō. Quī spōntĕ crēmātŭr Ŭt rĕdĕăt, gaūdētquĕ mŏri fēstīnŭs in ōrtŭm: Pārtŭrĭēntĕ rŏgō cūnis nātūră lăbōrăt, ætērnām nē pērdăt ăvēm, flāmmāsquĕ fĭdēlēs Ādmŏvĕt, ŭt rērŭm dĕcŭs immōrtālĕ rĕmīttăt. Cōntĭnŭō dīspērsă, vĭgŏr pĕr mēmbră vŏlūtŭs Æstŭăt, ĕt vēnis rĕdĭvīvŭs sānguis Ĭnūndăt; Victūri cĭnĕrēs, nūllō cōgēntĕ, mŏvēri Incĭpĭūnt, plūmāquĕ rŭdēm vēstīrĕ făvīllām: Quī fŭĕrăt gĕnĭtŏr, nātŭs nūnc prōsĭlĭt idēm, Sūccēdītquĕ sĭbī. Gĕmĭnæ cōnfīnĭă vītæ Ēxĭgŭō mĕdĭŭs dīscrīmĭnĕ sēpărăt ignis, &c. Mōrs

Digitized by Google

Illi Vĕnŭs ĕst, sōla ĕst in mōrtĕ vŏlūptās; ŭt pŏssit nāscī ăppĕtĭt āntĕ mŏrī. Ărēntēs tĕpĭdīs dē cōllĭbŭs ēlĭgĭt hĕrbās, Ĕt cŭmŭlūm tēxēns prĕtĭōsā frōndĕ Săbæūm, Cŏmpōnit, būstūmquĕ sĭbī pārtūmquĕ fŭtūrūm. Hic nĕquĕ cōncēptō fœtū, nĕc sēmĭnĕ sūrgĭt, Sĕd pătĕr ĕst, prōlēsquĕ sŭī, nūllōquĕ crĕāntĕ, Ēmĕrĭtōs ārtūs fœcūndā mōrtĕ rĕfōrmăt, Ĕt pĕtĭt āltĕrnām tŏtĭdēm pĕr fūnĕră vītām. (*Claudianus Phœnicis formam describens*) Ārcānūm rădĭāns ŏcŭlī jŭbăr, ignĕă cīrcŭm ōră Cĭngĭt hŏnōs, rŭtĭlō cŏgnātūm vērtĭcĕ sȳdŭs Āttŏllit cristātŭs ăpēx, tĕnĕbrāsquĕ sĕrēnā Lūcĕ sĕcăt, Tȳrĭō pĭngūntŭr crūră vĕnēnō.

Phŏlŏē. *ipsă pĕtit Phŏlŏēm, &c.* Luc. 7, 827. *Mons Peloponnesi.* EPITH. Ŏpācă, nĕmŏrōsă, vĭrĭdĭs, frōndōsă, āĕrĭă.

Phōsphŏrŭs. *Phōsphŏrĕ, rĕddĕ dĭēm, quid gaūdĭă, &c.* Mart. 8, 21, 1. SYN. Lūcĭfĕr. V. *Lucifer.*

Phrȳxŭs. *Ĕt sŏrŏr, ĕt Phrȳxŭs vĕlātī, &c.* Ov. *Athamantis Thebarum Regis et Nepheles filius. Inûs novercæ insidias fugiens patriam reliquit cum Helle sorore, conscenso aurei velleris ariete. Sed Helle pontum transfretando in mare decidit; Phryxus verò in Colchos pervenit, ubi arietem Jovi, vel, ut alii volunt, Marti immolavit, vellus autem in Templo suspendit, quod postea Jason cum Argonautis abstulit.* EPITH. Nūbĭgĕnă, æquŏrĕŭs, prŏfŭgŭs, Graiŭs, Æŏlĭŭs, *ab avo Æolo.* PHR. Pōrtĭtŏr Hēllēs. Æŏlĭūs jŭvĕnis. Aūrātō vēllĕrĕ dīvĕs. Quĕm prŏfŭgūm ărĭēs nĭtĭdĭssĭmŭs aūrō pĕr mărĕ vēxit.

Phȳllis, ĭdis. *Hei mihi! si, quæ sim Phȳllis, ĕt ŭndĕ, rŏgās,* Ov. E. Ph. *De. Lycurgi, Thraciæ Regis filia, quæ cùm Demophoontem adamaret, ejus absentiæ desiderio, et præ nimiâ impatientiâ, seipsum laqueo suspendit, postea in amygdalum mutata.* EPITH. Rhŏdŏpēĭă, Thrēĭcĭă, dīvĕs, mĭsĕră, impătĭēns. V. *Demophoon.*

pĭācŭlūm.——*ĕă prīmă pĭācŭlă sūnto,* Virg. Æn. 6, 153. SYN. Crīmĕn, scĕlŭs, *vel* victĭmă.

pīcă. *Pīcă lŏquāx cērtā dŏmĭnūm tē vōcĕ sălūtăt,* Mart. 14, 76. EPITH. Imprŏbă, gārrŭlă, quĕrŭlă, clāmōsă, cănōră, dĭsērtă, sălūtātrix, vērsĭcŏlŏr, pĭctă. PHR. Pĭĕrĭs ăvĭs, vŏlŭcrĭs, ālēs. Prōmēns hūmānōs gārrŭlă pīcă sŏnōs. VERS. Hānc sī nōn vĭdĕās, ēssĕ nĕgābĭs ăvēm. Nūnc quŏque īn ālĭtĭbūs fācūndĭă prīscă rĕmānsit, Raūcăquĕ gārrŭlĭtās, stŭdĭūmque īmmānĕ lŏquēndī.

pĭcĕātŭs. *Nōn fŭit Aūtŏlȳcī tām pĭcĕātă mănŭs,* Mart. 8, 59, 4. PHR. Pĭcĕ illĭtŭs, indūctŭs, ūnctŭs.

pĭcĕŭs, ă, ūm. *Sĕd plānĕ pĭcĕīquĕ būxĕīquĕ,* (Phal.) Mart. 2, 41, 7. SYN. Ātĕr, *vel* viscōsŭs.

pīctŏr, ōris. *Pīctōrĭbŭs ātquĕ pŏētīs,* Hor. A. Poët. 9. EPITH. Pĕrītŭs, dŏctŭs, īndūstrĭŭs, īnsīgnis, pērfēctŭs, cĕlĕbrĭs, clārŭs, ēgrĕgĭŭs, præclārŭs. PHR. Ārtis Ăpēllēæ gnārŭs, ārtĕ Pārrhăsĭā dŏctŭs, pŏtēns. Pĭngēndī clārīssĭmŭs ārtĕ. Quī mīrō pĭngēndi ēxcēllit hŏnōrĕ, Ārtĭfĭcī pĭngēns vīvă imĭtāndă mănū. Præstāntēs cūjŭs mănŭs æmŭlă fōrmās Ēxprĭmĭt. Ăpēllēă insīgnis in ārtĕ. Nātūræ æmŭlŭs. Cūjŭs ārs nātūrām imĭtātŭr, æquăt, sŭpĕrăt, vincit. Nātūrām ārtĕ æquāns, ārtĭfĭcī mănū sŭpĕrāns. Tăbŭlās cŏlōrĭbŭs ănĭmāns, vărĭāns, Æmŭlāns nātūrām vīrĭbŭs ingĕnĭī. Cuī nĕquĕ pār Zeūxis, ĕt măgnŭs cēdăt Ăpēllēs.

pīctūră. *ŭt Pīctūră pŏēsis ĕrit, quæ, si prŏpĭŭs stēs,* Hor. A. Poët. 361. EPITH. Nōbĭlis, mīrābĭlis, ădmīrāndă, āntīquă, lætă, hŏrrĭdă, insīgnis, Ăpēllēă. PHR. Tăbŭlă, tăbēllă pīctă, ārs Ăpēllēă, Pārrhăsĭă, æmŭlă nātūræ, in tăbŭlā pīctă ēffĭgĭēs.

pīctūro. *Fĕrt pīctūrātās aūrī sŭbtēgmĭnĕ vēstēs,* Virg. Æn. 3, 483. V. *Pingo.*

pīctŭs, ă, ūm. *Lārgīrī inŏpī, nĕc pīctŭs ŏbērrĕt,* Juv. 6, 32. SYN. Dēpīctŭs, pīctūrātŭs. PHR. Cŏlōrĭbŭs dīstīnctŭs *vel* ēxprēssŭs.

Pīcŭs. *Pīcŭs in Aūsŏnĭīs tērrīs rēx, &c.* Ov. M. 14, 320. *Latinorum rex, Saturni filius, Fauni pater, avus Latini regis, Augurinrum peritissimus erat: cùmque Circe neglectâ, Nympham duxisset, hunc Maga illa in Picum Martium mutavit.* EPITH. Mārtĭŭs, Māvŏrtĭŭs, aūdāx. PHR. Prōlēs Sātūrnĭă, Sātūrnĭŭs hērōs. Pīcŭs in aūspĭcĭīs ăvis ŏbsērvātă Lătīnis. Mārtĭă Pīcŭs ăvis. (*Virg. Æn.*) Pīcŭs ĕquūm dŏmĭtŏr, quēm căptă cŭpīdĭnĕ cōnjūx Aūrĕă, *dissyl.* pērcūssūm vīrgā, vērsūmquĕ vĕnēnis Fēcit ăvēm Circē, spārsitquĕ cŏlōrĭbŭs ālās.

Pĭĕrĭdēs, ūm. *Dīcĭtĕ, Pĭĕrĭdēs: nōn ōmnĭă pŏssŭmŭs ōmnēs,* Virg. Ecl. 8, 63. *Pieri filiæ, quæ cum Musis certare ausæ sunt, ab illis in picas mutatæ fuerunt.*

Digitized by Google

*Ipsæ etiam Musæ Pierides dicuntur à Piero monte Thessaliæ iis sacro: vel à Pieriâ regione Macedoniæ.* V. *Musæ.*

Pĭērĭŭs. *Nĕc vir Pĭĕrĭā pēllĭcĕ saucĭŭs.* (Choriamb.) Hor. Od. 3, 10, 15. *A Pieriâ regione Macedoniæ: vel à Piero monte in Thessaliâ.*

Pĭĕtās, ātis. *Insignēm pĭĕtātĕ vĭrūm, tŏt ădīrĕ lăbōrēs,* Virg. Æn. 1, 14. SYN. Rĕlĭgĭo, *vel* bĕnignĭtās. EPITH. Sānctă, sacră, vēră, illūstris, īnsignis, spĕctātă, ēgrĕgiă, clēmēns, ōffĭcĭōsă. PHR. Pĭĕtātis hŏnōs, ămŏr, ŏpŭs, ōffĭcĭūm, cūltŭs, rĕvĕrēntiă. Pĭă făctă. Pĭă vĭrtūs cœlō, Dĕō āccēptă, grātissĭmă. Cui sūnt cœlēstiă cūræ.

pĭgĕr, pigri. *Sĕd pĭgĕr, ĕt sĕnĭŏr Pĭĕrĭdūmquĕ cŏmĕs,* Mart. SYN. Īgnāvŭs, īnērs, sōcōrs, vēcōrs, dēsĕs, lānguĭdŭs, sēgnis, dēsĭdĭōsŭs, lēntŭs. PHR. Tūrpi dēsĭdiā tārdŭs, ēnērvis, lānguēns, mārcēns. Vītām īgnāvām dūcēns. Grāvi tŏrpēns vĕtērnō. Ōtiō lānguĭdŭs. Sēgni tŏrpōrĕ lĭgātŭs. Pēctŏră cūjŭs Tŏrpŏr hăbĕt, ōccŭpăt. Īgnāvā vītām cŏndĭtĭōnĕ trăhēns. Cui pūlchrūm īn mĕdĭōs dŏrmīrĕ dĭēs. Īgnāvō vix mēmbră lĕvāns jām frāctă cŭbīli. Tēstūdĭnĕō grădŭ ădrēpēns. Pāssū incēdēns īnērti. Vīx sēsĕ fĕrēns. Quēm nūnquām lūx ēxcĭtăt ălmă. Lātāmquĕ trăhēns īnglōrĭŭs ālvūm. Īgnāvæquĕ fămĕ, ĕt cōntrāctō frīgŏrĕ pigræ. V. *Otiosus, Otior.*

pĭgĕt. *Tē tămĕn ŭt vĭdĕām dŭō mīllĭă nōn pĭgĕt īrĕ,* Mart. 2, 5, 7. SYN. Tædĕt.

pīgnŭs, ŏris. *Pīgnŏră cāră sŭi: quæ nūnc ĕgŏ līmĭne in īpsō,* Virg. Ecl. 8, 92. EPITH. Ēxĭmĭūm, lautūm, dīvĕs, prĕtĭōsūm, māgnĭfĭcūm, pūlchrūm, ămīcūm. PHR. Fĭdĕi mōnĭmēntum ĕt pīgnŭs ămōris. VERS. Tū dĭc mēcūm quō pīgnŏră cērtĕs. Dăt jŭvĕni, ătque ănĭmūm præsēnti pīgnŏrĕ fīrmăt.

pĭgrĭtiă. *Lūdĕrĕ cūm lĭcĕăt cūrrĕrĕ, pĭgrĭtia ēst,* Mart. 7, 31, 14. SYN Pĭgrĭtĭēs, īgnāvĭă, īnērtiă, sōcōrdiă, vēcōrdiă, dēsĭdiă, lānguŏr, sēgnĭtĭēs, tŏrpŏr, vĕtērnūm, ōtiŭm. EPITH. īgnāvă, īnērs, lēntă, lānguĭdă, lānguēns, īmbēllis, tŏrpēns, fœdă, tūrpis, sēgnis, īmprŏbă, dēsĕs, mōllis, sōmnĭfĕră. PHR. Fŭgĭēns lăbŏris. Părcă lăbŏris. Pēstis jŭvĕnūm. Hĕbĕtāns sēnsŭs. Cŏrpŭs ēnērvāns. Sōmni īgnāvĭă mātĕr. Dāmnātrix ŏpĕrūm, ēxōsă lăbŏrēm. Pēstis īnĭmīcă jŭvēntæ. Dīlātrix ŏpĕrūm, fŭgĭēnsquĕ lăbŏrēs. Īmmĭnŭēns dĕcŭs īngĕnĭī. VERS. Dēdĕcĕt īngĕnŭās lānguēns īgnāvĭă mēntēs. Nōn tibi dēsĭdĭās mōllēs, nĕc mārcĭdă lūxū Ōtiă, nĕc sōmnōs gĕnĭtŏr pērmīsit īnērtēs. Īnērtiă lēntă, mălīgnūm Crīspă sŭpērcĭlĭūm, pāllēns, īmpēxă căpīllōs, ōs īmmūndă, mănŭs īllōtă. Lānguĭdă sēgnĭtĭēs mōllis tĕrit īmprŏbă vītæ Ōtiă, dīlātrix ŏpĕrūm, dīssuādă lăbŏris. V. *Otium.*

1\. pĭlă lūsōriă. *Īndŏctŭsquĕ pĭlæ, dīscīvĕ, trŏchīvĕ quĭēscit,* Hor. A. Poet. 380. EPITH. Rŏtūndă, lĕvis, vŏlūbĭlis, vŏlāns, sŏnāns, strīdēns, cĭtă, cōncĭtă. PHR. Lūsōriă sphæră. Cœlō *vel* āĕrĕ vŏlĭtāns. VERS. Pĭlă rĕcŭssis īctă sălit băcŭlis. Vēlōcēs fāllit pēr brāchĭă jāctŭs. Si fōrtĕ vŏlāntēm Aŭt gĕmĭnāssĕ pĭlām jŭvăt, aŭt rĕvŏcārĕ cădēntēm. Ēxăgĭtātĕ pĭlās ūltrō cĭtrōquĕ vŏlāntēs.

2\. pīlă. *Sāxĕă pīlă cădit, māgnis quām mōlĭbŭs āntĕ,* Virg. Æn. 2, 711. SYN. Mōlĕs. EPITH. Căvă, āltă.

3\. pīlă. *Nūllă tăbērnă mĕōs hăbĕăt, nĕquĕ pīlă lĭbēllōs,* Hor. Sat. 1, 4, 71. SYN. Cŏlūmnă.

‖ pīlārĭŭs. EPITH. Īmpĭŭs, sacrĭlĕgŭs, dīrŭs, nŏcēns, īnīquŭs, pērfĭdŭs, crūdēlis, sævŭs, bārbărŭs, īmmītis, scĕlĕrātŭs.

pīlĕŭs, *vel* pīlĕūm.—*Hūnc nōbis pīlĕă dōnănt,* Pers. 5, 82. SYN. Gălērŭs. EPITH. Tēxtĭlis, lăbōrātŭs, ūtĭlis, cōmmŏdŭs, făcĭlis, lĕvis, ōrnātŭs, cōmpŏsĭtŭs, lānĕŭs, vīllōsŭs.

pīlūm.——*pīlă mĭnāntĭă pīlis,* Lucan. 1, 7. V. *Telum.*

Pīlūmnŭs. *Cui Pīlūmnŭs ăvŭs, cui dīvă Vĕnīlĭă mātĕr,* Virg. Æn. 10.

pĭlōsŭs. *Sĕd quĭd ĕt hīrcōsis sērum ēst ĕt tūrpĕ pĭlōsis,* Mart. 9, 48, 5. SYN. Vīllōsŭs. PHR. Pĭlis tēctŭs, ŏpērtŭs, crēbĕr, ăbūndāns.

pĭlŭs. *Sĕd frŭtĭcāntĕ pĭlō nĕglēcta, ĕt squālĭdă crūră,* Juv. 9, 13. V. *Capillus.*

Pīmplă. *Mons in Thraciâ, Macedoniæ proximâ, Musis sacer. Ad hujus radices Pimplæus fons et Pimplæum antrum.* EPITH. Vĭrēns, vĭrĭdis, frōndōsă, nĕmŏrōsă, Pĭĕrĭă, Āŏnĭă, *à Musis.*

Pīmplēĭdĕs, ūm, *vel* Pimplææ, ārūm. V. *Musæ.*

Pīndărŭs. *Pīndărūm quīsquis stŭdĕt æmŭlārī,* Hor. Car. Lib. 3. Od. 2. EPITH. Thēbānŭs, Lўrĭcŭs, dōctŭs, pĕrītŭs, Āŏnĭŭs, Pĭĕrĭŭs, făcūndŭs, suāvis, dīvīnŭs, Ăpōllĭnĕŭs, Phœbēŭs, cĕlĕbris, nōbĭlis, īngĕnĭōsŭs. V. *Vates.*

Digitized by Google

Pindŭs. *Nām nĕquĕ Pārnāssi vōbis jŭgă nām nĕquĕ Pindī*, Virg. Ecl. 10, 11. *Mons in Thessaliā, sacer Apollini et Musis.* EPITH. Āltŭs, ārdŭŭs, săcĕr, Āpōllĭnĕŭs, pinifĕr, nivālis. V. *Parnassus*.

pingo, pinxi, pictūm. *Pingĕrĕt aūt ăliūs Lȳsippō dūcĕrĕt ærĕ*, H. E. 2, 1, 240. SYN. Dēpingo, pictūro, ădūmbro. PHR. Pictūrā ēxprimo, ēffingo, ădūmbro. Cāsūs ēffingĕrĕ in aūrō. Pictis ēffingĕrĕ bēllă tăpētis. VERS. Quæ mănūs ōbscœnās dēpinxit primă tăbēllās, Et pŏsŭit cāstă tūrpiă visă dŏmō. Nūn istis ōlim vărĭābānt tēctă fĭgūris. Si Vĕnĕrēm Cōūs nūnquām pinxissĕt Ăpēllēs, Mērsă sūb æquŏrĕis īllă lătērĕt ăquis. V. *Pictor*.

pinguis. *Quis nōn Lătīnō sānguinĕ pinguiōr.* (Alcaic.) Hor. Od. 2, 1, 29. SYN. Ŏbēsŭs, ŏpimŭs, crāssŭs, *Metaph.* Rŭdis, hĕbĕs, tārdŭs.

pinguēdo, inis. *ēt cŏrrūptă sătis dirā pinguēdinĕ tēllūs*, Alcim. SYN. Ădēps, *vel* crāssitiēs.

pinĕŭs. *Fēbrŭă pōscēnti pinĕă virgă dătă ēst*, Ov. Fast. 2, 28.

pinifĕr, ă, ūm. *āctŭs ăpĕr, mūltōs Vĕsŭlūs quēm pinifĕr ānnōs*, Virg. Æn. 10, 708. SYN. Pinōrūm fĕrāx. Pinis ŏpērtŭs.

pinnātŭs. *Tēmpŏră pinnātis rĕdimitŭs nigră săgittis*, Prud. Ham. 498. SYN. Pinnigĕr.

pinnigĕr. *Cūrăquĕ pinnigĕrō cūrvātă nŏvissimă piscĕ*, Ov. Met. 13, 963.

pinŭs, i, et ūs. *arbor*, Pŏēticē, *navis*. *Frāxinŭs in sȳlvis pūlchērrimă, pinŭs in hōrtis*, Virg. Ecl. 7, 65. EPITH. Āltă, prōcēră, ārdŭă, virēns, ŏdōră, ŏdōrifĕră, naūtică, Pōntică, sȳlvēstris, hirsūtă, ăcūtă, cāvă, căpillātă, Bĕrĕcȳnthiă, Cȳbĕlēiă, Idæă, *quia sacra Cybele*, cōnifĕră, nūtāns, pinguis. PHR. Sūdānti cōrticĕ, *vel* ēlātō vērticĕ pinŭs. Littŭs ămāns. Littŏribŭs gaūdēns. Grātă Dēūm mātri. Pērpĕtŭōquĕ virēns ēt sēmpĕr flōridă pinŭs.

pio, ās. *ēffigiēm stătŭērĕ, nĕfās quæ tristĕ piārĕt*, Virg. Æn. 2, 185. SYN. Ēxpio, lŭo, pūrgo.

pipĕr, ĕris. *Grānă pĕrēgrini pipĕris diffūndītō quinquĕ*, S. EPITH. Mōrdāx, ŏdōrūm, ācrĕ, nigrūm, ŏdōrifĕrūm, Eōūm.

pirātă. *ōmnĕ frĕtūm mĕtŭēns pĕlăgi pirātă rĕliquit*, Lucan. 2, 578. SYN. Naūticŭs prædo, latro.

pirāticŭs. *Pōst pirātică dāmnă dēstinārĕt.* (Phal.) Sid.

Pirithŏŭs, ŏi. *Pirithŏŭs, vălidā quătiēns*, Ov. Met. Lib. 8, 404. *Ixionis filius, Thesei amicus fidissimus, cujus auxilio Centauros devicit, qui Hippodamiam ei rapere conabantur. Mortuā Hippodamiā, ad inferos descendit cum Theseo, ut Proserpinam abduceret. Sed à Cerbero occisus est, Theseus autem catenis devinctus.* Et cūm Pirithŏō fēlix cōncōrdiă Thēsei, *Ovid.*

piscātŏr, ōris. *ēdicit, piscātŏr ŭti, pōmāriŭs aūcĕps*, Hor. Sat. 2, 3, 227. EPITH. Æquŏrĕŭs, sōlērs, sēdŭlŭs, paūpĕr, hūmifĕr, flūctivăgŭs, pătiēns, vigil. PHR. Æquŏrĕŭs pŏpŭlātŏr. Mŏdĕrātŏr ărūndinis. Tōtō prŏfūndō piscēs scrūtāns. Piscēs in gūrgitĕ căptāns. Piscibŭs insidiāns in rūpĕ, Littŏrĕ sĕdēns. Lĕvĕs hāmō nŏdōsăquĕ rētiă trāctāns, jăctāns. Victūm hāmō linōquĕ pĕtēns, quærēns. VERS. Qui sūstinĕt hāmŏs, Nŏvit quæ mūltō piscĕ nătēntŭr ăquæ. Cibis cēlāt fāllācibŭs hāmōs. Tĕgit ărgūtis ærā rĕcūrvă cibis, Implicitōs ēscis jăciēns lēthālibŭs hāmos. Quōs ăvidis ignāră dŏli văgă tūrbă tăntūm Rētibŭs invādit. Linōquĕ sōlēbāt ĕt hāmis Dēcipĕre, ēt călămō săliēntēs dūcĕrĕ piscēs. Qui spārsā pĕr stāgnă prŏfūndi Ēvŏcăt ē liquidis piscēm pĕnētrālibŭs ēscā. Cūm piscēm sūmmā vidit jām nārĕ sūb ūndā, Dūcit căptivūm sinŭāto ăd littŏră linō. Cūm tĕnŭēs hāmōs ăbdidit āntĕ cibis. Āst hic trănquillō quā lābitŭr āgminĕ flūmĕn Dūcit cōrticĕis flūitāntiă rētiă signis: Ille aūtēm scŏpŭlis sūbjēctās prōnŭs in ūndās Inclinăt lēntæ cōnnēxă căcūmină virgæ. V. *Piscor*.

piscēs, iūm. *ēt nŏvă lōnginquis piscibŭs ēscă nătăt*, Prop. 3, 7, 8. EPITH. Ăquōsi, flŭviālēs, mūti, mărini, pinnifĕri, flūctivăgi, ūndivăgi, squāmmigĕri, squāmmĕi, squāmmōsi, æquŏrĕi. PHR. Gēns squāmmigĕră. Gĕnŭs, pĕcŭs æquŏrĕūm. Tūrbă, *vel* āgmină mūtă nătāntūm. Gĕnŭs ōmnĕ nătāntūm. Nāntēs sūb gūrgitĕ vāstō. Cærŭlĕæ cătērvæ, Lūbrică piscēs āgmină. Măris immēnsi prōlēs. Flūminis, măris incŏlæ. Qui flūmină, *vel* æquŏră pinnis findūnt, scindūnt, pērcūrrūnt: caūdā vērrūnt. VERS. Tōt milliă gēntis Squāmmigĕræ, trĕmŭlā, pĕr stāgnă ingēntiă, caūdā ēxūltānt. Mōtisque infindūnt cærŭlă pinnis. Saūciŭs ārrēptō rĕtinētŭr piscis ăb hāmō. Hi jăcŭlis piscēs, illi căpiūntŭr ăb hāmō. Hōs căvă cōntēntō rētiă fūnĕ trăhūnt.

Digitized by Google

**piscīnă.** *Piscīnă rhombum pāscit, ĕt lūpōs vērnās.* (Scaz.) Mart. 10, 30, 21. EPITH. Cāvă, fĕrāx. V. *Stagnum.*

**piscŏr, āris.** *Nōn clāssibūs piscāmūr ĕt rētrō mārĕ.* (Iamb.) PHR. Fāllĕrĕ călāmō piscēs. Ărūndinĕ piscēs căptārĕ. Piscĭbūs insidiās tĕndĕrĕ. Piscēs dēcĭpĕrĕ hāmō, linō, rētibūs, ēscā, virgā. Dūcĕrĕ piscēs călāmō. Rētĭbūs jăctis æquŏrĕām indūcĕrĕ prædām. Tēgĕrĕ pārvis ærĕ rĕcūrvă cĭbis. Cĭbis fāllācĭbūs ūncōs hāmōs cēlārĕ. Dēcĕptōs in rētĭă trūdĕrĕ piscēs. Prædāntĭbūs hāmis ēxhaūrīrĕ lăcūs. Trāctārĕ lēvēs hāmōs. Dūcĕrĕ căptīvōs ē văstō gūrgitĕ piscēs. VERS. Hic piscēs fāllit călămō, linōquĕ sĕquācī. Nām mŏdŏ dūcēbām dūcēntĭă rētĭă piscēs, Nūnc in mōlĕ sĕdēns mŏdĕrābār ărūndinĕ linūm. Nūnc libĕt ūndivăgōs dēmissis fāllĕrĕ piscēs Rētibūs.

**piscōsūs.** *Ărcădă piscōsæ cui circūm flūmĭnă Lērnæ,* Virg. Æn. 12, 518. PHR. Piscĭbūs ăbūndāns. Mūltō piscĕ frĕquēns.

**Pīthō, ūs.** EPITH. Fācūndă, disērtă, dōctă, sōlērs, ingĕniōsă.

**pĭŭs.** *ĕt plăcĭdi sērvātĕ piōs: tūm lĭttĕrĕ fūnĕm,* Virg. Æn. 3, 266. SYN. Rĕlĭgiōsūs, jūstūs, sānctūs. PHR. Pĭĕtātĕ insignis. Rĕlĭgiōnis, pĭĕtātis, æqui ămāns. Pĭĕtātis cūstōs, cūltŏr, sērvātŏr, tĕnāx, sērvāntissimūs, ōbsērvāntissimūs. Cūltŏr Nūminis. Nūmĕn cŏlēns. Cui ingēns Dĕi, *vel* Rĕlĭgiōnis ămŏr, rĕvĕrēntĭă. Pĭĕtātĕ insignis. Pĭă cŏrdă gĕrēns. Nūllā scĕlĕrūm lābĕ nŏtātūs. Sĭnĕ crīmĭnĕ vīvēns. Dĕi māndātă, *vel* jūssă sĕquēns, cŏlēns, sērvāns. Virtūtis vēræ cūstōs, rĭgĭdūsquĕ sătēllēs. Ōbsērvāns māndātă Tŏnāntis. Intĕgĕr vitæ, scĕlĕrisquĕ pūrūs. Dŏlis qui prŏcŭl ōmnĭbūs Rēctūm spōntĕ sŭā pērpĕtŭō cŏlit. Cui sūnt cœlēstĭă cūræ. Innŏcŭæ stŭdiūm qui pĭĕtātis hăbĕt. Pūră cŏlēns simplicĭtātĕ Dĕūm. Ămāns nōn simŭlāntĕr, nōn fictō pēctŏrĕ Christūm. Quēm fĭdĕi pĭă cūră tĕnĕt. Qui căvĕt ā vēræ dēflēctĕrĕ trāmĭtĕ vitæ. VERS. Quēm nōn dē trāmĭtĕ rēctō Impĭă săcrĭlĕgæ flēxit cōntāgiŏ tūrbæ. Sĕd vitæ rimātūr ĭtĕr mĕliōris, ĕt āltā Mēntĕ Dĕi lēgēs nōctēsquĕ dĭēsquĕ rĕvōlvit. Cui pēctŏrĕ tōtō Ūnūs inēst Dĕŭs, ūnum ănĭmō vōlvitquĕ tĕnētquĕ. Cœlēstem ăgitānt mōrtāli in cōrpŏrĕ vitām. Nōn illō mĕliŏr quisquām, nĕc ămāntiŏr æqui Vir fŭit.

**pix, ĭcis.** *Sĕd picis in mōrem ăd digitōs lĕntēscĭt hăbēndo,* Virg. Geo. 2, 250. EPITH. Nigră, ātră, pinguis, crāssă, liquidă, tĕnāx, Idæă, Illyrĭcă, Nārycĭă. PHR. Pĭcĕ nigriŏr ātră. Pingui pĭcĕ, ūnctūs, illĭtūs, indūctūs.

**plācābĭlis.** *Quō quisquĕ ēst mājŏr, măgis ēst plācābĭlis ĭră,* Ov. Tr. 3, 5, 31. SYN. Ēxecrābĭlis: mitis, clēmēns.

**plācātūs.** *Quæ fŭĕrānt, sūnt plācātō cōnvērsă fŭrōrĕ,* Lucr. 6, 48. SYN. Plăcĭdūs, sēdātūs, trānquillūs, quiētūs, lēnis, mitis, cōmpŏsitūs, mŏdĕrātūs.

**plăcĕo, plăcŭi, plăcitūs.**—*ōmni tibi dōtĕ plăcēbām,* Ov. Tr. 4, 3, 57. SYN. Jūcundūs, grātūs, ăccēptūs sūm, ărrīdĕo, prŏbŏr.

**plăcĕt.** SYN. Stăt, libĕt, jŭvăt, sĕdĕt. VERS. Ēst ănĭmūs. Fērt ĭtă cōrdĕ vŏlūntās. Fērt ănimūs. Ănimō sĕdĕt.

**plăcĭdūs.** *Sēdĭbūs ŭt sāltēm plăcĭdis in mōrtĕ quiēscām,* Virg. Æn. 6, 371. V. *suprà Placatus.*

**plăcĭtūs.** *ēst virtūs plăcĭtis ābstĭnŭissĕ bŏnis,* Ov. Ep. 17, 98. SYN. Grātūs, jūcūndūs.

**plăcĭtūrūs.** *illĭ sæpĕ grĕgis dūx plăcĭtūră măgistrō,* Tibul. 2, 5, 45. SYN. Prŏbāndūs, grātūs.

**plāco, ās.** *Quāndōcūnquĕ dĕōs vĕl pōrcō vĕl bŏvĕ plācŭt,* Hor. Ep. 1, 16, 58. SYN. Lēnio, mītigo, flēcto, sēdo, mōllio, mūlcĕo, pērmūlcĕo, tēmpĕro, cōmpōno, dēlinio, cōmpēsco, cōmprimo, mŏdĕrŏr. PHR. Tūmidās irās flēcto, irām mītigo, vōcĭbūs mūlcĕo, plăcĭdis dictis lēnio, tēmpĕro, ănĭmūm ăb irā rĕvŏco. Jūbĕo mānsuēscĕrĕ cōrdă. Lacrymis *vel* prĕcĭbūs irām frāngo, sēdo. Cōmmōti principis irām, ōrāndo flēctĕrĕ, prĕcĭbūs vincĕrĕ. Cōrdă āspĕră plācārĕ, mōllīrĕ. Plăcĭdūm rēddĕrĕ. VERS. Irāmquĕ mĭnāsquĕ Sūpplĭcĭbūs sŭpĕrāt vōtis. Plūrĭmă mūlcēndis aūrĭbūs āptă rĕfērt. Tūmida ēx irā cōrdă rĕsidūnt. Paūlātim cădit irā fĕrōx mēntēsquĕ tĕpēscūnt. Nūminis ōffēnsi fit mānsuētiŏr irā. Pōnūntquĕ fĕrōcĭă Pœni Cōrdă, vŏlēntĕ Dĕō. Nēscĭăquĕ hūmānis prĕcĭbūs mānsuēscĕrĕ cōrdă. Haūdquāquām dictis vĭŏlēntĭă Tūrni Flēctĭtŭr, ēxsŭpĕrāt măgis ægrēscitquĕ mĕdēndo. Si tē nūllă mŏvĕt tāntæ pĭĕtātis imāgo. In primis Rēgină quiētūm Accĭpit in Teūcrōs ănĭmūm mēntēmquĕ bĕnignām. Mōllitque ănĭmōs ĕt tēmpĕrăt irās. Prĕcĭbūs si nūmĭnă jūstis Vēstră rĕmōllēscūnt, si flēctĭtŭr irā Dĕōrūm. Nām ceū dīvērsi frĕmăt incōnstāntĭă vūlgi, Nōn ăliūs sēdārĕ quĕăt: ceū Jūdĭcis irā Sit plācāndă,

tŭis pŏtĕrit mītēscĕrĕ vērbis. Jūnōnis grăvis ira, ĕt inexsătŭrābĭlĕ pēctŭs. Quām nēc lōngă diēs, piĕtās nēc mitigăt ūllă, Nēc Jŏvis impĕriō, fātisve infrāctă quiēscit. Mūsāquĕ quæ mŏvit, mūtām quŏquĕ lēnĭĕt irām. Exōrānt māgnōs cārmină sæpĕ Dĕōs. Mānsuēvērĕ fĕræ, ĕt vūltūs pŏsŭērĕ minācēs. Nēmo ădĕō fĕrŭs ēst, ūt nōn mitēscĕrĕ pŏssit. Quæ nōn sēditiō, quæ nōn insāniă vūlgi, Tē vīsō, lēniti, cădăt? V. *Moveo, Iram deponere, Parco, et Precationes variæ.*

1. plăgă, *rete.* *Rētĭă rāră, plăgæ, ĕt lātō vēnābŭlă fērrō*, Virg. Æn. 4, 131. SYN. Rētĕ, lăquĕi, cāssēs, lină. V. *Rete.*

2. plăgă, *regio.* *Quātŭŏr in mĕdiō dirimit plăgă sōlis iniqui*, Virg. Æn. 7, 227. SYN. Rĕgio, trāctŭs, ōră.

3. plăgă. *Mūltă rĕlūctānti ōbstrŭitŭr; plāgisquĕ pĕrēmptă*, Virg. Geo. 4, 301. SYN. Vūlnŭs, ictŭs. V. *Vulnus.*

plānē, adv. *Cōmmūni sēnsū plānē cărĕt, inquĭmŭs ēheū*, Hor. Sat. 1, 3, 66. SYN. Prōrsŭs, ŏmnino.

plănētă, æ, m. *Quĕmque hăbĕăt cāsūm quisquĕ plănētă dăbo*, Ovid. EPITH. Errāns, ērrātĭcŭs, văgŭs, splēndĭdŭs, micāns, clārŭs, cœrūlĕŭs, rŭtĭlāns. PHR. Errāns āstrūm. Văgūm sidŭs. Pālāntēs pŏlō stēllæ. Instābĭlēs, āstris vōlvēntibŭs ōrbēs. Văgi ignēs. Nōctis văgă lūmină. Văgōs dūcēntiă lūmină gȳrōs. VERS. Hōs quæcūnquĕ văgōs ēxērcēt stēllă rĕcūrsūs. Sȳdĕră cūr sēptēm rētro ēnitāntŭr in ōrtūs Ŏblūctātă pŏlō. Prŏpriō mōtū qui sēmpĕr ăd ōrtūm Cōnfŭgiūnt, pūgnāntque ādvērsūs vōlvĕrĕ gȳrōs.

plāngo, plānxi, ctūm.—*ingēnti vēntō, nūnc littŏră plāngūnt*, Virg. Geo. 2, 334. PHR. Pēctŏră pālmis, utrāquĕ mānū pērcŭtio, fĕrio, tūndo, vērbĕro, plāngo. Vēstēs ā pēctŏrĕ rūmpo, diripio, scindo, ābrūmpo, ābscindo, lăcĕro. Ōră, sinūs, gĕnās, ūnguĕ, *vel* mānū lănio, ūro, saūcio, sĕco, scindo. Căpillōs, cōmās, cæsăriēm sŏlvo, disjicio, rūmpo, scindo, lăcĕro, lănio. Aūrās ŭlŭlātibŭs implĕo. Ōră digitis lividă *vel* āspĕră făcio. Lūctūs dărĕ signă. Mānū vūltūm fœdārĕ. Scissis ēxŭlŭlārĕ cŏmis. Pāssōs lăniārĕ căpillōs. Vērbĕrăt ōră mānū. VERS. Pēctŏră nūnc fœdăt pūgnis, nūnc ūnguibŭs ōră. Tērquĕ quătērquĕ mānū pēctūs pērcūssă dĕcōrūm. Păritērque ābscissă cŏmās, Prōh Jūpitĕr! inquit. Păritērquĕ sinūm, păritērquĕ căpillōs Rūpit. Tūnc flēvi rūpiquĕ sinūs, ĕt pēctŏră plānxi, Ēt sĕcŭi mădĭdās ūnguĕ rigēntĕ gĕnās. Mōntēs crēbris ŭlŭlātibŭs implēnt. Tūm dēmūm pēctŏră plānxi, Cōntigit inquĕ mĕās ūnguibŭs irĕ gĕnās. Prōtinŭs āddūctis sŏnŭērūnt pēctŏră pālmis, Ōrăquĕ sūnt digitis lividă fāctă mĕis. V. *Lugeo.*

plāngŏr, ōris, *Miscēntŭr, pĕnitūsquĕ căvæ plāngōribŭs ædēs*, Virg. Æn. 2, 487. SYN. Plānctŭs, gĕmitŭs, ŭlŭlātŭs. EPITH. Sævŭs, tristis, pērvĭgil, sēgnis, illisŭs, fœmĭnĕŭs, flēbilis, fœdŭs, quĕrŭlŭs. PHR. Fœmĭnĕō cūm plānctū mistŭs clāmŏr. VERS. Rĕsŏnānt lātē plāngōribŭs ædēs. Sævis plāngōribŭs āmēns Tēctă rĕplĕt. V. *Luctus, Fletus.*

plānitiēs, iēi. *Plānitiem ād spĕcŭli vĕniēns tūm*, &c. Lucr. 4, 295. SYN. Cāmpŭs, æquŏr. EPITH. Spătiōsă, pătēns, āmplă, vāstă, ingēns, ăpērtă, grāminĕă, viridis, flōridă, pictă, vērsicŏlŏr, ridēns, āmœnă. PHR. Cāmpŭs ăpērtŭs, lātŭs. Ăpērtă lŏcōrūm. Illic sēse ingēns plānitiēs ăpĕrit, ēvŏlvit, pāndit, ēxplicăt, ēxpāndit. V. *Campus.*

plāntă. *Figăt hŭmō plāntās, ĕt ămicŏs irrigĕt imbrēs*, Virg. Geo. 4, 115. SYN. Ărbŏr. EPITH. Tĕnĕră, tĕnēllă, ēxilis, pārvă, fĕrāx, ŏdŏrātă, fœcūndă, fērtilis, virēns, viridis, lūxŭriāns. PHR. Pārvō dē sēminĕ sūrgēns. V. *Planta, Arbor, Flos, et Herba.*

plānto, ās. PHR. Hŭmō *vel* tērræ māndō, cōmmitto. Scrŏbibŭs dēmitto. Sūlcis dēpōno. Sūlcō ŏbrŭo. Rādicēm tērræ infigo, ārbŏrēs cōnsĕro, insĕro; spārgo, *vel* jăcio sēmĕn hŭmi. Trūncūm, stirpēs, plāntās tērrā ābscōndo, tĕgo. Cĕrĕrēm, *vel* dōnă Cĕrĕris ārvis fĕrācibŭs crēdo. Rigŭis plāntām dēfigĕrĕ in hōrtis. Fĕrācēs figĕrĕ hŭmō plāntās, injēctis ābscōndĕrĕ glēbis. Ārvă vitibŭs, *vel* ŏlĕis cōnsĕrĕrĕ, vēstirĕ. Pōnĕrĕ ōrdĭnĕ vitēs. VERS. Hic plāntās tĕnĕro ābscindēns dē cōrpŏrĕ mātrūm Dēpŏsŭit sūlcis, hic stirpēs ŏbrŭit ārvō. Jŭvăt Ismără Bācchō Cōnsĕrĕre, ātque ŏlĕā māgnūm vēstirĕ Tābūrnūm. V. *Insero.*

plānŭs, ă, ūm. *Nōn ēst āptŭs ĕquis Ĭthăcæ lŏcŭs, ŭt nĕquĕ plānis*, Hor. Ep. L. 1, E. 7, 41. SYN. Æquŭs, lēvis, cāmpēstris, æquālis. *Qui cĕcĭdit in plānō, vix hōc tămĕn ēvēnit ipsūm*, Ov. Tr. 3, 4, 171. SYN. Æquŭs, *vel* clārŭs.

plătănŭs, i. f. *Nōn sinĕ nūtānti plătănō, lēntāquĕ sŏrōrĕ*, Catul. 62, 890. EPITH.

Digitized by Google

Sterilis, insignis, umbrans, procera, alta, sylvestris, ardua, sublimis, lata, frondens, comans, umbrifera, nutans, opaca. VERS. Explicat hic frondes platanus genialis opacas

plătĕă. *Pūræ sūnt plătĕæ, nihil ŭt mĕdĭtāntĭbŭs ŏbstĕt*, Hor. Ep. 2, 2, 71. Gr. πλατεῖα. EPITH. Pŏpŭlŏsă, lātă, āmplă, căpāx, ingēns. V. *Via.*

Plăto, ōnis. *Pythăgŏrān, Ănўtĭquĕ rĕūm, dŏctūmquĕ Plătōnă*, Hor. Sat. L. 2. S. 4, 3. *Philosophus insignis; qui* Divini *nomen obtinuit; natus eodem die quo Apollo. Socratis discipulus, Aristotelis verò præceptor fuit.* EPITH. Cecrŏpiŭs, *i. e. Atheniensis*, divinŭs, dŏctŭs, ingĕnĭōsŭs, sōlērs, săgāx, ăcūtŭs, insignis, cĕlebris, făcūndŭs, disērtŭs.

plaūdo, plaūsi, sūm. *Rāră cŏrōnātō plaūsērĕ thĕātră Mĕnāndrō*, Mart. 5, 10, 9. SYN. Ăpplaūdo, cōmplaūdo, *vel* ēxplōdo. PHR. Mănĭbŭs plaūdo. Mănĭbŭs cōllido mănūs. Plaūsūm mănĭbŭs dō. Cĕlebrēs plaūsūs āttōllĕrĕ, ingĕmĭnārĕ. Plaūsū prŏbo, āpprŏbo, āssēntio. Lætĭtiā, plaūsūquĕ frĕmo. Lætās tōllo ăd sīdĕră vōcēs. Gaūdĭă blāndō vūltū, lætis vōcĭbŭs, *vel* gĕmĭnātis plaūsĭbŭs ŏstēndo, tēstŏr, ēdo, prōdo. VERS. Cērtātim ingēnti cĕlĕbrānt nŏvă gaūdĭă plaūsū. Ēxūltātque, ĕt vōx ănĭmō sŭă gaūdĭă dīffĕrt, *vel* rĕtĭnĕt, cŏhĭbĕt. Ingēns lætĭtiæ fērtŭr ăd āstră sŏnŭs. V. *Gaudeo.*

plaūstrūm. *Nēc plaūstris cēssānt vēctārĕ, &c.* Virg. Æn. 11, 138. SYN. Cūrrŭs, āxis. EPITH. Vŏlvēns, grăvĕ, trĕmēns, tārdūm, quĕrŭlūm, gĕmēns, sŏnōrūm, strīdŭlūm, raūcūm, lēntūm, rōbūstūm. VERS. Cōntēntā cērvīcĕ trăhūnt strīdēntĭă plaūstră. Dūcēnt Sārmătĭci bārbără plaūstră bŏvēs.

plaūsŭs, ūs.—*ingēnti sŏnŭērūnt ōmnĭă plaūsū*, Virg. Æn. 5, 506. SYN. Ăpplaūsŭs, ăcclāmātio, clāmŏr, mūrmŭr, stŭdĭūm pŏpŭli. EPITH. Lætŭs, ălăcĕr, hĭlăris, sŏlēnnis, cănōrŭs, māgnŭs, triūmphālis, fēstīvŭs, cōnfūsŭs, ēffūsŭs, pūblĭcŭs, thĕātrālis, sĕcūndŭs, pŏpŭlāris. PHR. Plaūsū sŏnăt, rĕsŏnăt, pērsŏnăt æthĕr. Plaūsū rĕsŏnānt căvă tēctă sŏnōrō. V. *Plaudo.*

Plaūtŭs. *Plaūtŭs ăd ēxēmplār Sĭcŭlī prŏpĕrāre Ĕpĭchārmi*, Hor. Ep. L. 2, L. 58. *Poëta Comicus, admodum facetus, atque elegans.* EPITH. Jŏcōsŭs, disērtŭs, făcūndŭs, ingĕnĭōsŭs, āntīquŭs.

plēbeiŭs. *Rēx sūm, nōn ūltrā quærō plēbeiŭs, ĕt æquăm*, M. SYN. Vūlgāris.

plēbs, plēbis. *Fōrtūnām, ĕt mōrēs āntīquæ plēbis, ĕt idēm*, Hor. Sat. 2, 7, 23. SYN. Plēbēcŭlă, plēbēs, is; vūlgŭs, pŏpŭlŭs. EPITH. Ignāră, rŭdis, indŏctă, incōnstāns, tĕmĕrārĭă, lĕvis, mūtābilis, imprūdēns, lŏquāx, clāmōsă, crēdŭlă, inēptă, tūrbĭdă, stūltă, āmēns, insānă, mălĕsānă, ăvĭdă, hŭmĭlis, imă, infĭmă, vīlis, inglōrĭă, cæcă, aūdāx, mĭsĕră, ĕgēnă, prŏcāx, prŏtērvă, sēdĭtĭōsă, tŭmūltŭōsă, incaūtă, imprōvĭdă. PHR. Fæx plēbis, pŏpŭli, ūrbis. Vīlis, tĕnŭis, plēbēcŭlă. Fæx infĭmă vūlgi. Tūrbă stŏlĭdă incūltæ plēbis. Vărĭūm ăc mūtābĭlĕ vūlgŭs. Flūctū măgis mōbĭlĕ vūlgŭs. Sēdĭtĭōnis ămāns, ĕt rēbŭs ămīcă nŏvāndis. Quæ mŏdŏ hūc, mŏdŏ flēctĭtŭr illūc. Cōmmōtā fērvēns plēbēcŭlă bīlĕ. VERS. Āt vĕlŭti māgno in pŏpŭlō cūm sæpĕ cŏōrta ēst Sēdĭtĭō, sævītque ănĭmis ignōbĭlĕ vūlgŭs. V. *Vulgus.*

plēctrūm. *sūstĭnĕt ā lævā; tĕnŭit mănŭs āltĕră plēctrūm*, Ov. Met. 11, 168. SYN. Pēctĕn. EPITH. Sŏnāns, rĕsŏnāns, mŏdŭlāns, insignĕ, Ăŏnĭūm, Ăpōllĭnĕūm, Phœbēūm, lēnĕ, tŭmŭltŭōsūm, vōcālĕ, dūlcĕ, blāndūm, rădĭāns, aūrātūm, făcūndūm, sŏnōrūm, lĕpĭdūm, cănōrūm, lŏquāx, gārrŭlūm, quĕrŭlūm, grātūm, ĕbūrnūm. PHR. Mŏvĕt ārgūtæ mōllĭă plēctră lўræ. Ăŏnĭō tūm tēntăt cārmĭnă plēctrō. Jām mănĭbŭs cĭthărăm jām pēctĭnĕ pūlsăt ĕbūrnō.

Plēiăs, *vel* Pleiăs. *dissyl.* V. *Pleiades.* *Plēiăs ēnīxa ēst, lētōquĕ dĕt, impĕrĭt, Ārgūm*, Ov. Met. 670. *Plēiăs, ĕt Ŏcĕăni sprētōs pĕdĕ rēppŭlĭt āmnēs*, Virg. G. 4, 233.

Plēiădēs, ūm. *Nōn hæc Plēiădēs făcĭūnt, nĕc ăquōsŭs Ŏrīōn*, P. *Septem stellæ ante genua Tauri, alio nomine* Vergiliæ. *Ex Poëtis, septem sunt filiæ Atlantis et Pleiones, quarum sex primæ Diis nupserunt, ultima verò Sisypho mortali, unde minùs apparet.* SYN. Vergiliæ, Atlāntĭdēs. EPITH. Imbrĭfĕræ, nimbōsæ, ūndōsæ, prŏcēllōsæ, ūdæ, mădĭdæ, mădēntēs, hūmĭdæ, nūbĭlæ, mœstæ, tristēs, vērnæ, lūcĭdæ, Atlāntææ. PHR. Atlāntis nātæ, Atlāntææ sŏrōrēs. Plēiădūm grēx, signă, minæ. Stēllæ rătĭbŭs timēndæ. Sēptēm rădĭāntĭă stēllis Sīdĕră.

Plēiŏnē, ēs. *Plēiŏnēsquĕ nĕpōs*, Ov. Met. 2, 743. *Nympha, Oceani et Tethyos filia, uxor Atlantis, et mater Pleiadum.*



Digitized by Google

plēnŭs. *Plēniŭs ŭt si quōs dēlēctēt cōpiă jūstō*, Hor. Sat. 1, 1, 57. SYN. Cŏnfertŭs, ăbūndāns, frĕquēns, āfflŭēns, cŭmŭlātŭs, replētŭs, *vel* intĕgĕr, pĕrfēctŭs.
plērăquĕ. *Plērăquĕ dĭffĕrăt, ĕt præsēns in tēmpŭs ŏmittăt*, Hor. A. P. 44. SYN. Mūltă, plūrĭmă.
plērīquĕ. *ŭt plērīquĕ sŏlēnt, nāsō sŭspēndĭs ădūncō;* Hor. Sat. 1, 6, 5. SYN. Mūltī, nōnnūllī, nōn paūcī, māxĭmă pārs.
plērūmquĕ.—*Pārto ăgrĭcŏlæ plērūmquĕ frŭūntŭr*, Virg. G. 1, 300. SYN. Sæpĕ, sæpĭŭs, frĕquēntĕr, crēbro.
plico, ās. *Quāndŏquĕ cælŭm, ceū lĭbĕr, plĭcābĭtŭr*. (Iamb.) SYN. Complico, replico, cōlligo, intŏrquĕo, cōnvōlvo. PHR. In gȳrūm, in spirām, in nēxūs, in nōdōs dūco, flecto, inflēcto, tŏrquĕo, implico, cōlligo. Plicās nĕcto. Nōdōs nēcto. Gȳrōs indūco, infĕro mēmbrĭs. Intōrtūm rĕddo cŏrpŭs. Intŏrquĕo lăcērtōs. Sēsē in sŭă mēmbră plĭcārĕ. Inflēctūnt immēnsă vŏlūmĭnĕ tērgă. Dārĕ cŏrpŏrĕ tōrtŭs. Squāmĕŭs in spirām sē cōllĭgĭt ānguĭs.
plōrātŭs, ūs. SYN. Flētŭs, lacrȳmæ, lūctŭs.
plōro. *Plōrātŭr lăcrȳmĭs āmissă pĕcūnĭă vērĭs*, Juv. 13, 134. V. *Fleo, Lacrymor, Lugeo.*
plūmă. *Pēnsĭlĭbŭs plūmĭs, ătque illĭnc dēspĭcĭēt nōs*, Juv. 1, 159. SYN. Pēnnă. EPITH. Lēvĭs, mōllĭs, tĕnĕră, pictă, mĭcāns. PHR. Vēstĭs nātīvă vŏlūcrŭm. VERS. Plūmæ vērsĭcŏlōrĭs ăvēs. Vŏlāt pēnnĭs trĕpĭdāntĭbŭs ālēs. Vēlōcēs ăgĭtāt pēnnās. Vāgĭs fĕrĭt æthĕră pēnnĭs. V. *Ala.*
plūmātĭlĭs. *ārs quŏd tēxŭĕrāt vărĭō plūmātĭlĭs ōrsū*, L.
plūmbŭm. *ĕt cāntātă tĕnēt cūm fūsō lĭcĭă plūmbō*, L. EPITH. Liquĭdŭm, liquēns, līvēns, grăvĕ, flēxĭlĕ, trāctābĭlĕ, sŏlĭdŭm, vūlnĭfĭcŭm. VERS. Sŏlĭdō frēgit căvă tēmpŏră plūmbō.
plūmbĕŭs, ă, ŭm. *Nĕc plūmbĕŭs Aūstĕr*, Hor. Sat. 2, 6, 18.
plūmbĕă *glans*. EPITH. Lēthĭfĕră, lēthālĭs, fātālĭs, fūlmĭnĕă, ēmissă. PHR. Pĭlă plūmbĕă. Plūmbĕŭs glōbŭs, glōbŭlŭs. Missĭlĕ, vŏlātĭlĕ plūmbŭm.
plūmĕŭs. *indūmēntă nŏvōs nēxēntēm plūmĕă tēlĭs*, Prud.
plūmōsŭs. *Sic plūmōsă nŏvĭs plāngēntĭs pēctŏră pēnnĭs*, Ov. ad Liv. 109. SYN. Plūmĭgĕr: plūmā tēctŭs, ŏpērtŭs.
plŭo, is. V. *infrà, post Pluvia.*
plūrēs, ĭūm. plūră. *Plūrĭbŭs āssĕrŭit mēntēm, &c.*—Hor. Sat. 2, 2, 109. SYN. Mūltī, plūrĭmī, plērīquĕ, frĕquēntēs. PHR. Āgglŏmĕrātă, *vel* nŭmĕrōsă, mănŭs, cŏhōrs, ingēntī āstāntĕ cŏrōnā. Māgnā cŏmĭtāntĕ cătērvā. Stĭpātŭs, *vel* cŏmĭtātŭs āgmĭnĕ lōngō.
plūrĭmŭs. *Jāmque āscēndēbānt cōllēm, quī plūrĭmŭs ūrbī*, Virg. Æn. 1, 423. SYN. Mūltŭs, *vel* lōngŭs, māxĭmŭs.
plūrĭs. *āttēndās, măgĭs īllă jŭvānt, quæ plūrĭs ĕmūntŭr*, Juv. 11, 16. SYN. Plūs, măgĭs, *vel* cārĭŭs.
plŭtĕŭs. *Nĕc plŭtĕŭm cædĭt, nĕc dēmōrsōs săpĭt ūnguēs*, P. EPITH. Dōctŭs: lĭbrĭs ŏpērtŭs.
Plūtō, ōnis. *ōdĭt ĕt ĭpsĕ pătĕr Plūtōn, ōdērĕ sŏrōrēs*, Virg. Æn. 7, 337. *Saturni et Opis filius, Jovis ac Neptuni frater, Inferorum Rex. Proserpinam rapuit in Siciliâ, uxoremque duxit.* SYN. Dis. EPITH. Immītĭs, sævŭs, dīrŭs, tōrvŭs, tētĕr, fĕrōx, ăvĭdŭs, ăvārŭs, hōrrĭdŭs, ūmbrōsŭs, plăcĭdŭs, sŭpērbŭs, trĕmēndŭs, impĭŭs, fĕrŭs, crūdēlĭs, bārbărŭs, fērrĕŭs, sĕvērŭs, ĭnēxōrābĭlĭs, prŏfūndŭs, ātĕr, nĭgĕr, pāllēns, pāllĭdŭs, squālĭdŭs, Stȳgĭŭs, Tārtărĕŭs, Lēthæŭs, Phlĕgĕthōntæŭs, infĕrnŭs, īmŭs, Sātūrnĭŭs. PHR. Tārtărĕŭs Jūpĭtĕr. Stȳgĭŭs Jŏvĭs Frātĕr. Dūx Ĕrĕbī. Rēx Orcī. Rēx Stȳgĭŭs. Nigri dŏmĭnātŏr Ăvērnī. Nōctĭs ārbĭtĕr ūmbrārūmquĕ pŏtēns. Sātūrnī tērtĭŭs hærēs. Cui triplĭcĭs cēssĭt fōrtūnă nŏvissĭmă rēgnī. Ināmœnă tĕnēns rēgnă. Ūmbrārūm dŏmĭnŭs, cui tērtĭă rēgnă lăbōrānt. Rēx sĭlēntŭm. Tārtărĕŭs Tȳrānnŭs.
Plūtōnĭŭs, ă, ŭm. *ĕt dŏmŭs ēxīlĭs Plūtōnĭă, quō, &c.* Hor. Od. 1, 4, 17. SYN. Tārtărĕŭs, infērnŭs.
plŭvĭă. *Cærŭlĕŭs plŭvĭām dēnūncĭăt, ignĕŭs Eūrōs*, Virg. Geo. 1, 453. SYN. Imbĕr, nimbŭs. V. *Imber, Ros, et Pluit.*
plŭit. *Dūm plŭĭt, in tērrĭs, ŭt pōssint, Sōlĕ rĕdūctō*, Virg. Æn. 10, 807. PHR. Grăvĭdĭs, rĕsŏlūtĭs cădūnt ē nūbĭbŭs imbrēs. Jūpĭtĕr imbrĭbŭs rĭgăt ārvă. Præcĭpĭtānt nimbī. Tōtō rŭit æthĕrĕ nimbŭs. Cælō dēmittĭtŭr imbĕr. Dēnsissĭmŭs

Imber ingĕmĭnăt. Nūbēs sē sōlvit in imbrēm. Nūbĭbŭs Aūstĕr fūndit ăquās. Immēnsūm cœlō vĕnit ăgmĕn ăquārūm. Plŭvĭās sē sōlvit in ūndās æthĕr. Dēnsi fūndūntūr ăb æthĕrĕ nimbi. Actūs cœlō māgnis Ăquĭlōnĭbŭs imbĕr, lārgis ăquis cădit, rŭit, præcĭpĭtăt. Lārgæ præcĭpĭtāntūr ăquæ. Fœdām glŏmĕrānt tēmpĕstātem imbrĭbŭs ātræ Cōllēctæ nūbēs. Mūltā tērrā mădēscit ăquā. Præcĭpĭtēsquĕ cădūnt tōtō æthĕrĕ nimbi. Vērbĕrăt imbĕr hŭmūm, rŭit ārdŭŭs æthĕr. Ăquās nimbōsūs Ōrīōn Cōnglŏmĕrăt. Nūbĭbŭs āssĭdŭis, plŭvĭōquĕ mădēscit ăb Aūstrō Tērrā. Effūsis dĕcĭdit imbĕr ăquis. Cœlō dēscēndit plūrĭmŭs imbĕr. VERS. Ēccĕ cădūnt lārgi rēsŏlūtis nūbĭbŭs imbrēs: inquĕ frĕtūm crēdās tōtūm dēscēndĕrĕ cœlūm. Rŭit ārdŭŭs æthĕr, Ēt plŭvĭa ingēnti sātă lætă, bŏūmquĕ Lăbōrēs Dīlŭit, implēntūr fōssæ, ēt căvă flūmĭnă crēscūnt Cūm sŏnĭtū, fērvētquĕ frĕtis spīrāntĭbŭs æquŏr. Nūllă diēs ădĕo ēst Aūstrālĭbŭs hūmĭdă nimbis, Nōn intērmissis ūt flŭăt imbĕr ăquis. Effūsis imbrĭbŭs ātrā Tēmpēstās sinĕ mōrĕ fŭrit. V. *Imber, et Grando.*

plŭvĭālis. *Quāntŭs ăb ōccāsū vĕnĭēns plŭvĭālĭbŭs hædis,* Virg. Æn. 9, 608.

plŭvĭŭs, ă, ūm.—*Aūt plŭvĭŭs dēscrībĭtŭr ārcŭs,* Hor. A. Poët. 18. SYN. Plŭvĭālis, plŭvĭōsŭs, imbrĭfĕr: nūbĭlŭs.

pōcŭlūm. *Pōcŭlă si quāndō sævæ infēcērĕ nŏvērcæ.* SYN. Scȳphŭs, cālix, crātēr, crātērā, pătĕrā, cārchēsĭūm. EPITH. Fūmāns, spūmāns, aūrĕūm, ārgēntĕūm, lūcĭdūm, mĭcāns, cāndĭdūm, ăhēnūm, ænĕūm, făgĭnūm, cælātūm. PHR. Vălĭdō spūmāntĭă Bācchō Pōcŭlă Pērfēctă ārgēntō, ātquĕ āspĕrā signis. Mīscēt, præbēt, lībăt, circūmfērt pōcŭlă dēxtrā. VERS. Nēc gēmmĕā pōcŭlă nōstris in lărĭbŭs lūcēnt, *vel* nĭtēnt. Căpācēs Vīnă grăvāt pătĕrās. Impĭgĕr haūsit Spūmāntēm pătĕram, āc plēnō sē prōlŭit aūrō.

pŏdagrā.—*Scăbĭēmquĕ fĕrăt, tūrpēsquĕ pŏdăgrās,* Virg. Geo. 3, 299. *Lītīgăt, ēt pŏdăgrā Dīŏdōrŭs, Flāccē, lăbōrăt,* Mart. 1, 99. EPITH. Tūrpis, immītis, dīră, sēgnis, ignāvă, inērs, lăpĭdōsă, crūdēlis, mŏlēstă, ăcērbă, impōrtūnă, insōmnis, ăcris, immĕdĭcābĭlis, quĕrŭlă. PHR. Strīngēns, frāngēns, cōntūndēns ārtĭcŭlōs. Pēdēs sævō rĭgōrĕ lĭgāns. Nūllis mĕdĭcābĭlis hērbis. Pœŏnĭă mājŭs ārtĕ mălūm. VERS. Tōllĕrĕ nōdōsām nēscit mĕdĭcīnă pŏdăgrām. Sēcăt indignōs sævă pŏdăgrā pĕdēs. Clāmāntēs cūm dīră prĕmit, vēxātquĕ pŏdăgrā. V. *Chiragra.*

pŏēmă, ătis. *Pōstĭbŭs āffixūm dūlcē pŏēmă săcris,* Rutil. SYN. Cārmĕn. EPITH. Pūlchrūm, făcētūm, dīvīnūm, făcūndūm, săcrūm, Āŏnĭūm, Piĕrĭūm, dūlcĕ. VERS. Vōlvēbām librōs, ēt săcră pŏēmătă vātūm. Si nŏvŭs ēxcūdăt făcūndă pŏēmătă vātēs. V. *Carmen, Poëta.*

pœnă. *Quām tĭmĕō, vīctŭs nē pœnās ēxĭgĕt Ājāx,* Juv. 10, 84. SYN. Sūpplĭcĭūm: crŭcĭātŭs, dŏlŏr, lăbŏr. EPITH. Mĭsĕrāndă, dūră, mĭsĕrābĭlis, trīstis, fūnēstă, sævă, ātră, crūdēlis, crŭēntă, dēfōrmis, ăcērbă, dīră, infāmis, mĭsĕră, hōrrĭbĭlis, tūrpis, immānis, ātrōx, impĭă, inīquă, grăvis, ămāră, immītis, sŭprēmă, vĕhĕmēns, intŏlĕrābĭlis, vĭŏlēntă, inaūdĭtă. PHR. Pœnārūm gĕnŭs ōmnĕ. Pœnă scĕlĕrūm vīndēx. Crīmĭnis ūltrix. Gĕnŭs mĭsĕrābĭlĕ pœnæ. VERS. Cūlpām pœnă prĕmit cŏmĕs. Infāndă pēr ōrbēm Sūpplĭcĭa, ēt scĕlĕrūm pœnās ēxpēndĭmŭs ōmnēs. Tē trīstĕ mănēbit Sūpplĭcĭūm, vōtisquĕ Dĕōs vĕnĕrābĕrĕ sēris. V. *Punio, Labor, Dolor, et Supplicium.*

*pœnas do.* SYN. Pœnās pēndo, ēxpēndo, lŭo. V. *Punior.*

Pœni —*Pōnūntquĕ fĕrōcĭă Pœni,* Virg. Æn. 1, 302. V. *Carthaginiensis.*

pœnĭtĕt, ŭit. *Nēc tē pœnĭtĕăt călămō trīvīssĕ lăbēllūm,* Virg. Ecl. 2, 34. SYN. Pĭgēt. VERS. Quō fĕrăt iră sĕquār, făcti fōrtāssĕ pĭgēbit.

pœnĭtēntĭă. *ădēstō pœnĭtēntĭæ,* Hilar. EPITH. Trīstis, mœrēns, dŏlēns, ămāră, quĕrŭlă, ŭlŭlāns, frēndēns, intēstīnă, impătĭēns, pērvĭgil, irrĕquĭētă, sălūtĭfĕră, ūtĭlis. PHR. Crīmĭnis ădmissi dŏlŏr. Dĕūm plăcāns. In mĕlĭŭs vītām cōmmūtāns. Quæ sōntēs lăcrȳmis ēffĭcit innŏcŭōs. Quæ trăhit innŏcŭōs imō dē pēctŏrĕ flētŭs.

*pœnitentiā peccata expiare.* PHR. Nĕfās ōmnĕ ēlŭĕrĕ, dētērgĕrĕ, ābstērgĕrĕ, ăbjĭcĕrĕ. Scĕlĕrūm măcŭlās, sōrdēs, ăblŭĕrĕ. Vĕnĭām pēccātō rŏgārĕ. Prāvōs dēsuēscĕrĕ mōrēs. In mĕlĭŭs vītām vērtĕrĕ. Scĕlŭs ōmnĕ fătēri. Pēccātō indŏlērĕ. VERS. I mĕlĭŏr, vĕtĕrūm fāmām jām ēxtinguĕ mălōrūm. Exŭĕrānt fāstūs, mōrēsquĕ sinīstrōs. Dūm rătĭō, tēmpūsquĕ sinūnt, sĭmŭl itĕ frĕquēntēs: Itĕ pĭi, vĕnĭām făctis ēxpōscĭtĕ vēstris. Ite, ănĭmōs pūrgārĕ. Ūt vērsa in mĕlĭūs, rĕnŏvātis mōrĭbŭs ūltrō Plăcēmŭs Sŭpĕrūm Rēgēm, quēm crīmĭnĕ nōstrō Læsĭmŭs.



Digitized by Google

Quōs āh! tūm gĕmĭtūs, quæ tūm sūspīrīā ăb īmō Pĕctŏrĕ jām cūlpām fāssā dĕdĭt? Gĕnās lārgo imbrĕ rĭgābāt, Pācem ōrāns, īmōquĕ trăhēns sūspīrĭă cōrdĕ. Jāmque ănĭmōs pēnĭtūs sēnsūsque ŏblītă priōrēs Sūspīrāt, vĕnĭam ēxōrāns.

prōdĭtŭs. *āgnōscit lăcrȳmāns, prīmō quæ prōdĭtă sōmnō*, Virg. Æn. 1, 474. SYN. Trādĭtŭs, *vel* dēsērtŭs, *vel* ōstēnsŭs.

prōdo, prōdĭdi. *Quæ tām fēstă diēs, ŭt cēssĕt prōdĕrĕ fūrēm?* Juv. 13, 23. SYN. Ōstēndo, pāndo, ăpĕrio, *vel* māndo, scrībo, ēdo, *vel* trādo, *vel* dēstĭtŭo, dēsĕro.

prōdūco, ūxi, ctūm. *His ĭtă dīmissis ăliŭs prōdūcitŭr ægĕr*, S. SYN. Gĕnĕro, părio, *vel* prōtēndo, prōtrăho, prŏfĕro: prōrŏgo: dīffĕro, tārdo, *vel* prōvĕho, prōmŏvĕo.

prōfāno. *Scilicĕt ōmnĕ săcrŭm mōrs impōrtūnă prŏfānăt*, Ov. Am. 3, 9, 19. SYN. Rēs săcrās viŏlo, pōllŭo, tĕmĕro.

prōfānŭs. *Mistăque ĕrit flāmmæ flāmmă prŏfānă piæ*, Ov. Fast. 6, 440. SYN. Nōn săcĕr, impiŭs, scĕlĕrātŭs.

prōfāri. *Vūltŭm Dīdō dēmissă prŏfātŭr*, Virg. Æn. 1, 565. SYN. Fāri, lŏqui. V. *Loquor.*

prŏfēctō, adv. *Pārtēs in bēllŭm missi dūcis, illĕ prŏfēctō*, H. A. Poët. 315. SYN. Cērtē, ēquidēm.

prōfĕro, tŭli, lātŭm. *Prŏfĕrĕt impĕriŭm, jăcĕt ēxtrā, &c.* Virg. Æn. 6, 995. SYN. Prōnūncio, cōmmĕmŏro, dīco, rĕfĕro, rĕcēnsĕo, *vel* ōstēndo, mōnstro, pătĕfăcio, *vel* prōdūco.

prŏfēssŭs. *Scūrrāntis spĕciēm præbērĕ, prŏfēssŭs ămicŭm*, Hor. Ep. 1, 18, 2.

prōfĭcio, fēci. *Crēscit vīta hŏmĭnis, ĕt lōngō prŏfĭcit ūsū*, P. SYN. Prōgrĕdiŏr, *vel* prōsŭm.

prŏfĭciscŏr, ĕris. *ŭt prŏfĭciscēntēm dŏcŭi tē sæpĕ diūquĕ*, Hor. Ep. 1, 13. SYN. Ĕo, vādo, prōcēdo, discēdo, ăbĕo, ēxĕo, tēndo, cōntēndo. PHR. Viăm, *vel* itĕr tēnto, cōrripio, cārpo, tēndo, ingrĕdiŏr, invādo, mōliŏr. Mē ăgo, cōnfĕro in. Grēssŭs dīrigo. Īrĕ păro. Pĕregrīnās ōrās pĕtĕrĕ. Fērrĕ pĕdēm. Cōnfērrĕ grădŭm. VERS. Mēque ēxtrā tēctă fĕrēbām. Jāmque ăliō mōlīris itĕr, nĕc dēsĭdĕ pāssū Īrĕ părās. Ītăliām pĕtĕre ĕt tērrās tēntārĕ rĕpōstās. Hæc ŭbi dictă dĕdit, pōrtis sēsĕ ēxtŭlit. V. *Eo, Abeo, Navem solvo, Peregrinor.*

Digitized by Google

**prōfitĕŏr**, ĕris, fessus. *Furtivos timidē prŏfitētur ămōrēs*, Ovid. SYN. Cōnfitĕŏr, fătĕŏr, *vel* dēnūncio, tēstŏr, significo, *vel* ēxercĕo, *seu* ēdŏcĕo.

**prōflīgo**, ās. *Prōflīgārētur pŏpŭli stĕtit ōrbĕ rĕcūrvō*, M. SYN. Āffligo, sterno, prōstĕrno, dējicio, cædo, cōncīdo, dissĭpo, fundo, fūgo, vinco, dŏmo.

**prōflo**. *ēxstrūctŭs tōtō prōflābāt pĕctŏrĕ sōmnūm*, Virg. Æn. 9, 326. SYN. Efflo, flō.

**prōflŭo**, ūxi. *in mĕdĭūm, seu stābĭt inērs, seu prōflŭĕt hūmŏr*, Virg. Geo. 4, 25. SYN. Flŭo, māno, prōmāno, lābŏr, ēfflŭo, dēflŭo, dēlābŏr, fŭgio, fĕrŏr, cūrro, dēcūrro. V. *Fluo*.

**prŏfŭgŭs**. *ēt Scȳthicūm prŏfŭgā scindĕrĕ pūppĕ frĕtūm*, Ov. Tr. E. 2, 62. SYN. Fŭgitivŭs, ēxŭl. V. *Exul*.

**profūndo**, profūdi, profūsūm. *Vix ĕā, cūm lăcrȳmās ŏcŭlis Jūtūrnă prŏfūdit*, Virg. Æn. 12, 154. *Æquŏră prŏfūdit tōtō nāscēntiă pōntō*, Manil. SYN. Fūndo, ēffūndo, *vel* dispērdo, dissĭpo, prōdĭgo.

**prŏfūndŭs**.———*Nĕmŭs, ĕt sylvæ intŏnŭērĕ prŏfūndæ*, Virg. Æn. 7, 515. SYN. Āltŭs, căvŭs, dēprēssŭs, īmŭs. PHR. Vāstōquĕ prŏfūndŭs hĭātū; āltiŭs in præcēps, pătēns.

**profūsŭs**, ă, ūm.———*Flētŭs sŭpĕr ōră prŏfūsŭs*, Ovid. *ăt Græcŭs pōstquām ēst Ĭtălō prŏfūsŭs ăcētō*, Hor. Sat. 1, 7, 32. SYN. Fūsŭs.

**prōgĕnĕro**. *Prōgĕnĕrānt ăquilæ cŏlūmbām*. (Dact. Troch.) SYN. Gĕnĕro.

**prōgĕniēs**, ĭēi. *Prōgĕniēm sĕd ĕnim Trōjāno ā sānguinĕ dūci*, Virg. Æn. 1, 23. SYN. Prōlēs, sŏbŏlēs. V. *Genus*.

**prōgĕnĭtŏr**, ōris. *ĕt fōrti gĕnĭtōre, ĕt prōgĕnĭtōrĕ Tŏnāntĕ*, Ov. Met. 11, 319. SYN. Gĕnĭtŏr, părēns, pătĕr.

**prōgĕnĭtŭs**. *Prōgĕnĭtōs fŭlcīssĕ dŏcēs, hōc cœlĭtŭs āstră*, P. SYN. Gĕnĭtŭs, gĕnĕrātŭs, nātŭs.

**Prōgnē**, ēs. *ĕt mănĭbŭs Prōgnē pēctŭs signātă crŭēntis*, Virg. Geo. 4, 15. *Filia Pandionis, Athenarum Regis, uxor Terei, Thraciæ Regis; mater Ityos, et soror Philomelæ. Agnito incestu Terei cum Philomelâ, cui ille vim intulerat, Itym in membra discerpsit, ac Tereo epulandum dedit, qui ad ultionem se parabat, cùm Progne in hirundinem mutata est.* EPITH. Quĕrŭlă, impĭă, Daulĭās; *à Daulide urbe Phocidis, ubi Itym Tereo epulandum dedit.* Pāndiŏnĭă, Thrācĭă, Thrēĭcĭă, Rhŏdŏpēĭă, Gĕtĭcă, sævă, dūră, Āttĭcă, Cecrŏpis, crŭēntă, ăcērbă. PHR. Rhŏdŏpēĭă cōnjŭx. Ūltă mănū thălămōs. Plōrāt Ĭtȳm vŏlucris pĭă, mātĕr ăcērbă. V. *Hirundo*.

**prōgrĕdiŏr**, ĕris, grēssŭs. *Prōgrĕdiŏr pōrtū, clāssēs ĕt līttŏră līnquēns*. SYN. Prōcēdo, prōdĕo, ēgrĕdiŏr.

**prŏhĭbĕo**. *Īnstābĭlēs ănĭmōs lūdō prŏhĭbēbis ĭnāni*, Virg. Geo. 4, 105. SYN. Vĕto, impĕdio, ŏbsŭm, ŏbsto, ŏbsisto, tārdo, rĕtārdo, mŏrŏr, dīstĭnĕo, *vel* ārcĕo, ēxclūdo, rĕpĕllo, sūmmŏvĕo. V. *Impedio*.

**prōjēctŭs**. *Hinc āltās cautēs, prōjēctăquĕ sāxă Păchȳni*, Virg. Æn. 3, 699. SYN. Jăctŭs, *vel* ābjēctŭs, *vel* prŏtēnsŭs.

**prōjicio**, jēci, jēctūm. *Prōjicĕ tēlă mănū, sānguis mĕŭs, &c.* Virg. Æn. 6, 835. SYN. Jăcio, cōnjĭcio, jăcŭlŏr, *vel* ābjĭcio, āffligo, prōstērno.

**proindĕ**. *Proindĕ tŏna ēlŏquiō, sŏlĭtūm tĭbi, &c.* Virg. Æn. 11, 383. *Prŏindĕ ŏmissi rĕgĭmĕn ē mănĭbūs mĕis*. (Iamb.) Sen. SYN. Ĭdĕo, ĕrgo.

**prōlābŏr**, ĕris, lāpsŭs. *Flūmĭna ĕt intēnti prōlābitŭr æquŏris ūndă*, Aven. SYN. Lābŏr, rŭo, cădo, prōcūmbo, prōcĭdo.

**prōlāpsŭs**. *Prōlāpsūm lĕvĭtĕr făcili trāxērĕ līquŏrĕ*, Prop. 1, 20, 47. SYN. Lāpsŭs, dēlāpsŭs.

**prōlātŭs**. *Nōn dĕēst prōlātō jējūnŭs vēndĭtŏr aūrō*, L. SYN. Prōdūctŭs, *vel* dūctŭs.

**prōlĕcto**, ās. *Prædă pŭellārēs ănĭmōs prōlēctăt ĭnānis*, Ov. Fast. 4, 433. SYN. Āllĭcio, pēllĭcio.

**prōlēs**, is. *ēxigăt ĕt pūlchrā făciăt tē prōlĕ părēntĕm*, Virg. Æn. 1, 79. SYN. Prōgĕniēs, sŏbŏlēs, prōpāgo, lībĕri, nāti, filĭŭs, filĭă. EPITH. Chāră, dīlēctă, dūlcis, ămātă, ēgrĕgiă, inclȳtă, gĕnĕrōsă, māscŭlă, virilis, tĕnĕră. VERS. Chāră Dĕūm sŏbŏlēs, māgnūm Jŏvis incrēmēntūm. Si quă mihi dē tē sŏbŏlēs sūscēptă fŭissĕt.

**prōlixŭs**. *Squāllĭdă prōlixis qui tĕgit ōră cŏmis*, Ovid. SYN. Lōngŭs, prōdūctŭs, ēxtēnsŭs.



Digitized by Google

*misquĕ trĕmēns prōcūmbĭt hŭmi bōs*, Virg. Æn. 5, 481. SYN. Prōcido, prōlābor, lābŏr, dēcido, rŭo, cōrrŭo, cădo.
prŏcūro. *Prōcūrārĕ bŏnis, præquĕ căvērĕ mălis*, Paul. E. SYN. Cūro, gēro, trăcto, ădministro, rĕgo, gŭbĕrno, mŏdĕrŏr.
prōcūrro, cūrri.——*Mănum ĕt prōcūrrĕrĕ lōngiŭs audēnt*, Virg. Æn. 9, 690. SYN. Cūrro, ēxcūrro.
prŏcūrsŭs, ūs. *Præcipitem, ŭt prŏcūrsū cōncĭtŭs ăxis*, Virg. Æn. 12, 379.
prŏcūrvŭs. *ēxŏrĭtŭr prŏcūrva ingēns pĕr littŏră flētŭs*, Virg. Æn. 5, 765. SYN. Cūrvŭs, incūrvŭs.
prŏcŭs. *Tūrbă rŭūnt in mē lŭxŭrĭōsă, prŏci*, Ov. Ep. 1, 88. SYN. Ămātŏr. EPITH. Blāndŭs, vigil, cŭpĭdŭs, lŭxŭrĭōsŭs, impōrtūnŭs, misĕr, dŭbiŭs, sōllĭcitŭs, pērvigil, insōmnis, păllēns, tĕnĕllŭs, tĕnĕr. VERS. Mūltōrūm frūstrā vōtis ōptātă prŏcōrūm. V. *Amans*.
prōdĕo. *ūmbră nĕque ē măgicis mōrtŭă prōdit ăquis*, Prop. 4, 1, 106. SYN. Ēo, prōcēdo; ēxĕo.
prōdēst. *Quid prōdēst, si tē cōngĕlăt ūxŏr ănŭs?* Mart. 14, 147. SYN. Jŭvăt. V. *Prosum*.
prŏdĭgālĭtās, ātis. SYN. Prŏfūsio, ēffūsio. PHR. Immŏdĕrātŭs ōpūm ūsŭs, nĭmĭă lārgĭtās. Prŏdĭgă mēns, *vel* mănŭs. Nimis lārgă mănŭs. V. *Luxuria*.
prŏdĭgiōsŭs. *Prōdĭgĭōsă lŏquŏr vĕtĕrūm mēndācĭă vātūm*, Ov. A. 3, 6, 17. SYN. Pōrtēntōsŭs, mōnstrōsŭs.
prŏdĭgiūm. *Nēc tāntis mŏră prōdĭgiis, ēn quătŭŏr ăræ*, Virg. Æn. 5, 639. SYN. Pōrtēntūm, mōnstrūm. V. *Monstrum*.
prŏdĭgŭs. *Sēd tăm prŏdĭgŭs ătquĕ lībĕrālis*. (Phal.) Mart. 1, 100, 2. SYN. Prōfūsŭs, ēffūsŭs, dissŏlūtŭs: nĕpōs. PHR. Cui prŏdĭgă mēns, *vel* mănŭs. V. *Liberalis*, *Gulosus*.
prŏdĭtio, ōnis.——*Fălsă sūb prōdĭtĭōnĕ Pĕlăsgi*, Virg. Æn. 2, 85. SYN. Fraus, dŏlŭs, pērfidĭă. EPITH. Pērfidă, impiă, scĕlĕrātă, ărcānă, ōccūltă, sēcrētă, lătēns.
prŏdĭtŏr, ōris. *Nūnc ĕt lătēntis prōdĭtŏr intĭmō*, (Alcaic.) EPITH. Pērfĭdŭs, impiŭs, scĕlĕrātŭs, infīdŭs, insĭdĭōsŭs, caūtŭs, făllāx, dŏlōsŭs, căllĭdŭs, ăstūtŭs, vāfĕr, mēndāx, vērsūtŭs, mălŭs, mĕtŭēndŭs, dētēstāndŭs, pērnĭcĭōsŭs. V. *Perfidus*.
prŏdĭtŭs. *ăgnŏscit lăcrȳmāns, primō quæ prōdĭtă sōmnō*, Virg. Æn. 1, 474. SYN. Trādĭtŭs, *vel* dēsērtŭs, *vel* ōstēnsŭs.
prōdo, prōdĭdi. *Quæ tăm fēstă diēs, ŭt cēssēt prōdĕrĕ fūrēm?* Juv. 13, 23. SYN. Ōstēndo, păndo, ăpĕrio, *vel* māndo, scribo, ēdo, *vel* trādo, *vel* dēstĭtŭo, dēsĕro.
prōdūco, ūxi, ctūm. *His ĭtă dimissis ălĭŭs prōdūcĭtŭr ægĕr*, S. SYN. Gĕnĕro, părio, *vel* prōtēndo, prētrăho, prōfĕro: prōrŏgo: dĭffĕro, tārdo, *vel* prōvĕho, prōmŏvĕo.
prŏfāno. *Scilĭcĕt ōmnĕ săcrūm mōrs impōrtūnă prŏfānăt*, Ov. Am. 3, 9, 19. SYN. Rēs sacrās viŏlo, pōllŭo, tĕmĕro.
prŏfānŭs. *Mistăque ĕrit flāmmæ flāmmă prŏfānă piæ*, Ov. Fast. 6, 440. SYN. Nōn săcĕr, impiŭs, scĕlĕrātŭs.
prŏfāri. *Vūltūm Dīdō dēmissă prŏfātŭr*, Virg. Æn. 1, 565. SYN. Fāri, lŏqui. V. *Loquor*.
prŏfēctō, adv. *Pārtēs in bēllūm missi dūcis, illĕ prŏfēctō*, H. A. Poēt. 315. SYN. Cērtē, ēquĭdēm.
prōfĕro, tŭli, lātūm. *Prōfĕrĕt impĕrĭūm, jăcĕt ēxtrā, &c.* Virg. Æn. 6, 995. SYN. Prōnūncio, cōmmĕmŏro, dico, rĕfĕro, rĕcēnsĕo, *vel* ōstēndo, mōnstro, pătĕfăcio, *vel* prōdūco.
prŏfēssŭs. *Scūrrāntis spĕcĭēm prǣbērĕ, prŏfēssŭs ămicūm*, Hor. Ep. 1, 18, 2.
prŏfĭcio, fēci. *Crēscit vita hŏmĭnis, ĕt lōngō prōfĭcit ūsū*, P. SYN. Prōgrĕdiŏr, *vel* prōsūm.
prŏfĭciscŏr, ĕris. *ŭt prŏfĭciscēntēm dŏcŭi tē sæpĕ dĭūquĕ*, Hor. Ep. 1, 13. SYN. Ēo, vādo, prōcēdo, discēdo, ăbĕo, ēxĕo, tēndo, cōntēndo. PHR. Viām, *vel* itĕr tēnto, cōrripio, cārpo, tēndo, ingrĕdiŏr, invādo, mōliŏr. Mē ăgo, cōnfĕro in. Grēssŭs dirigo. Īrĕ păro. Pĕrĕgrinās ōrās pĕtĕrĕ. Fērrĕ pĕdēm. Cōnfērrĕ grădūm. VERS. Mēque ēxtrā tēctă fĕrēbām. Jāmque ăliō mōliris itĕr, nēc dēsidĕ pāssū Īrĕ părās. Ītăliām pĕtĕre ēt tērrās tēntārĕ rĕpōstās. Hæc ŭbi dictă dĕdit, pōrtis sēsē ēxtŭlit. V. *Eo*, *Abeo*, *Navem solvo*, *Peregrinor*.

Digitized by Google

**prōfitĕŏr**, ĕris, fessŭs. *Fūrtīvōs tĭmĭdē prŏfĭtētŭr ămōrēs*, Ovid. SYN. Cōnfitĕŏr, fătĕŏr, *vel* dēnūncio, tēstŏr, significo, *vel* ēxĕrcĕo, *seu* ēdŏcĕo.

**prōflīgo**, ās. *Prōflīgārētŭr pŏpŭlī stĕtĭt ōrbĕ rĕcūrvō*, M. SYN. Āffligo, stĕrno, prōstĕrno, dējicio, cædo, cōncido, dissipo, fūndo, fŭgo, vinco, dŏmo.

**prōflo**. *ēxstrūctŭs tōtō prōflābăt pĕctŏrĕ sŏmnŭm*, Virg. Æn. 9, 326. SYN. Ēfflo, flō.

**prōflŭo**, ūxi. *in mĕdĭŭm, seū stăbĭt inērs, seū prōflŭĕt hŭmŏr*, Virg. Geo. 4, 25. SYN. Flŭo, māno, prōmāno, lābŏr, ēfflŭo, dēflŭo, dēlābŏr, fŭgio, fĕrŏr, cūrro, dēcūrro. V. *Fluo*.

**prŏfŭgŭs**. *ēt Scȳthĭcŭm prŏfŭgă scindĕrĕ pŭppĕ frĕtŭm*, Ov. Tr. E. 2, 62. SYN. Fŭgitīvŭs, ēxŭl. V. *Exul*.

**profūndo**, profūdi, profūsūm. *Vix ĕă, cŭm lăcrȳmās ŏcŭlīs Jūtūrnă prŏfūdĭt*, Virg. Æn. 12, 154. *Æquŏră prōfūdĭt tōtō nāscĕntĭă pŏntō*, Manil. SYN. Fūndo, ēffūndo, *vel* dispĕrdo, dissipo, prōdigo.

**prŏfūndŭs**.———*Nĕmŭs, ĕt sylvæ intŏnŭĕrĕ prŏfūndæ*, Virg. Æn. 7, 515. SYN. Āltŭs, căvŭs, dēprēssŭs, īmŭs. PHR. Vāstōquĕ prŏfūndŭs hĭātū; āltiŭs in præcĕps, pătēns.

**profūsŭs**, ă, ūm.————*Flētŭs sŭpĕr ōră prŏfūsŭs*, Ovid. *āt Græcŭs pŏstquăm ēst Ĭtălō prŏfūsŭs ăcētō*, Hor. Sat. 1, 7, 32. SYN. Fūsŭs.

**prŏgĕnĕro**. *Prŏgĕnĕrānt ăquĭlæ cŏlŭmbăm*. (Dact. Troch.) SYN. Gĕnĕro.

**prŏgĕniēs**, ĭēi. *Prōgĕnĭĕm sĕd ĕnim Trōjāno ā sānguĭnĕ dūci*, Virg. Æn. 1, 23. SYN. Prōlēs, sŏbŏlēs. V. *Genus*.

**prŏgĕnĭtŏr**, ōris. *ĕt fōrti gĕnĭtōre, ĕt prŏgĕnĭtōrĕ Tŏnāntĕ*, Ov. Met. 11, 319. SYN. Gĕnitŏr, părēns, pătĕr.

**prŏgĕnitŭs**. *Prŏgĕnĭtōs fūlcīssĕ dŏcēs, hŏc cœlĭtŭs āstră*, P. SYN. Gĕnitŭs, gĕnĕrātŭs, nātŭs.

**Prŏgnē**, ēs. *ĕt mănĭbŭs Prŏgnē pĕctŭs sīgnātă crŭēntis*, Virg. Geo. 4, 15. *Filia Pandionis, Athenarum Regis, uxor Terei, Thraciæ Regis; mater Ityos, et soror Philomelæ. Agnito incestu Terei cum Philomelâ, cui ille vim intulerat, Itym in membra discerpsit, ac Tereo epulandum dedit, qui ad ultionem se parabat, cùm Progne in hirundinem mutata est.* EPITH. Quĕrŭlă, īmpĭă, Daŭlĭăs; *à Daulide urbe Phocidis, ubi Itym Tereo epulandum dedit.* Pāndĭŏnĭă, Thrācĭă, Thrēĭcĭă, Rhŏdŏpēĭă, Gĕtĭcă, sævă, dūră, Āttĭcă, Cecrŏpĭs, crŭēntă, ăcērbă. PHR. Rhŏdŏpēĭă cōnjŭx. Ūltă mănū thălămōs. Plōrāt Ĭtȳm vŏlucris pĭă, mātĕr ăcērbă. V. *Hirundo*.

**prōgrĕdiŏr**, ĕris, grēssŭs. *Prōgrĕdiŏr pōrtū, clāssēs ĕt lĭttŏră līnquēns*. SYN. Prōcēdo, prōdĕo, ēgrĕdiŏr.

**prŏhĭbĕo**. *Īnstābĭlēs ănĭmōs lūdō prŏhĭbēbis ĭnāni*, Virg. Geo. 4, 105. SYN. Vĕto, impĕdio, ŏbsūm, ŏbsto, ŏbsisto, tărdo, rĕtārdo, mŏrŏr, distinĕo, *vel* ărcĕo, ēxclūdo, rĕpĕllo, sūmmŏvĕo. V. *Impedio*.

**prōjĕctŭs**. *Hinc āltās caūtēs, prōjēctăquĕ sāxă Păchȳni*, Virg. Æn. 3, 699. SYN. Jăctŭs, *vel* ăbjĕctŭs, *vel* prōtēnsŭs.

**prōjicio**, jēci, jēctūm. *Prōjĭcĕ tēlă mănū, sānguis mĕŭs, &c.* Virg. Æn. 6, 835. SYN. Jăcio, cōnjicio, jăcŭlŏr, *vel* ăbjicio, āffligo, prōstĕrno.

**proindĕ**. *Proindĕ tŏna ēlŏquĭō, sŏlĭtŭm tibi, &c.* Virg. Æn. 11, 383. *Prōindĕ ŏmissi rĕgĭmĕn ē mănĭbŭs mĕis*. (Iamb.) Sen. SYN. Ĭdĕo, ĕrgo.

**prōlābŏr**, ĕris, lāpsŭs. *Flūmĭna ĕt intĕnti prōlābĭtŭr æquŏris ūndă*, Aven. SYN. Lābŏr, rŭo, cădo, prōcūmbo, prōcido.

**prōlāpsŭs**. *Prōlāpsŭm lĕvĭtĕr făcĭli trāxĕrĕ lĭquōrĕ*, Prop. 1, 20, 47. SYN. Lāpsŭs, dēlāpsŭs.

**prōlātŭs**. *Nōn dēēst prōlātō jējūnŭs vēndĭtŏr aūrō*, L. SYN. Prōdūctŭs, *vel* dūctŭs.

**prōlēcto**, ās. *Prædă pŭēllārēs ănĭmōs prōlēctăt ĭnānis*, Ov. Fast. 4, 433. SYN. Āllicio, pĕllicio.

**prōlēs**, is. *ēxigăt ĕt pūlchrā făciăt tē prōlĕ părēntĕm*, Virg. Æn. 1, 79. SYN. Prŏgĕniēs, sŏbŏlēs, prōpāgo, lībĕri, nāti, filiŭs, filiă. EPITH. Chāră, dilēctă, dūlcis, ămātă, ēgrĕgiă, inclȳtă, gĕnĕrōsă, māscŭlă, virilis, tĕnĕră. VERS. Chāră Dĕūm sŏbŏlēs, māgnūm Jŏvis incrēmēntūm. Si quă mihi dē tē sŏbŏlēs sūscēptă fŭissĕt.

**prōlixŭs**. *Squāllĭdă prōlixis qui tĕgĭt ōră cŏmis*, Ovid. SYN. Lōngŭs, prōdūctŭs, ēxtēnsŭs.



Digitized by Google

prōlŏquŏr, ĕris, lŏcūtŭs. *Prōlŏquăr, ātque ŭtĭnăm, &c.* Prop. 3, 13, 59. SYN. Lŏquŏr, cōllŏquŏr.

prōlūdo, is, si, sūm.—*ĕt spārsa ăd pūgnăm prōlūdĭt ărēnă,* Virg. Geo. 3, 234. V. *Prælūdo.*

prōlŭo, is, lŭi, lūtūm.—*ĕt plēnō sē prōlŭĭt aūrō,* Virg. Æn. 1, 743. SYN. Lăvo, ăblŭo, *vel* hūmĕcto, irrigo.

prōlūtŭs. *Mūltā prōlūtūs vāppā naūta, ătquĕ viātŏr,* Hor. Sat. 1, 5, 16. SYN. Lōtŭs, ăblūtŭs, ūdŭs.

prōlŭvĭēs, ĭēi. *Prōlŭvĭēs, ūncæquĕ mănūs, &c.* Virg. Æn. 3, 217. SYN. Elŭvĭēs, sōrdēs.

prōmĕrĕo, *vel* ĕŏr. *Sēmpĕr ĕt ăffectūs prōmĕrŭĕrĕ bŏnōs,* Prop. 3, 23, 10. SYN. Mĕrĕo, mĕrĕŏr.

prōmĕrĭtŭs. *Prōmĕrĭtūm, nĕc mē mĕmĭnīssĕ pĭgēbĭt Ĕlīsæ,* Virg. Æn. 4, 335. SYN. Mĕrĭtŭs, dignŭs.

Prŏmēthĕŭs, *et* Prŏmēthĕŭs, *triss.* ĕi, *vel* ei. *Caūcăsĕāsquĕ rĕfĕrt vŏlŭcrēs, fūrtūmquĕ Prŏmēthei,* Virg. Ecl. 6, 42. *Hīc mĭsĕrūm Scȳthĭcā sūb rūpĕ Prŏmēthĕă rōdăt,* M. *Iapeti filius, et pater Deucalionis. Hominem, ut fabulantur, ex luto formavit: Minervæ auxilio in cœlum evectus, face ad radios Solis admotâ ignem rapuit, quo formatum corpus animavit. Jupiter in hujus furti pœnam Prometheum in monte Caucaso à Mercurio jussit alligandum, ubi aquila cor ejus perpetuò exedebat, nec consumebat.* SYN. Īăpĕtĭŏnĭdēs *septem syll.* Īăpĕtĭdēs, *quadriss.* EPITH. Căllĭdŭs, ingĕnĭōsŭs, răptŏr, prōvĭdŭs, prūdēns, cōnsūltŭs, sŭbdŏlŭs, ignĭfĕr, mĭsĕr, īnfēlix, lănguēns, vinctŭs, irrĕquĭētŭs, sōllĭcĭtŭs, īnsōmnis, Caūcăsĕŭs. PHR. Sătŭs Īăpĕtō, Īăpĕti fīlĭŭs, nātŭs, prōlēs, Īăpĕti gĕnŭs aūdāx. Qui fūrtō gēntĭbŭs intŭlĭt ignēm. Caūcăsĕā sŭb rūpĕ lĭgātŭs. Cui ăquĭlă rōdit ūnguĕ jĕcŭr. Caūcăsĕa ætērnūm pēndēns in rūpĕ Prŏmēthĕŭs. VERS. Cui Dīrĭpĭtŭr săcri præpĕtis ūnguĕ jĕcŭr. Accēptăm răptō dāmnāvĭt ăb ignĕ făcēm. Assĭdŭăm lăcĕrō viscĕrĕ pāscit ăvēm. Răptūm fraūdĕ mălā mōrtālĭbŭs āttŭlit ignēm. Qui tĕnŭēm lĭquĭdis ignēm fūrātŭs ăb āstris. Vŏlŭcrēm virō sŭb pēctŏrĕ pāscit infēlix Scȳthĭcā fixŭs cōnvāllĕ Prŏmēthĕŭs.

Prŏmēthēŭs, ă, ūm. *ēccĕ Prŏmēthēæ rūpēs ĕt fābŭlă mōntis,* Mart. 9, 46, 3.

prōmĭnĕo, ēs. *Prōmĭnĕt in pōntūm cūnĕātŭs, &c.* Ov. Met. 13, 779. SYN. Ēmĭnĕo, āssūrgo, āppārĕo.

prōmiscŭŭs. *ĕt sĕxūs ŭtrĭūsquĕ chŏrōs prōmiscŭă fāmă,* M. SYN. Cōnfūsŭs, mixtŭs, incērtŭs.

prōmissūm. *Dārdănĭdæ, rēddĭquĕ virō prōmissă jŭbēbănt,* Virg. Æn. 5, 386. SYN. Prōmissio, pōllĭcĭtūm. EPITH. Grātūm, măgnĭfĭcūm, prĕtĭōsūm, ămīcūm, jūcūndūm, lĕvĕ, incērtūm, ăncēps, dŭbĭūm, fāllāx, dŏlōsūm, mēndāx. PHR. Rēs prōmissă. Dătă fĭdēs. Fœdĕră linguæ. Pignŏră pōllĭcĭti. Prōmissi fĭdēs, pignŏră. Vērbŏrūm fĭdēs.

*sio promissis.* PHR. Prōmissis mănĕo. Fĭdēm, prōmissă sērvo, præsto. Prōmissă implĕo, stō dictis, pōllĭcĭtis āddo fĭdēm. Dătām nōn viŏlo fĭdēm. VERS. Tū mŏdŏ prōmissis mănĕās, sērvātăquĕ sērvēs, Trōjă, fĭdēm. Nōn sērvātă fĭdēs cĭnĕri prōmissă Sichæō. Mōbĭlis Æsŏnĭdē vērnāque incērtiŏr aūră Cūr tŭă pōllĭcĭti pōndĕrĕ vērbă cărēnt. Quæ tē sēntēntiă vērtit?

prōmissŭs. *Nōn sērvātă fĭdēs cĭnĕri prōmissă Sichæō,* Virg. Æn. 4, 552. SYN. Pōllĭcĭtŭs, *vel* prōlixŭs.

prōmitto, si, ssūm. *Nōn quĕm prōmīsĕrăt ipsĕ,* P. SYN. Pōllĭcĕŏr, spōndĕo, rĕcĭpio. Pōllĭcĭtŏr, păciscŏr. PHR. Fĭdēm, prōmissă dō. Fĭdēm ōbstringo. Dēxtrăm, fĭdēmquĕ cēdit. VERS. Spōndĕō dignă tŭis ingēntĭbŭs ōmnĭă cœptis. V. *Promissum.*

prōmo, is, prōmpsi, prōmptūm. *Flāvăquĕ dē rŭbrō prōmĕrĕ mēllă cădō,* Mart. 1, 56, 10. SYN. Exprōmo, dēprōmo, ēdūco, is: extrăho.

prōmŏvĕo, mōvi, mōtūm. *ŭt tămĕn his stŭdĭis aūdĭtŏr prōmŏvĕātŭr,* Pros. SYN. Prōvĕho, prōdūco.

prōmptŭs. *Prōmptŭs, ĕt Īsæō tōrrēntiŏr; ēdĕ quĭd illūm,* Juv. 3, 74. SYN. Ălăcĕr, hĭlăris, părātŭs, ărdēns, vēlōx.

prōmūlgo. SYN. Prōvūlgo, vūlgo, ēdico, prōdo, mănĭfēsto, ăpĕrio, rĕtĕgo. PHR. Præcōnis vōci cōmmitto. Vōcĕ præcōnis ēdīco. Pălăm făcĕrĕ. Pălăm rĕfĕrrĕ. Ēffĕrrĕ sŭb aūrăs. Dărĕ făctă lătēntĭă lūci. V. *Manifesto.*

7

Digitized by Google

**prōnĕpōs**, ŏtĭs. *Ēst Nēptūnŭs ăvŭs, prōnĕpŏs ĕgŏ rēgis ăquārŭm*, Ov. Met. 10, 606. SYN. Nĕpōs.

**prōnŭbă.** *ēt Bēllōnă mănĕt tē prōnŭbă; nēc făcĕ tāntŭm*, Virg. Æn. 7, 319. V. *Juno.*

**prōnūncĭo.** *āngĕlŭs hōc sānctō prōnūntĭăt ōrĕ*, Prud. SYN. Prōfĕro, dico, *vel* nūncio.

**prōnŭs.** *Prōnŭs ĕt aūrātăm Jūnōnī cædĭt jŭvēncăm*, Juv. 6, 48. SYN. Prŏpēnsŭs, prōclīvis: inclīnātŭs, cūrvŭs, incūrvŭs: inclīnāri făcilis, părātŭs.

**prŏœmĭŭm.**—*Mĭsĕræ cōgnōscĕ prŏœmĭă rīxæ*, Juv. 3, 288. SYN. Exōrdĭŭm, principĭŭm.

**prŏpāgo**, ās. *ēffĭcĭs, ŭt cŭpĭdē gĕnĕrātim sæclă prŏpāgĕnt*, Lucr. 1, 21. SYN. Prōdūco, prōfĕro, prōtēndo, prōtrăho, āmplĭfĭco, dīlāto, ēxtēndo, aūgĕo. V. *Imperium.*

**prŏpāgo**, ĭnis.—*ŏvĭŭm tĕnĕrǣquĕ prŏpāgĭnĭs āgnŭm*, P. SYN. Gĕnŭs, stirps, prōgĕniēs, sŏbŏlēs, *vel* vītis pălmĕs, sārmēntŭm. V. *Soboles.*

**prŏpĕ.**—*Cŭbăt is prŏpĕ Cæsăris hōrtŏs*, Hor. Sat. L. 1. S. 9, 18. SYN. Jūxtā, prōptĕr, sĕcūndŭm, nōn prŏcŭl, *vel* fĕrē, pœnē, fērmē.

**prōpēllo**, pŭli, pŭlsŭm.——*ēx ĭn cōrpŭs prōpēllĭt ĕt ĭcĭt*, Lucr. 3, 161. *ĕt prŏcŭl a tērgō, quæ prōvĕhăt ātquĕ prōpēllăt*, Id. 4, 195. SYN. Prŏpūlso, pēllo, ārcĕo. V. *Pello.*

**prōpēnsŭs.** *Lāncĭbŭs īmpŏsĭtŭm spēctā prōpēnsŭs, aūri*, P. SYN. Prōclīvis, prōnŭs.

**prŏpĕro.** *Tū quĭd cōnsōrtēm prŏpĕrās ēvādĕrĕ cāsŭm?* P. SYN. Fēstīno, mātūro, cĕlĕro, āccĕlĕro. PHR. Mŏrās rŭmpo, tōllo, pēllo, præcipĭto, ĭtĕr, vĭăm ūrgĕo, præcipĭto. Răpĭdō cūrsū, răpĭdis pāssĭbŭs fĕrŏr, āvŏlo. Nil mŏrŏr. V. *Festino, curro.*

**prŏpĕrŭs.** *Tērgă sĕqui, prŏpĕrōsquĕ jŭbĕt cōnjūngĕrĕ cūrsŭs*, Fl. SYN. Prŏpĕrāns, cĕlĕr, vēlōx, cĭtŭs, pērnix, ăgĭlis. V. *Celer.*

**Prŏpērtĭŭs.** *ēt tĕnĕrī pāssis cārmĕn lĕgĭssĕ Prŏpērtĭ*, Ov. A. A. 3, 333. EPITH. Blāndŭs, tĕnĕr, lāscīvŭs, făcūndŭs, ingĕnĭōsŭs, dŏctŭs, Ūmbĕr, *à patriâ*. VERS. Cȳnthĭă tē vātēm fēcit, lāscīvĕ Prŏpērti.

**Prŏphētă.** *Fōrtĕ Prŏphētārŭm nātī, dūm lĭgnă rĕcīdŭnt*, Pr. SYN. Săcĕr vātēs, Dĕī intērprēs. EPITH. Prænūncĭŭs, fātĭdĭcŭs, vērĭdĭcŭs, săcĕr, jūstŭs, præscĭŭs, præsāgŭs, prōvĭdŭs, săgāx, ōbscūrŭs, lōngævŭs, vĕnĕrābilis. PHR. Fŭtūri ævi, vēntūri dŏctŭs. Præscĭŭs, præsāgŭs, nōn inscĭŭs. Fŭtūră pāndēns, Dĕī, Dīvŭm intērprēs. Cui mēns fŭtūri *vel* fātōrŭm præscĭă, præsāgă. Cui mēns dīvīnō cōncĭtă mōtū. Præscĭă cōrdă gĕrēns. Fātă cănēns. Ēvēntūră vĭdēns intērprēs Dīvŭm. Qui prŏcŭl ēvēntūră vĭdĕt. VERS. Vērĭdĭcis ætās prædīctă Prŏphētis. Quēm vōcēs vĕtĕrum, ĕt sāncti cĕcĭnērĕ Prŏphētæ. V. *Prædico, is.*

**prŏpīno**, ās. *Nēmŏ prŏpīnābĭt Cālliŏdōrĕ tĭbi*, Mart. 6, 44, 6. *Hic quŏquĕ nōnnĭhil ēst, quŏd prōpīnābis in istis*, Mart. 12, 75, 9. SYN. Vīnŭm, *vel* crātēră pōrrigo.

**prŏpinquŭs.** *Lūcĕ prŏpinquōrŭm quā plūrĭmă mīttĭtŭr ālĕs*, Mart. 9, 56. SYN. Prŏpĭŏr, prōxĭmŭs, vīcīnŭs, fīnĭtĭmŭs, cōntērmĭnŭs. V. *Vicinus*, *vel* cōnsānguĭnĕŭs, āffīnis.

**prŏpĭŏr**, ōris. *Nēc mĕtŭit Lēthēs jām prŏpĭōris ăquās*, Pris. SYN. Vīcīnĭŏr, prŏpinquĭŏr.

**prŏpĭtĭŭs.** *ĕt si prŏpĭtĭōs, āttămĕn lēntōs Dĕōs*, (Iamb.) S. SYN. Făvēns, sĕcūndŭs, dēxtĕr, făcĭlis, mītis, ămīcŭs, bĕnīgnŭs, clēmēns.

**prŏpōlă**, æ. M. *ŭt cŭm prīmĭtĭās fīcōs prŏpōlă rĕcēntēs*, Lucil. EPITH. Ăvĭdŭs, sōlērs, caūtŭs.

**prōpōno**, pŏsŭi, pŏsĭtŭm.——*Pūgnæ prōpōnĭt hŏnōrĕm*, Virg. Æn. 5, 368. SYN. Ēxpōno, ōbjĭcio.

**Prŏpōntis**, ĭdis. *Lōngǣquĕ Prŏpōntĭdis ūndis*, Ov. Tr. 3, 12, 41. EPITH. Lātă, āltă, lōngă, sævă, mĭnāx, hōrrĭdă, fŭrēns.

**prŏpŏsĭtŭm.** *Prŏpŏsĭtīquĕ tĕnāx*, Ov. Met. 10, 405. SYN. Cōnsĭlĭŭm, sēntēntĭă. EPITH. Fīrmŭm, prŭdēns, prōvĭdŭm. V. *Consilium*, *Sentio.*

**prŏpŏsĭtŭs.** *Prŏpŏsĭtīquĕ mĕmŏr cōntrăhĕ vēlă tŭi*, Ov. Tr. 3, 4, 32. SYN. Ēxpŏsĭtŭs, pŏsĭtŭs.

**prŏprĭŭs.** *Cōnnūbĭō jūngăm stăbĭli prŏprĭāmquĕ dĭcābo*, Virg. Æn. 1, 77. SYN. Sŭŭs, *vel* pērpĕtŭŭs.

Digitized by Google

prŏptĕrĕā. *Nōn tū prŏptĕrĕā, sĕd Mūthŏ paūpĕr ĕrĭs*, Mart. 7, 9, 4. SYN. Idcirco, idcircō, quārē, quāprŏptĕr.

prŭpūgnācŭlŭm. *ēxercēt, pŏrtūsve aūt prŏpūgnācŭlă bĕllō*, Virg. Æn. 4, 87. SYN. Præsidiŭm, mūnimĕn, mūnīmĕntŭm, vāllŭm, āggĕr, mūri, tŭrrēs, fŏssæ, ārx. EPITH. Vălĭdŭm, lŏngŭm, tŭrrigĕrŭm, sēcūrŭm, tūtŭm, fŏrtĕ, mūnītŭm, inēxpūgnābĭlĕ. PHR. Nūllō fĕrrō, *vel* nūllīs vīrĭbŭs frāngĕndŭm mūnimĕn. Prŏpūgnācŭlă bĕllō tūtă. Fŏrtis, ĭnāccēssă rūpēs. Căstră tŭrrĭgĕrō circūmdătă vāllō. Nōn sī tē fĕrrĕŭs āggĕr Ambĭāt. V. *Munimen*.

prŏpūgno. *Prŏpūgnāt nūgĭs ărmātŭs, scĭlĭcĕt ŭt nōn*, Hor. Ep. 1. 18, 16. SYN. Tŭĕŏr, tūtŏr, dēfĕndo. V. *Munio*.

prōră. *Vēlă lĕgūnt sŏcĭī ĕt prōrās ăd lĭttŏră tŏrquĕnt*, Virg. Æn. 3, 532. EPITH. Ærĕă, fĕrrātă, cūrvă, ădūncă, ăcūtă, rĕcūrvă, cūrvātă, vălĭdă, ærātă. V. *Navis*.

prōrĭpĭo, ŭi. *Ænēās quō deindĕ rŭis? quō prōrĭpis? inquit*, Virg. Æn. 5, 741. SYN. Ērĭpĭo. V. *Rapio*.

prōrŏgo, ās. *ĕt lŏngŭm nōtō scrīptōrī prōrŏgăt ævŭm*, Hor. A. Poet. 346. SYN. Prŏdūco, prōtrăho, dĭffĕro.

prōrŭmpo, rūpi.—*Mĕdĭŭs dēnsōs prōrŭmpĭt ĭn hŏstēs*, Virg. Æn. 10, 579. SYN. Rūmpo, *vel* irrŭmpo.

prŏscrībo, scrīpsi, ptŭm. *Prōscrīptī Rēgis Rŭpĭlī pūs*, &c. Hor. Sat. 1, 7, 1. SYN. Vēnālĕ prŏpōno, *vel* dāmno ēxĭlĭō, mōrti āddĭco, dēvŏvĕo, dēstĭno.

prŏsĕquŏr, ĕris, sĕcūtŭs. *Prŏsĕquĭtŭr sūrgĕns ā pŭppī vĕntŭs ĕūntēs*, Virg. Æn. 2, 130. SYN. Insĕquŏr, sĕquŏr.

Prŏsērpĭnă. *Nēc rĕpĕtītă sĕquī cūrĕt Prŏsērpĭnă mātrĕm*, Virg. Geo. 1, 39. *Jovis et Cereris filia, à Plutone rapta, dum in Ennæis campis Siciliæ flores legeret. Cùm illam toto orbe Ceres tædis accensis quæsisset, rem edocta est à Cyane Nymphâ, et à Jove obtinuit ejus ad superos reditum, si nihil in inferis gustâsset cibi. Verùm Ascalaphus eam mali punici aliquot grana gustâsse revelavit, quare hìc retenta est. Jupiter tamen permisit, ut sex menses apud superos degeret, totidemque in inferis. Sic enim Poëtæ faciunt Inferorum Reginam, appellantque Hecaten. Frequenter etiam pro Lunâ, ac pro Dianâ usurpant.* SYN. Pērsĕphŏnē, Hĕcătē. EPITH. Īnfĕrnă, sævă, prŏfūndă, īnfĕră, ūmbrōsă, nĭgră, invĭdă, sĕvēră, ăcērbă, dūră, fĕră, tŏrvă, dīră, trĭfŏrmis, ĭnēxōrābĭlis, immītis, Sĭcŭlă, Trīnăcrĭă, Æthnæă: Stўgĭă, Lēthæă, Tărtărĕă. PHR. Dītis cōnjūx. Rēgīnă Ērĕbi, Orci. Jūno īnfērnă, prŏfūndă, Stўgĭă. Nātă Cĕrĕris. Răptă Stўgĭō tўrānnō. Ēlўsĭī spōnsă tўrānni. Nigri Jŏvis ūxŏr. Quæ nūptă Jŏvis frātri, tērtĭă rēgnă tĕnĕt. Nigri Jŏvis invĭdă cōnjūx. Dīvă trĭfŏrmis. Răptă Stўgĭō prædōnĕ pŭēllă. Hĕcătē, cælōquĕ Ērĕbōquĕ pŏtēns. V. *Hecate*.

prōsĭlĭo, ŭi, *et* ĭi. *Haūd mŏră, prōsĭlŭērĕ sŭis, fĕrit æthĕră clāmŏr*, Virg. Æn. 5, 140. SYN. Sălĭo, ēxĭlĭo.

prŏspĕr, ĕră, ĕrŭm.—*Cūrsŭm mĭhī prŏspĕră dīxit*, Virg. Æn. 3, 362. SYN. Fēlix, fōrtūnātŭs, faūstŭs, sĕcūndŭs. V. *Felix*.

prŏspĕrĭtās, ātis. *Spēs hŏmĭnŭm plăcĭtā prŏspĕrĭtātĕ jŭvăt*, Pr. SYN. Fēlīcĭtās. Sŏrs prŏspĕră: fōrtūnă sĕcūndă, făvēns, ămīcă, rīdēns. Rēs sĕcūndæ, prŏspĕræ. EPITH. Ŏptātă, sĕcūndă, blāndă, sēcūră, jūcūndă, grātă, bĕātă, plăcĭdă, ămīcă, sēgnis, ĭnērs, ōtĭōsă, pigră, dēsĭdĭōsă, flūxă, cădūcă, fŭgāx, fŭgĭtīvă, lūbrĭcă, fāllāx, incōnstāns, pĕrĭtūră, īnstābĭlis. V. *Fortuna Prospera*.

prōspĭcĭo, spēxi, spēctŭm. *ĕt mē Cæsărĕŭm prōspĭcis āntĕ thrŏnŭm*, Mart. SYN. Āspĭcĭo, *vel* prævĭdĕo.

prōstērno, strāvi, strātŭm. *ĕt prōstērnĭte hŭmī jŭvĕnĕm*, Ov. Met. 5, 197. SYN. Hŭmī stērno, āffligo, ābjĭcĭo, dēprĭmo, ēvērto, dīrŭo, dējĭcĭo, prōtĕro.

prōstĭbŭlŭm.—*Făcĭem, ĕt sī ōlim lŭpă prōstĭbŭlŭmquĕ*, L. V. *Lupanar*.

prōsŭm, prōdēs, prōfŭi. *Sānāvit, prōsūnt ĕt ămīcă păpāvĕră sōmnō*, Ser. SYN. Jŭvo, ūtĭlis sŭm.

prōtēctŭs. *Dūm gĕnĭtŏr nātī pārmā prōtēctŭs ăbīrĕt*, Virg. Æn. 10, 800. SYN. Tēctŭs, *vel* dēfēnsŭs, tūtŭs.

prōtĕgo, tēxi, tēctŭm. *Quā vīcit vīctōs prōtĕgit īllĕ mănū*, Gr. SYN. Tĕgo, cōntĕgo: tŭĕŏr, tūtŏr, dēfēndo.

prōtēndo, tēndi, tēntŭm. *Prōtēndūnt lŏngē dēxtrīs*, &c. Virg. Æn. 11, 606. SYN. Prŏdūco, prōfĕro, prōtrăho, ēxtēndo, pōrrĭgo.

Digitized by Google

prŏtēntŭs. *Huic ā stirpĕ pĕdēs tēmō prōtēntŭs in ōctō*, Virg. Geo. 1, 171. SYN. Extēntŭs, prōdūctŭs, pōrrēctŭs, prōlātŭs.

prōtĕro, trīvi, trītūm. *Quid ĭnānēm prōtĕris ūmbrām?* Ov. Tr. 3, 11, 25. SYN. Prōcŭlco, călco, tĕro: călcō tĕro. V. *Concutio.*

prŏtērvĭă. *Căprĭpĕdēs ăgĭtāt cūm lætă prŏtērvĭă Pānās*, L. SYN. Pĕtŭlāntĭă, prōcācĭtās, aūdācĭă, lāscīvĭă.

prŏtērvŭs. *Jām tĭbĭ dē tŭmĭdīs istĕ prŏtērvŭs ĕrit*, Pro. 2, 24, 30. SYN. Pĕtŭlāns, prŏcāx, impŭdēns, tĕmĕrārĭŭs, aūdāx, lāscīvŭs, sālāx.

Prōtĕŭs, *vel* Prōteŭs, *dissyl.* ĕi, *vel* ei, *vel* ĕŏs, *acc.* ĕă. *Hæc Prōtĕŭs, ĕt sē jāctū dĕdĭt æquŏr ĭn āltūm*, V. G. 4, 528. *Quō tĕnĕām vūltūs mūtāntēm Prōtĕă nōdō?* Hor. Ep. 1, 1, 90. *Oceani et Tethyos filius, Deus marinus, qui Neptuni armenta, Phocas nimirum, in littore pascebat. Vaticinabatur etiam: sed non nisi ligatus et coactus oracula reddebat. Solitus erat in quamlibet formam se transmutare.* SYN. Vērtūmnŭs. EPITH. Cærŭlĕŭs, sūrdŭs, æquŏrĕŭs, mărīnŭs, āmbĭgŭŭs, mūtābĭlĭs, incōnstāns, instăbĭlĭs, dŏlōsŭs, călĭdŭs, văfĕr. PHR. Cārpăthĭŭs sĕnĕx, *à Carpatho insulâ ubi degebat.* Æquŏrĕŭs sĕnĕx, vātēs, Dĕŭs. Nēptūni pāstŏr. Vărĭŏs mūtāns vūltūs. Vātēs mărīnŭs, Cārpăthĭīs qui rēgnăt ăquīs. VERS. Făcĭēs sē trānsfōrmăt in ōmnēs. Ōmnĭă trānsfōrmăt sēse in mīrācŭlă rērūm. Ūtquĕ lĕvēs Prōteŭs mŏdŏ sē tĕnŭābăt in ūndās, Nūnc lĕŏ, nūnc ārbŏr, nūnc ĕrăt hirtŭs ăpĕr. (*Virg.* 4, *Georg.*) Ēst in Cārpăthĭō Nēptūni gūrgĭtĕ, vātēs Cærŭlĕŭs Prōteŭs, māgnūm qui piscĭbŭs æquŏr, Ēt jūnctō bĭpĕdūm cūrrū mētītŭr ĕquōrūm. Nōvit nāmque ōmnĭă vātēs, Quæ sint, quæ fŭĕrint, quæ mōx vēntūră trăhāntŭr. Quippe ĭtă Nēptūnō visum ēst, immānĭă cūjŭs Ārmēntă, ēt tūrpēs pāscit sūb gūrgĭtĕ phōcās.

prōtĭnŭs. *Prōtĭnŭs hinc fūscīs trĭstis dīră tōllĭtŭr ālīs*, Virg. Æn. 7, 408. SYN. Cōntĭnŭō: cōnfēstim, illĭco, sŭbĭtō, stătim.

prōtrăho, āxi, āctūm. *Prōtrăhĭtŭr, nĕquĕūnt, &c.* Virg. Æn. 2, 265. SYN. Extrăho, *vel* prōfĕro, prōtēndo, ēxtēndo, pōrrĭgo.

prōtrūdo, si, sūm.—*Tāntum hōc ŏnĕrĭs prōtrūdĕrĕ nōstri*, Lucr. 4, 877. SYN. Trūdo.

prōvēctŭs. *Cūm prōvēctŭs ĕquō lōngævi rēgĭs ăd aūrēs*, Virg. Æn. 7, 166. SYN. Invēctŭs, *vel* prōmōtŭs.

prōvĕho, ēxi, ēctūm. *Prōvĕhăt ĕt fēlix dŏmĭnām prōdūcăt ăd ūrbēm*, N. SYN. Vĕho, invĕho, *vel* prōmŏvĕo.

prōvĕnio, vēni, vēntūm. *Lānăquĕ prōvĕnĭăt lăsūră pŭēllās*, Ov. P. 3, 772. SYN. Evĕnio, vĕnio.

prōvēntŭs, ūs. *Sēmpĕr crēdĕ, pŏlūs vărĭīs prōvēntĭbŭs ānnōs*, Pr. SYN. Rĕdĭtŭs: cōpĭă.

prōvērbĭūm. *Hāc quŏquĕ dē caūsā, si tē prōvērbĭă tāngūnt*, Ov. F. 5, 489. SYN. Ădăgĭūm. EPITH. Vĕtŭs, cōmmūnĕ, vūlgārĕ, brĕvĕ, vērūm, cērtūm, āntīquūm. PHR. Sērmo trītŭs, vūlgātŭs.

prōvĭdēntĭă. *āt illă quōndām prōvĭdēntĭă Dĕi*, (Iamb.) SYN. Prūdēntĭă, săpĭēntĭă, cūră. Prōvĭdă virtūs, *vel* Dīvīnă mēns, vŏlūntās, săpĭēntĭă, prōvĭdūm nūmĕn. PHR. Haūd mēns ignāră, āc nōn incaūtă fŭtūri. Quæ plăcĭdō tĕgit ōmnĭă nūtū, Săcrīs, *vel* ārcānis quæ mŏdĕrātŭr lēgĭbŭs ōrbēm.

prōvĭdĕo, vīdi, vīsūm. *Prōvīdīssĕt ĕūm; sic ignōrīssĕ pŭtāto*, Hor. E. 1, 7, 69. SYN. Prōspĭcio, căvĕo.

prōvĭdŭs. *Qui dŏmĭtŏr Trōjæ, mūltōrūm prōvĭdŭs ūrbēs*, Hor. E. 1, 2, 19. SYN. Prūdēns, săpĭēns, prōspĭcĭēns, caūtŭs.

prōvincĭă. *Rĕddĭtăque ēst ōmnis pŏpŭlō prōvincĭă nōstrā*, Ov. Fast. 1, 589. SYN. Rĕgio, *vel* mūnŭs.

prōvīsŏr, ōris. *ūtĭlĭūm tārdŭs prōvīsŏr, prōdĭgŭs ærĭs*, Hor. A. Poët. 164. SYN. Cōnsūltŏr.

prōvīsŭs. *Sit bŏnă lĭbrōrum, ĕt prōvīsæ frūgis in ānnūm*, Hor. Ep. 1, 18, 109. SYN. Prævīsŭs, *vel* părātŭs.

prōvŏco.——*ātque ōmni fōrtūnām prōvŏcăt hōră*, Lucan. 9, 883. PHR. Lăcēsso, ŏppūgno, irrīto, ēxāspĕro, incĭto.

prŏŭt. *Pāscō lībātīs dăpĭbŭs, prŏŭt cuīquĕ lĭbīdo ēst*, Hor. Sat. 2, 6, 67. SYN. Ŭt, sicŭt.

prōxĭmŭs. *Prōxĭmŭs huic, lōngō sēd prōxĭmŭs intĕrvāllō.* (Sp.) SYN. Vīcīnŭs, fīnĭtĭmŭs, prŏpĭnquŭs, prŏpĭŏr.

Digitized by Google

prūdēns. *Dēficiŏr prūdēns ărtis ăb ărtĕ mĕā*, Ov. Ep. 5, 150. SYN. Prōvĭdŭs, săpiēns, cautŭs, sōlers, călliduŝ, săgāx, circūmspēctŭs, prōspĭciēns, indūstrĭŭs, pĕrītŭs. PHR. Cōnsĭliō, sōlerti mĕntĕ prædĭtŭs, pŏtēns, pŏllēns, præstāns. Ănimi, *vel* ănimō mātūrŭs, ōmniă prōspiciēns. Mēntĕ săgāci āntĕ nŏtāns. Lōngō ēdŏctŭs ūsū. Cōnsĭliō Nĕstŏr, Căto. Cui dīvīnă ēst prūdēntiă. Cui prōvĭdă mēns. VERS. Ēst ănimŭs tĭbi rērūmquĕ prūdēns, ēt sĕcūndis tēmpŏribŭs, dŭbĭisquĕ rēctŭs. Ānte ānnŏs, ănimūmquĕ gĕrēns, cūrāmquĕ virīlem. Ōrĕ pŭer, pŭerīquĕ hăbĭtū, sēd cōrdĕ săgāci Æquābăt sĕnium, ātque āstū sŭpĕrāvĕrăt ānnŏs. Mĕntĕm sŭă nōn căpĭt ætās. Cōnsĭliis hăbĭtŭs nōn fūtĭlis aūthŏr. Quĭă sit dīvīnĭtŭs illi Ingĕnium, aūt fātō rērūm prūdēntiă mājŏr. Ō făcūndĕ sĕnēx, ævī prūdēntiă nōstri. Āngūstis ănimŭs rōbūstiŏr ānnis. Scĭlĭcĕt ingĕnium ēt rērūm prūdēntiă vēlōx Āntĕ pĭlōs vĕnit, dīcēndă tăcēndăquĕ căllēs. V. *Adolescens, Sapiens.*

prūdēntiă.—*Aŭt rērūm fātō prūdēntiă mājŏr*, Virg. Geo. 1, 4, 6. SYN. Săpiēntiă, sōlērtiă, săgācĭtās, cōnsĭlium, pĕrītiă, āstūtiă, călliditās. EPITH. Vĭgil, vĭgĭlāns, sĕnīlis, præsciă, caută, săgāx, sōlers, căllĭdă, mīră, dīvīnă. PHR. Prōvĭdă mēns. Săgāx ănimŭs. Vĭgĭlēs sēnsūs, *vel* ănimi. Sĕnīlis ănimi grăvĭtās, cūră, cautēlă. Vĭgil ănimŭs, ĕt săgāx. Sōlers ănimi prūdēntiă. Rērūm prūdēntiă. Dīvīnæ pārs mēntis. Rērūm fātō prūdēntiă mājŏr: Præsāgă fŭtūri. Nīl tĕmĕrĕ ăgēns. Cōnsĭliō nīxă. Cūnctă ēxpēndēns. Dīvūm mūnŭs. Rāris invĕniēndă lŏcis. Cui glōriă cŏmĕs. Quæ vĕnit āssĭdŭō quæsītă lăbōrĕ. Ōmniă cōnsūltă mēntĕ gĕrēndă tĕgēns. Cautĕ prævīsă pĕrīcŭlă vītāns. VERS. Nūllūm nūmĕn ăbēst, si sit prūdēntiă. Tē mātūră sĕnēm prūdēntiă rēddit. Circūmspēctă grăvēs sĕquĭtŭr prūdēntiă cānŏs.

prŭīnă. *ārvăquĕ Rĭphæis nūnquām vĭdŭātă prŭīnis*, Virg. Geo. 4, 518. SYN. Gĕlū, glăciēs. V. *Gelu.*

prŭīnōsŭs. *Lōngă prŭīnōsā frīgŏră nōctĕ păti*, Ov. A. Am. 2, 19, 22. SYN. Gĕlĭdŭs, glăciālis, hȳbērnŭs.

prūnă. *Sŭbjĭciūnt vĕrŭbŭs prūnās, ĕt viscĕră tōrrēnt*, Virg. Æn. 5, 103. SYN. Cărbo: EPITH. Ārdēns, āccēnsă, rŭbēns, tōrrēns, călēns. VERS. Călĭdis āssābānt viscĕră prūnis: Sŭbjĭciūnt vĕrŭbŭs prūnās, ĕt viscĕră tōrrēnt. V. *Ignis.*

prūnūm, i. *ēt spīnōs jām prūnă fĕrēntēs*, Virg. Geo. 4, 145. EPITH. Dūlcĕ, cērĕŭm, cānūm, Dămāscēnūm.

prūnŭs, i. *ēt prūnis lăpĭdōsă rŭbēscĕrĕ cōrnă*, Virg. Geo. 2, 34. EPITH. Vĭrēns, vĭrĭdis, rāmōsă, frōndēns. V. *Arbor.*

prūrigo, inis. *Si tĭbi mōrōsā prūrīgĭnĕ vērmĭnăt aūris*, Mart. 14, 23. SYN. Prūrītŭs. EPITH. Impătiēns, impōrtūnă, mŏlēstă, ūrēns, mōrdāx, ōbscœnă. V. *Desiderium, et Libido.*

prūrio, is, ivi, et ii. *incĭpiăt prūrīrĕ chŏrō, plausūquĕ prŏbātæ*, Juv. 11, 163. PHR. Prūrītūm ēxcito, *vel* Prūrītū ārdĕo.

psāllo, psālli. *Psāllĭmŭs, ēt lŭctāmŭr Āchīvis dōctiŭs ūnctis*, Hor. Ep. 2, 1, 33. SYN. Căno: hȳmnēs cōncino, *vel* fĭdĭbŭs căno.

psīttăcŭs. *Psīttăcŭs ā vōbis ăliōrūm nōmĭnă dīscām*, Mart. 14, 73. EPITH. Lŏquāx, gărrŭlŭs, cănōrŭs, vōcālis, pĕrĕgrīnŭs, eōŭs, Indĭcŭs, vērsĭcŏlŏr, vĭrĭdis, pīctŭs. PHR. Indă, Indĭcă ăvis, vŏlucris, ālēs, eōis ālēs mīssŭs ăb Indis. Hūmānæ vōcis, *vel* linguæ imĭtātŏr ālēs, sĭmŭlātŏr ālēs. Lŏquāx hūmānæ vōcis imāgo, ăvis dōctă lŏqui. VERS. Psīttăcĕ, dūx vŏlŭcrūm, dŏmĭni făcūndă vŏlūptās: Hūmānæ sōlers imĭtātŏr, psīttăcĕ, linguæ. Illĕ sălūtātŏr, Rēgūm nōmēnquĕ lŏcūtŭs Cæsărĕŭm. Hūmānæ vōcis imāgo Psīttăcŭs, ēxtrēmō mūnŭs ăb ōrbĕ dătūm.

Ptŏlĕmæŭs. *Cūm Ptŏlĕmæōrūm mānēs*, Lucr. 8, 696. *Dux exercitûs Alexandri, qui, eo mortuo, in Ægypto, Africâ, et magnâ Arabiæ parte, regnavit. Nomen ejus postea Regibus Ægypti commune fuit.* EPITH. Nīliăcŭs, Phărĭŭs, Pēlŭsiŭs, *i. e. Ægyptius.*

pūbĕo. *Pūbēntēs hērbæ, nigri cūm lăctĕ vĕnēni*, Virg. Æn. 4, 514. SYN. Pūbēsco, *vel* crēsco: jŭvĕnēsco.

pūbĕr, ĕris. *atque hilărēs ŏcŭlōs ēt fōrmām pūbĕris ævō*, Nem. SYN. Pūbēns, ădūltŭs, *vel* flōrēns.

pūbērtās, ātis. *Pūbērtātĕ vălēnt, ēt jām fœcūndiŏr āmbit*, M. PHR. Pūbĕr ætās. Pūbĕrēs ānni. V. *Juventus.*

Digitized by Google

pūbēs, is. *Cūnctă tĭbĭ Cĕrĕrēm pūbēs ăgrēstĭs ădōrĕt*, Virg. Geo. 1, 343. SYN. Lānūgo, flōs ætātis, *vel* jŭvēntūs. V. *Juventus*.

pūbesco. *Hinc ōmnis lārgō pūbēscit vīnĕă fœtū*, Virg. Geo. 2, 390. SYN. Pūbĕo, *vel* crēsco, *vel* ēxūbĕro.

pūblĭcŭs. *Quōd lĕgĕrĕt, tĕrĕrĕtquĕ vĭrūm pūblĭcŭs ūsŭs*, Hor. Ep. 2, 1, 92. SYN. Cōmmūnis, vūlgāris.

pŭdēndŭs.—*Māgnă fĭdēs? ăt nōn, Ēvāndrĕ, pŭdēndĭs*, Virg. Æn. 11, 55. SYN. Tūrpis, probrōsŭs, infāmis.

pŭdēsco. *ipsĕ gĕrit quōd strūxĭt, ŏpŭs nēc fērrĕ pŭdēscĭt*, P. V. *Pudet*.

pŭdĕt, pŭdŭit. *āh pŭdĕt ingrātæ, pŭdĕt āh mălĕ dīvĭtĭs ārcæ*, Mart. 4, 67, 7. SYN. Vĕrēcūndŏr, ērŭbēsco. PHR. Pŭdōrĕ tārdŏr, ēffūndŏr. Vūltūm pŭdŏr grăvăt, ŏcŭlōs dējĭcit, ōră sūbĭt. VERS. Cŏhĭbēt vīrēs īngĕnĭūmquĕ pŭdŏr. Æstŭăt īngēns ūna in cōrdĕ pŭdŏr. Plēnă pŭdōris Lūmĭnă fīxă sōlō tĕnĕt. Dējēctōs gĕrit pŭdōrĕ vūltūs. V. *Pudor*.

pŭdĭbūndŭs.—*Sătўrĭs paūlŭm pŭdĭbūndă prŏtērvis*, Hor. A. P. SYN. Vĕrēcūndŭs, pŭdēns, pŭdĭcŭs, mŏdēstŭs.

pŭdĭcĭtĭă. *Læsă pŭdĭcĭtĭa ēst, dēpĕrĭt illă sĕmĕl*, Ov. Ep. 5, 104. SYN. Cāstĭtās, virginitās, integritās, pūritās, pŭdŏr. PHR. Pŭdĭcĭtiæ laūs, hŏnŏr, dĕcŭs insignĕ. Pŭdĭcă, hŏnēstă, vĕrēcūndă vītă, vŏlūntās. Mōrēs pŭdīci. V. *Castitas*.

pŭdĭcŭs. *ēt quā pārtĕ vĕlĭt pŭdĭcĭōrēm*, (Phal.) Mart. 2, 54. SYN. Cāstŭs, pūrŭs, intĕgĕr, pŭdēns, vĕrēcūndŭs, hŏnēstŭs.

pŭdŏr, ōris. *Quĭd făcĭām si plūs illĕ pŭdōris hăbĕt*, Mart. 2, 93. SYN. Vĕrēcūndĭă, rŭbŏr, *vel* mŏdēstĭă, pŭdĭcĭtĭă. EPITH. Tĭmĭdŭs, sŭbĭtŭs, rĕpēntīnŭs, rŏsĕŭs, mŏdēstŭs, hŏnēstŭs, vĕrēcūndŭs, cāstŭs, virginĕŭs, tăcĭtŭs, tĕnĕr, sŏllĭcĭtŭs, tristis, ægĕr, cōnscĭŭs, pāllĭdŭs: impŏllūtŭs, rŭbēscēns, nĭvĕŭs, pūlchĕr, innŏcŭŭs. PHR. Ōră cŏlōrāns. Dējĭcĭēns ŏcŭlōs. Īndēx ingĕnŭæ mēntis. VERS. Æstŭăt ingēns imo in cōrdĕ pŭdŏr. Quis pŭdŏr ōră sŭbĭt? Āvērtit vūltŭs, ēt sŭbĭt ōră pŭdŏr. Heū quām dĭffĭcĭle ēst crīmēn nōn prōdĕrĕ vūltū! Vix ŏcŭlōs āttōllit hŭmō, nĕc, ŭt āntĕ sŏlēbăt Jūnctă Deæ lătĕri, nēc tōto ēst āgmĭnĕ prīmă, Sēd lătĕt, ēt læsi dăt signă rŭbōrĕ pŭdōris. Īn ōrĕ sĕdĕt pŭdŏr. Mānăt tristĭ cōnscĭŭs ōrĕ pŭdŏr. Rŭbŏr ignĕŭs inficit ōră. Ōră quŏque ingĕnŭō rădĭānt sŭffūsă rŭbōrĕ. Sŭbēst rŏsĕō lēnis in ōrĕ rŭbŏr. Ōrăquĕ trāxērūnt tĕnŭēm cōmmōtă rŭbōrēm. Flăgrāntēs pērfūsă gĕnās, cui plūrĭmŭs ignēm Sŭbjēcit rŭbŏr, ēt călĕfāctă pĕr ōssă cŭcūrrit, Īndūm sānguĭnĕō vĕlūti vĭŏlāvĕrit ōstrō, Si quis ĕbūr, vĕl mīstă rŭbēnt ŭbi liliă mūltā Ālbă rŏsā, tālēs virgō dăbăt ōrĕ cŏlōrēs. Lūmĭnă fīxă tĕnēt plēnă pŭdōris hŭmō. Pūrpŭrĕŭs mōlli fĭăt in ōrĕ pŭdŏr. V. *Erubesco*.

pŭēllă. *Quēm si pŭēllārum insĕrĕrēs chŏrō*. (Alcaic.) SYN. Virgo. EPITH. Fōrmōsă, tĕnĕră, vĕnūstă, cāndĭdă, nĭvĕă, cūltă, vĕrēcūndă, ingĕnŭă, intāctă, cāstă, pŭdĭcă, hŏnēstă, crēdŭlă, tĭmĭdă, imbēllis, cōmptă, innūbă, nūbĭlis.

pŭēllāris. *Prædă pŭēllārēs ănĭmōs ōblēctăt ĭnāni*, Ov. Fast. 4, 433. SYN. Virginĕŭs.

pŭĕr, ĕri. *Dĭffĕrăt in pŭĕrōs istă trŏphæă sŭōs*, Prop. 4, 6, 82. SYN. Jŭvĕnis, impūbēs. EPITH. Tĕnĕr, blāndŭs, imbēllis, fōrmōsŭs, cāndĭdŭs, vĕnūstŭs, cōmptŭs, ingĕnŭŭs, vĕrēcūndŭs, intōnsŭs, mōllis, lĕvis, rŭdis, dĕcōrŭs, prŏtērvŭs, imbērbis, caūtŭs, lāscīvŭs. PHR. Incaūtis nĭmĭūm tĕmĕrārĭŭs ānnis. Impūbēs ēt ădhūc nōn ūtĭlis ārmis. Cūjŭs lānūgĭnĕ nōndūm vērnānt vūltŭs. VERS. Āddĭdĕrās ānnōs ăd dŭŏ lūstră dŭōs. Tērtĭŭs huic dĕcĭmō sŭccēssĕrăt ānnŭs. Bīnă nōndum ēgrēssŭs cōnfīnĭă lūstri. Prīmă cūm pārtĕ virēscĕrĕt ævi. V. *Infans et Adolescens*.

pŭĕrilis. *Tēlă mănū jām tūm tĕnĕrā pŭĕrilĭă tōrsit*, Virg. Æn. 11, 5, 8.

pŭĕrilitĕr. *Quæ mŏdŏ dēcērpēns tĕnĕrō pŭĕrilitĕr ūngui*, Prop. 1, 10, 39. PHR. Pŭĕri mōrĕ.

pŭĕritĭă. *āctæ nōn ăliō rēgĕ pŭĕrtiæ*. (Asc.) Hor. Od. 1, 36, 8. *Per syncop.* EPITH. Īnfirmă, mōllis, tĕnĕră, imbēllis, rŭdis, dēbĭlis, gārrŭlă, vĕnūstă. PHR. Pŭĕrilis, tĕnĕră ætās. Pŭĕrilēs, prīmi, mōllēs ānni. Ætātis prīmūm tēmpŭs. Prīmă pārs ævi. Tēmpŭs pŭĕrilĕ Jŭvēntæ. Ætās infirmă, mōbilis, āpti mōribŭs ānni.

pŭĕrpĕră. *Laūdāntŭr simĭli prōlĕ pŭĕrpĕræ*. (Asclep.) PHR. Pārtūm ēnixă.

pŭĕrpĕrĭūm. *Crūdă pŭĕrpĕrĭa, āc pŏpŭlōs ūmbrōsă crĕāvit*, Stat. Th. 4, 280. SYN. Pārtŭs. V. *Pario*.

Digitized by Google

pŭgil, ĭlis. *Aŭt ŭrsum aŭt pŭgĭlĕs, hīs nām, &c.* Hor. Ep. 2, 2, 186. SYN. Lūctātŏr, āthlētă, glădĭātŏr.

pūgio, ōnis. *Pūgiō quām cūrvis cingīt brĕvis ōrbĭtă vēnis,* Mart. 14, 33. SYN. Sīcă, glădĭūs, ēnsis.

pūgnă. *Æquēmŭs pūgnās, Ērycis tĭbĭ tērgă rĕmitto,* Virg. Æn. 5, 419. SYN. Cērtāmĕn, prælĭūm: cōnflictŭs. EPITH. Ancēps, ĭniquă, ăcris, fĕrōx, ăspĕră, dūră, sævă, cæcă, crŭēntă, ătrōx, sānguĭnĕă, flagrāns, crūdēlis. PHR. Dūri cērtāmĭnă Mārtis. VERS. Rĕpēntīnō sūrgūnt hōrrēntĭă mōtū Prælĭă. Tristis ŭbi īnfaūstō cōmmittitŭr ōmĭnĕ pūgnă. Ūrgētŭr pūgnă cōngrēssŭs ĭniquā. Hōrrĭbĭlēmquĕ fĕrūs Māvōrs ciēt ūndĭquĕ pūgnām. Mārtĭă fērvēntēs āccēndūnt clāssĭcă pūgnās. V. *Pugno.*

pūgnātŏr, ōris. *Pūgnātōri ŏpĕrit căpŭt ingēns ōris hĭātŭs,* Virg. Æn. 11, 680. SYN: Pūgnāns, milĕs, bēllātŏr.

pūgnāx, ācis. *Quām fŭit ĕt Tŭllī cēnsŭs pūgnācis, ĕt Ānci,* Juv. 5, 57. SYN. Bēllātŏr, bēllĭcōsŭs, fōrtis.

pūgno. *Dīgrĕdĭmŭr, lēntūquĕ fŏri pūgnāmŭs ărēnā,* Juv. 16, 47. SYN. Cērto, dēcērto, cōnflīgo, cōngrĕdĭŏr, prælĭŏr, dīmĭco. PHR. Pūgnām tēnto, cōmmitto, ŏbĕo, lăcēsso. Mănūs cōnsĕro, cōnfĕro. Pūgnās ĭnĕūnt, ĕt prælĭă tēntānt. Cōncūrrĕrĕ fērrō. Prælĭă miscērĕ. Dēcērnĕrĕ fērrō. VERS. Crūdō pūgnām cōmmittĕrĕ cæstū. Tēcūm tēlis cōncūrrĕrĕ vēllĕt. Immiscēntquĕ mănūs mănĭbūs, pūgnāmquĕ lăcēssūnt, ōmnĭbŭs īdem ănĭmūs fōrti dēcērnĕrĕ pūgnā. Spĕcĭēs vīsa ēst pūlchērrĭmă mōrtis, Prō pătrĭā pĕpĭgisse ănĭmām. Nēcdum hōrrĭdă miscēnt Prælĭă, sēd dŭbĭūs mĕdĭis Mārs ērrăt ĭn ārmis. Cōnsērtæ cāmpis ăcĭēs mūltūsquĕ pēr ārvă Fērvēbāt Māvōrs ārmis cōncūrrĕrĕ cāmpō. Tēndit ĭn ădvērsōs, cāmpō sēse ārdŭŭs īnfērt. Nēc mōră, nēc rĕquĭēs, vāstō cērtāmĭnĕ tēndūnt. Irrŭĭmŭs dēnsis ĕt circūmfūndĭmŭr ārmis. Itŭr pēr tēlă, pēr hōstēs. Tōtis ĭn pūgnām vīrĭbŭs ĭtŭr. Illi āltērnāntēs mūltā vi prælĭă miscēnt. Si nēmo aŭdĕt sē crēdĕrĕ pūgnæ. Mūltăquĕ pēr cæcām cōngrēssi prælĭă nōctēm Cōnsĕrĭmŭs. Miscēntŭr, māgnisquĕ vŏcānt clāmōrĭbŭs hōstēm. V. *Pugnor, Luctor.*

pūlchĕr. *Pūlchĕr Āvēntīnŭs,* Virg. 7, 656. SYN. Fōrmōsŭs, vĕnūstŭs, dĕcōrŭs, spĕcĭōsŭs. PHR. Făcĭē, fōrmā, fōrmæ dĕcōrĕ præstāns, īnsignis, cōnspĭcŭŭs, spēctābĭlis, cōnspĭcĭēndŭs, ēgrĕgĭŭs, ēxcēllēns, præsignis. Fōrmā præstānti, ēgrĕgiā. Cui ēgrĕgiō dĕcŭs ēnĭtĕt ōrĕ. Fōrmā cūm vincĕrĕt ōmnēs. Quō pūlchrĭŏr āltĕr Nōn fŭit. Cui dĕcŭs ēgrĕgĭūm fōrmæ. Cui plūrĭmă frōntis Mājēstās, ĕt hŏnōs. Fōrmæ dĕcōrĕ, nĭtōrĕ præstāns. VERS. Insignis făcĭē jŭvĕnis. Os hŭmĕrōsquĕ Dĕō sīmĭlis. Excēllēns mūnĕrĕ fōrmæ. Præstānti cōrpŏrĕ. Eximĭā spĕcĭē. Fōrmā pūlchērrĭmŭs. Ante ălĭōs pūlchērrĭmŭs ōmnēs. Ante ălĭōs pūlchĕr Iūlŭs. Insignis fōrmā, vĭrĭdīquĕ jŭvēntā. Cui plăcĭdō fūlgĕt ĭn ōrĕ dĕcŏr. Spēctāt gĕmĭnūm sŭă lūmĭnă sȳdŭs, At dignōs Bācchō dĭgĭtōs, ĕt Apōllĭnĕ crīnēs. Impūbēsquĕ gĕnās, ĕt ēbūrnĕă cōllă, dĕcŭsquĕ Oris, ĕt ĭn nĭvĕō mistūm cāndōrĕ rŭbōrēm. Bārba ĕrăt īncĭpĭēns, bārbæ cŏlŏr aūrĕŭs, aūrĕă, *dissyl.* Ex hŭmĕris mĕdĭūs cōmă dēpēndēbăt ĭn ārmōs. Fūndēbānt ŏcŭli rădĭōs, cŏlŏr īgnĕŭs illis, Nōn tămĕn ārdŏr ĕrăt. Ocŭlisquĕ tŭis, quĭbŭs īgnĕă cēdūnt Sȳdĕră. Rădĭānt ŭt sȳdŭs ŏcēlli. V. *Pulchra, Forma. Pulchritudine formæ præstantes, quibus Poëtæ alios conferunt, aut præferunt,* Bācchŭs, Apōllo, Hȳăcinthŭs, Nīrēŭs.

pūlchră. *Et pūlchrā făcĭēt tē prōlĕ părēntēm,* Virg. 1, 79. SYN. Dĕcōră, vĕnūstă, fōrmōsă. VERS. Fōrmā pūlchērrĭmă virgo. Præstānti cōrpŏrĕ virgo. Fōrmā præstāntĕ pŭēllă. Intĕr virgĭnĕōs lōngē pūlchērrĭmă cœtŭs. Fōrmā nūlli cēssūră Dĕārūm. Quæ lætō splēndōrĕ mĭcăt. Mūltōrūm spēs invĭdĭōsă prŏcōrūm: Cāndĭdĭŏr fŏlĭō nĭvĕi Gălătēă lĭgūstri, Flōrĭdĭŏr prātō, plătănō cōnspēctĭŏr āltā. Lūcĭdĭŏr glăcĭē, rĭgŭō fōrmōsĭŏr hōrtō. Nōn lăbră rōsæ, nōn cōllă prŭīnæ, Nōn crīnēs æquānt vĭŏlæ, nōn lūmĭnă flāmmæ. Ibăt ĕrătquĕ dĕcŭs pōmpæ, cōmĭtūmquĕ sŭārūm. Māgnă quĭdēm dē tē rūmŏr præcōnĭă fēcit. Nūllăquĕ dē făcĭē nēscĭă tērră tŭa ēst. Nēc tĭbi pār ūsquām Phrȳgĭæ, nēc Sōlis ăb ōrtū, Intĕr fōrmōsās āltĕră nōmĕn hăbĕt. Quā grātĭŏr ōrĕ Nōn fŭit. Lūmĭnă quid rĕfĕrām præclāræ sŭbdĭtă frōnti, Invĭdĭām mōtūră Dĭis, dīvīnă quŏd illis Vis ĭnĕrăt, rădĭānsquĕ dĕcŏr, qui pēctŏră pōssēt Flēctĕrĕ quō vēllĕt? V. *Pulcher. Muliebri forma præstantes,* Vĕnŭs, Dĭānă, Pāllăs, Prosērpĭnă.

Digitized by Google

pūlchrĭtūdo, ĭnis. SYN. Fōrmă, vĕnūstās, dĕcŏr, spĕcĭēs. PHR. Dĕcŭs ēgrĕgĭūm fōrmæ. Frōntĭs, ōrĭs, *vel* vūltūs mājēstās, hŏnŏr, nĭtŏr, dĕcŏr, gĕnārŭm dĕcŏr; ēt frōntĭs hŏnŏs. Pūlchræ fōrmæ mūnŭs, dōtēs. Dĕcōrŭs cŏlŏr, nĭtŏr, ōs fōrmōsūm, vĕnūstūm. Fōrmæ īllĕcĕbræ, blāndĭtĭæ, blāndīmēntă. Fōrmă plăcēt nĭvĕūsquĕ cŏlŏr, flāvīquĕ căpīllī. Nūllă fūctŭs ăb ārtĕ dĕcŏr. Fōrmă sĭnĕ ārtĕ dĕcēns. Nātīvūm fōrmōsī cōrpŏrĭs dĕcŭs. EPITH. *In Formâ.*

pūlĕx, ĭcis. *Pārvŭlŭs aūt pūlĕx īrrēpēns dēntĕ lăcēssăt*, Col. EPITH. Pārvŭlŭs, īnfēstŭs, mŏlēstŭs, lĕvĭs, mōrdāx, mōrdēns, pūngēns. PHR. Tūrbāns sōmnūm. Lūēs īnĭmīcă quĭētī. Quī tĕnĕrōs mōrsū dēpāscĭtŭr ārtūs.

pūllātŭs. *Pūllātī prŏcĕrēs, dĭffĕrt vădĭmōnĭă prætŏr*, Juv. 3, 213. SYN. Ātrātŭs. PHR. Pūllā, *vel* ātrā vēstĕ īndūtŭs.

pūllŭlo. *Tām sævæ făcĭēs, tŏt pūllŭlăt ātră cŏlŭbrĭs*, Virg. Æn. 3, 329. SYN. Gērmĭno, frūtĭco, sūccrēsco.

pūllŭs. *ŭt āssĭdēns īmplūmĭbŭs pūllīs ăvĭs.* (Iamb.) Hor. Epod. 1, 19. EPITH. Tĕnĕr, īmplūmĭs, ēxĭgŭŭs, mōllĭs, ēxĭlĭs, tĕnēllŭs, lŏquāx, gārrŭlŭs, trĕpĭdŭs, fŭgāx. PHR. Āvĭūm prōgĕnĭēs, prōlēs, nātī, fœtūs.

pūlmēntūm. *īn sīngŭlă quēm mĭnŭās pūlmēntă nĕcēsse ēst*, Hor. S. 2. L. 2. S. L. 34. V. *Cibus.*

pūlmēntārĭă. *ūnctă cŭdūnt, lăxīs tūnc pūlmēntārĭă lābrīs*, Per. S. 3, 102.

pūlmo, ōnis. *Pērpĕtŭō rīsū pūlmōnem ăgĭtārĕ sŏlēbāt*, Juv. 10, 33. EPITH. Mōllĭs, tŭmĭdŭs, tŭmēscēns, īnflātŭs, tŭmēns, īrrĕquĭētŭs, spīrāns, sīccŭs, ārĭdŭs, ārēns. PHR. Spīrāmēntă ănĭmæ. Cōrdĭs flābră, flābēllă. Pūlmōnĭs fībræ. Spīrācŭlă vītæ. Pūlmo ănĭmæ prælārgŭs ănhēlāt. Căptăt, rēddĭtquĕ aūrās.

pūls, pūltis. *āmplĭŏr, ēt grāndēs fūmābānt pūltĭbŭs ōllæ*, Juv. 14, 171. EPITH. Cāndĭdă, lāctĕă, dēnsă, tĕpĭdă, călēns, rĕcēns.

pūlso. *Sūb gāllī cāntūm cōnsūltŏr ŭbī ōstĭă pūlsăt*, Hor. L. 1. S. 1. L. 10. SYN. Pēllo, īmpēllo, prōpūlso. V. *Pello, Quatio.*

pūlsŭs, ă, ūm. *Tārquĭnĭŭs rēgnō pūlsŭs fŭĭt*, Hor. S. L. 1. S. 6. L. 13. SYN. Pūlsātŭs, īmpūlsŭs, prōpūlsŭs, ēxpūlsŭs, dētūrbātŭs.

pūlsŭs, ūs. *Pūlsūquĕ pĕdūm trĕmĭt ēxcĭtă tēllūs*, Virg. Æn. 7, 722. SYN. Īmpūlsŭs, īmpĕtŭs, īctŭs.

pūlvĕrĕŭs. *Pūlvĕrĕūm nīmbum, ēt fūlgēntēs ærĕ cătērvās*, Vir. Æn. 8, 593. SYN. Pūlvĕrŭlēntŭs.

pūlvĕrŭlēntŭs. *Pūlvĕrŭlēntă fŭgā glŏmĕrānt*, &c. Virg. Æn. 4, 155. SYN. Pūlvĕrĕŭs. PHR. Pūlvĕrĕ fœdātŭs, dētūrpātŭs, tūrpĭs, squāllĭdŭs, squāllēns, pērfūsŭs, āspērsŭs, cōnspērsŭs. VERS. Cānĭtĭem īmmūndō pērfūsām pūlvĕrĕ tūrpāns.

pūlvīnār, āris. *Fœdă lŭpānārĭs tŭlĭt ād pūlvīnār ŏdōrēm*, Juv. 6, 131. SYN. Pūlvīnŭs, cērvīcăl, cūlcĭtră, cŭbĭtăl, fūlcrūm. EPITH. Mōllĕ, tĕnĕrūm, plūmĕūm, pūrpŭrĕūm, aūrātūm, sŭpērbūm, sūppŏsĭtūm, tŭmēns, tŭmēscēns, tūrgēscēns: Căpĭtī sūppŏsĭtūm.

pūlvīnŭs. *Sī pŭdŏr ēst, ēt dē pūlvīnō sūrgăt ĕquēstrī*, Juv. 2, 154. V. *Pulvinar.*

pūlvĭs, ĕris. *Pūlvĕrĭs ēxĭgŭī jāctū cōmprēssă quĭēscēnt*, Virg. Geo. 4, 87. SYN. Sīccŭs, ārĭdŭs, lĕvĭs, tĕnŭĭs, vŏlĭtāns, crāssŭs, ōbscūrŭs, ŏpācŭs, glŏmĕrātŭs, nĭgĕr, cæcŭs, ātĕr, sōrdĭdŭs, pūtrĭs, īmmūndŭs, tūrpĭs, lŭtĕŭs, æstīvŭs, bĭbŭlŭs, sĭtĭēns: nōbĭlĭs, Ŏlȳmpĭcŭs. PHR. Pūlvĕrĭs, pūlvĕrĕŭs glŏbŭs, tūrbo, pūlvĕrĕă nūbēs. Pūlvĕrĭs ōbscūrō tūrbĭnĕ nūbēs. Ēxĭlĭs ărēnă. Ărēnæ ăgĭtātæ vēntō. Quām dīssĭpăt aūră. VERS. Dēnsŭs ărēnōsā sūrgēns tēllūrĕ sŭb aūrās Ērĭgĭtŭr glŏbŭs. Vŏlvĭtŭr ād mūrōs călīgĭnĕ tūrbĭdŭs ātrā Pūlvĭs. Cæcō pūlvĕrĕ cāmpŭs Mīscētŭr. Nīgrō glŏmĕrārī pūlvĕrĕ nūbēm Prōspĭcĭūnt Teūcrī, āc tĕnĕbrās īnsūrgĕrĕ cāmpīs. Crāssā călīgĭnĕ pūlvĭs Cœlūm prætēxĭt, prōspēctum ērĭpĭt ŏcŭlīs. Quēm vēntī tūrbĭnĕ māgnō Dīrĭpĭūnt. Īngēns fērtŭr ăd æthĕră pūlvĭs. Pūlvĕrĭs ēxhālăt nūbēm fūmōsquĕ vŏlāntēs.

pūmĕx, ĭcis. *īnclūsās ŭt cūm lătĕbrōso īn pūmĭcĕ pāstŏr*, Virg. Æn. 12, 588. EPITH. Lătĕbrōsŭs, căvŭs, mūltĭcăvŭs, ēxēsŭs, frăgĭlĭs, ārĭdŭs, sīccŭs, cāndĭdŭs, āspĕr, scābĕr, mūscōsŭs. VERS. Ēst spĕcŭs ēxēsī strūctūrā pūmĭcĭs āspĕr. Căvērnōsŭs gĕnĕrātŭr īn æquŏrĕ pūmĕx.

pūmĭcĕŭs. *ēt quæ pūmĭcĕīs fōntĭbŭs ātră călēnt*, Mart. 4, 57, 2. SYN. Ēx pūmĭcĕ, *vel* ārĭdŭs, sīccŭs.

pūngo, pūnxi, *et* pŭpŭgi. *ōdī ĕgŏ quæ nūnquām pūngŭnt sūspīrĭă sōmnōs*, Prop. 3, 8, 27. SYN. Cōmpūngo, stĭmŭlo, lāncĭno, fŏdĭco.



Digitized by Google

pūnĭcĕŭs. *Pūnĭcĕŭs dē mīllĕ crŭōr mānābăt ĕt intrō*, Ov. Met. 13, 887. SYN. Rŭbĕŭs, rŭbĕr, rŭbĭcŭndŭs.

pūnio, is, itŭm, *et* pūniŏr, *Dep.*——*Lūcĕm, quŏd nūn ĕgŏ pūnĭŏr ĭpsă*, Ov. Met. 9, 778. SYN. Căstigo, mŭlcto, plĕcto, ănĭmădvĕrto in. PHR. Pœnās sūmo, rĕpĕto, ăccĭpio, ēxĭgo, pōsco, rĕpōsco, ab *vel* dē ălĭquō. Pœnās infligo, impōno, irrŏgo, sāncio. Pœnās ēxērcĕo, dēcērno, stătŭo in. Sūpplĭcĭō, pœnis ăffĭcio, ĕxērcĕo, crŭcio, vĕxo, tŏrquĕo, ăffligo, ūrgĕo, prĕmo. Crīmĕn pœnis ŭlcīscŏr, vindico. Vindĭcĕ pœnă mŭlcto. VERS. Ēxēgit dignās ūltrix Rhămnūsĭă pœnās. Dŏmĭtōs pœnā dūrōquĕ lăbōrĕ. Cŏmpēscam, ĕt plāgis ūsque ĕxērcĕbō rĕbēllĕs. Quis tām crūdēlēs ōptāvit sūmĕrĕ pœnās. Dārdănĭdæ infēnsi pœnās cūm sānguinĕ pōscūnt. Si, dē tŏt læsis, sŭă nūmĭnă quisquĕ Dĕōrŭm Vindĭcĕt, in pœnās nōn sătis ūnŭs ĕrit. V. *Ulciscor.*

*puniŏr, iris.* SYN. Căstigŏr, mŭlctŏr, plēctŏr. PHR. Pœnās lŭo, pēndo, sōlvo, dō, sŭbĕo, pătiŏr, ēxpēndo, pērsōlvo, ēxsōlvo. Pœnis ăffĭcĭŏr, ĕxērcĕŏr, &c. V. *Punio.* Crīmĕn pœnā lŭo, ēlŭo. Dărĕ sānguĭnĕ pœnās. Scĕlĕrŭm pœnās, *vel* dignās crīmĭnĕ pœnās lŭo. VERS. Ērgo ēxērcēntŭr pœnis vĕtĕrŭmquĕ mălōrŭm Sūpplĭcia ēxpēndūnt. Păti sĭnĕ crīmĭnĕ pœnăm. Scĕlĕrŭm mĕrĭtās ēxpēndĕrĕ pœnās. Nām quĭcūnquĕ tŭŭm vĭŏlārit vūlnĕrĕ cŏrpŭs, Mŏrtĕ lŭĕt mĕrĭtā. Nōn mĭhi pōst simili pœnā cōmmissă lŭētis. Dăbis, imprŏbĕ, pœnās. Dēnt ōcyŭs ōmnĕs Quās mĕrŭērĕ păti (sic stāt sēntēntĭă) pœnās. Heū nĭmĭŭm virgŏ, nĭmĭŭm crūdēlĕ lŭisti Sūpplĭcĭŭm. Sūpplĭcĭŭm tē tristĕ mănĕt. Tū tămĕn intĕrĕā călĭdō mĭhi sānguĭnĕ pœnās Pērsōlvēs āmbōrŭm.

pūppis. *Vēntōrŭmquĕ dŏmōs ĕt pŏrtŭs pūppĭbŭs āptōs*, Ov. Met. 3, 596. VERS. Sūrgēns ā pūppi vēntŭs ĕūntēs Prōsĕquĭtŭr. Pūppĭquĕ rĕcūrvæ Insilit ĕt pictōs vērbĕrăt ūndă Dĕōs. V. *Navis.*

pūrgo. *Di pătrii pūrgāmŭs ăgrōs, pūrgāmŭs ăgrēstēs*, Tib. 2, 1, 17. SYN. Ēxpūrgo, mŭndo, ēmŭndo, ēlŭo, ăblŭo, ăbstērgo, pio, ēxpio, *vel* ēxcŭso, cūlpā ēxĭmo. PHR. Sōrdĭbŭs ăbstērsis ēlŭo. Ōmnĭă pūrgăt ĕdāx ignis, vĭtĭŭmquĕ mĕtălli Ēxcŏquit. Tūrpēs ōrĕ fŭgārĕ nŏtās, măcŭlās. Dēmĕrĕ crīmĭnă vitæ. Ēlŭĕrĕ ōmnĕ nĕfās. Sōrdĭbŭs ăbstērsis scĕlŭs ōmnĕ piārĕ. Cŏrpŭsquĕ sĭmŭl, sĭmŭl ēlŭĕ crīmĕn. V. *Abluo, Lavo.*

pūrpŭră. *Pūrpŭră mæāndrō dŭplĭci Mĕlĭbœă cŭcūrrit*, Virg. Æn. 5, 251. SYN. Mūrĕx, ŏstrŭm: cōccŭs. EPITH. Ārdēns, fŭlgēns, rŭtĭlă, ignĕă, rŭtĭlāns, pūnĭcĕă, pictă, rŭbēns, cŏrŭscă, fŭlgĭdă, splēndēns, mĭcāns, sānguĭnĕă, māgnĭfĭcă, sŭpērbă, rēgĭă, rēgālis, nōbĭlis, trĭŭmphālis, insignis: Tўrĭă, Sărrānă, Sīdŏnĭă, Phœnīcĕă: Āssўrĭă, Œbălĭă, Spārtānă, Mĕlĭbœă, Gætūlă, Pœnă, Cōă; *à Tyro seu Sarrâ, et Sidone, urbibus Phœniciæ: ab Assyriâ: à Laconiâ seu Œbaliâ, ubi et Sparta et Melibœa urbes: à Getuliâ, et Pœnis populis in Africâ: à Coo insulâ maris Ægei.* PHR. Tўrĭŭm cōnchўlĕ, *vel* Tўrĭŭs, pūrpŭrĕŭs sūccŭs, fūcŭs, rŭbŏr, cŏlŏr: Pūrpŭrĕŭm, Tўrĭŭm, Āssўrĭŭm vĕnēnŭm, *vel* Tўrĭŭm stāmĕn, vēllŭs, tēgmĕn. Tinctă mūrĭcĕ lānă. Sīdŏnĭă vēstis. Āssўrĭŭs ămictŭs. Tўrĭō distinctă mūrĭcĕ vēstis. Aūrātō mūrĭcĕ vēstis. VERS. Tўrĭōque ārdēbăt mūrĭcĕ lānă. Ārdēnti mūrĭcĕ clārŭs ĕt aūrō. Sīdŏnĭo insignis ămictū. Tўrĭō cōnspēctŭs in ŏstrō. Nōn tē pūrpŭrĕō vēlent văccīnĭă sūccō: Nōn ēst cōnvĕnĭēns lūctĭbŭs illĕ cŏlŏr.

pūrpŭrĕŭs. *Pūrpŭrĕŭm pēnnis, ĕt pāctæ virginis ŏstrō*, Virg. Æn. 10, 722. SYN. Pūrpŭrātŭs, cōccĭnĕŭs, cōnchўlĭātŭs, *vel* rŭbĕr, rŭbĕŭs, rŭbēns, rŭbĭcūndŭs, pūnĭcĕŭs, rŏsĕŭs. PHR. Mūrĭcĕ, ŏstrō, Tўrĭō sūccō tinctŭs, imbūtŭs, sătŭrātŭs, fūcātŭs, illūsŭs, distinctŭs, clārŭs, fŭlgēns, splēndĭdŭs, rădĭāns, cŏrŭscāns, insignis, sŭpērbŭs. Pūrpŭrĕō cŏlōrĕ fūcātŭs, tinctŭs. Pūrpŭrĕō fūcō mădĭdŭs, tinctŭs. VERS. Pūrpŭrĕi cristis jŭvĕnēs aūrōquĕ cŏrŭsci. Tўrĭō vēstis ŏstrō rădĭăt ĕt aūrō. V. *Purpura.*

pūrŭs. *Pūrĭŏr ēlēctrō cāmpŭm pĕtit āmnis, ăd imă*, Virg. Geo. 3, 522. SYN. Mūndŭs, cāstŭs, intĕgĕr, intĕmĕrātŭs, *vel* tērsŭs, laūtŭs, pŏlītŭs, nĭtĭdŭs, cūltŭs, limpĭdŭs. PHR. Sĭnĕ lābĕ. Sōrdĭbŭs, măcŭlis cărēns.

pūs, pūris. *Prōscripti rēgis Rŭpĭli pūs ătquĕ vĕnēnŭm*, Hor. Sat. 1, 7, 1. SYN. Tābŭm, săniēs, virŭs. V. *Sanies.*

‖ pŭsillănĭmis, *vel* ŭs. SYN. Tĭmĭdŭs, ignāvŭs, imbēllis.

pūstŭlă. *Lædĕrĕt ĕt tĕnĕrās pūstŭlă rūptă mănŭs*, Tibull. 2, 3, 10. SYN. Tūbĕr, āmpūllă.

Digitized by Google

**pŭtă**, adv. *Hŏc pŭtă nōn jūstum ĕst, īllūd mălĕ, &c.* Pers. 4, 9. SYN. Scīlĭcĕt, quīppĕ.
**pŭtĕālis.** *ŭt quōs dūx Pœnŭs mĕrsit pŭtĕālĭbŭs ŭndīs,* Ov. in Ibin, 489. SYN. Pŭtĕānŭs.
**pūtĕo.** *Nōctūrnō cĕrtārĕ mĕrō, pūtērĕ dĭūrnō,* Hor. Ep. 1, 19, 11. SYN. Fœtĕo: mălĕ ŏlĕo. V. *Fœteo.*
**pūtĭdŭs.** *Pūtĭdĭŭs mūltō cĕrĕbrum ĕst, mĭhi crēdĕ, Pĕrilli,* Hor. S. 2, 3, 75. SYN. Fœtĭdŭs, mălĕ ŏlēns, grăvis.
**pŭtĕŭs.** *ăd pŭtĕōs, aŭt āltă grĕgēs ăd stāgnă jŭbĕto,* Virg. Geo. 3, 329. EPITH. Āltŭs, prŏfūndŭs, căvŭs, pătēns, hĭāns, ăpērtŭs, cōncăvŭs, pătŭlŭs. V. *Fossa et Fons.*
**pŭto, ās.** *ĕt dŏmĭni Trītōn ipsĕ pŭtāvit ĕquōs,* Mart. Spect. 28, 6. SYN. Ărbitrŏr, ŏpīnŏr, cēnsĕo, sĕntĭo, ĕxistĭmo, rĕpŭto, rĕŏr, aŭtŭmo, jūdĭco, *vel* ămpŭto, rĕsĕco. V. *Sentio.*
**putrēdo, ĭnis.** *ĕstŭr ŭt ŏccūltā vĭtĭātă pŭtrēdĭnĕ nāvis,* Ov. Pon. 1, 1, 69. SYN. Cărĭēs, cŏrrūptio, tābūm. EPITH. Cŏrrūptă, sōrdĭdă, tētră, pēstĭfĕră, immūndă, fœtĭdă, tūrpis. V. *Tabum.*
**putrĕfāctŭs.**——*Claūsō pŭtrĕfācta ĕst spīnă sĕpūlcrō,* Ov. Met. 13, 589. SYN. Putrĭdŭs, putris.
**putrĕo, ŭi.** *Nōn ălĭā quām quā Bȳzāntĭă pūtrŭit ōrcă,* Hor. S. 2, 4, 66.
**putrēsco.** *Blāttārum āc tĭnĕārum ĕpŭlæ, pūtrēscāt in ārcā,* Hor. Sat. 1, 3, 119. PHR. Putrēdĭnĕ vĭtĭŏr, cŏrrūmpŏr, rĕsŏlvŏr, tābēsco.
**putrĭdŭs.** *Pūtrĭdă mūltĭvăgĭs pŏpŭlātŭs flātĭbŭs āntră,* Cl. SYN. Putris, putrĕfāctŭs, putrēscēns, cŏrrūptŭs, cărĭōsŭs, tābĭdŭs. PHR. Putrēdĭnĕ, cărĭē vĭtĭātŭs, rĕsŏlūtŭs, cŏrrūptŭs. Quĕm putris cărĭēs vĭtĭāvit, ĕdit, ĕxēdit, ădēdit.
**Pȳgmæi.** *Vĭrgĭnĕ Pȳgmæā nūllīs ădjūtă cŏthūrnīs,* Juv. 6, 505. *Populi in extremā Indiā, cubito non altiores. Cum gruibus, ut aiunt, pugnare soliti, à quibus vincuntur.* EPITH. Pārvi, brĕvēs, ĕxĭgŭi, pūgnācēs, ārmĭgĕri, măgnănĭmi. PHR. Pŭsīllă gēns, prŏpāgo. Pȳgmæi brĕvĕ vūlgŭs, ĭnērs plēbēcŭlă. Gēns cŭbĭtō, *vel* pĕdĕ nōn āltĭŏr ūnō. Gēns grŭĭbŭs ĭnĭmīcă. Cūm grŭĭbŭs crūdēlĭă bēllă gĕrēntēs. Ēt gĕnŭs hōc hŏmĭnūm, nātūră imbēllēs. VERS. Pȳgmæŭs pārvis cūrrit bēllātŏr ĭn ārmis. Mōx impār hŏsti, rāptūsquĕ pĕr āĕră cūrvis Ūnguĭbŭs ā sævā fērtŭr grŭĕ.
**Pȳgmălĭōn, ōnis.** *Pȳgmălĭōn, scĕlĕre ānte ălĭōs immānĭŏr ōmnēs,* Virg. Æn. 1. L. 347. *Beli filius, Rex Tyri, et frater Didonis, Sichæum Didonis maritum occidit, ut ejus thesauris potiretur. Dido autem in Africam fugit. Alius fuit Pygmalion Sculptor eximius, qui statuam eburneam, quam Venus animaverat, duxit uxorem.* EPITH. Ăvārŭs, crūdēlis, immītis, bārbărŭs, sævŭs, dīrŭs, fĕrŭs, sacrĭlĕgŭs. VERS. Īllĕ Sĭchæūm, Impĭŭs ānte ărās ătque aūri cæcŭs ămōrĕ Clām fĕrro incaūtūm sŭpĕrăt.
**Pȳlădēs, is.** *Dignŭs ĕt Æmŏnĭūm Pȳlădēm præcēdĕrĕ fāmā,* Stat. Syl. 2, 6, 54. *Strophi filius, patriā Phocensis, seu Thessalus, ex Statio: Orestis amicus: tam arcto fidei vinculo conjuncti ambo fuerunt, ut alter pro altero mori vellet.* V. *Orestes.* EPITH. Strŏphĭŭs, Æmŏnĭŭs, Thēssălŭs, Phōcæŭs, fīdŭs, fĭdēlis. PHR. Strŏphĭŭs jŭvĕnis. Ŏrēstis ămīcŭs, sŏcĭŭs, fīdŭs, cŏmēs. Jŭvĕnis Phōcæŭs.
**pȳră.** *Innŭmĕrās strŭxērĕ pȳrās, ĕt cŏrpŏră pārtim,* Virg. Æn. 11, 204. SYN. Rŏgŭs, būstūm, sĕpūlcrūm. V. *Rogus et Sepulcrum.*
**Pȳrăcmōn, ōnis.** *Brŏntēsquĕ, Stĕrŏpēsque, ĕt nūdŭs mēmbră Pȳrăcmōn,* Virg. Æn. 8. L. 425. EPITH. Flāmmĕŭs, ignĕŭs, dūrŭs, fērrūgĭnĕŭs. SYN. Ācmŏnĭdēs. PHR. Ŏcŭlis, ĕt nārĕ Pȳrăcmōn Flāmmĕŭs. V. *Brontes.*
**Pȳrămis, ĭdis.** *Nōn mĭhi pȳrămĭdūm tŭmŭlīs, &c.* Lucan. 9, 155. SYN. Ŏbĕliscŭs. EPITH. Āltă, ārdŭă, ēxcēlsă, āĕrĭă, Phărĭă, Ægȳptĭă, nŏbĭlis, sŭpērbă, prĕtĭōsă, mārmŏrĕă, rēgĭă, mīră. PHR. Pȳrămĭdis mōlēs, nŏbĭlĕ ŏpŭs, mētă, cōnŭs, ăcūmĕn. Pȳrămĭdūm sūmptŭs ăd sīdĕră dūcti. Phărĭō nūtāntĭă pōndĕră săxō. Sūmmō cœlūm fĕrĭēntĭă cūlmĭnă cōnō, *seu* vērtĭcĕ. Aūdăcĭă săxă Pȳrămĭdūm. VERS. Bārbără Pȳrămĭdūm sīlĕăt mīrăcŭlă Mĕmphis.
**Pȳrēnĕ.** *Hĕlĭcŏnĭădāsquĕ, pāllĭdāmquĕ Pȳrēnēm,* Per. Pro. L. 4. EPITH. Āĕrĭă, ārdŭă, ēxcēlsă, sŭblīmis, āltă, cēlsă, nĭvĕă, gĕlĭdă, glăcĭālis, fĕră, fĕrōx, rĭgĭdă, ăspĕră, ŏccĭdŭă, pāllĭdă. VERS. Pȳrēnĕ, cēlsā nimbōsi vērtĭcis ārcĕ, Dīvisōs Cēltis lātĕ prōspēctăt Ĭbērōs.



Digitized by Google

Pyrŏis, ĕntis. *Intĕrĕā vŏlŭcrēs Pyrŏis, ĕt Ĕŏūs, ĕt Æthōn*, Ov. M. L. 2, 153. EPITH. Rŭtĭlŭs, ignĕŭs, flāmmĕŭs, ārdēns, cŏrŭscŭs, mĭcāns, rŭbēns. V. *Æthon*.

pyrōpŭs.—*aūrō flāmmāsque ĭmĭtāntĕ pyrōpō*, Ovid. Met. 2, 2. SYN. Cārbūncŭlŭs. EPITH. Clārŭs, mĭcāns, rŭbĕr, ignĕŭs, ignĭvŏmŭs, flāmmĭvŏmŭs, ārdēns, splēndēns, rŭbēns, rŭbĕŭs, rŭbēscēns, flāmmās ĭmĭtāns. V. *Carbunculus, Gemma*.

Pyrrhă. *Deūcălĭōn lăcrymīs ĭtă Pyrrham āffātŭr ŏbōrtīs*, Ov. M. L. 1, L. 350. EPITH. Ĕpĭmēthĭs, hŏmĭnŭm rĕpărātrix.

Pyrrhŭs. *Pyrrhŭs Ăchillīdēs, ănĭmōsŭs, ĭmāgĭnĕ pātrīs*, Ov. Ep. 8, 3. *Achillis filius, qui, relictâ Andromache, Hermionem Oresti desponsatam duxit. Quam injuriam ulturus Orestes Pyrrhum ex insidiis occidit.* SYN. Nĕoptŏlĕmŭs, Ăchillīdēs, Pēlīdēs, *ab avo paterno.* Æăcĭdēs, *ab Æaco.* EPITH. Fōrtĭs, gĕnĕrōsŭs, fĕrōx, impāvĭdŭs, invictŭs, aūdāx. PHR. Hērŏs Æăcĭdēs. Scyrĭŭs jŭvĕnis, *vel* hērŏs, *ab insulâ Scyro, cujus Rex erat Lycomedes, avus ejus maternus.*

pyrŭm. *Nōn pyră quæ lēntā pēndēnt rĕlĭgātă gĕnistă*, Mart. 1, 44, 5.

pyrŭs, i. f. *Cūm pyrŭs invītō stīpĭtĕ mālă tŭlit*, M. EPITH. Lăpĭdōsă, sylvēstris, grăvĭdă, vĭrēns, vĭrĭdis, ŏpācă, āltă, āĕrĭă.

Pythăgŏrās, æ. *Pythăgŏrān, Ănytīquĕ rĕūm, dŏctūmquĕ Plătōnă*, H. S. L. 4. S. 4. L. 3. *Philosophus, patriâ Samius, qui Metempsychoseos, id est, transfusionis animarum in alia corpora, primus astructor fuit. Idque ut persuaderet, Euphorbum se Panthoi filium tempore Trojani belli fuisse asseverabat.* EPITH. Sāmĭŭs, prūdēns, dŏctŭs, cĕlēbĕr, dīvīnŭs. PHR. Sāmĭæ tēllūris ălūmnŭs.

Pythĭŭs, *et* Pythĭă. *Pythĭŭs in lōngā cārmĭnă vēstĕ sŏnăt*, Prop. 2, 23, 16. *Pythĭă, quæ trĭpŏdĕ ā Phœbī laūrōquĕ prŏfātŭr*, Lucr. 1, 742. *Pro vate usurpantur, et muliere fatidicâ.*

Pythōn, ōnis. *Strāvĭmŭs innŭmĕrīs tŭmĭdūm Pythōnă săgittīs*, Ov. M. 1, 460. *Serpens è terrâ post diluvium Deucalionis procreatus. Ab Apolline sagittis interfectus est, in cujus honorem Ludi Pythii instituti sunt.* EPITH. Tŭmēns, tŭmĭdŭs, vĕnēnātŭs, tērrĭbĭlĭs, immānis, stŭpēndŭs, Deūcălĭōnĕŭs, vĭrĭdis, cærŭlĕŭs, atrōx, sānguĭnŏlēntŭs. PHR. Hōrrēns squāmmīs ĕt tērgŏrĕ dūrŭs Cærŭlĕō. Săgittĭfĕrō prōstrātŭs Ăpōllĭnĕ Pythōn.

pyxis, ĭdis. *ĕt cēntūm jăcĕās cōndĭtă pyxĭdĭbŭs*, Mart. 9, 38, 4. EPITH. Cāvă, pārvă, ŏpērtă: naūtĭcă.

# Q.

QUĀ, adv. *Quā făcĕrĕ id pŏssīs, nŏstrām nŭnc, &c.* Virg. Æn. 1, 676. SYN. Quī, quōmŏdo.

quācūnquĕ. *Sic Tūrnō, quācūnquĕ vĭām sĕcăt, &c.* Virg. Æn. 12, 368.

quadrigæ.—*indĕ cĭtæ Mĕtĭum in dīvērsă quădrīgæ*, Virg. Æn. 8, 642. SYN. Quadrĭjŭgēs ĕquī, *vel* cūrrŭs. EPITH. Vēlōcēs, pērnīcēs, vŏlŭcrēs, præcĭpĭtēs, răpĭdæ, cĕlĕrēs, cĭtæ, cōncĭtæ, fālcātæ. VERS. Æră sŭb impŏsĭtō vŏlŭcrēs ăgĭtārĕ quădrīgās. Quădrĭjŭgō vĕhĭtŭr cūrrū. V. *Currus.*

quadrijŭgŭs. *Quădrĭjŭgō vĕhĭtŭr cūrrū, cui, &c.* Virg. Æn. 11, 162. V. *Quadrigæ.*

quadrŭpēs, ĕdis. *Quădrŭpĕdēs, ĕt frænă jŭgō cōncōrdĭă fērrĕ*, Virg. Æn. 3, 542. *Tōllit se ārrēctūm quădrŭpēs, ĕt călcĭbŭs aūrās*, Virg. Æn. 10, 892. SYN. Ĕquŭs, sŏnĭpēs, cōrnĭpēs. V. *Equus.*

quælibĕt. *Quælĭbĕt in quēmvīs ŏpprŏbrĭă fīngĕrĕ sævŭs*, Hor. Ep. 1, 15, 30.

quæro, quæsīvi, *et* quæsĭi, quæsītŭm. *ĕt sæpe in lēvī quæsīssĕt cōrnŭă frōntĕ*, Virg. Ecl. 6, L. 51. SYN. Vēstigo, invēstigo, scrūtŏr, pērscrūtŏr, indāgo, rīmŏr, ēxquīro, rĕquīro, inquīro, pērquīro, disquīro, *vel* scīscĭtŏr, pērcōntŏr, rŏgo, pĕto, *vel* ăcquīro. PHR. Ŏcŭlīs *vel* lūstrāndo vēstigo. Vēstīgĭă sĕquŏr, ŏbsērvo, ŏbsērvātă sĕquŏr. VERS. Caūsās pĕnĭtŭs tēntārĕ lătēntēs. Sōlūm dēnsa in călīgĭnĕ Tūrnūm Vēstīgāt lūstrāns. Nātām Sōlĭs ăd ŏccāsūs, Sōlĭs quærēbāt ăd ōrtūs: Prætĕrĭtūs Cĕrĕrī nūllŭs in ōrbĕ lŏcŭs. Hūc tūrbĭdŭs ātque hūc Lūstrāt ĕquō mūrŏs, ădĭtūmquĕ pĕr āvĭă quærit. Ŏmnĭbŭs ēst tērrīs, ŏmnī quæsītă prŏfūndō. Vōs mōntēs intĕr ŏpācōs Quærĭmŭs, ĕt māgnā dispērsōs vōcĕ cĭēmŭs. Ērgo āltō vēstiga ŏcŭlīs, ĕt rītĕ rĕpērtūm Cārpĕ mănū. Errōrēsquĕ feræ pĕr dēvĭă mēntă Nārĕ lĕgit, tăcĭtōquĕ prĕmēns vēstīgĭă rōstrō, Lūstrāt ĭnăccēssōs vēnāntum indāgĭnĕ sāltūs.

Digitized by Google

quæsitŏr, ōrĭs. *Quæsītŏr Mīnōs ūrnām mŏvĕt,* &c. Virg. Æn. 6, 432. SYN. Jūdĕx, *vel* Quæstŏr. V. *Judex.*

quæsitŭs. *Quæsītŭs ăd săcră bŏvēs Jūnōnĭs ĕt ārĭs,* Virg. Geo. 3, 532. SYN. Vēstīgātŭs, &c. V. *Quæro.*

quæstŭs, ūs.—*Grăvĭs Lĭbĭtīnæ quæstŭs ăcērbæ,* Hor. Sat. 2, 6, 19. SYN. Lucrūm, cōmmŏdūm, ūtĭlĭtās. V. *Lucrum.*

quālĭs. *Quālĭs ĕt ārēntēs cūm fīndĭt Sīrĭŭs āgrōs,* Tib. 1, 7, 21. VERS. Quālisquĕ vĭdērī Cælĭcŏlis, ēt quāntă sŏlĕt.

quāmdĭū. *Læsō clĭēntī quāmdĭū sălūtātŏr,* (Scaz.) Mart. 10, 74, 2.

quāmprimūm. *Invīsām quærēns quāmprīmūm,* &c. Virg. Æn. 4, 631. SYN. Stătĭm, īllĭco, prōtĭnŭs, sŭbĭtō, cĭto.

quāmvis. *Quāmvīs Ēlȳsĭōs mīrētŭr Græcĭă cāmpōs,* Virg. Geo. 1, 38. SYN. Quānquām, ētsi, lĭcĕt.

quāndo. *Quāndō paupĕrĭēm mīssīs āmbāgĭbŭs hōrrēs,* Hor. Sat. 2, 5, 9. *Quāndō mŏræ dūlcēs, lōngūsque ā Cæsărĕ pŭlvĭs,* Mart. 10, 6, 4. SYN. Cūm.

quāndŏquĕ. *Quāndŏquĕ bŏnŭs dōrmītăt Hŏmērŭs,* Hor. A. Poët. 359. SYN. Ălĭquāndo, nōnnūnquām, intērdūm.

quāndŏquĭdēm. *Dīcĭtĕ, quāndŏquĭdēm īn mōllī,* &c. Virg. Ecl. 3, 55. SYN. Quāndo, sīquĭdēm.

quāntō, adv. *āt quāntō mĕlĭōră mŏnĕt, pūgnāntĭăque īstīs,* Hor. Sat. 1, 2, 73. SYN. Quō: quām.

quāntūmvis. *Pōst hæc īllĕ cătŭs, quāntūmvīs rūstĭcŭs, ībĭt,* H. E. L. 2. E. 2. L. 39. SYN. Quāmvis.

quārē. *Sīc hăbĕt: āccēndĭs; quārē cŭpĭām măgĭs īllī,* Hor. Sat. 1, 9, 53. SYN. Cūr, quĭānām, ēccūr, cūrnām, quāprōptēr.

quăsi. *ēt dēvīctă quăsī cōgātŭr fērrĕ, pătīquĕ,* Lucr. 2, 291. *Sēd quăsī naūfrăgĭīs māgnīs mūltīsquĕ cŏōrtīs,* Lucr. 2, 552. SYN. Vĕlŭtī, vĕlŭt, *vel* fĕrē, pænĕ.

quāssātŭs. *Quāssātām vēntīs lĭcĕāt sūbdūcĕrĕ clāssēm,* Virg. Æn. 1, 551. SYN. Quāssŭs, cōncŭssŭs, ēxcŭssŭs, *vel* frāctŭs, rūptŭs.

quătĕr. *Sŭbstĭtĭt, ātque ūtĕrō sŏnĭtūm quătĕr ārmă dĕdērĕ,* Virg. Æn. 2, 243.

quătio. *Sānguĭnĕām trĕmŭlā quătĭēbăt lāmpădă dēxtrā,* P. SYN. Cōncŭtĭo, mŏvĕo, quāsso, sūccŭtio, ăgito, cōmmŏvĕo, pūlso, ēxcŭtio, *vel* frāngo. *Metaph.* vexo, mŏlēsto. VERS. Tērrĭfĭcām căpĭtis cōncŭssit tērquĕ quătērquĕ Cæsărĭēm, cūm quā tērrām, mărĕ, sȳdĕră mōvit. Ēt tōtūm nūtū trĕmĕfēcit Ŏlȳmpūm. Eccĕ pĕdūm pūlsū vīsa ēst mĭhi tērră mŏvēri. Nēc dē cōncŭssā tāntūm plŭĭt īlicĕ glāndĭs. Pūlsūquĕ pĕdūm trĕmĭt ēxcĭtă tēllūs. Aūt rāstrīs tērrām dŏmăt, aūt quătĭt ōppĭdă bēllō.

quatŭŏr. *Sīs bŏnŭs ō fēlīxquĕ tŭīs, ēn quāttŭŏr ārās,* Virg. Ecl. 5, 65. *Cēdūnt tēr quāttŭŏr dē cælō cōrpŏră sānctă,* Ennius. SYN. Bis dŭo, quătērnī.

quĕ, conjunct. *ārmă vĭrūmquĕ cănō, Trōjæ quī,* &c. Virg. Æn. 1, 1. SYN. Ēt, ātquĕ, nĕcnōn.

quĕo. *Lībĕr sūm, dīc ăgĕ, nōn quīs,* Hor. Sat. 2, 7, 92. V. *Possum.*

quērcŭs, ūs.—*ēxŭvĭāsquĕ vĭrī tŭă quērcŭs hăbēbĭt,* Virg. Æn. 10, 423. SYN. Īlēx, rōbŭr, æscŭlŭs. EPITH. Dūră, rĭgĭdă, ūmbrōsă, aprĭcă, vĭrĭdĭs, dēnsă, āltă, ārdŭă, prōcēră, āĕrĭă, sūblīmis, glāndĭfĕră, pătŭlă, ānnōsă, căvă, sȳlvēstrĭs, frōndōsă, nōdōsă, Dōdōnĭă, Dōdōnæă, Chāŏnĭă, *à Dodonâ sylvâ Chaoniæ.* PHR. Dōdōnĭs, Chāŏnĭs ărbŏs. Ărbŏr Chāŏnĭă, Dōdōnæă. Ărbŏr ămīcă, sacră Jŏvī. Jŏvĭs ărbŏr, *quia Jovi dicata.* Quērnŭs stĭpēs. Ărbŏr quērnă. Quērnūm rōbŭr. Māgnă Jŏvis, āntīquō rōbŏrĕ quērcŭs. Lātē brāchĭă tēndēns. Sūblīmi vērtĭcĕ nūtāns. Īnfīxīs āltē rādīcĭbŭs hærēns. Āttōllēns īntōnsă căcūmĭnă cælō. Frōndĭbŭs æscŭlŭs āltĭs. Lōngā quērcŭs căriōsă sĕnēctā. Īnnātăquĕ rūpĭbŭs āltĭs Rōbŏră. VERS. Fōrtĕ fŭit jūxtā pătŭlis lātissĭmă rāmis Săcră Jŏvi quērcŭs dē sēmĭnĕ Dōdōnæō. Cōnsūrgūnt gĕmĭnæ quērcŭs, īntōnsăquĕ cælō Āttōllūnt căpĭta, ēt sūblīmi vērtĭcĕ nūtānt. Nūdăquĕ rāmōsæ tēndēbānt brāchĭă quērcūs. Nĕmŏrūmquĕ Jŏvi quæ māxĭmă frōndēt æscŭlŭs. Æscŭlŭs īmprĭmis quæ quāntūm vērtĭce ăd aūrās Æthĕrĭās, tāntūm rādīce in Tārtără tēndit. Ānnōsa ēxcēlsōs tēndēbăt ăd æthĕră rāmōs Æscŭlŭs.

quĕrēlă. *Rūstĭcă jūdĭcĭō nōstră quĕrēlă tŭō,* Ov. Ep. 17, 12. SYN. Quēstŭs, quĕrīmōnĭă, lāmēntūm, plānctŭs. EPITH. Mœstă, mĭsĕră, lūgŭbrĭs, flēbĭlĭs, fērālĭs, trīstĭs, ægră, lacrȳmōsă, lōngă, āssĭdŭă, sūpplēx, mŭlĭēbrĭs, fœmĭnĕă,



Digitized by Google

insānă, vēsānă, grăvis, atrōx, vānă, inānis. PHR. Tristiă verbă. Quĕrŭli, flēbilēs sŏni.' Quĕrŭlæ vōcēs. VERS. Singūltūquĕ piās intērrūmpēntĕ quĕrēlās. V. *Fletus, Gemitus, Lacryma, Queror.*

quĕrĭbūndŭs.——*ātque hīc quĕrĭbūndă sĕnēctūs*, Sil. 13, 583. SYN. Quĕrŭlŭs.

quĕrīmōnĭă.—*impărĭtēr jūnctīs quĕrīmōnĭă prīmūm*, Hor. A. Poet. 75. V. *supra* *Querela.*

quĕrŏr, rĕris, quēstŭs. *āmissōs quĕrĭtūr fœtūs, quōs dūrŭs ărātŏr*, Virg. Geor. 4, 512. SYN. Cōnquĕrŏr; lāmēntŏr, plāngo. PHR. Quēstūs, quĕrēlās fūndo, ēffūndo, prōmo, dō, prōfĕro, ēdo, jăcto, profūndo. Quĕrēlis, quēstĭbŭs, lāmēntis aūrās, āĕră, cœlūm cōmplĕo, implĕo, replĕo, tūrbo, mŏvĕo, cōmmŏvĕo, incēndo. Ædēs quĕrŭlis sŏnis implĕo. Quēstūs ē pĕctŏrĕ dūco, rūmpo, ēffūndo. Quēstū pĕctŏră rūmpo. Tristiă verbă, flēbĭlēs sŏnōs jăcto. Sæpĕ quĕri, ēt lōngās in flētūm dūcĕrĕ vōcēs. Mœstās profūndĕrĕ pĕctŏrĕ vōcēs. VERS. Quăcūnquĕ ingrĕdĭtūr, misĕris lŏcă cūnctă quĕrēlis implĕt, ŭt āmissūm cūm gĕmit ālĕs Itўm. Stăbăt mūltă quĕrēns. Mē misĕrum! ingĕmĭnăt. Quālis pōpŭlĕā mœrēns Philŏmēlă sŭb ūmbrā Āmissōs quĕrĭtūr fœtūs. Flēt nōctēm, rāmōquĕ sĕdēns misĕrābĭlĕ cārmĕn Intĕgrăt, ēt mœstis lātē lŏcă quēstĭbŭs implĕt. Mœstō dĕdit ōrĕ quĕrēlās. Sēd quid ĕgo ignāris nēquicquām cōnquĕrŏr aūris. Plāngit, nōn ălitĕr quām si nāti piă mātĕr ădēmpti Pōrtĕt ăd ēxtrūctōs cōrpŭs ĭnānĕ rŏgōs. V. *Gemo, Suspiro.*

quĕrŭlŭs. *Rĕttŭlĭt ēt quĕrŭlō jūrgiă nōstră sŏnō*, Pro. 3, 6, 18. SYN. Quĕrĭbūndŭs, *vel* sŏnōrŭs.

quēstŭs, ūs. *Intĕgrăt ēt mœstīs lātē lŏcă quēstĭbŭs implĕt*, Virg. Geo. 4, L. 515. V. *Querela.*

quī. adv. *Quī fĭt, Mæcēnās, ŭt nēmō quām sibi sŏrtēm*, Hor. Sat. 1, 1, 1. SYN. Quōmŏdŏ, quā rătĭōnĕ.

quĭă. *nēc quĭă dēspērēs invictī mēmbră Glўcōnis*, Hor. Ep. 1, 1, 30. SYN. Quŏniăm, quŏd, nām, nāmquĕ, ĕnim, ĕtĕnim.

quĭānăm. *Heū quĭānăm tāntī cinxērūnt æthĕră nimbī?* Virg. Æn. 5, 13. SYN. Cūr, quārĕ, ūndĕ.

quīcūnquĕ. *Seū quīcūnquĕ fŭrŏr, quid tūm si, &c.* Virg. Ecl. 10, 38. SYN. Quīvis, quīlĭbĕt.

quĭd. *Dāphni quid āntīquōs signōrūm sūspĭcis ŏrtūs?* Virg. Ecl. 9, 46. SYN. Ēcquid, *vel* cūr, quārĕ.

quīdăm. *Quātĕnŭs id făcit, ŭt quīdăm, &c.* Hor. Sat. 1, 1, 64. SYN. Ălĭquis, nōnnūllŭs.

quĭdēm. *id quĭdem ăgo, ēt tăcĭtŭs, Lўcĭdă, &c.* Virg. Ecl. 9, 37. SYN. Cērtē, ĕquĭdēm.

quĭēs, ētis. *Nēc pŭdŏr, in stĭpŭlā plăcĭdām cēpissĕ quĭētēm*, Ov. Fast. 1, 204. SYN. Rĕquĭēs, *vel* ōtĭŭm, *vel* sōmnŭs, *vel* pāx, *vel* mŏră. EPITH. sēcūră, blāndă, jūcūndă, dūlcis, trānquillă, suāvis, ămīcă, rāră, pācātă, ōptātă, tăcĭtă, nōctūrnă, pigră, mōllis, ignāvă, sēgnis, inērs, lānguēns, dēsĭdĭōsă, dēsēs; sōmnĭfĕră, sōpōră, sōpōrĭfĕră. PHR. Cōmpŏsĭtæ, trānquillæ, grātă ōtiă mēntis. Plăcĭdūm, quĭētūm tēmpŭs. Sēcrēti quĭētă ōtiă rūris. Pācis ălūmnă, *vel* ămīcă quĭēs. Vīlēs ēxōsă cūrās. Tūrbārūm fŭgiēns. Mēmbră, *vel* cōrpŭs recrĕāns, rĕfĭcĭēns, rēstaūrāns, lĕvāns. Vīrēs rĕpărāns. Lībĕră ōtiă. Cūris văcŭă. Cūrārūm dŏmĭtrix cēpĕrăt āltă quĭēs. Rēstĭtŭēns lānguĭdă mēmbră quĭēs. Recrĕāns dēfēssi cōrpŏris ārtūs. VERS. Quŏd cărĕt āltērnā rĕquĭē dūrābĭlĕ nōn ēst: Hæc rĕpărăt vīrēs, fēssăquĕ mēmbră lĕvăt. Ōtiă cōrpŭs ălūnt, ănimŭs quŏquĕ pāscĭtŭr illis: immŏdĭcūs cōntră cārpit ŭtrūmquĕ lăbŏr. Āt vĕlŭt in sōmnis ŏcŭlōs ŭbī lānguĭdă prēssit Nōctĕ quĭēs. V. *Somnus, Otium, et Quiesco.*

quĭēsco, quĭēvi. *Vix pōrtū plăcĭdō tūtă quĭēvĕrăt*, (Chor.) SYN. Rĕquĭēsco, ōtĭŏr. PHR. Quĭētī indūlgĕo, văco, mē dō. Quĭētĕ frŭŏr, pērfrŭŏr, pŏtĭŏr. Quĭētēm cārpo, căpio. Quĭētĕ fēssă mēmbră rĕlāxo, rĕficio, lāxo, lĕvo, recrĕo. Lăbōrĕ ābstĭnĕo. Quĭētĕ vīrēs frāctās recrĕārĕ, rĕpărārĕ. Plăcĭdæ indūlgērĕ quĭētī. In ōtiă tūtă rĕcēdĕrĕ. VERS. Tū lēntūs rĕfŏvēs jūcūndā mēmbră quĭētĕ. Hīc tămĕn hōc mēcūm pŏtĕris rĕquĭēscĕrĕ nōctĕ Frōndĕ sŭpĕr vĭrĭdi. Vīvitĕ fēlīcēs quĭbŭs ēst fōrtūnă pĕrāctă Jām sŭă. Vōbis pārtă quĭēs, nūllūm măris æquŏr ărāndūm. Vōs ĕrĭtis nōstræ pōrtūs, rĕquĭēsquĕ sĕnēctæ Nūnc plăcĭdā cōmpōstūs pācĕ quĭēscit. Prōcŭbŭit, sērāmquĕ dĕdit pĕr mēmbră quĭētēm. V. *Otior, Cesso, et Dormio.*

Digitized by Google

quiētŭs.——*Sēdēs ŭbi fātă quĭētās*, Virg. Æn. 1, 205. SYN. Quiēscēns, rĕquiēscēns, ōtiōsŭs, *vel* trānquillŭs, plăcidŭs, pācātŭs, sēdātŭs: *vel* sēcūrŭs.

quilibĕt. *Dūm tămĕn ædĭfĭcĕt, quidlĭbĕt illĕ făcit*, Mart. 9, 47, 4. SYN. Quivis, quisquĕ.

quin. *impĕrĭum sĭnĕ fĭnĕ dĕdī, quin āspĕră Jūno*, Virg. Æn. 1, 279. SYN. Cūr nōn, quidni, *vel* quōminŭs, imo *vel* qui nōn.

quindĕcim. *Quindĕcim Dīānă prĕcēs virōrŭm*, (Sapph.) Hor. C. Sæc. 70. SYN. Tēr quinquĕ, tĕr quini.

quinĕtiăm. *Quinĕtiăm cœli rĕgiōnem in cŏrtĭcĕ signănt*, Virg. Geo. 2, 269. SYN. Imo ĕtiăm: imo: quin.

Quinquātriă. *incipit ōptāre, ĕt tōtis Quīnquātrĭbŭs ōptăt*, Ju. L. 4, S. 10. L. 115. *Festa Romæ in honorem Palladis, mense Martio, quinque dierum spatio celebrata.* (Ovid. 3. Fast.) Pōst fiūnt săcră Minērvæ, Nōmĭnă quæ ā jūnctis quinquĕ diēbŭs hăbēnt.

quinquĕ. *Quinquĕ tĕr implēbās, nĕc nōn ĕt cætĕră tāntŭm*, Ovid. SYN. Quini.

quinŭs. *Quinās hĭs căpĭtī mĕrcēdēs ĕxsĕcăt ătquĕ*, Hor. Sat. 1, 2, 14.

quippĕ. *Quippĕ fĕrānt răpĭdī sēcŭm, vĕrrāntquĕ, &c.* Virg. Æn. 1, 59. SYN. Nām, quiă.

Quirinālis. *ipsĕ Quirīnālī lĭtŭō pārvāquĕ sĕdēbăt*, Virg. Æn. 7, 187. SYN. Rōmānŭs, Săbīnŭs.

Quirinŭs. *Cānă Fĭdēs, ĕt Vēstă, Rĕmō cŭm frātrĕ Quĭrīnŭs*, Virg. Æn. 1, 292. *Romuli nomen, cujus rationem sic refert Ov. 2. Fast.* Prōxĭmă lūx văcŭa ĕst, ăt tērtiă dictă Quirinō; Qui tĕnĕt hōc nōmēn Rōmŭlŭs āntĕ fŭit: Sivĕ quŏd hāstă Quĭris priscis ĕst dictă Săbinis, Bēllicŭs ā tēlō vēnit in āstră Dĕŭs: Sivĕ sŭō Rēgi nōmēn pŏsŭēre Quirītēs: Seū quiă Rōmānis jūnxĕrit illĕ Cŭrēs. V. *Romulus.*

Quiritēs, ium, *et* ŭm. *Sēd bēllĭcōsis fātă Quĭrītĭbŭs*, (Alc.) Hor. Od. 3, 3, 57. *Romanorum nomen: à Romulo Rege, Quirino dicto, vel à Sabinis fœderatis, qui Cures appellabantur.* SYN. Rōmāni, Rōmŭlĭdæ.

quis.——*Fāllis Dĕă, sēd quis Ŏlŷmpō*, Virg. Æn. 12, 634. SYN. Quisnăm.

quisquăm. *Fālcēm mātūris quisquăm sūppōnăt ărīstis*, Virg. Geo. 1, L. 348. SYN. Ăliquis.

quisquĕ. *āssēnsēre ŏmnēs; ĕt quæ sĭbĭ quisquĕ tĭmēbăt*, Virg. Æn. 2. L. 180. SYN. Quilibĕt, quivis.

quivis. *Jūrĕ mĭhī invĭdĕăt quīvis ŭt ă tĕ quŏque ămīcŭm*, Hor. Sat. 1, 6, 50. SYN. Quilibĕt.

quō. *Quō fŭgis Ænēă?* Virg. Æn. 10, 649.

quōcūnquĕ. *Quō mē cūnquĕ vŏcānt tĕrræ, &c.* Virg. Æn. 1, 619. SYN. *Per Tmesin*, quō cūnquĕ, *ut in versu Virgilii supra.*

quŏd. *Primă quŏd ăd Trōjăm prō chāris gēssĕrăt Ārgis*, Virg. Æn. 1, 24.

quōmŏdŏ.——*Sĕquŏr, Mæcēnās, quōmŏdŏ tēcŭm?* Hor. Sat. 1, 9, 24. SYN. Qui, quā rătiōnĕ, quā.

quŏniăm. *Aŭt quŏniam ăgrēstēm dĕtrāxĭt ăb ōrĕ fĭgūrăm*, Pr. SYN. Siquidēm, quiă, quŏd.

quŏquĕ, conjunct.——*Dămnābis tū quŏquĕ vōtis*, Virg. Ecl. 5, 80. SYN. Ĕtiăm, părĭtĕr.

quŏt. *ĕt quŏt Trōjă tŭlit, vĕtŭs ĕt quŏt Āchāiă fōrmās*, H.

quŏtānnis. *Hic illŭm vīdī jŭvĕnēm, Mĕlĭbœĕ, quŏtānnis*, Virg. Ecl. 1, 43. PHR. Quŏtquŏt ĕūnt ănni.

quŏtiēs. *ō quŏtiēs, ĕt quæ nōbis Gălătēă lŏcūta ĕst?* Virg. Ecl. 3, 72.

quŏtquŏt. *Nōn si trĭcēnis, quŏtquŏt ĕūnt diēs*, (Alcaic.) Hor. Od. 2, 14, 5.

## R.

RĂbĭdŭs.——*Sīt qui răbĭdārŭm mōrĕ fĕrārŭm*, Stat. SYN. Fŭriōsŭs, fŭrēns, fŭrĭbūndŭs, insānŭs. PHR. Fŭrōrĕ ăccēnsŭs, ărdēns, flagrāns, pērcĭtŭs. Răbiē cæcŭs, tŭmĭdŭs. Inōps ănimi. Fŭrēns ănimis. Nimiōquĕ dŏlōrĕ insānŭs. Indŏmitōs gēstāns in cōrdĕ fŭrōrēs. VERS. Exŭlŭlăt, pāssimquĕ fŭrit mălĕsānă căpillis. V. *Iratus, Furens.*

răbiēs, iēi. *ĕt bēlli răbiēs, ĕt ămōr succēssit hăbēndi*, Virg. Æn. 8, 327. SYN.

Digitized by Google

Fŭrŏr, īră, vĭŏlēntĭă, vēsānĭă. EPITH. Imprŏbă, mĭsĕrāndă, dīră, præceps, indŏmĭtă, hōrrēndă, trūx, pērvĭcāx, nŏxĭă, fŭrĭōsă, sævă, fĕră, crŭēntă, tŭmĭdă, fŭrēns, fœdă, īnfāndă, pēstĭfĕră, pērnĭcĭōsă, hōstīlis, cæcă, fĕrīnă, ācris, īmmītis, īnfēstă, mălĕsānă, ĕffĕră, cōncĭtă, ĭnīquă, ămāră, īnfrēndēns, īnfrænis, vĭrōsă, fĕrōx. PHR. Inquĕ sŭūm răbĭēs ārmātă crŭōrēm. Nīgrō răbĭēs ārmātă vĕnēnō. VERS. Spūmăt răbĭēs vēsānă pĕr ōră. At pōstquam īn răbĭēm dŏlŏr hĭc sē vērtĭt ăcērbām. Hōrrĭbĭlī răbĭe, ĕt dīrō stĭmŭlāntĕ vĕnēnō. Glīscĭtquĕ pĕr ōră Infrēndēns răbĭēs. Nōn sătĭātă tămĕn răbĭēs ĭnĭmīcă rĕsēdĭt. V. *Ira, et Furor, oris.*

răbĭōsŭs. *Hāc răbĭōsă fŭgĭt cănis; hāc lŭtŭlēntă rŭĭt sūs,* Hor. Ep. 2, 2, 35. SYN. Răbĭdŭs.

rābŭlă. *Hic tānquām răbŭlām dē sē quŏquĕ vānă,* &c. C. PHR. Inēptŭs causĭdĭcŭs.

răcēmĭfĕr, ă, ūm. *Bācchĕ, răcēmĭfĕrōs hĕdĕrā rĕdĭmītĕ căpīllōs,* Ov. Fast. 6, 483. PHR. Răcēmis ŏnūstŭs, grăvis.

răcēmŭs. *ĕt tŭmĭdis, Bŭmāstĕ, răcēmis,* Virg. Geo. 2, 102. SYN. Ūvă, bŏtrŭs. EPITH. Tŭmĭdŭs, dūlcis, rŭbēns, pāmpĭnĕŭs, prædūlcis, sūspēnsŭs, rŭrāns, mātūrŭs, rŭbĭcūndŭs, tŭrgĭdŭs, pēndŭlŭs. VERS. Mădĭdis incūmbūnt prælă răcēmis. Dūm grăvĭdōs ŏnĕrĕt vīndēmĭă lætă răcēmōs. V. *Uva.*

rādīcĭtŭs. *Huic flūctŭs vīvō rādīcĭtŭs ābstŭlĭt ūnguēs,* Pris. SYN. Stīrpĭtŭs: ā rādīcĕ, ā stīrpĕ.

rădĭo, ās. *ārgēnti bĭfŏrēs rădĭābānt lūmĭnĕ vālvæ,* Ov. Met. 2, 4. SYN. Irrădĭo, rŭtĭlo, cŏrūsco, splēndĕo, mĭco, fūlgĕo, lūcĕo, fūlgŭro, scīntīllo. PHR. Rădĭīs, *vel* rădĭōrūm spīcŭlă mītto. Rădĭōs spārgo, vibro. Rădĭīs cŏrūsco, mĭco. Rădĭāntī lūcĕ fūlgĕo. V. *Luceo et Splendeo.*

rădĭŭs. *Nōn rădĭi sōlis nĕquĕ lūcĭdă tēlă dĭēi,* Lucr. 1, 148. SYN. Lūx, lūmĕn, jŭbăr, splēndŏr. EPITH. Mĭcāns, cŏrūscŭs, trĕmŭlŭs, īgnĭtŭs, aūrātŭs, aūrĕŭs, ārdēns, Phœbēŭs, Āpōllĭnĕŭs, fūlgēns, clārŭs, ăcūtŭs, pūrŭs, sĕrēnŭs, flāmmāns, lūcĭdŭs, nĭtēns, īllūstris, lūbrĭcŭs, văgāns, flāmmĭfĕr, sīdĕrĕŭs, mōbĭlis, rŭbēscēns, sōlāris, pĕnētrāns, sĭtĭēns, ārēns. PHR. Rădĭōrūm lūx, splēndŏr, fūlgŏr. *Pro Pectine.* V. *Pecten.*

rādix, īcis. *Hūjŭs ŏdōrātō rādīcēs īncŏquĕ Bācchō,* Virg. Geo. 4, 279. SYN. Stīrps, fĭbră. EPITH. prŏfūndă, īmă, dēmīssă, āltă, văgă, ērrāns, tĕnĕră, īnflēxă, rāmōsă, fīxă, vălĭdă, tĕnāx. PHR. Rāmōsæ fĭbræ. Plāntæ, trūnci, *vel* ārbŏris fīrmāmĭnă. Āltĭŭs ārbŏr rādīcēs ăgit, ēxtēndit. Vălĭdis rādīcĭbŭs hærĕt. Fibris tērrām cōmplēctĭtŭr, tĕnĕt, mōrdĕt, fīndit. Rādīcĭtŭs, stīrpĭtŭs, īmā dē stīrpĕ rĕcīsă ārbŏr. VERS. Pōrrĭgĭtŭr rādix lōngī fīrmāmĭnĕ trūnci. Pērstăt, ĕt īnfīxis āltē rādīcĭbŭs hærĕt. Nām quæ prīmă sŏlō rūptis rādīcĭbŭs ārbŏr Vēllĭtŭr.

rādo, rāsi, sūm. *Rādit ĭtĕr līquĭdūm, cĕlĕrēs nĕquĕ,* &c. Virg. Æn. 5, 217. SYN. Ābrādo, ērādo, dērādo, cōmplāno, sĕco, rĕsĕco.

rāmĕŭs. *Sic pŏsĭtum in clausō līnquūnt, ĕt rāmĕă cōstis,* Virg. G. 4, 303.

rāmōsŭs. *Cērnās rāmōsis pālmās frŭtĭcārĕ lăcērtis,* Sid. PHR. Rāmis ŏnūstŭs. Rāmis ŏpācŭs. Rāmōs spārgēns, pāndēns.

rāmŭlŭs. *Mȳrtĕis Āsĭă rāmŭlis;* (Glyconic.) Catull. 59, 22. SYN. Rāmūscŭlŭs. pălmĕs.

rāmŭs. *Quis prŏcŭl ille aūtēm rāmis īnsīgnis ŏlīvæ,* Virg. Æn. 6, 809. SYN. Rāmŭlŭs, rāmūscŭlŭs, tērmĕs, rāmālĕ, pālmĕs. EPITH. Tĕnĕr, nŏvŭs, frăgĭlis, pătŭlŭs, lēntŭs, cōmāns, vĭrĭdis, vĭrēns, vērnāns, pēndēns, pēndŭlŭs, ŏpācŭs, pāndŭs, cūrvŭs, cūrvātŭs, nūtāns, trĕmŭlŭs, grăvĭdŭs, frōndēns, frōndōsŭs, ŭmbrōsŭs, ŭmbrĭfĕr, crīspāns, flōrĭdŭs, frūctĭfĕr, ămœnŭs, fĕrāx, ēxcēlsŭs, rĕnāscēns, tōrtĭlis, ārĭdŭs, sīccŭs, ārēns, ārēscēns. PHR. Ārbŏris brāchĭă, mănŭs. Pōndĕră rāmi. Rāmōrūm ŭmbræ. Ārbŭtă frōndēntĭă. Pēndēns ārbŏrĕ rāmŭs. Pōmōrūm pōndĕrĕ nūtāns, dēprēssŭs, cūrvātŭs. VERS. In mĕdĭō rāmōs, ānnōsăquĕ brāchĭă pāndit Ūlmŭs ŏpāca, īngēns. Brāchĭă tōrtĭlĭbŭs rāmis fūndēbăt ăcānthŭs. Māgno āmbĭtū dīffūsă rāmis ārbŏr. Frūctĭbŭs rāmi grăvēs in tērrām rŭūnt. Ēxcēlsōs tēndēbăt ād æthĕră rāmōs. Pōmăquĕ, pēnsĭlĭbŭs mĭcŭērūnt aūrĕă rāmis. Impĕdĭūnt tĕnĕbræ rāmōrūm.

*ramos ago.* SYN. Sūrcŭlōs ăgo, frŭtĭco, pūllŭlo, gērmĭno. V. *Frutico, Germino.*

rānă. *ĕt vĕtĕrem in līmō rānæ cĕcĭnērĕ quĕrēlām,* Virg. Geo. 1, 378. EPITH. Lŏquāx, gārrŭlă, quĕrŭlă, vĭrēns, vĭrĭdis, raūcă, cănōră, crĕpĭtāns, cŏāxāns, clāmōsă, īmpōrtūnă, mŏlēstă, fœdă, līmōsă, sōrdĭdă, lŭtŭlēntă, tūrpis, pălūstris,

ăquātĭlĕ, lūrĭdă, stāgnĭcŏlă. VERS. Ēt cănĭt ĭn līmō vĕtĕrēm līmōsă quĕrēlăm Sōlă pălūdĕ nătāns quĕrŭlōs dăt raūcă sŭsūrrōs. Sēmĭnă līmŭs hăbēt vĭrĭdēs gĕnĕrāntĭă rānās. Līmōsōquĕ nŏvæ sălĭūnt ĭn gŭrgĭtĕ rānæ.

răpācĭtās. *Dūræ fīlĭŭs ēst răpācĭtātĭs*, (Phal.) Mart. 12, 53, 7. SYN. Fūrācĭtās: răpīnă.

răpāx, ācis.——*Fŭgā, flŭvĭōsquĕ ĭnnārĕ răpācēs*, Virg. G. 3, 142. SYN. Fŭrĭōsŭs, *vel* răpĭdŭs.

Răphăēl, ēlis. *Quālĭtĕr aūt Răphăēl ōccūrsam īmpēndĕrĭt ālmæ*, Fort. EPITH. Cœlēstĭs, fīdŭs, cūstōs. PHR. Jŭvĕnĭs Tōbīæ cŏmĕs, dūctŏr, fīdă tūtēlă. VERS. Quī quōndăm dēscēndĭt Ŏlȳmpō, Ēt Tōbīæ cŏmĭtātŭs ĭtĕr pĕr māllĕ pĕrīclă Īncŏlŭmēm pătrĭās jŭvĕnēm pērdūxĭt ăd ædēs. Cūjŭs dūctū Tōbīās tŏt pŏtŭĭt fōrtūnæ ēvōlvĕrĕ cāsūs. Quī Tōbīæ grāndævō sălūtĭfĕrā mănū lūmĭnă rēstĭtŭĭt.

răphănŭs. *Pērcūrrēnt răphănīquĕ mūgĭlēsquĕ*, Catull. 16, 19. SYN. Rāpă, rāpūm. EPITH. Ăgrēstĭs, sătīvŭs, ācĕr.

răpĭdŭs. *Nūnc mănĭbŭs răpĭdīs, ōmnī nūnc ārtĕ măgīstrā*, Virg. Æn. 8, 442. SYN. Cĕlĕr, cĭtŭs, cĭtātŭs, vēlōx, præcēps, vĭŏlēntŭs, vĕhĕmēns.

răpīnă. *Bārbără pārs lævă ēst, ăvĭdæ sūbstrūctă răpīnæ*, Ovid. SYN. Răptūm, prædă, fūrtūm. EPITH. Hōstīlĭs, trīstĭs, ăvĭdă, cŭpĭdă, dīră, īnfāndă, vĭŏlēntă, sævă, tūrpĭs, prŏtērvă, īmmānĭs, aūdāx, crūdēlĭs, īmprŏbă, nĕfāndă. V. *Furtum*.

răpĭo, răpŭi, răptūm.——*ĭn præcēps prōnō răpĭt ālvĕŭs āmnĭ*, Virg. Geo. 1, 233. SYN. Ērĭpĭo, ābrĭpĭo, dīrĭpĭo, prærĭpĭo, sūrrĭpĭo, aūfĕro, ābdūco, sūbdūco, tōllo, ădĭmo, ēxtōrquĕo, fūrŏr, prædŏr. V. *Prædor*.

rārēsco, is. *Vēntŭs, ĕt āngūstī rārēscēnt claūstră Pĕlōrī*, Virg. Æn. 3, 411. SYN. Ēxtĕnŭōr, lāxŏr.

rārō, adv. *Jējūnŭs stŏmăchŭs rārō vūlgārĭă tēmnĭt*, Hor. S. 2, 2, 38. SYN. Rārē.

rārŭs. *Quī vĕlĭt īngĕnĭō cēdĕrĕ, rārŭs ĕrĭt*, Mart. 8, 18, 10. SYN. Īnfrĕquēns, īnsuētŭs, paūcŭs. *Metaph.* Ēxquīsītŭs, ēxcēllēns, ēxĭmĭŭs.

rāstrūm, *plur.* rāstră, *vel* rāstrī, Virg. Æn. 7, 726. *Māssĭcă quī rāstrĭs, ĕt quōs dē cōllĭbŭs āltĭs*, Virg. Æn. 7, 726. EPITH. Mōrdāx, dēntātūm, tĕnāx, rĭgĭdūm, dūrūm, fērrĕūm, grăvĕ, cūrvūm. PHR. Rāstrī ŏnŭs, pōndŭs, dēntēs, dēntālĭă. Rārūm pēctĕn. Glēbās frāngēns, vērsāns. V. *Aratrum*.

rāsŭs. *Nōtă lēgēs quædām, sēd līmō rāsă rĕcēntī*, Mart. 10, 2, 3. SYN. Ābrāsŭs, ērāsŭs, dērāsŭs: sēctŭs, rēsēctŭs.

rătĭo, ōnis. *ārma āmēns căpĭō, nēc sāt rătĭōnĭs ĭn ārmĭs*, Virg. Æn. 2, 314. SYN. Mēns, ănĭmŭs, jūdĭcĭūm, cōnsĭlĭūm, *vel* ārgūmēntūm, *vel* mŏdŭs, vĭă, *vel* rēspēctŭs. EPITH. Săpĭēns, prōvĭdă, sōlērs, prūdēns, cœlēstĭs. PHR. Rătĭōnĭs, mēntĭs sōlērtĭă, vīs, lūmĕn, vĭgŏr, dēxtĕrĭtās, făcūltās. Æthĕrĕ nātă pārs mĕlĭŏr nōstrī. Cōgnātă pŏlō. Dīvīnæ aūræ pārtĭcŭlă. VERS. Quēm rătĭō, nōn īră, mŏvēt; quī fāctă rĕpēndĭt Cōnsĭlĭō. Nēc sāt rătĭōnĭs ĭn ārmĭs. Rătĭo ēt māgnæ cœlēstĭă sēmĭnă mēntĭs, Mūnĕrĕ sūnt cōncēssă Dĕūm. V. *Animus*.

rătĭs. *āgrĭcŏlæ, ĕt pāndās rătĭbŭs pŏsŭērĕ cărīnās*, Virg. Geo. 2, 445. SYN. Căvă trābs, nāvĭs, nāvĭgĭūm. V. *Navis*.

rătŭs, ă, ūm. *Sūm rătŭs ēssĕ fĕrām, tēlūmquĕ vŏlātĭlĕ mīsī*, R. SYN. Ārbĭtrātŭs, pŭtāns, *vel* fīrmŭs, fīxŭs, stătūtŭs, cōnstāns.

raūcŭs. *ūrgērī vŏlŭcrūm raūcārum ăd lĭttŏră nūbēm*. PHR. Raūcā vōcĕ strĕpēns.

raūcĭsŏnŭs. *Mūltī raūcĭsŏnĭs ăfflābānt cōrnŭă bōmbĭs*, Catull. 64, 264. PHR. Raūcă sŏnāns. Raūcō mūrmŭrĕ strĕpĭtāns.

rĕbēllĭs. *ĕt tămĕn īstĕ lăbōr sĭt fōrtĕ rĕbēllĭbŭs āspĕr*, Prosp. SYN. Sēdĭtĭōsŭs, īndŏmĭtŭs, īndŏcĭlĭs, sŭpērbŭs. PHR. Jŭgă dētrēctāns, ēxcŭtĭēns, rĕcūsāns. Sēdĭtĭōnĕ pŏtēns, īndŏcĭlĭs rēgī.

rĕbōo, ās. *Cūm gĕmĭtū rĕbŏānt, sȳlvæquĕ, &c.* Virg. Geo. 3, 223. SYN. Rĕmūgĭo, *vel* rēsŏno, reclāmo. V. *Mugio*.

rĕcēdo, rĕcēssi. *Mūltă rĕcēdēntēs ădĭmūnt, &c.* Hor. A. P. 176. SYN. Rĕgrĕdĭŏr, cēdo, ēxcēdo, dēcēdo, cōncēdo, dīscēdo, ăbĕo, ābscēdo. PHR. Grēssŭs rĕmŏvĕo. Pĕdēm rĕfĕro, reprimo, rĕvŏco. VERS. Trĕpĭdŭsquĕ rĕpēntĕ rĕfūgĭt. Pĕdēm cūm vōcĕ rĕprēssĭt. Īn sȳlvām pēnnĭs ăblātă rĕcēssĭt. Cēde ăgĕdum ĕt tūtă līmĭnă līnquĕ fŭgā. V. *Abeo, et Fugio.*

rĕcēns.——*Fīdēnsquĕ rĕcēntĭbŭs ārmĭs*, Ov. Met. 8, 370. SYN. Nŏvŭs: ĭnaūdĭtŭs, īnsŏlĭtŭs.

Digitized by Google

rĕcēnsĕo, ŭi. *Fōrtĕ rĕcēnsēbāt nŭmĕrūm cārōsquĕ nĕpōtēs*, Virg. Æn. 6, 682. SYN. Nārro, rĕfĕro, rĕcito, nŭmĕro. V. *Numero.*

rĕcēnsitŭs. *Priscā rĕcēnsitīs ēvōlvitĕ sæcŭlă fāstīs*, Claud. in Eutrop. 2, 60. SYN. Nŭmĕrātŭs, *vel* nārrātŭs.

rĕcēptŭs, ūs. *Plānitiēs ignōtă jăcēt, tūtīquĕ rĕcēptūs*, Virg. Æn. 11, 527. SYN. Rĕcēssŭs, sēcēssŭs.

rĕcēptŭs, ă, ūm. *Sī dătŭr Ĭtălĭām sŏciīs ĕt rēgĕ rĕcēptō*, Virg. Æn. 1, 533. SYN. Ăccēptŭs *vel* prōmissŭs.

rĕcēssŭs, ūs. *Nāmquĕ vidēbātŭr tĕnĕbrōso ōblēctă rĕcēssū*, Cl. SYN. Discēssŭs, ăbitŭs, ēxitŭs, *vel* sēcēssŭs, lătebræ, sōlitūdo, *vel* pĕnetrālĕ, ădўtūm. EPITH. Ărcānŭs, ŏccūltŭs, ăbditŭs, ăbstrūsŭs, ŏbscūrŭs, căvērnōsŭs, cālīgāns, dūlcis, grātŭs. VERS. Pĕr sāltŭs, pĕr ŏpācă lŏca, ūmbrōsōsquĕ rĕcēssūs. Nūnc vŏs ăd virĭdēs vŏcăt ărbŏr dēnsă rĕcēssŭs. Dūlciquĕ sĕdēns jūcūndă rĕcēssū Ōtiă lēntŭs ăgis. In vāllĕ rĕdūctā Sēclūsūm nĕmŭs. Ĭnquĕ sinūs fūgit ūndă rĕdūctōs.

rĕcidivŭs. *ĕt rĕcidīvă mănū pŏsŭissēm Pērgămă victis*, Virg. Æn. 4, 344. SYN. Rĕlāpsŭs.

recido, *à* cado. *Rĕcĭdĭt, ŭt mălūm fērrō sūbmittĕrĕt ăt sē*, Juv. Sat. 12, L. 54. SYN. Rĕlābŏr. V. *Cado.*

rĕcido, *à* cædo. *Quām prīmūm lōngās, Phœbĕ, rĕcīdĕ cŏmās*, Mart. 1, 32, 4. SYN. Ĭncīdo, rĕsĕco, sĕco.

rĕcinctŭs. *ūnum ēxūtă pĕdēm vinclīs, in vēstĕ rĕcinctā*, Virg. Æn. 4, 518.

rĕcino, ĭs.—*Hæc rĕcinūnt jŭvĕnēs dictātă sĕnēsquĕ*, Hor. Ep. 1, 1, 55. SYN. Rĕpĕto, rĕfĕro.

rĕcĭpio, rĕcēpi, ptūm.—*Rĕcĭpitque ăd līmină grēssūm*, Virg. Æn. 11, 29. SYN. Ăccĭpio, căpio, sūmo, ăssūmo, ădmitto, *vel* pōllĭcĕŏr, prōmitto.

*recipio me.* SYN. Mē cōnfĕro: ĕo, ăbĕo, rĕdĕo in.

rĕcīprŏcŭs, ă, ūm. *Fērtquĕ rĕfērtquĕ frĕtūm sĕquitūrquĕ rĕcīprŏcă Tēthys*, V. SYN. Āltērnŭs, mūtŭŭs, āltērnātŭs, *vel* reflŭŭs.

rĕcisŭs. *Cūm sĕmĕl in sўlvis īmā dē stirpĕ rĕcisūm*, Virg. Æn. 12, 208. SYN. Cæsŭs, incisŭs, rĕsēctŭs.

rĕcito. *Impūne ērgŏ mihi rĕcitāvĕrit illĕ tŏgātās?* Juv. 1, 3. SYN. Rĕnārro, nārro, dico, rĕfĕro.

reclāmo, ās.——*Scŏpŭlis illisă rĕclāmānt*, Virg. Geo. 3, 261. SYN. Clāmo, *vel* rĕsŏno, rĕbŏo.

reclino, ās.——*ăc Cēpheŭs hŭmĕrōs pālmāsquĕ rĕclīnĕt*, G. SYN. Inclino, inflĕcto, reflĕcto.

reclinātŭs. *Fēstis, rĕclīnātūm bĕāris*, (Iamb. cum syll.) SYN. Reclinis, inclinātŭs, *vel* strātŭs.

reclinis. *Crēssiă rāră pĕtit, virĭdiquĕ rĕclīnis in āntrō*, G. SYN. Rĕcŭbāns, jăcēns, prōcŭmbēns, strātŭs.

reclivis. *inquĕ sinū jŭvĕnis pŏsitā cērvicĕ rĕclīvis*, Ov. Met. 10, 552. *al. renidens.* SYN. Reclinis.

reclūdo. *Quid nōn ēbrĭĕtās dēsignăt? ŏpērtă rĕclūdit*, Hor. Ep. 1, 5, 16. SYN. Ăpĕrio, pătĕfăcio, rĕsĕro. VERS. Vĕtĕrēs tēllūrĕ rĕclūdit thēsaūrōs.

reclūsŭs. *ănimum, ŭt fŏribūs spēctārĕ rĕclūsis*, Lucr. 3, 361. SYN. Ăpērtŭs, pătĕfāctŭs, rĕsĕrātŭs.

rĕcŏgnōsco, ōvi, itūm. *Dōnă rĕcŏgnōscit pŏpŭlōrūm, &c.* Virg. Æn. 8, 721. SYN. Agnōsco, *vel* rĕcēnsĕo.

rĕcōlligo, ēgi. *in flōrēm rĕdĕăt prīmōsquĕ rĕcōlligăt ānnōs*, Ov. Met. 7, 216. SYN. Cōlligo, *vel* rĕsūmo.

rĕcŏlo, ĭs, ŭi. *Lūstrābăt stŭdiō rĕcŏlēns ōmnēmquĕ sŭōrūm*, Virg. Æn. 6, 681. SYN. Ĭtĕrūm cŏlo, *vel* mĕditŏr, cōgito.

rĕcōncilio, ās. *Plaut.* SYN. Cōncilio, plāco, fœdŭs făcio.

rĕcōndo, didi, ditūm. *Ĭdălĭūm, sūcrātă sēdĕ rĕcōndām*, Virg. Æn. 1, 685. SYN. Ābscōndo, cōndo, ābdo, tĕgo, cōntĕgo: ŏccūlto. V. *Occulto.*

rĕcōnditŭs. *ăst ăliæ, quŏtiēs aūlæă rĕcōndĭtă cēssānt*, Juv. 6, 67. SYN. Cōnditŭs, ābscōnditŭs, ŏccūltŭs, ābditŭs. V. *Abditus.*

rĕcŏquo, ĭs, ctūm. *Cēssit ămŏr: rĕcŏquūnt pătrĭōs, &c.* Virg. Æn. 7, 636. SYN. Ĭtĕrūm, *vel* rūrsŭs cŏquo.

‖ rĕcōrdātŭs. SYN. Mĕmŏr, nōn immĕmŏr, nōn ōblitŭs.

rĕcōrdŏr, āris.——*Ănchisæ māgni vūltūmquĕ rĕcōrdŏr*, Virg. Æn. 8, 156. SYN.

Digitized by Google

Rĕmĭnīscŏr, mĕmĭni: sūm mĕmŏr: nōn sūm immĕmŏr: nōn ŏblītŭs sūm. V. *Memini.*

recrĕo. *Tēr pūrē lēctō pŏtĕrūnt rĕcrĕārĕ lĭbēllō*, Hor. Ep. 1, 1, 7. SYN. Rĕlāxo, rĕficio, lĕvo, sŭblĕvo, rĕlĕvo, sōlŏr, ēxcito, ŏblēcto, dēlēcto, hĭlăro, ēxhĭlăro. PHR. Lūdō, *vel* cāntū mēntēm rĕfĭcio: Vīrēs recrĕo, rĕpăro. Sēgni tōrpōrē jăcēntēs ēxhĭlărārĕ ănĭmōs. Rĕcrĕāt, ēt lætūm rĕvŏcāt pēr mēmbră vĭgōrēm. Frāctōs ănĭmōs rĕfĭcĕrĕ. VERS. Qui frāctōs ănĭmōs lĕvăt, ēt cōrda ānxiă lēnit. Vīrēs instīgăt ălītquĕ Tēmpēstīvă quiēs, mājŏr pōst ōtiă vīrtūs. V. *Gaudio afficio.*

rĕcrēsco, ēvi. *Tōtō quăttĕr ŏrbĕ rĕcrēvit*, Ov. Ep. 2, 5. SYN. Rĕnāscŏr: rūrsŭs crēsco.

recrūdēsco, ŭi. *Fūgissem, inhærĕt; āc rĕcrūdēscit nĕfās.* (Iamb.) SYN. Ingrăvēsco, ægrēsco, aūgēsco, aūgĕŏr.

rēctiŭs. *Rēctiŭs ătque ĕtiăm mĕliŭs pērsæpĕ tŏgātæ*, Hor. Sat. 1, 2, 82. SYN. Bĕnĕ, nōn mălĕ.

rēctŏr, ōris. *Rēctōrēm văcŭō sĭnū rĕmittēs.* (Phal.) Mart. 10, 78, 6. SYN. Gŭbērnātŏr, dūx, dūctŏr, mŏdĕrātŏr, dŏmĭnŭs, măgistĕr, præsēs: Rēx.

rēctūm. *Usquăm jūstĭtiæ ēst, ēt mēns sĭbi cōnscĭă rēcti*, Virg. Æn. 1, 604. SYN. Jūstūm, æquūm, bŏnūm, jūs. V. *Jus.*

rĕcŭbo, ās. *Illiŭs ăptŭs ĕrās crŭcĕō rĕcŭbārĕ cŭbīli*, Pedo. V. *Recumbo.*

rĕcŭmbēns. SYN. Rĕcŭbāns, dēcŭmbēns, prōcŭmbēns, strātŭs, prōstrātŭs, ăbjēctŭs, jăcēns, reclinis, sŭpīnŭs. V. *Jacens.*

rĕcŭmbo, ŭbŭi. *Dēbĕt Ărīcīnō cōnvīvă rĕcŭmbĕrĕ clīvō*, Mart. 2, 19. SYN. Rĕcŭbo, dĕcŭmbo, prōcŭmbo, discŭmbo, jăcĕo, quiēsco. VERS. Pătŭlæ rĕcŭbāns sūb tēgmĭnĕ făgi. Inque hŭmĕrōs cērvix cōllāpsă rĕcŭmbit. Quūm cœpit quāssātă dŏmūs sŭbsīdĕrĕ, pārtēs In prōclīnātās, ōmnĕ rĕcŭmbit ŏnŭs. V. *Jaceo et Accumbo.*

rĕcŭpĕro. *Tāntūm stŭdēns, ŭt ĭ nātūm rĕcŭpĕrēt.* (Iamb.) SYN. Rĕcĭpio, rĕpăro, rĕdĭmo, sārcio, rēsārcio.

rĕcŭrro. *Rēctām vŏcātŭs cūm rĕcūrrit ăd cœnām.* (Scaz.) SYN. Rĕcūrso, rĕdĕo, rĕvērtŏr.

rĕcūrso. *Mūltă vĭri vīrtūs ănĭmō, mūltūsquĕ rĕcūrsăt*, Virg. Æn. 4, 3. SYN. Rĕcŭrro.

rĕcūrsŭs, ūs. *Pōntĭbŭs ēxpōnit; mūlti sērvārĕ rĕcūrsŭs*, Virg. Æn. 10, 288. SYN. Rĕdĭtŭs. PHR. Itĕrātŭs, *vel* rĕpĕtītŭs cūrsŭs.

rĕcūrvātŭs. *Quīquĕ rĕcūrvātis lūdit Mæăndĕr in ūndis*, Ov. Met. 2, 246.

rĕcūrvŭs. *Pāstōrālĕ cănit signūm, cōrnūquĕ rĕcūrvō*, Virg. Æn. 7, 513. SYN. Rĕcūrvātŭs, incūrvŭs, cūrvŭs, reflēxŭs, inflēxŭs.

rĕcūso. *Cēdo ĕquĭdēm, nĕc nātĕ, tĭbi cŏmēs īrĕ rĕcūso*, Virg. Æn. 2, 704. SYN. Dētrēcto, rĕfŭgio, ăbnĕgo, rĕnŭo, grăvŏr, indignŏr. V. *Nego, Abnego.*

rĕdāctŭs. *Ad bĕnĕ dīcēndūm dēlēctāndūmquĕ rĕdācti*, Hor. Ep. 3, 2, 155. SYN. Adāctŭs, cŏāctŭs, cōmpūlsŭs.

rĕdămo, ās. *Quō rĕdămētŭr ămāns, ŭt ămĕt quĕm, &c.* Pr. PHR. Vicissim ămo, ămōri rēspōndĕo. Mūtŭă ămōris signă dō. Altērnō ămōrĕ ārdĕo.

rĕdārgŭo, ŭi. *Vērbă rĕdārgŭĕrĕt; nōmēn tămēn, &c.* Virg. Æn. 11, 688. SYN. Argŭo, increpo, incrĕpĭtō, reprĕhēndo, ōbjūrgo, *vel* rĕfēllo, rĕfūto, cōnfūto. PHR. Vērbis căstīgārĕ, reprĕhēndĕrĕ, insēctāri, ūrgērĕ. Sĕvēris vōcĭbŭs invĕhi in ălĭquēm. Dictis ămāris căstīgārĕ, cōrrĭpĕrĕ, increpārĕ. VERS. Mūrmŭrĕ jăm sævō vērbĕrĭbūsquĕ tŏnās. Tū căvĕ dēfēndās, quămvis mōrdĕbĕrĕ dictis. Incrĕpŏr ā cūnctis, tōtūmque immūrmŭrăt ăgmĕn. Cōrrĭpiēs nīmirum, ēt căstīgābis ăcērbō Clāmōrĕ. Incrĕpăt his victŏr. Laūsum incrĕpĭtăt, Laūsōquĕ mĭnātŭr.

rĕddĭtŭs. *Spīrăt Apēllēă, rĕddĭtŭs ārtĕ mĕmŏr*, Mart. 11, 10.

rĕddo, dĭdi, dĭtūm. *Et răptăs fātis rĕddĭdit istĕ cŏlŏr*, Mart. 7, 46, 8. SYN. Rĕstĭtŭo, rĕpōno, rĕpōrto, rĕfĕro, sōlvo, pērsōlvo, ēxsōlvo, rĕmūnĕro: dō, trādo, trĭbŭo.

rĕdēmptŏr, ōris. *Sæpĕ rĕdēmptōris prōdĕrĕ fūrtă sŏlēt*, Mart. 14, 92. *Pro Jesu Salvatore nostro.* V. *Jesus.*

rĕdĕo, ivi, et ii. *Dŏmōs, rĕdĕāmŭs ăd āntră*, Prud. SYN. Regrĕdiŏr, rĕvērtŏr, rĕvērto, rĕmĕo, rĕmigro, mē rĕcĭpio. PHR. Sūm rĕdūx, itĕr rĕpĕto, rĕlĕgo. Pĕdēm, grēssŭs, grădūm, vēstīgĭă rĕfĕro, reflēcto, rĕtōrquĕo, rĕvŏco. Rĕtrō grădūm tōrquĕo, flēcto. Pĕnātēs rĕpĕto. Līmĭnă pācĕ rĕdūci tāngo. Pātriēs

Digitized by Google

lārēs rĕvīso. VERS. Līmĭnă pōrtæ, Quā grēssum ēxtŭlĕrām rĕpĕto. Ītquĕ rĕdĭtquĕ viām tŏtiēs. Vēstīgĭă rētrō ŏbsērvātă sĕquŏr. Retrōrsūm vēlă dăre ātque ĭtĕrārĕ cūrsūs cōgŏr rĕlĭctōs. Ecce aūtem Īnăchĭīs sēsē rĕfĕrēbāt ăb Ārgis. Mĕmŏrēs rĕdĕānt in tēctă. Sērāquĕ rĕvērtēns Nōctĕ dŏmūm. Haūd ălĭtēr rētrō dŭbĭūs vēstīgĭă Tūrnūs Īmprŏpĕrātă rĕfert. Ōbstŭpŭīt, rētrōquĕ pĕdēm cūm vōcĕ rĕprēssit. V. *Patria.*

rĕdĭgo, rĕdēgi, rĕdāctūm.—*Vīlĕm rĕdĭgātŭr ăd āssēm*, Hor. Sat. 1, 1, 43. SYN. Ădĭgo, cōgo, impĕllo.

rĕdĭmīcŭlūm.—*ĕt hăbēnt rĕdĭmīcŭlă mītræ*, Virg. Æn. 9, 616.

rĕdĭmio, ivi, itūm. *īnfŭlă cui săcrā rĕdĭmībāt tēmpŏră vīttā*, Virg. Æn. 10, 538. SYN. Cŏrōnā cingo, præcingo. V. *Corono.*

rĕdĭmītŭs. *Vīttīs ĕt tōrtā rĕdĭmītŭs tēmpŏră quērcū*, Virg. Geo. 1, 349. SYN. Cinctūs, præcinctūs, cŏrōnātūs.

rĕdĭmo, rĕdēmi, ēmptūm.——*Prĕtĭō rĕdĭmēndă fŭīssēm*, Ov. SYN. Lībĕro, prĕtĭō āssĕro, *vel* rĕcūpĕro, rĕpăro, rĕsārcio, sārcio. VERS. Gĕnĕrīs lāpsī sārcīrĕ rŭīnās. Sī frātrēm Pōllūx ăltērnā mōrtĕ rĕdēmit. V. *Salvo.*

‖ rĕdintegro, ās. SYN. Īntegro, īnstaūro, rĕnŏvo, rĕpăro.

rĕdĭtŭs, ūs. *Vōtūm prō rĕdĭtū sĭmŭlānt, ĕă fāmă văgātŭr*, Virg. Æn. 2, 17. SYN. Regrēssŭs, *vel* prŏvēntūs. EPITH. Fēlix, ŏptātūs, sŭbitūs, rĕpēntīnūs, imprŏvīsūs, inēxpēctātūs.

rĕdīvīvŭs. *ăt vĕlŭt ēxhaūstā rĕdīvīvūs pūllŭlĕt ărcā*, Juv. 6, 362. PHR. Ăd vītām rĕvŏcātūs, in vītām rĕdūx. V. *Resuscitor.*

rĕdŏlĕo. *Fērvĕt ŏpūs, rĕdŏlēntquĕ thȳmō frāgrāntĭă mēllă*, Virg. Geo. 4, 169. SYN. Ŏlĕo, hālo, spiro. V. *Oleo.*

rĕdūx, ūcis. *Nāmquĕ tĭbī rĕdŭcēs sŏcĭōs clāssēmquĕ rĕlātām*, Virg. Æn. 1, 390. PHR. Rĕvērsūs, rĕdĭēns.

rĕdūco, xi, ctūm.—*Æthĕrĕ mīsīstī pōst lōngă rĕdūcĭtĕ vītæ*, Calphur. SYN. Rĕfĕro, rĕvĕho, *vel* rĕvŏcō, retrāho, retro dūco.

rĕdūctŭs, ă, ūm. SYN. Ābdūctūs, *vel* retrāctūs, *vel* sēdūctūs, rĕmōtūs. V. *Recessus.*

rĕdūncŭs. *Vīrĭbŭs ūsūs ăvīs pēnnīs, rōstrōquĕ rĕdūncō*, Ov. M. 11, 562. SYN. Rĕflēxūs, rĕcūrvūs, ădūncūs.

rĕdūndo, ās.——*in mē cōmmīssī pœnă rĕdūndĕt*, Ov. Fast. 6, 451. SYN. Ēxūndo, ăffluo, ăbūndo.

rĕfēllo, rĕfēlli. *ĕt sōlŭs fērrō crīmĕn cōmmūnĕ rĕfēllām*, Virg. Æn. 12, 16. SYN. Rĕfūto, cōnfūto; rĕjĭcio, ēxplōdo, dīlŭo, infirmo, cōārgŭo, dissōlvo, frāngo. PHR. Crīmĕn rĕmŏvērĕ, ēxcūsārĕ. VERS. Nĕquĕ tē tĕnĕō, nĕquĕ dīctă rĕfēllo.

rĕfĕro, rĕtŭli. *Mūsă, Pălātīnī rĕfĕrāmŭs Ăpōllĭnĭs ædēm*, Prop. 4, 6, 11. SYN. Rĕvĕho, rĕpōrto, *vel* rĕnūncio, *vel* prŏfĕro, *vel* rĕpōno, rĕddo, *vel* rēspōndĕo.

rĕfērt *à nomine* rēs.——*nĕque ĕnim nŭmĕrō cōmprēndĕrĕ rĕfert*, Virg. Geo. 2, 104. SYN. Intĕrēst, āttĭnĕt, pērtĭnĕt, spēctāt.

rĕfērtŭs. *Pūppĭs, scĕlĕrūmquĕ rĕfērtă Dīvĭtĭīs*, Claud. SYN. Plēnūs, cōnfērtūs, ăbūndāns, rĕplētūs.

rĕfĭcio, rĕfēci, fēctūm. *Mĭsĕrōs ŏpĕrātă rĕfēcĕrĭt ægrōs*, Ar. SYN. Rĕlāxo, recrĕo, *vel* rĕpăro.

rĕfīgo, xi, xūm. *Aūlāsque ĕt cērĕă rēgnă rĕfīgūnt*, Virg. Geo. 4, 202. SYN. Fīgo, *vel* rĕvēllo.

reflēcto, flēxi, xūm. *ĕt mōllĭă cōllă rĕflēctūnt*, Virg. Æn. 11, 623. SYN. Rĕcūrso, rĕtōrquĕo, replĭco, reclino, rĕpērcŭtio.

reflēctor, ēris, reflēxūs. SYN. Rĕtōrquĕōr, rĕpērcŭtĭōr, rĕsĭlio.

reflēxŭs. *ĕt rĕflēxă fĕre in sūmmō flŭĭtārĕ lĭquōrĕ*, Lucret. 4, 444. *Impăvĭdūs: īllām tĕrĕtī cērvīcĕ rĕflēxām*, Virg. Æn. 8, 633. SYN. Īnflēxūs, rĕcūrvūs.

reflŭo, is, flūxi, flūxūm. *Cūm rĕflūīt cāmpīs ĕt jām sē cōndĭdĭt ālvō*, Virg. Æn. 9, 32. SYN. Rĕcūrro, rĕlābŏr, rĕdĕo. V. *Refluxus.*

reflŭŭs. *Sīve ălĭō, rĕflŭūs nōstrō cōllīdĭtŭr ōrbĕ*, Rutil. SYN. Reflŭēns, rĕlābēns, rĕfūsūs.

‖ reflūxŭs, ūs. SYN. Rĕcūrsūs. PHR. Reflŭūm, rĕfūsūm, rĕlābēns æquŏr. Reflŭūs æstūs. Ūndă rĕlābēns. V. *Fluxus.*

rĕfōrmīdo. *āntĕ rĕfōrmīdānt fērrūm, &c.* Virg. Geo. 2, 2, 369. SYN. Fōrmīdo, mĕtŭo, hōrrĕo. V. *Timeo.*

7

Digitized by Google

rĕfŏrmo. *Dŭm, quŏd fŭit āntĕ, rĕfŏrmĕt*, Ov. Met. 11, 254. SYN. Instaūro, rēstaūro, rĕpăro. PHR. In nŏvūm fōrmām fingo.

refrāgŏr, āris. *Tĕnācĕ cōmprimēns mănū rĕfrāgāntēm.* (Scaz.) SYN. Rĕlūctŏr, rĕsisto, rĕpūgno.

refræno. *Hic nātūră sŭis rĕfrænăt vīrĭbŭs aūctūm*, Lucr. 2, 1120. SYN. Fræno, cŏērcĕo, cŏhĭbĕo, reprimo, cōntinĕo.

refrigĕrium. *Stillāvit dĭgĭtō gūttă rĕfrīgĕrĭi*, Pub. SYN. Frigŭs, *vel* sŏlātiūm.

refrigĕro.——*inclūsă sŭă mĕmbră rĕfrīgĕrăt ūndā*, Ov. Met. 13, 906. SYN. Frigĕfăcio. PHR. Æstŭm, *vel* călōrēm tĕmpĕro, lēnio, frăngo, sēdo, rĕlĕvo, mitigo, minŭo. Nimiōs sōlēs frăngo. Ūmbrā sōlēs dēfēndo. Ōrĕ ănhēlō aūrās căpto, āccipio. Sŭb ărbŏris ūmbrā, in vāllĕ rĕdūctā, sēdūctōs intĕr rĕcēssūs ămœnūm căptārĕ frigŭs. Ŏpāci quærĕrĕ frigŏris ūmbrās. Flŭvĭō, *vel* ūmbrōsā rīpā æstŭm tĕmpĕro. VERS. Frōndĭbŭs, ĕt pătŭlā dēfēndĭmŭs ărbŏrĕ sōlēs. Nūlla æstātēm tĭbi mitigăt ūmbră. Rĕpĕtēbām frigŭs ĕt ūmbrās, Ēt quæ dē gĕlĭdis ĕxibăt vāllĭbŭs aūrām. Aūră pĕtēbātŭr mĕdiō mĭhi lēnis in æstū, Aūram ēxpēctābām, rĕquiēs ĕrăt illă lăbōri. Aūră, (rĕcōrdŏr ĕnim) vĕniās, căntārĕ sŏlēbām; Mēquĕ jŭvēs, intrēsquĕ sinūs grātissimă nōstrōs, Ūtquĕ făcis, rĕlĕvārĕ vĕlis quĭbŭs, ūrimŭr æstūs. Fēssă rĕsēdit hŭmō, vēntōsque āccēpit ăpērtō Pēctŏrĕ. Ărbŏrĕā frigŭs dūcēbăt ăb ūmbrā. Dūlcĕ viātōri lāsso in sūdōrĕ lĕvāmēn, Cūm grăvis ēxūstōs æstūs hiūlcăt ăgrōs.

refrigēsco, ŭi. *Rĕfrīgēscit ĕnim cūnctāndō plāgă pĕr aūrās*, Lucr. 4, 707. SYN. Refrigĕro, refrigĕrŏr, frigēsco, dēfrigēsco: dēfērvĕo, dēfērvēsco. PHR. Călōrēm pērdo, āmitto, pōno, dēpōno, minŭo. Frigŏrĕ cōrripiŏr.

rĕfūgio, rĕfūgi. *Nī rĕfŭgis, tĕnŭēsquĕ pigēt cōgnōscĕrĕ cūrās*, Virg. Geo. 1, 177. SYN. Aūfŭgio, fŭgio, *vel* āvērsŏr, rĕcūso, dētrēcto.

rĕfŭgŭs.—*Cūm rĕfŭgis sē flūctĭbŭs aūfĕrt*, Lucr. 1, 411. SYN. Rĕdiēns, reflŭŭs, rējēctūs.

rĕfūlgĕo, si. *Splēndĭdăque ā dīctō fāmă rĕfūlgĕt ăvō*, Prop. 3, 20, 1. SYN. Rĕnitĕo, rĕnidĕo, rŭtilo, mico, fūlgĕo, cŏrūsco, rădio.

rĕfūndo, is, fūdi, fūsūm. *Lătĕrique illisă rĕfūnditŭr ālgă*, Virg. Æn. 7, 590. SYN. Rĕgĕro, rējicio, ēffūndo.

rĕfūsŭs. *Stāgnă rĕfūsă vădis: grăvitĕr cōmmōtŭs, &c.* SYN. Rĕgēstūs, *vel* ēffūsŭs, *vel* reflŭŭs.

rĕfūto, ās. *Ītăliæ ăd mōrtēm, sī tē mōrs dīră rĕfūtăt*, Val. SYN. Rĕfĕllo, rĕdārgŭo, cōnfūto. V. *Confuto*, *Refello*.

rĕgālis. *ăt dŏmŭs intĕrĭŏr rĕgāli splēndĭdă lūxū*, Virg. Æn. 1, 637. SYN. Rĕgiŭs, rĕgificŭs.

rĕgālitĕr. *Prĕcĭbŭsquĕ mĭnās rĕgālitĕr āddĭt*, Ov. Met. 2, 397. SYN. Rĕgiĕ, rĕgificē. Rĕgificō lūxū.

rĕgĕro, gēssi, gēstūm. *Nātūră vērtĭt, rĕgĕrĕt in fōntēm cĭtās.* (Iamb.) SYN. Rējicio, rĕfĕro, rĕddo.

rĕgiă. *Jām prīdēm nōbis cœli tē Rēgiă, Cæsăr*, Virg. Geo. 1, 503. SYN. Pălātiŭm. EPITH. Divĕs, māgnificā, sŭpērbă, mārmŏrĕă, aūrātă, pictă, splēndēns, illūstris, nōbilis, spătiōsă, āmplă, ărdŭă, cēlsă, āntiquă, vāstă, ēximiă, mirābilis, sūblimis. PHR. Rĕgiă tēctă. Rĕgālis, *vel* rĕgiă dŏmŭs, sēdēs. Aūgūstūm Rĕgis tēctūm, hŏspitiŭm. Sŭpērbă Rĕgūm ātriă. Rĕgālĕ pălātiŭm. Rĕgālis principis aūlă. Aūgūsti fāstigiă tēcti. Sŭpērbă ædiūm mōlēs. Dŏmŭs rĕgāli splēndĭdă lūxū. Fŏribŭs dŏmŭs āltă sŭpērbis. Păriis, *vel* mārmŏrĕis fūltă, sūffūltă, innixă cŏlūmnis ātriă. Nōbilis, ĕt vāstā cōnditā mōlĕ, dŏmŭs. Dædălĕă ārtĕ strūctă, fabricātă. Rĕgālis lūmină clāră dŏmŭs. Aūrātis cōnstrūctă Pălātiă tignis. VERS. Tēctum aūgūstum, ingēns, cēntūm sūblimĕ cŏlūmnis. Aūro, ārgēntōquĕ micāntĕ, Splēndĕt tōtă dŏmŭs. Ătriă cingit ĕbŭr, trăbĭbŭs sŏlĭdātŭr ăhēnis Cūlmēn, ĕt in cūltās sūrgūnt ēlēctră cŏlūmnās. Tūrbæ căpāx immānĕ tēctūm, cūjŭs aūrātās trăbēs văriis cŏlūmnæ nōbilēs măcŭlis fĕrūnt. Cēntēnis incūmbūnt tēctă cŏlūmnis, Cāndĕt ĕbŭr, sŏlĭdis cōllūcēnt pōcŭlă gēmmis: Tōtă dŏmŭs gaūdĕt rĕgāli splēndĭdă gāzā. Nōn Tænăriis dŏmŭs ēst mihi fūltă cŏlūmnis. Splēndĭdăque Āttălicās Rĕgiă vincit ŏpēs.



Digitized by Google

## *DESCRIPTIO REGIÆ SOLIS.*

*Ovid. Met.* 2, 1.

Regia Solis erat sublimibus alta columnis,
Clara micante auro, flammasque imitante pyropo,
Cujus ebur nitidum fastigia summa tegebat;
Argenti bifores radiabant lumine valvæ.
Materiam superabat opus.

rēgĭfĭcŭs. *Rēgĭfĭcō lūxū: fŭrĭārūm māxĭmă jūxtā*, Virg. Æn. 6, 600. SYN. Rēgālĭs, rēgĭŭs.

rĕgĭmĕn, ĭnis. *Hic rĕgĭmĕn nātūră dĕdit, &c.* Manil. SYN. Mŏdĕrāmĕn: impĕrĭŭm.

rēgīnă. *Rēgīnāsquĕ părit, rēgīnārūmquĕ mărītōs*, Cl. SYN. Rēgnātrix, dŏmĭnātrix. EPITH. Pŏtēns, aūgūstă, fōrmōsă, vĕnūstă, prūdēns, æquă, clēmēns, bĕnignă, pĭă, mītis. PHR. Rēgĭă cōnjūx, ūxŏr, spōnsă. Rēgni cōnsōrs.

rĕgĭo, ōnĭs. *Pœnĭtĕăt, sūnt ĕt Sĭcŭlīs rĕgĭōnĭbŭs ūrbēs*, Virg. Æn. 1, 549. SYN. Plāgă, tērră, tēllūs, ōră, trāctŭs, fīnēs.

rēgĭŭs. *Rēgĭŭs āccītū chārī gĕnĭtōrĭs ăd ūrbēm*, Virg. Æn. 1, 677. SYN. Rēgālĭs, rēgĭfĭcŭs, māgnĭfĭcŭs, splēndĭdŭs.

rēgnātŏr, ōrĭs. *Rēgnātōrem Āsĭæ; jăcĕt ingēns līttŏrĕ trūncŭs*, Virg. Æn. 2, 557. SYN. Dŏmĭnātŏr, Rēx.

rēgno. *Prĭămĭdēn Hĕlĕnūm Graĭās rēgnārĕ pĕr ūrbēs*, Virg. Æn. 3, 295. SYN. Impĕro, dŏmĭnŏr, præsūm. PHR. Impĕrĭūm, scēptră tĕnĕo, gĕro. Rēgnō, impĕrĭō, scēptrō pŏtĭŏr. Rēgni, impĕrĭī clāvūm, hăbēnās, frænă tĕnĕo, mŏdĕrŏr, flēcto, rĕgo, trācto. Pŏpŭlōs impĕrĭō rĕgo, gŭbĕrno, prĕmo, sŭbigo, frænō mŏdĕrŏr, dĭtĭōnĕ tĕnĕo. Pŏpŭlis jūră dō, lēgēs impōno, dō, scribo, indico, stătŭo. Sŭb lēgĭbŭs, sŭb dĭtĭōnĕ pŏpŭlōs trăho, tĕnĕo. VERS. Dēcŭs impĕrĭūmquĕ Lătīni Tē pĕnĕs. Tōtăquĕ sūb rēgnō tērră fŭtūră tŭo ēst. Tē Gāllĭă tōtă Sūb dŏmĭno, *vel* sūb rēge, ēst. V. *Impero.*

rēgnūm. *ārmă Jŏvĭs fŭgĭēns, ĕt rēgnis ēxŭl ădēmptis*, Virg. Æn. 8, 320. SYN. Dĭtĭo, impĕrĭūm, dŏmĭnātŭs: scēptrūm. EPITH. Ŏpŭlēntūm, pŏtēns, dīvēs, flōrēns, fēlīx, āmplūm, spătĭōsūm, cĕlēbrĕ, nōbĭlĕ, āntīquūm, ăvītūm, pătĕrnūm, pătrĭūm. PHR. Rēgni dĭtĭo, pŏtēstās, mŏdĕrāmĕn, frænă, jūră, jūs, mājēstās, dĕcŭs, hŏnŏr, mōlēs, pōndŭs, ŏnŭs. Rēgni fīnēs. Rēgĭă pŏtēstās. Scēptri dĕcŭs. Rēgni stătŭs. VERS. Scēptră pĕr innŭmĕrōs missă tŭēris ăvōs. V. *Imperium.*

rĕgo, rēxi, ctūm. *Æternis rĕgis impĕrĭis, ĕt fŭlmĭnĕ tērrēs*, Virg. Æn. 1, 231. SYN. Gŭbĕrno, mŏdĕrŏr, dīrigo, dŏmĭnŏr, impĕro, impĕrĭto.

regrĕdĭŏr, ĕrĭs, regrēssŭs. *Plaut.* V. *suprà Redeo.*

regrēssŭs, ūs.——*Nĕque hăbĕt fŏrtūnă rĕgrēssūm*, Virg. Æn. 11, 413. SYN. Rĕdĭtŭs.

rēgŭlă. *Rēgŭlă, pēccātis quæ pœnās īrrŏgĕt æquās*, Hor. Sat. 1, 3, 118. SYN. Nōrmă, lēx, ēxēmplūm, *vel* rĕgĭmĕn. EPITH. Rēctă, jūstă, cērtă, cōnstāns, fāllāx.

Rēgŭlŭs. *Hŏc căvĕrăt mēns prōvĭdă Rēgŭli*, Hor. Od. L. 3, Od. 5, 13. *Consul Romanus, qui pluries triumphavit; ac postremùm captus est à Carthaginiensibus, qui eum, resectis palpebris, vigilando enecârunt.* EPITH. Fōrtĭs, fīdŭs, ămāns pătrĭæ, gĕnĕrōsŭs, māgnănĭmŭs, cōnstāns. VERS. Prōrŏgăt ætērnām fĕrĭtās tĭbĭ Pūnĭcă fāmām, Rēgŭlĕ. Pātrĭæ īnflāmmātŭs ămōrĕ Rēgŭlŭs, in mĕdĭis sērvāvit săcră fĭdēmquĕ Sūpplĭcĭis.

rējēctŭs. *Bis rĕjēcti ārmis rēspēctānt tērgă tĕgēntēs*, Virg. Æn. 11, 630. SYN. Rĕpūlsŭs, *vel* ābjēctŭs.

rējĭcio, rējēci, ctūm.——*ŏcŭlōs Rŭtŭlōrūm rējĭcit ārvis*, Virg. Æn. 10, 473. SYN. Abjĭcio, rĕpēllo, rĕmŏvĕo, *vel* rĕcūso, rēspŭo: cōntēmno, āspērnŏr.

rĕlābŏr, ĕrĭs, lāpsŭs. *ăd pōrtūm flŭĭtāns cȳmbă rĕlābĭtūr*, (Choriamb.) SYN. Rĕcĭdo, *vel* rĕflŭo.

rĕlāxo. *Dissōlvūnt nōdōs ōmneis ĕt vinclă rĕlāxānt*, Lucr. 6, 355.

rĕlēgātŭs. *Sēxtă rĕlēgātūm brūmă sŭb āxĕ vĭdĕt*, Ovid. SYN. Pūlsŭs, ēxŭl.

rĕlēgo, ās.—*Taūrōs prŏcŭl ātque in sōlă rĕlēgānt*, Virg. Geo. 3, 212. SYN. Ablēgo, āmāndo, rējĭcio, rĕmŏvĕo, pēllo. V. *Pello.*

Digitized by Google

rĕlĕgo, is, lēgi, ctūm. *Cūm rĕlĕgō, scripsissĕ pŭdĕt, quĭă, &c.* Ovid. PHR. Lĕgĕndo, *vel* ŏcŭlis rĕvōlvo.
rĕlictŭs. *Sōlŭs rĕlictŭs illĕ qui vĕstĕr cŏmĕs.* (Iamb.) Sen. SYN. Dēsĕrtŭs, *vel* ŏmissŭs.
rĕligio, *vel* rēlligio, ōnis. *Neū pŏpŭlum ăntiquā sŭb rēlligiōnĕ tŭēri*, Virg. Æn. 2, 188. SYN. Piĕtās, divinŭs cūltŭs. EPITH. Sacră, sānctă, ădōrāndă, vĕnĕrāndă, vĕrēndă, vēră, cērtă, pĭă, pūră, cāndĭdă, divină. PHR. Rēlligiōnis ămŏr. Săcĕr cūltŭs. V. *Pietas.*
rĕligiōsŭs, *vel* rēlligiōsŭs. *Cōrpŏră, pĕrquĕ dŏmōs, ĕt rēlligiōsă dĕōrūm*, Virg. Æn. 2. L. 395. SYN. Piŭs. PHR. Rēlligiōnis ămāns, cūltŏr. Dĕō ăddictŭs, dĕvōtŭs. Pĭă sacră cŏlēns. V. *Pius.*
rĕlĭgo, ās. *ād vălĭdūm rĕlĭgātă trūncūm.* (Dact. Troch.) SYN. Ligo, rĕvincio, vincio. V. *Vincio.*
rĕlinquo, liqui, lictūm.—*Mĕdĭō sērmōnĕ rĕliquit*, Virg. Æn. 4, 277. SYN. Linquo, dēsĕro, dēstĭtŭo, *vel* ŏmitto, mitto, dimitto.
rēlliquiæ. *Trōās rēlliquiās Dănăum, ătque, &c.*
rĕliquiæ. *Hūc hūc rĕliquiās vĕhitĕ cārī cōrpŏris*, (Iamb.) EPITH. Tristēs, misĕræ: fēlicēs, grātæ.
rĕliquŭs. *Tĕxūntŭr rĕliquă tēctă pălūdĕ tĭbi*, Mart. 14, 38. SYN. Sŭpērstēs, *vel* ăliŭs.
rĕlūcĕo, ēs. *Ūcălĕgōn: Sigēa igni frĕtă lātă rĕlūcēnt*, Virg. Æn. 3, 312. SYN. Rĕfŭlgĕo, rĕnidĕo, rēsplēndĕo.
rĕlūctŏr, āris. *Mūltă rĕlūctānti ŏbstrŭĭtŭr, &c.* Virg. Geo. 4, 301. V. *Resisto.*
rĕmănĕo, mānsi. *Ēt cŭbĭtō rĕmănētĕ prēssō*, Hor. O. 1, 27, 8. SYN. Mănĕo. Sŭpērsūm.
rĕmĕdĭūm. *Cūjūs dŏlōri rĕmĕdĭum ēst pătiēntĭă.* (Iamb.) V. *Medicamen.*
rĕmĕo, ās. *ātque ŏbĭtū rĕmĕārĕ sŭōs, nĕc cēdĕrĕ lūci.* SYN. Rĕdĕo, rĕvērtŏr.
rĕmētiŏr, iris. *Si mŏdŏ ritĕ mĕmŏr, sērvātă rĕmētiŏr āstră*, Virg. 5, 25. SYN. Ĭtĕrūm mētiŏr, *vel* rĕpĕto.
rēmĕx, igis. *Sive ŏpŭs ēst rēmō, rēmigĕ cārpit itĕr*, Ov. Tr. 1, 11, 4. EPITH. Rŏbūstŭs, vălidŭs, fŏrtis, dēxtĕr. V. *Nauta, et mox Remigo.*
rēmigiūm. *Rēmigiis sŭbigit: si brāchiă fŏrtĕ rĕmisit*, Virg. Geo. 1, 202. SYN. Rēmi, *vel* rēmigēs.
rēmigo, ās. *ĕminĕt, āc lævā tăcitis sŭbrēmigăt ūndis*, Virg. Æn. 10, 227. PHR. Rēmōs dūco, impēllo, mŏvĕo, ăgito. Rēmis incūmbo, insūrgo, ūtŏr, brāchiă intēndo. Rēmigiō incūmbo. Vălidis incūmbĕrĕ rēmis. Rēmis ăquās, ūndās, æquŏră *vel* flūctūs pūlso, ăgito, fătigo, sŏllicito, fĕrio, impēllo, sĕco, sūlco, findo, divido, tŏrquĕo, vērro. Rēmis, *vel* rēmigiō nāvēm mŏvĕo, dūco, rĕgo, pēllo, prŏpēllo, impēllo. Rēmis itĕr, viām cārpo, făcio. VERS. Ŏpŭs ēst rēmis, rēmigĕ cārpit itĕr. Cōnsidūnt trānstris, intēntăquĕ brāchiă rēmis. Gĕmĭnāsquĕ lĕgit dĕ clāssĕ trirēmēs, Rēmigiōque āptăt, sŏciōs simŭl instrŭit ārmis. V. *Navigo et Remus.*
rĕminiscŏr, ĕris. *āspicit, ĕt dūlcēs mŏriēns rĕminiscitŭr Ārgōs*, Virg. Æn. 10, 782. SYN. Rĕcōrdŏr, mĕmini. V. *Memini.*
rĕmissŭs. *Ānchisæ māgni, mănēsque Āchĕrōntĕ rĕmissōs*, Virg. Æn. 5, 99. SYN. Missŭs, *vel* lāxātŭs.
rĕmitto, rĕmisi.—*pērsæpĕ rĕmittit ăcūtūm*, Hor. A. Poët. 349. V. *Mitto, vel relaxo.*
rĕmŏră. *Rĕmŏrāmquĕ făciūnt rēs privātæ ĕt pūblicæ.* (Iamb.) *Piscis, qui carinis adhærens, earum cursum retardare creditur.* SYN. Ĕchĕnēis. EPITH. Pārvă, tĕnŭis, timēndă. PHR. Timōrēm incūtiēns naūtis. Nāvēs tārdāns. VERS. Sprēto impĕtĕ vēnti Rĕmŏrūmquĕ, rătēm sistĕrĕ sōlă pŏtēst. Mŏră pūppibŭs ingēns, Pārva Ĕchĕnēis ădēst.
rĕmŏrŏr, āris. *Paūlūm rĕmŏrātŭr ĕt āltūm*, Sil. SYN. Mŏrŏr, rĕtārdo, tārdo.
rĕmōtŭs. *Tithōnŭsquĕ rĕmōtŭs in aūrās*, Hor. Od. 1, 28, 8. SYN. Distāns, disjūnctŭs, ābsēns, dissitŭs, sēmōtŭs: lōnginquŭs, ēxtĕrŭs, *vel* ăliēnŭs, ăbhŏrrēns.
rĕmŏvĕo, mōvi, mōtūm. *tăbŭlās ā tē rĕmŏvĕrĕ mĕmēnto*, Hor. Sat. 2, 5, 52. SYN. Ādmŏvĕo, dimŏvĕo, sūmmŏvĕo, ābdūco, ăvērto, ārcĕo, dētōrquĕo, ămāndo, aūfĕro, sūbdūco, rĕjicio, rĕpēllo.
rĕmūgio, ii. *sĕquitŭr clāmŏr, cælūmquĕ rĕmūgit*, Virg. Æn. 9, 504. SYN. Rĕ-



Digitized by Google

bōo, reclāmo, *vel* rĕsŏno. PHR. Rēddĕrĕ mūgitūm. VERS. Gĕmĭtū [illegible] ōmnĕ rĕmūgit. V. *Echo.*

rĕmūnĕro, *et* rĕmūnĕrŏr. *āt te hīs sūpplĭcĭīs rĕmūnĕrābĕr,* (Phal.) Catull. 18, 20. SYN. Cŏmpēnso, pēnso. PHR. Grātiām, vicēm rĕfĕro, rĕpēndo, rĕpōno, rēddo, retrĭbŭo prĕtĭūm, mĕrcēdēm rĕpēndo, pĕrsōlvo. Pār, *vel* prĕmĭă dīgnă rĕfĕro. VERS. Offĭcĭīs prĕtiūm mĕdĭōcrĕ rĕpēndĕrĕ māgnis. Mĕrĭtisne hæc grātĭă tāntis Rēddĭtŭr. Hæccinĕ jūstă rĕpēndis Dōnă. V. *Gratias ago.*

Rĕmūrĭă, ōrūm, *vel* Lĕmūrĭă. (Ov. 5. Fast.) Rōmŭlūs ōbsĕquĭtūr, lūcēmquĕ Rĕmūrĭă dīxit Īllām, quā pŏsĭtis jūstă fĕrūntŭr ăvis. Āspĕră mūtāta ēst in lĕnēm tēmpŏrĕ lōngō Lĭtĕră, quæ tōtō nōmĭnĕ prīmă fŭit. *i. e.* R. *in* L.

rĕmūrmŭro. *spīrāt, nēc frāctă rĕmūrmŭrăt ūndă,* Virg. Æn. 10, 221. SYN. Obmūrmŭro; rĕsŏno, *vel* ōblŏquŏr.

Rĕmŭs. *Rĕmō cūm frātrĕ Quĭrīnūs,* Virg. 1, 296. *Romuli frater, qui, quòd novæ urbis Romæ mœnia per ludibrium transiliisset, à fratre est interfectus.* EPITH. Mārtĭgĕnă, Īlĭădēs, *à patre Marte, et Iliâ matre.* VERS. Mūrōs aūsūs trānsīrĕ rĕcēntēs. Cūjūs Rōmānī prīmūm mădŭērūnt sānguĭnĕ mūrī. V. *Romulus.*

rŭbŭs, i. *Mūnĕră, mōrdācēs intĕrĭērĕ rŭbi,* Ovid. Pont. 4, 4, 4. SYN. Sēntis, vepris, spinā. EPITH. Āspĕr, hōrrēns, pinguis, dūrŭs, ăcūtŭs, rigĭdŭs, vūlnĭficŭs, hāmātŭs, vilis, pūnicĕŭs, hirsūtŭs. PHR. Rēttŭlit hirsūtis brāchĭă sēctă rŭbis. Hōrrēntēsquĕ rŭbōs, ĕt ămāntēs ārdŭă dūmōs. V. *Spina.*

rŭdēns.——*clāmōrquĕ virūm strīdōrquĕ rŭdēntūm,* Virg. Æn. 1, 87. SYN. Fūnis, rĕtinăcŭlūm. EPITH. Naūticŭs: grăvis, rigĭdŭs, tēnsŭs, lāxŭs, lōngŭs, ingēns, tōrtŭs, intōrtŭs, mărinŭs, ēxtēnsŭs, cōntēntŭs, nōdōsŭs. VERS. Ēxcūssōquĕ jŭbĕt lāxārĕ rŭdēntēs. V. *Funis.*

rŭdimēntūm. *Primă rŭdimēnta, ĕt primōs,* &c. V. SYN. Tȳrōcinĭūm, *vel* primitiæ.

rŭdis. *ăd mălă jām prīdēm nōn sūmŭs ūllă rŭdēs,* Ovid. Fast. 4, 97. SYN. Ignārŭs, tȳro, *vel* hĕbĕs, tārdŭs, stŭpĭdŭs.

rudo, is, di. *Findŏr ŭt Ārcădiæ pĕcŭāriă rŭdĕrĕ crēdās,* Pers. 3, 9. *ŭt rŭdĭt ā scăbrā tūrpis ăsēllă mŏlā,* Ovid. A. Am. 2, 118. VERS. Ingrātō cūm rŭdit illĕ sŏnō.

rūdŭs, ĕris. *Rūdĕrĭbūs lātis tēctă sĕpūlcră cărēnt.* SYN. Cæmēntūm: părĭĕtinā.

Digitized by Google

PHR. Disjectă, dirūtă mōlēs. Vĕtūsti fragmĭnă tēmpli. Āvūlsă sāxis sāxă. Ēvērsæ dŏmūs tristēs rēlliquiæ.

rūfŭs. *Rōmă măgis fūscis vēstītŭr, Gālliă rūfis*, Mart. 4, 129. SYN. Flāvŭs, crŏcĕŭs, lūtĕŭs, flāvēns, rŭtĭlŭs, aurĕŭs.

rūgă. *Jām vĕnient rūgæ quæ tibi cōrpŭs ărent*, Ov. A. Am. 2. EPITH. Rĭgĭdă, tūrpis, infōrmis, dēfōrmis, cōntrāctă, sĕvēră, fūnēstă, ănīlis, sĕnīlis. PHR. Rūgōsă frōns, făciēs. Gĕnārŭm, *vel* frōntis sŭlci. Rūgārŭm sŭlci. Rūgă āspĕră frōntēm, vūltŭm, făcĭēm, ŏs, cŭtēm fœdăt, nŏtăt, findĭt, sŭlcăt, ărăt, crispăt, lāxăt. VERS. Cūm sit tĭbi dēns ātĕr, ĕt rūgis vĕtŭs frōntēm sĕnēctŭs ēxărĕt. Tristēs sūrgūnt ăd tēmpŏră rūgæ. Āspĕră sŭlcăt rūgă cŭtēm.

rūgio, is, ii. *Prīmŭm Mārmărĭci nōrănt rūgīrĕ lĕōnēs*, T. PHR. Rūgĭtŭm ēdo, tōllo, dō.

rūgĭtŭs, ŭs. *Cūm fĕră rūgĭtū vōx frĕmĭt æquŏrĕō*, M. EPITH. Hōrrēndŭs, hōrrĭdŭs, tērrĭbĭlis, rĕsŏnāns, frĕmēns. PHR. Lĕōnis hōrrēndŭs gĕmĭtŭs, frĕmĭtŭs, clāmŏr. VERS. Hōrrĭsŏnis cœlŭm rūgĭtĭbŭs implĕt Tērrĭbĭlis lĕŏ. Raūcis implĕt rūgĭtĭbŭs aūrās Indŏmĭtŭs lĕŏ. V. *Clamor.*

rūgōsŭs. *Rūgōsiōrēm cūm gĕrās stōlā frōntēm.* (Scaz.) Mart. 3, 93, 4. SYN. Rūgis āspĕr, fœdŭs. V. *Ruga.*

rŭīnă. *Hæc lŏcă, vi quŏndam ĕt vāstā cōnvūlsă rŭīnā*, Virg. Æn. 3, 414. SYN. Cāsŭs, lāpsŭs, prōlāpsio, ēxcĭdĭŭm, *vel* pērnĭcĭēs, ēxĭtĭŭm, clādēs, infōrtūnĭŭm. EPITH. Sŭbĭtă, rĕpēntīnă, inŏpīnă, hōrrēndă, ingēns, grăvis, infaūstă, tristis, mœstă, flēbĭlis, immānis, dīră, răpĭdă, tērrĭfĭcă, lēthĭfĕră, irrĕpărābĭlis. VERS. Præcĭpĭtīquĕ rŭīnā invōlvūnt sēcŭm. Nē fātāli cūnctă rŭīnā Quāssă lătēnt. Hōrrĭfĭcis jūxtă tŏnăt Ætnă rŭīnis. Et vōs clīvōsæ, vĕtĕrŭm mŏnŭmēntă, rŭīnæ. V. *Rudus, et Ruo, Cado.*

rŭīnōsŭs *Vītă rŭīnōsis tŭmŭlis sĭnĕ fīnĕ jăcēbĭt*, Am. SYN. Rŭēns, cădūcŭs, lăbāns: rūptŭs. V. *Labans.*

rūmŏr, ōris. *Quid mĭsĕrŭm tōrquēs: Rūmŏr ăcērbĕ, tăcē*, T. SYN. Fāmă, mūrmŭr, sērmo. EPITH. Văgŭs, vŏlāns, ancĕps, dŭbĭŭs, incērtŭs, lŏquāx, gārrŭlŭs, tūrbĭdŭs, vēlōx, pērnix, prŏcāx, prōtērvŭs, sŭbĭtŭs, rĕpēntīnŭs. VERS. It rūmŏr ăd ūrbēs. Dīcĭtŭr, *vel* fērtŭr vĭcīnă pĕr ōppĭdă rūmŏr. Tōtā rūmŏr in ūrbĕ sŏnăt. Lābĭtŭr hic sŭbĭtō Rōmānă pĕr ōppĭdă rūmŏr. Rūmōrēsquĕ sĕrit vărĭŏs. Præcēps vūlgāvĕrăt ōmnĭă rūmŏr. V. *Fama.*

rūmpo, rūpi, rūptŭm.—*Lēthō me, ĕt vincŭlă rūpi*, Virg. Æn. 12, 134. SYN. Pērrūmpo, disrūmpo, frāngo, ēffringo, rēfringo, discindo, dissōlvo. V. *Frango.*

rŭo, is. *Quō rŭĭtis: quæve istă rĕpēns discōrdĭă sūrgit?* V. Æ. 12, 313. SYN. Cădo, cōncĭdo, dĕcĭdo, prōcĭdo: lābŏr, dēlābŏr, cōllābŏr, prōlābŏr, cōrrŭo, præcĭpĭto, prōcūmbo. PHR. In præcēps fĕrŏr, ăd tērrăm lābŏr, fĕrŏr, vōlvŏr. Præcēps fĕrŏr, ăgŏr, impēllŏr. Grăvi cāsū, *vel* rŭīnā lābŏr. Māgnō impĕtĕ, immāni tūrbĭnĕ, dēvēxō pōndĕrĕ prōlābŏr. VERS. Ad tērrăm pōndĕrĕ vāstō Cōncĭdit. Dŏmŭs lāpsă rĕpēntĕ rŭīnăm, Cūm sŏnĭtū trăhit. Prōcūmbit hŭmi bōs. Scŏpŭli ingēntēm trāxērĕ rŭīnăm. Inquĕ rŭīnăm Sēcŭm tēctă răpit, *vel* trăhit. Sic illă rŭīnăm Prōnă trăhit, pĕnĭtŭsquĕ vădis illīsă rĕcūmbit. Fātāli cūnctă rŭīnā Quāssātă, lābĕfāctă, cōncūssă lăbānt. Cōncūssæ nūtănt tūrrēs, lāpsūmquĕ mĭnāntŭr. Flēxō gĕnū jām tōtŭs in tērrăm rŭit. V. *Cado.*

rūpēs, is. *illĕ, vĕlŭt pĕlăgi rūpēs immōtă rĕsistit*, Virg. Æn. 7, 586. SYN. Cautēs, scŏpŭlŭs, sāxŭm, sĭlēx. EPITH. Ardŭă, ābrūptă, prærūptă, āĕrĭă, præcēps, inăccēssă, invĭă, inhŏspĭtă, hōrrēndă, hōrrĭdă, scŏpŭlōsă, sāxōsă, sāxĕă, scrūpĕă, dūră, immānis, immōtă, æquŏrĕă, căvă, ēxēsă, dūmōsă, mūscōsă, frŭtĭcōsă, nĕmŏrōsă, sylvēstris, ăcūtă, frōndēns, āspĕră, ŏpācă, aprīcă. PHR. Jŭgŭm sāxōsŭm, sāxĕŭm, scŏpŭlōsŭm. Sāxŭm præcēps. Sāxĕă mōlēs. Prærūpti sāxi vērtēx, *vel* crĕpĭdo, āltis prærūptŭm sāxis jŭgŭm. Scŏpŭlōsi căpĭtă āspĕră mōntis. Sūspēnsă sāxis rūpēs. Scŏpŭli rūpis ābrūptæ. Scŏpŭlōsæ cōncăvă rūpis. Rūpis ēxēsæ spĕcŭs, āntrŭm. Scŏpŭlis pēndēntĭbŭs āntrŭm. Cœlō āttōllēns jŭgă sāxĕă rūpēs. Prærūptă mōlēs. Sāxis ārdŭă cautēs. Sāxă mōntānis hăbĭtātă fĕris. Flūctĭbŭs, ūndis, vēntis, vēntōrŭm fŭrĭis ōbvĭă, ēxpŏsĭtă, ōbnōxĭă, rĕsistēns. Vāstŭm quæ prōdit in æquŏr. Flūctĭbŭs in mĕdĭis pēndēns. Mĕdĭis quæ pēndĕt in ūndis. VERS. Stăbăt ăcūtă sĭlēx, præcīsis ūndĭquĕ sāxis: āltă rūpēs ārdŭŏ sūrgit jŭgo. Hinc ātque hinc vāstæ rūpēs, gĕmĭnīquĕ mĭnāntŭr In cœlŭm scŏpŭli. Pĕr rūpēs, scŏpŭlōsque ădĭtūquĕ cărēntĭă sāxă Tēntăt itĕr. Altō ăccĭpĭēns sŏnĭtŭm sāxi dĕ vērtĭcĕ pāstŏr. Mōntis in ānfrāctū, rūpēm sŭbĭērĕ căvātăm.



Digitized by Google

Obvĭă vĕntōrūm fŭrĭīs ēxpŏsĭtăquĕ pōntō, Vim cūnctam, ātquĕ mĭnās pĕrfĕrt cœlīquĕ, mărisquĕ, Ipsa immōtă mănĕt. V. *Saxum et Mons.*

rūrālis. *Mūnĕră dăt laūrōs cārpēns rūrālĭs Ăpōllo*, Nem. V. *Rusticus.*

rūrĭcŏlă, M. F. *Tēmpŏrĕ rūrĭcŏlæ pătĭēns fĭt taūrŭs ărātri*, Ovid. Trist. 4, 6, 1. SYN. Ăgrĭcŏlă, rūstĭcŭs.

rūrsŭs. *Rūrsŭs in ārmă fĕror*, &c. Virg. Æn. 2, 655. SYN. Rūrsūm, ĭtĕrūm, dēnŭo, ăb intĕgrō.

rūs, rūris. *Hōc pĕtĭt ēssĕ sŭi nēc māgni rūrĭs ărātŏr*, M. SYN. Ăgĕr, cāmpōs, *vel* villă. EPITH. Ămœnūm, vĭrĭdāns, gĕnĭālĕ, nĕmŏrōsūm, lætūm, fĕrtĭlĕ, fĕrāx, ŏpācūm, aprīcūm, flōrĭdūm, frōndēns, flōrĭfĕrūm, vĭrēns, spătĭōsūm, flōrēns. Cĕrĕālĕ, cāmpēstrĕ, rōscĭdūm, pătēns, frāgrāns, vērnāns, ăquātĭcūm. PHR. Rūris dēlĭcĭæ, ŏpēs, ōtĭă, sĭlēntĭă. Picti vĭrĭdārĭă cāmpi. Fœcūndi rūră bĕātă sŏli. Pērpĕtŭō vĭrĭdāntĭă grāmĭnĕ rūră. VERS. Ăpēs pĕr flōrĕă rūră Ēxērcēt sūb sōlĕ lăbŏr. Cūnctă vĭgēnt; nĕmŭs ōmnĕ vĭrēt: vĭrĕt aūrĭcŏmūm rūs. Quūm vĭrĕt ōmnĕ nĕmūs, rĕsŏnānt cūm frōndĕă rūră. V. *Ager et Hortus.*

rūstĭcĭtās, ātis. *Hirsūtum ĕt dūră rūstĭcĭtātĕ trŭcēm*, Mar. 7, 57. SYN. Ăspĕrĭtās mōrūm. Fĕrĭtās. EPITH. Incūltă, agrēstis, hŏrrĭdă, dūră, immĭtĭs, indŏctă. PHR. Agrēstēs, incŭlti mōrēs. Nēscĭă mōrūm fĕrĭtās ĭnāmābĭlĭs. VERS. Incūltā quām sis rūstĭcĭtātĕ fĕrūs.

rūstĭcŭs. *Rōmæ rūs ŏptās, ābsēntēm rūstĭcŭs ūrbēm*, Hor. Sat. 2, 7, 28. SYN. Rūrĭcŏlă, agrĭcŏlă, cŏlōnŭs, īncŏlă rūris, *vel* agrēstis, sylvēstris, *vel* inūrbānŭs, incūltŭs, hŏrrĭdŭs, incōndĭtŭs, rŭdĭs, trŭx, fĕrŭs, bārbărŭs. PHR. Rūstĭcĭtātĕ rŭdis, fĕrūs, trūx, incūltŭs. V. *Agricola.*

rūtă, æ. *Rūtāmquĕ vĭrēntēm*, Virg. EPITH. Rĭgēns, vĭrĭdis, āmāră, mūltĭcŏmă, sălūbris, sălūtāris, flōrēns, flōrĭdă.

rŭtĭlo, ās. *Pēr sūdūm rŭtĭlārĕ vĭdēnt ĕt pūlsă sŏnārĕ*, Virg. Æn. 8, 529. SYN. Mĭco, cŏrūsco, splēndĕo. V. *Splendeo, Luceo.*

rŭtĭlŭs. *Āddĭdĕrānt rŭtĭli trēs ignĭs ĕt ălĭtĭs aūstri*, Virg. Æn. 8, 430. SYN. Rŭtĭlāns, splēndēns, mĭcāns, cŏrūscŭs, rădĭāns, fūlgĭdŭs, splēndĭdŭs. V. *Splendidus.*

Rŭtŭlŭs, li: *vel* ōrūm. *Trōs Rŭtŭlŭsvĕ fŭit, nūllō dīscrīmĭnĕ hābēbo*, Virg. Æn. 10, 108. EPITH. Āntīqui, fŏrtēs, aūdācēs, bēllĭgĕri.

## S.

SĀbă, æ. *Ārăbĭcæ ūndāssĕt gūttă bĕātă Săbæ.* V. *Urbs primaria Felicis Arabiæ, thuris ferax.* EPITH. Thūrĭfĕră, ŏdōră, ŏdōrātă, frāgrāns, rĕdŏlēns, fŏrtis, pŏtēns, invĭctă. PHR. Săbæă tēllūs. Thūris, Săbă, tērră fĕrāx. V. *Meroë.*

Săbæi, ōrūm. *Indĭă mīttit ĕbūr, mōllēs sŭă thūră Săbæi*, Virg. Geo. 1, 57. *Populi Felicis Arabiæ, sylvis odoriferis ditissimi.* EPITH. Mōllēs, ŏdōrĭfĕri, dītēs, thūrĭfĕri, ūncti, thūrĭlĕgi, lēvēs. PHR. Thūrĭfĕri, fēlīcĭă rūră, Săbæi. Pinguĭă rūră Săbæōrūm. VERS. Laūdātōs Ărăbūm cāmpōs, pinguēmquĕ Săbæūm.

Săbbătūm. *Nēc tē pĕrĕgrīnă mŏrēntŭr Săbbătă*, Ov. R. A. 219. EPITH. Fēstūm, sānctūm, sacrūm, cŏlēndūm, sŏlēnnĕ, dīvīnūm, hŏnōrāndūm, vĕnĕrāndūm. VERS. Illă dĭēs vĕtĕri pōscēbāt lēnĕ quĭētēm: Săbbătă nām priscis rĕpĕtēbānt ōtĭă jūssis. V. *Festum.*

Săbīni, ōrūm.—*rāptās sĭnĕ mōrĕ Săbīnās*, Virg. Æn. 8, 635. *Italiæ populi, non procul à Româ. Celebris est Sabinarum virginum raptus à Romanis, paulò post urbem conditam.* EPITH. Prisci, rĭgĭdi, vĕtĕrēs, fŏrtēs.

săbŭlūm.—*hūmi săbŭlīquĕ fĭmō*, Lucil. 2, 813. SYN. Ărēnă, glārĕă.

săbūrră. *ŭt cymbæ instābĭlēs flūctū jāctāntĕ săbūrrām*, Virg. Geo. 4, 195. EPITH. Crāssă, grăvis.

săccātūs. *Tōtīŭs hŭmōrēm săccātūm ŭt cŏrpŏrĕ*, &c.

săccŭs. *intĕrĭă plēnō cūm tūrgĕt săccŭlŭs ōrĕ*, Prosp. SYN. Pēră, săccŭlŭs, crūmēnă, lŏcŭlŭs.

săcēllūm. *ŭt tămĕn ĕt pōscās ălĭquid, vŏvĕāsquĕ săcēllīs*, Juv. 11, 354. V. *Templum.*

săcĕr, ă, ūm.—*Cōntrāctōs ārtūs săcĕr ignĭs ĕdēbăt*, Virg. Geo. 3, 556. SYN. Sa-

Digitized by Google

crātŭs, cōnsĕcrātŭs, rĕllĭgĭōsŭs: aūgŭstŭs. PHR. Dĕō dĭcātŭs, săcĕr, dēvōtŭs, ăddictŭs, sacrātŭs, cōnsecrātŭs.

săcērdōs, ōtĭs.—*quăm fĕrrō mactāvĕrăt āntĕ săcērdōs*, S. SYN. Prĕsbytĕr, Mystă, *olim apud Ethnicos*, Flāmĕn, Sacrĭfĭcŭs, Pōntĭfex. EPITH. Pūrŭs, sānctŭs, īntĕgĕr, pĭŭs, rĕllĭgĭōsŭs, castŭs, cœlēbs, ălmŭs, vĕnĕrābĭlĭs, vĕrēndŭs, vĕnĕrāndŭs, sĕnex, lōngævŭs, vittātŭs, īnfŭlātŭs, dīŭs, dīvīnŭs. PHR. Vir săcĕr. Sacrōrŭm præsĕs, cūltŏr. Sacris ŏpĕrātŭs, īnĭtĭātŭs. Cui cūră sacrōrŭm ēst. Prōpōnēns sūmmi mystĭcă săcră Dĕi. Sacrātŭs Dĕi mĭnistĕr. Sūmmi trādēns ōrācŭlă Rēgis. Sacră dŏgmătă trāctāns. Vērbĭpŏtēns, sacrōquĕ sălūtĭfĕr ōrĕ. Sacri quibŭs ēst pērmissă pŏtēstās. Pūră ĭn vēstĕ rĕfūlgēns. V. *Pontifex.*

sacrārĭŭm.—*Dĕum infĕrnum, ĕt dīri săcrāriă Dītis*, Virg. Æn. 12, 199. SYN. Săcēllŭm, tēmplŭm.

sacrĭcŏlă, æ. m. *Săcrĭcŏlæ sūmmi, sūmmŭs năm fērtŭr Ăărŏn*, Prud. Psych. V. *Sacerdos.*

sacrĭfĕr, ă, ŭm. *ēst dĕă săcrĭfĕrās pænĕ sĕcūtă rătēs*, Ov. Fast. 4, 152. PHR. Sacră fĕrēns.

‖ sacrĭfĭcĭŭm. SYN. Sacrŭm lĭbāmĕn, victĭmă, hŏstĭă, pĭācŭlŭm. EPITH. Pĭŭm, aŭgŭstŭm, sŏlēnnĕ, thūrĭfĕrŭm, ŏdōrātŭm, frāgrāns, ŏdōrŭm, pinguĕ, ŏblātŭm, grātŭm, sānctŭm, castŭm, cœlēstĕ, dīvīnŭm. PHR. Rēs sacră, dīvīnă. Sacră mūnĕră, dōnă. Dīvīni, sacri, pĭi rītŭs. Cŏlēndă Dĕi mystēriă. Tēmplōrŭm hŏnōs, sŏlēnnēs pōmpæ, āræ, *vel* āltāris hŏnōrēs. Thūrĕă dōnă, *vel* mūnĕră. Fūmōsis ēxtă crĕmātă fŏcis. Victĭmă mactātă Dĕō: Sacris āddĭtă flāmmis. VERS. Sæpĕ Jŏvēm vīdi cūm jām sŭă mittĕrĕ vēllĕt Fūlmĭnă, thūrĕ dătō, sūstĭnŭissĕ mănŭm. V. *Victima.*

sacrĭfĭco, ās. *ădmŏnĕt ĕt fŏrtī săcrĭfĭcārĕ dĕæ*, Ov. F. 3, 850. SYN. Lĭto, lĭbo; făcio, ŏpĕrŏr, *exempl.* Făcĭām vĭtŭlă prō frūgĭbŭs, *i. e. vitulam sacrificabo.* Lætis ŏpĕrāntŭr ĭn hērbis, *i. e. sacrificant.* Sacră făcio, fĕro, rĕfĕro, pĕrăgo, cĕlebro. Sacris ŏpĕrŏr. Sacră lĭbo. Āris hŏnōrēs, mūnĕră, *vel* dōnă impōno. Āris hŏnōrēs macto. Sacris Dĕŭm vĕnĕrŏr, ădōro, plāco. Dīis vōtă făcio, sōlvo: pĭŭm hŏnōrēm rĕddo, fĕro, rĕfĕro, indĭco, pērsōlvo, dīco. Mūnĕrĭbŭs, *vel* dōnis ārās, āltārĭă, cŭmŭlo, ŏnĕro, stērno. Sacrās ăd ārās Nūmĕn ădōro. Ăd tēmplă, ăd ārās mūnĕră fĕro. Sūpplĭcĭbŭs dōnis Dĕō lĭto. Thūris hŏnōrēs fĕro, ădŏlĕo, Sacris ădŏlērĕ āltārĭă flāmmis. Pătĕrās, pōcŭlă, cārchēsĭă Dīis lĭbo. Pĕcŭs āris ādmŏvĕo, āntĕ ārās cōnstĭtŭo, sisto. Victĭmām, *vel* vōtīvām pĕcŭdēm jŭgŭlo, macto, lĭbo, cædo. VERS. Dōnă fĕrūnt, ŏnĕrāntque ārās, mactāntquĕ jŭvēncōs. Thūră dăbānt, tĕpĭdūsquĕ crŭŏr fūmābăt ăd ārās. Plācātam Eūrydĭcēn vĭtŭlā vĕnĕrābĕrĕ cæsā. Tēndōquĕ sŭpīnās Ăd cœlŭm cŭm vōcĕ mănŭs, ĕt mūnĕră lĭbo Intĕmĕrātă fŏcis; pērfĕctō lætŭs hŏnōrĕ. Thūrĭcrĕmis cūm dōna impōnĕrĕt āris. Tūm rītĕ sacrātās In flāmmām jŭgŭlānt pĕcŭdēs, ĕt viscĕră vīvis Ērĭpĭūnt, cŭmŭlāntque ŏnĕrātis lāncĭbŭs ārās. Ipsĕ tĭbi ăd tŭă tēmplă fĕrām sŏlēnnĭă dōnă, Et stătŭam ănte ārās aūrātā frŏntĕ jŭvēncŭm. Sēd prĭŭs impŏsĭtō sānctis āltārĭbŭs ignĕ. Thūră fĕr ăd măgnōs, vōtăquĕ pūră Dĕōs. V. *Thus adoleo. Adoro. Victimam macto.*

sacrĭfĭcŭs. *Mārtĭă săcrĭfĭcō dĕdūctŭm nūmĕn ăb Ăncō*, Ov. Fast. 6, 803. V. *Sacerdos.*

sacrĭlĕgŭs. *Nĕc nōs săcrĭlĕgōs tēmplis ădmōvĭmŭs ignēs*, Tibul. 3, 5, 11. SYN. Impĭŭs, nĕfāndŭs.

sacro, ās. *Sylvānō fāma ēst vĕtĕrēs săcrāssĕ Pĕlāsgōs*, Virg. Æn. 8, 600. SYN. Cōnsecro, dīco, ās; dĕdĭco.

sæcŭlŭm. *āspĕră tūm pŏsĭtis mĭtēscēnt sæcŭlă bēllis*, Virg. Æn. 1, 291. SYN. Sæclŭm, ævŭm, ætās. EPITH. Lōngŭm, fēlix, prĭŭs, fūtūrŭm, vēntūrŭm. VERS. Innŭmĕra ætērnō vōlvēntŭr sæcŭlă cūrsū. Tītān cēntŭm rĕnŏvāvĕrăt ānnōs. Cēntēsĭmă cūrrit Brūmă. Quōs ætās āspĭcit ūnă sĕmĕl. V. *Tempus.*

sæpĕ. *Sæpĕ tĕnĕr nōstris ăb ŏvīlĭbŭs imbŭĕt āgnŭs*, Virg. Ecl. 1, 8. SYN. Sæpĭŭs, crēbro, frĕquēntĕr, nōn rārō.

sævio, is. *Sævĭbăt; lĕvĭtĕrquĕ mĭnās pōnēbăt ĭnānēs*, Lucr. 5, 1001. SYN. Fĕrōcio, fŭro, bācchŏr, insānio: īrāscŏr. V. *Irascor.*

sævĭtĭă, æ, *vel* ēs, ēi. *Sævĭtiam, ĕt vīrēs, īrāmquĕ, &c.* Ov. Met. 7, 688. SYN. Fĕrĭtās, bārbărĭēs: crūdēlĭtās. EPITH. Nĕfāndă, inēxōrābĭlis, atrōx, fŭrēns, bārbără, prŏcāx. PHR. Nūlli vĭŏlēntă pĕpērcit Sævĭtĭēs. Căpĭtāle ŏdĭum ĕt fĕrĭtātis ăcērbām Sævĭtĭem ēxērcēnt. V. *Crudelitas.*



Digitized by Google

sævŭs. *Tristiŭs haud illis mōnstrŭm, nĕc sævĭŏr ullă*, Virg. Æn. 8, 214. SYN. Crūdēlĭs, fĕrōx, ĕffĕrŭs, fĕrŭs. V. *Crudelitas*.

săgă. *ēxŭrĕt nŏctēs dŭm mĭhĭ săgă tŭās*, Mart. 7, 53, 4. SYN. Măgă, încāntātrīx, vĕnēfĭcă, lămĭă, præstĭgĭătrīx. EPITH. Præsāgă, fātĭdĭcă, împĭă, scĕlĕrātă, făllāx, înfērnă. V. *Maga, Venefica*.

săgāx, ācĭs. *Nŭnc lĕpŏrĕm prŏnŭm cătŭlō sĕctārĕ săgācĭ*, Ovid. SYN. Sōlērs, prūdēns, căllĭdŭs, îndūstrĭŭs, *vel* pērspĭcāx, ăcūtŭs.

săgīnă.—*Prŏpĕră stŏmăchŭm lăxārĕ săgīnīs*, Juv. 4, 67. SYN. Ădēps, pĭnguēdo, *vel* pinguis cĭbŭs.

săgīnātŭs. *Pārvă săgīnātī lūstrābānt cŏmpĭtă pōrcī*, Prop. 4, 1, 25. SYN. Ădĭpātŭs. Săgīnă pinguis.

săgĭttă. *Nōn sĕcŭs āc nĕrvō pĕr nūbem impŭlsă săgĭttă*, Virg. 12, 856. SYN. Tēlŭm, spīcŭlŭm: jăcŭlŭm, ărūndo, călămŭs. EPITH. Cĕlĕr, vŏlucrĭs, răpĭdă, pērnix, præpĕs, vēlōx, vŏlāns, lĕvĭs, ăcūtă, spīcātă, tĕrēs, ālātă, pēnnĭgĕră, pēnnātă, fātālĭs, lēthĭfĕră, lēthālĭs, sævă, scĕlĕrātă, ūltrix, înfēstă, vĕnēnātă, îrrĕvŏcābĭlĭs, strīdŭlă, Thrēĭcĭă, Pārthĭcă, Gĕtĭcă, Scȳthĭcă, Ĭtȳræă, Cȳdōnĭă, Cȳdōnĕă, Crēssĭă, Gŏrtȳnĭă, Gnōsĭă, Gnōsĭăcă, *à populis Thraciæ, Parthiæ, Getis, Scythis, Ityræis, et Cretensibus, ubi Gnosus et Gortyna urbes*, ărūndĭnĕă, mīssĭlĭs, ēmīssă. PHR. Vŏlātĭlĕ fērrŭm. Pĕnētrābĭlĕ tēlŭm. Hōrrēndō fŭgĭēns strīdōrĕ pĕr aūrās. VERS. Strīdēt rădĭāntĭbŭs aūră săgĭttīs. Ăt Vĕnŭs aūrātīs hŭmĕrōs ārmātă săgĭttīs. Ēffŭgĭt hōrrēndŭm strīdēns ēlāpsă săgĭttă, Pērquĕ căpŭt Rĕmŭlī vĕnĭt, ēt căvă tēmpŏră fērrō Trājĭcĭt. Hærĕt lătĕrī lēthālĭs ărūndo. Āctăquĕ mūltō Pērque ŭtĕrŭm sŏnĭtū, pērque ĭlĭă vēnĭt ărūndo.

*sagittam vibro*. Săgĭttăm, tēlŭm, ărcū, *vel* nērvō ēmĭtto, tŏrquĕo, împēllo, cōntōrquĕo: Cōrnū spīcŭlă vĭbro. VERS. Cūrvō dīrēxĭt spīcŭlă cōrnū. Spīcŭlă cōnvērsō fŭgĭēntĭă dīrĭgĭt ărcū. Vēlōcēs tŏrquēnt pōst tērgă săgĭttās. V. *Sagitta*.

1. Săgĭttārĭŭs. SYN. Jăcŭlātŏr. EPITH. Dēxtĕr, îndūstrĭŭs, pĕrĭtŭs, ăcĕr. PHR. Ārcŭm tēndĕrĕ, *vel* săgĭttām vĭbrārĕ dŏctŭs, pĕrĭtŭs.

2. *Sagittarius*. SYN. Ārcĭtĕnēns, săgĭttĭfĕr. EPITH. Bĭfōrmĭs, nĭmbōsŭs, nĭmbĭfĕr, hūmĭdŭs, ūdŭs, îmbrĭfĕr, Æmŏnĭŭs. PHR. Săgĭttĭfĕrī sīdŭs, āstrŭm. Jăcŭlīs ārmātŭs ēt ărcū. Sēmĭvĭr ărcĭpŏtēns. Săgĭttĭfĕrī făcĭēs sĕnĭs. V. *Chiron*.

săgĭttĭfĕr, ĕri.—*Cŭrăsquĕ săgĭttĭfĕrōsquĕ Gĕlōnōs*, Virg. Æn. 8, 725. SYN. Săgĭttĭs ārmātŭs.

săgĭtto. PHR. Cĕlĕrī cērtārĕ săgĭttā. VERS. Întēndūnt ăcrēs ărcūs, ēt spīcŭlă vĭbrānt. Ārcūs ŏbvērtĭt în îllŭm. Cērtăquĕ lēthĭfĕră dīrēxĭt spīcŭlă dēxtră. Rūrsūsquĕ trĕmēntĭă fōrtī Tēlă mănū tōrsĭt. Tēlă fĕrōx hōrrēntĭă quāssăt. Aūdĕăt înfēstĭs pūgnam înstaūrārĕ săgĭttīs. V. *Jaculor, Arcum tendo, Sagittam vibro*.

Săgūnthŭs, et Săgūnthŭm. *Seū tōtă Săgūnthŭs Îgnĕ mĭcĕt*, Sil. 1, 496. *Hispaniæ civitas, cujus incolæ ab Annibale obsessi, et ad deditionem coacti, combustâ incendio pretiosissimâ supellectile, seipsos in ignem projecerunt*. EPITH. Ănĭmōsă, mĭsĕră, Hĭspānă, Mārtĭă, fīdă, fĭdēlĭs.

săgŭm. *Pūnĭcō lūgūbrĕ mūtāvĭt săgŭm*, Hor. Ep. 9, 28. SYN. Săgŭlŭm. EPITH. Căstrēnsĕ, sērĭcŭm, vĭrgātŭm, pĭctŭm. VERS. Vĭrgātĭs lūcēnt săgŭlīs, ēt lāctĕă cōllă Aūro înnĕctūntŭr.

sāl, sălis. *ēt sălĕ tābēntēs ărtūs în lĭttŏrĕ pōnūnt*, Virg. Æn. 1, 173. EPITH. Ăcrĕ, mōrdāx, ălbŭm, ălbēns, căndĭdŭm, æquŏrĕŭm, mărīnŭm, săpĭdŭm, săpōrŭm. PHR. Grānă sălĭs. Mīcă sălĭs. Cĭbōrŭm cōndĭmēntŭm.

Sălămāndră. *Seū sălămāndră pŏtēns, nūllĭsquĕ, &c.* Ser. PHR. Flāmmīs învĭctă. Nūllīs ŏbnŏxĭă flāmmīs. Cuī îgnēs scĭūnt sērvārĕ fĭdēm. Quăm flāmmă înnŏxĭă lāmbĭt, cĭngĭt.

Sălămĭs, *vel* Sălămĭn, ĭnĭs, *vel* Sălămīnă, æ.—*Teūcĕr Sălămīnă pătrēmquĕ*, Hor. Od. 1, 7, 21. EPITH. Āntīquă, nōbĭlĭs, Cyprĭă.

sălāx, ăcĭs. *Nōn mĭnŭs ērūcās ăptum ēst vītārĕ sălācēs*, Ov. R. Am. 799. SYN. Lāscīvŭs, lūxŭrĭōsŭs. V. *Luxuriosus*.

sălebræ. *Sēd quæ pĕr sălĕbrās, āltăquĕ săxă cădūnt*, Mart. 11, 91. EPITH. Præcĭpĭtēs, āspĕræ, înæquālēs, dĭffĭcĭlēs. VERS. Dĭffĭcĭlēm rēddĭt nūllă sălĕbră vĭăm.

sălebrōsŭs. *Lēctōrēs tētrĭcī sălēbrōsum ēdīscĭtĕ Sānctrăm*, Mart. 11, 3. SYN. Sălebrĭs āspĕr, hōrrēns.

**sălēs**, ium. *ĕt sălĭbŭs vărĭārĕ nŏvĭs cōnstāntĕr ŏmitto*, Sulpit. SYN. Jŏci, scōmmătă, făcētiæ, ărgūtiæ. EPITH. Făcēti, ărgūti, jŏcōsi, ingĕnĭōsi, ŭrbāni, dŏcti, sūbtīlēs, vĕnūsti, hŏnēsti, innŏcŭi, læti, blāndi, jūcūndi, fēstivi, hĭlărēs, rīdĭcŭli, prŏtērvi, mōrdācēs, ămāri, scūrrīlēs. PHR. Vērbōrūm, *vel* dictōrūm lĕpŏr, lĕpōs, grātiă, vĕnūstās, fēstivĭtās, ărgūtiæ. Lĕpōrĕ, *vel* jŏcis tincti sălēs: Dictă lĕpidō sălĕ tingĕrĕ, āspērgĕrĕ, cōndirĕ. Sālsis indūlgērĕ jŏcis. VERS. Lĕpidōs tĕnĕrō spārgit ăb ōrĕ sălēs. Ād tĕnĕrōs ingĕnĭōsă sălēs. Ēt cūlti ĕt nūllă rūstĭcĭtātĕ sălēs. Cōmpŏsĭtōsquĕ sălēs, mĕdĭtātăquĕ vērbă lŏcūtūs. Āt tū Rōmānō lĕpĭdōs sălĕ tingĕ lĭbēllōs. V. *Jocus*.

**sălictūm**. *Hyblæis ăpĭbūs flōrēm dēpāstă sălĭcti*, Virg. Ecl. 1, 55. SYN. Sălĭcētūm.

**sălīgnūs**. *Dūmquĕ săcērdōtĭs vĕrūbūs dēfixă sălīgnis*, Ov. Fast. 2, 363. SYN. Ēx sălĭcĕ.

**Sălĭi**, ōrūm. *Martis Sacerdotes, qui saliendo sacra sua celebrant*, (V. Æ. 8.) Sic ēxūltāntēs Sălĭōs, nūdōsquĕ Lŭpērcōs.

**sălio**, is, sălii. *Dūlcĭs ăquæ sălĭēntĕ sĭtim rēstinguĕrĕ rīvō*, Virg. Ecl. 5, 47. SYN. Sālto, ēxĭlio, prōsĭlio, ēmĭco, trānsĭlio. PHR. Sāltū cōrpūs tōllo. Mē dō, mē præcĭpito in. Sāltū trānsmitto, *vel* sūpĕro fōssām. Dārĕ lĕvēs sāltūs. Cōrpūs pērnīci tōllĕrĕ sāltū. VERS. Cōrpŏră sāltū Ād tērrām mīsĕrĕ. Tōtō præcēps sē cōrpŏre ăd ūndās Mīsit. Vŏlŭcri sŭpĕr āgmĭnă sāltū Ēmĭcăt. Sĕquĕ rĕpēntĕ pĕr ignēm Præcĭpiti sāltū jēcit, *vel* mīsit, dĕdit, immīsit. Ēxcēlsōs tōllūnt sūpĕr æthĕră sāltūs. Gēstit, ĕt ăd thyăsōs ăgĭli vŏlăt ārdŭă sāltū. Ēquĭtēm dŏcŭērĕ sŭb ārmis Insūltārĕ sŏlō. Tūm dēmūm præcēps sāltū sēse ōmnĭbūs ārmis In flŭvĭūm dĕdit. Sălĭēntēs sānguĭnĕ vēnæ. Fīnĭbūs ōmnēs Prōsĭlŭērĕ sŭis. Cōrpŏră sāltū Sŭbjĭcĭūnt in ĕquōs. Sāltū sūprā vēnābŭlă fērtŭr. V. *Salto*.

**sălīvă**. *Nām prīmūm tāctă dēsīgnānt mēmbră sălīvă*, Lucr. 9, 28. EPITH. Mōllis, dūlcis, putris, lābēns, lūstrālis, spūrcă, vĕnēnōsă. V. *Sputum*.

**sălĭūncă**. *Pūnĭcĕis hŭmĭlis quāntūm sălĭūncă rŏsētis*, Virg. Ecl. 5, 17. EPITH. Hŭmĭlis, vĭrēns, frōndēns, ŏpācă, suāvis, ŏdōră.

**sălix**, icis. *Mēcum intĕr sălĭcēs lēntā sŭb vītĕ jăcērĕt*, Virg. Ecl. 10, 40. SYN. Sălictūm. EPITH. Āmără, pāllĭdă, pāllēns, glaūcă, ŏpācă, ūmbrōsă, tĕnĕră, vĭrĭdis, lēntă, flēxĭlis, flŭvĭālis, flūmĭnĕă. PHR. Sălĭcis, *vel* sălicti flōs, frōndēs. Sălīgnæ frōndēs, ūmbræ. Irrĭgŭi fōntis ămīcă sălix. Flūmĭnă, *vel* lĭttŏră ămāns. Vīmĭnĭbūs sălĭcēs fœcūndæ, frōndĭbūs ūlmi.

**Sălmōnĕūs**, *quadris. vel* Sălmōneūs, ei, *triss.* *Vīdi ĕt crūdēlēs dāntēm Sălmōnĕă pœnās*, Virg. Æn. 6, 585. *Æoli, Regis Elidis, filius, qui honores divinos affectabat: Utque Jovem imitaretur, super ponte æreo currum agitabat, fulmina è sulphure composita jaculans. In temeritatis pœnam, ipse verum Jovis fulmen expertus, ad inferos detrusus est.* SYN. Æŏlĭdēs. EPITH. Aūdāx, sŭpērbūs, tĕmĕrārĭūs, impĭūs, infēlix. PHR. Jŏvis æmŭlŭs aūdāx. Fūlmĭnĕ Sălmōnĕūs aūdāx. Flāmmās imĭtātūs Ŏlympi. VERS. Dūm flāmmās Jŏvis, ĕt sŏnĭtūs Imĭtātŭr Ŏlympi. Sic quŏquĕ dēlūsūs cūrrū Jŏvis æmŭlūs āltō. Flāmmĭfĕrūmquĕ rŏtāns Alphæă pĕr ōppĭdă fūlmĕn, Occĭdit ĕt cāsu Ēlēām pērtērrŭit ūrbēm. Sălmōneūs nōndum illĕ fŭrēns cūm fingĕrĕt ălti Quādrĭfĭdă trābĕ tēlă Jŏvis.

**Sălŏmōn**, ōnis. *ŭt Sălŏmōnă pĭūm, præcēptis dēdĭtă jūstis*, Juvenc. *Rex Judæorum, Sapiens appellatus: Filius Davidis ex Bersabeâ, quæ prius uxor fuerat Uriæ, Deo Templum magnificum primus ædificarit.* EPITH. Pŏtēns, săpĭēns, dīvĕs, păcĭfĭcūs, inclytūs, rēllĭgĭōsūs. PHR. Dāvĭdis inclytă prōlēs. Sŏbŏlēs Dāvĭdĭcă. Rēx Săpĭēns. Aūrātō spēctābĭlis ōstrō. Păcĭfĭcūs rēctŏr Idūmēs. Mēntis ŏpūmquĕ pŏtēns. Qui fūnctō pātrĕ sūpērstēs Săcră Pălæstīni lăquĕāvit cūlmĭnă tēmpli

‖ **sālpă**. EPITH. Immūndă, vīlis, tūrpis, ŏbscœnă. PHR. In ālgā nāscēns.

**sălsēdo**, inis.—*ăquām spārgens salsēdĭnĕ Tēthys ŭsquĕ*, F. SYN. Sāl: sălis săpŏr.

**sălsūgo**, inis. *ūndăquĕ sūdōrisque ŏrĭtŭr sālsūgĭnĕ ălūmĕn*, F. PHR. Āquă sālsă.

**sāltātio**, ōnis. SYN. Sāltūs. V. *Chorea*.

**sālto**. *Pāstōrēm, sāltārĕt ŭti Cyclōpă, rŏgābāt*, Horat. Sat. 1, 5, 63. SYN. Sălio, *vel* trĭpŭdio. PHR. Chŏrēās, *vel* chŏrūs ăgo, dūco, ēxērcĕo, cĕlebro. Chŏrēis *vel* chŏris indūlgĕo, văco. Cōmpŏsĭtis mōtĭbūs sālto. Dō mōtūs cōmpŏsĭtōs. In

Digitized by Google

nŭmĕrŭm, ăd nŭmĕrŭm, *vel* ăd mŏdŭs lūdo, pĕdēs mŏvĕo. Altĕrnō pĕdĕ tĕrrăm pŭlso, quătio. Lætō sē tōllĕrĕ sāltū. Chŏreis implĭcārĕ mănŭm. VERS. Sāltăt, ĕt immiscēt rĕvŏlūtās ārtŭ chŏrēās. Dūcēbānt ăd plēctră chŏrēās. Sāltāntēs dūcūnt chŏrēās, fēstīvăquĕ dīcūnt cārmĭnă. Ăd cithăræ cāntūs ăgĭlēs cĕlĕbrārĕ chŏrēās. Tūnc ălăcrēs Mēdēă chŏrŭs, ĕt ŏvāntiă dūxit ăgmĭnă. V. *Salio.*

1\. sāltŭs, ūs. *Nōn sāltū sŭpĕrārĕ viām sit pāssŭs, ĕt ācri*, Virg. Geo. 3, 141. EPITH. Cĕlĕr, vŏlūcĕr, ăgĭlis, præcĕps, răpĭdŭs, lĕvis, pērnix, cōncitŭs, cŏmpŏsitŭs, trĕmŭlŭs.

2\. sāltŭs, ūs. *Sāltūs vĕnāntĭbŭs āptōs*, Ov. Ep. 5, 17. SYN. Sўlvă, nĕmŭs, lūcŭs. EPITH. Prŏfŭndŭs, vāstŭs, sўlvēstĕr, vĭrĭdis, sēcrētŭs, ŏpācŭs, rĭgŭŭs, fĕrŭs, ĭnăccēssŭs, dūmōsŭs, ūmbrōsŭs, ŏccūltŭs, quiētŭs, gĕlĭdŭs, fœcūndŭs, hērbōsŭs, sўlvōsŭs, ăvĭŭs, dēvĭŭs, invĭŭs, văgŭs, ēxcēlsŭs, ŏbscūrŭs, sĭlēns, incūltŭs, ūmbrĭfĕr, rĕcŏnditŭs. V. *Sylva.*

sălūbĕr, *et* sălūbris. *Nēc pŏtŭit cūrās sānārĕ sălūbrĭbŭs hērbis*, Tib. 2, 3, 13. SYN. sălūtāris, sălūtĭfĕr, sānŭs, sānāns.

sălūbrĭtās, ātis. *Sālvē, Nārbō pŏtēns sălūbrĭtātĕ.* (Phal.) Sidon. SYN. Sānĭtās: intĕgrĭtās.

sălūbrĭtĕr.—*ĭnīquă mĕæ, rūrsŭsquĕ sălūbrĭtĕr infit*, Ar. SYN. Ūtĭlĭtĕr.

sālvē. Imper. *Sānctĕ pătĕr, sālvē, cui jām făcit, &c.* Prop. SYN. Ăvē. V. *Saluto.*

sālvētĕ. *Sālvē, sānctĕ părēns, ĭtĕrūm sālvētĕ, rĕcēpti*, Virg. Æn. 5, 80.

sălūm. *Fit sŏnĭtŭs spūmāntĕ sălō, &c.* Virg. Æn. 2, 209. EPITH. Spūmĕŭm, cānŭm, tŭrbĭdŭm, fĕrŭm. V. *Mare.*

sălūs, ūtis. *ō sŏcii, quæ prima, inquit, fōrtūnă sălūtis*, Virg. Æn. 2, 387. SYN. Incŏlŭmĭtās, intĕgrĭtās, sēcūrĭtās, sānĭtās. EPITH. Spērātă, dūlcis, grātă, ōptātă, quæsītă, ēxpēctātă, cērtă, sēcūră, tūtă, dēspērātă, ābjēctă. VERS. Nūllă sălūs bēllō, pācēm tē pōscĭmŭs ōmnēs. Ūnă sălūs āmbōbŭs ĕrit. Tūrne, in tē sŭprēmă sălūs, misĕrērĕ tŭōrŭm. Sōlvĕ mĕtūs, fĕrĕt hæc ălĭquām tĭbi fāmă sălūtēm. Tē scilicēt ōmnis in ūnō Nōstră sălūs pŏsita ēst. Ūnă sălūs victis, nūllām spērārĕ sălūtēm. Ēă visă sălūs mŏrĭēntĭbŭs ūnă.

‖ sālvo, ās. SYN. Sērvo, lībĕro. PHR. Mĕdĭō discrīmĭnĕ mōrtis, *vel* ā mōrtĕ rĕdūco, rĕvŏco, rĕdĭmo, ērĭpio: rĕvŏcātŭm, incŏlŭmĕm, sālvŭm, tūtŭm sērvo. Mĕdĭō ēx hōstĕ rĕcĭpio, lībĕro. Pĕrīclis, mōrti sūbdūco. Ēx pĕrīclis ērĭpio. VERS. Āmissām clāssēm, sŏcĭōsque ā mōrtĕ rĕdūxit. Cērte ĕgŏ te in mĕdĭō vērsāntēm tūrbĭnĕ lēthi Ēripŭi. Pēr flāmmās ĕt millĕ sĕquēntiă tēlă Ēripŭi his hŭmĕris, mĕdĭōque ēx hōstĕ rĕcēpi. Dā flāmmam ēvādĕrĕ clāssi: Dā, Pătĕr, ĕt tĕnŭēs Teūcrūm rēs ērĭpĕ lēthō.

*salvor, aris.* PHR. Sisti cœlēstĭbŭs ōris. Ætērnæ nānciscī gaūdĭă vītæ. Trānsfērri in sānctissĭmă rēgnă Cœlĭtŭŭm, Sŭpĕrūm stătĭōnĕ lŏcāri.

sălūtāris. *Qui sălūtāri lĕvăt ārtĕ fēssōs.* (Sapph.) SYN. Sălūtĭfĕr, sălūbris: sānŭs.

sălūtĭfĕr, ă, ūm. *Sōrtĕ sălūtĭfĕrā mĭsĕris sūccūrrĕrĕ rēbŭs*, Ov. M. 15, 632.

sălūtĭgĕr, ă, ūm. *Crēdĕ, sălūtĭgĕrōs fĕrĕt hic vĕnĕrāntĭbŭs, &c.* Pr. Per. 11. SYN. Sălūtĭfĕr, sălūtāris.

sălūto. *āntĕ sălūtābāt Rhētŏr Ăpōllŏnĭŭs*, (Pentam.) Mart. 5, 22. PHR. Sălūtēm dō, dico, nūncio, rŏgo. Sālvērĕ jŭbĕo, ăvē fĕro. Sălūtātūm vĕnio. Sălūtāndi mūnŭs fĕro. Pŏrtāntiă vērbă sălūtēm, *vel* lætă vērbă fĕro, rĕfĕro. Lārgă dŏnārĕ sălūtĕ. Mātūtīnūm ăvē fērrĕ, pŏrtārĕ. VERS. Tibi rēddĭtă nōstră sălūs. Dĕmŭs āltērnās āccĭpĭmŭsquĕ prĕcēs. Dicta āccēptăquĕ sălūtĕ. Sæpĕ sălūtātūs, nūnquām priŏr ipsĕ sălūtās. Ĭtălĭām lætō sŏcii clāmōrĕ sălūtānt. Vādĕ sălūtātūm prō mē, lībĕr. Sālvē, sānctĕ părēns, ĭtĕrūm sālvētĕ, rĕcēpti Nēquicquām cĭnĕrēs. Sālvē, rēmquĕ bŏnām Jūpĭtĕr aūctēt ŏpĕ.

sālvŭs. *Hūc ădēs ō Mĕlĭbœĕ, căpĕr tĭbi sālvŭs ĕt hædi*, Virg. Ecl. 7, 9. SYN. Incŏlŭmis, illæsŭs, intĕgĕr, sōspēs, tūtŭs, sēcūrŭs, sānŭs.

Sămŏs, i. *Pōsthăbĭtā cŏlŭissĕ Sămō, &c.* Virg. Æn. 1, 20. *Insula è regione Ephesi, Junoni sacra, ubi vasa fictilia ex cretâ fiebant, in pretio olim habita. Alia fuit insula ejusdem nominis in mari Ægeo.* EPITH. Jūnōnĭă, vĕtŭs, fœcūndă, pūlchră, illūstris: Thrēĭcĭă, *de eâ quæ est in mari Ægeo, Thraciæ adjacens.*

sāncio, ivi, ii, itūm. *Pŏstĕrĭōrĕ sŭis cŭpĭēns sāncīrĕ sălūtēm*, Prud. SYN. Dēcērno, stătŭo, dēfīnio.

Digitized by Google

**sānctĭtās**, ātĭs. *ŭtĕrquĕ sĕxŭs sānctĭtāti dĭsplĭcĕt.* (Iamb.) SYN. Pĭĕtās, rĕllĭgĭo.
**sāncĭtŭs.**—*Nĕquĕūnt, sāncĭtŭs quāndŏ quĭdem ĕxtăt,* Sed. SYN. Stătūtŭs, dĕcrētŭs.
**sānctŭs.** *ingrĕdĭŏr, sānctōs aūsŭs rĕclūdĕrĕ fōntēs,* Virg. Geo. 2, 175. SYN. Rĕllĭgĭōsŭs, pĭŭs, innŏcēns.
*Sancti.* SYN. Cœlĭtēs, cœlĭcŏlæ, Dīvi, Sŭpĕri. PHR. Bĕāti prŏcĕrēs, hērōēs. Fēlīcēs, immōrtālēs ănĭmæ. Fōrtūnātă pĭōrūm āgmĭnă, cōhōrs, cōncĭlĭă, cœtŭs. Nūmĭnă Dīvūm, Cœli bĕāti cīvēs, incŏlæ. V. *Cœlites.*
**sānē.** *Quō sānĕ pŏpŭlŭs nŭmĕrābĭlis, ŭtpŏtĕ pārvŭs,* S. SYN. Cērtē, prŏfecto, quĭdēm.
**sānguis**, ĭnis. *Rōmŭlŭs, Āssărăci quēm sānguĭnis Ilĭă mātĕr,* Virg. Æn. 6, 778. SYN. Crŭŏr. EPITH. Pūnĭcĕŭs, rŏsĕŭs, rŭbĕŭs, fūmāns, tĕpēns, fĕrvēns, tĕpĭdŭs, călĭdŭs, cŏncrētŭs, fœdŭs, pĭgĕr, fūsŭs, ĕffūsŭs, flŭēns, flŭĭdŭs, būllĭēns, ūndāns. PHR. Sānguĭnĕŭs, *vel* crŭēntŭs rōs. Sānguĭnĕæ gūttæ. Sānguĭnis ūndă, gūttæ, rīvŭs, flūmĕn. Sānguĭnĕŭs, *vel* crŭēntŭs imbĕr. Sānguĭnĕŭm, *vel* călĭdūm flūmĕn. Ātrō sānguĭnĕ gūttæ. Sānguis pĕr mēmbră ĕffūsŭs, dĭffūsŭs. Mēmbră pērmĕāns. Vēnis būllĭēns, ĕbūllĭēns, flŭēns, mānāns, ĕxĭēns. Vēnās implēns. Sānguĭnĕ tērrām rĭgăt, hūmēctăt, ăspērgit, pērfūndit, ĭnfĭcit, fœdăt, tūrpăt, măcŭlăt, mădĕfăcit. VERS. Crāssūm vŏmit ōrĕ crŭōrēm. Pēr cāndĭdă mēmbră, It fūmāns crŭŏr. Tōtō cōrpŏrĕ sānguis mānăt, *vel* stīllăt, flŭit. Tēllŭs sānguĭnŏlēntă rŭbēt. Tēllŭsquĕ crŭēntă Cædĕ mădēt. Vŏlvĭtŭr illĕ vŏmēns călĭdūm dē pĕctŏrĕ flūmĕn, Sānguĭnĕ quō lātē tēllūs mădĕfāctă tĕpēbăt. Inūndānt sānguĭnĕ fōssæ. Pĕcŭdūmquĕ crŭōrĕ Pinguĕ sŏlūm. Mistāquĕ crŭŏr călcātŭr ărēnă. Ātrō lĭquŭntŭr sānguĭnĕ gūttæ, Et tērrām tābō măcŭlānt. Pērfūsām mūltō nātōrūm sānguĭnĕ tērrām Immădŭīssĕ fĕrūnt, călĭdūmque ănĭmāssĕ crŭōrēm. Nōstrō sĕquĭtŭr, *vel* mānăt dē vŭlnĕrĕ sānguis. Plūrĭmă fūsō Sānguĭnĕ tērră mădēt. Sānguĭnis illĕ vŏmēns rīvōs cădit, ătquĕ crŭēntām Māndit hŭmŭm, mŏrĭēnsquĕ sŭō se in vŭlnĕrĕ vērsăt. Tibrim mūltō spūmāntēm sānguĭnĕ cērno. Tĕpĭdūmquĕ rĕcēnti Cædĕ lŏcum ēt plēnōs spūmānti sānguĭnĕ rīvōs. Tūrbĭnĕ nĭgrō Sānguĭnis ĕxūndāt tŏrrēns. Vŭlnĕrĭbūs crēbris lăvăt ātĕr cōrpŏră sānguis. Ibăt pūrpŭrĕŭs nĭvĕō dē pĕctŏrĕ sānguis. Āltĕrum in āltĕrĭŭs māctātūm sānguĭnĕ cērnām. Pūrpŭrĕām vŏmit ille ănĭmam, ēt cūm sānguĭnĕ mīxtă Vīnă rĕfērt mŏrĭēns. Fērvĭdŭs hic itĕrūm circă præcōrdĭă sānguis Incălŭit. Vōs ō quĭbŭs intĕgĕr ævi Sānguis, ăit, sŏlĭdæquĕ sŭō stānt rōbŏrĕ vīrēs. Sānguĭnĕis rŭbŭĕrūnt pābŭlă gūttis. Plēnis dē nārĭbŭs ibăt, *vel* ĕxibăt sānguis. Tūm crīnēs, ārdēntĭăque ōră crŭēntis Rōrĭbŭs, ēt tērră mŏrĭēntum ăspērgĭnĕ mānānt. *De sanguine è venis saliente.* Crŭŏr ēmĭcăt āltē, Nōn ălĭtēr quām cūm vĭtĭātō fistŭlă plūmbō Scindĭtŭr, ēt tĕnŭi strīdēntĕ fŏrāmĭnĕ lōngās Ējăcŭlātŭr ăquās ătque ictĭbŭs āĕră rūmpit. V. *Cruor.*
**sānguĭnĕŭs.** *Sānguĭnĕis ĕbŭli băccis mĭnĭōquĕ rŭbēntēm,* Virg. Ecl. 10, 27. SYN. Crŭēntŭs. V. *Sanguinolentus, vel* rŭbĕŭs, pūrpŭrĕŭs.
**sānguĭnŏlēntŭs.** *illĕ prĕmit dūrām sānguĭnŏlēntŭs hŭmūm,* Ovid. Fast. 4. SYN. Sānguĭnĕŭs, crŭēntŭs, crŭēntātŭs. PHR. Sānguĭnĕ, *vel* crŭōrĕ pērfūsŭs, spārsŭs, ăspērsŭs, cōnspērsŭs, rĕspērsŭs, imbūtŭs, rĭgātŭs, mădĭdŭs, mădēns, mădĕfāctŭs, infēctŭs, fœdātŭs, fœdŭs, tūrpis, rŭbĕr, măcŭlātŭs, squālĭdŭs, squāllēns, mānāns, stīllāns, rŭbēns, rŭbēscēns, cōncrētŭs, cōāctŭs, pinguis. VERS. Stĕtit imbrĕ crŭēntō Infōrmis făcĭēs. Squāllēntēm bārbam, ēt cōncrētōs sānguĭnĕ crīnēs. Ātrō tĕpĕfāctă crŭōrĕ Tērră. V. *Sanguis.*
**sănĭēs**, ĭēi.—*ēt sănĭē tābōquĕ flŭēntēs,* Virg. Æn. 8, 487. SYN. Tābūm, tābēs, crŭŏr. EPITH. Crāssă, pinguis, crŭēntă, pūtrĭdă, pūtris, cōncrētă, nĭgră, ātră, tētră, fœdă, sŏrdĭdă, cŏrrūptă, fœtĭdă, lūrĭdă, pēstĭfĕră, hōrrĭdă, flŭĭdă, stīllāns. PHR. Stīllāntis tābi sănĭēs. Vŭlnĕrĕ mānāns, *vel* stīllāns sănĭēs. Tūrpi tābō, *vel* sănĭē flŭēns, lĭquēns, stīllāns, mānāns, ăspērsŭs, infēctŭs, squālĭdŭs. Sănĭē tābōquĕ flŭēns. Crāssō tābō squāllēns. VERS. Tūrpi stīllānt dīlāpsă cădāvĕră tābō. Ēlīsō vēntrĕ, pĕr ōră Ējēctăt sănĭēm. V. *Sanguis.*
**sānĭtās**, ātis. *Pārs sānĭtātis vēllĕ sānāri fŭit.* (Iamb.) Sen. SYN. Vălētūdo, vĭgŏr, incŏlŭmĭtās, sălūbrĭtās, sălūs. EPITH. Intĕgră, fīrmă, ōptātă, ĕxpēctātă, blāndă, dŭlcis, ămābĭlis, vĭrĭdă, pērpĕtŭă, cōnstāns. PHR. Cōrpŏris sălūs, vĭgŏr. Cōrpŏris intĕgră virtūs. V. *Robur.*
**sāno.** *Fūnĕră, sānābūnt vĕl tŭă vīnă mĭlūm,* Prop. 3, 17, 10. PHR. Sălūtēm dō, rĕddo, rĕstĭtŭo. Fīrmās rĕstĭtŭo vīrēs. Mōrbūm pēllo, ĕxpēllo. V. *Medeor.*

Digitized by Google

sānŭs. *Dīlŭĭt insignēm bāccām, qui sānĭŏr āc si*, Hor. Sat. 2, 3, 241. SYN. Vălēns, intĕgĕr, incŏlŭmis, sōspĕs. PHR. Firmō cŏrpŏrĕ sānŭs. Sōspĕs, ĕt intĕgĕr. Sālvŭs āc vălēns. Mōrbō libĕr, immūnis. Mĕdicis hĕrbis nōn ĕgēns. Cui cōnstāt firmā vălētūdo. Sānō, *vel* vălidō cŏrpŏrĕ. Firmis virībŭs. V. *Robustus, Incolumis.*

săpiēns. *Nēvĕ pŭtēs ălĭūm săpĭentĕ bŏnōquĕ bĕātūm*, Hor. Ep. 1, 16, 20. SYN. Prūdēns, *vel* dōctŭs, ērŭdītŭs, pĕrītŭs. V. *Prudens.*

săpiēntĕr. *Mūnĕrĭbŭs săpĭēntĕr ūti.* (Dactyl. Troch.) Hor. Od. 4, 9, 48. SYN. Prūdēntĕr, *vel* dōctē.

săpiēntiă. *Dūcĕrĕ quō vēllĕt, fŭit hæc săpĭēntĭă quōndām*, Hor. A. Poet. 396. SYN. Prūdēntiă, *vel* dōctrīnă, sciēntiă. V. *Prudentia.*

săpio, is, ŭi. *Quūm săpĭmŭs pătrŭōs, &c.* Pers. 1, 11. SYN. Gūsto, *vel* rĕdŏlĕo, mĕdĭtŏr, cōgito.

săpŏr, ōris.—*Hūc tū jūssōs ăspĕrgĕ săpōrēs*, Virg. Geo. 4, 62. SYN. Gūstŭs. EPITH. Dūlcis, grātŭs, jūcūndŭs, suāvis, nēctărĕŭs, āmbrŏsĭŭs, ingrātŭs, injūcūndŭs, ămārŭs, ăspĕr, insuāvis. PHR. Ăspĕr in ōrĕ săpŏr. Pălātūm săpōris ărbitĕr, jūdēx. VERS. Āt săpŏr indiciūm făciēt mănifēstŭs, ĕt ōră Tristiă tēntāntūm sēnsū tōrquēbĭt ămārō.

săpōrŭs. *Nīl ēst dūlcĭŭs āc măgĭs săpōrūm*, (Phal.) Prud. SYN. Săpĭdŭs.

Sāppho, ūs. *Tēmpĕrăt Ārchĭlŏchī mūsām pĕdĕ māscŭlă Sāpphō*, Hor. Ep. 1, 19, 28. *Poëtria insignis; carminis inventrix, quod ab eâ Sapphicum appellatur. In mare se præcipitavit, præ amoris impatientiâ, quòd à Phaone repulsam pateretur.* EPITH. Pŏētică, Pĕlāsgis, Graiă, Lēsbiă, Lēsbis, Æŏliă, Æŏlis, *à patriâ Lesbo, insulâ Æolicarum primariâ.* PHR. Pĭĕrĭis sŏrŏr āddĭtă Mūsis. Cui mōlle ingĕniūm dōctă Thălĭă dĕdit. Mūsis Lēsbis ămīcă săcris.

sāpphirŭs, i. EPITH. Cærŭlĕă, cærŭlă, mĭcāns, aūrō vărĭātă.

sărcină. *Si tē fōrtĕ mĕæ grăvis ūrĕt sărcĭnă chārtæ*, Hor. Ep. 1, 13, 6. SYN. Ŏnŭs, pōndŭs: fāscis. EPITH. Grăvis, ŏnĕrōsă, mŏlēstă, ingēns, grāndis, iniquă, prĕmēns. V. *Onus.*

sărcio, is, ivi, itūm.—*gĕnĕris lāpsī sărcīrĕ rŭīnās*, Virg. Geo. 4, 249. SYN. Rĕsărcio, rĕpăro, pēnso, cōmpēnso. V. *Reparo.*

Sărdănăpălŭs. *ĕt Vĕnĕrĕ ĕt cœnis ĕt plūmā Sărdănăpăli*, Juv. 10, 362. *Ultimus Assyriorum Rex, miro libidinis genere effœminatissimus. A subditis obsessus in Palatio, exstructâ pyrâ se atque divitias in incendium misit.* EPITH. Mōllis, tūrpis, lāscivŭs, inĕrs, imbēllis, Āssўrĭŭs, infāmis, lŭxŭrĭōsŭs. VERS. Inquĕ pўrām tēcūm chārissimă cŏrpŏră mittās, Quēm fīnēm vītæ Sărdănăpălŭs hăbĕt.

Sărdĭnĭă. *insŭlă, Sărdĭnĭām vĕtĕrēs dīxērĕ cŏlōni*, Claud. Bell. Gild. *Insula maris Mediterranei, cujus aër admodum pestilens. In eâ nascitur herba venenosa, quæ, si comedatur, labia contrahit, ita ut ejus usu interemptus ridere videatur.* EPITH. Dīvĕs, fĕrāx, pēstĭfĕră, fĕrtĭlis, fœcūndă, ŏpŭlēntă, pēstĭlēns, nōxiă, fāmōsă. PHR. Ŭbi nŏxĭŭs āĕr. VERS. Dīvĕs ăgĕr frūgūm: quæ pārs vīcīnĭŏr Āfris, Plānă sŏlō, rătĭbŭs clēmēns, quæ rēspĭcit Ārctŏn, Immītis, scŏpŭlōsă, prŏcāx, sŭbitisquĕ sŏnōră Flūctĭbŭs; insānōs infāmăt nāvită mōntēs. Hinc hŏmĭnūm pĕcŭdūmquĕ lŭēs, hinc pēstĭfĕr āĕr, Sævit, ĕt ēxclūsis rēgnānt Āquĭlōnĭbŭs Aūstri.

Sărdŏnicŭs. *Nēc quæ Sărdŏnĭcō cēspĭtĕ māssă flŭit*, Rutil. 1, 354.

Sărdŏnĭŭs. *Sărdŏnĭūm jūxtā pŏsĭtūm, pūlchērquĕ, &c.* Pr. SYN. Sărdŏnicŭs, Sărdŏŭs. V. *Sardinia.*

sărdŏnўx, ўcis. *in mănĭbŭs dēnsī rădĭānt tēstūdĭnĕ tōtā Sărdŏnўchēs*, Juv. 6, 380. V. *Onyx.*

sărissă. *Qui clўpĕō glădĭōquĕ Măcĕdŏnĭāquĕ sărīssā*, Ovid. Met. 12, 466. EPITH. Pēllæă, *à Pellâ urbe Macedoniæ.* Æmŏnĭă, lēvis, lōngă, fĕrrātă, vălĭdă. VERS. Frāxĭnĕās vibrānt Măcĕdūm dē mōrĕ sărissās. Mārtiă fērt Măcĕdō tĕrĕtēs in bēllă sărissās.

Sărmătæ *vel* Saūrŏmătæ. *Vēnit ĕpōtō Sārmătă pāstŭs ĕquō*, Ov. EPITH. Vēlōcēs, trŭcēs, văgi, flāvi, intōnsi, fōrtēs, frigĭdi, gĕlĭdi, fĕri, crūdi, hirti, bēllācēs.

Sărnŭs. *Sārni mītis ŏpēs*, Sil. 8, 539. EPITH. Cāmpānŭs, vĭtrĕŭs, ămœnŭs, vēlōx.

sărrācūm. *Pigrī sărrācă Boōtæ*, Juv. 5, 23. SYN. Plaūstrūm. EPITH. Grăvĕ, strīdēns, rŏbūstūm, tārdūm, sēnōrūm, gĕmēns.

Digitized by Google

**Sārrānŭs**, ă, ūm. *Sārrānō dōrmiāt ōstrō*, Virg. G. 2, 506. *Tyrus olim Sarra dicta est, hinc Sarranus, id est Tyrius. Tyria autem purpura celebris ólim fuit.* SYN. Tўrĭŭs: pūrpŭrĕŭs.

**sāt.** *Hæc sāt ĕrit, dīvæ, vēstrūm cĕcĭnīssĕ pŏētām*, Virg. Ecl. 10, 70. SYN. Sătĭs, ăbūndē.

**sătă**, ōrūm. *ĕt plŭvĭā ingĕntī sătă lætă, bŏūmquĕ lăbōrēs*, Virg. Geo. 1, 325. SYN. Sĕgĕs: ăgĕr, cūltă, ōrūm. V. *Ager et Seges.*

**sătēllĕs**, ĭtĭs. *īllĕ Dĕæ cūstōs; īllĕ sătēllĕs ĕrăt*, Ovid. Fast. 5, 538. SYN. Stīpātŏr, cūstōs, mīlĕs, mĭnĭstĕr. EPITH. Ārmātŭs, rōbūstŭs, vălĭdŭs, fōrtĭs, strēnŭŭs: aūdāx, sēdŭlŭs, īmpĭgĕr, īnsōmnĭs, vĭgĭl, fĭdēlĭs, fīdŭs, trūx, bărbărŭs, fĕrōx. PHR. Mīlĭtūm, *vel* cūstōdūm cŏhōrs, cŏrōnă, cūstōdĭă, tūtēlă, præsĭdĭūm. Āccīnctŭs glădĭīs, lōrīcātūsquĕ sătēllĕs. VERS. Grāssātūr tōtā răbĭdŭs rĕgĭōnĕ sătēllĕs.

**sătĭĕtās**, ātĭs. *Nĕque ĕīs ūllā ōrnāndī sătĭs sătĭĕtās ĕst*, Ter. SYN. Sătŭrātĭo, *vel* fāstīdĭūm, tædĭūm, naūsĕă. EPITH. Mŏlēstă, grăvĭs, fāstīdĭōsă. PHR. Ēxēmptă, *vel* plācātă fămēs.

**sătĭo**, ās. *Cōrquĕ fĕrūm sătĭā*, Ov. M. 9, 178. V. *Saturo.*

**sătĭs.** *Sōlvĭtĕ mē, pŭĕrī, sătĭs ĕst pŏtŭīssĕ vĭdērī*, Virg. Ecl. 9, 24. SYN. Sāt, ăbūndĕ.

**sătĭsfăcĭo**, fēcī. *ĕt jūrārĕ jŭbēs, mālō sătĭsfăcĕrĕ*, (Pent.) SYN. Făcĭo sătĭs: plăcĕo. dēbĭtūm sōlvo, ēxsōlvo, pērsōlvo.

**sătĭŭs.** *Nōnnĕ fŭīt sătĭŭs trīstēs Āmăryllĭdĭs īrās?* Virg. Ecl. 2, 14. SYN. Pŏtĭŭs, mĕlĭŭs.

**sătŭr**, ă, ūm. *Dūx ărĭēs sătŭrās īpsĕ rĕdūxĭt ŏvēs*, Prop. 3, 13, 40. SYN. Sătŭrātŭs, sătĭātŭs, rĕfēctŭs, ēxplētŭs, rĕplētŭs. PHR. Cĭbĭs ēxplētŭs, grăvĭs.

**sătŭro**, ās. *Īlĭgnīs mĕlĭŭs sătŭrātŭr glāndĭbŭs ălvŭs*, Prud. SYN. Sătĭo, ēxsătŭro, ēxsătĭo, ēxplĕo, rĕplĕo. PHR. Cĭbĭs fămēm pēllo, dēpēllo, rĕpēllo, ēxĭmo, ēxtĭnguo, rēstĭnguo, cōmprĭmo, sēdo, plāco, lĕvo, sōlŏr, sătŭro, ēxplĕo. VERS. Pōstquam ēxēmptă fămēs, ĕt ămōr cōmprēssŭs ĕdēndī. Jāmquĕ cĭbō vīnōquĕ grăvēs, sōmnōquĕ jăcēbānt. Pōstquām prīmă quĭēs ĕpŭlīs mēnsæquĕ rĕmōtæ. V. *Manduco, Edo, et Epulor.*

**Sātūrnĭŭs.** *Nēc Sātūrnĭŭs hæc ŏcŭlīs pătĕr āspĭcĭt æquīs*, Virg. Æn. 4, 372.

**Sātūrnŭs.** *Sātūrnŭs rēgnīs ăb Jŏvĕ pūlsŭs ĕrăt*, Ovid. Fast. 3, 796. *Cœli et Vestæ filius, Opis frater et maritus. Ejus frater Titan regno cessit, eâ lege, ne prolem masculam educaret; quare liberos Saturnus devorabat, ut primùm nascebantur. Sed Ops eum decepit, et Jovis loco lapidem pannis involutum obtulit, Jovemque furtim alendum tradidit. Eâdem arte Neptunum ac Plutonem servavit incolumes. Hâc fraude detectâ, Titan unà cum filiis Titanibus, Saturno bellum intulit, victumque in carcere detinuit, donec à Jove liberatus est. Postea Saturnus in Italiam aufugit, ubi à Jano Rege exceptus est, Poëtarum figmento, qui ejus tempore ætatem auream, id est felicissimam, fuisse fabulantur.* EPITH. Āntīquŭs, prīscŭs, sĕnēx, cānŭs, ānnōsŭs, ēxŭl, fŭgāx, prŏfŭgŭs, fŭgĭtīvŭs, aūrĕŭs, crūdēlĭs, īmmītĭs, trīstĭs, fālcĭtĕnēns, fālcātŭs, fālcĭgĕr. PHR. Fālcĭfĕr, fālcĭtĕnēns, *vel* fălcĕ pŏtēns Dĕŭs. Sĕnēx fālcĭgĕr. Sātūrnŭs pătĕr aūrĕī rēx ārbĭtĕr ærī. Rēgnĭs ēxŭl ădēmptĭs. Prōgĕnĭtŏr Dīvūm. Cūrvātā fălcĕ mĭnāns. VERS. (*Virg. Æn.* 8.) Prīmŭs ăb æthĕrĕō vēnĭt Sātūrnŭs Ŏlўmpō, Ārmă Jŏvĭs fŭgĭēns, ĕt rēgnĭs ēxŭl ădēmptĭs: is gĕnŭs īndŏcĭle, āc dīspērsūm mōntĭbŭs āltĭs Cōmpŏsŭĭt, lēgēsquĕ dĕdĭt. (*Id.* 7. *Æneid.*) Sātūrnī gēntem, haūd vĭnclō nēc lēgĭbŭs, æquām Spōntĕ sŭā, vĕtĕrĭsquĕ Dĕī sē mōrĕ tĕnēntēm.

**Sātūrnŭs.** *Planeta. Ēt grăvĕ Sātūrnī sўdŭs ĭn ōmnĕ căpŭt*, Prop. 4, 1, 84. PHR. Fālcĭgĕrī sĕnĭs sўdŭs. Frīgĭdă Sātūrnī stēllă. Sātūrnŭs lĭvēntī pāllĭdŭs āstrō.

**sătŭs.** *Tūnc sīc ōrsă lŏquī vātēs, sătĕ sānguĭnĕ Dīvūm*, Virg. Æn. 6, 125. SYN. Nātŭs, crĕātŭs, ōrtŭs, gĕnĭtŭs, *vel* cōnsĭtŭs.

**sătўră.** *Sūnt quĭbŭs ĭn sătўrā vĭdĕār nĭmĭs ăcĕr, ĕt ūltrā*, Hor. Sat. 2, 1, 1. EPITH. Mōrdāx, dēntātă, lĭvēns, aūdāx, prŏcāx, pĕtŭlāns. PHR. Mōrdāx, *vel* lĭvēns cārmĕn. Mōrdācēs nŭmĕrī, vērsŭs. Plēnă cōnvĭcĭĭs *vel* ŏpprŏbrĭĭs, cārmĭnă. VERS. Cārmĭnĕ mōrdācī pŏpŭlī dēpīngĕrĕ mōrēs. Dĭffĭcĭle ĕst sătўrām nōn scrībĕrĕ: nām quĭs ĭnīquæ Tām pătĭēns ūrbĭs, tām fērrĕŭs, ūt tĕnĕăt sē.

**Sătўrī.** *Cōnvĕnĭĕt Sătўrōs ĭtă vērtĕrĕ sērĭă lūdō*, Hor. Poët. 226. *Sylvarum Dii, capite cornuto, pedibus caprinis, toto corpore villoso: velocissimi et imprimis lascivi.* SYN. Faūnī, Sўlvānī, Pānĕs. EPITH. Āgrēstēs, sўlvēstrēs, cōrnĭgĕrī,



Digitized by Google

hirsūti, bicŏrnēs, bifōrmēs, căprĭpĕdēs, prōtĕrvi, prŏcācēs, lăscivi, pĕtŭlāntēs, sălācēs, vāgi, lĕvēs, cĕlĕrēs, vĕlōcēs, ălăcrēs, săltāntēs, fŭgācēs, rūrĭcŏlæ, mōntĭcŏlæ. PHR. Dii sylvēstrēs, agrēstēs, rūrĭcŏlæ; căprĭpĕdēs. Sylvārūm, vel rūris Dii, nūmĭnă. Rūstĭcă nūmĭnă. Mōntĭcŏlæ Sātyrisci. Bācchi prævia turbă Dĕi. Sātyrōrūm tūrbă, cŏhōrs. Sātyri, pĕtŭlāntiă nūmĭnă, tūrpēs. In Vĕnĕrem Sātyrōrūm prōnă jŭvēntūs.

saūcio. *Saūcĭăt ūnguĕ gĕnās*, Ov. A. A. 3, 708. V. *Vulnero*.

Saūrŏmātæ. *Saūrŏmātæquĕ trŭcēs*, Juv. 15, 125. V. *Sarmatæ*.

Sāxŏnēs, ŭm. *Dŏmĭtō quŏd Sāxŏnĕ Tēthys*, Claud. Eutr. 1, 392. EPITH. Dūri, rĭgĭdi, fōrtēs, māgnănĭmi, bēllācēs, fĕrōcēs.

săxĭfĭcŭs. *Sāxĭfĭcōs vūltūs, quæcūmque ĕă, tōllĕ, &c.* Ov. Met. 5, 217. PHR. In sāxă vērtēns.

sāxōsŭs. *Nāscūntŭr stĕrĭlēs sāxōsis mōntĭbŭs ōrni*, Virg. Geo. 2, 111. SYN. Lăpĭdōsŭs, pĕtrōsŭs, scrūpĕŭs, sălebrōsŭs, scŏpŭlōsŭs. PHR. Sāxis, scŏpŭlis, vel sălebris āspĕr, crēbĕr, frĕquēns, plēnŭs, rĕfērtŭs, hōrrēns. Sylvis hōrrēntiă sāxă frăgōsis. Præcĭpĭtēs, rĭgĭdæ, vel sălebrōsæ ūndĭquĕ cautēs. Āspĕrĭtās ĭnīquă lŏci. Ōmnĭă nūdŭs lăpis vel crēbrūm sāxūm tĕgit, ōbdūcit, āspĕrăt.

sāxūm. *Īmmānēmquĕ rŏtam, ĕt nōn ēxsŭpĕrābĭlĕ sāxūm*, Virg. Geo. 3, 39. SYN. Sĭlēx, lăpis, rūpēs, scŏpŭlŭs. EPITH. Dūrūm, sŏlĭdūm, āspĕrūm, gĕlĭdūm, hūmĭdūm, hōrrēns, fĕrūm, lătebrōsūm, prærūptūm, cōncăvūm, hōrrĭdūm, frĭgĭdūm, hīrtūm, rĭgēns, scabrūm, crūdūm, ūndĭsŏnūm, inhŏspĭtūm, mōntānūm, ădēsūm, sălebrōsūm, dūmōsūm, mūscōsūm, scrūpĕūm. VERS. Spūmĕă circūm Sāxă frĕmūnt. Mūltāquĕ rŭbēntiă cædĕ Lūbrĭcă sāxă mădēnt. Nōn scrūpĕă sāxă lŏcōrūm Præclūdānt ădĭtūs. Jāmquĕ făcēs ĕt sāxă vŏlānt, fŭrŏr ārmă mĭnistrăt. Āddĕ tŏt ēgrĕgiās ūrbēs, ŏpĕrūmquĕ lăbōrĕm, Tŏt cōngēstă mănū prærūptis ōppĭdă sāxis. V. *Rupes*.

|| scăbēllūm. SYN. Scāmnūm, sēdĭlĕ, sēdēs. V. *Sedile*.

scăbĕr, scabră, ūm. *ĕt tōphŭs scăbĕr, ĕt nĭgris ēxēsă chĕlydris*, Virg. Geo. 2, 214. SYN. Āspĕr, rĭgĭdŭs, rŭdis, scabrōsŭs. V. *Scabies*.

scăbiēs, iēi. *ŭt mălă quēm scăbiēs aūt mōrbŭs, &c.* Hor. A. Poēt. 453. SYN. Pōrrīgo, scabrĭtiēs. EPITH. Mălă, mŏlēstă, ĕdāx, tūrpis, immūndă, fœtĭdă, ōbscœnă, āspĕră. PHR. Scăbiēi prūrītŭs, prūrīgo, āspĕrĭtās, vīrŭs. Scăbiōsă cūtis. Scăbiē plēnă, infēctă, mōrbĭdă, sōrdĭdă, cōrrūptă cūtis, vel căro. Cūtem scăbiēs rōdit, ĕdit, ēxĕdit. VERS. Grēx tōtŭs in ăgris Ūniŭs scăbiē cădit, ĕt pōrrīgĭnĕ pōrci. Mōrbĭdă sōlă pĕcŭs tōtūm cōrrūmpit ŏvīlĕ. Tūrpis ŏvēs tēntăt scăbiēs.

scăbiōsŭs. *nāmque ĕst scăbiōsŭs, ĕt ăcri*, Pers. 2, 13. SYN. Scăbĕr: Scăbiē infēctŭs. V. *Scabies*.

scăbo, scābi. *Sæpĕ căpŭt scăbĕrĕt*, Hor. S. 1, 10, 71. SYN. Frico.

scabrĭtiēs, iēi. *Scabrĭtiēmque ănĭmi flŭviālĭbŭs ăblŭit ūndis*, Mart. SYN. Āspĕrĭtās, vel scăbiēs. EPITH. Dūră, rĭgĭdă, āspĕră, rŭdis, impŏlītă, ingrātă.

scălæ. *Hærēnt părĭĕtĭbŭs scălæ, pōstēsquĕ sŭb ipsōs*, Virg. Æn. 2, 442. EPITH. Ārdŭæ, āltæ, tĕrĕtēs, făcĭlēs, ērēctæ, pēnsĭlēs. VERS. Hærēnt părĭĕtĭbŭs scălæ, pōstēsquĕ sŭb ipsōs Nītūntŭr grădĭbŭs. Scāndit ĭnăccēssās, scălārūm mūnĕrĕ, tūrrēs. Rēscindit vāllum, ĕt scălās in mœniă pōscit.

scālmŭs. *Prōră pĕr ădvērsūm, scālmis stĭpāntĭbŭs, āmnĕm Vix ăgĭtŭr*. V. *Remus*.

scālprūm. *Si scālpra ĕt fōrmās nōn sūtŏr*, Hor. S. 2, 3, 106. SYN. Cœlūm. EPITH. Ăcūtūm, ădūncūm, dūrūm, tĕnŭĕ, ĕxīlĕ. V. *Cælum*.

Scămāndĕr, dri. *Fūndūnt Scămāndri flūmĭnă*, Hor. Ep. 13, 10. *Trojæ fluvius, alio nomine Xanthus, in quo filiæ mox nupturæ se alluebant*. EPITH. Fātālis, Phrygiŭs, Dārdănŭs, Trōjānŭs, præcēps, āmœnŭs, sŏnāns, rĕsŏnāns.

scāmnūm. *ĕt căvă sŭb tĕnĕrūm scāmnă dĕdissĕ pĕdĕm*, Ov. A. A. 1, 162. SYN. Sēdĭlĕ, sēdēs.

scāndălūm. *Scāndălă prōcŭlcăt pĕdĭbŭs, nēc frōntĕ, &c.* Pr. EPITH. Nŏxiūm, mălūm, ĕxĭtiōsūm.

scāndo, scāndi. *Cŏhōrs gĭgāntūm scāndĕrĕt impĭă*, (Alcaic.) Hor. Od. 2, 19, 22. V. *Ascendo*.

scăphă. *Tū mĕ birēmis præsĭdiō scăphæ*. (Alcaic.) Hor. Od. 3, 29, 62. SYN. Cymbă, lēmbŭs. EPITH. Lēvis, vāgă, ăgĭlis, vŏlŭcris, părvă, birēmis, tĕnŭis. V. *Cymba*.

Digitized by Google

scăphĭŭm. *ĕt rŭdĕ scăphiŭm pōsĭtĭs cūm sūmĭtŭr ārmĭs*, Juv. 6, 263. EPITH. Ærĕŭm, ăhēnŭm: tūrpĕ, fœdŭm.

scărŭs. *Sīc ĕt scărŭs ārtĕ sŭb ūndĭs Īncĭdĭt*, Ov. EPITH. Ŏbēsŭs, æquŏrĕŭs, Cārpăthĭŭs, mōllĭs, ăvĭdŭs.

scătebră. *Săxă cĭĕt scătĕbrĭsquĕ ărēntĭă tēmpĕrăt ārvă*, Virg. Geo. 1, 110. PHR. Scătūrigo, fōns.

scătĕo. *Quī scătĕt ĕt sālsās circŭm sĕ prŏvŏmĭt ūndās*, Luc. 6, 891. V. *Scaturio.*

scătūrigo, ĭnis. SYN. Scătebră, fōns: ŏrigo. EPITH. Lătēns, ŏccūltă, cæcă, ĭmă, āltă, lĭmpĭdă, sŏnāns, pĕrēnnĭs, sălĭēns. PHR. Scătēns rĭvŭs, rĭvŭlŭs. Vēnă pĕrēnnĭs ăquæ. Jūgis ăquæ fōns. Fōntĭs ŏrtŭs, ŏrigo, căpŭt, ăquōsŭs mĕātŭs. V. *Fons.*

scătūrio, ĭs, ĭi. *Crīnēs vērmĭcŭlīs scătūrĭēntēs*, (Phal.) Prud. SYN. Scătĕo, ēffluo, ēmāno: ērŭmpo, ĕxĭlio, dērĭvŏr, ŏrĭŏr, ēbūllio.

scĕlĕrātŭs.—*fāctō pĭŭs ĕt scĕlĕrātŭs ĕōdĕm*, Ov. M. 3, 5. SYN. Scĕlēstŭs, nĕfārĭŭs, nĕfāndŭs, ĭmprŏbŭs, flāgĭtĭōsŭs, nēquām, pērdĭtŭs, mălĭgnŭs, nŏxĭŭs, ĭmpĭŭs. PHR. Scĕlĕrĭs, *vel* crīmĭnis ārtĭfĕx, aūthŏr, cōnscĭŭs, rĕŭs, nŏcēns, hŏrtātŏr. Scĕlĕrŭm sēctātŏr. Scĕlĕri āddīctŭs, āssuētŭs. Æqui cōntēmptŏr. Scĕlĕrŭm cōnscĭŭs. Prāvi cui cōnscĭă mēns ĕst. Scĕlĕrŭm mōlĕ grăvātŭs, ŏbrŭtŭs. Aūsū nĕfāndō tĕmĕrārĭŭs. Sōntēs aūdāx ĭn aūsūs. Dissuāsŏr hŏnēsti. VERS. Heū cădĭt ĭn quēnquām tāntŭm scĕlŭs! Mēns ĕffĕră nē quĭd ĭnaūsŭm, Aūt ĭntēntātŭm scĕlĕrīsvĕ dŏlīvĕ rĕlĭnquăt. Vĭŏlāt lēgis jūră trĕmēndă săcræ. Cūncta aūdĕt Sŭpĕrŭm cōntēmptŏr, ĕt æqui Ĭmpătĭēns. Pērvērsi lēx ĭmprŏbă cœtŭs. Ĭmpĭĕtās quōrŭm cōrdă prŏfānă tĕnĕt. V. *Impius.*

scĕlŭs, ĕris. *ūnquām scĕlĕris ērrōri ĭndĭdĭt?* (Iamb.) SYN. Crīmĕn, făcĭnŭs, flāgĭtĭŭm, nŏxă, cūlpă, dēlīctŭm, nĕfās, pĭācŭlŭm. EPITH. Ĭnfāndŭm, nĕfāndŭm, ĕxĭtĭālĕ, sævŭm, ĭmmānĕ, nĕfārĭŭm, hŏrrĭdŭm, ĭmprŏbŭm, crūdēlĕ, ĭnaūdĭtŭm, ātrŭm, fœdŭm, pĕtūlcŭm, pŭdēndŭm, tētrŭm, mūlctābĭlĕ, ĭnīquŭm, sānguĭnĕŭm, mĭsĕrŭm, ĭnfēlix, mŏrtĭfĕrŭm. PHR. Scĕlēstŭm, nĕfāndŭm, aūdāx făctŭm. Sōntēs aūsŭs. Scĕlĕrātæ crīmĭnă vītæ. Cūlpæ crīmĕn atrōx. Vĕtĭtŭm nĕfās. Scĕlĕrŭm ĭnfāndi cōnātŭs. Scĕlĕrŭm lābēs, lŭēs, sōrdēs, dēdĕcŭs, prŏbrŭm. VERS. Tām mūltæ scĕlĕrŭm făcĭēs. Fūgĕrĕ pŭdŏr, vērŭmquĕ, fĭdēsquĕ: Ĭn quōrŭm sŭbĭērĕ lŏcŭm fraūdēsquĕ dŏlīquĕ, Ĭnsĭdĭæque, ĕt vīs, ĕt ămŏr scĕlĕrātŭs hăbēndi. Sēdĭtĭōnĕ, dŏlīs, scĕlĕre, ātquĕ lĭbīdĭne, ĕt īrā Pēccātŭr. Scĕlĕrātă fŭrēntēs, Mēns ăgĭt ĭn făcĭnŭs. Gēns hūmānă rŭit pĕr vĕtĭtŭm nĕfās. Nītĭmŭr ĭn vĕtĭtŭm. Cērtăt ĭn ŏmnĕ făcĭnŭs. Scĕlĕrŭm sævit mălĕsānă lĭbido. Ĭmpĭĕtās sēcūră Dĕi, ōmne aūsă scĕlŭs.

scēnă. *æquŏră tūtă sĭlēnt, tūm sȳlvĭs scēnă cŏrūscĭs*, Virg. Æn. 1, 164. SYN. Ŭmbrācŭlŭm, *vel* thĕātrŭm. EPITH. Ŭmbrōsă, frōndēns, grātă, vĭrēns, vĭrĭdĭs, ămœnă, lūdĭcră. VERS. Scēnă pătĕt mūltĭs dēlĭcĭōsă jŏcĭs. Sȳlvĭs scēna āltă cŏrŭscĭs Dēsŭpĕr, hŏrrēntique ātrŭm nĕmŭs ĭmmĭnĕt ūmbră.

scēnĭcŭs. *ĕt sōlā tāntŭm scēnĭcŭs ārtĕ fĕrŏr*, Mart. 9, 29, 6. SYN. Thĕātrĭcŭs, thĕātrālĭs, *vel* Histrio.

scēptrĭfĕr, ă, ŭm. *Scēptrĭfĕrŭs ārctā pălmās vīnxērĕ cătēnā*, Sil. 17, 143. SYN. Scēptrĭgĕr. V. *Rex.*

scēptrŭm. *Gēssit hŏnōrātā rēgĭă scēptră mănū*, Ovid. EPITH. Aūrātŭm, ĕbŭrnĕŭm, ĭnsignĕ, splēndĭdŭm, sŭpērbŭm, dĕcŏrŭm, cŏrŭscŭm, prĕtĭōsŭm, gēmmāns, fūlgēns, vĕnĕrāndŭm, vĕrēndŭm, mĭnāx, ĭmpĕrĭōsŭm, rēgālĕ. PHR. Rēgĭŭm, *vel* Rēgis ĭnsignĕ, gēstāmĕn. Virgă nŏbĭlĭs. Scēptri dĕcŭs, hŏnŏs, ĕbŭr. Scēptri grăvĭtās. Rēgālis dēxtræ rēgĭmĕn. Aūrō, gēmmīsquĕ dĕcōrŭm. VERS. Quĭdnăm scēptră jŭvānt, tōtum ĭnvĭdĭōsă pĕr ōrbĕm? Aūrĕă cūm dēxtræ scēptră dĕdērĕ mĕæ. Nŏbĭlĕ dēxtră Tŏrquĕt ĕbŭr.

Schĭnĭs, *vel* Scĭnĭs. *ŏccĭdĭt īllĕ Schĭnĭs, māgnĭs mălĕ vīrĭbŭs ūsŭs*, Ov. *Insignis latro, qui juxta Corinthum miro crudelitatis genere sæviebat: Pinis scilicet in terram flexis homines alligabat, ut arboribus in sublime renitentibus corpora discerperentur in partes. Eodem hunc tormenti genere Theseus dilaniavit.* EPITH. Sānguĭnĕŭs, sævŭs, trŭx, ĭmmĭtĭs, dīrŭs, atrōx.

schŏlă. *Nōbĭlĭs ĕt dŏtāta ŭxŏr, dŏmŭs ĕt schŏlă cūltæ*, Aus. SYN. Gȳmnăsĭŭm, pălæstră, lūdŭs. EPITH. Dŏctă, cĕlĕbrĭs, clāră, ĭnsignĭs. PHR. Dŏctrīnæ sēdēs, măgīstră. Mūsārŭm sēdēs, lŏcŭs. Dĭscĭpŭlīs frĕquēns.

schŏlāstĭcŭs. EPITH. Pĕrītŭs, ĭngĕnĭōsŭs, dŏctŭs, făcūndŭs, dĭsērtŭs, ĭngĕnŭŭs, vĭgĭl, āuxĭlĭs. PHR. Mūsārŭm cāstră sĕcūtŭs. Ārtĭbŭs ĭngĕnŭīs ĕxcūltŭs



Digitized by Google

Quēm Mūsæ stūdĭīs ēxcōlŭērĕ sŭīs. Cuī cūræ ēst dŏctĭs invĭgĭlārĕ Cămœnis. V. *Doctus.*

scĭēntĭă. *Jām jam ĕffĭcācī dō mănūs scĭēntĭæ.* (Iamb. Dim.) Hor. Epod. 17, 1. SYN. Nōtĭtĭă, cŏgnĭtĭo, *vel* dĭscĭplīnă, ārs, stūdĭūm, *vel* dŏctrīnă. V. *Doctrina, Eloquentia, Studia, Artes.*

scĭens. *Scĭēntĭŏrĭs cārmĭnĕ.* (Iamb. Dim.) Hor. Ep. 5, 72. SYN. Dŏctŭs, gnārŭs, pĕrītŭs, nōn ignārŭs. V. *Doctus.*

scĭlĭcĕt. *Scĭlĭcĕt hŏc ĕtĭām rēstābāt, ădūltĕră, dīxĭt,* Ovid. Met. 2, 471. SYN. Vīdēlĭcĕt, nīmīrūm, nēmpĕ, quīppĕ, nāmq, ĕnim.

scindo, scĭdī, scīssūm. *Ăt scĭdĭt, ĕt mĕdĭō fēcĭt sĭbĭ, &c.* L. SYN. Ābscindo, dīscindo, rēscindo, prōscindo, sĕco, rĕsĕco, sūbsĕco, ēxsĕco, dīssĕco, ēxcīdo, incīdo, rĕcīdo, āmpŭto; trūnco, mŭtĭlo, lăcĕro, dīlăcĕro; cædo, fĕrĭo. PHR. Fērrō, fālcĕ, sĕcūrī, *vel* bĭpēnnī fĕrĭo. Fērrō discindo, āvĕllo, dīsrŭmpo, ērŭo, ēvērto. In frūstă, pārtēs in mūltās sĕco. VERS. Nēc pŏtĕrit rĭgĭdās scindĕrĕ rēmūs ăquās. Īmmĕdĭcābĭlĕ vūlnūs Ēnsĕ rĕcīdēndum ēst. Cōmprēnsām fōrcĭpĕ lĭnguām Ābstŭlĭt ēnsĕ fĕrō. Ăvūlsæ cĕcĭdērĕ mănūs, ēxsēctăquĕ lĭnguă Pālpĭtăt. Pārtēs ŭbĭ sĕ vĭā fĭndĭt in āmbās. Fīndĭtŭr in sŏlĭdūm cŭnĕīs vĭā. Dĕhĭscĭt ăn-gūstā părĭēs fĭssūs rīmā. Cŭnĕīs scindēbānt fīssĭlĕ lĭgnūm. Vītēs incīdit fālcĕ nŏvēllās. V. *Lacero, et Caput amputare.*

*scindo arborem,* vel *sylvam.* PHR. Sĕcūrī, bĭpēnnī, *vel* fĕrrō, rōbŏră, pīnūs prōscindĕrĕ, ēxscindĕrĕ, fĕrīrĕ. Cūm stīrpĭbŭs īmīs ērŭĕrĕ, ēvērtĕrĕ. VERS. Fērrō sŏnăt ĭctă bĭpēnnī Frāxĭnŭs, ēvērtūnt āctās ăd sȳdĕră pīnūs. Sŏnăt ĭctă sĕcūrĭbŭs īlĕx. Jŭbĕt īmmīssō sȳlvām prōcūmbĕrĕ fĕrrō. Pūlsă gĕmĭt crēbrĭs sūccūmbēns ĭctĭbŭs ărbŏr. V. *Evello.*

scīntīllă. *ĕrgo ignēm cūjūs scīntīllās īpsĕ dĕdīstī,* Juven. 14, 243. SYN. Īgnĭtă, ārdēns, rŭbēns, cŏrūscāns, tĕnŭĭs, pārvă, vŏlāns, vŏlātĭlĭs. PHR. Sēmĭnă flām-mæ. Crēbræ scintillæ ēxĭlĭūnt, mĭcānt, vŏlĭtānt. VERS. Ēt prīmūm sĭlĭcis scintillam ēxcūdit Āchātēs. V. *Ignis.*

Scīpio, ōnis. *Spēctātquĕ vĭrūm īnsătĭābĭlĭs īrā Scīpĭō,* Sil. 13. *Scipio, Africanus dictus, quòd Annibalem in Africâ vicisset, et Carthaginienses Romano subjecisset imperio. Idem in Asiâ victoriam de Antiocho reportavit insignem. Alter postea fuit Scipio, Æmilianus vocatus, qui Carthaginem et Numantiam funditus evertit. Ambo* Scīpĭădæ *appellantur.* SYN. Scīpĭădă. EPITH. Aū-sŏnĭŭs, Rōmŭlĕŭs, trŭcŭlēntŭs, fŏrtĭs, aūdāx, Mārtĭŭs, māgnănĭmŭs, gĕnĕrōsŭs, ănĭmōsŭs, Māvŏrtĭŭs, impērtĕrrĭtŭs, tērrĭfĭcŭs, strēnŭŭs. PHR. Dŭŏ fūlmĭnă bēllī Scīpĭădæ. Scīpĭădās dūrōs bēllō. Hŏstis Pœnōrum, ēt Rōmānī sānguĭnĭs ūltŏr, Scipio. Scīpĭădæ spēctātă jŭvēntūs Āc vīrtūs īnfrāctă mălīs.

scĭo, scīvī. *īnsĕquĭtŭr, caūsās tāntī scĭăt īllă fŭrōrĭs,* Virg. Æn. 5, 788. SYN. Nōvī, tĕnĕo, cŏgnōsco, nōsco, cāllĕo, intēllĭgo. PHR. Nōn ignōro. Nōn sūm ignārŭs, nēscĭŭs, īnscĭŭs. Nōn mĕ lătĕt, fŭgĭt, prætĕrit.

scĭŏlŭs. *ipsĭŭs, ēt scĭŏlō quīcquăm suādĕrĕ pŏpĕllō,* M. SYN. sēmĭdŏctŭs.

scīrpŭs. *Ter.* EPITH. Ēnōdĭs, frăgĭlĭs, pălūstrĭs, līmōsŭs, stĕrĭlĭs, tĕnĕr, flĕxĭlĭs. V. *Juncus.*

scīscĭtŏr, āris. *ŭt ăb Āquĭtānĭs ĭstă scīscĭtārētŭr.* (Scaz.) SYN. Scĭtŏr, pērcōntŏr, pĕto, quæro, pōstŭlo, intĕrrŏgo. VERS. Tūm vēro ārdēmŭs scĭtārī, ēt quærĕrĕ caūsās. Scĭtārĭs dĭgnă rĕlātū. Caūsāmquĕ rĕquīrăt Īnscĭŭs. Quæ sĭt sēntēntĭă pōsco. Pērcōntāndō mŏrātŭr.

ſ scĭssĭlĭs. SYN. Fīssĭlĭs.

scĭssŭs. *ēt scīssā vēstĕ Lătīnŭs,* Virg. 12, 609. SYN. Ābscīssŭs, sĕcātŭs, ēxscīs-sŭs, lăcĕrātŭs. V. *Scindo.*

scĭtē, adv. *ātquĕ sĕpūlchrālēs scītĕ incāntārĕ făvīllās,* Prud. SYN. Dŏctē, *vel* vĕnūstē, *vel* ărgūtē.

scĭtŏr, āris.——*Eūrȳpĭlūm, scĭtātum ōrācŭlă Phœbī,* Virg. Æn. 2, 114.

scĭtŭs.—*mēmbrīsquĕ vălēns, scĭtŭsquĕ vădōrūm,* Ovid. Met. 108. SYN. Scĭēns, dŏctŭs, *vel* ărgūtŭs, vĕnūstŭs.

scōpŭlōsŭs. *Hinc īllinc mōntēs scōpŭlōsæ rūpĭs ăpērtō,* Luc. 2, 619. V. *Saxosus.*

scŏpŭlŭs. *Dēdūcit scŏpŭlōs, ēt mōntēm rūpit ăcētō,* Juven. 10, 153. SYN. Săxūm, caūtēs, sĭlēx, rūpēs. EPITH. Īmmānĭs, ădēsŭs, frōndōsŭs, mĭnāx, scăbĕr, dūrŭs, mūscōsŭs, ăcūtŭs, tūmĭdŭs. PHR. Scŏpŭlŭs raūcis pēndĕt ădēsŭs ăquis. Mūscōsōsquĕ sĭtū scŏpŭlōs. V. *Rupes.*

scŏpŭs. *Sĭt scŏpŭs, ēt vītæ sānctīssĭmă rēgŭlă Chrīstŭs,* B. SYN. Mētă, īndēx,

Digitized by Google

finis: prŏpŏsĭtūm. EPITH. Prŏpŏsĭtŭs, dēsignātŭs, signātŭs, stătūtŭs; certŭs. PHR. Jăcŭlis incessĭtŭr index. In scŏpūm cōllĭmārĕ, cōllĭneārĕ, intēndĕrĕ: rēctā tēndĕrĕ: jăcŭlūm dīrĭgĕrĕ *vel* tōrquērĕ. V. *jaculor*. Scŏpūm, *vel* mētūm tāngĕrĕ, āssĕqui.

scōrpiŭs. *Mĕtŭēndŭs ăcūmĭnĕ caudæ Scōrpĭŭs*, Ov. F. 4, 163. SYN. Scōrpio, nĕpă. EPITH. Vĕnēnōsŭs, lēthĭfĕr, dīrŭs, nŏcēns, mōrtĭfĕr, īnfēstŭs, mĭnāx, ācĕr. PHR. Ăcūtō ănguĕ, caudā ūncā, vĕnēnĭfĕr. Insĭdĭās sŭb caudĕ tēndēns. Dīrō vĕnēnō mōrtĭfĕr. Dīrō mōrtĭfĕr ictū. Vĭŏlēntŭs ăcūmĭnĕ caudæ. Nigrūm fĕrēns in ăcūmĭnĕ vīrŭs. Vĭŏlēntā cūspĭdĕ sævŭs. Qui caudā dīrĭgit ictūm.

Scōrpĭŭs; *Sydus. Scōrpĭŭs, ĕt cœlī jūstā, &c.* Virg. Geo. 1, 35. EPITH. Mĭnāx, vĭŏlēntŭs, ācĕr, ārdēns, hōrrēns, dīrŭs. PHR. Āstră Nĕpæ. Signă Nĕpæ. Chēlæ mĭnācēs. Sævāquĕ circŭĭtū qui cūrvăt brāchĭă lōngō Scōrpĭŭs. Ārdēnti fūlgēns Scōrpĭŭs āstrō.

scōrtŏr, āris. *Ter.* SYN. Mœchŏr. V. *Adultero.*

Scōti, ōrūm. *Quæ Scōtō dăt vēnă trŭcī*, Claud. EPITH. Fĕrōcēs, bărbări, immītēs, dūri, rĭgĭdi.

Scribæ *et* Phărĭsæi. PHR. Patrūm prīmi, Tēmplīquĕ mĭnistri. Dōctōrēs pŏpŭli, Lēgisquĕ mĭnistri. Sævă săcērdōtūm mănŭs. VERS. Hinc Phărĭsæōrūm cūm tūrbă cŏīssĕt in ūnūm, Scrībārūmquĕ mănŭs vēsānā.

scrībă. *ĕt vōtī lārĭbŭs quærēbăt scrībă quŏd ēssĕt*, Mart. EPITH. Dēxtĕr, cĭtŭs, sōlērs, pĕrĭtŭs.

scrībo. *Scrībēbāmŭs ĕpŏs, cœpisti scrībĕrĕ, cēssi*, Mart. 12, 96, 1. SYN. Pērscrībo, cōnscrībo, inscrībo, pingo, ēxăro. PHR. Nŏtās dĭgĭtis cūdo. Stȳlō, călămō ēxăro. Chārtis, *vel* cēris vērbă nŏto, cōmmitto, māndo. Nŏtis, *vel* vērbis chārtām signo, nŏto, inscrībo: cērām incīdo, scrīptis, *vel* lĭbēllis māndo, cōmmitto. Nŏtās, *vel* vērbă tăbēllis ēxăro. Tăbēllās signo. VERS. Jām sătis invălĭdōs călămō lāssāvĭmŭs ărtūs; Ēt mănŭs ōffĭcĭūm lōngĭŭs ægră nĕgăt.

*scribo epistolam.* Lĭbēllūm *vel* tăbēllās dō, mitto, fĕrēndās dō, trādo, scrīptō sălūtēm mitto. V. *Epistola.*

scrīptūră. *Scrīptūră quāntī cōnstĕt ĕt tōnŭs vĭlis.* (Scaz.) SYN. Scrīptūm, scrīptă *in plur.*

scrŏbs, scrŏbis. *Aŭt scrŏbĭbŭs māndĕt mūtātă sŭbāctis*, Virg. Geo. 2, 50. SYN. Fōssă, fŏvĕă. EPITH. Ātră, căvă, cōncăvă, ōbscœnă, fœdă, tūrpis, hūmĭdă, ūdă, prŏfūndă. V. *Spelunca.*

scrūpĕŭs. *Scrūpĕă tūtă lăcū nigrō, nĕmŏrūmque, &c.* Virg. Æn. 6, 238. SYN. Lăpĭdōsŭs, sălebrōsŭs, sāxōsŭs.

scrūpŭs. *Caūtĭbŭs hōrrēscit scrūpŭs sōlă crēbĕr ĭnīquă*, A. SYN. Lăpillŭs, scrūpŭlŭs, călcŭlŭs.

scrūtātŏr, ōris.—*Dĕŭs sōlŭsque ănĭmī scrūtātŏr ŏpērti*, Alc. SYN. Vēstīgātŏr, quæsītŏr.

scrūtŏr, āris. *ārcānŭm nĕquĕ tū scrūtābĕris ūllĭŭs ūnquām*, Hor. Ep. 1, 18, 37. SYN. Pērscrūtŏr, rīmŏr, quæro, inquīro, invēstīgo.

scŭlpo, psi, ptūm. *Scŭlpit ĕbūr nĭvĕūm mīrā fēlīcitĕr ārtĕ*, Ov. M. 10, 247. SYN. Scālpo, incīdo, cœlo. PHR. Scālprō, *vel* cœlō, ēffingo, fōrmo, ēffōrmo, ēxcūdo, lăbōro, ēxprĭmo, incīdo. Mārmŏr, æs, ĕbŏr, aūrūm, cedrūm scālprō lăbōro, incīdo. In ærĕ dūco, incīdo, ēffingo. V. *Simulacrum.*

scŭlptĭlis. *Sĕd pŭlchră rēs ēst fōrma in ærĕ scŭlptĭlis.* (Iamb.) SYN. Scŭlptŭs, cœlātŭs, incīsŭs.

‖ scŭlptŏr, ōris. SYN. Cœlātŏr, stătŭārĭŭs. PHR. Ārtis Phīdĭācæ dōctŭs, pĕrītŭs. Spīrāntēs dōctŭs ănĭmārĕ fĭgūrās. Cœlāndi pĕrītŭs. Phīdĭăcā ārtĕ pŏtēns, cĕlebris.

‖ scŭlptūră. SYN. Cœlātūră, stătŭārĭă. Phīdĭăcæ ārtēs. Pŏlyclētī ārs, lăbŏr, ŏpŭs.

scūrră. *infīdō scūrræ dīstābit ămīcŭs*, Hor. Ep. 1, 18, 4. EPITH. Tūrpis, prŏcāx, lŏquāx, gārrŭlŭs, făcētŭs.

scūrrīlis. *Scūrrīlī strĕpĭtū quicquid ĕt aūdit ăīt*, Ph. SYN. Jŏcōsŭs, făcētŭs, jŏcŭlāris.

scūrrīlĭtās, ātis. *Scūrrīlĭtāte ăc gārrŭlĭtātĕ nōbĭlis.* (Iamb.) Alc. SYN. Jŏci, *vel* prŏcācĭtās.

scūtātŭs. *Tēr cēntūm scūtāti ōmnēs Vōlscēntĕ, &c.* Virg. Æn. 9, 370. SYN. Clȳpĕātŭs.



Digitized by Google

scūtūm. *Scūtă virum, ēt gălĕās ēt fortĭă cōrpŏră vōlvĭt*, Virg. Æn. 1, 102. SYN. Clȳpĕŭs, ūmbo, pārmă. V. *Clypeus*.

Scȳllă. . *Quid Sȳrtēs, aūt Scȳllă mihi, quid vāstă Chărȳbdĭs*, Virg. Æn. 7, 302. *Rupes seu scopulus in freto Siculo, è regione Charybdis gurgitis. Procul videntibus muliebri formâ apparet; fluctuumque ad eam allisorum sonitus latratus canum, et luporum ejulatus imitatur. Hanc esse Phorci filiam aiunt Poetæ, æmulæ Circes veneficiis in scopulum mutatam: Illamque lupis, et canibus cinctam exhibent.* EPITH. Fĕrōx, vŏrāx, mĕtŭēndă, latrāns, răpāx, impĭă, infōrmis, immānis, trŭcŭlēntă, trifōrmis, Sĭcŭlă, Phōrcis, Phōrcinis, *à Phorco patre*. Nērēĭă, Nēptūnĭă. PHR. Sāxă Scȳllēĭă. Scȳllæŭs scŏpŭlŭs. Tērrĭbĭlēs quæ pāndit hĭātūs. Naūtis infēstă. Cănĭbŭs, *vel* lŭpis sūccinctă. Scȳllă ŭtĕrō sūccinctă cănēs. VERS. Virgĭnis ōră gĕrēns, āttrāctās lăcĕrāns nāvēs. Nūnc vāstă lātrāntis Scȳllæ, nūnc ōră Chărȳbdis. Āt Scȳllām cæcis cōhĭbēt spēlūncă lătĕbris ōra ēxērtāntem ēt nāvēs in sāxă trăhēntēm.

Scȳllă. *Ēt prō pūrpŭrĕō pœnās dāt Scȳllă căpīllō*, Virg. Geo. 1, 405. *Nisi, Megarensium Regis, filia; quæ in Cirim seu alaudam versa est, postquam Patrem purpureo capillo in quo regni sui fatum erat, perfidè spoliavit.* SYN. Nisēis. EPITH. Impĭă, pērfĭdă, scĕlĕrātă, nĕfārĭă.

Scȳllēĭŭs. *Ārgō sāxă păvēns pōstquām Scȳllēĭă lēgit*, Pedo. SYN. Scȳllæŭs.

scȳphŭs.—*implēvit dēxtrām scȳphŭs; ōcyŭs ōmnēs*, Virg. Æn. 8, 278. SYN. Călix, crātēr, pōcŭlūm. V. *Calyx*.

Scȳthæ, ārūm. *Cāmpēstrēs mĕlĭūs Scȳthæ*, Hor. C. 3, 24, 9. *Scythiæ populi, partim in Europâ, partim in Asiâ; Plaustris utuntur vice domorum, sicque sedem perpetuò mutant. Lacte et melle pascuntur, ac belluinis operiuntur pellibus. A Romanis, Dario, Cyro, et Alexandro oppugnati, nunquam victi.* EPITH. Ērrāntēs, prŏfŭgi, cāmpēstrēs, gĕlĭdi, ăcērbi, văgi, indŏmĭti, sævi, ărĭsŏni, bēllācēs, bēllĭgĕri, invicti. PHR. Scȳthiæ bēllācis ălūmni. Ērrāntēs Scȳthiæ pŏpŭli. Scȳthĭcă gēns.

Scȳthĭă. *Mūndŭs ŭt ād Scȳthiām, &c.* Virg. Geo. 1, 240. PHR. Scȳthĭcă tēllūs, ōră.

Scȳthicŭs. *Nōmĕn ămā: Scȳthicŭs cætĕră pōntŭs hăbēt*, Ov. Tr. 3, 4, 46.

Scȳthĭŭs. *ān nōn quā Scȳthiæ gēntēs, Mæōticăque ūndă*, Virg. Geo. 3, 349. V. *Scytha*.

sē. *Nēc mĭnŭs Ænēās sē mātūtīnŭs ăgēbăt*, Virg. Æn. 8, 465. SYN. Sēsē.

sēcēdo, ssi, ssūm.—*quōs hăbŭi, văcŭōs sēcēdĕre in hōrtōs*, Ov. Tr. 4, 8, 27. SYN. Rĕcēdo, discēdo, ābscēdo.

sēcērno, is, crēvi, crētūm.——*jūstō sēcērnĕre iniquūm*, Hor. Sat. 1, 3, 113. SYN. Dīvĭdo, sēpăro, discērno, sēgrĕgo. VERS. Pūblĭcă privātis sēcērnĕrĕ, săcră prŏfānis.

sēcēssŭs, ūs. *ēst in sēcēssū lōngō lŏcŭs, &c.* Virg. Æn. 1, 159. SYN. Rĕcēssŭs. EPITH. Tūtŭs, sēcūrŭs. VERS. Cārmĭnă sēcēssūm scrībēntis, ēt ōtiă quærūnt.

sĕcĭŭs. *intĕrĕā tōtō nōn sĕcĭŭs āĕrĕ ningit*, Virg. Geo. 3, 367. SYN. Mĭnŭs, *vel* sĕcŭs, ălĭtĕr, *vel* sērĭŭs.

sēclūdo, si, sūm. *Sōlvĭtĕ cōrdĕ mĕtūm, Teūcri, sēclūdĭtĕ cūrās*, Virg. Æn. 1, 562. SYN. Sējūngo, *vel* ēxclūdo.

sĕco, cŭi, sēctūm. *Lĭbȳæ vēntōsquĕ sĕcābăt*, Virg. Æn. 4, 257. V. *suprà Scindo*.

sēcrētŭs. *āt prŏcŭl in sōlā sēcrētæ Trōădĕs āctā*, Virg. Æn. 5, 613. SYN. Ārcānŭs, ābstrūsŭs, ŏccūltŭs, lătēns, mȳstĭcŭs. V. *Arcanus*.

sēctĭlis. *Cūjŭs cōnchĕ tŭmēs, qui tēcūm sēctĭlĕ pōrrūm*, Juv. 3, 293. SYN. Scissĭlis.

sēcūm. *ēt sōla in siccā sēcūm spătĭātŭr ărēnā*, Virg. Geo. 1, 389.

sĕcūndo, ās. *Nām liquĭdūm naūtis aūră sĕcūndăt ĭtĕr*, Prop. 3, 21, 14. SYN. Ădjŭvo, făvĕo, prōspĕro. V. *Auxilior*.

sĕcūndūm, Præp.——*văcŭis, pāscūnt ēt plēnă sĕcūndūm*, Virg. G. 3, 143. SYN. Jūxtă, *vel* prŏpĕ, *vel* pōst.

sĕcūndŭs.—*stŭdĭūm dūm săcră sĕcūndŭs ărūspēx*, Virg. Æn. 11, 739. SYN. Āltĕr *vel* prōspĕr, faūstŭs. VERS. Tūrnŭs ĕgo, haūd ūlli vĕtĕrūm virtūtĕ sĕcūndŭs. Tū mōx ĕris āltĕr ăb illō. *Fortuna secunda.* V. *Felix*.

sĕcūrĭfĕr, ă, ūm. *Hēlīmūmquĕ sĕcūrĭfĕrūmquĕ Pȳrăcmōn*, Ov. M. 12, 460.

sĕcūrĭgĕr, ă, ūm. *Mōrĕ sĕcūrĭgĕrā miscēbăt prælĭă dēxtrā*, Sil. 16, 48. PHR. Sĕcūri ārmātŭs.

Digitized by Google

**secūris.**—*tŏnăt ictă sĕcūrĭbŭs ilex*, Virg. Æn. 6, 180. SYN. Bĭpennis, ascĭă. EPITH. Ærātă, ferrĕă, grăvis, dūră, ăcūtă, curvă, rigĭdă, sævă, crŭentă, strictă, Scythĭcă, Ămāzŏnĭă; *ab Amazonibus Scythicis*, laurĭgĕră, *i. e.* Cōnsŭlāris. V. *Fasces*. PHR. Fĕrrŭm bĭpennĕ. Sĕcūris ictŭs, pĕrcussŭs, vulnŭs. Sĕcūri căpĭt ampŭto, ŏbtrūnco. Sĕcūri lignŭm scindo. V. *Scindo*. VERS. Fĕrrŏ sŏnăt ictă bĭpennĕ. Dēxtră răpit indēfessă bĭpennĕm. Fĕrĭendă dĕdĕrĕ sĕcūri Collă trŭci. Ictĭbŭs immŏdĭcis vălĭdæ pĕrcussă sĕcūris. Ancĭpitĕmquĕ mănū tollēns ūtrăquĕ sĕcūrim.

**sĕcūrĭtās**, ātis. *Sēcūră vīvĕ, mŏrs mihi ēst sĕcūrĭtās.* (Iamb.) S. SYN. Quiēs. EPITH. Tūtă, quiētă, trānquillă, plăcĭdă.

**sēcūrŭs.** *Mōllĭă sēcūræ pĕrăgēbānt ōtĭă gēntēs*, Ov. Met. 1, 100. SYN. Tūtŭs, quiētŭs, trānquillŭs, impăvĭdŭs, intĕrrĭtŭs, impērtĕrrĭtŭs, fīdēns, cōnfīdēns, cōnfīdēntissĭmŭs. PHR. Cūris libĕr, văcŭŭs, văcāns, sŏlūtŭs, ēxpĕdītŭs, lāxātŭs, ĭnānis. Cūrārŭm, lăbōrŭm, *vel* dŏlōrŭm ŏblītŭs, immūnis, ēxpērs. Sēpŏsĭtīs cūris quiētŭs. Văcŭō mōllēs stānt pēctŏrĕ cūræ.

**sēcŭs.** *Haud sēcŭs āc jūssi făciūnt, &c.* Virg. Æn. 3, 561. SYN. Ălitĕr, *vel* jūxtā, prŏpĕ, sĕcūndŭm.

**sĕcūtŭs.** *Vīcit cōncēssās ipsĕ sĕcūtŭs ŏpēs*, Mart. 11, 42. S. SYN. Sēctātŭs, *vel* cŏmēs.

**sĕd.** *ipsĕ sĕd hōrrĭfĭcis jūxtā tŏnăt Ætnă rŭīnis*, Virg. Æn. 3, 571. SYN. Ăt, ăst, vērŭm, sĕd ĕnim, ăt ĕnim.

**sēdātŭs.** *ōlli sēdātō rēspōndit cŏrdĕ Lătīnŭs*, Virg. Æn. 12, 18. SYN. Pācātŭs, trānquillŭs, plăcātŭs, quiētŭs, plăcĭdŭs, lēnis, mītis.

**sĕdĕnim.** *Pūlsă mĕtū, sĕdĕnim gĕlĭdŭs tărdāntĕ sĕnēctā*, Virg. Æn. 3, 571. SYN. Sĕd, ăt, *vel* nām, ĕnim.

**sĕdĕo**, sēdi. *Districti pēndēnt, sĕdĕt ætērnūmquĕ sĕdēbit*, Virg. Æn. 6, 617. SYN. Sīdo, cōnsĭdĕo, āssĭdĕo, rĕsĭdĕo, āssīdo, rĕsīdo, cōnsīdo. *Metaph.* Hærĕo, mŏrŏr, mănĕo. PHR. Sĕdīli, *vel* in sēdĕ lŏcŏr. Scāmnis cōnsīdĕrĕ. Sŏlĭō rĕsĭdĕo. VERS. Sŏlĭōque āltō sūbnīxă rĕsēdit. Fāctāquĕ dē vīvō prēssērĕ sĕdīliă sāxō. Sŏlĭō cōnsēdit ăvītō. Pătrĭāquĕ Lătīnŭs Sēdĕ sĕdēns. Cēlsā sĕdĕt Æŏlŭs ārcĕ. Sūmmă pĕtit scŏpŭli, siccāque in rūpĕ rĕsēdit. Nĕmŏrisquĕ lĕvi cōnsēdit in ūmbrā. Āssĭdĕt ĕt căthĕdris mœstă jŭvēntă tŭis. Sēdĭbŭs ōptātis, gĕmĭnā sŭpĕr ārbŏrĕ sīdūnt.

**sēdēs**, is. *Sēdĭbŭs ōptātis, gĕmĭnā sŭpĕr ārbŏrĕ sīdūnt*, Virg. Æn. 6, 203. SYN. Sĕdīlĕ, scăbēllŭm, sēllă, scāmnŭm, sūbsēllĭă, căthĕdră, sūggēstŭm, sŏlĭŭm, *vel* stătio, sēssio, lŏcŭs. EPITH. Lignĕă, aūrĕă, ĕbūrnă, pictă, dĕcōră, ōrnātă, āltă, cŭrūlis. PHR. Dē vīvō sāxō făctă, strūctă, *vel* cōnstrūctă sĕdīliă. Cōmplēntŭr vărĭō fĕrrātă sĕdīliă cœtū. Grāmĭnĕōquĕ vĭrōs lŏcăt ipsĕ sĕdīli. V. *Sedeo*.

**sĕdīlĕ**, is. *intŭs ăquæ dūlcēs, vīvōquĕ sĕdīliă sāxō*, Virg. Æn. 1, 167. SYN. Sēdēs, scāmnŭm. V. *Sedes*.

**sēdĭtio**, ōnis. *Sēdĭtĭō, sævitque ănĭmis ignōbĭlĕ vūlgŭs*, Virg. Æn. 1, 149. SYN. Dissĭdĭŭm, discōrdĭă, dissēnsio, tŭrbă, mōtŭs, tŭmūltŭs, făctio. EPITH. Tŭrbĭdă, clāmōsă, rĕbēllis, pŏpŭlāris, cīvīlis, rĕpēntīnă, sŭbĭtă, fŭrēns, crŭēntă, ēxĭtĭōsă, pērnĭcĭōsă, trŭx, hōrrĭbĭlis, insānă, cæcă, sævă, nĕfāriă, intēstīnă, mĭsĕră. PHR. Sēdĭtĭōsŭs rūmŏr. Cīvĭcŭs, *vel* pŏpŭlāris mōtŭs, tŭmūltŭs, fŭrŏr. Cīvĭcă sēctă, răbiēs. Cīvīlēs tŭrbæ, pārtēs. Cīvīliă bēllă. Fŭrēns vūlgi mōtŭs. Pācis inĭmīcă. Prōnŭbă bēlli. VERS. Jāmquĕ făcēs ĕt sāxă vŏlānt, fŭrŏr ārmă mĭnīstrăt. Cūm tŭbă cīvīlis ăd ārmă Cōncĭtăt. Insānō cūnctă tŭmūltū Miscĕt sēdĭtio. Fērvēntĕ tŭmūltū Ūrbĕm pērmiscĕt. Quis fŭrŏr, ō cīvēs, quæ tāntă lĭcēntĭă fērri? Trăhĭtŭr stŭdĭa in cōntrāriă vūlgŭs. Sēdĭtĭōnĕ fŭrēns. Crŭēntō dissĭdĭō, *vel* discōrdĭbŭs ārmis Intĕr sē cīvēs ārdēnt. In mūtŭă vūlnĕră cīvēs Ārmāntŭr, *vel* cŏĕūnt, fĕrūntŭr, rŭūnt. Vēsānā cīvēs sēdĭtĭōnĕ fŭrūnt. V. *Discordia*.

‖ **sēdĭtĭōsŭs.** SYN. Tŭrbŭlēntŭs, tŭrbĭdŭs. PHR. Sēdĭtĭōnis ămāns, aūthŏr, căpŭt, ŏrigo, făx. Sēdĭtĭōnĕ fŭrēns. Indŏcĭlis tŏlĕrārĕ tŏgām pācĕmquĕ pĕrōsŭs, *vel* ēxōsŭs. Gēns inĭmīcă pācis, *vel* quiētis.

**sēdo**, ās.——*immŏdĭcōs sēdābăt in ārcĕ dŏlōrēs*, Pr. SYN. Mītigo, plāco, lēnio. V. *Placo*.

**sēdūco**, is, xi, ctŭm. *Lĭcĕăt văcŭōs sēdūcĕre ŏcēllōs*, Pr. 1, 9, 27. SYN. Sēpăro, *vel* dēcipio.



Digitized by Google

sĕdŭlĭtās, ātis. *et nōn sēntĭtŭr sĕdŭlĭtātĕ lăbŏr*, Ov. Fast. 4, 484. SYN. Vigilantiă, stŭdĭūm, indūstriă. EPITH. Gnāvă, vigil, prōvidă. V. *Diligentia.*

sēdŭlŭs. *ĕxănĭmāt lēntŭs spēctātŏr, sēdŭlŭs instăt*, Hor. Ep. 2, 1, 178. SYN. Diligēns, impĭgĕr, ăssĭdŭŭs, vĭgĭlāns, stŭdĭōsŭs, āttēntŭs, gnāvŭs, indūstriŭs. V. *Diligens.*

sĕgĕs, ĕtis. *Hic sĕgĕtēs, illīc vĕnĭūnt fēlīcĭŭs ūvæ*, Virg. Geo. 1, 54. SYN. Sătă, frūgēs, ăristæ, spicæ, frūmēntūm, trĭtĭcūm, Cĕrēs. EPITH. Spicĕă, trĭtĭcĕă, Cĕrĕālis, tĕnĕră, viridis, lætă, fœcūndă, fertĭlis, fĕrāx, ūbĕr, ŏpīmă, frūgĭfĕră, grăvidă, dīvĕs, lārgă, āmplă, ăbūndāns, aūrĕă, flāvēscēns, mātūră, ŏptātă, ēxpēctātă, cōllēctă. PHR. Terræ, rūris, *vel* tēllūris mūnĕră, ŏpēs. Cĕrĕālĭă mūnĕră, dōnă. Sĕgĕtūm mūnŭs, prōvēntŭs, ăcērvi, cōpĭă, lūxŭriēs. Cĕrĕris ŏpēs, fœtŭs. Trĭtĭcĕi fœtŭs. Sĕgĕtis cūlmi. Cĕrēs hūmānis ūsĭbŭs āptă. Hūmānō cūltă lăbōrĕ. Cĕrĕālēs cūlmi, spicæ, ăristæ. Sĕgĕs imbrĭbŭs aūctă bĕnignis. Viridi lūxŭriāns hērbā. Pinguibŭs cūlmis, *vel* spicis hōrrēscēns, inhōrrēscēns. Cānis, *vel* mātūris, flāvēns ăristis. Viridis ārvă sĕgĕs, tĕgit, cōntĕgit, dītăt, ŏnĕrăt. Cāmpi lætis ăristis dītēscūnt, dītāntŭr, ŏnĕrāntŭr, rīdēnt. VERS. Pingui flāvēscit cāmpŭs ăristā. Grăvidis prōcūmbit cūlmŭs ăristis. Sĕgĕs vōtis rēspōndĕt ăvāri Ăgrĭcŏlæ. Frūmĕnta in viridi stĭpŭlā lāctēntĭă tūrgēnt. Primis sĕgĕtēs mŏrĭūntŭr in hērbis. Ēxpēctātă sĕgĕs vānis ēlūsit ăristis. Īnfēlix lŏlĭūm, ĕt stĕrĭlēs dŏmĭnāntŭr ăvēnæ. Nēc frūgēm sĕgĕtēs præbēnt, nēc pābŭlă tērră. V. *Messis, et Meto, Fruges.*

sēgnis. *Cōnjĭcit in lătĕbrās nĕc Tūrnŭs sēgnĭŏr instăt*, Virg. Æn. 10, 657. SYN. Tārdŭs, ignāvŭs, pĭgĕr. V. *Piger.*

sēgnĭtĭēs, ĭēi. *Sēgnĭtĭēs ălĭi răpĭūnt incēnsă fĕrūntquĕ*, Virg. Æn. 2, 374. SYN. Ignāviă, dēsĭdĭă, pigritiă. EPITH. Sēră, inērs, tristis. V. *Pigritia.*

sēgnitĕr. *Dixĕrăt, invĕnĭūnt pŏsĭtōs nēc sēgnĭtĕr ārcŭs*, Stat. SYN. Ignāvē.

sĕgrĕgo, ās. *Pēr măria intēndēnt, nēc ĕnim sē sĕgrĕgăt ipsă*, P. SYN. Sēpăro, sēpōno, disgrĕgo, sējūngo.

sējūngo, xi, ctūm.—*Dissĭdĭō pŏtĭŭs ēst sējūngi, sēquĕ grĕgāri*, Luc. 1, 453. V. *Segrego.*

sēlēctŭs. *ūnum ēx jūdĭcĭbŭs sēlēctis ŏbjĭcĭēbăt*, Hor. Sat. 1, 4, 123. SYN. Ēlēctŭs, lēctŭs.

sēlĭgo, is, lēgi, lēctūm.—*Sēmpĕr ĕrit, tū sēlĭgĕ tāntūm*, Ovid. SYN. Ēligo, dēlĭgo, lĕgo.

sĕmĕl. *Quō sĕmĕl ēst imbūtă rĕcēns, sērvābit ŏdōrēm*, Hor. Ep. 1, 2, 69.

Sĕmĕlē, ēs. *ārsērăt ŏbsĕquĭō Sĕmĕlē Jŏvis.*—Ov. Fast. 7, 485. *Cadmi Thebarum Regis filia: mater Bacchi, ex Jove.* EPITH. Cădmēis, Thēbānă, pūlchră.

sēmĕn, inis. *Misit in ignōtām qui rŭdĕ sēmĕn hūmūm*, Ovid. SYN. Sēmēntis, sēmēntūm. EPITH. Fœcūndūm, gĕnĭtālĕ, frūctĭfĕrūm, fērtĭlĕ, fĕrāx, spārsūm. PHR. Sēmĭnis hērbă, grānūm, vis. Plāntæ incrēmēntă fŭtūræ. VERS. Ŏbrŭă vērsātā Cĕrĕālĭă sēmĭnă tērrā. Pinguiă nēc siccis ūrāntŭr sēmĭnă glēbis. Āntĕ Dēbĭtă quām sūlcis cōmmittās sēmĭnă, quāmquĕ Invitæ prŏpĕrēs ānni spēm crēdĕrĕ terræ. V. *Gramen et Sero.*

sēmēsŭs. *Sēmēsōs piscēs, tĕpĭdūmquĕ līgūrĭĕrit jūs*, Hor. Sat. 1, 3, 81.

sēmĭănĭmis. *Sēmĭănĭmēs vōlvūntŭr ĕqui, &c.* SYN. Sēmĭănimātŭs.

sēmĭbŏs, ŏvis.—*Gȳgēn sēmĭbŏvēmquĕ virūm*, Ov. Tr. 4, 18.

sēmĭdĕŭs. *Flūmĭnăque ēt Nȳmphæ, sēmĭdĕūmquĕ gĕnŭs*, Ov.

sēmĭhŏmo, inis. *Sēmĭhŏmĭnis Căci făcĭēs quām dīră tĕgēbăt*, Virg. Æn. 8, 104. SYN. Sēmivir.

sēmĭnĕcēs. *ātque ĭtă sēmĭnĕcēs pārtim fērvēntĭbŭs ārtŭs*, Ov. Met. 1, 228. SYN. Sēmĭănĭmēs.

sēmĭno. *Frōndĕ virērĕ nŏvā, quŏd nōn sŭă sēmĭnăt ārbōs*, Virg. Æn. 6, 206. SYN. Sĕro, insĕro, cōnsĕro, insēmĭno, plānto. PHR. Sēmĕn, *vel* sēmĭnă spārgo, mitto, jăcio, jācto. In agris, in agrōs, hŭmi, hŭmō, in hŭmūm, *vel* in sōlūm, sēmĭnă spārgo. Sūlcis, ārvis, *vel* tērræ sēmĭnă dō, crēdo, māndo, cōmmitto, dēmitto. VERS. Nēc sēmpĕr crēdēndă Cĕrēs fāllācĭbŭs ārvis. Ŏbrŭĕ sūlcis Sēmĭnă quæ māgnō fœnŏrĕ rēddăt ăgĕr. Prīmŭs inēxpērtæ cōmmisit sēmĭnă tērræ. V. *Semen.*

Sĕmīrămis, ĭdis. *Pērsūrūm stătŭit Băbȳlōnă Sĕmīrămis ūrbēm*, Pr. 3, 11, 21. *Assyriorum Regis uxor, quæ Babylonem muro lateritio cinxit: A Nino filio occisa est, qui portentosæ ejus libidini obtemperare nolebat.* EPITH. Fōrmōsă,

Digitized by Google

Mārtiă, fōrtis, lāscīvă, tūrpis, phăretrātă, bēllātrix, ārmĭpŏtēns. VERS. Cōncŭbitūs nāti lōngævă Sĕmirămis ārdĕt.

sēmisŏpitŭs. *Pūrpŭrĕō jăcŭi sēmisŏpită tŏrō*, Ov. A. Am. 1, 14, 20. SYN. Sēmisōmnis.

sēmivir, iri. *ĕt nūnc illĕ Păris cūm sēmivĭrō cŏmĭtātū*, Virg. Æn. 4, 215. SYN. Sēmihŏmo, *vel* imbēllis, ignāvŭs.

sēmiūstŭs.—*Spēctānt sŏciōs, sēmiūstăquĕ sērvānt*, Virg. Æn. 11, 203. SYN. Sēmicrŏmātŭs, sēmicrĕmŭs.

sēmită. *Rāră pĕr ōccūltōs dūcēbāt sēmĭtă cāllēs*, Virg. Æn. 2, 383. SYN. Cāllis, trāmĕs, viă, itĕr. V. *Via.*

sēmōtŭs. *Jūcūndō sēnsū, cūrā sēmōtă mĕtūquĕ*, Luc. 2, 19. SYN. Sējūnctŭs, rĕmōtŭs.

sēmŏvĕo, mōvi, mōtūm. *ā cōntēmplātū sēmŏvĕōquĕ măli*, Ov. Tr. 5, 66. SYN. Rĕmŏvĕo, āmŏvĕo, sēpōno.

sēmpĕr. *Sēmpĕr ĕgo aūdĭtŏr tāntūm, &c.* Juv. 1, 1. SYN. Ætērnūm, ūsquĕ, pērpĕtŭō, nūnquām nōn, cōntĭnŭē, āssĭdŭē. PHR. Omni tēmpŏrĕ. Nōctēsquĕ diēsquĕ. Nōctēs ātquĕ diēs. Omnēs pĕr ānnōs. In ōmnĕ tēmpŭs, ævūm. Pĕr innŭmĕrōs ānnōrūm lāpsūs. Pĕr infinitās ānnōrūm vicēs, sēriēs. Nūllă quŏd dēlĕăt, dēstrŭăt, *vel* finiăt ætās. Quŏd nūllă diēs minŭăt, *vel* immĭnŭăt. Dūm tērră cœlūm mĕdiă librātūm fĕrĕt, Nitidūsquĕ cērtās mūndŭs ēvōlvĕt vicēs, Nūnquām mĕūs cēssābit in pœnās fŭrŏr. Ætērnă lăbōrūm sēriēs. Rĕdit āgricŏlis lăbŏr āctŭs in ōrbēm. Finis āltĕriŭs măli, grădŭs ēst fŭtūri. Nĕc ūllă rĕquiēs, tēmpŭs aūt ūllūm dătŭr. Nūllum ā lăbōrĕ mē rĕclīnăt ōtiūm: ūrgĕt diēm nōx, ĕt diēs nōctēm: nĕque ēst lĕvārĕ tāntă spiritū præcōrdiă. Sisȳphiōs ūsquĕ ēxērcērĕ lăbōrēs. VERS. Dōnĕc ĕrit tēllūs, sīdĕră dōnĕc ĕrūnt. Fūlgēbūnt dūm sȳdĕră Cœlō. Dūm Sōl lūstrābit Ŏlȳmpūm. Dūm văcŭō pēndēbit in āĕrĕ tēllūs. Dūm thȳmō pāscēntŭr ăpēs, dūm rōrĕ cicādæ. Sēmpĕr hŏnōs, nōmēnquĕ tŭūm, laūdēsquĕ mănēbūnt. In frĕtă dūm flŭvii cūrrēnt. Ōcĕănūs claūsūm dūm flūctĭbŭs āmbiĕt ōrbēm. Dūm mātūtinōs præcēdēt Lūcifĕr ōrtūs. Dūm cœlūm stēllās, dūm vĕhĕt āmnis ăquās. Sĕdĕt ætērnūmquĕ sĕdēbit Infēlix Thēseūs. Mănĕt ætērnūmquĕ mănēbit. Pērdiŭs āc pērnōx lăbŏr. V. *Immortalis et Æternus.*

sēmpitērnŭs. *Rĕtĕgēndŭs ōlim sēmpĭtērnō jūdĭci*, (Iamb.) SYN. Pērpĕtŭŭs, ætērnŭs.

sĕnātŏr, ōris. *Pāscēbātquĕ sŭās ipsĕ Sĕnātŏr ŏvēs*, Ov. Fast. 1, 205. SYN. Jūdēx. EPITH. Lōngævŭs, cānŭs, ānnōsŭs, prūdēns, grăvis, sōlērs, săgāx, prōvidŭs, săpiēns, jūstŭs, æquŭs, pūrpŭrĕŭs, vĕrēndŭs, vĕnĕrāndŭs, sānctŭs, intĕgĕr, illūstris. PHR. Pŏpŭlō dāns jūră. Cōnsiliō pŏtēns, ingĕniō māgnŭs. Jūdicii dēxtĕritātĕ grăvis. Intĕr jūstōs pārs ōptimă civēs.

sĕnātŭs, ūs. *Flōrĕăt, ĕt clārō cingātŭr Rōmă Sĕnātū*, Claud. SYN. Cūriă *vel* Sĕnātōrēs. EPITH. Prūdēns, grăvis, jūstŭs, aūgustŭs, æquŭs, săcĕr, sānctŭs, pūrpŭrĕŭs. PHR. Sĕnātōrūm, *vel* Patrūm cōnciliūm, cœtŭs, tūrbă, săcĕr ōrdo. Vĕrēndi Patrēs. Sānctūm cōnciliūm Patrūm, lēcti, *vel* pūrpŭrĕi prŏcĕrēs. Pătriām cōnsiliō tŭēntēs. Sĕnātōrūm aūlă, cūriă.

Sĕnĕcă. *ā Sĕnĕcā quæ Pisŏ bŏnūs, quæ Cōttă sŏlēbāt*, Juv. 5, 109. *Philosophus, patriâ Cordubensis, natione Hispanus: Neronis Præceptor, et Imperii administer. Cum in Pisonianæ conjurationis suspicionem venisset, Neronis jussu, incisis venis, mortem obiit.* EPITH. Dōctŭs, sĕvērŭs, piŭs.

sĕnēctūs, ūtis. *Sĕd tē victă sĭtū, vērique ĕffœtă sĕnēctūs*, Virg. Æn. 7, 440. SYN. Sĕnēctă, sĕniūm, cānitiēs, vĕtūstās. EPITH. Cānă, cānēns, ālbă, rūgōsă, frigidă, gĕlidă, trĕmēns, trĕmŭlă, trĕmĕbūndă, cūrvă, incūrvă, ănhēlă, tristis, ĕffœtă, grăvis, vĕtŭs, sēră, lōngævă, tārdă, mātūră, ānnōsă, pigră, quĕrĕbūndă, infirmă, inērs, ignāvă, lānguidă, squāllēns, tetrică, mōrōsă, ăvāră, misĕră, infēlix, ærūmnōsă, fœdă, tūrpis, dēliră, ingrātă, injūcūndă, crūdă, viridis, rōbūstă, prūdēns, săpiēns, prōvidă. PHR. Sĕnēctæ tēmpŏră, ætās, dāmnă, fātă, rūgæ, cāni, cānitiēs. Sĕnilis, sēră, sēriŏr, dētĕriŏr, tristiŏr, inērtiŏr, infirmă, frāctă, ĕffœtă, cānă, rūgōsă, grăvis ætās. Sĕnilĕ ævūm. Sĕnilēs ānni. Pārs vitæ dētĕriŏr. Sēræ tædiă vitæ. Lōngævi tēmpŏris ætās. Lēthō vicină sĕnēctūs. Cānis ætās rūgōsă căpillis. Cānis āspērsă. Inērs sĕnēctūs, ādjŭvāns băcŭlō grădūm. Trĕmŭlō grădū, pĕdĕ, *vel* grēssū vĕnit ægră sĕnēctūs. Anni frăgilēs, ĕt inērtiŏr ætās. Mēmbră tārdāns, căpillōs inficiēns, cŏrpŏris dēbilitāns virēs. Cōnsiliis mĕliŏr, sĕd viribŭs ægră. Sēră ĕt săpiēntiŏr ætās. Rōbŏris dāmnă săgāci cōmpēn-

Digitized by Google

sānæ ănĭmō. Dēbĭlĭtāns ănĭmi vīrēs, mūtānsquĕ vĭgōrēm. Cānā nĭvĕ tēmpŏră spārgēns. Tĕrĕti innixă băcillō. Fōrmæ dāmnōsă sĕnēctūs. VERS. Vēnit prŏpĕrātă mălis inŏpīnă sĕnēctūs. Vălidæ vīrēs ætātĕ sĕnili. Mēmbrăquĕ dēficiūnt. Sĕd quăm cōntinŭis, ĕt quāntis lōngă sĕnēctūs Plēnă mălis: dēfōrmem ĕt tētrum ănte ŏmnĭă vūltūm, Dissĭmĭlēmquĕ sŭi, dēfōrmēm prō cŭtĕ pēllēm, Pēndēntēsquĕ gĕnās, ĕt tālēs ăspĭcĕ rūgās. V. *Canities et Senex.*

sĕnēsco, sĕnŭi.——*Stŭdĭis ĕt ămōrĕ sĕnēscit hăbēndi*, Hor. Ep. 1, 7, 85. SYN. Cōnsĕnēsco, sĕnex fio. PHR. Jām vīrēs sĕnēctūs dēbĭlĭtăt, frāngit. Jām mĭhi dētĕrĭŏr cānis ăspērgĭtŭr ætās. Frōntēm sĕnīlis rūgă nŏtăt. Jŭvĕnīlēs rĕcēdūnt, *vel* ăbscēdūnt ănni. Vĭgŏr frāngĭtŭr ĕt vĭrīlĕ rōbŭr.

sĕnex, sĕnis.—*ĕt sĕnĭbūs mĕdĭcāntŭr ănhēlis*, Virg. Geo. 2, 135. SYN. Sĕnĭŏr, lōngævŭs, ānnōsŭs, grāndævŭs, vĕtŭlŭs, dĕcrĕpĭtŭs. EPITH. Fēssŭs, sĕvērŭs, squāllĭdŭs, mŏrōsŭs, dēlīrŭs, săgāx, sōlērs, părcŭs, imbēllis, infirmŭs, ănhēlŭs, invălĭdŭs, trĕmēns, ēffœtŭs, ægĕr, tārdŭs, inērs, mātūrŭs, lōngævŭs, ānnōsŭs, grāndævŭs, dĕcrĕpĭtŭs, căpŭlāris, ăvārŭs, sōrdĭdŭs, misĕr, sĕvērŭs, mŏrōsŭs, dēbĭlis, frāctŭs, ēxhaūstŭs, cānŭs, cānēns, ālbŭs, rūgōsŭs, frīgĭdŭs. PHR. Sĕnēctā, sĕnĭō, ānnis, ævō, ætātĕ, *vel* sĕnīlĭbŭs ānnis grăvis. Sĕnĭō grăvĭŏr, cōnfēctŭs, lānguĭdŭs, lānguēns, fēssŭs, tārdŭs, dēbĭlis, infirmŭs, frāctŭs, invălĭdŭs, frīgĭdŭs, gĕlĭdŭs, ēffœtŭs, ŏbsĭtŭs, inērs, pāllēns: tūrpis, squāllĭdŭs, incūrvŭs. Lōngis cōnsūmptŭs ăb ānnis. Ævō, măcĭēquĕ sĕnēscēns. Sĕnĭō jām fēssŭs inērti. Tārdŭs grăvĭtātĕ sĕnīli. Ætātĕ fēssŭs, cōnfēctŭs. Ævō frīgĭdŭs. Ævi mātūrŭs. Ævō māxĭmŭs, grāndĭŏr. Inūtĭlis ānnis. Vīcīnŭs, *vel* prŏpĭŏr lēthō. Sĕnĭō dēbĭli trĕmēns. Cui cōrpŭs ānnis cōnfēctūm. Cui sĕnīlēs ārtŭs tĭtŭbānt. Rāris spārsŭs tēmpŏră cānis. Cui plūrĭmă mēntō Cānĭtĭēs incūltă jăcet. Cui rūgis cōntrāctă cŭtis. Cūjŭs frōntēm rūgă sĕnīlis ărăt, nŏtăt. Cui ēffœtō lāssæ lānguēnt in cōrpŏrĕ vīrēs. Cānis ăspērsŭs. Gĕrēns ālbēntĭă tēmpŏră cānis. Extrēmūm tēmpŭs qui sūstĭnĕt ævi. Cui tārdă sĕnēctūs rūgās indūxit. Cui cōrpŭs ānnis jām mārcĕt, ĕt cōnfēcti lānguēnt ārtŭs. Infirmōs băcŭlō qui sūstĭnĕt ārtūs. Cūjŭs vīrēs sĕnēctūs dēbĭlĭtăt, frāngit. VERS. Jām mĭhi dētĕrĭŏr cānis ăspērgĭtŭr ætās. Jām mĭhi cānĭtĭēs pūlsis mĕlĭōrĭbŭs ānnis Vēnĕrăt, āntīquās miscŭĕrătquĕ cŏmās. Sĕnex cui cānă pūtrisquĕ Stăt cŏma, ĕt in pēctŭs sōrdĭdă bārbă cădit. Quăm cĭtŏ, mē misĕrūm! lāxāntŭr cōrpŏră rūgis, Et pĕrit in nĭtĭdō qui fŭit āntĕ cŏlŏr. Jām rēspĭcĕ cānōs, Invălĭdāsquĕ mănŭs, ĕt inānēs cērnĕ lăcērtŏs. Cūm mĕă rūgōsă pāllēbūnt ōră sĕnēctā, Et rĕfĕrām pŭĕris tēmpŏră priscă sĕnex. Jām vĭgŏr ĕt quāssō lānguēnt in cōrpŏrĕ vīrēs. Nĕc jŭvĕni lūsūs qui plăcŭērĕ jŭvānt. Fūndūntŭr vērtĭcĕ cāni. Et trĕmit ēffœtō cōrpŏrĕ lāxă cŭtis. Claūdĭcăt ingĕnĭūm, dēlīrăt lingŭăquĕ, mēnsquĕ, Omnĭă dēfĭcĭūnt. V. *Senectus.*

sĕnīlis. *inquĕ sŭō prĕtĭō rūgă sĕnīlis ĕrăt*, Ovid. Fast. 5, 58.

sĕnĭŏr, ōris. *Quīquĕ rĕgās ōrbēm cūm sĕnĭōrĕ sĕnex*, Mart. 6, 3, 4.

sĕnĭūm. *Dēfōrmis sĕnĭi līmĭnă trānsĕăt*, (Alcaic.) V. *Senectus.*

sēnsĭbĭlis. *Tāntăquĕ sēnsĭbĭli quŏvis ăt tēmpŏre in ūnō*, L.

sēnsĭlis. *ĕx insēnsĭlĭbŭs nĕ crēdās sēnsĭlĕ gigni*, Lucr. 2, 887. SYN. Sēnsĭbĭlis.

|| sēnsim. SYN. Paūlātim, pĕdĕtēntim.

sēnsŭs, ŭs. *ĕt vărĭōs sēnsūs ēxprōmĕrĕ cōgit*, Lucr. 2, 886. EPITH. Ăcūtŭs, vĭgil, vīvŭs, tĕnŭis, sūbtīlis, mōllis.

sĕntēntĭă. *Sĕntēntĭārūm nŏtŭs ĕt intĕgræ*, (Alcaic.) Hor. Od. 3, 4, 70. SYN. Cōnsĭlĭūm, mēns, ănĭmŭs, sēnsŭs, ŏpīnio, *vel* jūdĭcĭūm, dēcrētūm. EPITH. Cērtă, firmă, fixă, dŭbĭă, vărĭă, cōnstāns, incērtă. PHR. Ănĭmi sēnsă, sēnsŭs, *in plur.* Prūdēns ănĭmi sĕntēntĭă. VERS. Et quōrūm mĕlĭŏr sĕntēntĭă mēnti. Et quæ sit sĕntēntĭă pōsco. Nĕc mĭhi mēns dŭbĭa ēst.

*sententiam mutare.* PHR. Mēntēm inflēctĕrĕ, mūtārĕ. VERS. Mūtātă lŏcō sĕntēntĭă cēdit. Sōlŭs hic inflēxit sēnsūs, ănĭmūmquĕ lăbāntēm Impŭlit. Quæ tē gĕnĭtŏr sĕntēntĭă vērtit? Hæc āltērnānti pŏtĭŏr sĕntēntĭă vīsa ēst. Ănĭmūm nūnc hūc cĕlĕrēm, nūnc dīvĭdit illūc. V. *Dubius.*

sēntēs. *Dēnsi cōmplērānt ūndĭquĕ sēntēs*, Virg. Æn. 9, 382. SYN. Spīnæ, rŭbi, vĕprēs. EPITH. Incūlti, rĭgĭdi, hāmāti, ăcūti, mōrdācēs. V. *Spina.*

sēntīnă. *Tūnc sēntīnă grăvis, tūnc sūmmŭs vērtĭtŭr āer*, Juv. 6, 99. EPITH. Fœdă, ŏlĭdă, ŏlēns, pūtrĭdă, tūrpis, pūtris. V. *Cloaca.*

sēntio, si, sūm. *Crēdĕ mĭhi nūmĕn sēnsit ĕt illĕ tŭūm*, Mart. Spect. 17. SYN. Sēnsū pērcĭpio: vĭdĕo, aūdio, ŏdōrŏr, gūsto, tāngo, *vel* intēlligo, căpio, *vel* jūdĭco, cēnsĕo, pūto, ărbĭtrŏr, ēxīstĭmo, ŏpīnŏr, rĕŏr, aūtŭmo. PHR. Hæc mĭhi mēns

Digitized by Google

ēst. Hæc ănĭmō, *vel* mēntī sēntēntĭă sĕdĕt, stăt, cōnstăt. Sic fĕrt ănĭmŭs. Mēns ōmnĭbŭs ūnă ēst. Ōmnĭbŭs īdēm ănĭmŭs. Hōc ănĭmō sĕdĕt, stăt, fīxŭm ēst. Hæc ănĭmō sēntēntĭă sūrgit.

sĕntis. *īncūltīsquĕ rŭbēns pēndēbĭt sēntĭbŭs ūvă*, Virg. Ecl. 4, 25. SYN. Vēprĭs, rŭbŭs, spīnă. V. *Spina*.

sĕōrsim, *vel* sĕōrsim. *ĕt sĕōrsĭm vărĭōs rērŭm sēntīrĕ cŏlōrēs*, Lucr., 4, 495. SYN. Sĕōrsūm.

sēpăro. *Sēpărŏr ā dŏmĭnā nōctĕ jŭbēntĕ mĕā*, Ovid. SYN. Sēcērno, sēgrĕgo, sēpōno, rĕmŏvĕo, dĭsjūngo, dĭstrăho, dīvĕllo, dĭstērmĭno, dĭscrīmĭno, dīvĭdo, dĭspērtĭo, dĭssĕco, dĭstinguo.

sĕpĕlĭo, ivi, sĕpūltŭm.—*vīvō sĕpĕlīrī vīscĕră būstō*, Lucr. 5, 991. SYN. Hŭmo, ĭnhŭmo, tŭmŭlo, cōntŭmŭlo. PHR. Tērræ, hŭmō, sŏlō īnfĕro. Tērræ māndo, crēdo, sūppōno, īnfŏdĭo. Tērræ, hŭmō, sŏlō cōndo. Sĕpūlcrō, *vel* tŭmŭlō īnfĕro, īmpōno, dō, rĕfĕro, rēddo, cōmpōno. Tŭmŭlō, *vel* sĕpūlcrō cōndo, ābscōndo, tēgo, cōntĕgo, ōbrŭo. Tērræ, *vel* āggĕrĕ tērræ ŏnĕro, ōbrŭo, ōssă āggĕro tērræ. Fūnŭs, cădāvĕr, īngēstă *vel* cōngēstă, hŭmō sĕpĕlĭo. Tŭmŭli hŏnōrēm dō, rēddo, rĕfĕro, ēxhĭbĕo. Dēcŏrārĕ sĕpūlcrō. Ēxĕquĭās făcĭo, pĕrăgo, cĕlebro. Jūstă Mānĭbŭs, *vel* Ūmbrīs sŏlvo, pērsŏlvo. Nīgræ sŏlēnnĭă pōmpæ dūco, cĕlebro. Fūnebrĕ, fūnĕrĕŭm, *vel* pĭŭm ōffĭcĭŭm rĕfĕro. Fūnĕrĕōs hŏnōrēs rĕfĕro. Cădāvĕr ēxănĭmŭm tēllŭs āccĭpĭt, tĕgit, sērvăt; grĕmĭō, *vel* sĭnū cōmplēctĭtŭr. VERS. Tŭmŭlō rēllĭquĭæ, ātque ōssă sĕpūltă quĭēscūnt. Āccĭpĭăt cĭnĕrēs tērră pătērnă mĕōs. Cōrpŭsque ēxsānguĕ sĕpūlcrō Rēddĭdĭt. Dărĕ cōrpŭs ĭnānĕ rŏgō. Īntĕrĕā sŏcĭōs, ĭnhŭmātăquĕ cōrpŏră tērræ Māndāmŭs. Īnnŭmĕrās strŭxērĕ pyrās ēt cōrpŏră pāssim Mūltă vĭrūm, tērræ īnfŏdĭūnt. Nōn te ōptĭmă mātĕr Cōndĕt hŭmi, pătrĭōve ŏnĕrābit mēmbră sĕpūlcrō. Făc lăpis īnscrīptīs stĕt sŭpĕr ōssă nŏtīs. Pōstquām cōndĭdĭt ūrnă sŭprēmōs cĭnĕrēs. Vĕl sāltēm pătrĭă cōntŭmŭlārĕt hŭmō. Sēdĭbŭs hūnc rĕfĕr āntĕ sŭis, ēt cōndĕ sĕpūlcrō. Cōndētŭrquĕ tŭŭm mŏnŭmēntīs cōrpŭs ăvītis. V. *Parento, Funus, Exequiæ*.

sēpēs, is. *Sēpĭbŭs īn nōstrīs pārvām tē rōscĭdă mālă*, Virg. Ecl. 6, 37. SYN. Sēptŭm, vāllŭm. EPITH. Āltă, lōngă, sylvēstrĭs, spīnōsă, frŭtĭcōsă, hīrsūtă, ăcūtă: sēntĭbŭs, spīnīs, hōrrēns.

sēpĭo, sēpivi, sēpĭi, et sēpi. *Āttĭcă Cēcrŏpĭī sēpĭt dŏctrīnă Plătōnĭs*. SYN. Ōbsēpĭo, vāllo, ās. PHR. Sēpēm prætēndo. Sēpĭbŭs, spīnīs, dūmētīs prætēxo, cīrcūmdo, āmbĭo, cīngo, cŏrōno, īnclūdo, stīpo, mūnĭo. Sĕgĕtī prætēndĕrĕ sēpēm. Prætēxit sēpĭbŭs hōrtōs. Cīrcūndārĕ sēpĭbŭs āgrōs.

sēpōno, is, pŏsŭi, pŏsĭtŭm. *Scīmŭs īnūrbānŭm lĕpĭdō sēpōnĕrĕ dīctō*, Hor. A. Poet. 273. SYN. Sēmŏvĕo, rĕmŏvĕo, āmŏvĕo.

sēpŏsĭtŭs. *Sēpŏsĭtī cĭcĕrĭs, nēc lōngæ īnvĭdĭt ăvēnæ*, Hor. Sat. 2, 6, 84. SYN. Sēmōtŭs, rĕmōtŭs, āmōtŭs.

sēps, sēpis. *ōssăquĕ dīssŏlvĭt cūm cōrpŏrĕ tābĭfĭcŭs sēps*, Luc. 9, 723. V. *Serpens*.

Sēptēmbĕr, bris. *Sēptēmbrĭbŭs hōrīs*, Hor. Ep. 1, 16, 16. *Mensis qui septimus erat, cùm Martius anni faceret initium*. EPITH. Frūctĭfĕr, grăvĭdŭs, ŏnĕrātŭs, pōmĭfĕr, răcēmĭfĕr. PHR. Mēnsis quō fœtō dē pālmĭtĕ pōmă nĭtēnt. Quō prēssō spūmăt vīndēmĭă Bācchō. Quā plēnīs spūmăt vīndēmĭă lăbrīs. Quā Lībră dĭēs cūm nōctĭbŭs æquăt.

sēptēmflŭŭs. *Pērquĕ păpȳrĭfĕrī sēptēmflŭă flūmĭnă Nīlī*, Ov. M. 15, 753.

sēptēmgĕmĭnŭs. *ĕt sēptēmgĕmĭnī tŭrbānt trĕpĭda, &c.* Virg. Æn. 6, 800. SYN. Sēptēmplēx.

sēptēmplēx, icis.—*Clȳpĕī ēxtrēmōs sēptēmplĭcĭs ōrbēs*, Virg. Æn. 12, 925.

sēptēnŭs. *Hōrrĕăt īnquĕ dĭēm sēptēnĭs ōdĕrĭt hōrīs*, Juv. 6, 182.

sēptĭfŏrĭs. *Sēptĭfŏrēm vūltŭm rătĭōnĭs sēnsĭbŭs āptānt*, B.

Sēptēntrĭo, ōnis. *Tālĭs Hȳpērbŏrĕō sēptēm sŭbjēctă trĭōnī*, Virg. Geo. 3, 381. PHR. Gĕlĭdŭs āxis. Hȳpērbŏrĕŭs, *vel* Bŏrĕŭs āxis. Gĕlĭdī trĭōnēs. Gĕlĭdă plāgă. Ārctōă tērră, tēllŭs, ōră. Pārrhăsĭæ Vīrgĭnĭs āxis. Ārctōs gĕlĭdă, glăcĭālĭs. Prōxĭmă sȳdĕrĭbŭs tēllŭs Ērȳmānthĭdŏs ūrsæ. Quæquĕ Lȳcāŏnĭō tērră sŭb āxĕ jăcĕt. Bŏrĕæ dŏmŭs. Gĕlĭdōs Āquĭlōnĭs ăd ōrtŭs. V. *Arctos*.

sĕpūlcrŭm.——*Rĕfĕr āntĕ sŭīs, ēt cōndĕ sĕpūlcrō*, Virg. Æn. 6, 152. SYN. Tŭmŭlŭs, mŏnŭmēntŭm, būstŭm. EPITH. Trīstĕ, mœstŭm, flēbĭlĕ, fātālĕ, fūnĕrĕŭm, lūgubrĕ, ātrŭm, ōbscūrŭm, gĕlĭdŭm, frīgēns, căvŭm, īmŭm, quĭētŭm, mărmŏrĕŭm, māgnĭfĭcŭm, sŭpērbŭm, prĕtĭōsŭm, rēgālĕ, ēxstrŭctŭm. PHR. Sĕpūlcrī sēdēs, ūrnă, mōlēs. Tŭmŭli quĭēs, hŏnōs, dĕcŭs, dōnă. Sĕpūlcrālis

Digitized by Google

ūrnă, dŏmŭs, fŏvĕă, lăpis. Sĕpŭlcrālĕ mărmŏr, săxŭm. Tĕrrēnŏ ĕx ăggĕrĕ būstŭm. VERS. Ingēns ăggĕrĭtŭr tŭmŭlō tēllūs. Sŭpĕrāddĭtă laūrŭs, Quæ tĕgăt ēxtincti fūnĕris ūmbră lŏcūm. Āffĕrĕt hūc ūnguēntă mĭhī, sērtīsquĕ sĕpūlcrūm Ōrnābit cāstūs ăd mĕă būstă sĕdēns. Sēdĭbŭs ŭt sāltēm plăcĭdīs in mōrtĕ quiēscăm. Tūnc ĕgŏmēt tŭmŭlūm Rhœtēo in līttŏre ĭnānēm Cōnstĭtŭi. Quīnctiăm mĕă cūm tŭmŭlūs cōntēxĕrit ōssă. Quĭētō Āccĭpiăt tēllŭs ōssă intŭmŭlātă sĕpūlcrō. V. *Sepelio.*

sĕpūltŭs. *Lūmĭnă rāră mĭcānt, sōmnō vīnōquĕ sĕpūlti*, Virg. Æn. 9, 189. SYN. Hŭmātŭs, tŭmŭlātŭs. V. *Sepelio.*

sĕpŭlcrālis. *āntĕ sĕpŭlcrālēs īnfēlix ādstĭtĭt ārās*, Ov. Met. 8, 480. SYN. Fūnĕrĕŭs.

sĕpūltūră. *Pōstquĕ sĕpūltūrām cŏmĭtātŭs cōnjŭgĕ nātūs*, Fil. SYN. Tŭmŭli, sĕpŭlcri hŏnŏr, Tŭmŭli dĕcŭs. V. *Sepulcrum.*

Sēquănă.——*Mōsă, Mātrŏnă, Sēquănă, Lēdŭs*, Sil. *Galliæ fluvius qui Lutetiam intersecat; duplici fluento Civitatem amplectens, et Academiam ex unâ parte, Urbem ex alterâ separans. In Oceanum juxta Portum Gratiæ influit.*

Sēquănĭcŭs. *Hūnc tĭbi Sēquănĭcæ pinguēm, &c.* Mart. 4, 19.

sĕquāx, ăcis. *Ōră fŏvē, fūmōsquĕ mănū prætēndĕ sĕquācēs*, Virg. Geo. 4, 230. SYN. Sĕquēns, *vel* dūctĭlis, flēxĭlis.

sĕquēstĕr, ă, ŭm. *Bis sēnōs pĕpĭgērĕ dĭēs, ēt pācĕ sĕquēstrā*, Virg. Æn. 11, 133. EPITH. Fīdŭs, ămīcŭs.

sĕquŏr, ĕris, sĕcūtŭs.———*ēt sē sĕquĭtūrquĕ fŭgitquĕ*, Ov. Met. 4, 361. SYN. Sēctŏr, sŭbsĕquŏr, insĕquŏr, insto. PHR. Pōnĕ sŭbĕo. Tērgă *vel* ă tērgō sĕquŏr. Vēstīgiă sĕquŏr, lĕgo, ūrgĕo, sērvo. Vēstīgiă pāssĭbŭs ūrgĕo. Pĕdēm pĕdĕ ūrgĕo. Vādēntēm pāssĭbŭs æquo. Pāssĭbŭs ĕūntĭs insto. Æquō sĕquŏr vēstīgiă pāssū. VERS. Sŭbsĕquĭtŭr, prēssōquĕ lĕgit vēstīgiă grēssū. Cūrrēntēm, *vel* fŭgiēntem æquārĕ sĕquēndo. Sĕquŏr, ĕt quā dūcĭtis, ădsŭm. Mē pēnnis sēctārĕ dătis, ĕgŏ prævĭŭs ibo. Sit tĭbi cūră sĕqui, mē dūcĕ tūtŭs ĕris. Ēt lōngĕ sērvăt vēstīgiă cōnjūx. Vēstīgiă rētrō Ōbsērvātă sĕquŏr. Īllĕ dūcem haūd tĭmĭdis vādēntēm pāssĭbŭs æquăt. Sævĕ, quid insĕquĕris, quid jām nōlēntĭbŭs instās!

sĕră, æ. *Tēmpŏră nŏctis ĕūnt, ēxcūtĕ pōstĕ sĕrām*, Ovid. SYN. Claūstrūm, ŏbēx, fērrūm. EPITH. Fērrĕă, fērrātă, ærātă, strīdēns, firmă, vălĭdă, fīdă, tūtă, sēcūră, āffixă, āppŏsĭtă. PHR. Sĕræ ŏbēx, *vel* mūnīmĕn. Claūsæ mūnīmĭnă pōrtæ. V. *Janua.*

Sĕrāpis, is, *vel* idis. *nēc quæ tūrbă Sĕrāpin ămăt*, Mart. 9, 31. SYN. Āpis, Ŏsīris. V. *Osiris et Apis.*

sĕrēno, ās. *Vūltū quō cœlūm tēmpēstātēsquĕ sĕrēnăt*, Virg. Æn. 1, 259. SYN. Trānquillo, sēdo, plăco. PHR. Spēm frōntĕ sĕrēnăt.

sĕrēnŭs. *infĕrĭōrĕ tĕnĕt nūbĕ sĕrēnŭs ăpex*, Mart. 8, 36, 8. SYN. Sĕrēnātŭs, innūbĭlŭs: nōn nūbĭlŭs, nōn tūrbĭdŭs. PHR. Sinĕ nūbĕ. Sinĕ nūbĭbŭs. Nūbĭbŭs cărēns, lĭbĕr, pūrgātŭs. Nūllā nūbĕ tĕmĕrātŭs. Nūllis nimbis, *vel* tĕnĕbris cōndĭtŭs, ŏpērtŭs, ŏbdūctŭs, dēnsŭs, grăvis, ŏbsĭtŭs. Plŭviă, vēntisquĕ cărēns.

sĕrēnĭtās, ātis. *Pūræ cārnĭfĭcēs sĕrēnĭtātis.* (Phal.) SYN. Sĕrēnŭm, sūdŭm. EPITH. Trānquillă, pācātă, plăcĭdă, quiētă, ămīcă, blāndă, ămœnă, ŏptātă, făvēns. PHR. Sĕrēnŭs, pūrŭs, cāndĭdŭs, clārŭs, *vel* trānquillŭs dĭēs, āĕr, pŏlŭs, Sōl. Dĭēs innūbĭlŭs, sĕrēnŭs. V. *Serenus.* Trānquillŭs sinĕ nūbĕ dĭēs. Sĕrēnŭm cœlŭm. Plăcĭdi cœli indūlgēntiă, clēmēntiă, ămīcă tēmpĕrĭēs. Pūri plăcĭdissimă cœli tēmpĕrĭēs. Sinĕ nūbĭbŭs āĕr lūcĭdŭs. Āĕr trānquillă lūcĕ sĕrēnŭs. Æstivi făcĭēs innūbĭlă cœli. Lĭbĕr nūbĭbŭs æthĕr. Cœlŭm pūrō lūmĭnĕ rĭdēns. Sĕrēnō lūmĭnĕ Sōl mĭcăt, irrădĭăt, splēndēscit. Sōl nūbĭlă disjĕcit, fŭgāvit, ērĭcit. VERS. Pūrgātŭsquĕ nĭtēt discŭssis nūbĭbŭs æthĕr. Trānsĕăt hic sinĕ nūbĕ dĭēs, stēnt āĕrĕ vēnti. Făvĕt innūbis clēmēntiă cœli. Cōncĭdūnt vēnti, fŭgiūntquĕ nūbēs. Clāră dĭēs, Zĕphўrīquĕ rĕfēcit Aūră pŏlŭm. Cœlōquĕ quiēs dēmīssă sĕrēnō Ādfŭit, haūd ălĭās spīrārūnt lēniŭs aūræ. Dēsiĕrānt imbrēs, victōquĕ Āquĭlōnĭbŭs Aūstrō, Ēmĭcŭit rĕsĕrātă dĭēs. Nōn tĕpĭdŭs plŭvĭās cōncĭtăt Aūstĕr ăquās. Pūriŏr hic cāmpis āĕr, Phœbūsquĕ sĕrēnō Lūmĭnĕ pūrpŭrĕŭm rĕsĕrāt jām sūdŭs Ŏlŷmpŭm. Sōl tristi dēpēllit nūbĭlă cœlō. Nĕbŭlās rĕcēdĕrĕ jūssit. Fŭgiūnt tōto æthĕrĕ nimbi. Ēccĕ sĕrēnātō clārŭm jŭbăr ēmĭcăt āxĕ. Nūbĕ sŏlĕt pūlsă cāndĭdŭs irĕ dĭēs: Nūbĭlă disjēcit, nimbisque Āquĭlōnĕ rĕmōtis, Ēt cœlō tērrās ōstēndit, ēt æthĕră tērris. Sōl qui tēctŭs ăquōsis Nūbĭbŭs āntĕ

fūlt, victis ē nūbĭbŭs ēxit. Sūb Jŏvĕ tēmpĕrĭēs ēt nūnquām tūrbĭdŭs āēr. Pācātūmquĕ nĭtēt diffūsō lūmĭnĕ cœlūm. Dīlŭĕrāt nĕbŭlās Tītān, sēnsimquĕ flŭēbāt Călĭgo in tērrās nĭtĭdō rĕsŏlūtă sĕrēnō. Pŏstquām cūnctă vidēt cœlō cōnstārĕ sĕrēnō. Quālis ŭbi ŏppŏsĭtās nĭtĭdissĭmă Sōlis ĭmāgo Ēvĭcit nūbēs, nūllāque ŏbstāntĕ rĕlūxĭt. V. *Mare Tranquillum.*

**Sērĕs,** ūm. *Vēllĕrăque ŭt fŏlĭĭs dēpēctānt tĕnŭĭă Sērēs,* Virg. Geo. 2, 121. *A singulari* Ser. *Populi Orientales, Indis finitimi, apud quos in arboribus quibusdam lana excrescit tenuissima,* Sericum *dicta: Bombyces etiam ibidem lanam suam conficiunt, quæ propriè* Bombycinum *appellatur.* EPITH. Eōi, cŏlōrāti, flāvi, lōnginqui, ēxtrēmi, bĕnigni, mitēs. VERS. Mōllĭă lōnginquī jāctēnt sŭă vēllĕră Sērēs.

**Sērĭcŭs.** *Dŏctŭs săgīttās tēndĕrĕ Sērĭcās,* (Alcaic.) Horat. O. 29, 9. L. 1. SYN. Bōmbȳcĭnŭm, *in plur.* Sērĭcă, Bōmbȳcĭnă, ōrūm. EPITH. Dīvēs, nŏbĭlĕ, prĕtĭōsŭm. PHR. Sērĭcūm stāmĕn, vēllŭs. Sērĭcă fīlă. Vēllĕră Sērūm, *vel* Sērĭcă vēstis. V. *Stamen.*

**sĕrĭēs,** ĭēi. *Quēm nūnquām Jūnō, sĕrĭēsque immēnsă lăbōrūm,* Ov. Ep. 9, 5. SYN. Ordo. EPITH. Lōngă, immēnsă, cōntĭnŭă. PHR. Sĕrĭēs lōngissĭmă rērūm. Sĕrĭēm ēvŏlvĕrĕ. VERS. Fīnis āltĕrĭūs măli grădŭs ēst fŭtūri. Rĕdit ăgrĭcŏlis lăbŏr āctŭs ĭn ōrbēm.

**sērĭŭs,** ă, ŭm. *Pŏst hăbŭi tămĕn illōrūm mĕă sērĭă lūdō,* Virg. Ecl. 7, 17.

**sērmo,** ōnis.—*Pŏpŭlŏs sērmōnĕ rĕplēbăt,* Virg. Æn. 4, 189. SYN. Ōrātĭo: vōcēs, vērbă, dictă, lŏquēlæ, cōllŏquĭūm, āllŏquĭūm. EPITH. Cūltŭs, grăvis, ămœnŭs, văgŭs, lĕpĭdŭs, blāndŭs, mītis, dĭsērtŭs, pŏlītŭs, dŏctĭlŏquŭs, pūrŭs, cōmis, cănōrŭs, prōmptŭs, fēstīvŭs, suāvis, pŏtēns, cōncinnŭs, cōmptŭs, ōrnātŭs, mōllis, flēxănĭmŭs, nŭmĕrōsŭs, fācūndŭs, jĕjūnŭs, ārĭdŭs, ēxĭlis, tĕnŭis, hŭmĭlis. PHR. Cōmplētquĕ văgis sērmōnĭbŭs aūrēs. Mūltă jŏcāns, cōmiquĕ tĕnēns sērmōnĕ sĕdēntēs. V. *Loquor, Eloquium, et Eloquens.*

**sĕro,** sēvi, sătūm. *Tēctă sĕrāt lātē circūm, cui tālĭă cūræ,* Virg. Geo. 4, 113. SYN. Sēmĭno, insĕro, cōnsĕro. PHR. Sēmĕn spārgĕrĕ, mittĕrĕ, jăcĕrĕ, jāctārĕ. V. *Semino pro Spargo.* (Virg.) Rūmōrēsquĕ sĕrit vărĭōs, āc tālĭă fātŭr.

**sēro,** adv. *Heū sērō rĕvŏcātŭr ămŏr, sērōquĕ jŭvēntŭs,* T. *Sērō mĕmŏr thălămi, mæstæ sŏlātĭă mātri,* Stat. SYN. Tārdē, sērĭŭs, tārdĭŭs.

**sērōtĭnŭs.** *ēt călīgānti prĕmĕrēt sērōtĭnă nōctĕ,* Hilar. SYN. Sērŭs, vēspērtīnŭs.

**sērpēns.**—*cīnctāmquĕ gĕrit sērpēntĭbŭs hȳdrām,* Virg. Æn. 1, 658. SYN. Ānguis, drăco, cŏlŭbĕr, cŏlubră, hydrŭs, hydră, āspis, chĕlydrŭs, vīpĕră. EPITH. Vĕnēnōsŭs, lētĭfĕr, lēthālis, āspĕr, nŏxĭŭs, nŏcŭŭs, dīrŭs, ātĕr, tŭmēns, tŭmĭdŭs, squāllĭdŭs, squāllēns, hōrrēns, hōrrĭbĭlis, hōrrĭdŭs, mĭnāx, tērrĭbĭlis, lătēns, sĭnŭōsŭs, tōrtŭs, tōrtĭlis, intōrtŭs, implĭcĭtŭs, lūbrĭcŭs, squāmōsŭs, cristātŭs, pēnnātŭs, vĕnēnĭfĕr, lĭvĭdŭs, lĭvēns, fĕrōx, sævŭs, atrōx, virēns, cœrŭlĕŭs, vērsĭcŏlŏr, cŏrŭscŭs, sībĭlŭs, immānis, vīpĕrĕŭs, Gōrgŏnĕŭs, Lĭbȳcŭs. PHR. Squāmĕă tūrbă. Sērpēntūm lēthālĕ gĕnŭs. Cristă, *vel* linguă trĭsūlcă hōrrēndŭs. Ōrĕ mĭnāx, linguāquĕ trĭsūlcă. Mūltĭplĭci flēxū sĭnŭōsŭs. Quī mēmbris lūbrĭcŭs ērrăt. Sĭnŭōsă vŏlūmĭnă tōrquēns, vērsāns. Mūltĭplĭcēs sĭnŭātŭr in ōrbēs. Sĭnŭōsō flēxū ēlābĭtŭr ānguis. Pēr immēnsōs sĭnŭăt crēbră vŏlūmĭnă gȳrōs. Vŏlūbĭlĭbŭs squāmōsōs nēxĭbŭs ōrbēs Implĭcăt. Squāmĕŭs in spīrām trāctū sē cōlligĭt ānguis. Lōngŭs dăt cōrpŏrĕ tōrtŭs. Sēptem ingēns gȳrōs, sēptēnă vŏlūmĭnă trāxit. Tārdōs trăhit sĭnŭs ūltĭmŭs ōrbēs. Ālvō tĕnŭs īmă pĕr ōrbēs Squāmĕŭs intōrtōs sĭnŭăt vēstīgĭă sērpēns. Tŭmĭdūmquĕ nōdis cōrpŭs ăggēstis plĭcăt, cōgitque in ōrbēs. Tōrtō cōrpŏrĕ vērrit hŭmūm. Squāmĕă cōnvŏlvit sŭblātō pēctŏrĕ tērgă. Sĭnŭāns immēnsă vŏlūmĭnĕ tērgă. Sē in sŭă mēmbră plĭcāns. Sībĭlă tōllēns. Hōrrēndă sībĭlă dāns, mittēns. Sībĭlă dānt, săniēmquĕ vŏmŭnt, linguisquĕ cŏrŭscānt. Lōngē căpŭt ēxtŭlit āntrō Cærŭlĕŭs sērpēns, hōrrēndăquĕ sībĭlă misit. Strīdŭlă fŭndŭnt vĭbrātis sībĭlă linguis. Sībĭlă cōllă Ārdŭŭs āttōllit. Ōrăquĕ vĭbrānti strīdēbānt sībĭlă linguā. Hōrrēndūm sībĭlăt ōrĕ. Hōrrĭdă sībĭlă dăt, tōllit, fŭndit. Vĕnēnō tŭmēns. Vĕnēnō ārmātŭs, ēt īră tērrĭbĭlis. Vĕnēnō plēnŭs, tŭmĭdŭs. Vīpĕrĕō fēllĕ tŭmēns, virēns, lūrĭdŭs. Linguā, ŏcŭlisquĕ mĭnāx. Linguis mĭcăt ōrĕ trĭsūlcis. Linguā vĭbrāntĕ mĭnāx. Trĭfĭdām linguām ēxērtāns, ēxērcēns. Lōngŭsquĕ tōrtā sībĭlăt caūdā drăco. Vĕnēnātă linguām cūspĭdĕ vĭbrāns. Ārdēns ŏcŭlis. Ignĕă sānguĭnĕă rŭtĭlābānt lūmĭnă flāmmā. Ŏcŭli sūffēcti sānguĭne ēt igni. Ārdēntis āb ōrĕ Scintillæ ābsistŭnt, ŏcŭlis mĭcăt ācrĭbŭs ignis. Ignĕ mĭcānt ŏcŭli. Cōrpŭs tŭmĕt ōmnĕ

vĕnēnō. Trēsquĕ mĭcānt lĭnguæ, trĭplĭcī stānt ōrdĭnĕ dēntēs. Măcŭlīs ăristīsquĕ dĕcōrŭs. Măcŭlīs īnsīgnīs ĕt aūrō. Nōtīs lōngām măcŭlōsūs grāndĭbŭs ālvūm. Crīstīs præsīgnīs ĕt aūrō. Ărrēctīs hōrrēns squāmīs. Lēthĭfĕrō tāctū vel mōrsū mĕtŭēndŭs. VERS. Occŭpăt hōs mōrsū lōngīs āmplēxĭbŭs īllōs. Hōs nĕcăt āfflātū, fŭnēsta hōs tābĕ vĕnēnī. Cōrpŏră nātōrūm sērpēns āmplēxŭs ŭtērquĕ, Implĭcăt, ĕt mĭsĕrōs mōrsū dēpāscĭtŭr ārtūs: Pōst īpsum aūxĭlĭō sŭbĕūntem, āc tēlă fĕrēntēm Cōrrĭpĭūnt, spīrīsquĕ lĭgānt īngēntĭbŭs, ĕt jām Bīs mĕdĭūm āmplēxī, bīs cōllō squāmĕă cīrcūm Tērgă dătī. Lēthĭfĕram ērūctānt sănĭem, īmmĕdĭcābĭlĕ vīrŭs. Īmprōvīsum āsprīs vĕlŭtī quī sēntĭbŭs ānguēm Prēssĭt hŭmī nĭtēns, trĕpĭdūsquĕ rĕpēntĕ rĕfūgĭt Āttōllēntem īrās ĕt cœrŭlă cōllă tŭmēntēm. Quālīs sæpĕ vĭæ dēprēnsŭs īn āggĕrĕ sērpēns, ærĕă quem ōblĭquūm rŏtă trānsĭīt, aūt grăvīs īctū Sēmĭnĕcēm lĭquĭt sāxō lăcĕrūmquĕ vĭātŏr, Nēquĭcquām lōngō fŭgĭēns dăt cōrpŏrĕ tōrtŭs. Pārtĕ fĕrōx, ārdēnsque ŏcŭlīs, ĕt sībĭlă cōllă Ārdŭŭs āttōllēns. Ceū sāxĕă sævūm, Cūm fōrte īn trĭvĭīs tēmpēstās ōbrŭĭt ānguēm: Īllĕ fŭrĭt, mŏrĭēnsquĕ mĭnās vŏmĭt ātquĕ vĕnēnūm: Māllĕ lĭgāns caūdām squāmōsāquĕ cōrpŏră nōdīs. Hōrrĭfĭcūs sōlō āspēctū: pōstrēmă crŭēntŭs Sībĭlă, lānguēntēsque ŏcŭlōs āttōllĭt, ĕt īpsūm Sævĭt īn aūthōrēm frūstrā. Saūcĭŭs āt sērpēns sĭnŭōsă vŏlūmĭnă vērsăt, Ārrēctīsque hōrrĕt squāmīs, ĕt sībĭlăt ōrĕ, Ārdŭŭs īnsūrgēns. Sībĭlăt īnsūrgēns căpĭtī, ĕt tūrgēntĭă cīrcūm Mūltūs cōllă mĭcăt squāllēntī pēctŏrĕ sērpēns. Ēcce aūtēm gĕmĭnī ā Tĕnĕdō trānquīllă pĕr āltă (Hōrrēscō rĕfĕrēns) īmmēnsīs ōrbĭbŭs ānguēs Īncūmbūnt pĕlăgō, părĭtērque ād līttŏră tēndūnt: Fĭt sŏnĭtūs spūmāntĕ sălō, jāmque ārvă tĕnēbānt, Ārdēntēsque ŏcŭlōs sūffēctī sānguĭne ĕt īgnī, Sībĭlă lāmbēbānt līnguīs vĭbrāntĭbŭs ōră. Mārtĭŭs ānguĭs ĕrāt crīstīs præsīgnīs ĕt aūrō. Ādўtīs cūm lūbrĭcŭs ānguīs āb īmīs Sēptem īngēns gўrōs, sēptēnă vŏlūmĭnă trāxĭt; Cærŭlĕæ cuī tērgă nŏtæ, măcŭlōsŭs ĕt aūrō Squāmmam īncēndēbăt fūlgōr, ceū nūbĭbŭs ārcūs Māllĕ trăhĭt văriōs ādvērsō sōlĕ cŏlōrēs.

sērpo, sērpsi. *intĕr victrīcēs hĕdĕrām tĭbi sērpĕrĕ laūrōs*, Virg. Ecl. 8, 13. SYN. Rēpo, rēpto, ādrēpo, insērpo. PHR. Hŭmi sērpo, cōrpŭs trăho. Cōrpŏrĕ hŭmūm, *vel* tērrăm vērro. V. *Repo*.

sērpўllūm. *ĕt ŏlēntĭa lātĕ Sērpўlla*, Virg. Geo. 4, 31. EPITH. Ŏdōrĭfĕrūm, ŏdōrūm, frāgrāns, grātūm, jūcūndūm, suāvĕ, āmœnūm, vĭrēns, vĭrĭdĕ, lūxŭrĭāns.

sērră, æ. *ĕt pinguēs tūnĭcās sērră sĕcārĕ pŏtēst*, Mart. 141, 143. EPITH. Ārgūtă, fĕrrĕă, ăcūtă, strīdēns, dēntātă, raūcă, lōngă. Dædălĕă, *quia à Dædalo, ut aiunt, inventa*. PHR. Ārgūtæ lāmĭnă sērræ.

sērtūm. *Tēxtĭlĭbūs sērtĭs ōmnĕ rŭbēbăt ĭtĕr*, Mart. 6, 80, 8. SYN. Cŏrōnă, cŏrōllă. EPITH. Flōrēns, ŏdōrūm, rĕdŏlēns, nēxĭlĕ, tēxtĭlĕ, pīctūm, gĕnĭālĕ, fēstūm, lūtĕūm, ŏlēns, spīcĕūm, flōrĭdūm, cœrŭlĕūm, grāmĭnĕūm, flōrĕūm, flāvēns, stēllāns, frāgrāns, rŏsĕūm, pīctūrātūm, hālāns, īnsīgnĕ, āmărānthæūm, vĭrĭdĕ, cŏlōrātūm, pūnĭcĕūm, rădĭōsūm, īntōrtūm, frōndĕūm, vĭrĭdĕ, rŏscĭdūm. PHR. Sērti dĕcŭs, hŏnŏr, ŏdŏr. Flōrēs īntēxĕrĕ sērtīs. Flōrĭbŭs ē vărĭīs sērtūm, *vel* cŏrōllām, nēctĕrĕ, tēxĕrĕ, cōnnēctĕrĕ, fīngĕrĕ. Vărĭōs īn sērtă flōrēs jūngo, strīngo, lĭgo, vīncio, cōnnēcto, cōllĭgo, cōnstrīngo. Sērtīs cŏrōno, ōrno, dĕcŏro, rĕdĭmio. Sērtīs ōrnātă cŏrūscăt, nĭtĕt. Sērtīs ŏdōrīs, *vel* rĕcēntĭbŭs hālānt, spīrānt, ŏlēnt. Vărĭō flōrēntĭă sērtă dĕcōrĕ. Sērtăquĕ pūrpŭrĕă lūtĕă mīxtă rŏsā. VERS. Sērtă cŏrōnātō dē vērtĭcĕ pēndēnt. Fēstăque ŏdōrātīs īnnēctūnt tēmpŏră sērtīs. Tōrtĭlĭbŭs sērtīs ōmnĕ rŭbēbăt ĭtĕr. V. *Corona*.

sērvă. SYN. Āncīllă, fāmŭlă, mĭnīstră. V. *Servus*.

sērvīlīs. *Cērĕă sūpplĭcĭtĕr stābăt sērvīlĭbŭs, ātquĕ*, Hor. Sat. 1, 8, 32.

sērvo, ās. *Hīs, ō Gāllĕ, tŭōs mŏnĭtīs sērvābĭs ămōrēs*, Prop. 1, 20, 51. SYN. Āssērvo, cōnsērvo, cūstōdio, tūtŏr, sālvo. V. *Custodio, Salvo*.

sērvio, īs. *mĕă mēns tĭbĭ dēdĭtă sērvĭt*, Tibull. 1, 2, 101. SYN. Fāmŭlŏr, mĭnīstro: ŏbēdio, pārĕo, ōbsĕquŏr. PHR. Sūm mĭnīstĕr, sērvŭs, fāmŭlŭs, māncĭpĭūm. Ŏpĕrām mĭnīstro. Sērvī īmplērĕ vĭcēs. Sērvĭtĭūm, *vel* jŭgūm sŭbĕo, pătĭŏr, pērpĕtĭŏr, fĕro. Dŏmĭnūm pătĭŏr. Sērvĭtĭō prĕmŏr. Sævī dŏmĭnī īrās pătĭŏr. Jŭgō cōllă dărĕ, sūbdĕrĕ, īrĕ sūb jŭgă. VERS. Fāmŭlārĕ cōllō nōbĭlī sŭbĕăt jŭgūm. Fūngĭtŭr trīstĕ mĭnīstĕrĭūm. Sūbmīsĭt trīstī cōllă sŭpērbă jŭgō. Lībĕră Rōmānæ sūbjēcĭt cōllă cătēnæ. Sērō rĕcūsăt fērrĕ, quŏd sŭbĭīt jŭgūm. Nēquĕ sērvĭtĭō me ēxīrĕ lĭcēbăt. Grājīs sērvĭtūm mātrĭbŭs ībo. Quæ tĭbĭ jūcūndō fāmŭlātŭr sērvă lăbōrĕ. Jūrăt sē fŏrĕ māncĭpĭūm tēmpŭs īn ōmnĕ tŭūm. Sīc quī paūpĕrĭēm vĕrĭtŭs, pŏtĭōrĕ mĕtāllīs Lībērtātĕ cărĕt. Dŏmĭnūm vĕhĕt īm-

Digitized by Google

probus: ătquĕ Sĕrvĭĕt ætĕrnūm qui părvō nĕscĭĕt ūtī. Sĕrvīrĕ rĕcūsăt Dētrĕctātquĕ jŭgūm.

Servitium. *Jŭgūmquĕ Sĕrvĭtī vŭlgārĕ fĕrēs*, Stat. S. 3, 4, 34. SYN. Sĕrvĭtūs, fămŭlātŭs, mĭnistĕrĭūm: jŭgūm. EPITH. Grăvĕ, ægrūm, tristĕ, tūrpĕ, dūrūm, nĕfāndūm, immĭtĕ, ăcrĕ, mălignūm, misĕrūm, misĕrābĭlĕ, infāmĕ, mŏlestūm, ŏnĕrōsūm, hŭmĭlĕ, ăbjectūm, vīlĕ. PHR. Sĕrvīlīs lăbŏr. Fămŭlārĕ ŏpŭs. Hĕrīlĕ jŭgūm. Iniquūm jŭgi pondŭs, ŏnŭs. Dūrūm nĭmĭs jŭgūm Tyrănni. Hostēs Sĕrvĭtĭō prĕmĕt, ăc victis dŏmĭnābĭtŭr Argis.

Servitus, ūtis. *Quāsquĕ cĕrvīcēs dărĕ sĕrvĭtūtī*. (Sapph.) SYN. Sĕrvĭtĭūm, fămŭlātŭs, mĭnistĕrĭūm: jŭgūm. EPITH. Grăvis, ægră, tristis, dūră, misĕră, mŏlestă, căptīvă, ŏnĕrōsă, hŭmĭlis, ăbjectă, sordĭdă, vīlis, inglōrĭă, tūrpis, infāmis, intŏlĕrābĭlis, ærūmnōsă, ăcerbă, ĕgēnă, flēbĭlis, tyrānnĭcă. Sĕrvĭtĭi jŭgūm. Sĕrvīlis lăbŏr. V. *suprà Servitium.*

serus, ă, ūm. *Sĕrŭs in ŏffensām rĕttŭlĕrĭtquĕ pĕdēm*, Tib. 1, 7, 62. SYN. Tārdŭs.

servus. *Dētrĭmentă, fŭgās sĕrvōrūm, incendĭă rīdĕt*, Hor. Ep. 2, 1, 121. SYN. Fămŭlŭs, mĭnistĕr, vernă, māncĭpĭūm, pŭĕr, *vel* căptīvŭs. EPITH. Fīdŭs, fĭdēlis, sēdŭlŭs, strēnŭŭs, vĭgil, ăcĕr, ŏffĭcĭōsŭs, ăgĭlis, sollers, impĭgĕr, gnārŭs, promptŭs, ĭnops, misĕr, infēlix, ĕgēnŭs, vīlis, ăbjectŭs, hŭmĭlis, sordĭdŭs. PHR. Fămŭlāris, fămŭlă, *vel* fămŭlōrūm tūrbă, ōrdo. Fămŭlæ tūrbæ nŭmĕrŭs ingēns. Fămŭlōrūm nŭmĕrōsă mănŭs. Obsĕquĭō cĕlĕr, *vel* intentŭs. Ad jūssă, *vel* ăd ărbĭtrĭūm dŏmĭni părātŭs, promptŭs, ăccinctŭs, ălăcĕr. Nūtŭs hĕrīlēs obsērvāns. Jŭgă dētrectāns, rĕcūsāns, excŭtĭēns. Pārērĕ, *vel* păti jŭgūm indŏcĭlis, impătĭēns. Făcĭlis ăd jūssă măgistri. Ordĭnĕ certō Ad sŭă compŏsĭti discēdūnt mūnĕră sĕrvi. V. *Captivus.*

Sĕrȳphŭs, ī. *Plānāmquĕ Sĕrȳphōn*, Ov. M. 465. *Una ex Insulis Cycladibus, mari Ægeo, quò exules amandabantur.* EPITH. Părvă, hŭmĭlis, brĕvis, incūltă.

setæ, ārūm. *Rĭgĭdis hŏrrentĭă sētis*, Ov. Met. 8, 428. SYN. Pĭli. EPITH. Cŏmāntēs, rĭgĭdæ, dūræ, hirtæ, fĕræ, trĕmŭlæ, hŏrrĭdæ, hŏrrentēs, hispĭdæ. VERS. Et villōsă fĕris hŏrrēbānt pectŏră sētis. Mentōquĕ rĭgēscūnt Hŏrrentēs sētæ.

sētĭgĕr, ă, ūm. *Qui Dĭŏmēdæis mĕtŭendŭs sētĭgĕr ăgris*, Mart. 13, 93.

sētōsŭs. *Sētōsi căpŭt hōc ăpri, tĭbi Dēlĭă părvŭs*, Virg. Ecl. 7, 29. SYN. Sētĭgĕr. PHR. Sētis ăspĕr. Hŏrrēns, hŏrrĭdŭs, villōsŭs, obsĭtŭs, cŏmāns, impexŭs, rĭgēns, rĭgĭdŭs, hŏrrēns villis.

sĕvērĭtās, ātis. *Quārē dēpŏsĭtā sĕvērĭtātĕ*, (Phal.) Mart. 1, 36, 12. SYN. Austērĭtās, ăcerbĭtās, ăspĕrĭtās, dūrĭtĭēs, atrōcĭtās, inclēmentĭă, sævĭtĭă, fĕrōcĭă, crūdēlĭtās, tĕtrĭcĭtās, mōrōsĭtās *vel* grăvĭtās. EPITH. Ăcerbă, dūră, mŏlestă, intŏlĕrābĭlis, austēră. V. *Crudelitas et Gravitas.*

sĕvērŭs. *Rōmŭlĭdis Tătĭōquĕ sĕni, Cŭrĭbŭsquĕ sĕvēris*, Virg. Æn. 8, 638. SYN. Austērŭs, ăcerbŭs, rĭgĭdŭs, ăspĕr, dūrŭs, atrōx, inclēmēns, sævŭs, fĕrōx, immĭtis, crūdēlis, tĕtrĭcŭs, mōrōsŭs, *vel* grăvis. V. *Gravis et Crudelis.*

sēvŏco, ās. *Sēvŏcăt hūnc gĕnĭtŏr, nĕc caūtām fāssŭs*, &c. Ovid. SYN. Sējūngo, *vel* āvŏco.

si. *Si pŏtŭit Mānēs ărcēssĕrĕ cōnjŭgis Orphĕŭs*, Virg. Æn. 6, 119.

sibi. *Tēquĕ sibi gĕnĕrūm Tēthȳs ĕmăt ōmnĭbŭs ūndis*, Virg. Geo. 1, 21. *Pōnĭtĕ spēs sibi quisquĕ, sĕd hæc*, &c. Virg. Æn. 12, 309.

sibilo. *Dīrĭgŭērĕ ŏcŭli, tŏt Ĕrīnnȳs sībĭlăt hȳdris*, Virg. Æn. 7, 447. SYN. Assībĭlo. PHR. Sībĭlă do, ēdo, fūndo, mitto, tŏllo, vibro. VERS. Strīdŭlă vibrātis fūndēbānt sībĭlă linguis. V. *Serpens.*

sibilus, *et* sibilum. *Nām nĕquĕ mē tāntūm vĕnĭentis sībĭlŭs Austri*, Virg. Ecl. 5, 82. EPITH. Strīdŭlŭs, strīdēns, hŏrrēns, hŏrrĭdŭs, raūcŭs, ăcūtŭs, ingēns, terrĭbĭlis, răbĭdŭs, quĕrŭlŭs, rĕpĕtītŭs, ĭtĕrātŭs, frĕquēns. PHR. Sērpentūm vōcēs, sŭsūrrŭs. Vīpĕrĕŭs sŏnŭs, strīdŏr. V. *Serpens.*

sibimĕt. *Grăvis sĕnectŭs sibimĕt, ēt pendēns mĕtŭs.* (Iamb.)

Sibȳllă. *Præsĭdĕt hŏrrendæquĕ prŏcŭl sēcrētă Sibȳllæ*, Virg. Æn. 6, 10. *Virgo futuri præscia. Decem numerantur.* 1. *Persica.* 2. *Africa seu Libyca.* 3. *Delphica.* 4. *Cumæa, in Italiâ Deïphobe appellata.* 5. *Erythræa.* 6. *Samia.* 7. *Cumana, Amalthæa nomine.* 8. *Hellespontiaca.* 9. *Phrygia.* 10. *Tyburtina, nomine Albunea.* SYN. Phœbăs. EPITH. Castă, vĕtŭs, lōngævă, ānnōsă, vīvāx, fātĭdĭcă, præsāgă, prænūncĭă, Phœbēă, Cūmæă, Delphĭcă.



Digitized by Google

PHR. Vātēs fœmĭnă. Fātĭdĭcă vātēs. Phœbi săcērdōs. Amphrȳsĭă vātēs, īntăctă virgo. Vēntūri præscĭă, prænūncĭă, intērprĕs. Cœlēsti āffiātă nūmĭnĕ. Phœbi lōngævă săcērdōs. VERS. At pĭūs Ænēās ārcēs quĭbŭs āltūs Ăpōllo Præsĭdĕt, hōrrēndæquĕ prŏcŭl sēcrētă Sĭbȳllæ, Āntrum īmmānĕ pĕtĭt, māgnām cui mēntem ănĭmūmquĕ Dēlĭŭs īnspīrăt vātēs ăpĕrĭtquĕ fŭtūră. Tālĭbŭs ēx ădȳtō dīctīs Cūmæă Sĭbȳllă Hōrrēndās cănĭt āmbāgēs, āntrōquĕ rĕmūgĭt, Obscūrīs vēra īnvŏlvēns. V. *Vates.*

Sĭbȳllīnŭs. *Quōd Sĭbȳllīni mŏnŭĕrĕ vērsūs.* (Sapph.) Hor. Car. Sec. 5.

sic. *Sic ăit, ĕt dictō cĭtĭūs tŭmida æquŏră plăcăt,* Virg. Æn. 1, 142. SYN. Ĭtă, haūd sĕcŭs, haūd ălĭtĕr, *vel* hāc vĭā, hāc rătĭōnĕ, hōc pāctŭ, hōcce mŏdō.

sĭcă, æ. *Illȳrĭci rĕstānt sĭcĭs, Sȳbĭnisquĕ fŏdēntēs,* Ennius. SYN. Pūgĭo, glădĭŭs, ēnsis.

Sĭcāmbri, ōrŭm. *Cædĕ gaūdēntēs Sĭcāmbri,* Hor. C. 4, 14, 15. *Alemanniæ populi ad utramque Rheni ripam habitantes. Crines flavos, ac tortos, accurati comebant.* EPITH. Fĕrōcēs, flāvi, īndŏmĭti, sævi, dūri, fōrtēs, crīnīti, īntōnsi. VERS. Crīnĭbŭs īn nōdūm tōrtis vĕnĕrĕ Sĭcāmbri.

Sĭcānŭs, *vel* Sĭcānĭŭs. *Sic tĭbi cūm flūctūs sŭbtēr lābērĕ Sĭcānōs,* Virg. Æn. 10, 4. —*Insūlă Sĭcānĭūm,* Virg. Æn. 8, 416. SYN. Sĭcŭlŭs, Sĭcĕlĭdis, Trīnăcrĭŭs. V. *Sicilia.*

sĭcārĭŭs. *Quōd mœchŭs fĕrĕt aūt sĭcārĭŭs, aūt ălĭōqui,* Hor. Sat. 1, 4, 4. EPITH. Fĕrŭs, ōccūltŭs.

siccĭnĕ. *ōrĕ sŭo ĕt dīxĭt, siccĭnĕ lēntĕ jăcēs?* Prop. 2, 15, 8. SYN. Siccĕ, ĭtănĕ.

|| siccĭtās, ātis. SYN. Ărĭdĭtās. EPITH. Fērvĭdă, fērvēns, tōrrēns, vălĭdă, flāmmāns, ignāvă, sēgnis, īnērs, lēthĭfĕră. VERS. Cūm prīmūm siccis fērvōrĭbŭs ūrĭtŭr āēr. Dēnsæ tōrrēntŭr ărĭstæ. Pābŭlă cānēscūnt, cūm frōndĭbŭs ūrĭtŭr ărbŏr. Tērrāquĕ cœlēstēs ărĭdă sōrbĕt ăquās. Hĭūlcă sĭti fīndĭt Cănĭs æstĭfĕr ārvă. Dīcĭtŭr Ægȳptŭs cărŭīssĕ jŭvāntĭbŭs ārvă īmbrĭbŭs, ătque ānnōs siccă fŭīssĕ nŏvēm. Ārēbānt hērbæ ĕt vīctūm sĕgĕs ægră nĕgābăt. Ārēntĭs æstŭs hĭūlcăt ăgrōs. Vĭtĭō mŏrĭēns sĭtĭt āĕris hērbă. Dēsĕrŭīt āmnēs hūmŏr, ătque hērbās cālŏr siccŭs pĕrūssĭt. Ārŭīt ĕt mĕdĭō sĭtĭēns sŭb gūrgĭtĕ līmŭs. Pōstquam ēxhaūstă pălŭs tērræque ărdōrĕ dĕhĭscūnt. Sĭtis ūssĕrăt hērbās. Mĕdĭūm Sōl īgnĕŭs ōrbēm Haūsĕrăt. Ārēbānt hērbæ, cāvă flūmĭnă siccis Faūcĭbŭs ăd līmūm rădĭi tĕpĕfăctă cŏquēbānt. Æthĕrĕō fērvēns ēxārsit sȳdĕrĕ tēllūs. V. *Calor, Æstus.*

sicco. *Lāchrȳmās siccāvĕrăt ārdŏr,* Ov. M. 8, 469. SYN. Ēxsicco, ārĕfăcio: ēxhaūrio, ēbĭbo: ūro, ădūro, pĕrūro. PHR. Hūmōrēm, *vel* ăquās nĭmĭŭs cālŏr ēxtrăhĭt, ēxprĭmĭt, ēbĭbĭt, sōrbĕt, ēxhaūrit. Siccis fērvōrĭbŭs ăgrōs ūrĭt. V. *Siccitas.*

siccŭs. *Tē trāctārĕ vŏlēs ăccēdēs siccŭs ăd ūnctūm,* Hor. Ep. 1, 17, 12. SYN. Ārĭdŭs, ārēns, ārēscēns, siccātŭs, ēxsiccātŭs, sĭtĭēns, sĭtĭbūndŭs, ūstŭs, ădūstŭs, pĕrūstŭs. PHR. Hūmōris ĕgēns, ĕgēnŭs, ēxpērs, ārdōrĕ dĕhĭscēns. Siccō tērrām spŭĭt ōrĕ vĭātŏr ārĭdŭs. V. *Sitio et Siccitas.*

Sĭchæŭs. *Huic cōnjūx Sĭchæŭs ĕrăt dītīssĭmŭs ăgri,* Virg. Æn. 1, 347.—*mĭsĕri pōst fātă Sĭchæi,* Virg. Æn. 4, 20. EPITH. Sīdōnĭŭs, dīvĕs, săcĕr, rĕlĭgĭōsŭs, pĭŭs, Hērcŭlĕŭs, īnfēlix, Sȳrĭŭs, (*quia Syriæ Phœnice pars*) ŏpŭlēntŭs, Phœnīcēŭs, vĕnĕrāndŭs, &c. *Herculis Sacerdos, maritus Didonis, à Pygmalione occisus.* (Virg. Æn.)

Sĭcĭlĭă. *Sĭcĭlĭæ, drāchmæ scrūpūm sī ădjēcĕrō fĭĕt,* Fann. *Insula maris Mediterranei. Tria habet promontoria, Pachynum, Pelorum, et Lilybæum. Olim, ut referunt, Peninsula erat, Italiæ adhærens. In eâ mons Ætna incendiis clarus.* SYN. Sĭcānĭă, *seu* Sĭcānĭă, Trīnăcris, Trīnăcrĭă, *à triplici promontorio.* EPITH. Fērtĭlis, frūgĭfĕră, fĕrāx, fœcūndă, dīvĕs, trĭfĭdă, æquŏrĕă. PHR. Sĭcŭlŭs, Sĭcānĭŭs, Sĭcānŭs, 1. *et.* 2 *anc.* Trīnăcrĭŭs, *vel* Ætnæŭs sĭnŭs, pōrtŭs. Sĭcŭlă, Trīnăcrĭă, Trīnăcris, Sĭcĕlis tērră, īnsŭlă, Ĕnnæă īnsŭlă, *ab Ennâ urbe.* Ætnæă tēllŭs, *ab Ætnâ monte.* Ērȳcis fīnēs, *ab Eryce viro, et oppido,* Æŏlĭă īnsŭlă, *ab Æolo, qui hanc olim insulam occupavit.* Vūlcānĭă īnsŭlă, *à Vulcano, qui sub Ætnâ monte officinam habuit.* Gĭgāntūm, *vel* Cȳclōpūm rēgnă, ōræ Sĭcŭli fīnēs. Sĭcŭlūm līttŭs. Sĭcĕlis ōră. Ārvăquĕ frūgĭfĕræ pīnguĭă Sĭcānĭæ. VERS. Vix ē cōnspēctū Sĭcŭlæ tēllūris īn āltūm Vēlă dăbānt. Hæc lŏcă vi quōndam ĕt vāstā cōnvūlsă rŭīnā, (Tāntum ævi lōngīnquă vălĕt mūtārĕ vĕtūstās) Dĭssĭlŭīssĕ fĕrūnt, cūm prōtĭnŭs ūtrăquĕ tēllŭs ūnă fŏrĕt.

7

**Sĭcŭlŭs.** *Sūnt ĕt Sĭcŭlīs rĕgĭōnĭbŭs ūrbēs*, Virg. 1, 558. SYN. Sĭcănĭŭs, Sĭcānŭs, Trĭnăcrĭŭs, Ætnæŭs. V. *Sicilia.*

**Sīcŭbi.** *Sīcŭbi māgnă Jŏvis āntīquō rōbŏrĕ quērcŭs*, Virg. Geo. 3, 332.

**Sīcŭt.** *Sīcŭt ăquæ trĕmŭlŭm lābrīs ŭbi lūmĕn ăhēnis*, Virg. Æn. 8, 22.

**Sīcŭtī.** *Sīcŭtī quădrŭpĕdūm cūm prīmīs ēssĕ vĭdēmŭs*, Lucr. 2, 536. SYN. Ŭt, ŭtī, vĕlŭtī.

**Sĭcyōn,** ōnis. *ĕt ŏlīvĭfĕræ Sĭcyōnīs*, Stat. Th. 4, 50. SYN. Ægĭālŏs. EPITH. Āltă, ărdŭă, prīscă, vĕtŭs, āntīquă, Grāiă. PHR. Ūrbs Sĭcyōnĭă.

**Sīdĕrĕŭs.** *Sīdĕrĕō flăgrāns clĭpĕo ĕt cœlēstĭbŭs ārmis*, Virg. Æn. 12, 167. SYN. Stēllātŭs.

**Sīdo,** is, sēdi. *Sēdĭbŭs ōptātīs gĕmĭnā sŭpĕr ārbŏrĕ sīdūnt*, Virg. Æn. 6, 203. SYN. Sĕdĕo, *vel* sŭbsīdo.

**Sīdōn,** ōnis. *Teūcrūm mĕmĭnī Sīdōnă vĕnīrĕ*, Virg. 1, 623. *Urbs Phœniciæ juxta Tyrum, Purpuræ tincturâ nobilis est, in cuque primùm factum fuit vitrum.* EPITH. Piscōsă, vĕtŭs, pŏtēns, prīscă, ēlātă, nōbĭlĭs, īnclytă, Tyrĭă, prĕtĭōsă, Cādmēă.

**Sīdōnĭŭs,** ă, ŭm. *Sīdōnĭăsque ōstēntăt ŏpēs*, &c. Virg. Æn. 4, 75. *Ōbstŭpŭit prīmo āspēctū Sīdōnĭă Dīdō*, Virg.

**Sīdŭs,** ĕris.——*cōnvēxā pŏlūs dūm sīdĕră pāscĕt*, Virg. Æn. 1, 608. SYN. Āstrūm, stēllă, sīdĕris ignēs. V. *Astrum.*

**Sĭgillātim.** *Ter.* SYN. Sĕōrsim.

**Sĭgillūm.** *ōdĭstī clāvēs ĕt grātă sĭgīllă pŭdīcō*, Hor. Ep. 3, 20, 3. SYN. Sīgnūm. EPITH. Īmprēssūm, āppŏsĭtūm.

**Sīgnācŭlūm.** *Pōst īnscrīpta ŏlĕō frōntis sīgnācŭlă pĕr quæ*, Prud. V. *Signum.*

**Sīgnĭfĕr,** ă, ūm. *Rōmānæque ăquĭlæ sīgnĭfĕr hōstis ĕrăt*, Ov. F. 5, 586.

**Sīgnĭfĭco.** *Sīgnĭfĭcātquĕ mănu ĕt māgnō sĭmŭl*, &c. Virg. Æn. 12, 692. SYN. Īndĭco, nŏto, cōnnŏto, ādnŏto, dēnŏto, ŏstēndo, mōnstro, sīgnūm dō. V. *Ostendo, Manifesto.*

**Sīgno.** *āblūtās sīgnāvit ŏvēs quĭbŭs āffŭit ālmŭs.* Arator. SYN. Dēsīgno, *vel* imprĭmo, *vel* ōbsīgno, sĭgillō, *vel* nŏto: sīgnĭfĭco.

**Sīgnūm.** *Dāphni quid āntīquōs sīgnōrūm sūspĭcis ōrtūs?* Virg. Ecl. 9, 46. SYN. Īndĭcĭūm, ārgūmēntūm, mŏnŭmēntūm, tēstĭmōnĭūm, nŏtă, īnsīgnĕ, spĕcĭmĕn, vēstīgĭūm: *vel* ōmĕn, aūgŭrĭūm, mīrācŭlūm, prōdĭgĭūm, *vel* sīgnācŭlūm, sĭgillūm, *vel* vēxīllūm, *vel* ĭmāgo, ēffĭgĭēs, sĭmŭlācrūm. EPITH. Mănĭfēstūm, clārūm, ăpērtūm, ŏccūltūm, ōbscūrūm, lătēns, ārcānūm, īgnōtūm, cērtūm, dŭbĭūm, īncērtūm, āmbĭgŭūm, prōspĕrūm, sĕcūndūm, ămīcūm, ōptātūm, īnfēlix, prōdĭgĭālĕ, mīrāndūm, spēctābĭlĕ, stŭpēndūm. VERS. Ātque hæc ŭt cērtīs pōssis dīgnōscĕrĕ sīgnis, Sōl quŏque ĕt ēxŏrĭēns, ĕt cūm sē cōndĕt īn ūndās Sīgnă dăbit, sōlēm cērtīssĭmă sīgnă sĕquēntŭr. Mōrbōrūm quŏquĕ tē caūsās ĕt sīgnă dŏcēbo.

**Sĭlărŭs.** *Lucaniæ fluvius, in quâ rami et folia arborum lapidescunt.* (Sil. 8.) VERS. Nūnc Sĭlărūs quōs nūtrit ăquis, quō gūrgĭtĕ trādūnt Dūrĭtĭēm lăpĭdūm mērsis īnŏlēscĕrĕ rāmis.

**Sĭlēntĭūm.**——*Pĕr ămīcă sĭlēntĭă Lūnæ*, Virg. Æn. 2, 255. SYN. Rĕtĭcēntĭă, tăcĭtūrnĭtās. EPITH. Tăcĭtūrnūm, mūtūm, tăcĭtūm, sēcrētūm, ārcānūm, fĭdēlĕ, ămīcūm, fīdūm; trānquīllūm, plăcĭdūm, āltūm, nōctūrnūm, sōmnĭfĕrūm, ŏpācūm, ŏppōrtūnūm, lōngūm. PHR. Sĭlēns, tăcĭtūm, prēssūm, cōmprēssūm, sūpprēssūm, reprēssūm ōs. Vōcēs reprēssæ. Ābrūptŭs sērmo. Quid me āltă sĭlēntĭă cōgis Rūmpĕrĕ? V. *pōst Sileo.*

**Sīlēnŭs.** *Vēnĕrăt ĕt sĕnĭŏr pāndō Sīlēnŭs ăsēllō*, Ovid. *Bacchi nutricius, et pædagogus, asino vehi solitus.* EPITH. Ēbrĭŭs, Ārcădĭŭs, *à patriâ*, sĕnēx, spūmāns, mădĭdŭs, vĕtŭlŭs. PHR. Mūltō spūmāns Sīlēnŭs Īācchō. Tĭtŭbāns ānnīsquĕ mĕrōquĕ. VERS. Pāndō nōn fōrtĭtĕr hærĕt ăsēllō. Fĕrŭlā tĭtŭbāntēs ēbrĭŭs ārtŭs Sūstĭnĕt. Īn āntrō Sīlēnūm pŭĕrī sōmnō vĭdĕrĕ jăcēntĕm, Īnflātūm hĕstērnō vēnās, ŭt sēmpĕr, Īācchō.

**Sĭlĕo.** *Jūră thĕātrālīs cūm sĭlŭērĕ lŏcī*, Mart. 5, 24, 2. SYN. Tăcĕo, rĕtĭcĕo, cōntĭcĕo: ōbmūtēsco, *vel* ŏmitto, prætĕrĕo. PHR. Sĭlēntĭă præsto, tĕnĕo, sērvo. Vōcĕm prĕmo, sūpprĭmo, reprĭmo, cōmprĭmo, cōmpēsco. VERS. Ēxĭmĭa ēst vīrtūs præstārĕ sĭlēntĭă dīctis. Fāvētĕ līnguis. Sĭlēnt, ārrēctīsque aūrĭbŭs āstānt. Cōntĭcŭērĕ ōmnēs, īntēntīque ōră tĕnēbānt. Sĭlĕt, dŏlŏr ōră rĕprēssit. Tūm făctă sĭlēntĭă līnguis. Pārs ūltĭmă vōcis Īn mĕdĭō sūpprēssă sŏno ēst. Sūbstĭtĭt īn mĕdĭō prǣscĭă līnguă sŏnō. Fīnĕm dĕdit ōrĕ lŏquēndi. Cōntĭcŭīt tāndĕm,



Digitized by Google

factōque hic fīnĕ quiēvit. Rĕticēs nēc mūtŭă nōstris Dictă rĕfērs. Bis quinis silĕt illĕ diēs, tēctūsquĕ rĕcūsăt Prōdĕrĕ vōcĕ sŭā quēmquăm. Sōmnō vinōquĕ sĕpūlti Cōnticuērĕ. Pōst ŭbi jām thălămis sē cōmpŏsuērĕ, silētūr. Pōstquăm vōcĕ, mănūquĕ Mūrmŭră cōmprēssit, tĕnuērĕ silēntiă cūncti. Sŭbstitĭt ŭt clāmōr prēssūs grăvĭtātĕ rĕgēntis. Ŭt primūm plācāti ănimi āc trĕpĭda ōră quiērūnt. V. *Obmutesco.*

*silentium impero.* PHR. Vōcĕ, *vel* mănū silēntiă jŭbĕo, făcio. Clāmōrēm, mūrmŭr cōmprimo, sisto, cōmpēsco, sēdo. Tŭmūltūm Cōmpŏsuit vūltū, dēxtrāquĕ silēntiă jūssit.

silēx, icis. *Stābăt ăcūtă silēx præcisis ūndĭquĕ săxis,* Virg. Æn. 8, 233. SYN. Cautēs, rūpēs, săxūm. EPITH. Dūrūs, rigidūs, grăvis. V. *Rupes.*

silīgo, inis. *Cōctæquĕ sĭlīginis ōffās,* Juv. 6, 471. SYN. Trĭtĭcūm, fār, *vel* sĕcălĕ.

sĭlĭqua, æ.—*Lætūm sĭlĭquā quăssāntĕ lĕgūmĕn,* Virg. Geo. 1, 74. EPITH. Quăssă, quăssāns, mōllis, plēnă, tŭmēns.

sĭmĭlis. *Os hŭmĕrōsquĕ Dĕō sĭmĭlis, nāmque ipsă, &c.* Virg. Æn. 8, 593. SYN. Cōnsĭmĭlis, părĭlis, æquālis, æquŭs, pār, nōn impăr, nōn dissĭmĭlis, haūd ăbsĭmĭlis, sĭmillĭmŭs. PHR. Ōrĕ, cŏlōrĕ, vūltū, vōcĕ, rĕfĕro, imitōr, sĭmŭlo. Virgĭnis ōs, hăbĭtūmquĕ gĕrēns. Ănimis æquālis, ĕt ānnis. Ōrĕ pătrēm rĕfĕrēns. Pătriū nōn dĕgĕnĕr ōris. VERS. Hūjŭs ĕrăt făciēs in quā mātrēmquĕ pătrēmquĕ Nōscēs. Sic ŏcŭlōs, sic illĕ mănūs, sic ōră fĕrēbăt. Părvō discrīmĭnĕ distăt, diffĕrt. Ōmnĭă Mĕrcŭrĭō sĭmĭlis, vōcēmquĕ, cŏlōrēmque Ēt crīnēs flăvōs, ĕt mēmbră dĕcōră jŭvēntæ. Ō mihi sōlă mĕi sŭpĕr Ăstyănāctis ĭmāgo. Sĭmillĭmă prōlēs Indiscrētă sŭis grātūsquĕ părēntĭbŭs ērrŏr. Jŭvăt ipsĕ părēntēm Ērrŏr, ĕt ămbĭgŭæ plăcĕt ignōrāntiă mātri. Ēffĭgiēm Xānthi, Trōjāmquĕ vĭdētis. Flāmmās ĭmĭtāntĕ pȳrōpō. Rĭtū quŏquĕ cīnctă Dĭānæ Fāllĕrĕt, ĕt crēdi pŏssĕt Lātōniă.

‖ sĭmĭlĭtĕr. SYN. Părĭtĕr, æquē, æquālĭtĕr.

sĭmiŭs, sĭmiă. *Cāllĭdŭs ēmissās ēlūdĕrĕ sĭmiŭs hāstās,* Mart. 14, 202. SYN. Cāllĭdŭs, āstūtŭs, văfĕr, caūtŭs, vĕrsūtŭs, sĭmŭlātŏr, ĭmĭtātŏr, dēfōrmis, hirsūtŭs, tūrpis, prŏtĕrvŭs. PHR. Ōris hūmāni sĭmŭlātŏr, ĭmĭtātŏr. Hūmānōs ărtĭfex sĕqui, *vel* sĭmŭlārĕ mōrēs. Hūmāni sĭmiŭs ōris. VERS. Quēm pŭĕr ărrīdēns prĕtĭōsō stāmĭnĕ Sērūm Vēlāvit, nūdāsquĕ nătēs, āc tērgă rĕlīquit Lūdĭbrĭūm mēnsis.

Sĭmŏis, ēntis. *Nōn Sĭmŏīs tĭbi nēc Xānthŭs, &c.* Virg. Æn. 6, 88. *Trojani agri fluvius, qui Xanthum influens, aquas deinde in Hellespontum exonerat.* EPITH. Răpĭdŭs, pīnĭgĕr, Īlĭăcŭs, Phrȳgiŭs, Īdæŭs, *ab Idâ monte, unde fluit.*

sĭmplēx, icis. *Ēt pŭgnĕt virtūs sĭmplĭcĭōrĕ mănū,* Mart. SYN. Pūrŭs, nūdŭs, haūd cōncrētŭs, *vel* sȳncērŭs, cāndĭdŭs, *vel* crēdŭlŭs, incaūtŭs, hĕbĕs.

sĭmplĭcĭtās, ātis. *Nūdăquĕ Sĭmplĭcĭtās, pūrpŭrĕŭsquĕ Pŭdŏr,* Ovid. SYN. Sȳncērĭtās, cāndŏr, *vel* crēdŭlĭtās, hĕbĕtūdo. EPITH. Nūdă, vēră, prūdēns, pūră, pŭēllāris, virgĭnĕă, innŏcŭă, insōns. PHR. Nēscĭă fraūdis. Fraūdĭbŭs ēlūsa ēst crēdŭlă sĭmplĭcĭtās. V. *Syncerus.*

sĭmūl. *Quăm sĭmŭl āc tāli pērsēnsit pēstĕ tĕnēri,* Virg. Æn. 4, 90. SYN. Insĭmūl, ūnā, in ūnūm, părĭtĕr.

sĭmŭl āc. *Quō sĭmŭl āc prīmūm pēnnis dēlātă sit ālēs,* Luc. 6, 821. V. *Statim ac.*

sĭmŭlācrūm. *Infēlix sĭmŭlācrum, ātque ipsĭŭs ūmbră Crĕūsæ,* Virg. Æn. 2, 772. SYN. Ēffĭgiēs, signūm, ĭmāgo, stătŭă, *vel* ūmbră, spēctrūm, lārvă. V. *Statua, et Larva.*

*simulacra effingo.* SYN. Signă, stătŭās, ēffĭgiēs, scūlpo, fōrmo, ēffōrmo, ēxcūdo, cœlo, ærĕ fingo, lăbōro, ēxprĭmo, incĭdo, in ærĕ dūco. Mārmŏr, æs, ĕbŭr, aūrūm, cedrūm cœlo, ēffōrmo, lăbōro. Vūltūm ærĕ, *vel* aūrō ĭmĭtŏr, sĭmŭlo, ēffingo. VERS. Ēxcūdēnt ălĭi spīrāntiă mōllĭŭs æră. Spīrāntēs cœlō ēffĭgiēs ănĭmānt. Mēæ cōnflāvit ĭmāgĭnis aūrūm. Mōllēs ĭmĭtābĭtŭr ærĕ căpillōs.

sĭmŭlātĭo, ōnis. *Ātque ălĭŭd vērum ēst, ălĭŭd sĭmŭlātĭō vēri,* Hor. SYN. Fictĭo, *vel* fāllāciă, mēndāciūm. PHR. Fictă, sĭmŭlāntĭă vērbă. Sĭmŭlātŭs sērmo. Sĭmŭlātă mēns. Sĭmŭlātūm pēctŭs, *vel* cŏr. V. *Fallacia et Mendacium.*

sĭmŭlātŏr, ōris. *Cōmpŏsĭtŭs sĭmŭlātŏr ăit, fāre, imprŏbĕ cūstōs,* Sed. SYN. Dissĭmŭlātŏr, fāllāx, mēndāx. PHR. Cui sĭmŭlāns ănĭmŭs, sĭmŭlātă mēns, sĭmŭlātūm cŏr, pēctŭs. Sĭmŭlātō pēctŏrĕ fāllāx. Fāndi fictŏr. Haūd sȳncērŭs.

sĭmŭlo. *Spēm vūltū sĭmŭlăt, prĕmit āltūm cōrdĕ dŏlōrēm,* Vir. Æn. 1, 209. SYN. Fingo, mēntĭŏr, ĭmĭtŏr, āssĭmŭlo. *Contrarium est* dissĭmŭlo *vel* cēlo, tĕgo,

Digitized by Google

ŏccūlto. *Usu autem annexa sunt; qui enim simulat lætĭtiam, tristĭtiam dissimulat.* VERS. Lætā cēlāt sūb frōntĕ dŏlōrēm. Blāndō fraūdēm prætĕxīt rīsū. Prēmĭt āltūm cōrdĕ dŏlōrēm. Gĕmĭtūs ēxprēssit pēctŏrĕ lætō. Āt lăcrȳmās Cæsār nōn spōntĕ cădēntēs Ēffūdit. Vērbīs caūtūs sĭmŭlātūr ămīcis Āffātūr, tăcĭtūmquĕ nĕfās in pēctŏrĕ vērsāt Pērfĭdūs. V. *Dissimulo.*

sĭmūltās, ātis.—*vĕtūs ātque āntīquā sĭmūltās,* Juv. 15, 33. SYN. Ĭnĭmīcĭtĭă, dissĭdĭūm, ŏdĭūm.

sīmūs, ă, ūm. *Dūm tĕnĕra āttōndĕnt sĭmæ vĭrgūltă căpēllæ,* Virg. Ecl. 10, 7. SYN. Cāmūrūs. PHR. Sīmis nārĭbūs.

sīn. *Sīn ābsūmptă sălūs, ĕt tē, pătĕr ōptĭmĕ Teūcrūm,* Virg. Æn. 1, 555. SYN. Āt, si, aūtēm.

Sīnă, *vel* Sīnāi. *Arabiæ mons in quo Moses divinam Legem tabulis inscriptam accepit. Duplex habet cacumen, quorum alterum Horeb vocatur.* SYN. Hōrēb. EPITH. Pālmĭfĕră, ārdŭă, āltă, āĕrĭă, lēgĭfĕră. PHR. Sīnæūs mōns. Sīnæ mōntis ăpēx, vērtēx. Sīnæ cūlmĭnă mōntis. Sīnæi cūlmĭnă jūgi. VERS. In quō mārmŏrĕis dătă lēx inscrīptă tăbēllis. Nōmĭnĕ qui dŭplĭci Sīnæ vŏcĭtātūr ĕt Hōrēb.

sĭnāpis, is, *vel* ĕ, is, *vel* sĭnāpi *indeclin.* *Fīctūm făctūră Sĭnāpis,* Col. EPITH. Călēns, călĭdă, ūrēns, ācris, sălūbris, ŏlēns, lacrȳmōsă, tristis.

sīnĕ. Præp. *Mē sĭnĕ sōlă vĭdēs; āh tē nĕ frīgŏră lædānt,* Virg. Ecl. 10, 48. SYN. Ābsquĕ.

sĭngŭlāris. *Qui sĕcānt flūctūs rătĕ sĭngŭlāri.* (Sapph.) Sen. Sōlūs, sĭngŭlūs, *vel* ĕxĭmĭūs, ĕxcēllēns, īnsignis, sūmmūs, rārūs, īnfrĕquēns, ĭnaūdītūs.

sĭngŭlūs, ă, ūm. *Sĭngŭlă dē nōbis ānni prædāntŭr ĕūntēs,* Hor. Ep. 2, 2, 55. SYN. Quisquĕ, ūnūsquisquĕ.

‖ sĭngūltio, ivi. PHR. Sĭngūltūs ēmītto, cĭĕo. VERS. Crēbris sĭngūltĭbūs īlĭă pūlsāt. Īmāquĕ lōngō Īlĭă sĭngūltū tēndūnt. Frīgĭdŭlōs ūdō sĭngūltūs ōrĕ cĭēntēm. Cūm tĭbi sĭngūltū trīstĭă vērbă cădēnt. Ōrāquĕ sĭngūltū cōncŭtĭēntĕ sŏnāt. Rūptāquĕ sĭngūltū vērbă lŏquēntis ĕrānt.

sĭngūltūs, ūs. *Sĭngūltūs mēmbră cŏārctāns,* Lucr. 6, 1158. EPITH. Ācĕr, āspĕr, dūrūs, frīgĭdŭlūs, āmārūs, nŏxĭūs, lēthālis.

sĭnīstĕr. *Sæpĕ sĭnīstră căvā prædīxit ăb īlĭcĕ cōrnix,* Virg. Ecl. 1, 58. SYN. Lævūs, *Metaph.* Īnfaūstūs, īnfōrtūnātūs, īnfēlix. V. *Infelix.*

sĭnīstră.——*īnfīrmā sĭnīstră,* Ov. F. 3, 869. SYN. Lævă. V. *Manus.*

sĭno, sīvi. *Nōn bĕnĕ cōnvĕnĭēns tū sĭnis ēssĕ jŭgūm,* Prop. 3, 25, 8. SYN. Pērmitto, pătĭŏr, cōncēdo, dō. V. *Permitto.*

Sĭnōn, ōnis. *Lāxăt claūstră Sĭnōn,* Virg. Æn. 2, 259. *Sisyphi filius, cujus fraude Trojanos Græci deluserunt, eâ arte quam Virgilius 2 Æneid. describit.* EPITH. Fāllāx, caūtūs, cāllĭdūs, văfĕr, dŏlōsūs. VERS. Tālĭbūs īnsĭdĭis, pērjūrīque ārtĕ Sĭnōnis Crēdĭtă rēs, căptīquĕ dŏlis, lăcrȳmīsquĕ cŏācti.—Nēc si misĕrūm fōrtūnă Sĭnōnēm.

sĭnŭo, ās. *īmpŏsĭtis călămis pătŭlōs sĭnŭāvĕrăt ārcūs,* Ov. Met. 8, 30. SYN. Cūrvo, īncūrvo, flēcto. V. *Gyro.*

sĭnŭōsūs. *Saūcĭŭs āt sērpēns sĭnŭōsă vŏlūmĭnă vērsăt,* Virg. Æn. 11, 753. SYN. Īnflēxūs, cūrvūs, flēxūs, īncūrvūs, cūrvātūs, rēvŏlūtūs.

sĭnūs, ūs. *Tē tĕnĕt īn tĕpĭdō mōllis ămīcă sĭnū,* Ov. Ep. 3, 114. SYN. Grēmĭūm, pēctūs, cōmplēxūs, ūlnæ, *vel* spīră, flēxūs, gȳrūs, sĭnŭāmĕn, āmbāgēs: mæāndri. V. *Gyrus, vel* frētūm, cūrvātūm littūs. V. *Portus et Fretum.* EPITH. Lāctĕūs, nĭvĕūs, cāndĭdūs, tĕnĕr, mātērnūs, călĭdūs, dūlcis, ămīcūs. VERS. Īnquĕ sĭnūm præcōrdĭa ād īntĭmă sūbdit. Sĭnū gērmānam āmplēxă tĕnēbāt. Quēm fŏvĕt in mōlli vīrgŏ pŭdīcă sĭnū. Dūm tē grēmio āccĭpĭēt lætissĭmă Dīdō. Trĕpĭdæ mātrēs prēssēre ăd pēctŏră nātōs.

Sĭōn, ōnis. *Nūtrĭcēmque ăbŏlēnt pŏpŭlānti ē pēctŏrĕ Sĭōn,* Prud. *Mons Hierosolymæ, ubi David arcem regiam habuit, et in quo Solomon Deo Templum exstruxit, admirandâ magnificentiâ.* PHR. Āltæ rūpēs sacră Sĭōnis. Sacræ jūgă cēlsă Sĭōnis. Tēmplō vĕnĕrāndă Sĭōn. Sĭōnis ăpēx, vērtēx, cūlmĕn. Sōlȳmæ qui mōns sŭpĕrēmĭnĕt ūrbi.

sĭquĭdēm.—*Vēntūra ēst sĭquĭdēm rūgōsă sĕnēctūs,* Ovid. SYN. Quŏnĭām, quĭă, nām, ĕnim.

Sīrēnēs. *Jāmque ădĕō scŏpŭlōs Sīrēnum ādvēctă sūbībăt,* Virg. Æn. 5, 864. *Monstra marina, quæ superiore sui parte virgines, inferiore in piscis caudam*



Digitized by Google

lūmĕn, flāmmă, ārdŏr, ignis, fāx, vis, fūlgŏr, splēndŏr, nĭtŏr. Sōlis vūltŭs, ŏs. Sōlis āxis, rŏtă, cūrrŭs, ĕqui. Sōlārĕ, Phœbēūm, *vel* Tītānĭūm jŭbār, sīdŭs. Sōlārēs, *vel* Phœbēī rădĭī, ignēs. Phœbēæ flāmmæ. Tītānĭŭs ārdŏr. Phœbēă fāx, lūx. Phœbi lūcĭdŭs ŏrbis. Sȳdĕrĕūm, ætherĭūm, cœlēstĕ jŭbār. Rŏtă fērvĭdă Sōlis. Lūcis, *seu* lūminis aūctŏr, părēns. Clārūm dīvĭdēns ŏrbi dĭēm. Immēnsi Lūx pūblĭcă mūndi. Cŏrūscūm lūcis æthĕrĕæ jŭbăr. Māxĭmūm cœli, *vel* mūndi dĕcŭs. Jŭbăr rădĭīs insignĕ cŏrūscis. Rădiis frōntēm circūmvāllātŭs ăcūtis. Ālmă lūcĕ illūstrāns tērrās. Vīvō cūnctă călōrĕ fŏvēns. Pūrō nĭtĭdissĭmŭs ŏrbĕ. Rădĭīs ōmnĭă lūstrāns. Hȳpĕrĭŏnĕ nātŭs. Pūrpŭrĕō qui mŏvĕt āxĕ dĭēm. Cērtō mŏdĕrāns cūrrēntĭă tēmpŏră mōtū. Signă rĕgēns dŭŏdēnă vŏlūbĭlis ānni. Cūjŭs ăd ōrtŭs nŏctis ŏpācæ dĕcŭs ōmnĕ fŭgit. Rădĭōs *vel* rădĭōrūm spīcŭlă in tērrās spārgit, vibrăt. Mĕdĭō văgātŭr, lūcĕt, *vel* splēndĕt, Ōlȳmpō. Quadrijŭgūm cūrrūm, ignĭvŏmās quadrīgās, rŭtĭlūm āxēm, *vel* flāmmĭfĕrās rŏtās tōtō cœlō ăgĭtăt. Pūrpŭrĕō tēmōnĕ sĕdēns cūrrūm ăgĭtăt, *vel* ăgit. Rădĭis nŏctēm fŭgăt. Flāmmĭgĕrō Phœbŭs tēmōnĕ cŏrūscăt. Dēlīŭs in sēsĕ rĕdĕūntēm circĭnăt ānnūm. Dăt æstātis brūmæquĕ vicēs.

*Sol oriens.* PHR. Sōl vĭtrĕis prŏcēdit ăb ūndis. Æquŏrĕis sĕ tōllit ăb ūndis. Sōl rĕvŏcābăt ĕquōs ē gūrgĭtĕ vāstō. V. *Mane, Oriens Sol.*

*Solis medius cursus.* V. *Meridies.*

*Sol occidens.* SYN. Sōl ŏccĭdŭŭs, cădēns. PHR. Sōl cădit ŏrbēm sŭb ĭmūm. Rădĭōs ūndis, *vel* æquŏrĕ cōndit. Hēspĕrĭās Phœbūs dēscēndit in ūndās. Ōccĭdŭās prōnŭs fēstīnăt in ūndās. Tingĭtŭr ŏcĕănō Sōl. Ōccĭdŭis ābscōndĭtŭr ūndis. Sōl căpŭt ŏccŭlit ūndis. V. *Vesper, Occidens Sol.*

*Sol lucet.* PHR. Sūmmō Phœbŭs rēsplēndĕt Ōlȳmpō. Lūcĕ sĕrēnă Sōl mĭcăt.

*Solis equi.* V. *Equi Solis.*

*Solis eclipsis.* PHR. Sōl nigrō ămictū, ātră cālīgĭnĕ, *vel* nigrō vēlāmĭnĕ ŏbdūcĭtŭr, tēgĭtŭr, căpŭt ŏccŭlit, vūltūs cōndit, ōră tĕgit, &c. VERS. Tĕgĭtŭr cæcă fērrūgĭnĕ Phœbūs. Sōl nĕgăt ŏffĭcĭūm mūndo ĕt sĕ sūbtrăhit ŏrbi. Dēfēctŭs pătĭtŭr rāptæquĕ lăbōrēs Lūcis. Ipsĕ căpŭt mĕdĭō Tītān cūm fērrĕt Ōlȳmpō, Cōndĭdit ārdēntēs nigră cālīgĭnĕ cūrrūs: Invŏlvitque ŏrbēm tĕnĕbris, gēntēsquĕ cŏēgit Dēspĕrārĕ dĭēm. Stŭpŏr quătit inscĭă vēri Cōrdă, quŏd ætērnis crēdānt dāmnātă tĕnĕbris Sæcŭlă, sĕ scĕlĕrūm mĕrĭtās ēxpēndĕrĕ pœnās, Inquĕ chăŏs rūptō cōnfūndi fœdĕrĕ mūndūm. V. *Eclipsis.*

*Sol retrogradus.* PHR. Sōl retrō cūrsūm vērtit. In ōrtūm rĕcūrrit, cūrsūm rĕtōrquĕt. Cūrrūmquĕ, pōlō răpĭēntĕ, rĕtōrsit.

sōlāmĕn, inis. *Hōc sōlāmĕn ĕrăt,* Virg. V. *Solatium.*

sōlāris. *Dūmquĕ, quŏd ō brĕvĕ sit, lūmĕn sōlārĕ vĭdēbo,* Ov. Trist. 5, 9, 37. SYN. Phœbēŭs, Tītānĭŭs, Āpŏllĭnĕŭs.

sōlātĭūm. *intāctæ fŭĕrātis ăvēs sōlātĭă rūris,* Ov. Fast. 1, 441. SYN. Sōlāmĕn, lēnīmĕn, lĕvāmĕn, aūxĭlĭūm. EPITH. Dūlcĕ, mītĕ, blāndūm, grātūm, ămīcūm, mōllĕ, lēnĕ, ŏptātūm, spērātūm, lēntūm, tārdūm, sŭbĭtūm, inŏpīnūm. PHR. Lăbōrūm, *vel* dŏlōris dūlcĕ lĕvāmĕn, lēnĕ fōmēntūm. Cūrārūm rĕquĭēs, mĕdĭcīnă, lēnīmĕn. Dūri sōlātĭă cāsūs. Māli, mălis, *vel* sĕnēctæ grātūm Sōlāmĕn. Sōllĭcĭtæ, cōnfūsæ, *vel* mœstæ sōlātĭă mēntis. Dūlcĭă, *vel* lēnĭă dictă, vērbă, āllŏquĭă; ămīci *vel* blāndi ădmŏnĭtūs. V. *infrà Solor.*

sōlēnnis. *impĕrĭūm sōlēnnĕ sŏcĕr mihi mœnĭă Teūcri.* Virg. Æn. 12, 193. SYN. Fēstŭs, *vel* māgnĭfĭcŭs, *vel* ānnŭŭs.

sŏlĕo, sŏlĭtŭs sūm. *Quæ sŏlĕt īrātō dūcĕrĕ tūtă lŏcō,* Prud. SYN. Āssŏlĕo, suēsco. PHR. Sŏlĭtŭs, suētŭs, cōnsuētŭs, āssuētŭs sūm. Mōs ēst mihi, crēbĕr ūsŭs. Sæpĕ, *vel* frĕquēntĕr ăgo. V. *Assuesco.*

sōlērs.—*pĕcŭdūm cūstōdĭă sōlērs,* Virg. Geo. 4, 327. SYN. Săgāx, sūbtīlis, prūdēns, ingĕnĭōsŭs, indūstrĭŭs. V. *Prudens et ingeniosus.*

sōlērtĭă. *ătque ārtēs părĭăt sōlērtĭă, nūtrĭăt ūsŭs,* Claud. R. Pros. 3, 30. SYN. Indūstrĭă, dēxtĕrĭtās. EPITH. Ăcūtă, sūbtīlis, vīvāx, vīvĭdă, prūdēns, dŏcĭlis, vĭgil, pērvĭgil, ingĕnĭōsă. PHR. Vīvāx, *vel* prūdēns ănĭmi sōlērtĭă. Mēntis ăcūtæ dēxtĕrĭtās. V. *Prudentia.*

sŏlĭdo, ās. *ĕt vērtēndă mănu, ĕt crētă sŏlĭdāndă tĕnāci,* Virg. Geo. 1, 179. SYN. Firmo, stăbĭlĭo.

sŏlĭdŭs. *ingēns, sŏlĭdōque ădămāntĕ cŏlūmnæ,* Virg. Æn. 6, 6, 552. SYN. Firmŭs, *vel* intĕgĕr.

Digitized by Google

sōlĭtārĭŭs SYN. Sōlŭs, *vel* Mŏnăchŭs. PHR. Rēllĭgĭōnĕ săcĕr. Ēxēmplăr vĕnĕrābĭlĕ mōrŭm. Lŏcă sōlă cŏlēns. Cāstō sēcēssū vīvēns.

sōlĭtūdo, ĭnis. *ō jūcūndă Cŏvĭnĕ, sōlĭtūdo.* (Phal.) SYN. Ĕrēmŭs, dēsērtŭm, sēcēssŭs, rĕcēssŭs. EPITH. Vāstă, văcŭă, tăcĭtă, sĭlēns, trānquĭllă, sānctă, ūmbrōsă, ŏpācă, cæcă, stĕrĭlĭs, dēsērtă, ĭnhŏspĭtă, āvĭă, ĭmpērvĭă, sēcrētă, ĭgnōtă, rĕmōtă, dissĭtă. PHR. Lŏcă sōlă, dēsērtă, ĭnhŏspĭtă, *&c.* Dēsērtă tēllūs, tērră, ōră. Sōlōrŭm jŭgă nĕmŏrŭm. Sōli mōntēs, agri. Sōlă, *vel* dēsērtă sāxă, nĕmŏră, ārvă. Dēsērtæ, *vel* ignōtæ sylvæ, lătebræ. Lŏcŭs ăb ōmni tēstĕ rĕmōtŭs, prŏcŭl dissĭtŭs; ăb ōmnī tūrbă lībĕr. VERS. Sōlĭs ēxēgit mōntĭbŭs ævŭm. Intĕr hōrrēntĭă lūstră ăbdĭtŭs. Huic nātĭvās dānt āntră dŏmŏs. Rūrĕ văcŭō pŏtĭtūr, ēt ăpĕrto æthĕrĕ innŏcŭŭs ērrăt. V. *Desertum.*

sŏlĭtŭs. *ŭtĭnăm tĭmĕrĕm, sŏlĭtŭs ĕx lōngo ēst mĕtŭs.* (Iamb.) SYN. Suētŭs, āssuētŭs. V. *Assuesco.*

sŏlĭŭm. *Præfātŭs dīvōs, sŏlĭō rēx īnfĭt ăb āltō,* Virg. Æn. 11, 341. SYN. Thrŏnŭs. EPITH. Rēgālĕ, aūrĕŭm, ĕbūrnŭm, sŭpērbŭm, ĕbūrnĕŭm, aūrātŭm, rēgĭŭm, māgnĭfĭcŭm, fūlgēns, splēndēns, mĭcāns, cŏrūscŭm, gēmmĭfĕrŭm, īnsīgnĕ, cōnspĭcŭŭm, āltŭm, ēxcēlsŭm. PHR. Rēgālĭs, *vel* Rēgnĭn Sēdēs. Rēgālĕ trĭbūnăl. Sēdis aūrātæ tŏrŭs. VERS. Pūlchrō sĕdĕt īllă rĕcēssū, Sūblīmi sŏlĭō. Sŏlĭōquĕ trĕmēndŭs Mājēstātĕ sĕdĕt. Sŏlĭō fūltŭs ĕbūrnō Jūră dăt, ēt lēgēs pŏpŭlīs. Ipsĕ sĕdēns sŏlio insigni stēllīsquĕ cŏrūscō.

sōllĭcĭto, *vel* sōlĭcĭto. *Quæ sēmpĕr mĭsĕrās sōllĭcĭtābăt ŏpēs.* Mart. 4, 2. SYN. Ango, pūngo, tōrquĕo, vĕxo, crŭcio, *vel* instigo, impēllo, incĭto, ūrgĕō, stĭmŭlo. V. *Curis angor.*

sōllĭcĭtūdo, ĭnis. *Sōllĭcĭtūdĭnĕ dīstrīctūm nĕ pānĭs ădūstŭs,* Hor. Sat. 2, 8, 68. SYN. Cūră, ānxĭĕtās. EPITH. Mŏrdāx, dūră, mŏlēstă, trīstĭs, īnsōmnĭs, ægră, īrrĕquĭētă, grăvĭs, ătrōx. PHR. Ănĭmŭm, *vel* mēntēm tūrbāns, ăbrūmpēns sŏmnŏs. V. *Cura.*

sōllĭcĭtŭs. *Sōllĭcĭtīs ănĭmīs ŏnŭs ēxĭmĭt, āddŏcĕt ārtēs.* Hor. Ep. 1, 5, 18. SYN. Ānxĭŭs, ānceps, dŭbĭŭs, sūspēnsŭs, *vel* cōmmōtŭs, ăgĭtātŭs. PHR. Cūră prēssŭs, vĕxātŭs, ăgĭtātŭs, flūctŭāns, dīstrāctŭs, æstŭāns. Cūrārŭm plēnŭs. Sōllĭcĭtō tĭmōrĕ, *vel* mĕtū sūspēnsŭs. Ānxĭă cōrdă gĕrēns. Cūrīs mŏrdācĭbŭs āctŭs. Ingēntēs cūrās qui pēctŏrĕ vērsăt. Cūris ingēntĭbŭs ægĕr. V. *Curis Angor, et Dubius.*

Sŏlōn, ōnis.—*Ærūmnōsĭquĕ Sŏlōnēs,* Pers. 3, 79. *Unus è septem Græciæ Sapientibus, patriâ Salaminius, Atheniensium Legislator, Cræso respondit, neminem beatum dici posse ante mortem, cujus effati meminit infortunatus ille Rex, à Cyro captus.* EPITH. Jūstŭs, Āctæŭs, Āttĭcŭs, Cĕcrŏpĭŭs, *i. e. Atticus,* săpĭēns, dōctŭs, ingĕnĭōsŭs, lēgĭfĕr.

sōlŏr, āris. *ūrgēbam ēt tēlă cūrās sōlābăr ănīlēs,* Virg. Æn. 9, 489. SYN. Cōnsōlŏr. PHR. Sōlātĭă dō, fĕro, ădhĭbĕo, præbĕo, præsto, mĭnistro. Cūrās, lūctŭm, dŏlōrēm, trīstĭtĭăm, lĕvo, lēnio, mītigo, plāco, mūlcĕo, pēllo, ăvērto, ēxpēllo, dēpēllo. Mœrēntĭă pēctŏră, *vel* mœstŭm ănĭmŭm lēnio, mūlcĕo. Ănĭmŭm trīstĭtĭă sōlvo, ēxĭmo. Dŏlōrēm, ăspĕră fātă sōlāndo lĕvo. Dūlcĭbŭs, blāndis, *vel* ămīcis vērbis sōlŏr. Blāndis dictis, vōcĭbŭs, āllŏquĭīs jăcēntēm sōlŏr. Spēm lāpsăm, *vel* ăbjēctăm ērigo, ădēmptăm rĕdūco. VERS. Tū pŏtēs īnsānŏs ănĭmi cōmpēscĕrĕ lūctŭs. Căpĕ dictă mĕmŏr dūri sōlātĭă cāsŭs. Quis jăm sōlātĭă fēssō, Cōnsĭlĭŭmvĕ fĕrăt? Sic ĕgŏ mēntĕ jăcēns, ēt ăcērbō saŭcĭŭs ictū, ădmŏnĭtū cœpi fōrtĭŏr ēssĕ tŭō. Lēnĭbŭs āllŏquĭīs ănĭma hæc mŏrĭbūndă rĕvīxit. Aūxĭlĭŭm nōstris spēmquĕ tŭlērĕ mălis. *(Huc spectant id genus formulæ)* Rĕvŏcāte ănĭmŏs, mœstŭmquĕ tĭmōrēm Mīttĭtĕ. Tū nĕ cēdĕ mălis, sēd cōntra aŭdēntĭŏr ito. Ērgo ăgĕ, tĭmŏr ōmnĭs ăbēsto. Sōlvĭtĕ cōrdĕ mĕtŭm. Cūrās ĭnānēs sēclūdĭtĕ. Quid tāntō cūrārŭm mēns flūctŭăt æstū? Rĕddĕrĕ cōnfūsæ mēnti sōlātĭă. Lēnīrĕ dŏlōrēm Sōlāndō cŭpit, ēt dictis ăvērtĕrĕ cūrās. Trīstēsquĕ rŭīnās Sōlābăr, fātis cōntrārĭă fātă rĕpēndēns. Lēnībăt cūrās ēt cōrda ŏblītă lăbōrŭm. Quæquĕ lĕvĕt lūctŭs tūrbă sŏdālis ăbēst. Nōn, inquit, vērbis cūră lĕvāndă mĕa ēst. Si cōnsōlēris ămīcŭm, Mōllĭbŭs ēt vērbis ăspĕră fātă lĕvēs. Cōnsōlŏr sŏcĭŏs, ŭt lōngi tædĭă bēlli Mēntĕ fĕrānt plăcĭdă. Āc tu, ōrō, sōlāre ĭnŏpem, ēt sūccūrrĕ rĕlīctō. Quis mĭhĭ dēsērtæ dūlcĕ lĕvāmĕn ĕrit? Spēs ĕtĭăm sōlĭdă sōlātŭr cōmpēdĕ vinctŭm. Tū cūræ rĕquĭēs, tū mēdĭcīnă vĕnis. V. *Curis eximor, Hortor, et Hortandi Formulæ.*

Digitized by Google

sŏno, ŭi.—*ingĕnti sŏnŭērūnt ōmnĭă plaūsū*, Virg. Æn. 5, 506. SYN. Rĕsŏno, pērsŏno, strĕpo. PHR. Sŏnūm dō, ēdo, rēddo, rĕfĕro, cĭĕo. V. *Resono*, *Murmuro*, *Clamor*, *Sonitus*.

sŏnŏr, ōris.———*māgnō vĕlŭtī cūm flāmmă sŏnōrĕ*, Virg. Æn. 7, 462. V. *Sonus*.

sŏnōrŭs. *Lūctāntēs vēntōs, tēmpēstātēsquĕ sŏnōrās*, Virg. Æn. 1, 53. SYN. Rĕsŏnūs, sŏnāns, strĕpēns, strīdēns, strīdŭlŭs, cănōrŭs.

sōns. *Cōntĭnŭō sōntēs ūltrix āccīnctă flăgēllō*, Virg. Æn. 6, 570. SYN. Nŏcēns, nōxĭŭs, rĕŭs.

sŏnŭs. *Dāt sĭnĕ mēntĕ sŏnūm*, &c. Virg. SYN. Sŏnĭtŭs, sŏnŏr, strĕpĭtŭs, mūrmŭr, clāngŏr, tinnītŭs, clāmŏr, vōx. EPITH. Strīdŭlŭs, ăcūtŭs, lætŭs, raūcŭs, cōnfūsŭs, vōcālĭs. V. *Sonitus*.

sōpio, is, ivi, *et* ĭi, itūm.—*hērbis sōpīrĕ drăcōnĕm*, Ov. Met. 7, 149. SYN. Sōpōro. PHR. Sōmnūm, sŏpōrēm indūco, infĕro, irrĭto. In sōmnōs sōlvo. Sŏpōrēm pĕr mēmbră spārgo, irrĭgo.

sōpītŭs. *ēt sōpītōrūm nōctūrnă strāgĕ trĭūmphāns*, Pub. Ep. SYN. Sŏpōrātŭs. PHR. Sōmnō, sŏpōrĕ sĕpūltŭs, grăvātŭs, grăvĭs, prēssŭs, vīctŭs, dēvīctŭs, tŏrpēns, lānguēns, jăcēns. Plēnŭs sŏpōrĭs. Mōllī lānguōrĕ sŏlūtŭs. Prēssŭs grăvĭtātĕ sŏpōrĭs. Prōflāns pēctŏrĕ sōmnūm. Cui sŏpŏr fēssōs ōccŭpăt ārtūs. Strātŭs hŭmō cŭbăt, rĕquĭēscĭt. V. *Somnus et Dormio*.

sŏpŏr.—*pĕcŭdūmquĕ gĕnŭs sŏpŏr āltŭs hăbēbăt*, Virg. Æn. 8, 27. V. *Somnus*.

sŏpōrĭfĕr, ă, ūm. *mēllă, sŏpōrĭfĕrūmquĕ păpāvĕr*, Virg. Æn. 4, 486.

sŏpōrŭs. *ūmbrārūm hīc lŏcŭs ēst, sōmni nōctīsquĕ sŏpōræ*, Vir. Æn. 6, 390. SYN. Sŏpōrĭfĕr, sōmnĭfĕr.

Sōrāctĕ, *vel* Sōrāctĭs, ĭs. *Sōrāctĕ, nēc jām sūstĭnĕānt ŏnŭs*. *Mons Apollini sacer, in agro Falisco.* (Virg. 11, 785.) Sāncti cūstōs Sōrāctĭs Ăpōllo.

sōrbĕo, psi, ptūm.—*in cōrpŭs părĭtĕr sōrbērĕ nĕcēsse ēst*, Luc. 6, 1128. SYN. Absŏrbĕo, dēglūtio, vŏro, haūrio. VERS. Tērrăquĕ cœlēstēs ārĭdă sōrbĕt ăquās. Imō bărăthri tēr gūrgĭtĕ vāstōs Sōrbĕt in ăbrūptūm flūctūs. V. *Haurio*, *Voro*, *et Hiatus*.

sōrdĕo.—*quŏnĭām sōrdēnt tĭbi mūnĕră nōstră*, Virg. Ecl. 2, 44. SYN. Squāllĕo, sōrdēsco. PHR. Sōrdĭbŭs ăspērgŏr, hōrrĕo, ŏlĕo, squāllĕo, sūm dēfōrmĭs, ōbscœnŭs. V. *Sordidus*.

sōrdēs, iūm. *ārbĭtrĭō sĭnĕ sōrdĭbŭs ēxtrŭō fūnŭs*, Hor. Sat. 2, 5, 105. SYN. Fæx, fæcēs, immūndĭtĭă, *vel* ēs, immūndĭtĭæ, lŭtūm, cœnūm, illŭvĭēs, cōllŭvĭēs, spūrcĭtĭēs, squāllŏr, pædŏr, sĭtŭs, fœdĭtās, *vel* măcŭlă, lābēs, *vel* dēdĕcŭs. EPITH. Fœdæ, fœtĭdæ, spūrcæ, tūrpēs, pūtrĭdæ, vīlēs, impūræ, immūndæ, tētræ, ātræ, crāssæ, ōbscœnæ, cœnōsæ, lŭtōsæ, ŏlĭdæ, ŏlēntēs, grăvĕŏlēntēs, squāllēntēs, squāllĭdæ. PHR. Sōrdĭdă cōllŭvĭēs. Squāllēns sĭtŭs, ŏlĭdæquĕ fæcēs. Sōrdĭdŭs immūndō cōrpŏrĕ squāllŏr. V. *Cloaca*.

sōrdĭdātŭs. *Nōn sōrdĭdātī aūt dēbĭlēs*, (Iamb. Dim.) Pr. PHR. Tūrpi vēstĕ sōrdĭdŭs.

sōrdĭdŭs. *Sōrdĭdŭs ēx hŭmĕrīs nōdō pēndēbăt ămīctŭs*, Virg. Æn. 6, 301. SYN. Ōbscœnŭs, squāllĭdŭs, squāllēns, tūrpĭs, fœdŭs, fœdātŭs, immūndŭs, spūrcŭs. PHR. Sōrdĭbŭs, illŭvĭē, *vel* squāllōrĕ ăspērsŭs, cōnspērsŭs, pērfūsŭs, fœdātŭs, măcŭlātŭs, infēctŭs, tĕtĕr, hōrrēns, hōrrĭdŭs, dēfōrmĭs, ŏlēns, ōbscœnŭs, squāllĭdŭs, &c. Plēnŭs sōrdĭbŭs, ātquĕ sĭtū. Squāllēntiquĕ sĭtū, spūrcāque in vēstĕ jăcēbăt. Hūnc tūrpĭs squāllŏr tĕgit, ăspērgit, infĭcit, fœdăt. V. *Turpis*.

sŏrŏr, ōrĭs. *Crēdĕrĕ quæ pōssĭs sūrrēptă sŏrōrĭbŭs Āfrĭs*, Juv. 5, 152. SYN. Gērmānă. EPITH. Chāră, dīlēctă, ămātă, cāstă, fīdă, pĭă. PHR. Gērmānă Jŏvĭs, Sātūrnique āltĕră prōlēs.

sōrs, sōrtĭs. *Cōrpŏră nātōrūm, stăt dūctĭs sōrtĭbŭs ūrnă*, Virg. Æn. 6, 25. SYN. Fōrtūnă, fātūm, cāsŭs. EPITH. Āmbĭgŭă, vărĭă, infīdă, cæcă, fāllāx, văgă, inīquă, lūbrĭcă, instābĭlĭs, mălīgnă, irrĕquĭētă, incērtă. V. *Fortuna*, *Fatum*, *Sortior*.

sōrtĭŏr, īris, ītŭs.—*Sŏbŏlēm ārmēntō sōrtīrĕ quŏtānnĭs*, Virg. Geo. 3, 71. PHR. Sōrtēs mitto, dūco. Sōrtĕ ūtŏr. Sōrtĕ ēlĭgo, dīvĭdo, pārtĭŏr, *vel* Sōrtĕ căpio, sūmo, ōbtĭnĕo, cōnsĕquŏr, āssĕquŏr, nānciscŏr. Sōrtĕ dări. VERS. Sic fātă Dĕūm Rēx Sōrtītŭr vōlvĭtquĕ vĭcēs, hic vērtĭtŭr ōrdo. Ŏpĕrūmquĕ lăbōrēm Pārtĭbŭs æquābăt jūstĭs, aūt sōrtĕ trăhēbăt. Părĭtērquĕ lăbōrēm Sōrtīri incŭbūnt, ēt prædæ dūcĕrĕ sōrtēm.

**Sortitus.** *Omnis per muros legio sortita periclum*, Virg. Æn. 9, 174. V. *Sortior.* *Sub.* Sors. *Virg.* Quæ sortitus non pertulit ullos.

**sospes,** itis.—*Teucrorum ductor, quo sospite nunquam*, Virg. Æn. 4, 470. SYN. Salvus, incolumis, integer, superstes. V. *Incolumis.*

**spado,** onis. *Servire rugosis spadonibus*, Hor. Ep. 9, 13. SYN. Eunuchus. EPITH. Rugosus, tener, fluxus.

**spargo,** si, sum.—*Prima novo spargebat lumine terras*, Virg. Æn. 4, 584. SYN. Dispergo, diffundo, fundo, effundo, dissemino, extendo, projicio, emitto, aspergo, conspergo.

**Sparta.** *Veloces Spartæ catulos*, Virg. Geo. 3, 405. SYN. Lacedæmon. EPITH. Clara, Herculea, animosa, vetus, antiqua, prisca, inclyta, potens.

**Spartacus.** *Servus et Gladiator Romanus, seditionis author, quem M. Crassus oppressit.* EPITH. Acer, audax, animosus, temerarius, vilis.

**spatior,** aris. *Aggere in aprico spatiari quomodo tristes*, Hor. Sat. 1, 8, 15. V. *Ambulo.*

**spatiosus.**—*Adderis spatiosum tempus in iram*, Ov. Amor. 1, 8, 81. SYN. Amplus, vastus, capax, ingens, latus, immensus, patulus. PHR. Late patens, porrectus, effusus, extensus. Ingentis turbæ capax locus. Spatiosum, vastum, patentem in circum extensus. Longo patens circuitu, *vel* ambitu.

**spatium.** *Adversis spatiis, alternosque orbibus orbes*, Virg. Æn. 5, 584. SYN. Intervallum, locus: discrimen, *vel* curriculum. EPITH. Amplum, vastum, latum, immensum, capax, ingens, parvum, angustum, breve. PHR. Locus interjectus. Spatium pugnæ discriminat aer.

**species,** iei. *Vertuntur species animorum*, &c. V. SYN. Forma, figura, *vel* imago, *vel* spectrum, larva, persona, *vel* vultus, os, *vel* pulchritudo, venustas, *vel* aspectus, conspectus.

**specimen,** inis. *Filia tu specimen censuræ nata paternæ*, P. SYN. Indicium, signum, nota, exemplum. V. *Signum.*

**speciosus.** *Hac in laude sonos, quantum speciosior esset*, A. SYN. Pulcher, venustus, decorus, *vel* spectabilis, conspicuus, illustris, eximius. V. *Pulcher.*

**spectabilis.** *Ipse super currum placido spectabilis ore*, Ovid. P. 2, 2, 81. SYN. Conspicuus, spectatus, illustris.

**spectacula.** *Quis spectacula non putet Deorum*, (Phal.) Mart. 2, 105, 11. SYN. Ludi. EPITH. Publica, festiva, admiranda, solemnia. PHR. Solennes pompæ, ludi. Comica componet lætis spectacula ludis. Ludorum spectacula præstat arena. Novæ miracula pompæ. V. *Ludi.*

**spectat.** SYN. Attinet, pertinet.

**spectator,** oris. *Quod spectatorem te tua laurus habet*, Mart. 8, 78, 16. EPITH. Attentus, avidus, frequens.

**spectatus.** *Pectora, sunt animi, et rebus spectata juventus*, V. Æ. 8, 151. SYN. Cognitus, perspectus, probatus, *vel* nobilis, illustris, insignis, celebris, spectabilis.

**specto.** *Quicquid et in circo spectatur et amphitheatro*, Mar. 2, 8, 9. SYN. Aspecto, considero, contemplor, intueor, aspicio, cerno, video, respicio. V. *Respicio, Video, Aspicio.*

‖ **spectra.** SYN. Simulacra, umbræ, larvæ: Manes, Lemures: Somnia. EPITH. Horrenda, atra, nocturna, pallentia, terrifica, infesta, inania, vana, prodigiosa, monstrosa. PHR. Nocturnæ, inanes, umbræ. Umbræ nocte volantes. Mira spectrorum portenta. Nigra somnia. V. *Somnium et Manes.*

**specula.** *Præceps aerii specula de montis in undas*, Virg. Ecl. 8, 59. EPITH. Celsa, alta, sublimis, ardua, excelsa. PHR. Exploratoria turris, statio, custodia: Turris excubiæ. Specularius ignis. Fax specularis. V. *Turris.*

**speculator,** oris. *Quem procul ut vidit tumulo speculator ab alto*, O. T. 3, 9, 11.

**speculor,** aris.—*Obitus speculamur et ortus*, Virg. Geo. 1, 257. SYN. Contemplor, considero, specto, intueor, respicio, observo, exploro. VERS. Turri speculatur ab alta omnem accessum lustrans. Tacitis oculis pererrans: oculos per omnia volvens. Hæc super e vallo prospectant, *vel* prospiciunt. V. *Perspicio et Aspicio.*

**speculum.** *Eligat et speculum consulat ipsa suum*, Ov. A. A. 3, 136. EPITH. Politum, lucidum, pellucidum, micans, coruscum, splendidum, nitidum, nitens, fragile, vitreum, crystallinum, fallax, mendax, fidum, fidele, muliebre, auratum, argenteum. PHR. Speculi vitrum, æquor, orbis, splendor, nitor. Formas, *vel* species acceptas, receptas referens. Simulacra imitantia verum exhi-



Digitized by Google

bēns, rĕfĕrēns, rĕddēns. Spĕcŭlī nĭtĭdĭssĭmŭs ŏrbĭs. Nĭtĭdō splĕndōrĕ cŏrŭscāns. VERS. Ĭstă rĕpĕrcŭssæ, quăm cērnis, ĭmāgĭnis ŭmbra ĕst. Quō fēlix făcĭēs jūdĭcĕ tōtă fŭĭt. Ĭn spĕcŭlō vūltŭs āppārĕt ĭmāgo, *vel* făcĭēs. Ceū lævi in spĕcŭlō sŏlĭt āppārērĕ fĭgūră.

spĕcŭs, ūs. *Hic et hæc, vel hoc specus, inusit. in obliquis. Hīc spĕcŭs hōrrēndum, ĕt sævi spīrācŭlă Dītis,* Virg. Æn. 7, 568. SYN. Spēlūncă, spēlæūm, căvērnă, āntrūm. Spēlūncæ rĕcēssŭs, claūstră, lătebræ, cōncăvă, āmbĭtŭs. EPITH. Dēfŏssūm, hōrrēndūm, lătebrōsūm, rōscĭdūm, ăspĕrūm, sĭnŭōsūm, gĕlĭdūm, săxĕūm, ōbscūrūm, ŏpācūm, tĕnebrōsūm, ăbdĭtūm, fūmĭfĭcūm, ātrūm, prŏfūndūm, cŭrvūm, tōrtūm, cæcūm, pĭcĕūm, nĭgrūm. V. *Caverna, Antrum.*

spēlæūm. *Cērtum ēst in sylvis intēr spēlæă fĕrārūm,* Virg. Ecl. 10, 52. SYN. Spēlūncă, spĕcŭs.

spēluncă. *Spēlūnca āltă fŭĭt, vāstōque immānis hĭātū,* V. 6, 237. SYN. Spĕcŭs, spēlæūm, căvērnă, āntrūm. PHR. Hic spēlūncă fŭit, vāstō sūbmōtă rĕcēssū, Sēmihŏmĭnis Căci făciēs quām dīră tĕgēbăt, Sōlis ĭnāccēssām rădĭis. V. *Specus.*

spērno, sprēvi, sprētūm. *Spērnĕ vŏlūptātēs; nŏcēt ēmptă dŏlōrĕ vŏlūptās,* Hor. Ep. 1, 2, 55. SYN. Āspērnŏr, tēmno, cōntēmno. V. *Contemno, Aspernor.*

spēro. *Spērābānt, nūnc ārmă vŏlūnt, fœdūsquĕ, &c.* Virg. Æn. 12, 242. SYN. Expēcto, cōnfīdo. PHR. Spēm căpio, cōncĭpio, hăbĕo, fŏvĕo, ănĭmō nūtrio, pāsco, ălo, ăgito. Spē dūcŏr, căpiŏr, lāctŏr, ēxcĭtŏr, āccēndŏr. Spē ănĭmūm pāsco, lācto. Ănĭmūm, mēntēm spēs ēxcĭtăt. Crēdŭlă mēntēm spēs hăbĕt, sŭbit, fŏvĕt, lāctăt, dūcit. Spēs mĭhi māgnă sŭbit, *vel* ēst. VERS. Fāllāci spēm pōnĭt ĭn aūrō. Spērābām tămĕn, ātque ănĭmō mĕă vōtă fŏvēbām. Sic ĕquĭdēm dūcēbam ănĭmō, rēbārquĕ fŭtūrūm. Sūbĭtă spē fērvĭdŭs ārdĕt. Quā spē ĭnĭmīca ĭn gēntĕ mŏrātŭr? Pēndĕt ăb ōffĭcĭō spēs mĭhi māgnă tŭō. Hic prīmum Ænēās spērārĕ sălūtēm Aūsŭs, ĕt āfflictis mĕlĭūs cōnfīdĕrĕ rēbŭs. Nĕc mĭhi jām pătrĭam āntiquām spēs ūllă vidēndi. Cūrisque ingĕntĭbŭs ægĕr Spēm vūltū sĭmŭlăt. Crēdŭlă vitām Spēs fŏvĕt ĕt mĕlĭūs crās fŏrĕ sēmpĕr ălit. Spēs ălit ăgrĭcŏlās. Spēs ĕtĭām sŏlĭdă sōlātūr cōmpĕdĕ vinctūm. Spēs nŏvă sēmpĕr ădēst. V. *Fido.*

*spero frustrà.* PHR. Spēm vānăm, ĭnānēm, fāllācēm căpio, cōncĭpio, &c. *ut in spero.* Spē ĭnāni dēcĭpĭŏr, frūstrŏr, ēlūdŏr, dūcŏr, căpiŏr. Ănĭmūm spēs ĭnānis hăbĕt, dēcĭpit, frūstrātŭr, lūdit. Mēntēm vānă crēdŭlĭtātĕ fŏvĕt. Spē sūspēnsŭs, frūstrātŭs, dēlūsŭs. Spē mūltūm căptŭs ĭnāni. Ĭnānĭă vōtă fŏvēns. Spē ĭnāni, vānā, fāllāci, văcŭā, cădūcā, fālsā, mēndāci ănĭmūm pāscĕrĕ, lāctārĕ. Spēm ĭnānēm ănĭmō haūrīrĕ, cōncĭpĕrĕ, nūtrīrĕ. Spēs mē dēsĕrit. Spēs ăbit. Spēs irrĭtă cēdit. Spēs mĭhi vānă cădit. VERS. Fāllitŭr aūgŭrĭō spēs bŏnă sæpĕ sŭō. V. *Decipio.*

*spem abjicio.* V. *Despero.*

spēs, spĕi. *Mūltă mălīs sĭmŭlāns vānā spē lūsĭt ămāntēm,* Virg. Æn. 1, 352. SYN. Expēctātio, fīdūcĭă, vōtă. EPITH. Crēdŭlă, ānxĭă, dŭbĭă, incērtă, sūspēnsă, pēndŭlă, āmbĭgŭă, ānceps, lūbrĭcă, sōllĭcĭtă, māgnă, ārrēctă, ĭmmŏdĭcă, ăvĭdă, tŭmĭdă, ăvāră, dīvēs, tĕnŭis, lĕvis, ēxĭgŭă, āngūstă, tĭmĭdă, blāndă, lætă, stūltă, nĕfāndă, scĕlĕrātă, vānă, ĭnānis, frăgĭlis, cădūcă, fālsă, fāllāx, irrĭtă, sūblāpsă, dēcēptă, văcŭă, cōncēptă, cērtă, cōnstāns. PHR. Fŭtūri crēdŭlă spēs. Mēns, *vel* ănĭmŭs fīdēns, cōnfīdēns. Spēs āltrix ĕt cŏmĕs jŭvēntæ. Tōllēns tædĭă vitæ. VERS. Dēplōrātă cŏlōnis Vōtă jăcēnt. Spēmquĕ mĕtūmque intĕr dŭbĭi. V. *Spero.*

Sphinx, gis. *Dūm victă cădit Sphinx,* Stat. Th. 11, 490. *Monstrum apud Thebas, cujus caput et manus puellæ, corpus canis, cauda draconis, ungues leonis, alæ volucris. Scopulo insidens, viatoribus ænigma proponebat, et quotquot illud solvere non poterant, unguibus laniabat. Soluto ænigmate, monstrum vicit Oedipus, ac in mare præcipitavit.* EPITH. Trĭcōrpŏr, cāllĭdă, văfră, vērsūtă, hōrrĭdă, ĭmmānis, sævă, ăspĕră, vŏlucris, ĭnfāndă, Thēbānă, Oedĭpŏdĭōnĭă, hōrrēndă, dīră, ĭmplēxă, crŭēntă. PHR. Thēbārūm sævă lŭēs. Nēctēns ōrĕ dŏlōs, ĭnvŏlvēns cæcis ăbdĭtă vērbă mŏdis. VERS. Sphinx vŏlŭcris pēnnis, pĕdĭbŭs fĕră, frōntĕ pŭēllă. Sphingis ĭniquæ Cāllĭdŭs āmbāgēs sōlērti mēntĕ rĕsōlvit.

spīcă. *ĕt Cĕrĕrem in spicis intērcĭpit, &c.* Ovid. Met. 8, 292. V. *Arista, Seges, Messis.*

spīcĕŭs. *Spīcĕă jām cāmpis cūm mēssis inhōrrŭit, ĕt cūm,* Virg. Geo. 314.

spīcĭfĕr, ĕri. *Nūm Hyblă, nōn mē spīcĭfĕr căpit Nīlŭs,* (Scaz.) Mart. 10, 74, 9. PHR. Spicis grăvis, ŏnūstŭs.

spīcŭlūm. *Spīcŭlă cōnvērsō fŭgĭēntĭă dīrĭgĭt ārcū,* Virg. Æn. 11, 654. SYN.

Digitized by Google

Jăcŭlŭm, tēlŭm, săgittă: ărŭndo. EPITH. Ăcūtŭm, sævŭm, tortŭm, pennātŭm, vēlox, dūrŭm, fērrĕŭm, dīrŭm, lēthālĕ, fĕrŭm, rigĭdŭm, impĭŭm, vŏlĭtāns, intortŭm, flammĕŭm, rŭtĭlāns, crūdŭm. VERS. Hāstāsquĕ rĕdūctis Prōtĕndūnt longē dēxtris, ĕt spīcŭlă vĭbrānt. Aūt ăcrēs tĕndūnt ărcūs, aūt lēntă lăcertis Spīcŭlă cōntŏrquēnt. V. *Sagitta*, *Jaculum*.

spina. *Tētră tŭŭm spinis ōbdūcăt tērră sĕpŭlcrŭm*, Prop. 4, 5, 1. SYN. Rŭbī, sēntēs, vēprēs. EPITH. Sȳlvēstrēs, stĕrĭlēs, āspĕræ, mōrdācēs, pūngēntēs, vŭlnĭfĭcæ, mĭcāntēs, hāmātæ, rigĭdæ, dūræ, hirtæ, hōrrēntēs, hirsūtæ, dēnsæ, spārsæ. PHR. Sylvă quām dēnsi cōmplērānt ūndĭquĕ sēntēs. Hirsūti sēcŭērūnt cōrpŏră vēprēs. Rēttŭlīt hirsūtis brāchĭă sēctă rŭbis. Hāmātis mēmbră nŏtārĕ rŭbis. Sēgnisque hōrrēbăt in ārvis Cārdŭŭs. Cārdŭŭs, ĕt spinis sūrgit pălĭūrŭs ăcūtis. Infixa ēst lævō spină mălīgnă pĕdi. V. *Spinosus*.

spinētŭm. *Nūnc virĭdēs ĕtĭam ōccŭltānt spinētă lăcērtōs*, Virg. Ecl. 2, 29. SYN. Dūmētŭm, veprētŭm, rŭbētŭm. EPITH. Dēnsŭm, āspĕrŭm, āvĭŭm, impērvĭŭm, rigĭdŭm, sylvēstrĕ. PHR. Spinōsŭs, dūmōsŭs lŏcŭs, ăgĕr, cāmpŭs, saltŭs. Spinōsă lŏcă, ārvă. Ăgĕr spinis cōnsĭtŭs. V. *Spinosus*.

spinĕŭs. *ăsset ĭtĕr mĕlĭŭs ĕŭm dēxtrŭm spinĕă sylvă*, Prud.

spinifĕr, ă, ŭm. *Spinifĕrăm sŭbtēr caūdăm pistrīcis ădhæsit*, Cic. SYN. Spinōsŭs.

spinōsŭs. *Spinōsās Ĕrycīnă fĕrēns in pēctŏrĕ cūrās*, Catul. 62, 72. SYN. Spinĭfĕr. *Metaph.* Diffĭcĭlis, dūrŭs, āspĕr. PHR. Spinis, rŭbis, sēntĭbŭs plēnŭs, rĕfērtŭs, replētŭs, fœtŭs, cōnsĭtŭs, ōbsĭtŭs, hōrrēns, hōrrĭdŭs, āspĕr.

spinŭs, i. *ēdūrāmquĕ pyrum, ĕt spinōs jām prună fĕrēntēs*, Virg. Geo. 4, 145. EPITH. Āspĕr, agrēstis.

spiră. *Pōrrigăt, ĕt lōngō jăctētūr spiră gălērō*, Juv. 8, 208. SYN. Gyrŭs, sinŭs, ōrbis. EPITH. Cūrvă, incūrvă, cūrvātă, sinŭōsă, ōbliquă, mūltiplēx. V. *Gyrus*.

spirābilis. *Pēr sŭpĕrōs ātque hōc cœli spirābilĕ nūmĕn*, Virg. Æn. 3, 600.

spirācŭlŭm.—*ĕt sævi spirācŭlă Ditis*, Virg. Æn. 7, 568. SYN. Mĕātŭs, spirāmĕn, spirāmēntŭm.

spirāmēntŭm. *Spirāmēntă linūnt, fūcōque*, &c. Virg. Geo. 4, 39. SYN. Fŏrāmĕn, spirāmĕn, spirācŭlŭm.

spirĭtŭs, ŭs. *ārdēntēsquĕ nŏtāte ŏcŭlōs, qui spirĭtŭs illi*, Virg. Æn. 5, 648. SYN. Aūră, flāmĕn, flātŭs, *vel* hālĭtŭs, rēspirātio, spirātio, spirāmĕn: rēspirāmĕn, āfflātŭs, ănhēlĭtŭs, ănĭmă. PHR. Spirĭtŭs, ănhēlĭtŭs ōris. Vitālis aūră. Pūri ætheris haūstŭs.

spiro. *Spirāvērĕ, pĕdēs vēstis dēflūxit ăd imōs*, Virg. Æn. 1, 408. PHR. Flo, pērflo, āspiro, ēxpiro, ēxhālo, inspiro, āfflo, inhālo, hālo: ŏlĕo, rĕdŏlĕo, *vel* rēspiro, ănhēlo; ănĭmŭm, spirĭtŭm trăho: vivo.

splēndĕo. *Pōstĕrĭŭs clāro in tērris splēndērĕ cŏlōrĕ*, Lucr. 5, 1257. SYN. Splēndēsco, rēsplēndĕo, fŭlgĕo, ēffŭlgĕo, rĕfŭlgĕo, cŏrŭsco, nitĕo, nitēsco, rŭtilo, mico, ēmico, rădĭo, irrădĭo, fŭlgŭro, scintillo, lūcĕo, rĕlūcĕo, cōllūcĕo. PHR. Cŏrŭscām lūcēm vibro, jăcio, spārgo. Rădĭānti lūcĕ rĕnīdĕo, splēndēsco, fŭlgĕo, cŏrŭsco, mico, ārdĕo, fŭlgŭro. Splēndōrĕ, rădĭis cŏrŭsco. Rădĭis ārdĕo lūcis, ĕt aūrō. Scūtis aūrātis lūx ēxilit, flāmmă ēmicăt, ābsistit. VERS. Gēmmæ aūrō intēxtæ rădĭānt. Nōbĭlis ĕōō splēndēscit gēmmă mōnili. Ārdĕt ăpēx căpĭti, cristisque ā vērticĕ flāmmă Fūndĭtŭr, ĕt vāstis ūmbō vŏmit aūrĕŭs ignēs. Cærŭlă nūbēs Sōlis inārdēscit rădĭis, lōngēquĕ rĕfŭlgĕt. Æră rĕnīdēnt Sōlĕ lăcēssita, ĕt lūcēm sŭb nūbĭlă jăctānt. Pŏsitæ ēx ōrdĭnĕ gēmmæ Clāră rĕpērcūssō rĕddēbānt lūmĭnă Phœbō. Hic primŭm nŏvă lūx ŏcŭlis ēffŭlsit. V. *Luceo et Illumino*.

splēndĭdŭs. *ăt dŏmŭs intĕrĭŏr rēgāli splēndĭdă lūxū*, Virg. Æn. 1, 641. SYN. Splēndēns, fŭlgēns, &c. V. *Splendeo*. Fŭlgĭdŭs, cŏrŭscŭs, nitĭdŭs, rŭtĭlŭs, lūcĭdŭs, pēllūcĭdŭs, clārŭs. PHR. Nitĭdă lūcĕ rĕfŭlgēns, cŏrŭscāns, rŭtĭlāns, &c. Cŏrŭscō splēndōrĕ flāgrāns, ārdēns, flāmmĕŭs, ignĕŭs, dĕcōrŭs, pērspicŭŭs. Cŏrŭscām lūcēm vibrāns. Nitĭdō splēndōrĕ cŏrŭscāns. Aūrĭcŏmō splēndōrĕ micāns. Splēndōrĕ nitēnti Gēmmă micāns. V. *Splendeo et Lucidus*.

splēndŏr, ōris.—*pārŭm splēndōris hăbēbūnt*, Hor. Ep. 2, 2, 121. SYN. Fŭlgŏr, nitŏr, lūx, lūmĕn, rădĭi, jŭbăr. EPITH. Nitĭdŭs, fŭlgĭdŭs, clārŭs, flāmmĕŭs, ignĕŭs, aūrĕŭs, trĕmŭlŭs, nivĕŭs, cāndĭdŭs, rŏsĕŭs, vivŭs, ārdēns, pūrŭs, fŭlgēns, cŏrŭscāns, nitēns, &c. V. *Splendeo*. PHR. Splēndĭdŭs nitŏr. Splēndĭdă lūx. Lūcĭdă flāmmă. Dĕcŏr ignĕŭs. Cŏrŭscŭs splēndŏr irrădĭăt, ēxilit, ēmicăt, fŭl-

gŭrāt, scintillăt, ēxŏrĭtŭr, āppārĕt; ŏcŭlōs, *vel* ŏcŭlōrŭm ăcĭēm pērstrĭngĭt. V. *Lux*.

spŏlĭă, ōrŭm. *ĕt spŏlĭīs īgĭtŭr lōngē mĭnŭs ūtĭlĭs īllī*, Juv. 6, 209. SYN. Ēxŭvĭæ, prædă. EPITH. Bēllĭcă, hŏstīlĭă, ŏpŭlēntă, crŭēntă, răptă. PHR. Vīctō ēx hŏstē rĕlātæ Ēxŭvĭæ. Hŏstīlĭs sŭpēllēx. Spŏlĭă ēx hŏstē pārtă, ērēptă. VERS. Īnsīgnĭs spŏlĭīs Mārcēllŭs ŏpīmĭs, *i. e. Spoliis duci à se in pugnâ occiso detractis.* Spŏlĭĭs Ŏrĭēntĭs ŏnūstŭs. V. *Præda.*

spŏlĭātŭs. *ĕt mē, seū cōrpŭs spŏlĭātūm lūmĭnĕ mālĭs*, Virg. Æn. 12, 935. SYN. Nūdŭs, nūdātŭs, ēxūtŭs, prīvātŭs. PHR. Cuī vēstĭs ădēmptă, sūblātă, dētrāctă, ērēptă ēst.

spŏlĭo, ās. *āddĭt ĕquōs ĕt tēlă, quĭbūs spŏlĭāvĕrăt hŏstēm*, Virg. Æn. 11, 80. SYN. Ēxspŏlĭo, nūdo, dēnūdo, ēxŭo, prīvo, ōrbo: prædŏr, fūrŏr, răpĭo, aūfĕro. V. *Prædor et Nudo.*

spōndă. *ēxtrēmă ĕt īn spōndā cŭbĕt*, Hor. Ep. 3, 22. EPITH. Rŏtūndă, tĕrēs, nĭtēns, clāră, lūcĭdă, mūndă, cūltă, hŏnēstă, dĕcōră. PHR. Nōn Tўrĭō sūbnīxă tŏrō, spōndæquĕ nĭtēntī.

spōndĕo, spŏpōndī, spōnsŭm. *Spōndĕt fōrtūnă sălūtēm*, Vir. Æn. 12, 637. SYN. Pōllĭcĕŏr, prōmĭtto: rĕcĭpĭo. V. *Promitto.*

spōngĭă. *tērgēndĭs spōngĭă mēnsīs ūtĭlĭs*, Mart. 14, 144. EPITH. Lēvĭs, tŭmēns, tŭmĭdă, tūrgĭdă, bĭbŭlă, mōllĭs, ūdă, hūmēns, hūmĭdă, mădĭdă. PHR. Lēvĭs āccēptă spōngĭă tūrgĕt ăquā.

spōnsă. *Quēm spōnsæ tūrpēs*, Juv. 1, 78. EPITH. Vĕnūstă, dĕcōră, ōrnātă, māgnĭfĭcă, splēndĭdă, cōmptă, cōncīnnă, sŭpērbă. PHR. Dēspōnsă pūēllă. Nŏvă nūptă. VERS. Pāctă vĭrgo. Fōrmōsă, nŏvō quæ pārĕt ĭrē vĭrō. V. *Uxor.*

spōnsālĭă, ōrŭm. *ĕt pāctŭm, ĕt spōnsālĭă nōstră*, Juv. 6, 25. PHR. Fĭdēs dătă, *vel* prōmīssă. V. *Conjugium.*

‖ spōnsŭs. SYN. Cōnjūx, mărītŭs, vĭr. EPITH. Chārŭs, pūlchĕr, dīlēctŭs. V. *Maritus.*

spōntĕ. *Spōntĕ sŭā sāndĭx pāscēntēs vēstĭĕt āgnōs*, Virg. Ecl. 5, 45. SYN. Ūltro, lĭbēntĕr: lĭbēns, vŏlēns. PHR. Prŏprĭā spōntĕ. Æquō, lĭbēntī ănĭmō. Nōn īnvītŭs: nōn cōāctŭs. V. *Ultro.*

sprētŏr, ōrĭs. *Tēmpŏrĭs īmpătĭēns sēnsŭs, sprētōrquĕ mŏrārŭm*, Nem. Cyn. 79. SYN. Cōntēmptŏr.

sprētŭs. *ēxcĭdĕrānt ănĭmō, sprētæquĕ īnjūrĭă fōrmæ*, Virg. Æn. 1, 31. SYN. Cōntēmptŭs, dēspēctŭs, ăbjēctŭs.

spūmă. *Sūdābĭt spătĭă ĕt spūmās ăgĕt ōrĕ crŭēntās*, Virg. G. 3, 203. EPITH. Ālbă, cāndĭdă, ālbēscēns, cānă, cāndēns, ālbēns, ālbĭdă, pīnguĭs, nătāns, fērvĭdă, vĭrĭdĭs, crŭēntă. PHR. Spūmēŭs lĭquŏr, hūmŏr: Spūmāns ăquă, ūndă. Spūmæ cŭmŭlī. Mărĭs āspērgo, cānĭtĭēs. Mŏrĭēntŭm tētră āspērgo, *sanies ex ore profluens.* VERS. Cānĭtĭēs ēmōtă mărĭs spūmæquĕ rĭgēntēs, Īngēntēs făcĭūnt cŭmŭlōs. Fērvĕt ĕt ēxūltăt spūmīsquĕ tŭmēntĭbŭs ālbĕt. V. *mox Spumo.*

spūmēŭs. *Spūmēŭs īn lōngā cūspĭdĕ fūmĕt ăpĕr*, Mart. 17, 221. SYN. Spūmōsŭs, spūmĭfĕr, spūmāns. PHR. Spūmĭs plēnŭs, grăvĭdŭs.

spūmĭfĕr, ă, ŭm. *īllī spūmĭfĕrūs glŏmĕrānt ā pēctŏrĕ flūctŭs*, Stat. Ach. 1, 59. SYN. Spūmĭgĕr, spūmēŭs.

spūmo, ās. *ōbjēctæ sălsā spūmānt āspērgĭnĕ caūtēs*, Virg. Æn. 3, 534. SYN. Spūmēsco. PHR. Spūmās ējĭcĭo, fūndo, ēffūndo, spārgo, ăgo, ēmītto, āttōllo. Spūmīs ālbĕo, ālbēsco, cānēsco, spārgŏr, pērfūndŏr, æstŭo, ēxūbĕro, fœdŏr, īnquĭnŏr. Spūmă flŭĭt: æstŭăt, fērvĕt. VERS. Hūnc cĭrcūm fūmĭdă raūcō Mūrmŭrĕ spūmă flŭĭt: cæcō strīdōrĕ æstŭăt. Nōstră tŭīs spūmēscānt æquŏră rēmīs. Spūmās ăgĭt ōrĕ crŭēntās. Spūmăquĕ pēstĭfĕrōs cĭrcūmflŭĭt ālbĭdă rīctŭs. Ēxūltānt æstū lătĭcēs, fŭrĭt īntŭs ăquæ vīs. Fūmĭdŭs ātque āltē spūmīs ēxūbĕrăt āmnĭs. *Virgil. de aquâ in lebete ferventi.*

spŭo. *Tērrăm sīccō spŭĭt ōrĕ vĭātŏr*, Virg. Geo. 4, 92. SYN. Spūto, ēxcrĕo. PHR. Sōrdēntĕ mădēscĕrĕ spūtō. VERS. Crāssūmquĕ crŭōrēm Ōrĕ ējēctābăt. Cūmque ātrō mīstōs spūtābăt sānguĭnĕ dēntēs. Īnquĕ sŭōs mīttĭt spūtă sŭbīndĕ sĭnūs.

spūrcĭtĭēs, ĭēī. *Spūrcĭtĭēs ĕādēm pōrcīs hæc mūndă, &c.* Lucr. 6, 977. SYN. Fœdĭtās, măcŭlæ, sōrdēs, vĭtĭŭm.

‖ spūrco, ās. SYN. Fœdo, măcŭlo, vĭtĭo, cōntāmĭno. V. *Maculo.*

spŭrĭŭs. *Quīquĕ nŏtās spūrĭīs vērsĭbŭs āppŏsŭĭt*, Auson. Ep. 2, 29.

spūtŭm. *īnquĕ sŭōs mīttĭt spūtă sŭbīndĕ sĭnūs*, Mart. 2, 26. SYN. Sălīvă.

Digitized by Google

EPITH. Sōrdĭdūm, tūrpĕ, fœtĭdūm, fœdūm, cāndĭdūm, ālbēns, crāssūm, immūndūm. PHR. Tĕnŭĭs spūmă ōrĭs. *V. Spuo.*

squālŏr, *seu* squāllŏr, ōrĭs. *Tērrĭbĭlī squālōrĕ Chărōn, &c.* Vir. Æn. 6, 299. SYN. Sōrdēs, sĭtŭs, pædŏr, *vel* mœrŏr, trīstĭtĭă, lūctŭs. EPITH. Tūrpĭs, fœdŭs, dēfōrmĭs, sōrdĭdŭs, ātĕr, hōrrĭdŭs. VERS. Tērrĭbĭlī squālōrĕ jăcēt. Cæsărĭēs incōmptă dĭū, squālōrquĕ tĕgēbāt Lūrĭdŭs ēffĭgĭēm. Pōrtĭtŏr hās hōrrēndŭs ăquās ēt flūmĭnă sērvāt Tērrĭbĭlī squālōrĕ Chărōn, cuī plūrĭmă mēntō Cānĭtĭēs incūltă jăcēt. Squāllōre hōrrēndō pāllēt ōbsĭtŭs. V. *Sordes.*

squālĕo. *Dīgnŭs hŏnŏr, squālēnt ăbdūctīs ārvă cŏlōnĭs,* Virg. Geo. 1, 506. SYN. Sōrdĕo, sōrdēsco. PHR. Squālōrĕ, ăspērgŏr, fœdŏr, hōrrĕo. V. *Sordeo, Squalor.*

squālĭdŭs. *Squālĭdŭs in rĭpā Cĕrĕrĭs sĭnĕ mūnĕrĕ sēdĭt,* Ovid. SYN. Squālēns, sōrdĭdŭs. PHR. Squālōrĕ ăspērsŭs, fœdŭs, hōrrĭdŭs, ātĕr. Sōrdĭdă lūctū Mātĕr. Hōrrēndō pædōrĕ ōbsĭtŭs, pāllēns. V. *Sordidus, Macer, Squalor.*

squāmă, *seu* squāmmă. *In plūmām squāmīs aūrō cōnsērtă tĕgēbāt,* Virg. Æn. 11, 771. EPITH. Dūră, ăspĕră, nēxĭlĭs, crĕpĭtāns, nĭtĭdă, rŭtĭlă, fūlgēns, mĭcāns, splēndēns. PHR. Squāmmōsūm tĕgmĕn. Squāmōsă pēllĭs. Pēllĭs dūrĭtĭēs. Squāmārūm nēxĭlĭs ōrdo, sĕrĭēs. V. *Squamosus.*

squāmĕŭs. *Squāmĕŭs in spīrām trāctū sē cōllĭgĭt ăngŭĭs,* Virg. Geo. 2, 154.

squāmĭgĕr, ă, ūm. *Squāmĭgĕrūm pĕcŭdēs, ăt cōrpŏră, &c.* Lucr.

squāmōsŭs. *Squāmōsūsquĕ drăco ēt fūlvă cērvīcĕ, &c.* Virg. Geo. 4, 498. SYN. Squāmĭgĕr, squāmĕŭs. PHR. Squāmīs tēctŭs, ōbtēctŭs, cōntēctŭs, ōbdūctŭs, hōrrēns, mūnītŭs, ārmātŭs. VERS. Drăcō squāmīs crĕpĭtāntĭbŭs hōrrēt. Hūnc pēllĭs ăhēnīs In plūmām squāmīs aūrō cōnsērtă tĕgēbāt. Dūplĭcī squāmā lōrīcă fĭdēlĭs.

stăbĭlio, īvi, ītūm. *Hic sĭtū quāssūs stăbĭlīrĕ tūrrēs,* Sapph. (Senec.) SYN. Fīrmo, cōnfīrmo, cōrrōbŏro: stătŭo, cōnstĭtŭo: fīgo.

stăbĭlĭs. *Quā mănĕāt stăbĭlī cūm fūgĭt īllă pĕdĕ,* Ovid. Tr. 5, 14, 30. SYN. Fīrmŭs, cōnstāns, fīrmātŭs, cōnfīrmātŭs, īmmūtābĭlĭs, īmmōbĭlĭs, īmmōtŭs, cērtŭs, pĕrēnnĭs, pērpĕtŭŭs, ætērnŭs, īmmōrtālĭs. V. *Constans et Immortalis.*

stăbĭlĭtās. *Mōx stăbĭlĭtā vĕlūt mātūrī rōbŏrĭs ætās,* Prud. SYN. Fīrmātŭs, fīxŭs.

stăbŭlūm. *Ipsĕ vĕlūt stăbŭlī cūstōs dē mōntĭbŭs ōlīm,* Virg. Geo. 4, 433. SYN. Sēptūm, præsēpĕ. *Equorum,* ĕquīlĕ: *boum,* būbīlĕ: *ovium,* ŏvīlĕ, caūlă: *porcorum,* sŭīlĕ, hără, vŏlūtābrūm: *hædorum,* hœdīlĕ. EPITH. Ingēns, āmplūm, lātūm, spătĭōsūm, pătēns, ăpērtūm, claūsūm, mūnītūm, tūtūm, tĕpĭdūm, tĕpēns, fūmāns, tūrpĕ, īmmūndūm, sōrdĭdūm, pīnguĕ. PHR. Stăbŭlī claūstră, sēptă, sēpēs, ŏbĭcēs. Fĕrārūm tēctă, hōspĭtĭūm, căsă. VERS. Stăbŭlīs quālĭs lĕŏ sævĭt ŏpīmīs. Quātŭŏr ā stăbŭlīs præstāntī cōrpŏrĕ taūrōs Avērtĭt. Quis răpĭāt stăbŭlīs ārmēntă rĕclūsīs? Stăbŭlīs ēxpēllĕrĕ văccās. In stăbŭlă cōgĕrĕ taūrōs.

stăbŭlo, ās: et stăbŭlŏr, ārĭs. *Nēc mōs bēllāntēs ūnā stăbŭlārĕ, sēd ăltĕr,* Virg Geo. 3, 224. VERS. Cēntaūrī in fōrĭbŭs stăbŭlānt. Gĕlĭdōquĕ sŏlēnt stăbŭlārĕ sŭb āntrō. Pĕcŭdēs stăbŭlāntŭr in āntrīs.

stădĭūm. *Fūgīstī ēt prīmō căptŭs ĕs in stădĭō,* Auson. EPITH. Amplūm, plānūm, lātūm, spătĭōsūm, Ōlympĭăcūm, Ōlympĭcūm.

stāgnūm. *Sūnt lĭquĭdī fōntēs ēt stāgnă vĭrēntĭă mūscō,* Virg. Geo. 4, 18. SYN. Lăcŭs, pălŭs. EPITH. Rĕfūsūm, mĭtĕ, hūmĭdūm, tōrpēns, lēntūm, cærŭlĕūm, lĭquēns, rūtĭlūm, splēndĭdūm, pīscōsūm, căvūm, īrrĭgŭūm, dūlcĕ, ūndōsūm, vădōsūm, ūndāns, līmōsūm. PHR. Stāgnāns, stāns, *vel* tōrpēns ăquă, ūndă. Stāgnī līttŏrĕī gūrgĕs. Imīs stāgnă rĕfūsă vădīs. Innābĭlĭs ūndă. VERS. Hærēnt stāgnă lŏcō, plēnās æquāntĭă rīpās. V. *Palus, Lacus.*

stāmĕn, ĭnĭs.——*grăcĭlīque intēndūnt stāmĭnă tēlās,* Ov. Met. 6, 54. SYN. Fīlūm, lĭcĭūm, sūbtēgmĕn. EPITH. Tĕnŭĕ, sūbtīlĕ, ēxĭgŭūm, lēvĕ, tĕnĕrūm, tĕrēs, tōrtūm, intōrtūm, ŏpĕrōsūm, nōdōsūm, nĭvĕūm, cāndĭdūm, pūrpŭrĕūm, aūrĕūm, sērĭcūm, līnĕūm. PHR. Fīlī stāmĕn. Vărĭō dīstīnctă cōlōrĕ stāmĭnă. VERS. Lævĭă vērsātō dūcēbāt stāmĭnă fūsō. V. *Filum et Neo.*

stătēră, æ. *Rēpĭt lānguĭdă quādrŭpēs stătēră,* (Phal.) Stat. Syl. 4, 3, 34. SYN. Lībră, trūtĭnă, lānx. V. *Libra, Lanx.*

stătĭm. *Stūltă ēst fĭdēs cēlārĕ quōd prōdās stătĭm.* (Iamb.) SYN. Cōntĭnŭō, rĕpēntĕ, sŭbĭtō, īllĭco, prōtĭnŭs, ēxtēmplo, āctūtūm, cĭto, cōnfēstĭm, ōcyŭs,



Digitized by Google

īlĭcĕt, quāmprīmŭm, mŏx, jāmjām. PHR. Nĕc mŏră, nĕc lōngŭm in mĕdĭō tĕmpŭs, cŭm.

statim ac. SYN. Sĭmŭl ăc, sĭmŭl ātquĕ, ŭbi, ŭt prīmŭm, ŭbi prīmŭm, cŭm prīmŭm. VERS. Ūt prīmŭm fāri pŏtŭit, sic incipit ōrĕ. Lītŏrĭs ŭbi tĕtĭgĭt prīmŭm. Ūt mărĕ cōnspĕxit, trĕpĭdŭs stĕtĭt. Vix hæc ēdĭdĕrăt, cŭm prōtĭnŭs.

stătĭo, ōnis. *Sŭccēdŭnt, sērvāntquĕ vĭcēs stătĭōnĕ rĕlictā.* Virg. Æn. 9, 222. SYN. Ātrĭŭm: *vel* pōrtŭs: *vel* ēxcŭbĭæ.

stătŭă. *Infāntēs stătŭās, seū pingui lēntŭs ŏmāsō,* Hor. Sat. 2, 5, 40. SYN. Ēffĭgĭēs, sĭmŭlăcrŭm, signŭm, spĕcĭēs, īmāgo. EPITH. Aūrātă, mărmŏrĕă, ærĕă, ăhēnĕă, ărgēntĕă, ĕbūrnă, ĕbūrnĕă, lignĕă, săxĕă, cērĕă, mūtă, sūrdă, ēxsānguis, ērēctă, sūblīmis, ărdŭă, īnaūrātă, ēxĭmĭă, pūlchră, dĕcōră, ēxcūltă, sŭpērbă, āntīquă, scūlptĭlis, scūlptă, fictĭlis, ēxprēssă, vīvă, spīrāns. PHR. Aūrŭm, ărgēntŭm, æs, mārmŏr, săxŭm, *vel* lignŭm scūlptĭlĕ, scūlptŭm, lăbōrātŭm, spīrāns. Lăpis, cēdrŭs, *vel* cēră scūlptĭlis. Lŏcūtūræ mēntītō cōrpŏrĕ cēræ. Lŏcūtūrŭm ēmēntītō cōrpŏrĕ mārmŏr. Æră vūltŭm sĭmŭlāntĭă, ĭmĭtāntĭă. Vīris cērtāntĭă vūltĭbŭs ærā. Vīvōs ēxsānguis vūltŭs rĕfērt, ēxhĭbĕt. Vīvĭdō mārmŏrĕ vūltŭs. Spĕcĭēs aūrō, ĕbŏrĕ, *vel* săxō ēxprēssæ, ēffictæ. Ēffĭgĭēs āntīquă ēx cēdrō. Spĕcĭēs, ærisquĕ, ĕbŏrisquĕ vĕtūsti, Ārtĭfĭci fābrĭcātă mănū. Ănĭmā *vel* vītā cărēns. Vītæ ēxpērs. VERS. In grāndēs mārmŏr fōrmārĕ cŏlōssōs. Vīvōs dē mārmŏrĕ vūltŭs Ārtĭfĭcis mănŭs ēxcĭdĭt. Stābānt ēt Părĭi lăpĭdēs, spīrāntĭă signă. Părĭō mārmŏrĕ dīvēs ŏpŭs, Stăt, Jūpĭtĕr aūrĕŭs, Ārtis Phīdĭăcæ tŏrēŭmă clārŭm. Piscēs āspĭcis, ădde ăquām, nătābūnt. V. *Simulacrum.*

‖ stătŭārĭă. SYN. Cælātūră, scūlptūră. PHR: Stătŭārĭă ārs, pĕrītĭă. Phīdĭæ, Pŏlyclēti, Prāxĭtĕlis, Mȳrōnis ārs, lăbŏr, ŏpŭs. Phīdĭăcæ, Mēntŏrĕæ ārtēs.

‖ stătŭārĭŭs. SYN. Cælātŏr, scūlptŏr. PHR. Ārtis Phīdĭăcæ pĕrītŭs. Signōrŭm ārtĭfĕx. Spīrāntēs dŏctŭs ănĭmārĕ cērās, vūltŭs, fĭgūrās. Mōllēm ārtĭfĭci dūcit pōllĭcĕ cērăm. Spīrāntēs ănĭmāvit īmāgĭnĕ cērās. Vūltŭm ēxprīmĕt, ēt mōllēs ĭmĭtābĭtŭr ārtĕ căpillōs. Ēxcūdēnt ălĭi spīrāntĭă mōllĭŭs ærā.

stătŭo, stătŭi, stătūtŭm. *ūrbĕm præclārăm stătŭi, mĕă mœnĭă vīdi.* Virg. Æn. 4, 655. SYN. Cōnstĭtŭo, dēcērno, *vel* pōno, lŏco, cōllŏco, fīgo, fīrmo, stăbĭlĭo.

stătŭs, ūs. *Hic stătŭs in mĕdĭō mūltōs pērmānsit,* &c. Ovid. SYN. Cōndĭtĭo, fōrtūnă, ōrdo, grădŭs, lŏcŭs. EPITH. Fēlix, faūstŭs, īnfēlix, īnfaūstŭs, trānquīllŭs, flōrēns, plăcĭdŭs, quĭētŭs, āptŭs, hŏnēstŭs, dĕcōrŭs, mĭsĕr, tūrpis.

stătūtŭs. *Caūtum ēt stătūtŭm jūssĕrăt,* (Iamb. Dim.) SYN. Dēcrētŭs, *vel* pŏsĭtŭs. V. *Statuo.*

1. stēllă. *Pōstĕră cŭm prīmō stēllās ŏrĭēntĕ fŭgārăt,* Virg. Æn. 5, 42. SYN. Sȳdŭs, āstrŭm. EPITH. Cœlēstis, mĭcāns, ārdēns, lūcĭdă, cŏrūscă, splēndĭdă, rădĭāns. V. *Astrum.*

2. stēllă. *Laūrĭgĕrōs hăbĭtāt făcūndŭs Stēllă pĕnātēs,* Mart. 12, 3. EPITH. Dūlcis, Pĭĕrĭŭs, Āŏnĭŭs, *à Musis,* dĭsērtŭs, cănōrŭs.

stēllātŭs. *Cōnspĭcit, ātque illi stēllātŭs īāspĭdĕ fūlvā,* Virg. Æn. 4, 261. SYN. Stēllĭfĕr. PHR. Stēllis mĭcāns, rădĭāns, distinctŭs.

Stēllĭfĕr, ĕră, ĕrŭm, *vel*

stēllĭgĕr, ĕră, ŭm. *Stēllĭgĕri jŭbăr ōmnĕ pŏli,* &c. Stat. Theb. 12, 575. SYN. stēllātŭs.

*Cancri sita.* EPITH. Ĕxūstă, călĭdă, Nīlĭăcă, Phărĭă, *i. e. Ægyptia.* Fūscă, æstīvă, sĭtĭbūndă, ūstă, cōmbūstă, æstĭfĕră. PHR. Cōmbūstă ārdōrĕ Sȳēnĕ. Căncrō tōrrēntĕ pĕrūstă, ĕxūstă.

**Sȳllă**, æ, m. *ēt dŏcĭlis Sȳllām scĕlĕrūm vīcīssĕ Măgīstrūm*, Luc. 1, 326. *Civis Romanus, qui Mithridatem devicit, et Mario bellum intulit. Depositâ Dictaturâ, privatus obiit.* EPITH. Pŏtēns, sævŭs, trūx, crŭēntŭs, ātrōx, fĕrōx, făcūndŭs, ăcĕr.

**sȳlvă.** *Sȳlvārūmquĕ trĕmŏr tăcĭtā quĭ fraūdĕ sŏlēbăt*, M. 5, 66, 5. SYN. Nĕmŭs, sāltŭs, lūcŭs. EPITH. Nĕmŏrōsă, vĭrĭdis, vĭrēns, vĭrĭdāns, frōndōsă, frōndĕă, frōndēns, cŏmāns, ūmbrōsă, ūmbrĭfĕră, ŏbscūră, ŏpācă, nĭgră, nĭgrāns, cæcă, ātră, prŏfūndă, tăcĭtă, sĭlēns, sēcrētă, ārcānă, ānxĭă, dēnsă, spătĭōsă, āmplă, vāstă, īncĭdŭă, dēsērtă, hōrrēndă, sacră, āntīquă, vĕtŭs, vĕtūstă, sāxōsă, īncūltă, āspĕră, frăgōsă, āmœnă, jūcūndă, ŏdōrātă, mȳrtĕă, laūrĕă. PHR. Sȳlvārūm, *vel* nĕmŏrūm sēcēssŭs, rĕcēssŭs, sĭnŭs, lătebræ, ūmbræ, dūmētă, vĭrētă. Nĕmŏrūm sāltŭs. Sāxōsis nĕmŏră āltă jŭgis. Ūmbrōsi nĕmŏris lătebræ, sēcrētă, ābdĭtă. Jŭgă frōndĕă sȳlvis. Sāltŭs, ĕt lūstră fĕrārūm. Fĕrārūm dēsērtă, rĕcēssŭs, dēvĭă tēctă. Lŏcă ŏpācis rĕdīmītă sȳlvis, ārbŏrĭbŭs lŏcă cōnsĭtă, ārbŏrĭbŭs dēnsūm nĕmŭs. Sȳlvă rōbŏrĕ dēnsă. Frĕquēns ārbŏrĭbŭs. Dēnsūm trăbĭbŭs nĕmŭs. Sȳlvă hōrrĭdă dūmis. Nĕmŭs vēnātĭbŭs āptūm. Vĭrēntēs sȳlvārūm ūmbræ, sāltūsquĕ sĭlēntēs. Vĭrĭdī nūtāntēs vērtĭcĕ sȳlvæ. Cālĭgāns nĭgrā fōrmīdĭnĕ lūcŭs. Sȳlvă mūltōs īncĭdŭă pĕr ānnōs. Quām nūllă cĕcĭdit ætās. Nūllā vĭŏlātă sĕcūri. Ŏpācis ūmbrōsă rāmis. VERS. Rĕpĕtit vĭrĭdāns, frōndĕă tēctă, nĕmŭs. Ŭbĭ plūrĭmă frōndĕt ārbŏr, ĕt īngēntī fŏlĭōrum ĕxūbĕrăt ūmbrā. Sȳlvă fŭit lātē dūmis ātque īlĭcĕ nĭgrā Hōrrĭdă, quām dēnsī cōmplērānt ūndĭquĕ sēntēs. Sȳlvăquĕ mōntānās ŏccūlĭt āltă fĕrās. Ēst nĕmŭs ārbŏrĭbŭs dēnsūm, sēcrētŭs ăb ōmnī Vōcĕ lŏcŭs, sī nōn ŏbstrĕpĕrētŭr ăquis. Ēst nĕmŭs, ĕt pĭcĕis ĕt frōndĭbŭs īlĭcĭs ātrūm; Vix īllŭc rădĭis Sōlis ădīrĕ lĭcĕt. Lūcŭs ĕrăt lōngō nūnquām vĭŏlātŭs ăb ævō, Ŏbscūrūm cīngēns cōnnēxis āĕră rāmis, ĕt gĕlĭdās āltē sūmmōtis Sōlĭbŭs ūmbrās. Lūcŭs Ăvēntīnō sŭbĕrăt, nĭgĕr īlĭcis ūmbrā, Quō pŏssis vīsō dīcĕrĕ, nūmĕn ĭnēst: in mĕdĭō grāmĕn mūscōque ădŏpērtă vĭrēnti Mānābăt sāxō vēnă pĕrēnnis ăquæ. Stăt vĕtŭs ĕt dēnsā prænūbĭlŭs ārbŏrĕ lūcŭs.

## *DESCRIPTIO SYLVÆ.*
### *Ex Stat. Theb. 4.*

Sylva capax ævi, validâque incurva senectâ,
Æternùm intonsæ frondis, stat pervia nullis
Solibus. Haud illam brumæ minuêre, Notusve
Jus habet, aut gelidâ Boreas impactus ab ursâ.
Subtèr opaca quies, vacuusque silentia servat
Horror, et exclusæ pallet mala lucis imago.

**Sȳlvāni.** *Vēnĭt ĕt ăgrēstī căpĭtis Sȳlvānŭs hŏnōrĕ*, Virg. Ecl. 10, 24. V. *Satyrus.*

**sȳlvēstris.**—*Fŭit băcŭlŭs sȳlvēstris ŏlīvæ*, Ovid. SYN. Agrēstis, rūstĭcŭs: *vel* nĕmŏrōsŭs, sȳlvōsŭs. PHR. Sȳlvis plēnŭs, rĕfērtŭs, frĕquēns. Crēbris cōnsĭtŭs ārbŏrĭbŭs.

**sȳlvĭcŏlă**, æ, m. f. *Sȳlvĭcŏlæ Faūnō Drĭŏpē, &c.* Virg. Æn. 10, 551. SYN. Sȳlvēstris; sȳlvās cŏlēns.

**sȳmphōnĭă.** *ŭt grātās īntĕr mēnsās sȳmphōnĭă dīscōrs*, Hor. A. Poët. 374. SYN. Cōncēntŭs. V. *Musica.*

**sȳncērĭtās**, ātis. SYN. Cāndŏr, sīmplĭcĭtās, prŏbĭtās, īntĕgrĭtās. EPITH. Vēră, nūdă, ăpērtă, cāndĭdă, īnnŏcŭă, īnsōns, īnnŏcēns, bĕnīgnă, prūdēns. PHR. Ănĭmi cāndŏr. Sȳncēră, sīmplēx, fraūdis nēscĭă, *vel* fāllĕrĕ nēscĭă mēns, vŏlūntās. Sȳncērŭs ănĭmŭs. Sȳncērūm īngĕnĭūm, cŏr, pēctŭs. Sȳncēri mōrēs. Pūrŭs sīmplĭcĭtātis hŏnōs.

**sȳncērŭs.** *īnstāntī quō nēc sȳncērĭŭr ālĭŭr hăbētŭr*, Mart. 8, 72, 1. SYN. Cāndĭdŭs, sīmplēx, ăpērtŭs. PHR. Fāllĕrĕ nēscĭŭs. Fāllēndi nēscĭŭs ārtis. Vērā sīmplĭcĭtātĕ bŏnŭs. Cuī sȳncēră mēns, vŏlūntās, &c. Ēxpērs dŏli. Cūjŭs ăpērtă, nĭhil pēctŏră fraūdis hăbēnt. V. *Synceritas.*

**Sȳrēn.** *Sȳrēnūm vōcēs ĕt Circēs pōcŭlă nōstī*, Hor. V. *Siren.*

**Sȳrĭă.** *Āccēdūnt Sȳrĭæ pŏpŭli*, Luc. 3, 214. *Asiæ regio, inter Euphratem flu-*



Digitized by Google

*vium et mare Mediterraneum. Ab Oriente Ægyptum, à meridie Arabiam vicinam habet.* EPITH. Amplă, pŏtēns, dīvĕs, pinguis, fœcūndă, fĕrāx, mōllis, bĕnignă.

sȳrmă, ătis. *Mūsă nĕc insŭlsō sȳrmătĕ nōstră tŭmĕt,* Mart. 4, 49, 8. SYN. Cyclăs. EPITH. Trăgicūm, *quia eo utebantur Tragœdi.* Lōngūm, flŭēns, măgnĭfĭcūm, pūrpŭrĕūm. PHR. Lōngō sȳrmătĕ vērrit hŭmūm.

Sȳrtis, is. *Nūnc ănĭmōs quĭbŭs in Gĕtūlis Sȳrtĭbŭs ūsi,* Virg. Æn. 5, 192. *Sinus et vada in mari Libyco, ubi naves arenarum cumulis involvuntur, et naufragium sæpe faciunt.* EPITH. Naūfrăgă, inhŏspĭtă, æquŏrĕă, infīdă, vădōsă, æstŭōsă, hōrrēndă, mĕtŭēndă, sævă, Lĭbȳcă, Gĕtūlă, Āfră. PHR. Sȳrtis vădă cæcă. Dŭbĭūm Lĭbȳcæ Sȳrtis frĕtūm. Nāvĭbŭs infīdă. Rătĭbŭs mĕtŭēndă. VERS. Fēcit ărēnōsæ pĕr vădă Sȳrtis ĭtĕr. Invĭă fērt rătĭbūs mĕtŭēndă pĕrīcŭlă Sȳrtis. Pērquĕ prŏcēllōsās Sȳrtēs, pĕr sāxă Mălēæ. In brĕvia ĕt Sȳrtēs ūrgĕt (mĭsĕrābĭlĕ vīsū) Illīditquĕ vădis, ātque āggĕrĕ cingit ărēnæ.

## T.

TĀbĕfăcio, fēci, făctūm. SYN. Extābĕfăcio. PHR. Tābĕ cōnficio, ĕxĕdo, pĕrĕdo, āttĕnŭo, dĕfōrmo.

tăbēllă. *Cōmmissi prŏpĕrātis vērbă tăbēllīs,* Ov. M. 9, 585. V. *Tabula.*

tăbērnă. *Fīxă cătēnātæ sĭlŭit cōmpāgŏ tăbērnæ,* Juv. 2, 304. SYN. Caūpōnă, pŏpīnă. EPITH. Fāmōsă, ŏbscūră, ăpērtă, pătēns, sōrdĭdă, ēbrĭă, lāscīvă, mădĭdă, bĭbŭlă, ărcānă, ūnctă, pinguis.

tābēs. *Hic quōs dūrŭs ămōr crūdēli tābĕ pĕrēdit,* Virg. Æn. 6, 442. SYN. Măcĭēs, *vel* tābūm. EPITH. Pāllĭdă, līvĭdă, hōrrēndă, tūrpis, dĕfōrmis, nigră, dīră, pēstĭfĕră, crŭēntă, lūrĭdă, flŭēns, flŭĭdă. PHR. Tābĭdă, *vel* tābĭfĭcă lŭēs. VERS. Mēmbris vēnit hōrrĭdă tābēs. Tinctăquĕ mōrtĭfĕrā tābĕ săgittă mădēt. Hōs nĕcăt āfflātū, fūnēsta hōs tābĕ vĕnēni.

tābēsco, bŭi. *Tābēscăt, nĕquĕ sē mājōri paūpĕriōrūm,* Hor. Sat. 1, 11, 111. SYN. Tābĕo, cōntābēsco, ēxtābēsco, lānguēsco, lānguĕo. PHR. Tābĕ pĕrĕdŏr, cōnficiŏr. V. *Tabefacio.*

tābĭdŭs.——*Dŭbām, sŭbĭtō cūm tābĭdă mēmbris,* Virg. Æn. 3, 137. SYN. Măcĕr, măcĭlēntŭs, *vel* tābĭfĭcŭs. PHR. Tābĕ lānguĭdŭs, ĕxēsŭs. V. *Macer.*

tăbŭlă. *ēxĭgŭis tăbŭlis ēt gēmmă fĕcĕrăt ūdă,* Juv. 1, 68. PHR. Tăbēllă: ĭmāgo. EPITH. Sēctĭlis, pictă, ōrnātă, dĕcōră, pŏlītă, mūndă, splēndĭdă, pēndŭlă, Āpēllæă *ab Apelle pictore.*

tābūm.—*Sănĭē, tābōquĕ flŭēntēs,* Virg. Æn. 1, 487. SYN. Sănĭēs, tābēs. EPITH. Cōrrūptūm, pūtrĕ, fœdūm, crāssūm, crŭēntūm, ātrūm, tūrpĕ, nigrūm, flŭĭdūm, tristĕ, cōncrētūm, lūrĭdūm, pēstĭfĕrūm, pūtrĭdūm, stīllāns. PHR. Stīllāntis tābi sănĭēs. Vūlnĕrĕ mānāns, stīllāns, flŭēns. V. *Sanies.*

Tābūrnŭs. *ātque ŏlĕā māgnūm vēstīrĕ Tābūrnūm,* Virg. Geo. 2, 38. *Mons in Campaniâ Italiæ, olivarum ferax.* EPITH. Āltŭs, āĕrĭŭs, pinguis, vĭrĭdis, māgnŭs, ēxcēlsŭs, ŏlīvĭfĕr.

tăcĕo, ŭi. *Fingĕrĕ qui nōn vīsă pŏtēst, cōmmissă tăcērĕ,* Hor. Sat. 1, 4, 84. SYN. Sĭlĕo, cōntĭcĕo, ŏbmūtēsco. V. *Sileo.*

tăcĭtūrnŭs. *Qui sērmōnĕ plăcēt, tăcĭtūrnă sĭlēntĭă vītēt,* Ov. Am. A. 2, 505. SYN. Mūtŭs, tăcēns, sĭlēns, tăcĭtŭs: *vel* trānquīllŭs, plăcĭdŭs. PHR. Lŏquēndi pārcŭs. Āmāns sĭlēntĭă.

tăcĭtŭs. *Mōnstrāvit tăcĭtās hōstĭbŭs īllĕ vĭās,* Mart. 13, 60. SYN. Tăcēns, sĭlēns, mūtŭs, tăcĭtūrnŭs: *vel* ŏbscūrŭs, lătĭtāns, ābdĭtŭs, sēcrētŭs, ărcānŭs, *vel* ŏmissŭs, prætērmissŭs.

tædă. *ārdēntēs tædās ălĭi ād fāstīgĭă jāctānt,* Virg. Æn. 9, 568. SYN. Făx, lāmpās, lȳchnŭs, fūnālĕ. EPITH. Pinguis, cērĕă, lūcĭdă, pīnĕă, cērātă, fūmāns, cŏrūscă, tĕrēs. V. *Fax.*

tædĕt. *Mōrtem ōrāt, tædēt cœli cōnvēxă tŭēri,* Virg. Æn. 4, 451. SYN. Pigĕt, pērtæsūm ēst. PHR. Tædĭō, fāstĭdĭō āffĭcĭŏr. Ănĭmūm tædĭă sŭbĕūnt, căpĭūnt. VERS. Jāmdūdūm tædās ĕxōsă jŭgālēs. Si nōn pērtæsūm thălămi, tædæquĕ fŭissēt. Quōs māgni incœpti pērtæsūm ēst. Si tē tāntă tĕnēnt laūdis fāstĭdĭă nōstræ. Nēc tædĭă cœpti Ūllă mĕi căpĭām. Ni rĕfŭgis, tĕnŭēsquĕ pigēt cōgnōscĕrĕ cūrās.

Digitized by Google

tædĭūm. *Tāntă mĕæ sī tē cēpērūnt tædĭă laūdĭs*, Virg. Geo. 4, 331. SYN. Fāstidĭūm, sătĭĕtās, mœrŏr, mœstitĭă. EPITH. Lōngūm, ĭnērs, ignāvūm, lānguĭdūm, lānguēns, ăcērbūm, grăvĕ, tristĕ, mŏlĕstūm.

Tænărūs, ī. *in plurali* Tænără. *Tænărĭās ĕtĭām faūcēs, āltă ōstĭă Dītĭs*, Virg. Geo. 4, 467. *Laconiæ promontorium: juxta quod antrum est profundissimum: Hinc à Poëtis pro inferorum aditu usurpatur. Oppidum ibi fuit ejusdem nominis, viridi marmore nobilitatum.* PHR. Tænărĭæ faūcēs. Tænărĭūm āntrūm. Dītĭs ōstĭă. V. *Infernus.*

tænĭă, æ. *Aūrūm ingēns cŏlūbēr, fĭt lōngæ tænĭă vīttæ*, Virg. Æn. 7, 352. SYN. Rĕdĭmĭcŭlūm: vīttă. EPITH. Tĕnŭĭs, lōngă. V. *Vitta.*

Tăgēs, is. *Indĭgĕnæ dīxērĕ Tăgēm, quī prīmŭs Hĕtrūscām Ēdŏcŭĭt gēntēm cāsūs ăpērīrĕ fŭtūrōs*, Ov. M. 15, 558. *Genii filius, et nepos Jovis: qui primus augurandi scientiam docuit Etruscos.* EPITH. Thūscŭs, Ethrūscŭs, Tyrrhēnŭs, *à patriâ;* ărūspĕx, sōlērs, săgāx, prōvĭdŭs, pĕrītŭs, prænūncĭŭs. PHR. Tyrrhēnæ gēntĭs ărūspĕx.

Tăgŭs. *Quā Tăgŭs aūrĭfĕrīs pāllēt tūrbātŭs ărēnīs*, Sil. 16, 559. *Lusitaniæ fluvius, aureas arenas trahens, ut Poëtæ fabulantur. Lusitania autem Hispaniæ pars.* EPITH. Aūrĕŭs, aūrātŭs, aūrĭfĕr, aūrĭflŭŭs, dīvĕs, prĕtĭōsŭs; Hēspĕrĭŭs, Ībērŭs, *i. e. Hispanus.* Tārtēssĭăcŭs, *à Tartesso oppido*, mĭcāns, clārŭs, impĭgĕr, pūrpŭrĕŭs, aūrĭcŏlŏr, invĭdĭōsŭs, lŏcŭplēs, ŏpăcŭs, mĕtāllĭfĕr. PHR. Dīvĭtĭs ūndă Tăgī. Tăgŭs fŭlvĭs invĭdĭōsŭs ăquĭs. Aūrō tūrbĭdŭs. Tūrbātō sŏrdĭdŭs aūrō Hērmŭs, ĕt Hēspĕrĭō quī sŏnăt ŏrbĕ Tăgŭs. VERS. In mărĕ prōrĭpĭtŭr Tăgŭs aūrĭcŏlōrĭbŭs ūndĭs. Nōn Tārtēssĭăcĭs īllūm sătĭārĕt ărēnĭs Tēmpēstās prĕtĭōsă Tăgī. V. *Pactolus.*

tālārĭă, ĭūm.—*ĕt prīmūm pĕdĭbŭs tālārĭă nēctĭt*, Virg. Æn. 4, 239. EPITH. Lĕvĭă, ālātă, aūrĕă. PHR. Pĕdĭbŭs nēxă.

Tălāssĭo, ōnĭs. *Quĭd sī mē jŭbĕās Tălāssĭōnēm*, (Phal.) V. *Hymen.*

tălēntūm. *Pŷthĭăs ēmūnctō lūcrātă Sĭmōnĕ tălēntūm*, Hor. A. Poët. 238. EPITH. Māgnūm, ingēns. V. *Aurum.*

tālĭs. *Pēndēntēsquĕ gĕnās ĕt tālēs āspĭcĕ rūgās*, Juv. 10, 193. SYN. Hic, ĭs: tāntŭs.

tālpă, æ. m. f. *Aūt ŏcŭlĭs cāptī fŏdērĕ cŭbīlĭă tālpæ*, Virg. Geo. 1, 183. EPITH. Cæcŭs, nĭgĕr, ātĕr, văgŭs, ĕrrāns, tĭmĭdŭs, aūrītŭs. PHR. Ŏcŭlĭs cāptŭs. Tērrām fŏdĭēns. Sŭb tērrā fŏdĭēns cŭbīlĕ, *seu* lārēm.

tămĕn. *Hic tămĕn īllĕ ūrbēm Pătăvī, &c.* Virg. Æn. 1, 251. SYN. Āttămĕn, vērūm.

Tănăĭs, ĭs. *Sōlŭs Hŷpērbŏrĕās glăcĭēs, Tănăīmquĕ nĭvālēm*, Virg. Geo. 4, 517. *Fluvius Scythiæ, Asiam ab Europâ dividens.* EPITH. Gĕlĭdŭs, frīgĭdŭs, præcēps, răpĭdŭs, ālgēns, rĭgēns, glăcĭālĭs, Scŷthĭcŭs, *à Scythis, quos alluit.* PHR. Āsĭæque ĕt tērmĭnŭs īdēm Eŭrōpæ, mĕdĭæ dĭrĭmĭt cōnfīnĭă tērræ. V. *Fluvius.*

Tănăquīllă. *Tarquinii Prisci uxor, fortitudine, et divinandi arte celebris.* PHR. Præscĭă fātōrūm Tănăquĭl.

tāndĕm. *Tāndem in ĕōdem hŏmĭnĕ*, Lucr. 5, 138. SYN. Pōstrēmō, dēnĭquĕ, dēmūm: pērpĕtŭō.

tāngo, tĕtĭgi, tāctūm. *Vōtă tămĕn tĕtĭgērĕ Dĕōs, &c.* Ov. Met. 4, 164. SYN. Āttingo, trăcto, āttrăcto, cōntingo, *vel* strictim, lĕvĭtĕr āttingo, pērstringo, dēlĭbo: *vel* mŏvĕo, cōmmŏvĕo. PHR. Mănĭbŭs cōntingĕrĕ. VERS. Mănĭbŭs jām tāngĕrĕt æquĭs. Āttrēctārĕ nĕfās, dōnĕc mē flūmĭnĕ vīvō āblŭĕro. Căpĕ sāxă mănū.

Tāntălĕŭs. *Tāntălĕă pŏtĕrĭt trādĕrĕ pōmă mănū*, Prop. 2, 1, 66. SYN. Tāntălĭcŭs.

Tāntălŭs. *Tāntălŭs, ŭt fāma ĕst, cæcā fŏrmīdĭnĕ tōrpēns*, Ovid. *Jovis filius, Rex Phrygiæ, vel, ut alii referunt, Corinthi. Cùm Deos convivio excepisset, ut eorum divinitatem experiretur, Pelopem filium, membratim discerptum, iis epulandum apposuit. Hanc inhumanitatem Dii agnovere, Tantalumque ad inferos detruserunt, ubi perpetuâ fame ac siti torquetur, in medio fluvio mento tenus sedens, cujus aquæ, cùm bibere vult, elabuntur; habensque ante os pomum ex arbore pendens, quod captationem ejus fugit.* EPITH. Sĭtĭēns, sĭtĭbūndŭs, īnfēlix, mĭsĕr, fămēlĭcŭs, bārbărŭs, crūdēlĭs, fĕrŭs, gărrŭlŭs, prōdĭtŏr, īnfīdŭs, īmmītĭs, ātrōx; Phrŷgĭŭs, Phrŷx. PHR. Pĕlŏpĭs pătĕr, părēns. Phrŷgĭŭs, gărrŭlŭs sĕnĕx. VERS. In āmnĕ mĕdĭō faūcĭbŭs sīccĭs sĕnĕx Sēctātŭr ūndās;

Digitized by Google

ăblŭit mēntŭm lătex, Fidēmquĕ cum jăm sæpĕ dēcēptō dĕdit, Pĕrit ŭnda: in ōrĕ pōmă dēstĭtŭunt fămĕm. Quærit ăquās in ăquis, ĕt pōmă fŭgācĭă căptăt Tāntălŭs. Ărēt mĕdĭīs tăciti vŭlgātŏr in ŭndis Pōmăquĕ quæ nūllō tēmpŏrĕ tāngĭt, hăbĕt. Făllācēs, *vel* fŭgācēs ăbscēdŭnt ŭndæ: quæque immĭnēt ĕffŭgit ărbŏr. In mĕdĭō Tāntălŭs ămnĕ sĭtit. Heū mĭsĕr in mĕdĭīs sĭtiēns stăt Tāntălŭs ŭndis, Et pōma ēsŭriēns prōxima hăbērĕ nĕquit. Rāmōs frūstră qui căptăt ĕt ŭndas. Tibi Tāntălĕ nūllæ Dēprēndŭntŭr ăquæ, quæque immĭnēt ĕffŭgit ărbŏr. Pœnă pătĕr Pĕlŏpis præsēntĭă quærit, ĕt idēm Sēmpĕr ĕgēt lĭquĭdis, sēmpĕr ăbūndăt ăquis.

tăpētēs, ŭm. *sing.* tăpēs, ētis. *instrātōs ŏstro ălĭpĕdēs, pictīsquĕ tăpētis*, Virg. Æn. 7, 277. SYN. Tăpētă, *vel* tăpētĭă, *à sing.* tăpētŭm, *et* tăpētĕ: aūlæă, pĕristrōmătă, strāgŭlă, strātă. EPITH. Pūrpŭrĕi, ēxquisiti, pŭlchri, prĕtĭōsi, măgnĭfĭci, splēndĭdi, vărĭāti, Ăssȳrĭi, Băbȳlōnĭci, Bărbărĭci, *à Barbariâ in Africâ;* Phrȳgĭi, *à Phrygiâ:* Tȳrĭi, *à Tyro urbe:* Āttălĭci, *ab Attalo Rege Asiæ, eorum inventore:* Bēlgĭci, Flāndrĭăci, *à Belgio seu Flandriâ.* PHR. Mŭltĭplĭci cŏlōrĕ vărĭāti, distincti. Mīrā ārtĕ, dōctā mănū picti, lăbōrāti, cōntēxti. Ăcū Bărbărĭcā lăbōrāti. Grăvēs aūrō. Vărĭīs spīrāntēs fĭgūris. VERS. Bărbără fŭlgēntēs, vēlānt *vel* ōrnānt aūlæă pĕnātēs. Pōrtĭcŭs aūlæis nōbĭlis Āttălĭcis. Aūrō ēmūnīrĕ tŏrōs, āltōsque īnfērrĕ tăpētās. Pictūrātis dīvēs Brūxēllă tăpētis.

tărdĭpēs, ĕdis. *Scriptās tārdĭpĕdī Dĕō dătūrām,* (Phal.) Cat. 34, 7. SYN. Tărdŭs, lēntŭs.

tărdo. *Tārdātŭr, cărōque ŏnĕri tĭmĕt, ōmnĭă sēcŭm*, Virg. Æn. 11, 550. SYN. Mŏrŏr, rĕtārdo, rĕmŏrŏr: mŏrām āffĕro.

tārdŭs. *Dēsĭdĭā tārdōs ĕt mūltō frīgŏrĕ pinguēs*, Juv. 4, 44. SYN. Lēntŭs: pĭgĕr, ignāvŭs. *Metaph.* Hĕbĕs, stŭpĭdŭs.

Tārpeiŭs, mōns. *Tārpeiă dē rūpĕ tŏnāns*, Luc. 1, 196. V. *Capitolium.*

Tārquinĭŭs. *Tārquinĭūs rēgnō pŭlsŭs fŭit*, Hor. S. 1, 6, 13. *Duo fuerunt hujus nominis Reges apud Romanos, quorum prior Priscus dictus est, alter verò Superbus. Hic ultimus Romanorum Rex fuit, à populo pulsus, quòd filius ejus Sextus Tarquinius Lucretiæ vim intulisset.* EPITH. Sŭpērbŭs, injūstŭs, dīrŭs, impĭŭs, fŏrtis, gĕnĕrōsŭs, aūdāx, măgnănĭmŭs. VERS. Ūltimă Tārquinĭūs Rōmānæ gēntis hăbēbăt Rēgnă, vir injūstŭs fŏrtis ăd ārmă tămĕn. *Ov. T.* 2, 687.

Tărtărĕŭs. *Tārtărĕās ĕtĭām sēdēs, ălta ōstĭă Dītis*, Virg. 8, 667. SYN. Infērnŭs, Tænărĭŭs. V. *Infernus.*

Tārtărŭs. *Tārtărŭs hōrrĭfĕrōs ērūctāns*, &c. Luc. 5, 1025.

Tārtără, in plur.—*tāntŭm rădīce in Tārtără tēndit*, Virg. Æn. 4, 446. *Locus inferorum profundissimus, in quo nocentes puniuntur. Sumitur pro ipso Inferno.* V. *Infernus.*

1. taūrŭs. *ēheū quām pinguī măcĕr ēst mĭhĭ taūrŭs in ārvō*, Virg. Ecl. 3, 100. SYN. Jŭvēncŭs, bōs. EPITH. Indŏmĭtŭs, fŭrĭōsŭs, fĕrōx, ăcĕr, bēllātŏr, fŏrtis, trŭx, vălĭdŭs, tŏrvŭs, fŭrĭbūndŭs, cōrnĭgĕr, fŭrēns, răpĭdŭs, tūrbĭdŭs, tŭmēns, dūrŭs, sēgnis, hōrrĭdŭs, fŭgāx, agrēstis. PHR. Cōrnĭbŭs pŏtēns. Mūgitū hōrrĭfĭcāns cœlŭm. Frōntĕ mĭnāns. Tĕrrĭfĭcis mūgitĭbŭs āĕră cōmplēns, ārmēnti dŭx, dūctŏr. VERS. Prōlūdēns pūgnæ, pĕdĭbŭs qui spārgit ărēnām. Prīmō taūrŭs dētrēctăt ărātră, Pōst vĕnit ăssuētō mŏllis ăd ārvă jŭgō. Dūrō fūmăt sŭb vōmĕrĕ taūrŭs. Frōns taūri mĕtŭēndă mĭnācis. V. *Bos.*

2. Taūrŭs. *Mons Asiæ, qui ab Indiâ, per Scythiam, in Ciliciam usque protenditur, variaque subinde nomina sortitur.* EPITH. Scȳthĭcŭs, *quia per Scythiam extenditur.* Frīgĭdŭs, gĕlĭdŭs, nĭvālis, āltŭs, āĕrĭŭs, cēlsŭs, ēxcēlsŭs, sŭblīmis, ārdŭŭs. V. *Mons.*

3. Taūrŭs. *Taūrŭs ĕt aūrātis ăpĕrit jăm cōrnĭbŭs ānnŭm*, Virg. *Signum cœleste, quod Sol intrat mense Aprili. Hunc fabulantur esse Taurum sub quo delitescens Jupiter Europam rapuit.* EPITH. Mĭcāns, rădĭāns. PHR. Taūri signŭm, *vel* āstrŭm. Lūcĭdŭs Eūrōpæ vēctŏr.

tăxŭs. *tăxīquĕ nŏcēntēs*, Virg. Geo. 2, 257. EPITH. Nŏxĭă, fūnēstă, lēthĭfĕră, lēthālis, fērālis, fūnĕrĕă, tristis, vĕnēnōsă, ămāră, ĭnĭmīcă, băccĭfĕră. PHR. Tăxŭs sūccō mĕtŭēndă. Ămāntēs frīgŏră tăxi.

Tāygĕtŭs, *et in plurali* Tāygĕtă, ōrŭm. *Tāygĕtīquĕ cănēs*, Virg. Geo. 3, 44. *Mons Laconiæ, juxta Spartam, Castori et Polluci sacer.* EPITH. Gĕlĭdŭs, ălgēns, vĭrēns, vĭrĭdis, ārdŭŭs, sŭmmŭs.



Digitized by Google

**te.** *Tē vĕniēntĕ diē, tē dēcēdēntĕ cănēbăt*, Virg. Geo. 4, 466.

**tēctūm.** *ĕt rără dŏmōrŭm Tēctă vĭdēnt*, Virg. 8, 98. EPITH. Ārdŭūm, cēlsūm, āltūm, sūblimĕ, ēxcēlsūm, lăquĕātūm. PHR. Tēcti cūlmĕn, fāstigiūm, ăpēx, vērtēx. Sūmmi fāstigiă tēcti. VERS. Sūmmiquĕ fōrit lăquĕāriă tēcti. Tūrrim in præcipiti stāntēm, sūmmisquĕ sŭb āstră Ēdūctām tēctis. V. *Domus.*

**tēctŭs**, ă, ūm. *Pĭcĕă călīgĭnĕ tēctŭs*, Ov. M. 2, 233. SYN. Ŏbtēctŭs, cōntēctŭs, ŏpērtŭs, ădŏpērtŭs, cŏŏpērtŭs, vēlātŭs; ŏbdūctŭs, vēstītŭs: *vel* ŏccūltŭs, lătēns, ŏbscūrŭs.

**tēcūm.** *Dē grĕgĕ nōn ausim quicquām dēpōnĕrĕ tēcūm*, Virg. Ecl. 3, 32. PHR. Tēcūm ūnā. Tēcūm simŭl.

**tĕgo**, tēxi, ctūm. *Sit tĭbĭ tērră lĕvis, mōlliquĕ tĕgāris ărēnā*, Hor. SYN. Ŏbtĕgo, cōntĕgo, ŏpĕrio, ădŏpĕrio, cŏŏpĕrio, vēlo, ŏbdūco, vēstio: *vel* ŏccūlto: *vel* prōtĕgo, tŭĕŏr, ēxcūso.

**tĕgmĕn**, inis. *Tēgmĭnă tūtă căvānt căpĭtūm*, &c. Virg. Æn. 7, 632. SYN. Tĕgŭmĕn, tĕgŭmēntūm, vēlāmĕn, vēlāmēntūm, vēstis, ămictŭs, invŏlucrūm, ŏpērcŭlūm. V. *Vestis.*

**tēgŭlă.** *ūltĭmŭs ārdēbit quēm tēgŭlă sōlă tŭētŭr*, Juv. 3, 201. EPITH. Cōctă, dūră, lēvis, căvă, cōncăvă, cōctilis.

**tēlă.** *Lāssārēt vĭdŭās pēndŭlă tēlă mănŭs*, Ov. Ep. 1, 10. EPITH. Tēxtilis, sūbtīlis: Phărĭă, Mēmphitică, Mēmphitis, *i. e. Ægyptiaca;* Ăchæmĕniă; *i. e. Persica*, Băbȳlōniă, Āssȳriă, Lȳdiă, *à populis telæ texendæ peritis;* Idmŏniă, *ab Arachne:* Păllădiă, *à Minervâ.* PHR. Stāmină tēlæ. VERS. Stāntēs rădiō pērcūrrĕrĕ tēlās. Tĕnŭi tēlās discrēvĕrăt aūrō. In tŭă sōllicitās ūrgēt vēlāmĭnĕ tēlās. Pĕrcūrrĕrĕ pēctinĕ tēlās. Cūm tĕnŭēm tēxis sūblimis ărānĕă tēlām. V. *Texo.*

**tēllūs**, ūris. *Vix ē cōnspēctū Sĭcŭlæ tēllūris in āltūm*, Virg. Æn. 1, 188. SYN. Tērră, hŭmŭs. V. *Terra.*

**tēlūm.** *Cōrrĭpŭit fĭdŭs quæ tēlă gĕrēbăt Ăchātēs*, Virg. Æn. 1, 38. SYN. Missīlĕ, spicŭlūm, jăcŭlūm, hāstă, hāstilĕ, phălārică, săgittă, fērrūm, frāxinŭs, pinŭs, cōrnŭs, ăbiēs, *materia pro toto.* EPITH. Missīlĕ, pĕnētrābilĕ, vŏlātilĕ, vŏlāns, vibrātūm, ēmissūm, cōntōrtūm, stridēns, răpidūm, ăcūtūm, immĕdicābilĕ, sævūm, infēstūm, fātālĕ, vūlnificūm, vĕnēnātūm, inimicūm, lēthālĕ, lēthifĕrūm, hāmātūm, pēnnātūm, vēlōx, pērnix, bēllicūm, Mārtiūm, vălidūm, crŭēntūm, sānguinĕūm, fērrĕūm, frāxinĕūm. PHR. Tēli cūspis, ăcūmĕn, rōbŭr. Tēlūm fērrō micāns: vĕnēnō imbūtūm. Cūspidĕ ăcūtă fūlgēns. Lævātō lūcidă fērrō Spicŭlă. Tēlōrūm sĕgĕs fērrĕă. VERS. In tōtō tūrbidă cœlō Tēmpēstās tēlōrum, ăc fērrĕŭs ingrŭit imbĕr. Quæ cūspidĕ fūlgĕt ăcūtă. Rūrsūsquĕ trĕmēntiă fōrti Tēlă mănū tōrsit. Tēlă fĕrōx hōrrēntiă quāssăt. Cōnjēctis fōdiūntŭr pēctŏră tēlis. Ēxcūssis tōrquēntŭr tēlă lăcērtis. Tēlum intōrsit in hōstēm. Tēlūm rōtăt ātri tūrbinis instăr. V. *Spiculum, Hasta, Jaculum.*

**tĕmĕrārĭŭs.** *Părcĕ mĕō, jŭvĕnis, tĕmĕrārĭŭs ēssĕ pĕrīclō*, Ov. Met. 10, 545. SYN. Imprūdēns, incōnsūltŭs, præcēps, cæcŭs, aūdāx, incaūtŭs. PHR. Ănimi præcēps, ănimi fidēns. VERS. Quō mŏritūrĕ rŭis mājōrăquĕ viribŭs aūdēs.

**tĕmĕrē.** *immĕmŏr illĕ Dĕi, tĕmĕrē cōmmittĕrĕ tālĕ*, Tert. SYN. Incaūtē, *vel* lĕvitĕr.

**tĕmĕrītās**, ātis. *Hinc tĕmĕrĭtātĕ fērtŭr in præcēps sŭā.* (Iamb.) SYN. Imprūdēntiă, aūdāciă. EPITH. Cæcă, stūltă, dēmēns, nŏxiă, nŏcēns. PHR. Præcēps, fŭriālis aūsŭs. Aūsă tĕmĕrāriă. Fŭrŏr præcēps.

**tĕmĕro**, ās.—*flūviōs tĕmĕrārĕ vĕnēnis*, Ov. Met. 7, 535. SYN. Cōrrūmpo, cōinquino, cōntāmino. V. *Maculo.*

**tēmno.** *Jējūnŭs stŏmăchŭs rārō vūlgāriă tēmnit*, Hor. S. 2, 2, 38. SYN. Cōntēmno, nēgligo, dēspicio, rēspŭo. V. *Aspernor.*

**tēmo**, ōnis. *ēxcŭtit ēt lōngē lāpsūm tēmōnĕ rĕlinquit*, V. Æ. 12, 470. V. *Currus.*

**Tēmpē**, indecl. plur. *Loca Thessaliæ Peneo amne irrigua, nemoribus et aquis amœnissima.* EPITH. Grātă, ūmbrōsă, nĕmŏrōsă, ŏpācă, flōridă, ămœnă, frigidă, Pēnēiă, Thēssălă, virēntiă. VERS. (*Ovid.* 1 *Met.* 569.) Ēst nĕmŭs Æmŏniæ prærūptă quŏd ūndiquĕ claūsit Sȳlvă, vŏcānt Tēmpē, pĕr quæ Pēnēŭs ăb imō Ēffūsŭs Pindō spūmōsis vōlvitŭr ūndis.

**tēmpĕrāns.** *Ter.* SYN. Sōbriŭs, mŏdĕrātŭs, ābstinēns, pārcŭs, tēmpĕrātŭs. PHR. Pārvō cōntēntŭs. Tĕnŭi victū ūtēns, cōntēntŭs. Cui sōbriă mēns. Cui tēmpĕrātă mŏrēs. V. *Abstinens.*

Digitized by Google

‖ tĕmpĕrāntĭă. SYN. Sōbrĭĕtās, mŏdĕrātĭo, ābstĭnēntĭă, pārcĭtās. EPITH. Rēctă, hŏnēstă, ūtĭlĭs, cāstă, pārcă, sānctă, pĭă. PHR. Mēnsæ mŏdēstă. Sōbrĭŭs, mŏdēstŭs, mŏdĕrātŭs, pārcŭs, mŏdĭcŭs ūsŭs, *vel* cūltŭs. Sōbrĭă mēnsa. Sōbrĭi mōrēs. Mŏdĭcæ dăpēs, ĕt sōbrĭă pōcŭlă. Hŏnēstŭs, tĕmpĕrātŭs, vīctŭs. V. *Abstinentia et Castitas.*

tĕmpĕrātŭs. *Crīspĕ Sāllūstī, nĭsĭ tĕmpĕrātō.* (Sapph.) Hor. Od. 2, 2, 3. V. mox *Temperies.*

tĕmpĕrĭēs, ēi. *Nēc mŏră, tĕmpĕrĭē blāndārŭm cāptŭs ăquārŭm,* Ov. Met. 4. EPITH. Mŏdĕrātă, vērnă, bĕnīgnă, lætă, jūcūndă, sălūbrĭs, grātă. PHR. Tĕmpĕrātŭs, bĕnīgnŭs āēr. Tĕmpĕrātŭm cœlŭm. Trānquīllă, *vel* grātă mōrŭm tĕmpĕrĭēs. Mēntĭs bĕnīgnă tĕmpĕrĭēs. VERS. Īntĕr ŭtrāmquĕ lŏcāvĭt, Tĕmpĕrĭēmquĕ dĕdĭt, mīstā cŭm frīgŏrĕ flāmmā. Tĕmpĕrĭē cœlī cŏrpŭsque ănĭmŭsquĕ jŭvātŭr. Trānquīllăquĕ mōrŭm Tĕmpĕrĭēs, tĕnĕrōque ănĭmŭs mātūrĭŏr ævŏ. V. *Serenitas.*

tĕmpĕro. *ĕt vāstās ăpĕrĭt Sÿrtēs ĕt tĕmpĕrăt æquŏr,* Virg. Æn. 1, 150. SYN. Mŏdĕrŏr; *vel* ābstĭnĕo.

tĕmpēstās, ātis. *Quĭd tĕmpēstātēs aŭtŭmnī sīdĕră dīcām?* Virg. Geo. 1, 311. SYN. Prŏcēllă, nīmbŭs, tūrbo, hȳems. EPITH. Strīdēns, sŏnōră, āspĕră, hŏrrēndă, nīmbōsă, pĭcĕă, ōbscūră, ātră, ŏpācă, rĕpēntīnă, īnŏpīnă, tĕrrĭbĭlĭs, mĭnāx, mĭnĭtāns, īnsānă, hȳbērnă, præcēps, ădvērsă, īmmītĭs, sævă, ēffūsă, trīstĭs, fŭrēns, æquŏrĕă. PHR. Mărĭs æstŭs, pĕrīcŭlă, făcĭēs āspĕră, īră, fŭrŏr, răbĭēs, frăgŏr, hōrrŏr. Nōn trāctābĭlĕ tēmpŭs. Cœlī āspĕră tĕmpēstās. Hȳbērnæ mĭnæ, prŏcēllæ. Cœlī rŭīnă. Hȳēms āspĕră pōntī. Mărīnī cāsŭs. Ūndă mĭnāx. Vēntōrŭm fŭrĭæ. Īmbĕr nōctĕm hȳĕmĕmquĕ fĕrēns. Tĕmpēstās ăgĕns hȳĕmĕm. Īmbrĭbŭs ātrĭs sævă tĕmpēstās. Tōtō tĕmpēstās fŭrĭt, *vel* sævĭt æquŏrĕ. Nīmbĭs ĕt grāndĭnĕ fērvēns. Strīdēntĭbŭs hōrrĭdă nīmbĭs. VERS. Ēffūsĭs īmbrĭbŭs ātrā Tĕmpēstās sĭnĕ mōrĕ fŭrĭt, tŏnĭtrŭquĕ trĕmīscūnt Ārdŭă tĕrrārum, ĕt cāmpi. Rŭĭt æthĕrĕ tōtō Tūrbĭdŭs īmbĕr ăquā, dēnsīsquĕ nĭgērrĭmŭs ūndĭs. Vēspĕre ăb āltō Cōnsūrgūnt vēnti ātque in nūbĕm cōgĭtŭr āēr. Īntŏnŭērĕ pŏlī, ĕt crēbrĭs mĭcăt īgnĭbŭs æthĕr. Præsēntēmquĕ vĭrĭs īntēntānt ōmnĭă mōrtĕm. Fērtŭr ăb īmmēnsō tĕmpēstās hōrrĭdă cœlō, Nīgrāntēsquĕ glŏbŏs, ĕt tūrbĭdă nūbĭlă tōrquēns. Grāndĭnĭs īrās, Fūlmĭnăque ĕt tŏnĭtrŭs, ĕt nīmbŏs cōncĭĕt ātrōs: Cōncŭssū trĕmŭērĕ pŏlī. Hīnc rūptī rĕbŏārĕ pŏlī, ātque hinc crēbră mĭcārĕ Fūlmĭna, ĕt in clāssĕm rŭĕre īmplācābĭlĕ cœlŭm. Īt tōtō tūrbĭdă cœlō tĕmpēstās. Ēt fœdăm glŏmĕrānt tĕmpēstātem īmbrĭbŭs ātrĭs Cōllēctæ ēx āltō nūbēs. Heū quænăm sŭbĭtĭs hōrrēscĭt tūrbĭdă nīmbĭs Tĕmpēstās, rūptōquĕ pŏlō mĭcăt īgnĕŭs æthĕr! Dūm pĕlăgō dēsævĭt hȳĕms, ĕt ăquōsŭs Ŏrīŏn, Quāssātæquĕ rătēs ĕt nōn trāctābĭlĕ cœlŭm. (*Virg.* 3. *Æn.*) Tūm mĭhi cærŭlĕŭs sŭprā căpŭt āstĭtĭt īmbĕr Nŏctem hȳĕmĕmquĕ fĕrēns, ĕt īnhōrrŭĭt ūndă tĕnĕbrĭs. Cōntĭnŭō vēntī vōlvūnt mărĕ, māgnăquĕ sūrgūnt Æquŏră, dīspērsī jāctāmŭr gūrgĭtĕ vāstō. Īnvōlvērĕ dĭēm nīmbī, ĕt nōx hūmĭdă cœlŭm Ābstŭlĭt, īngĕmĭnānt ābrūptĭs nūbĭbŭs īgnēs; Ēxcŭtĭmŭr cūrsu, ĕt cæcĭs ērrāmŭs in ūndĭs. Īpsĕ dĭēm nōctēmquĕ nĕgāt dīscērnĕrĕ cœlō, Nēc mĕmĭnīssĕ vĭæ mĕdĭā Pălĭnūrŭs in ūndā. Trēs ădĕo īncērtōs cæcā cālīgĭnĕ sōlēs Ērrāmŭs pĕlăgō, tŏtĭdĕm sĭnĕ sȳdĕrĕ nōctēs (*Ovid.*) Rēctŏr, *id est nauta,* in incērto ēst, nēc quid fŭgĭătvĕ, pĕtātvĕ, Īnvĕnĭt, āmbĭgŭĭs ārs stŭpĕt īpsă mălĭs. Scīlĭcĕt ōccĭdĭmŭs, nēc spēs ēst ūllă sălūtĭs, Dūmquĕ lŏquŏr vūltŭs ōbrŭĭt ūndă mĕōs. Nēscĭt, *conjux,* in īmmēnsō jăctārī cŏrpŏră pōntō. Nēscĭt ăgī vēntĭs, nēscĭt ădēssĕ nĕcēm. Quāntŭs ăb æthĕrĕō pērsŏnăt āxĕ frăgŏr. V. *Mare turbatum, Fluctuo, Fluctus, Fulmen, Fulgur, Pluo, Nubes, Ventus, Tenebræ, Naufragor, Naufragium. Tempestatis enim describendæ veluti membra sunt, Tenebræ, Maris horror, Imber, Tonitru, Fulmen, Ventorum conflictus, Navis concussio, Nautarum trepidatio, ipsumque naufragium.*

## *DESCRIPTIO TEMPESTATIS.*

*Ovid. Metam.* 11, 480.

——Mare sub noctem tumidis albescere cœpit
Fluctibus, et præceps spirare valentiùs Eurus;
Aspera crescit hyems, omnique è parte feroces
Bella gerunt venti, fretaque indignantia miscent.

Digitized by Google

Ipse pavet, nec se, qui sit status, ipse fatetur
Scire ratis rector, nec quid jubeatve, vetetve,
Tanta mali moles, tantoque potentior arte est.
Quippe sonant clamore viri, stridore rudentes;
Undarum incursu gravis unda, tonitribus æther:
Fluctibus erigitur, cœlumque æquare videtur
Pontus, et inductas aspergine tangere nubes.
Sæpe dat (*navis*) ingentem fluctu latus icta fragorem,
Jamque labant cunei, spoliataque tegmine ceræ
Rima patet, præbetque viam lethalibus undis.
Ecce cadunt largi resolutis nubibus imbres,
Inque fretum credas totum descendere cœlum;
Inque plagas cœli tumefactum ascendere pontum:
Vela madent nimbis, et cum cœlestibus undis
Æquoreæ miscentur aquæ: caret ignibus æther,
Cæcaque nox premitur tenebris hyemisque, suisque.
Discutiunt tamen has, præbentque micantia lumen
Fulmina: fulmineis ardescunt ignibus undæ.
Deficit ars, animique cadunt, totidemque videntur
Quot veniunt fluctus, ruere atque irrumpere mortes.
Non tenet hic lacrymas, stupet hic, vocat ille beatos, &c.

*Tempestas sedatur.* PHR. Jūpĭtĕr ātră sĕrēnăt Nūbĭlă. Silēnt vēnti, fŭgiŭntquĕ prŏcēllæ. V. *Mare tranquillum, Serenitas.*

tĕmpēstīvŭs. *ēt tĕmpēstīvūm pŭĕrīs cŏncēdĕrĕ lūdūm,* Hor. Ep. 2, 2, 142. SYN. Mātūrŭs, *vel* cŏmmŏdŭs, ŏppŏrtūnŭs.

tēmplūm. *ēsse ălĭquŏd nūmĕn tēmplīs, ărǣquĕ rŭbēntī,* Juv. 12, 37. SYN. Dēlūbrūm, fānūm, ædēs, sacrārĭūm, săcēllūm, ădўtūm. EPITH. Rĕlĭgĭōsūm, sacrūm, sānctūm, pĭūm, nōbĭlĕ, lăquĕātūm, aūrātūm, fūlgēns, mărmŏrĕūm, ēxcēlsūm, ăltūm, ărdŭūm, sūblīmĕ, inclўtūm, aūgūstūm, vĕnĕrābĭlĕ, ingēns, pictūm, măgnĭfĭcūm, pūlchrūm, ŏpĕrōsūm, cĕlebrĕ, ămplūm, spătĭōsūm, immānĕ, dīvĕs, vĕtūstūm, ăntīquūm. PHR. Sacră dŏmŭs, ædēs, sēdēs. Sacrātæ ărcēs. Sacræ ædēs. Sacră tēctă, līmĭnă, lŏcă. Tēmplī pĕnētrālĭă, sacrārĭă. Sacræ tēctă vĕrēndă dŏmūs. Rĕlĭgĭōsă Dĕōrūm līmĭnă. Tēmplūm dōnīs ŏpŭlēntūm. Thūrĕ văpōrātūm. Aūrō lăquĕātūm. Strūctūm Părĭō dē mărmŏrĕ. VERS. Sŏlĭdō dē mărmŏrĕ tēmplă Instĭtŭăm. Clārō sūrgēbāt mărmŏrĕ tēmplūm. Prætĕrĕā fŭĭt in tēctīs dē mărmŏrĕ tēmplūm Cŏnjŭgīs āntīquī, mīrō quŏd hŏnōrĕ cŏlēbăt, Vēllĕrĭbūs nĭvĕīs ĕt fēstă frŏndĕ rĕvīnctūm. Tēmplă mănēnt hŏdĭē văstīs innīxă cŏlūmnīs, Pērquĕ quătĕr dēnōs ĭtŭr in īllă grădūs. Hic tēmplūm Jūnōni ingēns Sīdōnĭă Dīdō Cŏndēbăt, dōnīs ŏpŭlēntum, ĕt nūmĭnĕ Dīvæ, Ærĕă cui grădĭbūs sūrgēbānt līmĭnă, nēxæque ærĕ trăbēs, fŏrĭbūs cărdō strīdēbăt ăhēnīs.

tĕmpŭs, ŏrĭs. *Tēmpŏrĭbūs dēfūnctă vĭdĕt, fāstīdĭt ĕt ōdĭt,* Hor. E. 2, 1, 22. *Poëtæ illud exhibent, ore senili, pedibus velocissimis, cum falce quâ omnia demetit. Saturnus etiam temporis Deus.* SYN. Ætās, ævūm. EPITH. Fŭgĭēns, fŭgāx, fūgĭtīvūm, vŏlūbĭlĕ, lābēns, vēlōx, sŭbĭtūm, cĭtūm, præceps, mōbĭlĕ, răpĭdūm, īnstăbĭlĕ, lōngūm, brĕvĕ, dĭūtūrnūm, cērtūm, irrĕvŏcābĭlĕ. PHR. Tēmpŏrĭs ætās, spătĭūm, ævūm, ōrbis. Ānnōrūm mŏră, sĕrĭēs, ōrdo. Lūcis, nōctisquĕ vĭcēs. Ætātis spătĭūm. Ævī lōnginquă vĕtūstās. Lōngă dĭēs. Angūstī tērmĭnŭs ævi. Tēmpŭs ĕdāx rērūm. Cūnctă vŏrāns. Ōmnĭă mūtāns. Vĕlŭt ūndă lābēns. VERS. Mūltă dĭēs, vărĭūsquĕ lăbōr mūtābĭlis ævī Rēttŭlĭt in mĕlĭūs. Assĭdŭō lābūntŭr tēmpŏră mōtū. Dāmnōsă quid nōn immĭnŭĭt dĭēs? Vānō sērmōnĕ lĕvēs cōnsūmĭtĭs hōrās. Nōx fŭgĭt, Ænēā, nōs flēndō dūcĭmŭs hōrās. Tēmpŏră lābūntŭr, tăcĭtīsquĕ sĕnēscĭmŭs ānnīs, Et fŭgĭūnt frænō nōn rĕmŏrāntĕ dĭēs. Sic nūllūm vōbīs tēmpŭs ăbībĭt ĭnērs. Lōngă dĭēs hŏmĭnī dŏcŭĭt pārērĕ lĕōnēs: Lōngă dĭēs mōllī sāxă pĕrēdĭt ăquā. Sūnt ānnī mōrĕ flŭēntĭs ăquæ: Nēc quæ prætĕrĭīt cūrsū rĕvŏcābĭtŭr ūndă: Nēc quæ prætĕrĭīt hōră rĕdīrĕ pŏtēst. Flūxēre intĕrĕā pĕdĕ tēmpŏră lāpsă fŭgācī. Quid nōn lōngă dĭēs, quid nōn cōnsūmĭtĭs ānnī? Sēd fŭgĭt intĕrĕā fŭgĭt irrĕpărābĭlĕ tēmpŭs. V. *Ævum, Annus, Dies, et Hora, Ætas, Semper.*

Digitized by Google

### *COMPARATIO TEMPORIS CUM FLUVIO.*
**Ovid. 15. Metam. V. 179.**

Ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu,
Non secùs ac flumen: neque enim consistere flumen,
Nec levis hora potest; sed ut unda impellitur undâ,
Urgeturque prior veniente, urgetque priorem:
Tempora sic fugiunt pariter, pariterque sequuntur,
Et nova sunt semper; nam quod fuit antè, relictum est,
Fitque quod haud fuerat, momentaque cuncta novantur.

**tēmŭlentŭs.** *Hic ăbstēmĭŭs, illĕ tēmŭlēntŭs,* (Phal.) SYN. Ēbrĭōsŭs. V. *Ebrius.*

**tĕnāx, ācis.** *ēxcūdūnt cērās ĕt māllă tĕnācĭă fĭgūnt,* Virg. Geo. 4, 57. SYN. Ădhærēns, hærēns, vix sēpărābĭlĭs: *vel* ăvārŭs, ōbstĭnātŭs, pērtĭnāx, prŏpŏsĭti tĕnāx.

**tēndō, tĕtēndi, tēnsūm** *vel* **tēntūm.**—*pālmās cūm vōcĕ tĕtēndĭt,* Virg. Æn. 2, 688. SYN. Ēxtēndo, pōrrigo, intēndo, cŏntēndo: *vel* ĕo, vādo, prŏfĭcīscŏr.

**tĕnebræ.** *Pŏscĭmŭr, ĕt fŭlgĕt tĕnĕbrĭs Aūrōrā fŭgātĭs,* Ov. Met. 2, 144. SYN. SYN. Cālīgo, nōx, ūmbră. EPITH. Ŏpācæ, cæcæ, nōctūrnæ, ātræ, prŏfūndæ, nigræ, nigrāntēs, ŏbscūræ, pĭcĕæ, crāssæ, hōrrēndæ, tăcĭtæ, sĭlēntēs, dēnsæ, sōmnĭfĕræ, squāllĭdæ, dēfōrmēs, Cimmĕrĭæ, *à Cimmeriis populis, quorum aër rarissimus.* Īnfērnæ, Stўgĭæ, Tārtărĕæ. PHR. Spīssæ ūmbræ. Cālīgĭnis hōrrŏr. Ŏpācæ nūbēs. Ŏffūsæ tĕnebræ cœlūm, dĭēm, *vel* lūcēm ērĭpĭūnt. VERS. Pōntō nōx īncŭbăt ātrā. Cœlūm nōx ūmbrĭs tēxĭt ŏpācĭs. Dēpŭlĕrăt gĕlĭdās Aūrōră tĕnēbrās. Hic sŭbĭtām nigrō glŏmĕrārī pŭlvĕrĕ nūbēm Prōspĭcĭūnt Teūcrī, āc tĕnēbrās īnsūrgĕrĕ cāmpĭs. Tĕnēbrĭs nigrēscūnt ōmnĭă circūm. Āfflīctŭs vĭtām in tĕnēbrĭs lūctūquĕ trăhēbām. Sōllĭcĭtāquĕ mănū tĕnēbrās ēxplōrăt ĭnērtēs. Dēnsāntūr tĕnēbrĭs æquŏră trĭstĭbŭs. Quis glŏbŭs, ō cīvēs, cālīgĭnĕ vōlvĭtŭr ātrā? Trēs ădĕo īncērtōs cæcā cālīgĭnĕ Sōlēs Ērrāmŭs pĕlăgō, tŏtĭdēm sĭnĕ sўdĕrĕ nōctēs. Nōx ŭbĭ tērrĭbĭlī tērrās cālīgĭnĕ tēxĭt. V. *Nox, Noctis tempore, Fumus, Nubes, et Umbra.*

**tĕnebrōsŭs.** *Dīcĭtŭr ĕt tĕnĕbrōsă pălūs Āchĕrōntĕ rĕfūsō,* Virg. Æn. 6, 107. *Pinguĕ tĕnĕbrōsū cœlūm sŭbtēxĭtŭr æthrā,* Ovid. SYN. Ŏbscūrŭs, nĭgĕr, nigrāns, ātĕr, cālīgĭnōsŭs, ŏpācŭs, cæcŭs, nūbĭlŭs. PHR. Tĕnebrĭs, cālīgĭnĕ ōbdūctŭs, tēctŭs, ŏpērtŭs, invŏlūtŭs, dēnsŭs, mērsŭs, ŏbsĭtŭs, ŏpācŭs, cæcŭs, tūrbĭdŭs. VERS. Dŏmŭs ēst ĭmĭs in vāllĭbŭs āntri ābdĭtă, Sōlĕ cărēns. Ūmbrōsæ pĕnĭtŭs pătŭĕrĕ căvērnæ. V. *Nubilus et Obscurus.*

**tĕnĕr, ră, rūm.** *Lūmĭnă, nām tĕnĕrās ārcēbānt vincŭlă pālmās,* Virg. Æn. 2, 40. SYN. Tĕnēllŭs, mōllĭs, flēxĭbĭlĭs, trāctābĭlĭs, făcĭlĭs, lēntŭs, flēxĭlĭs.

**tĕnĕo, ŭi.** *Ārgŏlĭcās, mĕdĭōsquĕ fŭgām tĕnŭĭssĕ pĕr hōstēs,* Virg. Æn. 3, 283. SYN. Rĕtĭnĕo, cōntĭnĕo, cŏērcĕo, cōmprĭmo, cŏhĭbĕo: *vel* trācto mănĭbŭs; *vel* pŏssĭdĕo, ŏbtĭnĕo, *vel* mŏrŏr, rĕtārdo, dĭstĭnĕo.

**tĕnŏr, ōris.**—*Sērvātquĕ crŭēntă tĕnōrĕm,* Virg. Æn. 10, 340. SYN. Tŏnŭs; *vel* sērĭēs, ōrdo.

**tēntāmĕn, ĭnis.** *Hæc in prīmĭtĭīs tēntāmĭnă pārvă mănēbūnt,* Juven. SYN. Tēntāmēntūm. V. *Conatus.*

**tēnto, ās.** *tēntāmŭsquĕ vĭām ĕt vēlōrūm pāndĭmŭs ālās,* Virg. Æn. 3, 510. SYN. Ēxpĕrĭŏr, prŏbo, ēxplōro, pĕrīcŭlūm făcio: *vel* cōnŏr, mōlĭŏr, *vel* pērtēndo, tāngo, āttĭngo.

**tēntōrĭūm.**—*Præbĕt sēcūrōs intrā tēntōrĭă sōmnōs,* Lucan. 1, 513. SYN. Tābērnācŭlūm. EPITH. Fixūm, āltūm. VERS. Sŭb Jŏvĕ pārs dūrăt: paūci tēntōrĭă pōnūnt, Sūnt quĭbŭs ē rāmĭs frōndēă făctă căsa ēst.

**tĕnŭĭs.** *Cūm tĕnŭēs hāmōs ăbdĭdĭt āntĕ cĭbŭs,* Tibull. 2, 6, 24. SYN. Mĭnūtŭs, ēxĭlĭs, grăcĭlĭs, āngūstŭs, pārvŭs, ēxĭgŭŭs: *vel* sŭbtīlĭs, pūrŭs, lĕvĭs, rārŭs, āttĕnŭātŭs: *vel* ăcūtŭs, ăcĕr: *vel* paūpĕr; hŭmĭlĭs, ābjēctŭs.

**tĕnŭo, ās.** *Dīcĕrĭs ĕt măcĭē vūltūm tĕnŭāssĕ, sĕd ōpto,* Prop. 4, 3, 27. SYN. Ēxtĕnŭo, mĭnŭo, īmmĭnŭo, rārēfăcio.

**tĕnŭŏr, āris.** *Nōctūrnā, sī quĭd crāssī ēst, tĕnŭābĭtŭr aūrā,* Lucret. SYN. Ēxtĕnŭŏr, mĭnŭŏr, rārēsco, rārĕfĭo.

Digitized by Google

**tĕnŭs.**—*Căpŭlō tĕnŭs ăbdĭdĭt ēnsēm*, Virg. Æn. 10, 536. SYN. Ūsquĕ ăd.

**tĕpĕfăcio**, fēci, făctŭm. *intĕreā tĕnĕris tĕpĕfăctŭs in ōssibŭs hūmŏr*, Virg. Geo. 4, 308. V. *Calefacio.*

**tĕpĕo.** *Cædĕ tĕpēbăt hŭmŭs, fŭrĭbŭsque ăffĭxă sŭpĕrbis*, Virg. Æn. 8, 196.

**tĕpēsco**, tĕpŭi. *ōdĭt ĕt hȳbĕrnōs, sī tĕpŭērĕ, dĭēs*, Mart. 6, 59, 4. SYN. Tĕpĕo, tĕpĕfīo.

**tĕpĭdŭs.** *indĕ căvæ tĕpĭdō sūdānt hūmōrĕ lăcūnæ*, Virg. Geo. 1, 117. SYN. Tĕpēns, tĕpĕfăctŭs, călĭdŭs.

**tĕpŏr**, ōris. *Quæ nĕquĕ dăt flāmmās, lēnĭquĕ tĕpōrĕ crĕmāntŭr*, Ov. Met. 2, 811. V. *Calor.*

**tĕr.** *ipsĕ tĕr āddūctā circūm căpŭt ēgĭt hăbēnā*, Virg. Æn. 2, 587. SYN. *Aliquando* sæpĭŭs.

**tĕrebro**, ās. *Fūndĭmŭr ĕt lūmēn tēlō tĕrĕbrāmŭs ăcūtō*, Virg. Æn. 3, 536. SYN. Pĕrfŏro, pĕrfŏdio.

**Tĕrentiŭs.**—*Vincĕrĕ Cæcĭlĭŭs grăvĭtātĕ, Tĕrēntĭŭs ārtĕ*, Hor. Ep. 2, 1, 59. *Insignis Poëta comicus, natione Afer, judice tamen Cæsare,* pūri sērmōnis ămātŏr.

**tĕrēs**, ĕtis. *incūmbēns tĕrĕtī Dāmōn sīc cœpĭt ŏlīvæ*, Virg. Ecl. 8, 16. SYN. Ŏblōngŭs, in lōngūm rŏtūndŭs, *vel* pŏlītŭs.

**Tēreŭs.** *dissyl.* ei, *vel* ĕŏs : *acc.* ĕă. *Aŭt ŭt mūtātōs Tērei nārrāvĕrăt ārtŭs*, Virg. Ecl. 6, 78. *Thraciæ Rex, qui Philomelæ, Prognes conjugis suæ sorori, vim intulit, linguamque abscidit, ne scelus revelaret. Quo cognito, Progne Itym filium patri epulandum dedit.* EPITH. Sævŭs, incēstŭs, Thrēicĭŭs, Thrācĭŭs, Thrāx, Ŏdrȳsĭŭs, Ismărĭŭs, Bistŏnĭŭs, *i. e. Thracius*, Gĕtĭcŭs ; *à Getis Thraciæ populis*, fĕrŭs, ĭnīquŭs, dīrŭs, īnfīdŭs, immītis, Mārtĭgĕnă. PHR. Tȳrānnŭs Ismărĭŭs, Thrāx. V. *Progne et Philomela.*

**tĕrgĕmĭnŭs.** *tĕrgĕmĭnī nĕcĕ Gērȳŏnis, spŏlĭīsquĕ, &c.* Virg. Æn. 8, 200. SYN Trĭplēx, *vel* māxĭmŭs.

**tĕrgĕo**, *vel* tērgo, tērsi, tērsŭm. *Nēc tērgērĕ săcrās, nēc cēssāt lāmbĕrĕ plāntās*, Sedul. SYN. Pūrgo, mūndo, ăblŭo, ābstērgo, dētērgo. VERS. Cōtĕ nŏvāt nĭgrās rūbīgĭnĕ fālcēs, Ēxēsōsquĕ sĭtū cōgit splēndērĕ lĭgōnēs. Plēnōs rūbīgĭnis ēnsēs tērgērĕ. V. *Abluo.*

**tĕrgŭm**, ī, *et* tērgŭs, ŏris. *Tērgŏră dīrĭpĭūnt cōstis, ĕt viscĕră nūdānt*, Virg. Æn. 1, 215. SYN. Dōrsŭm, pōstĕrĭōră, pārs pōstĕrĭŏr; *vel* cŏrĭŭm, pēllis.

**tĕrmĕs**, ĭtis. *Mātĕr, ĕt incūltō Sȳlvānŭs tērmĭtĕ gaūdēns*, Grat. SYN. Rāmŭs, pālmĕs.

**tĕrmĭno.** *impĕrĭum ŏcĕānō fāmām quī tērmĭnĕt āstris*, Virg. Æn. 1, 291. SYN. Fīnio, lĭmĭto, ābsŏlvo, claūdo. V. *Limito, Finio.*

**tĕrmĭnŭs.** *ĕt sī fātă Jŏvis pōscūnt, hīc tērmĭnŭs hærĕt*, Virg. Æn. 4, 642. SYN. Fīnis, līmĕs, mētă, ōră, rĕgio. V. *Finis, Limes.*

**tĕro**, trīvi, trītŭm. *ipsĕ lăbōrĕ mănūm dūrō tĕrăt ipsĕ fĕrācēs*, Virg. Geo. 4, 114. SYN. Āttĕro, cōntĕro, mŏlo: *vel* insūmo, pērdo.

**Tĕrpsĭchŏrē.** *Tērpsĭchŏrē ăffēctūs cĭthără mŏvĕt, impĕrăt, aūgĕt*, Virg. EPITH. Lætă, blāndă, hĭlăris, jūcūndă. V. *Musa.*

**tĕrră.** *Tērrārūm dŏmĭnūm pōnĕ sŭpērcĭlĭūm*, Mart. 1, 5, 2. SYN. Tēllūs, hŭmŭs, sŏlŭm, cāmpŭs, āgĕr, ārvŭm: *vel* ŏrbis, tērræ ŏrbis. EPITH. Frūgĭfĕră, fĕrāx, fĕrtĭlis, fœcūndă, stĕrĭlis, vērnāns, vĭrēns, vĭrĭdis, flōrēns, pictă, lætă, flōrĭdă, hērbĭdă, grāmĭnĕă, dīvĕs, āltrix, ūbĕr, pinguis, hūmĭdă, mădĭdă, ārĭdă, siccă, sĭtĭēns, ārēns, irrĭgŭă, tūrrĭgĕră, nĕmŏrōsă, ărēnōsă, cūltă, dēsērtă, incūltă, ĭnărātă, ignōtă, dūlcis, mōllis, glēbōsă, līmōsă, lūtōsă, immūndă, pătēns, glŏbōsă, rŏtūndă, jăcēns, pēndŭlă, Dædălă, *i. e. solers*, ŏmnĭpărēns. PHR. Tērræ sĭnŭs, grĕmĭŭm, viscĕră, āgĕr, sĭtŭs. Frūgūm māgnă *vel* ālmă părēns, mātĕr. Fœcūndæ tēllūris ŏpēs. Frūgĭfĕrūm pāndāns sĭnŭm. Vărĭis fœcūndă lŏcis. Dūlci ūlīgĭnĕ lætă. Tērræ glŏbŭs, ŏrbis. Circūmdătă pōntō. Æquŏrĕ cinctă. VERS. Pārtū fœcūndă bĕnīgnō, Innŭmĕrās ēffūndit ŏpēs. Nōn ŏmnis fērt ŏmnĭă tēllūs. Circūmfūsō pēndĕt in āĕrĕ tēllūs Pōndĕrĭbŭs lībrātă sŭis. Pictăquĕ flōrĭfĕrō grāmĭnĕ vērnăt hŭmŭs. Grātō sĭtĭēns rōrĕ mădēscit hŭmŭs. Grāmĭnĕŭs mădĭdām cēspĕs ŏbūmbrăt hŭmŭm. Frīgŏră dānt rāmi, vărĭōs hŭmŭs hūmĭdă flōrēs. Pictăquĕ mūltĭplĭcī flōrĕ nĭtēbăt hŭmŭs. Tēllūs vĭrĭdāntēs pārtūrit hērbās. Vărĭō sĕ flōrĕ cŏrōnăt, Ūdăquĕ pērpĕtŭō grāmĭnĕ tērră vĭrĕt. Flōrĭfĕrōs ăpĕrit tērră bĕnīgnă sĭnūs. Stāt vī tērră sŭā, vī stāndō, Vēstă vŏcātŭr.



Digitized by Google

Flōrĭdă rīdēt hŭmŭs. Aspĭcĕ quō sūmmĭttĭt hŭmūs fōrmōsă cŏlōrēs. Quā lătām Nērēŭs cœrŭlŭs āmbĭt hŭmŭm. V. *Ager et Aro.*

*terræ hiatus.* V. *Hiatus.*

*terræ motus.* PHR. Tēllūs cōncŭssă trĕmĭscĭt. Sūb pĕdĭbŭs tēllŭs trĕpĭdăt, nūtăt, văcĭllăt. VERS. Īngēnti mōtū pērcĭtă tērră gĕmĭt. Sūb pĕdĭbūs cūm tēllūs tōtă văcĭllăt. Cōncŭssæquĕ cădŭnt ūrbēs. Cōntērrĭtă tēllūs Īntrĕmŭĭt, mōntēsquĕ cāvă cōmpāgĕ sōlūtă Nūtārūnt, pĕnĭtŭsque imis frĕmŭērĕ cāvērnis. Ēt trĕmĕfāctă sōlō tēllūs. Īnsŏlĭtis trĕmŭērūnt mōtĭbŭs Ālpēs. Trĕmĕre ōmnĭă vīsă rĕpēntĕ, Līmĭnăquē laŭrūsquĕ Dĕī tōtūsquĕ mŏvērī Mōns cĭrcūm.

tērrēnŭs. *Tērrēnis ŏcŭlis hăbĭtū se ōstēndĕrĕ nōstrō*, Pr. SYN. Tērrēstris, tērrĭgĕnă. PHR. Tērrā ōrtŭs, sătŭs. Ēx tērrā cōāctŭs, cōnflātŭs; *vel* Tērræ īncŏlă.

tērrĕo. *ætērnūm lātrāns ēxāngŭēs tērrĕāt ūmbrās*, Virg. Æn. 6, 401. SYN. Tērrĭto, cōntērrĕo, ēxtērrĕo, tērrĭfĭco, tūrbo, cōntūrbo. PHR. Tērrōrēm āffēro, mŏvĕo, incŭtio. Fōrmĭdĭnĕ, *vel* tērrōrĕ mŏvĕo, cōmplĕo, implĕo. Tērrōrĕ mēntēm pērcēllo, tūrbo. VERS. Nūnc ōmnēs tērrēnt aūræ, sŏnŭs ēxcĭtăt ōmnis Sūspēnsum, ēt părĭtēr cōmĭtique, ŏnĕrique tĭmēntēm. Hōrrŏr ŭbique ănĭmōs, sĭmŭl ipsă sĭlēntĭă tērrēnt. Vărĭis pōrtēntă Dĕūm tērrōrĭbŭs ōbstānt. Cæcique in nūbĭbŭs ignēs Tērrĭfĭcānt ănĭmōs, ēt tūrbĭdă tērrĕt ĭmāgo. Hic ălĭūd mājŭs mĭsĕris mūltōquĕ trĕmēndūm Ōbjĭcitūr măgis, ātque imprŏvĭdă pēctŏră tūrbăt.

tērrĕŏr. SYN. Hōrrĕo, pāvĕo, trĕpĭdo. PHR. Tērrōrĕ mŏvĕŏr, pērcēllŏr, cōncŭtiŏr, trĕpĭdo, rĭgĕo, stŭpĕo. VERS. Tērrēntūr vīsis sŭbĭtō. Āttŏnĭtūm tāntæ sŭbĭtō tērrōrĕ rŭinæ, Hūmānūm gĕnŭs ēst, tōtŭsquĕ pērhōrrŭit ōrbis. Quōd si tāntŭs hăbēt mēntēs ēt pēctŏră tērrŏr. Sŭbĭtis ēxtērrĭtŭs ūmbris. Gĕlĭdōquĕ cōmæ tērrōrĕ rĭgēbānt. V. *Timeo.*

tērrĭbĭlis. *Tērrĭbĭlēm crīstis gălĕām, &c.* Virg. Æn. 8, 620. SYN. Tērrĭfĭcŭs, hōrrĭdŭs, hōrrēndŭs, hōrrĭbĭlis, hōrrĭfĭcŭs, trĕmēndŭs, mĕtŭēndŭs, stŭpēndŭs, tĭmēndŭs, fōrmĭdābĭlis: *vel* mĭnāx, sævŭs, crūdēlis. PHR. Tērrōrēm incŭtiēns. V. *Horridus.*

tērrĭgĕnă. *Aūt si tērrĭgĕnæ tēntārēnt āstră gĭgāntēs*, Lucr. 3, 716. SYN. Tērrā gĕnĭtŭs, tērrēnŭs, tērrēstris.

tērrĭtŭs. *Tērrĭtŭs ăd Nīli dūm fŭgit illĕ căpŭt*, Pedo. SYN. Cōntērrĭtŭs, ēxtērrĭtŭs, āttŏnĭtŭs, păvĭdŭs, trĕpĭdŭs, pāvĭtāns, pāvēns, stŭpēns, stŭpĕfāctŭs. PHR. Tērrōrĕ pērcūlsŭs. V. *Terreor suprà; et infrà Timens.*

tērrŏr, ōris. *Sēd vărĭis pōrtēntă Dĕūm tērrōrĭbŭs ōbstānt*, V. Æ. 7, 58. V. *Timor.*

tērtĭŭs. *Tērtĭă jăm lūnæ sē cōrnŭă lūmĭnĕ cōmplēnt*, Virg. Æn. 3, 345.

tēsquă, ōrŭm. *Dēsērta ēt inhōspĭtă tēsquă*, Hor. Ep. 1, 14, 19. EPITH. Nĕmŏrōsă, hōrrĭdă, frōndōsă, dūmōsă, āspĕră, incūltă.

tēssĕră, æ. *Bēllĭcă jāmquĕ sŏnānt, ŭt bēllō tēssĕră sīgnŭm*, Virg. Æn. 7, 637. V. *Talus, Signum.*

tēstă, æ. *Quō sĕmĕl ēst imbūtă rĕcēns sērvābĭt ŏdōrēm Tēstă dĭū*, Hor. Ep. 1, 2, 70. SYN. Āmphŏră, cădŭs. EPITH. Frăgĭlis, fictĭlis, dūră, lūbrĭcă, Sāmĭă, *i. e. terra Samia.* PHR. Frăgĭlī circūmdătă tēstă Mœnĭă mīrātŭr.

tēstāmēntūm. *Tēstāmēntă sĕnūm, nĕū si vāfĕr, &c.* Hor. Sat. 2, 5, 24. PHR. Tēstātæ, suprēmæ tăbŭlæ. Tēstātă bŏnă. Suprēmă vŏlūntās, ūltĭmæ vōcēs. Suprēmæ sīgnă vŏlūntātis.

tēstĭmōnĭūm. SYN. Tēstātio: *vel* indĭcĭūm, sīgnūm.

tēstis. *ēt dīvōs, quānquām nīl tēstĭbŭs illis*, Virg. Ecl. 8, 19. SYN. Spēctātŏr, ărbĭtĕr: cōnscĭŭs. EPITH. Vērāx, vērŭs, incōrrūptŭs, intĕgĕr, fālsŭs, sūspēctŭs, cōrrūptŭs, ŏcŭlātŭs, fīdŭs, fĭdēlis, vŏcātŭs, cĭtātŭs. VERS. Quis hōc crēdăt, nisi sit prō tēstĕ vĕtūstās?

tēstŏr, āris. *Tēstātŭr mŏrĭtūră Dĕōs ēt cōnscĭă fāti*, Virg. Æn. 4, 519. SYN. Tēstĭfĭcŏr, *vel* tēstēs dō, prōfĕro, āddūco, prōdūco: *vel* tēstēs vŏco, āppēllo, invŏco. V. *Juro.*

1. tēstūdo, inis. *Sāxă mŏvērĕ sŏnō tēstūdĭnis, ēt prĕcĕ blāndā*, Hor. A. Poēt. 395. SYN. Lȳră, chĕlys, cĭthără. V. *Cithara, Fides, ium, vel* cămĕră, fōrnix, ārcŭs. V. *Fornix.*

2. tēstūdo, inis. EPITH. Tārdă, lēntă, sēgnis, pĭgră, ignāvă, inērs, tārdĭgrădă, squāmmĭgĕră, dūră, rēptĭlis, rēpēns. PHR. Mănēns dūræ sŭb tēgmĭnĕ tēstæ. Quæ mĕtŭēns tāngi dăt sŭă cōllă rĕtro. Lēntō rēpēns *vel* incēdēns grēssū. Lēntō tārdissĭmă grēssū. *Testudo pro machinâ bellicâ.* Dēnsis ārctæ tēstūdĭnis ārmis,

Digitized by Google

Pandunt prolapsam suffossis mœnibus urbem. Omnes ferre libet densa testudine casus.

**tĕtĕr**, tetra. *Tetĕr ŭt immūndæ cārnis ăbīrĕt ŏdŏr*, Mart. 3, 24, 6. SYN. Fœdus, turpis, *vel* sævus, scelĕratus, dirus.

**Tēthys**, yos. *Tēthys ĕt extrēmō sæpĕ rĕlictă vădō*, Ovid. *Tēquĕ sĭbi gĕnĕrūm Tēthys ĕmăt omnibŭs ūndis*, Virg. Geo. 1, 31. *Cœli seu Titanis, et Vestæ filia; soror Saturni: Conjux Oceani vel Neptuni, sive Nerei: mater Fluviorum et Nympharum.* EPITH. Titānis, Nēreis, Ōcĕănēĭă, cærŭlĕă, mărīnă, ăquōsă, æquŏrĕă, văgă, fŭgax, cānă, rĕcĭprŏcă, vĭrĭdis, salsă, fœcūndă, ūndōsă, lōngævă, ūndĭvăgă, infūsă, stăgnāns, rĭgēns, spūmāns, Sātūrnĭă, *a Saturno fratre*, gĕlĭdă, lĭquĭdă, circūmflŭă, prŏfūndă, rĕfŭgă. PHR. Nēptūnĭă cōnjux. Gĕnĭtrix Nērēĭă. Ōcĕănī cōnjux. Māris Deă. Ōcĕănēĭă cōnjux. V. *Mare.*

**tĕtrĭcĭtās**, ātis. *Nĕc flŭĭdūm, lætă sĕd tĕtrĭcĭtātĕ dĕōrūm*, Ov. ad Pis. 91. SYN. Grăvĭtās, ăspĕrĭtās, sĕvērĭtās.

**tĕtrĭcŭs**. *ăt quăm nōn tĕtrĭcŭs, quăm nūllă nūbĭlŭs ĭrā*, Mart. 6, 10, 5. SYN. Sĕvērŭs, aūstērŭs: *vel* rūstĭcŭs.

**tĕxo**, xŭi, xtūm. *Tēxĭtŭr ĕt cōstīs pāndă cărīnă sŭis*, Ov. Ep. 16, 110. SYN. Intēxo, cōntēxo, insērto, insĕro, intērtēxo, nēcto. PHR. Pĕctĭnĕ *vel* rădĭō pĕrcūrrĕrĕ tēlām. Stāmĭnă tēlæ pĕctĭnĕ dēnsārĕ. VERS. Illa ĕtĭam stāntēs rădĭō pĕrcūrrĕrĕ tēlās. Ipsă sŭis quōndām mănĭbŭs Sīdōnĭă Dīdō Fēcĕrăt, ĕt tĕnŭi tēlās discrēvĕrăt aūrō.

**tēxtĭlis**. *Tēxtĭlĭbŭsquĕ ŏnĕrăt dōnis*, &c. Virg. 3, 485. SYN. Tēxtŭs, intēxtŭs.

**tēxtūră**. *Tēxtūrās intĕr sēsē, prīmāsquĕ fĭgūrās*, Lucr. 6, 776. SYN. Tēxtūm, i. EPITH. Sōlērs, tĕnŭis.

**thălămŭs**. *Pōst ŭbi jām thălămīs sē cōmpŏsŭērĕ, sĭlētŭr*, Virg. Geo. 4, 189. V. *Lectus.*

**Thălīă**. *Nōstră nĕc ērŭbŭit sylvās hăbĭtārĕ Thălīă*, Virg. Ecl. 6, 2. V. *Musa, Charites.*

**thĕātrālis**. *Jūră thĕātrālis dūm sĭlŭērĕ lŏci*, Mart. 5, 24, 2. SYN. Thĕātrĭcŭs.

**thĕātrūm**.—*Nōn rĕdĕūnt ĭtĕrūm spĕctāndă thĕātris*, Hor. Sat. 1, 10, 39. SYN. Căvĕă, circŭs, spĕctācŭlūm, scēnă, sŭggēstūm. EPITH. Mărmŏrĕūm, ōrnātūm, āltūm, ēxcēlsūm, ingēns, āmplūm, spătĭōsūm, căpāx, fēstūm, sōlēnnĕ, clāmōsūm. VERS. Strūxĕrăt hic ŏpĕre ingenti sūblimĕ thĕātrūm. Cīvĭcă nōbĭlĭbŭs plēbs ĕst immīxtă thĕātris. Quid rĕfērt, māgni sĕdĕăt quā partĕ thĕātri? ēgrĕdĕre, ātque ănĭmōs pŏpŭlōsi pāscĕ thĕātri. Lætūmquĕ thĕātris Aūrĕă pēnsĭlĭbŭs dīffūdit tībĭă cārmĕn. Cārmĭnă fēstīvis sĕmpĕr rĕcĭtāndă thĕātris.

**Thēbæ**. *Săxă Cĭthærōnis Thēbās ăgĭtātă pĕr ārtĕm*, Prop. 2, 3, 5. *Urbs in Bœotiâ, à Cadmo Agenoris filio, vel ab Ogyge condita: cujus muros Amphion, saxis ad Lyræ cantum sequentibus, construxit. Alia fuit ejusdem nominis urbs in Ægypto quæ et Heliopolis, i. e. civitas Solis, appellabatur.* SYN. Thēbă, æ; *vel* Thēbē, ēs. EPITH. Cādmææ, Ăgēnŏrēæ, Tyrĭæ, Sīdonĭæ, *ab Agenore Tyri et Sidonis Rege*, Ōgygĭæ, Ămphīŏnĭæ: Hērcŭlēæ, Ēchīŏnĭæ, Œdĭpŏdĭŏnĭæ, *ab Echione et Oedipo Regibus*, Āŏnĭæ, *i. e. Bœotiæ*, vĕtĕrēs, clāræ, nōbĭlēs, āntīquæ, cĕlebrēs, fāmōsæ, sēptĕmgĕmĭnæ, *à septem portis*. PHR. Urbs Thēbānă, Cādmæă. Ēchīŏnĭæ ărcēs. Rēgĭă Cādmi. Tērră Dĕōrūm fērāx. Urbs cōndĭtă Cādmō.

**Thĕmis**, is, ĭdŏs, *vel* ĭstŏs. *Fātĭdĭcāmquĕ Thĕmin quæ tūnc ōrāclă tĕnēbăt*, Ovid. Met. 1, 321. *Cœli et Terræ filia, Dea Justitiæ, et Oraculorum præses.* EPITH. Æquă, jūstă, incōrrūptă, intĕgră, sĕvēră, ālmă, fātĭdĭcă, săcră. V. *Justitia.*

**Thĕrāpnæ**, ārūm. *Āpōllĭnĕāsquĕ Thĕrāpnās*, Stat. Th. 3, 422. *Vicus Laconiæ Apollini sacer, ubi nati sunt Castor et Pollux, Helene et Clytemnestra, ex Ledâ uxore Tyndari.* EPITH. Umbrōsæ, vĭrĭdēs, Tyndărēæ, *à Tyndaridis Castore et Polluce claræ.*

**thērmæ**, ārūm. *Nērōnĭānās is rĕfrīgĕrăt thērmās*, Mart. 3, 25. EPITH. Călēntēs, călĭdæ, sălūtārēs. V. *Balneum.*

**thēsaūrŭs**. *Thēsaūrōs ignōtum ărgĕnti pōndŭs ĕt aūri*, Virg. Æn. 1, 359. SYN. Gāză, dīvĭtĭæ, ŏpēs, pĕcūnĭă. EPITH. Lătēns, dēfōssŭs, ăbdĭtŭs, ăbscōndĭtŭs, ŏccūltŭs, rĕcōndĭtŭs. PHR. Ŏpūm cŭmŭlŭs, ăcērvŭs, cōngĕrĭēs. Aggēsti, cōllēcti, *vel* cōngēsti pōndŭs aūri. V. *Divitiæ.*

**Thēseūs**, *dissyl.* ei, *vel* ĕŏs. *acc.* ĕă. *Infēlix Thēseŭs*, Virg. 6, 618. *Ægei Athe-*



Digitized by Google

*narum Regis filius. Debellatis Amazonibus, earum Reginam Hippolyten captivam abduxit. Minotaurum in Labyrintho, ope Ariadnes, occidit, quam postea deseruit. Cum amico Pirithoo Inferos adiit, ad Proserpinam rapiendam: sed ibi vinculis mandatus est, donec eum Hercules liberavit.* SYN. Ægīdēs. EPITH. Fōrtis, sŭpērbŭs, fĕrōx, bēllātŏr, pērfĭdŭs, pērjūrŭs, Trœzēnĭŭs, *a Trœzene Atticæ oppido,* Āttĭcŭs, Nēptūnĭŭs, *ab avo Neptuno,* inclytus, hōrrĭdŭs, fīdŭs, prŏfŭgŭs, crūdēlis, ārmĭgĕr, ingrātŭs. PHR. Trœzēnĭŭs hērōs. Victŏr Mīnōtaūri. Āssērtā Mărăthōnĕ sŭpērbŭs, *à Tauro Marathonio quem occidit.* Pīrīthŏi cŏmĕs. Qui pĭŭs ăd mānēs fīdō cŏmĕs īvit ămīcō.

Thĕtis, ĭdis. *Aūt dŏcŭīt lūsūs hōs Thĕtis, aūt dĭdĭcit,* Mart. *Pelei Thessaliæ Regis, uxor; filia Nerei, et Achillis mater. Hanc etiam Tithoni conjugem faciunt. Sumitur pro mari, ut Tethys.* SYN. Nērīnē. EPITH. Nērēis, æquŏrĕă. PHR. Tīthōnĭă cōnjūx. Fīlĭă Nērĕi. Mātĕr Ăchillis. V. *Tethys.*

thŏlŭs. *Sūspēndĭvĕ thŏlo aūt săcra ād fāstīgĭă fīgi,* Virg. Æn. 9, 408. EPITH. Āltŭs, cūrvŭs, săcĕr.

thōrāx, ācis. *imam intĕr gălĕām sūmmi thōrācis ĕt ōrās,* Virg. Æn. 12, 381. SYN. Lōrīcă. EPITH. Ăhēnŭs, mŭltĭplēx, rŭtĭlŭs, flāmmĕŭs, ænĕŭs, pŏlītŭs, lēvis, pictŭs, ārdēns, ærĭsŏnŭs, squāmĭfĕr, fērrĕŭs. PHR. Ærĕ rĭgēns, hāmis *vel* squāmis intēxtŭs. VERS. Fērrĕŭs āmbĭbăt lūmbōs ătque ārdŭă thōrāx Pēctŏră. Nēxĭlis ēmīssā pĕnētrātŭr ărūndĭnĕ thōrāx. Āt lătĕrūm trāctŭs spătĭōsăquĕ pēctŏră sērvăt Nēxĭlis innŭmĕrō chălybūm sŭb tēgmĭnĕ thōrāx. Grāvēm sŭbĕūnt thōrācă lăcērti. Sŭccēdūnt, thōrāce ōmnēs ārdēntĕ cŏrūsci. V. *Lorica.*

Thrācēs, ūm. *Thrācēs ărānt, ācri quōndām rēgnātă Lycūrgō,* Virg. Æn. 3, 14. SYN. Bīstŏnĭi, Īsmărĭi, Ŏdrȳsĭi. V. *Thracia.* EPITH. Ārmĭgĕri, indŏmĭti, fōrtēs, gĕnĕrōsi, bēllĭgĕri, fĕrōcēs, crūdēlēs, immītēs, trŭcēs, aŭdācēs, Mārtĭi. VERS. Tērră prŏcūl vāstis cŏlĭtŭr Māvōrtĭă cāmpis, Thrācēs ărānt. *Virg.* 3, 14.

Thrācĭă, *vel* Thrācē, ēs. *Hōrrĭdāmvĕ Thrācĭām,* Catull. 4, 8. *Bēllō fŭrĭōsă Thrācē,* Hor. C. 2, 16, 5. *Europæ regio, Macedoniæ et Thessaliæ proxima. In eâ* Bīstŏnēs *et* Ŏdrȳsĭi *populi:* Œāgrŭs, *fluvius:* Sīthōn, Īsmărŭs, Ēdōn, *et* Rhŏdŏpē, *montes;* Othrȳs, *et* Æmŭs, *Thraciam inter et Thessaliam.* EPITH. Gĕlĭdă, ārmĭfĕră, sævă, bārbără, hōrrĭdă, Māvōrtĭă, nĭvŏsă, glăcĭālis, frīgĭdă, āspĕră, incūltă.

‖ thrŏnŭs. SYN. Sŏlĭŭm. EPITH. Rēgālis, rēgĭŭs, aūrĕŭs, ēbūrnĕŭs, ēbūrnŭs, aūrātŭs, sŭblīmis, āltŭs, ēxcēlsŭs, insignis, cōnspĭcŭŭs, cŏrūscŭs, mĭcāns, splēndēns, māgnĭfĭcŭs, fŭlgēns. PHR. Rēgālis, rēgĭă sēdēs. Rēgālĕ trĭbūnăl. Sēdis rēgĭæ tŏrŭs. Sŭblīmiquĕ sĕdēt sŏlĭō. Sŏlĭō fūltŭs ĕbūrnō. Sŏlĭōquĕ trĕmēndŭs Mājēstātĕ sĕdēt. V. *Solium.*

Thūlē, ēs. *Tĭbi sērvĭăt ūltĭmă Thūlē,* Virg. Geo. 1, 30. *Insula, ultra Orcadas, in Oceano Septentrionali. Extrema fuit earum quas Romani cognoverunt.* EPITH. Hēspĕrĭă, nigră, inhōspĭtă, impērvĭă, rĕmōtă, gĕlĭdă, glăcĭālis. PHR. Rătĭbŭs nōn pērvĭă, Thūlē. Hēspĕrĭæ vădă călīgāntĭă Thūlēs.

thūrĭbŭlŭm. *Thūrĭbŭlo, ĕt pătĕræ, quæ tērtĭă văsă, &c.* A. SYN. Ăcērră. V. *Acerra.*

thūrĭfĕr, ĕri. *Tōtăquĕ thūrĭfĕris Pānchāĭă dīvĕs ărēnis,* Virg. Geo. 2, 139. PHR. Thūris fĕrāx, *vel* dīvĕs.

thūs, thūris. *āngŭlŭs istĕ fĕrĕt pipĕr ĕt thūs ōcȳŭs ūvā,* Hor. Ep. 1, 14, 23. EPITH. Săbæŭm, *à Sabâ urbe Æthiopiæ:* Eōŭm, Năbăthæŭm, Pānchæŭm, Pānchāĭcŭm, *à Nabathæâ et Panchaiâ regionibus Arabiæ,* māscŭlŭm, pinguĕ, pĭŭm, ŏdōrĭfĕrŭm, ŏlēns, rĕdŏlēns, sacrŭm, frāgrāns, fūmāns, văpōrŭm, vōtivŭm. PHR. Thūrĕă mīcă. Thūris ărēnæ, glŏbŭli, lacrymæ. Thūrĕă grānă, dōnă, mūnĕră. Thūris ŏdōrēs, hŏnōrēs. Thūris ăcērvŭs, cŭmŭlŭs, ŏdōrātæ ărīstæ. Ŏdōrātă sĕgĕs. Săbæŭs, *vel* Āssȳrĭŭs ŏdŏr. Săbæă mērcēs. Ărăbūm găzæ. Thūris ŏdōrāti pinguis văpŏr, fūmŭs. VERS. Indĭă mittit ĕbūr, mōllēs sŭă thūră Săbæi.

*thus adoleo.* PHR. Thūrĕ cŏlo, vĕnĕrŏr, ădōro, plāco. Thūris hŏnōrēs fĕro, rĕfĕro, ădŏlĕo. Tēmplŭm vōtīvō thūrĕ văpōro. Dōnis Săbæis ārās strŭo, cŭmŭlo. Thūris hŏnōrĕ dignāri. Păcālibŭs flāmmis, *vel* in sacrōs fŏcōs thūră dărĕ. Fūmōsis āddĕrĕ thūră fŏcis. Thūrĕă grānă fŏcis ūrĕrĕ. VERS. Ūrāntŭr pĭă thūră fŏcis, ūrāntŭr ŏdōrēs. Cēntūmquĕ Săbæō Thūrĕ călēnt āræ, sērtisquĕ rĕcēntĭbŭs hălānt. Pānchæis ădŏlēscūnt ignĭbŭs āræ. V. *Sacrifico, Adoleo.*

Digitized by Google

thyrsus. *instituit Daphnis thyasos inducere Baccho*, Virg. Ecl. 5, 30. *Chorus saltantium, in honorem Bacchi.* EPITH. Lēvis, tĕrribilis, raucus, fŭrēns.

Thȳēstēs, is, *vel* æ. *Tereos aut cœnam, crude Thyestu, tuam*, M. 4, 49, 4. *Pelopis filius, nepos Tantali, frater Atrei. Cum hujus uxore adulterium commisit: Atreus autem filium ex illo nefando concubitu natum Thyesti epulandum apposuit. Quæ scelera Sol detestatus, retro fugisse dicitur à Poëtis.* SYN. Tāntălĭdēs. EPITH. Pĕlŏpēĭus, ădūltĕr, scĕlĕrātus, infēlix, dirus, mĭsĕrāndus, mĭsĕr.

thȳmum *et* thȳmus. ———*Redolentque thymo fragrantia mella*, Vir. Geo. 4, 169. EPITH. Ŏdōrum, ŏdōrātum, rĕdŏlēns, ŏlēns, frāgrāns, Ātticum, suāvĕ, dūlcĕ, Cecrŏpĭum, Hȳblæum, *ab Hyblâ monte Siciliæ*, grātum, mŏllĕ. PHR. Āpibus grātum. Suāvi flōrĕ, *vel* ŏdōrĕ hālāns, frāgrāns.

tĭārā, *vel* rās, æ. *Sceptrumque, sacerque tiaras*, Virg. Æn. 7, 247. SYN. Mitrā, gălērus. EPITH. Lūnātā, sacrā, gĕmmātā, fulgēns, micāns, eōā; Pĕrsĭcā, Phrȳgĭā, *à populis qui eâ utebantur.* V. *Mitra.*

Tĭbĕris, *vel* Tibris. *Fluvium cognomine Tibrim*, Virg. 8, 330. *Albula quem Tiberim mersus Tiberinus in undis, Reddidit*, Ov. F. 2, 389. *Italiæ fluvius, Romam alluens, aliter Albula dictus. Nomen habet à Tibri Rege Thuscorum, et à Tiberino, Albaniæ Rege.* SYN. Ālbŭlā. EPITH. Aūsŏnius, răpāx, Tȳrrhēnus, Thūscus, *à Thuscis, Tyrrhenis seu Etruscis, quos alluit*, cærŭlus, cærŭlĕus, cōrnigĕr, tŭmĭdus, Rōmŭlĕus, Rōmānus, Ītălus, præcĕps, limpĭdus. PHR. Thūscus, Tĭbĕrinus āmnis. Tibris ăquæ. Hēspĕrĭdum flūvius rēgnātŏr ăquārum. Tĭbĕrinā flŭēntā. Tĭbĕrini flūminis ūndā. Lēni āgmĭnĕ lābēns. VERS. In Thūsci dēlāpsus flūminis ūndās, Nōminā fēcit ăquæ.

tĭbi. *Sparge, marite, nuces, tibi deserit Hesperus Oetam*, Virg. Ecl. 8, 30. *Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret*, Virg. Geo. 1, 343.

tĭbĭā. *incipe Mænalios mecum, mea tibia, versus*, Virg. Ecl. 8, 21. SYN. Fistŭlā, călămus, ărundo, būxus. V. *Fistula.*

tĭbīcĕn, inis. *Sic priscæ motumque et luxuriam addidit arti Tibicen, traxitque vagus per pulpita vestem*, Hor. A. P. 214. EPITH. Cănōrus, pĕrītus, blāndus, lætus, rūstĭcus, hĭlăris. PHR. Călămō lūdĕrĕ dŏctus, pĕrītus. V. *Citharœdus.*

tĭbīcĭnā. *ebria nos madidis rumpit tibicina buccis*, M. 14, 64.

Tĭbūllus. *Ille tui Vates operis, tua fama, Tibullus*, Ov. *Poëta Elegiacus, patriâ Romanus, ex Equestri ordine. Temporibus Virgilii et Ovidii florebat.* EPITH. Ărgūtus, cūltus, tērsus, insignis, săcĕr, tĕnĕr, făcĭlis. VERS. Ūssit ămātōrĕm Nĕmĕsis fōrmōsā Tĭbūllum.

Tigris, idis: fluvius. *Tigris et Euphrates sub tua jura fluens*, P. 3, 4, 4. *et Tigris, et rubri radiantia littora Ponti*, Manil. *Asiæ fluvius, ortus in Armeniâ, Mediam et lacum Arethusam trajiciens: unde in Arabiam fluit: posteaque Hydaspi et Euphrati junctus sinum Persicum ingreditur.* EPITH. Răpĭdus, răpāx, vēlōx, cĭtus, præcĕps, Āchæmĕnius, *i. e. Persicus*, vĭŏlēntus, tĕpĭdus, văgus, cĕlĕr, cærŭlĕus, limpĭdus, vitrĕus, clārus. PHR. Tigrĭdis ūndā. VERS. Quāquĕ căpūt răpĭdō tōllit cūm Tigrĭdĕ māgnus Eūphrātēs.

2. tigris. *Tigridis exuviæ per dorsum a vertice pendent*, Virg. Æn. 11, 577. *Armeniæque tigres austroque agitata Charybdis*, Ovid. Met. 8, 121. EPITH. Ărmĕnĭā, Părthĭcā, Īndā, Gāngētĭcā; Căspĭā, Caūcăsĕā, *à Caspiis et Caucaso, montibus Armeniæ vicinis*, āspĕrā, immānis, măcŭlōsā, sævā, răbĭdā, trūx, fŭrēns, ēffĕrā, fĕrōx, cĭtā, vēlōx, pĕrnix, cĕlĕris, fŭrĭōsā, răpāx, Īndĭcā, tĕrrĭbĭlis, hŏrrĭdā, prædātrix. VERS. Fĕræ tigrēs nūnquām pŏsŭērĕ fŭrōrĕm. Hȳrcānæque ădmōrūnt ūbĕrā tigrēs. Sĭtĭēns, ūt tigris ăcērbā, crŭōrĕm.

Tĭmāvus. *Superas jam saxa Timavi*, Virg. Ecl. 8, 6. EPITH. Aūsŏnius, Vēntōsus, mūltĭfĭdus. V. *Fluvius.*

tĭmēns, ēntis. *Mortemque timens cupidusque moriri*, Ov. Met. 14, 317. SYN. Tĭmĭdus, tĕrrĭtus, cōntĕrrĭtus, ēxtĕrrĭtus, āttŏnĭtus, păvĭdus, trĕpĭdus, trĕmĕfāctus, păvĭtāns, păvēns. PHR. Mēntĕm fōrmīdĭnĕ prēssus, pĕrcūlsus. Tālĭbus āttŏnĭtus visis. Āspēctū cōntĕrrĭtus hæsit. Sŭbĭtis tĕrrōrĭbus āctus. Cōrdĕ gĕlātō āttŏnĭtus. Tĕrrōrĕ păvēns, sēmĭănĭmis, *trissyl.* Frīgĭdiŏr glăcĭē. Pāllĭdiŏr būxō. Mĕtū mūtus. V. *Timeo.*

tĭmĕo. *Nec timui de morte tamen*, Ov. F. 3, 617. SYN. Fōrmīdo, vĕrĕŏr, mĕtŭo, ēxtĭmēsco, pērtĭmēsco, păvĕo, trĕmo, trĕmisco, cōntrĕmisco, trĕpĭdo, rĕfōrmīdo, hŏrrĕo, pĕrhŏrrēsco. PHR. Tĭmōrĕ, *vel* mĕtū pĕrcēllŏr, tūrbŏr; păvĕo, trĕpĭdo, trĕmo, frīgĕo, pāllĕo, hŏrrĕo. Tĭmŏr ārtus ŏccŭpāt: mēntĕm prĕmit. VERS.



Digitized by Google

Trĕmĕfactă nŏvūs pĕr pĕctŏră cūnctis īnsĭnŭăt păvŏr. Āttŏnĭtis hæsēre ănĭmis. Sŭbĭt hŏrrĭdă mēntĕm Fōrmido. Trĕpĭdăt păvĭdă fōrmīdĭnĕ pēctŭs. Mēns trĕpĭdō pălpĭtăt ægră mĕtū. Tūnc vēro āncĭpĭtī mēntĕm fōrmīdĭnĕ prēssŭs Ōbstŭpŭī. Ēt mōtæ ăd lūnăm trĕpĭdābĭs ărūndĭnĭs ūmbrăm. Pĕrtĭmŭītquĕ sŏnūs, prōprĭāque ēxtērrĭtă vōce ēst. Mēmbră rĕfōrmīdānt mōllēm quŏquĕ saūcĭă tāctūm. Vānăquĕ sōllĭcĭtīs īncĭtăt ūmbră mĕtūm. Tōrpŭĕrăt lĭnguă rĕtēntă mĕtū. V. *Terreor, timoris effectus.*

tĭmĭdŭs. *illæsūm tĭmĭdĭs ūnguĭbŭs hæsĭt ŏnŭs*, Mart. 1, 7, 2. SYN. Trĕpĭdŭs, păvĭdŭs, *vel* īmbēllĭs, īgnāvŭs. PHR. Mĕtū ēxānguĭs, trĕpĭdāns, pāllēns. Fōrmīdĭnĕ căptŭs, āmēns. Mēntĭs ĭnŏps: īmpŏs ănĭmī. Tērrōrĕ păvēns, *vel* Pērīcŭlă, vūlnĕră tĭmēns, rĕfōrmīdāns, īnūtĭlĭs ārmĭs. V. *Timens.*

tĭmŏr, ōrĭs. *Rēs ēst sōllĭcĭtī plēnă tĭmōrĭs ămŏr*, Ov. Ep. 1, 12. SYN. Mĕtŭs, fōrmido, păvŏr, tērrŏr, trĕmŏr, hōrrŏr. EPITH. Āncēps, dŭbĭŭs, trĕpĭdŭs, păvĭdŭs, gĕlĭdŭs, ēxānguĭs, hōrrĭdŭs, pāllĭdŭs, frīgĭdŭs, păvēns, sōllĭcĭtŭs, trīstĭs, mœstŭs, ăcērbŭs, vĭgĭl, īnsōmnĭs, lānguēns, mŏlēstŭs, dīrŭs, sævŭs, præcēps, rĕpēntīnŭs, sŭbĭtŭs, īnquĭētŭs, tūrpĭs, sērvīlĭs, sēgnĭs, hōrrēndŭs, ānxĭŭs, sūspēnsŭs, īmbēllĭs, īgnāvŭs, āmēns, mălŭs, tăcĭtŭs, ēlĭnguĭs, fœmĭnĕŭs. PHR. Păvĭdŭs hōrrŏr. Gĕlĭdŭs tōrpŏr. Pēssĭmŭs īn dŭbĭīs aūgŭr tĭmŏr. Ēxpērs quĭētĭs. Mălŭs īntērprēs rērŭm mĕtŭs. Pēctŭs cōnstrīngēns, glăcĭāns. Sēmpĕr ānxĭŭs. VERS. Ōmnĭă sōllĭcĭtō sūnt lŏcă plēnă mĕtū. Pĕdĭbūs tĭmŏr āddĭdĭt ālās. V. *Timeo, Metus.*

*timoris effectus.* TREMOR. Trĕmōrquĕ ōmnĭbŭs īncēssĭt gĕlĭdŭs. Āttŏnĭtōs sŭbĭtŭs trĕmŏr ōccŭpăt ārtūs. Cōr păvĕt ādmŏnĭtū tĕmĕrātæ sānguĭnĕ nōctĭs, Ēt sŭbĭtūs dēxtrā præpēdĭt ōssă trĕmŏr. Ōbstŭpŭēre ănĭmī, gĕlĭdūsquĕ pĕr īmă cŭcūrrĭt Ōssă trĕmŏr. V. *Tremor.* FRIGUS. Sŭbĭtā gĕlĭdūs fōrmīdĭnĕ sānguĭs Dīrĭgŭĭt, *vel* cōncrēvĭt. Mĭhĭ frīgĭdŭs hōrrŏr Mēmbră quătĭt, gĕlĭdūsquĕ cŏĭt fōrmīdĭnĕ sānguĭs. Frīgĭdĭŏr glăcĭē, sēmĭănĭmĭsquĕ fŭī. Pērtĭmŭī, nēc ădhūc tāntūm scĕlŭs ēssĕ pŭtābăm, Sēd tămĕn īn tōtō pēctŏrĕ frīgŭs ĕrăt. PALLOR. Ōră mĕtū pāllēnt, līnguām sŭă vērbă rĕlīnquūnt. Īllĕ dĭū păvĭdŭs părĭtĕr cūm mēntĕ cŏlōrēm Pērdĭdĕrăt. Pāllŭĭt ēt sŭbĭtō sĭnĕ sānguĭnĕ frīgĭdă sēdĭt. Pāllŭĭt, ēt sŭbĭtō gĕnŭă īntrĕmŭērĕ. HORROR. Ōbstŭpŭī gĕlĭdūsquĕ cŏmās ērēxĕrăt hōrrŏr. Tūnc pērcŭlĭt hōrrŏr Mēmbră dŭcĭs, rĭgŭērĕ cŏmæ. Āt mēmbra ēt sēnsūs gĕlĭdŭs stŭpĕfēcĕrăt hōrrŏr. Ēxtĭmŭī sēnsīquĕ mĕtū rĭgŭīssĕ căpīllōs. Ōbstŭpŭī, stĕtĕrūntquĕ cŏmæ, ēt vōx faūcĭbŭs hæsĭt. SUDOR. Ītquĕ tĭmŏr tōtōs, gĕlĭdō sūdōrĕ, pĕr ārtūs. Ōllī sōmnum īngēns rūpĭt păvŏr, ōssăque ēt ārtūs Pērfūdĭt tōtō prōrŭptŭs cōrpŏrĕ sūdŏr. Gĕlĭdŭs tōtō mānābăt cōrpŏrĕ sūdŏr.

tĭncă. *Aūt tĭncās pāscēs tăcĭtūrnŭs ĭnērtēs*, Hor. Ep. 20, 12. EPITH. Āgrēstĭs, ĕdāx, hōrrĭdă, fœdă, tūrpĭs. VERS. Tūrpēs ēxēdērĕ căpūt tĭncæ.

tĭngo, tīnxī, ctūm. *Fērrĕt ĭtĕr, cĕlĕrēs nēc tīngĕrĕt æquŏrĕ plāntās*, Virg. Æn. 7, 811. SYN. Īmbŭo, fūco, cŏlōro: cŏlōrĕ īnfĭcĭo, sătŭro, līno, īllĭno, mĕdĭcŏr, vĭtĭo, *vel* mădĕfăcĭo, īmmērgo. PHR. Lānăm *seu* vēllĕră cŏlōrĕ, fūcō, vĕnēnō, *vel* mūrĭcĕ tīngĕrĕ, mĕdĭcārī, fūcārĕ, īmbŭĕrĕ. Ălbēntēs īnvērtĕrĕ lānās. VERS. Vărĭōs dīscĭt mēntīrī lānă cŏlōrēs. Răpĭūnt Tŷrĭōs ĭbĭ vēllĕră sūccōs, Ēt pīctūrātæ sătŭrāntŭr mūrĭcĕ vēstēs. Vēllĕră mūtāntŭr Tŷrĭō īncōctă rŭbōrēs.

tīnnĭo, ĭs, ĭī. *aūrēs tīnnĭūnt sŏnĭtū sŭōptĕ*, Catull. 49, 12. SYN. Tīntĭno. PHR. Tīnnĭtūm ēdo. Tīnnĭtū āĕră pūlso.

tīnnītŭs, ūs. *Tīnnītūsquĕ cĭe, ēt mātrĭs quătĕ cŷmbălă cīrcūm*, Virg. Geo. 4, 64. EPITH. Ăcūtŭs, ārgūtŭs, sŏnāns, raūcŭs, cōnfūsŭs, rĕpĕtītŭs, crēbĕr.

tīnnŭlŭs. *Tīnnŭlă tām frăgĭlī rēspīrĕt fīstŭlă būxō*, Calph. SYN. Sŏnōrŭs, strīdēns, rĕsŏnāns, ārgūtŭs.

Tīsĭphŏnē. *Tīsĭphŏnēs ātrō sī fērĭt āngŭĕ căpŭt*, Prop. 3, 5, 40. EPITH. Sævă, fĕrōx, ātrōx, īmmītĭs. PHR. Nōctĭs ālūmnă. Cædĭs vīndēx, ūltrīx. V. *Furiæ.*

Tītān, ānĭs. *Flāmmĭgĕr ān Tītān, ūt ălēntēs haūrĭăt ūndās*, Luc. 1, 415. *Cœli et Terræ filius, Saturni frater, Titanum pater. Idem nomen Soli tribuitur.* SYN. Sōl, Phœbŭs. V. *Sol.*

Tītānēs, ūm. *Tītānēs īmmānēmquĕ tūrbām*, (Iamb. cum syll.) *Titanis et Terræ filii, qui contra Saturnum pugnârunt. Alii Titanibus à Jove occisis, Gigantes à Terrâ productos fuisse fabulantur: alii Titanes et Gigantes confundunt.* V. *Gigantes.*

Tītānĭŭs. *Vīx hĕbĕs hās ōrās ārdŏr Tītānĭŭs āfflăt*, Av. SYN. Phœbēŭs.

Tīthōnŭs. *Tīthōnī crŏcĕūm līnquēns Aūrōră cŭbīlĕ*, Virg. Æn. 4, 585. *Laome-*



Digitized by Google

*dontis Phrygiæ Regis filius, raptus ab Aurorâ et in cicadam versus.* EPITH. Mȳgdŏnĭŭs, Phrȳgĭŭs, *à Mygdoniâ parte Phrygiæ*, sĕnĕx.

**Tītillo.** *Tītillārĕ măgis sēnsūs quām lædĕrĕ pŏssūnt*, Luc. 2, 429. SYN. Mūlcĕo, dēmūlcĕo, pērmūlcĕo, ŏbjĕcto, dēlĕcto, dēlinio, ăllĭcio, ăllĕcto.

**tītio**, ōnis. *Nūllă quiēs dătŭr ā stūltis tītiōnibŭs ignis*, C. SYN. Tŏrris.

**tĭtŭbo.** *illĕ mĕrō sŏmnōquĕ grăvis tĭtŭbārĕ vidētŭr*, Ov. Met. 3, 608. SYN. Văcillo, lābo, nūto, lābāsco, hæsito. VERS. Vēstigĭă prēssō Haūd tĕnŭit tĭtŭbātă sŏlō. Dŭbii stāntquĕ lābāntquĕ pĕdēs. V. *Nuto et Ebrius.*

**tĭtŭli**, ōrūm. *Tĭtŭlis insignis deōrŭm*, Luc. 8, 3. SYN. Nōmĕn, laūs, hŏnŏr, mŏnŭmēntŭm. EPITH. Illūstrēs, insignēs, cĕlĕbrēs, sŭpērbi, grāndĭlŏqui. PHR. Tĭtŭlis ōrnātă sŭpērbis. Insignēs laūdŭm tĭtŭlōs nŭmĕrābŏ tŭārŭm. V. *Nobilitas.*

**tĭtŭlŭs.** *ūtilĭtās sŭă sit, tĭtŭlŭs dōnētŭr ămicæ*, Ovid. Trist. 1, 1, 7. VERS. Hŭnc illi tĭtŭlŭm lōngă sĕnēctă dăbăt.

**Tĭtyŏs.** *Pōrrēctŭsquĕ nŏvēm Tĭtyŭs pēr jūgĕră tērræ*, Tib. 1, 3, 75. *Jovis ac Terræ filius, unus è Gigantibus. Ab Apolline occisus, vel ut alii volunt fulmine percussus fuit, quòd Latonam ad nefandum concubitum sollicitâsset. In inferis, ut fingunt Poëtæ, jacet exporrectus, ibique jecur ejus perpetuò renascens immanis vultur fodit et lancinat.* EPITH. Tērrĭgĕnă, tĕmĕrārĭŭs, aūdāx, fœdŭs, tūrpis, lāscivŭs, immānis, ingēns, misĕr, infēlix. PHR Tērræ ŏmnipŏtēntis ălūmnŭs. VERS. Huic rōstro immānis vūltŭr ădūncō immōrtālĕ jĕcŭr tūndēns, fœcūndăquĕ pœnis Viscĕră, rimātŭrque ĕpŭlis hăbĭtătquĕ sŭb āltō Pēctŏrĕ, nĕc fibris rĕquiēs dătŭr ūllă rĕnātis. Viscĕră præbēbăt Tĭtyŭs lănĭāndă, nŏvēmquĕ jūgĕribŭs distrāctŭs ĕrăt.

**Tmōlŭs**, *alii* Tmōlŭs. *Indiă mittit ĕbŭr, crŏcĕōs ŭt Tmōlŭs ŏdōrēs*, Virg. Geo. 3, 381. *Lydiæ mons unde Pactolus fluit.* EPITH. Divĕs, fĕrāx, fœcūndŭs, fērtilis, ărdŭŭs, āltŭs, sūblimis, āĕrĭŭs, virēns, viridis, grātŭs, ămœnŭs.

**tŏgă.** *ēminĕt ēffūsō cui tŏgă lāxă sinū*, Tib. 1, 6, 40. EPITH. Rōmānă, Aūsŏniă, Lătiă, lōngă, flŭēns, pācifică, ūrbānă. V. *Vestis.*

**tŏgātŭs.** *Rōmānōs rērūm dŏminōs, gēntēmquĕ tŏgātām*, Virg. Æn. 1, 268. PHR. Tŏgā indūtŭs.

**tŏlĕro.** *Pāllānta ādjūngām sŭb tē tŏlĕrārĕ măgistrō*, Virg. Æn. 8, 515. SYN. Fĕro, pērfĕro, pătiŏr, pērpĕtiŏr, sūstinĕo, sŭbĕo, ēxhaŭrio, ēxāntlo. PHR. Cāsibŭs ēxērcĕŏr, ăgitŏr, jāctŏr. Fŏrti, cōnstānti, pătiēnti pēctŏrĕ, ănimō fērrĕ mălŭm, sŏrtēm ăcērbām, cāsŭs iniquōs: Mălis infrāctŭs, făcilisquĕ păti.

**tŏllo**, sūstŭli, sŭblātŭm.—*tōllēmŭs in āstră nĕpōtēs*, Virg. Æn. 1, 151. SYN. Ēvĕho, ēxtōllo, ēffĕro, ērigo, āttōllo, *vel* aūfĕro, dētrăho.

**Tŏlōsă.**—*tŏgă dōctă Tŏlōsæ*, Aus. EPITH. Māgnă, pŏpŭlōsă, splēndĭdă, cĕlĕbris, inclȳtă, divĕs, pŏtēns, dōctă, făcūndă. PHR. Clāră viris. V. *Urbs.*

**tŏnāns.** *Nūrŭs Tŏnāntis ŏccĭdit, nātŭs jăcĕt*, (Iamb.) Sen. V. *Jupiter.*

**tŏnăt.** *āspĕră vĕl păribŭs bēllă tŏnārĕ mŏdis*, Mart. 8, 3, 14. PHR. Cœlŭm tŏnăt ŏmnĕ frăgŏrĕ. Ingēns frăgŏr æthĕră cōmplĕt. Tŏnitrū cœlum ŏmnĕ ciētŭr. Cœlŭm intŏnăt. Māgnō miscētŭr mūrmŭrĕ cœlŭm. Cœlō frăgŏr intŏnăt ingēns. Tŏnitrū cœlŭm tēllŭsquĕ trĕmiscit. Tŏtō rĕsŏnānt tŏnitrŭă cœlō. Pătĕr ŏmnipŏtēns tŏnăt, intŏnăt, fūlmĭnăt. Jūpĭtĕr fūlmĭnă, tŏnitrŭă vibrăt, mittit, tŏrquĕt, jăcŭlātŭr. Māgnŭs ăb æthĕrĕō pērsŏnăt ignĕ frăgŏr. Sŭbitōquĕ frăgŏrĕ Intŏnŭit cœlŭm. Fŭrit ignĕŭs æthĕr Cŭm sŏnitū. Ŏbscūrō rĕsŏnānt cōmmōtă tŏnitrŭă cœlō. Tŏnăt ălti rēgiă cœli. Tēmpēstās sinĕ mŏrĕ fŭrit, tŏnitrūquĕ trĕmiscūnt ărdŭă tērrārŭm, ĕt cāmpi. Pŏrtă tŏnăt cœli, ĕt scŏpŭlis illisă rĕclāmānt Æquŏră. V. *Fulgur et Tempestas.*

**tŏndĕo**, tŏtŏndi, tŏnsŭm. *Tŏndēbit pŭĕrōs jām nŏvă nūptă sŭōs*, M. 11. SYN. Āttŏndĕo, dētŏndĕo. PHR. Fērrō sĕcārĕ, rĕsĕcārĕ, ābscindĕrĕ. VERS. Tŏndēbăt nivĕæ cāndēntiă vēllĕră lānæ. Nĕc minŭs intĕrĕă bārbās, incānăquĕ mēntă Cinȳphii tŏndēnt hirci, sētāsquĕ cŏmāntēs.

**tŏnitrū**, ū; *vel* tŏnitrŭs, ūs. *Dēsŭpĕr infŭndam, ĕt tŏnitrū cœlum ŏmnĕ ciĕbo*, Virg. Æn. 4, 122. EPITH. Grāvĕ, raūcŭm, sŏnōrŭm, tērrificŭm, cŏrūscŭm, văgŭm, sŭbitŭm, hōrrisŏnŭm, tērribĭlĕ, rĕbŏāns, cōmmōtŭm. PHR. Æthĕrĭŭs frăgŏr, tŭmŭltŭs, strĕpitŭs, frĕmitŭs, sŏnitŭs. Æthĕrĭŭm mūrmŭr. Icti āĕris sŏnitŭs, *vel* sŏnŭs. Hūmānŭs mōtūră tŏnitrŭă mēntēs. Frāctō ēxplōsă tŏnitrŭă cœlō. V. *Fulmen et Fulgor.*

**tŏnsŏr**, ōris. *ŏmnibŭs ĕt lippis nōtum, ĕt tŏnsŏribŭs ēssĕ*, Hor. S. 1, 7, 3. EPITH.

Digitized by Google

Fīdūs, fĭdēlis, dŏctūs, sōlers, vĭgil, indūstriūs, cūltūs. PHR. Fērrō resecāt căpillōs Dŏctūs, ēt hirsūtās ēxcŏlŭissĕ gĕnās.

tŏnūs. *Tædiă dūlcisŏnis aūfĕrăt illă tŏnis*, Cap. EPITH. Dūlcis, suāvis, grātūs, Aŏniūs, flēbilis, lūgubris.

tŏpāzūs. *Quāndō păvimēntis clāră tŏpāzūs inēst*, Fort. EPITH. Viridis, virēns, micāns. V. *Gemma*.

tŏrcŭlăr, āris. *Cālcātūrūs ĕrăt qui tŏrcŭlāriă sōlūs*, Fort. SYN. Prælūm. EPITH. Strīdēns, prĕmēns, strĕpēns, ūdūm, mădidūm. V. *Prælum*.

tŏreūmă. *Tōllĕ, pŭĕr, călicēs, tĕpidiquĕ tŏreūmătă Nīli*, M. 11, 12, 1. EPITH. Cælātūm, mārmŏrĕūm, aūrĕūm.

tŏrmēntūm. *Tŏrmēntō fŏrtiūs, ūndās*. SYN. Pœnă, sūppliciūm, crŭciātūs. V. *Pœna*.

*tormentum bellicum*. *Sicŭli nōn invēnērĕ tўrānni Mājūs tŏrmēntūm*, Hor. Ep. 1, 5, 3. SYN. Māchĭnă bēllĭcă, bālistă. EPITH. Mūrālĕ, fūlmineūm, ænēūm, immānĕ, strĕpēns, tŏnāns, Vūlcāniūm, Māvŏrtiūm. PHR. Māchĭnă fūlminis æmūlă. Māchĭnă mūrōs Dējiciēns. Fūlminĕās jăcŭlāns glāndēs. Fūlminĕō vălidōs quæ dējicit impĕtĕ mūrōs. Sŏnitūm cŏncŭssi imĭtātūr Ŏlўmpi. Ingĕntēm lātō vŏmit ōrĕ făvillām. Māchĭnă tērrificō cūm fūlminăt ænĕă bŏmbă. Tŏnăt, ēt raūcis jăcĕt ærĕă fūlmină bŏmbis. Mūrāli cŏncită nūnquām Tŏrmēntō sic săxă frĕmūnt nĕc fūlminĕ tānti Dissūltānt crĕpitūs. Mārtiă sūlphŭrĕās ăgĕrēnt tŏrmēntă făvillās. V. *Balista et Machina*.

tŏrŏsūs. *Hic pŏpŭlūs ridĕt, mūltūmquĕ tŏrŏsă jŭvēntūs*, Pers. 3, 86. SYN. Lăcērtŏsūs, nērvŏsūs.

tŏrpēdo, inis. *Quis nōn indŏmitām miræ tŏrpēdinis ārtēm*, Clem. EPITH. Miră, sōlers, caūtă. VERS. Lōngēquĕ pēr ūndās Pigră vĕnēnātis ēffūndit flāminā vēnis.

tŏrpĕo. *Nĕc tŏrpērĕ grăvi păssūs sūă rēgnă vĕtērnō*, Virg. Geo. 1, 124. SYN. Tŏrpēsco, stŭpĕo, stŭpēsco. PHR. Mēmbră inērs tŏrpŏr hăbĕt, āllĭgăt, vincit, cŏnstringit.

tŏrpŏr, ōris. *illi mēmbră nŏvūs sōlvit fŏrmidĭnĕ tŏrpŏr*, Virg. Æn. 12, 867. SYN. Stŭpŏr: lānguŏr. V. *Stupor, Pigritia*.

tŏrquātūs. *āspicĕ Tŏrquātum ăt rĕfĕrēntēm signă, &c.* Virg. Æn. 6, 828. PHR. Tŏrquĕ ōrnātūs.

tŏrquĕo, si, tūm. *ānnŭa, ēt ēx imā sibilă tŏrquĕt hŭmō*, Prop. 4, 8, 8. SYN. Intŏrquĕo, flecto, inflēcto, *vel* crŭcio, vēxo, ēxcrŭcio, ăngo, pūngo *vel* vibro, jăcŭlŏr.

tŏrquēs *et* tŏrquis. *Sæpĕ Dĕūm nēxis ōrnātæ tŏrquibūs āræ*, Virg. Geo. 4, 276. EPITH. Dīvēs, micāns, aūrĕūs. V. *Monile*.

tŏrrēns. *Dārdănĭūs tŏrrēntis ăquæ, vĕl tūrbĭnis ātri*, Virg. Æn. 10, 503. EPITH. Răpāx, præcēps, vēlōx, viŏlēntūs, ăquōsūs, tūrbidūs, spūmāns, hўbērnūs, fŭrēns, cădēns, rŭēns, lābēns, sŏnōrūs, sŭbitūs, mōntānūs. PHR. Rŭēns dē mōntibūs āmnis. Ūndis plŭviālibūs aūctūs. Ripis căpācibūs ēffūsūs. VERS. Răpāx cădit pārtēsquĕ lăpsi mōntis ēxēsās rŏtăt. Răpidūs mōntānō flūmĭnĕ tŏrrēns Stērnit ăgrōs, stērnit sātă lætă. Tūmidūs cūm vērticĕ tŏrrēns săxă rŏtăt. Intērcēptūs ăquis sŭbiti tŏrrēntis. (*Ovidius torrentem alloquens.*) Pārvūs ĕrās, mĕmĭni, nĕc tē trānsirĕ rĕfūgi, Sūmmăquĕ vix tālōs cōntigit ōră mĕōs: Nūnc rŭis ŏppŏsitō nivibūs dē mōntĕ sŏlūtis, Ēt tūrpi crāssās gūrgĭtĕ vŏlvis ăquās. V. *Pluvius, Inundatio*.

tŏrrĕo. *ēt tŏrrērĕ părānt flāmmis ēt frāngĕrĕ săxō*, Virg. Æn. 1, 183. SYN. Ăsso: *vel* ūro, crĕmo, ădūro, pĕrūro, ēxūro. VERS. Insērtō tŏrrērĕ ēxānguă fērrō Viscĕră cæsārūm pĕcŭdūm. Ōrdĭne ăhēnă lŏcānt ălii, fūsiquĕ pĕr hērbām Sūbjiciūnt vērŭbūs prūnās ēt viscĕră tŏrrēnt. V. *Uro*.

tŏrridūs. *Sēmpĕr sōlĕ rŭbēns ēt tŏrridă sēmpĕr ăb igni*, Virg. Geo. 1, 234. SYN. Ūstūs, ēxūstūs, pĕrūstūs, *vel* āridūs, siccūs, ărēns.

tŏrris. *Fūnĕrĕūm tŏrrēm mĕdiōs cŏnjēcit in ignēs*, Ov. M. 8, 512. SYN. Titio. EPITH. Ārdēns, fūmāns, āmbūstūs, āccēnsūs, flāmmāns, flāmmifĕr, ignitūs, ignĕūs, rŭbēns, ignifĕr. VERS. Obviūs āmbūstūm tŏrrēm rŭtilāntĕ făvillā Cŏrripit, ēt vĕniēnti hŏsti, plāgāmquĕ fĕrēnti, Ōccŭpăt ōs flāmmis.

tŏrtĭlis. *Hūnc aūt tŏrtilibūs vibrātă fālārică nērvis*, Luc. 6, 198. SYN. Tŏrtūs, intŏrtūs.

tŏrtŏr, ōris. *Tūnc fēlix quŏtiēs ăliquis tŏrtŏrĕ vŏcātō*, Juv. 14, 21. V. *Carnifex*.

Digitized by Google

**Torŭs.**——*vĭrĭdāntĕ tŏrō cōnsēdĕrăt hērbæ*, Virg. Æn. 5, 388. SYN. Lĕctŭs, cŭbīlĕ: *vel* lăcĕrtŭs, nērvŭs.

**tŏt.** *insignēm pĭĕtātĕ vĭrūm, tŏt ădīrĕ lăbōrēs*, Virg. Æn. 1, 14.

**tŏtĭdēm.** *ērrāmŭs pĕlăgō tŏtĭdēm sĭnĕ sīdĕrĕ nōctēs*, Virg. Æn. 3, 204.

**tŏtiēs.** *Nē pŏpŭlum ēxtrēmā tŏtĭēs ēxōrĕt ărēnā*, Hor. Ep. 1, 1, 6. PHR. Tām sæpĕ.

**tōtŭs.** *instābăt tōtā cui tŭă nōctĕ cănis*, Tibull. 1, 6, 32. SYN. Ōmnis, cūnctŭs, ūnĭvērsŭs: *vel* intĕgĕr, pērfēctŭs, plēnŭs, sŏlĭdŭs.

**tŏxĭcūm.** *ēt bĭbĕre ē tōtā tŏxĭcă Thēssălĭā*, Prop. 1, 5, 6. V. *Venenum.*

**trăbēă.** *Sūccīnctŭs trăbēā lævāque āncīlĕ gĕrēbăt*, Virg. Æn. 7, 188. EPITH. Rōmŭlĕă, Quirinālis, *à Romulo*, pūrpŭrĕă, sacră. V. *Vestis.*

**trăbĕātŭs.** *Hōc ĭgĭtŭr vīdĭt trăbĕātī cūră Quĭrīnī*, Ov. Fast. 1, 37. PHR. Trăbēā indūtŭs, sūccīnctŭs.

**trābs, trăbis.**—*hic trăbĭbŭs cōntēxtŭs ăcērnis*, Virg. Æn. 2, 112. SYN. Tignūm, tĭgillūm, rōbŭr. EPITH. Lōngă, fīrmă, sŏlĭdă, vălĭdă, ărbŏrĕă, frāxĭnĕă, quērnă, ăcērnă, sēctă, cōntēxtă, cōmpāctilis. VERS. Cōntēxtūm trăbĭbūs quērnīs ēt rōbŏrĕ sēctō. *Trabs pro navi.* Văstūmquĕ căvā trăbĕ cūrrĭmŭs æquŏr.

**trāctābĭlis.** *Quāssātæquĕ rătēs, ēt nōn trāctābĭlĕ cælūm*, Virg. Æn. 4, 53. SYN. Dŏcĭlis, făcĭlis, mānsuētŭs, bĕnīgnŭs. V. *Comis.*

**trācto.** *Trāctānt fābrĭlĭă fābri*, Hor. Ep. 2, 1, 116. SYN. Āttrācto, cōntrēcto, tāngo: mănĭbŭs pērtēnto, vērso, vŏlūto: *vel* mūlcĕo, dēmūlcĕo, lēnio, dēlīnio: *vel* dispŭto, dissĕro: dŏcĕo. VERS. Īllĕ mănū mūlcēt prŏpēxam ăd pēctŏră bārbām. Haūd ūnquām mănĭbŭs jāctātă fătiscit. Ārĕt Pēllis, ēt ăd tāctūm trāctānti dūră rĕsistit.

**trāctŭs, ūs.** *Trāctū sūrgēns ŏlĕāstĕr ĕŏdēm*, Virg. Geo. 2, 182. SYN. Ōră, plāgă, rĕgio, tēllūs, tērră, sŏlūm.

**trădĭtŭs.** *trădĭtum ăb āntīquīs mōrēm sērvārĕ, &c.* Hor. Sat. 1, 4, 117. SYN. Prōdĭtŭs; *vel* dătŭs.

**trādo, trădĭdi, dĭtūm.**——*Nūpĕr mĭhi trădĭdĭt Ægōn*, Virg. Ecl. 3, 2. SYN. Prōdo; *vel* dō, præbĕo, trĭbŭo; *vel* dŏcĕo, dico, rĕfĕro, nārro, mĕmŏro, cōmmĕmŏro.

**trādūco, xi, ctūm.** *ātquĕ sătās ălĭō vīdī trādūcĕrĕ mēssēs*, Virg. Ecl. 8, 99. SYN. Trānsfĕro, ābdūco, cōnvērto, rĕfĕro, cōnfĕro; *vel* prōdūco, prōtrăho, ăgo, dūco, cōnsūmo: *vel* trājĭcio, trānsvĕho.

**trăgĭcŭs.** *Cārmĭnĕ quī trăgĭcō vīlēm cērtābăt ŏb hīrcūm*, Hor. A. Poët. 229. SYN. *Metaph.* Tristis, fătālis, fūnēstŭs.

**Trăgœdĭă.** *ēffūtīrĕ lĕvēs indīgnă trăgœdĭă vērsūs*, Hor. A. Poët. 231. *Poëmatis genus, quo Regum Principumve calamitates præcipuè depinguntur. Tragœdi utebantur Syrmate, et Cothurno ad majestatem, unde* Syrma *et* Cothurnus *pro Tragœdiâ seu Poëmate gravissimo usurpantur.* EPITH. Tristis, mœstă, flēbĭlis, lăcrўmōsă, grăvis, sĕvēră. PHR. Trăgĭcūm cārmĕn. Trăgĭcă Mūsă, *vel* Cămœnă. VERS. Grāndĕ sŏnānt Trăgĭci, Trăgĭcūs dĕcēt īră cŏthūrnōs. Quæ grăvĭbūs vērbīs ănĭmōsă trăgœdĭă dicit. Ōmnĕ gĕnūs scrīpti grăvĭtātĕ trăgœdĭă vincit (*Ovid.* 3. *Amor. Eleg.* 1.) Vēnĭt ēt ingēnti vĭŏlēntă Trăgœdĭă pāssū; Frōntĕ cŏmæ tōrvā, pāllă jăcēbăt hŭmī: Lævă mănūs scēptrūm lătĕ rēgālĕ tĕnēbăt, Lўdĭŭs āptă pĕdūm vīnclă cŏthūrnŭs ĕrăt. V. *Cothurnus.*

**trăgœdŭs.** *Hæc dĕ cōmœdīs tē cōnsŭlit, īllă trăgœdūm*, Juv. 6, 395. EPITH. Grăvis, vōcĭfĕrāns, mœstŭs. PHR. Stābāt Rōmă grăvēs sĭmŭl aūdĭtūră trăgœdōs.

**trăho, trāxi, ctūm.** *Nē trăhăt ĕt mēnsæ dūcăt in ōrbĕ nŏtās*, Tib. 1, 6, 20. SYN. Ēxtrăho, āttrăho, haūrio: *vel* răpio, dūco, ābdūco; *vel* āllĭcio, āllēcto, impēllo. VERS. Mē Pārnāssi dēsērtă pĕr ārdŭă dūlcis Răptăt ămŏr. Trăhit sŭă quēmquĕ vŏlūptās. Nēsciŏ quā nātālĕ sŏlūm dūlcēdĭnĕ cūnctōs Dūcit, ēt immĕmŏrēs nōn sinit ēssĕ sŭī.

**trājĭcio, trājēci, ctūm.** *æthĕrĭō cūrsū trājēcĕrăt āxēm*, Virg. Æn. 6, 536. SYN. Trānsĕo, trānsgrĕdĭŏr; *vel* trānsmitto, trādūco, trānsfĕro, trānsvĕho *vel* trānsfīgo, trānsădigo.

**trāmĕs, ĭtĭs.** *Quā făcĭt āssĭdŭō trāmĭtĕ vūlgŭs ĭtĕr*, Prop. 3, 16, 26. V. *Collis, Via.*

**trāno, ās.**—*ēt māgnōs Ĕrĕbī trānāvĭmŭs āmnēs*, Vir. Æn. 6, 671. SYN. Trānsno, trānsnăto: *vel* trānsĕo, trānsmĕo. PHR. Nāndo, nătātū trājĭcio. VERS.

Trānsnārĕ sŏnōrās Tŏrrēntūm fŭrĭās. Sŭpĕrānt mōntēs, ĕt flūmĭnă trānānt. Intērrĭtă Tībrĭm Trānāvit frāngēns ūndām pŭĕrīlĭbŭs ūlnĭs. Obsĕquĭō trānāntŭr ăquæ nĕc vincĕrĕ pŏssis Flūmĭnă, sī cōntrā, quām sinit ūndă, nătēs. V. *Nato.*

**trănquillŭs.** *Trănquillă sĕnĕctūs,* Hor. S. 2, 1, 57. SYN. Quiētŭs, plăcĭdŭs, pācātŭs.

‖ trănquillĭtās, ātis. SYN. Pāx, quĭēs. V. *Quies, Pax, Mare tranquillum, serenum, sudum.*

**trānsădĭgo**, ēgi, āctūm. SYN. Trānsvērbĕro, trānsfigo, trānsfŏdio. V. *Transfigo.*

**trānscēndo**, di. *Fīnēs trānscēndĕrĕ jūris,* Luc. 3, 605. SYN. Sŭpĕro, trānsgrĕdiŏr, ăscēndo. V. *Ascendo.*

**trānscrībo**, psi, ptūm. *ĕt sŭă Dārdănĭīs trānscrībī scēptră cŏlōnīs,* Virg. Æn. 7, 422. SYN. Exscrībo, dēscrībo: *vel* trānsfĕro.

**trānsĕo.** *Nōn ŭbi trānsĭĕrăt, sŏlĭtō cĕlĕbrētŭr hŏnōrĕ,* Ovid. Fast. 2, 639. SYN. Trānsgrĕdiŏr, trānsmĕo, trānsmigro, trājĭcio, pērmĕo, trānscēndo, trānsmitto, pĕnetro, pērvādo, rūmpo, pērrūmpo, trānsĭlio: *vel* ŏmitto, prætĕrĕo. PHR. Vĭām făcio, ăpĕrio, ĭtēr mĕliŏr, tĕnĕo. tĕnĕo pēr. V. *Eo.*

**trānsfĕro**, trānstŭli, trānslātūm. *Trānsfĕrĕt ĕt lōngām mūltā vī mūnĭĕt Ālbām,* Virg. Æn. 1, 275. SYN. Trānsvĕho, trānspōrto, trājĭcio, trānsmitto, trādūco.

**trānsfigo**, fixi, trānsfixūm.—*mĕdĭūm trānsfīgĕrĕ fērrō,* Mart. 5, 51, 2. SYN. Trānsădĭgo, trānsfŏdio, trājĭcio, trānsvērbĕro, cōnfŏdio. PHR. Cŏrpŭs, pēctŭs, lătŭs, viscĕră fērrō figo, fŏdio, pērfŏro, trānsfigo. Fērrūm pēr viscĕră, pēr pēctŭs ădigo, ĕxigo. Fērrūm in ĭlĭă mērgo. Ēnsēm pēctŏrĕ cōndo. Lătŭs mūcrōnĕ rĕsōlvo. Dēxtrāquĕ cŏrūscūm Extŭlit, āc lătĕri căpŭlō tĕnŭs ābdĭdit ēnsēm. Vīrĭbŭs ēnsis ădāctŭs Trānsădĭgit cōstās, ĕt cāndĭdă pēctŏră rūmpit. Quŏque ĕrăt āccinctŭs dēmisit in ĭlĭă fērrūm. Fērrum ădvērsō sŭb pēctŏrĕ cōndit.

**trānsfŏdio**, fōdi, fŏssūm. *Gĕmĭnō trānsfŏdit vūlnĕrĕ pēctŭs,* Ovid. SYN. Trānsfigo, trānsvērbĕro, cōnfŏdio.

**trānsfōrmo.**] *ōmnĭă trānsfōrmăt sēse in mīrācŭlă rērūm,* Virg. Geo. 4, 441. SYN. Mūto, immūto, vărio. PHR. Vĕtĕrēs mūtārĕ fĭgūrās. Fōrmās vărĭātŭr in ōmnēs. VERS. Illĕ sŭæ cōntrā nōn immĕmŏr ărtis, Omnĭă trānsfōrmăt sēse in mīrācŭlă rērūm, Ignēmque, hōrribĭlēmquĕ fĕrām, flŭvĭūmquĕ lĭquēntēm. Vērtĕrĕ quæ pŏtĕrānt hŏmĭnēs in millĕ fĭgūrās. Ālēctō tŏrvām făciem ĕt fŭrĭālĭă mēmbră Exŭit, in vūltūs sēsē trānsfōrmăt ănīlēs. In villōs ăbĕūnt vēstēs, in crūră lăcērti: Fit lŭpŭs, ĕt vĕtĕris sērvăt vēstīgĭă fōrmæ. V. *Metamorphosis.*

**trānsfŭgă.** *Nūdŭs cāstră pĕto ĕt trānsfŭgă dīvĭtūm,* (Chor.) Hor. Od. 3, 16, 23. SYN. Pērfŭgă, dēsērtŏr.

**trānsigo**, ēgi, āctūm. *Tērrĭbĭlēm jūstō trānsēgit Āchillĕă fērrō,* Lucan. 10, 523. SYN. Trādūco, pērăgo, dūco, ăgo.

**trānsĭlio**, ĭi. *Strīdēns ĕt cĕlĕrēs incōgnĭtă trānsĭlit ūmbrās,* Virg. Æn. 12, 859. SYN. Trānsĕo, trājĭcio, pērmĕo, pĕnetro, pērvādo, pērrūmpo, prætĕrĕo.

**trānsĭtŭs.** *Trānsĭtŭs ipsĕ tămĕn spēctāntĭă lūmĭnă fāllit,* Ov. Met. 6, 66. EPITH. Brĕvis, făcilis. V. *Via.*

**trānslātŭs.** *ēheu trānslātōs ălĭō mœrēbis ămōrēs,* Hor. Epod. 15, 23. SYN. Trānsmissŭs, trādūctŭs.

‖ trānsmigro. V. *Transeo.*

**trānsmūto.**—*ĭmă lŏcāns, trānsmūtăt dēxtĕră lævis,* Lucr. 2, 487. SYN. Immūto, cōmmūto, mūto.

‖ trānsnăto, ās. SYN. Enăto, trānsmĕo. V. *Trano.*

**trānsvērbĕro.** *ĕt jăcit, illă vŏlāns clȳpĕī trānsvērbĕrăt æră,* Virg. Æn. 10, 336. SYN. Trānsfŏdio, trānsfigo. V. *suprà, Transfigo.*

**trānsvērsŭs.** *Trānsvērsō călămō signūm,* Hor. A. P. 447. SYN. Oblīquŭs.

**trăpētūm**, i, *vel* trăpēs, ētis. *Tĕrĭtŭr Sĭcyŏnĭă băccă trăpētis,* Virg. Geo. 2, 519. EPITH. Ūnctūm, mădĭdūm, Pāllădĭūm, *ab olivis Palladi sacris,* dūrūm, mārmŏrĕūm, rŭdĕ.

**trĕcēni.** *Nōn sī trĕcēnis quŏtquŏt ĕūnt dĭēs,* (Alc.) Hor. Od. 2, 14, 5.

**trĕcēnti.** *ēxpērtōs bēlli jŭvĕnēs, ăst Īlvă trĕcēntōs,* Virg. Æn. 10, 173. SYN. Tēr cēntūm.

**trĕmĕfăcio.** *ānnŭit, ĕt tōtūm nūtū trĕmĕfēcit Ŏlȳmpūm,* Virg. Æn. 9, 106. SYN. Tērrĕo, ĕxtērrĕo: trĕmĕrĕ cōncŭtio.

**trĕmēndŭs.** *Vīsūque ădĭtūquĕ trĕmēndŭs,* Stat. Th. 10, 158. SYN. Hōrrĭdŭs, hōrrĭbĭlis, tērrĭbĭlis, hōrrēndŭs, tērrĭfĭcŭs.

Digitized by Google

**trĕmēns.** *ārmă diū sēniŏr dēsuētă trĕmēntĭbŭs ævi*, Virg. Æn. 2, 509. SYN. Trĕmĕbūndŭs, trĕmĕfăctŭs. V. *infrà Trepidus.*

**trĕmo**, ŭi. *ārmōrum ēt rădiis pictă trĕmĕbăt ăquă*, Prop. 4, 6, 26. SYN. Trĕmisco, cōntrĕmisco, trĕpido, hŏrrĕo: *vel* văcillo, nūto, lăbo. VERS. Āttŏnitōs sŭbitŭs trĕmŏr ōccŭpăt ārtŭs. Văgŭs pĕr ārtŭs ērrăt ēxcŭssŭs trĕmŏr. Ēt cōrde ēt gĕnĭbŭs trĕmit. Cŏr āttŏnitŭm sălit. Văpidūmquĕ trĕpidis pălpităt vēnis jĕcŭr. Gĕlidŭsquĕ cūcūrrit Īmă pĕr ōssă trĕmŏr. Ūt quătitŭr trĕpidō frăxină virgă Nŏtō, Sic mĕă vibrāri pāllĕntiă mēmbră vidērēs, Ūtquĕ lēvi Zĕphўrō grăcĭlēs vibrāntŭr ărīstæ, Frigĭdă pōpŭlĕās ūt quătit aūră cŏmās. V. *Timeo.*

**trĕmŏr**, ōris.——*cūr āntĕ tŭbām trĕmŏr ōccŭpăt ārtūs*, Virg. Æn. 11, 424. SYN. Trĕpidātio: hōrrŏr, păvŏr, timŏr. V. *Timor.*

**trĕmŭlŭs.**——*trĕmŭlōquĕ grădū vĕnit ægră sĕnēctūs*, Ov. Met. 14, 143. SYN. Trĕmēns, trĕmĕfăctŭs, trĕpidāns, trĕpidŭs, trĕmĕbūndŭs, păvidŭs, timidŭs, tērritŭs, cōntērritŭs. V. *Timens.*

**trĕpido**, ās. *ingĕnti trĕpidārĕ mētū*, &c. Virg. Æn. 6, 491. SYN. Trĕmo, hōrrĕo.

**trĕpidŭs.** *āccĕpit trĕpidōs, āc Nisūm dicĕrĕ jūssit*, Virg. Æn. 9, 233. SYN. Trĕmēns, trĕmĕfăctŭs, trĕpidāns, trĕmĕbūndŭs, păvidŭs, timidŭs, tērritŭs, ēxtērritŭs, cōncūssŭs, văcillāns. V. *Timens.*

**trĭbŭlŭs.** *Lŏliūm trĭbŭlīquĕ fătigānt*, Ov. Met. 5, 436. EPITH. Ăcūtŭs, āspĕr, hōrridŭs, mōrdāx, scăbĕr, rigidŭs. *Carduus.*

**trĭbūnăl**, ālis. *Prætēxta, ēt trăbĕæ, fāscēs, lēctīcă, tribūnăl*, Juv. 10, 35. SYN. Thrŏnŭs, sŏliūm. EPITH. Sūblimĕ; jūridicūm, æquūm, jūstūm. PHR. Jūdicis, *vel* jūridicūm sŏliūm, sĕdilĕ. Fŏrēnsis sēdēs. VERS. Stăt jūdicis āntĕ tribūnăl Păllidŭs.

**trĭbūnŭs.** *Sūmĕrĕ dēpŏsitūm clāvūm, fiĕriquĕ Tribūnūm*, Hor. Sat. 1, 6. EPITH. Pŏtēns, plēbēiŭs.

**trĭbŭo**, ŭi, ūtūm. *Risērūnt făcilēs ēt tribŭĕrĕ Dĕi*, Mart. 1, 104, 4. SYN. Dŏ, præbĕo, trādo, lārgiŏr, impērtio, *vel* dēfĕro, cōncēdo, *vel* ārrŏgo, ādscrībo.

**trĭbūtūm.** *Ēt Vĕnŭs ē tōtā gēntĕ tribūtă pĕtăt*, Ov. Ep. 4, 54. SYN. Vēctigăl, pōrtōriūm. V. *Vectigal.*

**trĭcēps**, cipitis. *Tūquĕ tricēps Hĕcătē.*———Ovid. Met. 7, 194. SYN. Tērgĕminŭs, trifōrmis. PHR. Triplici căpitĕ hōrrēns.

**trīclīniūm.** *Strātăquĕ nōn ūnās cingānt triclīniă Baiās*, Mart. 10, 13, 3. SYN. Cœnăcŭlūm.

**trĭcŏrpŏr**, ŏris. *Gĕrўŏnis pĕtĕrĕt cūm lōngă tricōrpŏris ārvă*, Sil. 3, 422. SYN. Trifōrmis, tērgĕminŭs. PHR. Triplici cōrpŏrĕ hōrrēndŭs.

**trĭcūspis**, idis.——*pŏsitōquĕ tricūspidĕ tēlō*, Ov. 1, 330. SYN. Tridēns, trifidŭs, trisŭlcŭs.

**trĭdēns.** *Fūdit ĕquūm, māgnō tēllūs pērcūssă tridēnti*, Virg. G. 1, 13. SYN. Fŭscină. EPITH. Sævŭs, æquŏrĕŭs, mināx, trifidŭs, ūncŭs, ădūncŭs, vălidŭs, tērrificŭs, Nĕptūniŭs. PHR. Triplēx, *vel* trisŭlcă, cūspis, hāstă. Tēlūm tricūspis, triplēx. Tērgĕmină cūspidĕ tēlūm. Nĕptūni scēptrūm. Fŭscină dēntĕ mināx, æquŏră mūlcēns. Quŏd tēmpĕrăt æquŏr. VERS. Fūdit ăquās tēllūs pērcūssă tricūspidĕ tēlō. Nōn illi impĕriūm pĕlăgi, sævūmquĕ tridēntēm, Sēd mihi sōrtĕ dătūm.

**trĭdēntĭfĕr**, ĕri. *Rēgnă văgæ, dixi, sōrtitĕ Tridēntifĕr ūndæ*, Ovid. Met. 8, 595. V. *Neptunus.*

**trĭdŭūm.** *Sī sōlŭs tibi tridŭō lĕgātŭr*, (Phal.) Mart. 2, 6, 12. V. *Dies.*

**trĭfaūx**, aūcis. *Cērbĕrŭs hæc ingēns lātrātū rēgnă trifaūci*, Virg. Æn. 6, 417. V. *Cerberus.*

**trĭfĭdŭs.** *Naiădēs Hēspĕriæ trifidā fūmāntiă flāmmā*, Ov. Met. 2, 325. SYN. Trisŭlcŭs, tricūspis.

**trĭgēsĭmŭs.** *Bis jām pēnĕ tibi cōnsŭl trigēsimŭs instăt*, Mart. 1, 16, 3. SYN. Tēr dēnŭs.

**trĭgĭnta.** *Tēr trigintă quădrūm pārtēs pĕr sidĕră rēddānt*, L. *Trigintā māgnōs vōlvēndis mēnsibŭs ōrbēs*, Virg. Æn. 1, 273.

**trĭlinguis.** *Caūdām ēt rĕcēdēntis trilingui*, (Iamb. cum syll.) Hor. Od. 2, 19, 31. PHR. Triplici linguā, ōrĕ trilingui mināx. Tricūspidĕ linguā ārmātŭs.

**Trīnacrĭă.** V. *Sicilia.*

**SS. Trĭnĭtās**, ātis. *Mōnstrāns hŏnōrēm Trinitātis hōspitæ*, (Iamb.) Pr. SYN. Triăs. EPITH. Sānctă, ālmă, vĕnĕrāndă, ădōrāndă. PHR. Ætērnŭs Gĕnitŏr,

Digitized by Google

Prōlēs æquævă Părentī, Spīrĭtŭs ŏmnĭpŏtēns, āmbōrūm mūtŭŭs ārdŏr. Pērsōnă triplēx, idĕm Dĕŭs. Dĕŭs trīnŭs ĕt ūnŭs. Pērsōnă triplēx, sŭbstāntĭā simplēx, æquālis, cōnsŏrs, ātquĕ cŏævă sibi. VERS. Ūnă trĭūm Dĕĭtās, ūna ĕst ēssēntĭa, ăb ūnō ŏmnĭpŏtēns Gĕnĭtōr, Nātūsque ĕt Spīrĭtŭs ālmŭs. Quæ Pătĕr, hæc Gĕnĭtūs, Spīrĭtŭs illĕ pŏtēst. Pătris ĕt æquævæ Prōlis, Flātūsquĕ săcrātī Splēndĕăt ætērnā lāŭdĕ pĕrēnnis hŏnōr. Glōriă sūmmă Pătris, Nātīque ĕt Fūminis ālmi. V. *Deus.*

Triōnēs, ūm. *Ārctūrūm, plŭvĭdāsque Hyădās, gĕmĭnōsquĕ Triōnēs,* Virg. 1, 743. EPITH. Hypērbŏrĕi, gĕlidi, glăcĭālēs, nivōsi. V. *Arctos.*

triplēx, icis. *Nec vāni triplĭcēs, brĕvēsquĕ māppæ,* (Phal.) Mar. SYN. Tergĕmĭnŭs.

tripŭdio, ās. *Crēdūntūrquĕ săcrō trĭpŭdĭārĕ grădū,* Fast. SYN. Ēxŭlto, sālto. V. *Salto, Chorea.*

tripūs, ŏdis. *ĕt trĭpŏdās sēptēm, pŏndĕre ĕt ārtĕ părēs,* Ov. Ep. 3, 32. *Cathedra seu Sella tribus constans pedibus. Celebris fuit Tripus Apollinis Delphici, in quâ Phœbus vaticinabatur.* SYN. Cōrtīnă. EPITH. Săcĕr, fātĭdĭcŭs, præsāgŭs, cĕlĕbris, Dēlphĭcŭs, Āpōllĭnĕŭs, Phœbēŭs.

trirēmis. *Nāūsĕăt ăc lŏcŭplēs quĕm dūcit prīvă trĭrēmis,* Hor. Ep. 1, 1, 93. SYN. Nāvis, rătis. V. *Navis.*

tristis. *Pōst tămĕn ĕt mĭsĕrōs tristis ĕt āspĕr ămŏr,* Tibull. 1, 6, 2. SYN. Mœstŭs, mœrēns, dŏlēns, āfflictŭs, ānxĭŭs, sŏllĭcĭtŭs, cōntrīstātŭs. PHR. Mœrōrĕ, *vel* tristĭtĭā prēssŭs, dējēctŭs, gĕmēns. Tristĭtĭă, *vel* mœrŏr mēntēm prĕmit, vēxăt, āngit. VERS. Mœstă jăcēt, tūnditquĕ gĕnās. Mœrēns incōnsōlābĭlĕ vūlnŭs Mēntĕ gĕrit tăcĭtā. Ægrēscūnt mœsti, squāllēnt circum ŏmnĭă lūctū. V. *Doleo et Tristitia.*

tristĭtĭă. *Pēctŏră tristĭtĭæ dīssŏlŭēndă dĕdĭt,* Tibul. 1, 7, 40. SYN. Mœrŏr, mœstĭtĭă, dŏlŏr, āngŏr, squāllŏr, lūctŭs, ærūmnă, ānxĭĕtās. EPITH. Grăvis, ăcērbă, mŏlēstă, quĕrŭlă, ăcūtă, ācris, intŏlĕrābilis, sūmmă, vĭŏlēntă, īnfāndă, īnsānă, sævă, ŏdĭōsă, fictă, ŏccūltă, pĕrpĕtŭă, diūtūrnă, lānguēns, squāllēns, ānxĭă, sŏllĭcĭtă, ingēns, atrŏx. PHR. Tristĭtĭæ ŏnŭs, nūbēs. Dūri lăbōrēs ănimi. Cūræ tristēs. Tristĕ vūlnŭs mēntis. Tristis sŏllĭcĭtūdo, ănimi āngŏr, dŏlŏr implācābĭlis. Squāllēns cūltŭs. Cōntrāctæ nūbĭlă frōntis. Mœrēntĭă pēctŏră. Mœrŏr flētū pāstŭs, ĕt sinĕ sānguĭnĕ pāllŏr. V. *Dolor.*

‖ tristŏr, āris. SYN. Mœrĕo, cōntristŏr, dŏlĕo, gĕmo. PHR. Tristĭtĭā, mœrōrĕ, dŏlōrĕ prēmŏr, ŏpprimŏr, dējĭcĭŏr, ŏbrŭŏr, sĕpĕlĭŏr. Tristĭtĭă, *vel* mœrŏr, mēntēm prĕmit, vēxăt, āngit. V. *Dolor, Gemo, Queror, Tristis.*

trisŭlcŭs, ă, ŭm.—*linguis mĭcăt ōrĕ trisŭlcis,* Virg. Æn. 2, 475. SYN. Trifĭdŭs, tricūspis, tridēns.

trĭtĭcĕŭs. *ăt si trĭtĭcĕam in mēssēm rŏbūstăquĕ fārră,* Virg. Geo. 1, 219. SYN. Cĕrĕālis.

trĭtĭcūm. *Plaut.* SYN. Fār, frūmēntūm, trĭtĭcĕă sĕgēs. V. *Frumentum, Seges.*

Trītōn, ōnis. *Trītōnēsquĕ cĭtī, Phōrcĭque ēxērcĭtŭs ŏmnis,* Virg. Æn. 5, 824. *Marinus Deus, Neptuni filius et tubicen, concham habens pro tubâ.* EPITH. Cærŭlĕŭs, cærŭlŭs, æquŏrĕŭs, mărīnŭs, glaūcŭs, sēmĭfĕr, squāmōsŭs, squāmĕŭs, flūctĭvăgŭs, hūmidŭs, ūdŭs, hūmēns, mădidŭs, răpidŭs, lēvis, cĕlĕr, vēlōx. PHR. Stăt cĕlĕr ŏbsĕquĭō jūssa ăd Nēptūnĭă Trītōn. Quāquĕ văgŭs sē tōllit in æquŏră Trītōn. Pēr frētă piscĕ sĕdēns mădidŭs năt cærŭlă Trītōn.

Trītōnĭŭs. *Nēc dŭbĭis eă signă dĕdĭt Trītōnĭă mōnstris,* Virg. Æn. 2, 171. V. *Minerva.*

trītŭs. *Trītŭs ĕt ē mĕdĭō fōrtūnæ dūctŭs ăcērvō,* Juv. 13, 10. SYN. Āttrītŭs, cōntrītŭs: *vel* cālcātŭs: *vel* ēxāctŭs, ēlāpsŭs.

Trĭvĭă. *Jām sŭbĕūnt Trĭvĭæ lūcōs, ātque aūrĕă tēctă,* Virg. Æn. 6, 13. *Dianæ nomen, quia triformis,* vel *quòd triviis præesset.* V. *Diana, Proserpina.*

trĭūmphālis. *Sāxă trĭūmphālēs frēgērĕ Căphārĕă pūppēs,* Prop. 3, 7, 39.

trĭūmphātŏr, ōris. *ērgō trĭūmphātōr lătĭtāntĕ ĕx hōstĕ tŏgātŭs,* Prud. in Sym. 1, 539. SYN. Trĭūmphāns, ŏvāns, victŏr. PHR. Trĭūmphō cĕlēbĕr, clārŭs, illūstris. Trĭūmphōs mĕrĭtŭs. V. *Victor.*

trĭūmphātŭs. *illĕ trĭūmphātā Căpĭtōlia ăd āltă Cŏrinthō,* Virg. Æn. 6, 836. SYN. Victŭs, dēbēllātŭs, dēvictŭs, sŭpĕrātŭs, dŏmĭtŭs.

trĭūmpho. *Nātă cŏrōnātis Mūsă trĭūmphăt ĕquis,* Prop. 3, 1, 10. SYN. Ŏvo, *vel* ēxŭlto, lætĭtĭā gēstio. PHR. Trĭūmphūm ăgo, dūco. Trĭūmphō invĕhŏr; ăd tēmplă Dĕūm *vel* Dĕōrūm dūco trĭūmphōs. Trĭūmphi dĕcŭs, *vel* hŏnōrēs rĕfĕro.

Digitized by Google

Incēdo triŭmphāli dēvinctŭs tempŏră laūrō. Victrīcēs gĕrĕrĕ laūrōs. Laūrigĕrōs trānscēndĕrĕ cūrrūs. VERS. Īllĕ triŭmphātā Căpitōliă ăd āltă Cŏrinthō Victŏr ăgĕt cūrrūm, cæsis insignis Ăchivis. Cui laūrūs ætērnōs hŏnōrēs, Dălmătĭcē pĕpĕrit triŭmphō. V. *Victor et Triumphus.*

triŭmphŭs. *Pārtōque ibit rēgină triŭmphō*, Virg. 2, 578. SYN. Ŏvātio. EPITH. Clārŭs, insignis, cĕlebris, sŭpērbŭs, lætŭs, fēstŭs, fēstivŭs, săcĕr, aūgūstŭs, laūrigĕr, sūblimis, dĕcōrŭs, āmbitiōsŭs. PHR. Triŭmphi, pōmpă, dĕcŭs, hŏnŏr. Triŭmphālis pōmpă, cūrrŭs. Triŭmphālēs ĕqui. Laūri triŭmphālēs. Victŏr cūrrŭs cŏrōnātis dūctŭs ĕquis. Ætērni triŭmphi, sōlēnnis pōmpă, fēsti hŏnōrēs. VERS. Pārtōque ibit Rēgină triŭmphō. Ingrĕdiŏr cūrrū lætōs imitāntĕ triŭmphōs. Frāncĭă nōbilibūs jāmjam illūstrāndă triŭmphis. Sōlēnnēs Rēgūm visūră triŭmphōs. Hæc tibi măgnificŭs pōmpă triŭmphŭs ĕrit. Nŏvōs pūbēs Rōmānă triŭmphōs Vidit, ĕt ēvinctōs brăchiă căptă dŭcēs: Āt tē victrīcēs laūrōs, Mēssāllă, gĕrēntēm Pōrtābāt nivĕis cūrrŭs ĕbūrnŭs ĕquis. Ērgo ŭbi præclārōs pŏscēnt tŭă făctă triŭmphōs. Tū dŭcibūs lætis ădĕris, cūm lætă triŭmphūm Vōx cănĕt, ĕt lōngās visēnt Căpitōliă pōmpās. Sic tāndem insuētō Căpitōliă cēlsă triŭmphō Ingrĕditūr, grātēsquĕ Diis pērsōlvit ămicis. Nōn Ărgŏlici prædă triŭmphi sŭbjēctă fĕrēt cōllă trŏphæis. V. *Victor, Trophæum.*

### *DESCRIPTIO TRIUMPHI.*
*Ovid. Trist.* 4, 2, 19.

Ergo omnis populus poterit spectare Triumphos,
  Cumque Ducum titulis oppida capta leget;
Vinclaque captivâ Reges cervice gerentes,
  Ante coronatos ire videbit equos.
Et cernet vultus aliis, pro tempore, versos:
  Terribiles aliis, immemoresque sui.
Quorum pars causas et res et nomina quæret,
  Pars referet, quamvis noverit illa parum.
Hic Lacus, hi Montes, hæc tot Castella, tot Amnes,
  Plena feræ cædis, plena cruoris erant.
Cornibus hic fractis viridi malè tectus ab ulvâ,
  Decolor ipse suo sanguine Rhenus erat.
Crinibus en etiam fertur Germania passis,
  Et Ducis invicti sub pede mœsta sedet.
Semper in hoc curru, Cæsar, victore veheris,
  Purpureus, populi ritè per ora tui.
Quâque ibis, manibus circùm plaudere tuorum,
  Undique jactato flore tegente vias.
Tempora Phœbeâ lauro cingentur, Ioque,
  Miles, Io, magnâ voce, Triumphe, canet.
Ipse sono, plausuque simul, fremituque colentes
  Quadrijugos cernes sæpe resistere equos.
Inde petes Arcem, et delubra faventia votis,
  Et dabitur merito laurea vota Jovi, &c.

trŏchŭs. *indŏctŭsquĕ pilæ discivĕ trŏchivĕ quiēscit*, Hor. A. Poët. 380. SYN. Tūrbo. EPITH. Vērsātilis, vŏlūbilis, ăgitābilis, cĕlĕr, lĕvis. PHR. Vŏlūbilĕ būxūm. VERS. Cĕlĕri vērtitŭr ōrbĕ trŏchŭs. Ăgŏr, ŭt pĕr plānă citūs sōlă vērbĕrĕ tūrbo, Quēm cĕlĕr ăssuētā vērsăt ăb ārtĕ pŭĕr. Tōrtō vŏlitāns sŭb vērbĕrĕ tūrbo, Quēm pŭĕri magno in gȳrō văcŭa ātriă circūm, Intēnti lūdo ēxērcēnt, ille ăctŭs hăbēnā, Cūrvātis fērtŭr spătiis.

Trōjă. *Trōjăquĕ nūnc stārēs, Priămique ārx āltă mănērēs*, Virg. Æn. 2, 56. *Regio Phrygiæ seu minoris Asiæ, in quâ fuit Ilium, Regia Priami, quæ etiam Troja vocatur. Ædificata credebatur hæc urbs ab Apolline et Neptuno, mercede conductis à Laomedonte Rege, qui eos postea fraudavit.* SYN. Iliūm, Iliŏn. Pērgămă, ōrūm. EPITH. Nēptūniă, Phœbēă, Ăpōllinĕă, Lāŏmĕdōntēă, Lāŏmĕdōntiă, *à fundatoribus.* Dārdănă, Dārdăniă, Iliăcă, Teūcriă, Priămēiă, Hēctŏrēă, *à Dardano, Ilo, Teucro, et Priamo Hectoris patre, Regibus.* Phrygia, Idæă, Rhœtēă, Sigēă, *ab Idâ monte, Rhœteo, et Sigeo, oppidis.* Mūtă,



Digitized by Google

Māvōrtiă, ăntiquă, vĕtŭs, tŭrrită, bēllică, ărdŭă, sŭpērbă, pŏtēns, dīvēs, pērjūră, pērfidă, mīsĕră, īnfēlix, vāstātă; dīrŭtă, dēlētă, crĕmātă, incēnsă. PHR. Āltă mœniă Trōjæ. Trōjānæ ārcēs, tūrrēs, ōræ. Trōjānă ūrbs, tēllūs. Prĭămi ūrbs, ărx, rēgnŭm, impĕrĭŭm. Phœbi, Nēptūni mœniă. Inclÿtă bēllō Mœniă Dārdănĭdŭm.

**Trōjāni.** *Trōjānās ŭt ŏpēs ĕt lāmēntābĭlĕ rēgnŭm*, Virg. Æn. 2, 4. SYN. Trōes, Trōjŭgĕnæ, Lāŏmĕdōntĭădæ, Dārdănĭdæ, Teūcri, Hēctŏrĭdæ, Ænĕădæ, *in Femin.* Trōădēs, Īlĭădēs. EPITH. Fōrtēs, māgnănĭmi, bēllĭgĕri, impāvĭdi, aūdācēs, gĕnĕrōsi, trŭcēs, dūri, Mārtĭi, āntiqui. PHR. Lāŏmĕdōntēi, Dārdănĭi, Dārdăni, Īlĭăci, Hēctŏrĕi vĭri, cŏlōni, sŏcĭi. Trōjānă, Trōĭă gēns, nātĭo, stīrps, pūbēs, jŭvēntūs. Trōjānŭs pŏpŭlŭs. Trōjānŭm, Lāŏmĕdōntēŭm, &c. gĕnŭs.

**Trōĭcŭs.** *Trōĭcă qui prŏfŭgis săcră vĕhis rătĭbŭs*, (Pentam.) SYN. Trōjānŭs, Trōĭŭs, Dārdănĭŭs.

**trŏphæŭm.** *Mĕsēnti dŭcis ēxŭvĭās, tĭbi, māgnĕ, trŏphæŭm*, Virg. Æn. 11, 7. SYN. Spŏlĭă, ēxŭvĭæ. EPITH. Lætŭm, clārŭm, fēstŭm, nōbĭlĕ, dīvēs, īnsīgnĕ, sōlēnnĕ, sŭpērbŭm, illūstrĕ, māgnĭfĭcŭm, hŏstīlĕ. PHR. Victi hŏstis mŏnĭmēntă, sīgnă. Clāri mŏnĭmēntă trŏphæi. Rāptă mănŭ ēx hŏstĕ trŏphæă. Triūmphāti hŏstis ēxŭvĭæ. Trūnci indūti hŏstīlĭbŭs ārmis. Victrīcis pīgnŏră dēxtræ, *vel* fāmæ.

**trŭcīdo.** *Fit vĭă vi, rŭmpŭnt ădĭtŭs, prīmōsquĕ trŭcīdānt*, Virg. Æn. 2, 494. SYN. Intērfĭcio, intĕrĭmo, jŭgŭlo, cædo, ŏbtrūnco, nĕco, ŏccīdo. V. *Occido.*

**trŭcŭlēntŭs.** *ŭt fĕrŭs ēst, mūltōquĕ sŭis trŭcŭlēntĭŏr Eūris*, Ov. Ep. 11, 9. SYN. Trŭx, fĕrŭs, ătrōx, fĕrōx, crūdēlis, immānis, bārbărŭs, ēffĕrŭs, sævŭs, tērrĭbĭlis, inhūmānŭs, immītis, ăspĕr. V. *Crudelis.*

**trūdo, trūsi, trūsŭm.** *Spēs jŭbĕt ēssĕ rătās in prœlĭă trūdit inērmēm*, Hor. Ep. 1, 5, 17. SYN. Pēllo, impēllo, cōmpēllo, ădigo.

**trūnco, ās.** *Trūncāvitquĕ căput*, Luc. 6, 566. SYN. Ŏbtrūnco, āmpŭto, mŭtĭlo, scindo, ābscindo.

**trūncŭs.** *indūtōsquĕ jŭbĕt trūncōs hŏstīlĭbŭs ārmis*, Virg. Æn. 11, 83. SYN. Stīpĕs. *Metaph.* Stŭpĭdŭs, hĕbĕs, tārdŭs. EPITH. Dūrŭs, vălĭdŭs, fīrmŭs, stăbĭlis, prōcērŭs, ingēns, tĕrēs, rŏtūndŭs, nōdōsŭs, fūmōsŭs. PHR. Trūnci rōbŭr. VERS. Sūrgit trūncŭs, ĕt ingēntēm rāmōrŭm sūstĭnĕt ūmbrām. *De Corpore.* Jăcĕt ingēns līttŏrĕ trūncŭs, Āvūlsūmque hŭmĕris căpŭt, ĕt sĭnĕ nōmĭnĕ cŏrpŭs.

**trūncŭs, ă, ŭm.**——*ĕt trūncās inhŏnēstō vūlnĕrĕ nārēs*, Virg. Æn. 6, 497. SYN. Trūncātŭs, ŏbtrūncātŭs, āmpŭtātŭs, mŭtĭlŭs, scīssŭs, ābscīssŭs.

**trŭtĭnă.** *Si vŏlĕt, hāc lēge in trŭtĭnā pōnētŭr ĕādēm*, Hor. Sat. 1, 3, 72. SYN. Lībră, stătēră, bilānx, lānx. V. *Libra.*

**trŭtĭno, ās.** *ătque ēxpōrrēctō trŭtĭnāntŭr vērbă lăbēllō*, Pers. 3, 82. SYN. Lībro, pōndĕro, pēndo. V. *Libro.*

**trŭx, trŭcis.** *īră trŭcēs inĭmīcĭtĭās ĕt fūnĕbrĕ bēllŭm*, Hor. Ep. 1, 19, 49. V. *suprà, Truculentus.*

**tū.** *Tū mihi quōdcūnque hōc rēgni, tū scēptră, Jŏvēmquĕ*, Virg. Æn. 1, 218.

**tŭbă.** *ăc tŭbă tērrĭbĭlēm sŏnĭtŭm prŏcŭl ærĕ cănōrō Incrĕpŭit, sĕquĭtŭr clāmŏr, cælūmquĕ rĕmūgit*, Virg. 9, 502. SYN. Clāssĭcŭm, lĭtŭŭs, cŏrnū, būccĭnă. EPITH. Clāră, fĕră, cănōră, clāngēns, sŏnāns, inflātă, ănĭmāns, rĕsŏnāns, tōrtĭlis, bēllĭcă, clāssĭcă, lūctĭsŏnă, strīdēns, raūcă, căvă, ænĕă, aūdāx, trŭcŭlēntă, trĕmēndă, flēxĭlis, tērrĭbĭlis, vōcālis, grāndĭsŏnă, ūndĭsŏnă, māgnĭfĭcă, bēllĭgĕră, trīstis, Mārtĭă, sŭpērbă, tērrĭfĭcă, crĕpĭtāns, āltĭsŏnă, hōrrĭbĭlis, quĕrŭlă, hōrrĭdă, sānguĭnĕă, fūnēstă. PHR. Æs, *vel* cōrnū căvŭm, cănōrŭm, raūcŭm. Cōrnū tŭbă flēxĭlis ūncō. Mārtĭŭs æris cănōr. Tŭbæ sīgnă, sŏnĭtŭs, mūrmŭr. Mārtĭă clāssĭcă. Dāns bēllō sīgnŭm. Tyrrhēnŭm cōrnū, *à Tyrrhenis, tubæ inventoribus.* Nōn būxŭs, nōn æră sŏnānt. Fūnĕrĕōs quæ clāngit in ūsŭs. Quæ fĕră bēllă cănit. Tērrĭfĭcis frāngēns clāngōrĭbŭs aūrās. Strīdŏr lĭtŭŭm, clāngŏrquĕ tŭbārŭm. Tŭbă tērrĭfĭcō strīdēns clāngōrĕ. VERS. Nōn būxŭs, nōn æră sŏnānt. ēxŏrĭtŭr clāmŏrquĕ vĭrŭm, clāngŏrquĕ tŭbārŭm. Āt tŭbă lūctĭfĭcis pūlsāt clāngōrĭbŭs ūrbēm. Jāmque hōrrĭdă clāngŭnt Sīgnă tŭbæ. Clāssĭcă māgnō inflāntŭr sŏnĭtū. Incrĕpŭērĕ sĭmŭl fĕrālĭă clāssĭcă sīgnŭm. Nōn tŭbă dīrēcti,

Digitized by Google

[ra]ucisonūm sonitūm tŭbārŭm. Tŭbārŭm Clārēscŭnt sŏnĭtūs, ārmōrŭmque īngrŭĭt hŏrrŏr. Ærĕ cĭĕrĕ vĭrōs, Mārtēmque āccēndĕrĕ cāntū. Ēt lĭtŭō pūgnās īnsīgnĭs ŏbĭbăt, ēt hāstā. Dăt sīgnūm spĕcŭlā Mīsēnŭs āb āltā Ærĕ căvō. Pāstōrālĕ cănĭt sīgnŭm, cŏrnūquĕ rĕcūrvō Tārtărĕām īntēndĭt vōcēm, quā prōtĭnŭs ōmnĕ Cōntrĕmŭĭt nĕmŭs. Bēllō dăt sīgnūm raŭcā crŭēntŭm Būccĭnā. Ēxcĭtăt īnfēstōs tŭmŭlīs būccĭnā sōmnōs. Cūm bēllĭcŭs ærĕ cănōrō Sīgnā dĕdīt tŭbĭcēn. Sīgnūm pūgnæ cŏrnū grăvĕ mūgĭt ădūncō.

tŭbĭcēn, ĭnis. *Quā jăcĕt ĕt Trōjæ tŭbĭcēn Mīsēnŭs ărēnā*, Prop. 3, 18, 3. PHR. Cūm bēllĭcŭs ærĕ cănōrō Sīgnā dĕdīt tŭbĭcēn. Ēxcĭtăt ăd pūgnās tŭbĭcēn, ātque ærĕ sŏnōrō Sīgnā cănĭt.

tŭbŭs. *Mūdō quī pĕr ōmnēs vīscĕrŭm tŭbōs ībăt*, (Scaz.) Mart. 11, 62, 6. SYN. Fīstŭlā, cănālĭs.

tŭĕŏr, ĕris. *Hūc tāndēm cōncēde, hæc ără tŭēbĭtŭr ōmnēs*, Virg. Æn. 2, 523. SYN. Tūtŏr, dēfēndo, cūstōdĭo, tĕgo, prōtĕgo, sērvo, cōnsērvo, āssērvo, *vel* īntŭĕŏr. V. *Defendo, vel Video.*

tŭgŭrĭŭm. *Paŭpĕrĭs ĕt tŭgŭrī cōngēstŭm cēspĭtĕ cŭlmēn*, Vir. Ecl. 1, 69. V. *Casa.*

tŭm. SYN. Tŭnc: deindĕ, prætĕrĕā. PHR. Īllō tēmpŏrĕ, īllīs dĭēbŭs.

tŭmĕfăcĭo, fēci, făctŭm. *ēxtēntām tŭmĕfēcĭt hŭmŭm, &c.* Ovid. SYN. Īnflo: tŭmōrĕ replĕo.

tŭmĕo. *Lātăquĕ prōspĭcĭō vēlă tŭmērĕ sĭnū*, Mart. 26, 6. SYN. Tŭmēsco, tŭrgēsco, tŭrgĕo, īntŭmēsco, īnflŏr, ēxtŭbĕro, prōtŭbĕro. VERS. Cŏrpŭs tŭmĕt ōmnĕ vĕnēnō. Ēt tŭā jām flētū lūmĭnă fēssă tŭmēnt. Cōntĭnŭō vēntīs sŭrgēntĭbŭs aŭt frĕtă pōntī Īncĭpĭŭnt ăgĭtātă tŭmēscĕrĕ. Jām lætō tŭrgēnt īn pālmĭtĕ gēmmæ.

tŭmĭdŭs. *Clāmābăt tŭmĭdīs aūdāx Lēāndĕr ĭn ūndīs*, M. 14, 181. SYN. Tŭmēns, tŭmĕfăctŭs, tŭrgĭdŭs, īnflātŭs, ēxtŭbĕrāns, prōtŭbĕrāns.

tŭmŏr, ōris. *Cūstōdum ĕt nūllō sēptă tŭmōrĕ plăcĕt*, Prop. 2, 23, 14. SYN. Īnflātĭo, tūbĕr.

tŭmŭlo, ās. *ōmnĭbŭs īnjēctā tēllūs tŭmŭlābĭt ărēnā*, V. SYN. Sĕpĕlĭo, cōntŭmŭlo. V. *Sepelio.*

tŭmŭlŭs. *Sībĭlĕt ĭn tŭmŭlīs, ĕt sŭpĕr ōssă cŭbĕt*, Prop. SYN. Āggĕr, cōllĭs, *vel* sĕpŭlchrŭm. V. *Sepulchrum.*

tŭmŭltŭōsŭs. *Tŭmŭltŭōsŭm sōllĭcĭtăt mărĕ.* (Alcaic.) Hor. SYN. Tŭrbātŭs, tŭrbĭdŭs: *vel* tŭrbŭlēntŭs, sēdĭtĭōsŭs.

tŭmŭltŭs, ūs. *Hīc rēm Rōmānām māgnō tŭrbāntĕ tŭmŭltū*, Virg. Æn. 6, 857. SYN. Strĕpĭtŭs, mūrmŭr, frăgŏr, *vel* sēdĭtĭo, tŭrbă, mōtŭs. EPITH. Pŏpŭlārĭs, cīvīlĭs, rĕbēllĭs, clāmōsŭs, sævŭs, vēsānŭs, cæcŭs, īnsānŭs, sŭbĭtŭs, rĕpēntīnŭs, hōrrĭbĭlĭs, crŭēntŭs. PHR. Sēdĭtĭōsŭs rūmŏr. Cīvīlēs tŭrbæ. Fŭrēns vŭlgī mōtŭs. VERS. Īnsānō cūnctă tŭmŭltū Mīscēntŭr. Mīstōque īngēns ēxōrtă tŭmŭltū Lætĭtĭă. Cœlŭm tŏnăt ōmnĕ tŭmŭltū. Vāgō sīc mēns ăgĭtātă tŭmŭltū.

tŭnc. SYN. Tŭm: īllō tēmpŏrĕ, īllīs dĭēbŭs.

tŭndo, tŭtŭdi, tūnsŭm. *Gēns ēffrēnă vĭrŭm Rīphæō tŭndĭtŭr Eūrō*, Virg. Geo. 3, 382. SYN. Cōntŭndo, cædo, vērbĕro, fĕrĭo, pērcŭtĭo, pūlso: tĕro, āttĕro, cōntĕro, frāngo.

tŭnĭcă. *īn tŭnĭcās ĕăt, ĕt tōtŭm sĭmŭl ēxpĭĕt ānnŭm*, Juv. 6, 530. EPITH. Mōllĭs, rădĭāns, lāxă, ōstrīnă, sŏlūtă. V. *Vestis.*

tŭrbă. *Hūc ōmnĭs tŭrba ăd rĭpās ēffūsă rŭēbăt*, Virg. Æn. 6, 305. SYN. Cătērvă, cŏhōrs, phălānx, āgmĕn, glŏbŭs, mănŭs, frĕquēntĭă, mūltĭtūdo, cōpĭă, vīs, nŭmĕrŭs, cŏrōnă: cœtŭs, cōnvēntŭs, cōncĭo; *vel* plēbs: *vel* tŭmŭltŭs. EPITH. Nŭmĕrōsă, cōnfūsă, plūrĭmă, mūltă, īngēns, dēnsă, cĕlĕbrĭs, frĕquēns, gārrŭlă, lŏquāx. PHR. Tŭrbæ glŏbŭs. Jŭvĕnŭm nŭmĕrōsă cŏhōrs. Lēctă mĭnīstrōrŭm mănŭs. Vīs hŏmĭnŭm cōllēctă. Plūrĭmă tŭrbă vĭrŭm. VERS. Ēffūsæ rŭŭnt īnŏpīnō tŭrbĭnĕ tŭrmæ. Vĭrī dēnsō cōmplērŭnt āgmĭnĕ rīpās. Nōxĭă clāmōsæ fŭgĭās cōnsōrtĭă tŭrbæ. Præcĭpĭtēsquĕ rŭdĭs tŭrbæ cōmpēscĭt īræ. Īncēdĕt māgnā jŭvĕnŭm stīpāntĕ cătērvā. Quīs glŏbŭs, ō cīvēs! călīgĭnĕ vōlvĭtŭr ātră? Hōstĭs ădēst. Vīdī rūmpī pēne ātrĭă tŭrbā, Ēt pŏpŭlŭm lædī dēfĭcĭēntĕ lŏcō. V. *Seditio.*

tŭrbĭdŭs. *Lūmĭnĕ nōs Āfĕr tŭrbĭdĭōrĕ nŏtăt*, Mart. 9, 26, 2. SYN. Tŭrbātŭs, mīstŭs, cōnfūsŭs: *vel* īmpūrŭs, sōrdĭdŭs: *vel* tērrĭtŭs, trĕpĭdŭs; āmēns: *vel* īrātŭs, īrā cōmmōtŭs.

1. tŭrbo, ĭnis. *Dīssŭltānt crĕpĭtŭs, vŏlăt ātrī tŭrbĭnĭs īnstăr*, Virg. Æn. 12, 923.



Digitized by Google

EPITH. Nigĕr, răpāx, viŏlēntŭs, vērsābūndŭs, nimbōsŭs, cæcŭs, stridŭlŭs, inŏpinŭs, immānis, piceŭs, fŭriālis, răpidŭs, dēmēns, pūlvĕrĕŭs, cĕlĕr, ōbscūrŭs, fūlminĕŭs, hōrrisŏnŭs, ācĕr, prŏcēllōsŭs, tērrificŭs, indŏmitŭs. PHR. Frĕmibūndi tūrbinis iră. Vis sævi tūrbinis. VERS. Ceū tūrbinĕ raūcō Cūm grăvis ārmātūr Bŏrĕās. Eccĕ prŏcēllōsi frăgŏr instār tūrbinis ingēns. Nigrāns ōbdūxĕrăt āĕră tūrbo. Tūrbinĕ jăctātŭs vŏlŭcri. Et nigricāntĕ prŏcēllā. Nigrāntēm tōrquēns stridēntibŭs Aūstris Pōrtāt tūrbŏ glŏbūm, picĕāque ē nūbĕ rŭinām Pēndēntēm tērris părĭtēr pōntōquĕ minātŭr: ōmnis ĕt āgricŏla, ĕt nĕmŏrōsō vērticĕ pāstŏr, Et pĕlăgō trĕpidāt sūbdūctis nāvită vēlis. V. *Ventus et Tempestas.*

2. tūrbo, inis. V. *Trochus.*

tūrbo, ās. *ūsque ădĕō tŭrbātŭr ăgris, ēn ipsĕ căpēllās*, Virg. Ecl. 1, 12. SYN. Cōntūrbo, pērtūrbo, miscĕo, immiscĕo, pērmiscĕo, cōnfūndo.

tūrbŭlēntŭs. *Mihi tūrbŭlēntă tēmpēstās ēvēnĕrăt.* (Iamb.) SYN. Tūrbĭdŭs *vel* Sēditiōsŭs. PHR. Sēditiōnis āmāns. Tūrbārūm aūthŏr, căpŭt. Sēditiōnis făx. Pācēm, quiētēm ēxōsŭs. Pācēm pĕrōsŭs. Pācis inimicŭs.

Tūrcæ, ārūm. *Populi è Scythiâ oriundi, qui maximam Asiæ et Europæ partem occupârunt, Religionis Christianæ hostes infensissimi, Palæstinam tyrannide suâ opprimunt. Primaria eorum urbs Constantinopolis. Horum autem insigne Luna crescens.* SYN. Ōtŏmāni, *vel* Ōttŏmāni, Măhŏmētigĕnæ. EPITH. Infidi, pērfidi, immānēs, imprŏbi, atrōcēs, immitēs, fĕrōcēs, fōrtēs, pŏtēntēs, ārmipŏtēntēs, phărĕtrāti, mināces, aūdācēs, hōrribilēs, trŭcēs. PHR. Gēns lūnigĕră. Spirāntēs fūlmină ēt ignēs. Fidĕi sævissimŭs hōstis Tūrcă, Chrīsti *vel* Fidĕi implācābilis hōstis.

tūrdŭs. *Nil mĕliŭs tūrdō*, Hor. Ep. 1, 15, 41. EPITH. Edāx, ŏbēsŭs, crāssŭs, ăvidŭs, văgŭs, ădvĕnă. PHR. Intēr ăvēs gūstū grātissimŭs. VERS. Intēr ăvēs tūrdŭs primōs sibi jăctāt hŏnōrēs.

tūrgĕo. *Jām lætō tūrgēnt in pālmitĕ gēmmæ*, Virg. Ecl. 7, 48. SYN. Inflŏr, tūrgēsco. V. *Tumeo.*

tūrgidŭs. *Tūrgidŭs Alpinŭs jŭgŭlāt dūm Mēmnŏnă*, &c. Hor. Sat. 1, 10, 36. SYN. Tŭmēns, tŭmidŭs, tŭmĕfāctŭs, inflātŭs.

tūrmă. *Tūrmāsque fĕrōcēs*, Virg. Geo. 3, 179. SYN. Cŏhōrs, phălānx, cătērvă. EPITH. Mināx, aūdāx, răpidă, ārmātă, mināns, ærātă, tērrificā, vălidă, hōstilis, fŭrēns, pūgnāx, sĕquāx, nūmĕrōsă, fōrtis. VERS. Fērvēt cristātis ēxērcitŭs ūndiquĕ tūrmis. Pūgnācēs ĕquitūm tūrmæ, pĕditūmquĕ cătērvæ. Implēbāt vălidās nūmĕrōsō militĕ tūrmās.

tūrmālis. *ēxcitĕt infēstōs tūrmālis būccină sōmnōs*, Claud. SYN. Equēstris: *vel* bēllicŭs.

tūrmātim. *ēdĕrĕ tūrmātim cērtāntiă*, &c. Lucr. 2, 118. SYN. Ūnā, simŭl.

Tūrnŭs. *Tūrnŭs ŭt infrāctōs ādvērsō Mārtĕ Lătinōs*, Virg. Æn. 12, 1. *Rex Rutulorum, adversùs quem Æneas in Italiâ pugnavit: eoque victo, Laviniam, ipsi desponsatam, uxorem duxit.* EPITH. Aūdāx, fōrtis, gĕnĕrōsŭs, impăvidŭs, Mārtiŭs, măgnănimŭs. PHR. Daūniŭs hērōs, *à Dauno patre.* Rŭtŭlŭs rēx, dūx, dūctŏr, hērōs.

tūrpis. *Tūrpis in ārcānā sŏnŭit cūm rixă tăbērnā*, Prop. 4, 8, 19. SYN. Fœdŭs, dēfōrmis, infōrmis, tētĕr: squāllidŭs, sōrdidŭs: *vel* inhŏnēstŭs, impūrŭs: *vel* infāmis, probrōsŭs, pŭdēndŭs: inhŏnōrŭs, ābjēctŭs, vilis, inglōriŭs, indĕcōrŭs, ignōbilis. V. *Sordidus.*

tūrpitĕr. *Tūrpitĕr ōbticŭit, sūblātō jūrĕ nŏcēndi*, Hor. A. Poët. 284. SYN. Fœdĕ, dēfōrmitĕr, *vel* probrōsĕ.

tūrpitūdo, inis. *Bŏnă tūrpitūdo ēst quæ pēriclūm vindicĕt*, (Iamb.) SYN. Dēfōrmitās, fœditās; măcŭlă, lābēs, sōrdēs, *vel* dēdĕcŭs, infāmiă, nŏtă; *vel* inhŏnēstās, vitiūm. V. *Macula, Sordes.*

tūrpo, ās. *Tūrpārūnt hŭmĕrōs immōdicæ mĕrō*, (Chor.) Hor. Od. 1, 12, 10. SYN. Dētūrpo, fœdo. V. *Maculo, Infamo.*

tūrrifĕr, ĕri. *āt cūr tūrrifĕră căpŭt ēst ŏnĕrātă cŏrōnā ?* Ovid. Fast. 3, 219.

tūrrigĕr. *Tūrrigĕræque ūrbēs, bijŭgique ăd frænă lĕōnēs*, Virg. Æn. 10, 253. SYN. Tūrrifĕr.

tūrritŭs. *Tāntā mŏlĕ viri tūrritis pūppibŭs instānt*, Virg. Æn. 8, 693. SYN. Tūrribŭs mūnitŭs, ārdŭŭs, cinctŭs.

tūrris. *Rōmānæ tūrrēs, ĕt vōs vălĕātis, ămici*, Prop. 3, 21, 15. SYN. Ārx, cāstēllūm, spĕcŭlă, cāstrūm, prōpūgnācŭlūm: mūnimĕn. EPITH. Aĕriă, ārdŭă,

Digitized by Google

ĕxcēlsă, sūblimĭs, ēdĭtă, ingēns, vāstă, căvă, sŭpērbă, mārmŏrēă, ĭnēxpūgnābĭlĭs, ĭnāccēssă, tūtă, sēcūră, mĭnāx, āmbĭtĭōsă, vălĭdă, mūnĭtă, vāllātă. PHR. Tūrrĭs mūnīmĕn. Tūrrĭtūm prōpūgnācŭlūm. Tūrrĭgĕræ ārcēs. Vălĭdæ bēllō tūrrēs. Sūblimi vērtĭcĕ tāngēns Sȳdĕră. VERS. In lătŭs ōmnĕ pătēns tūrrĭs circūmspĭcĭt ūndās. Stăt tūrrĭs mūnĭtă lŏcō, mūrōquĕ tĕnācī. Ūrbēm sŭpĕr ārdŭă tūrrĭs Ēmĭnĕt, ūndĕ dătūr lōngē cāmpōs prōspēctŭs ĭn ōmnēs, Sūblĭmĭquĕ mĭnāns ĭrrūmpĭt ĭn ăthĕră tēctō. Săxōrūmque ŏrbēs ēt quæ sŭpĕr ēmĭnŭs hōstēm Tēlă părānt, āltĭs mūrōrūm tūrrĭbŭs āptānt. Stānt tūrrĭbŭs āltĭs. V. *Vallo et Mons.*

## *DESCRIPTIONES TURRIS, Ex Virgil.*

Turris erat vasto suspectu, et pontibus altis,
Opportuna loco, flammis quam viribus omnes
Expugnare Itali, summâque evertere opum vi
Certabant, Troes contrà defendere saxis. *Æn.* 9, 530.

Turrim in præcipiti stantem, summisque sub astra
Eductam tectis; unde omnis Troja videri
Et Danaûm solitæ naves. *Æn.* 2, 461.

tŭrtŭr, ŭrĭs. *Nĕc gĕmĕrĕ āĕrĭă cēssābĭt tūrtŭr ăb ŭlmō,* Virg. Ecl. 1, 59. EPITH. Pŭdīcŭs, cāstŭs, gĕmēns, gĕmĕbūndŭs, raūcŭs, fĭdēlĭs, fīdŭs, quĕrŭlŭs, mœrēns, lŏquāx. PHR. Cōnjŭgĕ qui ērēptā nōctĕ dĭēquĕ dŏlĕt. Āmīssā cōmpārĕ mœstŭs. Cui cāntŭs gĕmĕrĕ ēst. VERS. Dūlcēsquĕ mĭsĕr sūspīrăt ămōrēs.

tŭssĭs. *ēxspŭĭt ūnă dŭōs tŭssĭs ĕt ūnă dŭōs,* Mart. 1, 20, 2. SYN. Tŭssēdo. EPITH. Frĕquēns, āspĕră, mălă, ægră, vĭŏlēntă.

tŭssio, is. *Jăm sēcūră pŏtēs tōtĭs tūssīrĕ dĭēbŭs,* Mart. 1, 20, 3. PHR. Tŭssĭs pūlmōnēm, *vel* pēctŭs, quătĭt, quāssăt, cōncŭtĭt. VERS. Faūcĭbŭs in raūcĭs tŭssĭs ăcērbă sŏnăt. Quătĭt ægrŏs Tŭssĭs ănhēlă sĕnēs, ĕt faūcĭbŭs āngĭt ŏbēsĭs.

tūtēlă.—*Rērūm tūtēlă mĕārūm,* Hor. Ep. 1, 1, 103. SYN. Tūtāmĕn, dēfēnsĭo, cūstōdĭă, pătrōcĭnĭūm, præsĭdĭūm. EPITH. Fĭdēlĭs, fīdă, ămīcă, blāndă. V. *Auxilium.*

tūtō. Adv. *Sĕd prĕcŏr, ŭt pŏssĭm tūtĭŭs ēssĕ mĭsĕr,* Ov. Trist. 5, 2, ult. SYN. Tūtē.

tūtŏr, āris. *Hānc prĭmūm tūtārĕ dŏmūm, cui părvŭs Iūlŭs,* Virg. Æn. 2, 677. SYN. Tŭĕŏr, dēfēndo, prōtēgo. V. *Defendo.*

tūtŏr, ōris. *Tūtŏr ŏpūm, vīndēx scĕlĕrūm, lārgītŏr hŏnōrūm,* Prisc. SYN. Cūrātŏr, pătrōnŭs, dēfēnsŏr.

tūtŭs. *Fābŭlă nām dŏmĭnă jūdĭcĕ tūtŭs ĕro,* Prop. 2, 13, 14. SYN. Sēcūrŭs, tēctŭs. PHR. Mĕtū văcāns, in tūtō pŏsĭtŭs, lŏcātŭs. V. *Securus.*

tȳmpănūm. *Tȳmpănă vōs būxūsquĕ vŏcānt, &c.* Virg. Æn. 9, 619. EPITH. Taūrīnūm, căvūm, tērrĭfĭcūm, sŏnōrūm, bēllĭcūm, Mārtĭūm. PHR. Tērgŏră tēnsă bŏūm. Fōrti tȳmpănă pūlsă mănū. VERS. Pūlsĭbŭs hōrrēndĭs tȳmpănă raūcă strĕpūnt, *vel* frĕmūnt, rĕbŏānt, sŏnānt. Rĕsŏnāntĭă tȳmpănă pūlsăt, *vel* impēllĭt, fĕrĭt, pērcŭtĭt. Taūrīnăquĕ tērgŏră pūlsānt. Tȳmpănă dānt strĕpĭtūm. Cērtābānt raūcō rĕsŏnāntĭă tȳmpănă pūlsū. Ābrūmpūnt crĕpĭtāntĭă tȳmpănă sōmnōs. Tȳmpănă raūcĭs Ōbstrĕpŭērĕ sŏnĭs.

Tȳndărĭdæ. *intĭmă sēd Pōntī pōst fīnēs Tȳndărĭdārūm,* Pr. *Sic appellati Castor et Pollux, filii Ledæ, quia amborum Tyndarus, Rex Oebaliæ, pater putabatur.* SYN. Cāstŏr ĕt Pōllūx. Tȳndărēi, Œbălĭdæ, Œbălĭi, Lēdæi, Ămȳclæi, *vel* Thĕrāpnæi frātrēs. Tȳndărēi gĕmĭni, *vel* Dĭi. EPITH. Gĕmĭni, gĕmēllĭ, gĕnĕrōsi, clāri, immōrtālēs. V. *Gemini.*

Tȳndărŭs. *Oebaliæ Rex, Ledæ maritus.* EPITH. Oēbălĭŭs.

Tȳphōeŭs, ōei. *triss. acc.* Tȳphōēă, *alii scribunt,* Tȳphœŭs. *Cōndĭtŭr Īnărīmēs ætērnā mōlĕ Tȳphœŭs,* Virg. Æn. 9, 298. *Gigas, Titanis et Terræ filius, à Jove sub Inarimem insulam fulmine detrusus.* EPITH. Sævŭs, ărdŭŭs, cēntĭmănŭs. V. *Gigas.*

tȳrānnĭcŭs, ă, ūm. *Nūnc flāmmām sătȳræ ĕt tȳrānnĭcārūm.* (Phal.) SYN. Sŭpērbŭs, crūdēlĭs.

tȳrānnĭs, ĭdĭs. *Quĭd Nĕrō tām sævā crūdāquĕ tȳrānnĭdĕ fēcĭt,* Juv. 8, 223.



Digitized by Google

EPITH. Sævă, bārbără, īniquă, injūstă, invīsă, infēstă, impīă, vĭŏlentă, fĕră, immitis, diră, ēffĕră, immānis, sŭpērbă, dūră, āmbitiōsă, fĕrōx, atrōx, grāvis, ăcērbă, intŏlĕrābilis, mŏlēstă, hŏrrēndă, nĕfāndă, fātālis. PHR. Īniquūm, crūdēlĕ impĕriūm, impiī tÿrānni sērvīlĕ jŭgūm. Rēgni sævūs fŭrŏr.

tÿrānnŭs. *Pārs mihi pācis ĕrit dextrām tĕtigissĕ tÿrānni*, Virg. Æn. 7, 266. EPITH. Crūdēlis, impiŭs, sānguinĕŭs, crŭēntŭs, inhūmānŭs, tĕrrĭbĭlis, fŭrĭōsŭs, sŭpērbŭs, īniquŭs, īnexōrābilis, insānŭs, invīsŭs, immitis, fātālis, dīrŭs, immānis, infēstŭs, fĕrōx, atrōx, dūrŭs, sævŭs, ācĕr, imprŏbŭs, ēffĕrŭs, rĭgĭdŭs, trūx, bārbărŭs, fĕrŭs, injūstŭs. PHR. Rēx, rēctŏr, dŏmĭnātŏr, *vel* princēps īniquŭs, crūdēlis, sŭpērbŭs. Rēgni, *vel* pŏpŭli ōpprēssŏr. Ērēptŏr lībērtātis. Impătiēns frænī ĕt sinĕ lēgĕ Tÿrānnŭs. Patrĭām tÿrānnidĕ ōpprimēns, cālcāns, prĕmēns, vēxāns.

Tÿrĕsiās, æ. *Māgnām Tÿrĕsiās āspēxit Pāllădă vātĕs*, Prop. 4, 10, 57. *Rex Thebarum, augur et vates insignis: conspectâ in balneo Minervâ, cæcus factus.* EPITH. Lōngævŭs, cāllidŭs, prōvidŭs, Thēbānŭs. PHR. Vātēs Dircæŭs, *à Dirce fonte Bœotiæ, juxta Thebas.* Lūcis inōps, ĕgēns. VERS. Qui quōndām Pāllădă nūdām Vīdit ĕt hōc rāptām pēnsāvit mūnĕrĕ lūcem. Prō lūmine ădēmptō Scīrĕ fŭtūră dĕdit, pœnāmquĕ lĕvāvit hŏnōrĕ Jūpitĕr.

Tÿrĭŭs. *Audiĕrāt, Tÿrĭās ōlim quæ vērtĕrĕt ārcēs*, Virg. Æn. 1, 24. SYN. Sārrānŭs.

tÿro, ōnis. *Mūltăquĕ tÿrōni nōn pătiēndă fĕrĕt*, Ovid. SYN. Rŭdis, nŏvŭs, impĕritŭs. EPITH. Īgnārŭs, rŭdis, nŏvŭs, impĕritŭs, stŭdiōsŭs, sēdŭlŭs, vĭgil, pērvĭgil, dīligēns, āttēntŭs. PHR. Rŭdis ārmōrŭm. Ārtĕ rŭdis.

tÿrōciniŭm, i. *Nēc tÿrōciniō pēccĕt, circŭmquĕ fĕrātŭr*, Manil. 1, 189. SYN. Rŭdimēntŭm: nŏvă mīlitiă.

Tÿrŭs, *vel* Tÿrŏs, i. *Cārthāgo, aūt āntiquă Tÿrŏs, &c.* Virg. Æn. 4, 670. *Phœniciæ urbs, alio nomine* Sarra, *purpuræ tincturâ celebris.* EPITH. Phœnissă, dīvĕs, prĕtiōsă, lŭxŭriōsă.

## V.

VĀccă, æ. *ādstitit in rīpā līquidi nŏvă vāccă părēntis*, Ovid. SYN. Bōs, būcŭlă, jŭvēncă, vĭtŭlă, jŭvēncŭlă. EPITH. Tĕnĕră, pinguis, pĕtŭlāns, pĕtŭlcă, lāctĭfĕră, cōrnĭgĕră, fœcŭndă. PHR. Ūbĕribŭs lāc gĕrēns. Lāctis ălimēntă ministrāns, sŭppĕditāns. Raūcŏs ēdēns mūgitŭs. VERS. Bis vēnit ād mūlctrām, binōs ălit ūbĕrĕ fœtŭs. Gĕrit ūbĕribŭs nivĕŭm nēctăr. Quæ jăcĕt, ĕt lēntĕ rĕvŏcātās rūmĭnăt hērbās, Ātque itĕrŭm pāstŏ pāscitŭr āntĕ cĭbō. Nivĕŭm fūndit ĕx ūbĕrĕ nēctăr. Implēbūnt pinguēs mūlctrāliă vāccæ. Sic cÿtisō pāstæ distēndūnt ūbĕră vāccæ. Rēddidit ūnă bŏŭm vōcem. V. *Bos*.

vāccinĭŭm. *ālbă līgūstră cădūnt, vāccinĭă nigră lĕgūntŭr*, Virg. Ecl. 2, 18. EPITH. Nigrŭm, mōllĕ, pūllŭm, pūrpŭrĕŭm.

văcillo, ās. *Dēniquĕ sūb pĕdibŭs tēllŭs cŭm tōtă văcillăt*, Lucr. 5, 1235. SYN. Titŭbo, nūto, lābo, lābāsco, hæsito. V. *Titubo*.

văco, ās. *Hōstĕ văcārĕ dŏmōs, sēdēsque ādstārĕ rĕlictās*, Virg. Æn. 3, 123. SYN. Cărĕo, sūm văcŭŭs: *vel* ōtiŏr, cēsso, fĕriŏr: *vel* stŭdĕo, invigilo, insūdo, incŭmbo, ŏpĕrām dō.

văcŭo, ās. *Ēlÿsiŭm licĕăt si văcŭārĕ nĕmŭs*, Mart. 11, 6, 6. SYN. Ēvăcŭo, ēxhaūrio *vel* căvo, ēxcăvo.

văcŭŭs. *Pērquĕ dŏmōs Dītis văcŭās, ĕt ināniă rēgnă*, Virg. Æn. 6, 269. SYN. Inānis, văcŭātŭs, ēxhaūstŭs: *vel* jējūnŭs: *vel* ēxpērs, inōps, cărēns, ĕgēns, *vel* căvŭs, căvātŭs.

vādo, is. *Vādimŭs immīsti Dănăis, haūd nūminĕ nōstrō*, Virg. Æn. 2, 396. SYN. Ĕo, tēndo, cōntēndo. V. *Eo, Proficiscor*.

vădŭm, i. *illiditquĕ vădis, ātque āggĕrĕ cingit ărēnæ*, Virg. Æn. 1, 116. SYN. Brĕviă, ŭm: Sÿrtēs, ŭm: āggĕr ărēnæ. V. *Syrtes*, *vel* flūmĕn, flŭviŭs, rīvŭs, āmnis. V. *Fluvius*.

văfĕr, vafri. *Tēstāmēntă sĕnŭm, nĕū si văfĕr ūnŭs ĕt āltĕr*, Hor. Sat. 2, 5, 24. SYN. Āstūtŭs, cāllidŭs, caūtŭs, dŏlōsŭs, vērsĭpēllis, vērsūtŭs.

‖ văfritiēs, ĕi. SYN. Āstūtiă, cāllidĭtās, dŏlŭs. V. *Calliditas*.

‖ văgābūndŭs. SYN. Văgŭs, văgāns, ērro, ērrāns, ērrātĭcŭs, ērrābūndŭs, pālāns, ăbērrāns, fŭgitīvŭs, prŏfŭgŭs.

Digitized by Google

**vāgīnă.** *Gnōssĭŭs, ātque hăbĭlēm vāgīna āptārăt ĕbūrnā,* Virg. Æn. 9, 305. EPITH. Pēndēns, pēndŭlă, ĕbūrnĕă, căvă. PHR. Ēnsis tēgmĕn. Văcŭūm, *vel* căvūm ĕbŭr. Lătĕri āffīxă, ānnēxă, hærēns.

***vāgīnā ensem educo.*** PHR. Ēnsēm vāgīnā nūdo, ēxtrăho, ērĭpĭo, dērĭpĭo, ēnsēm nūdo, stringo, ēxĕro, ēdūco, distringo, reclūdo.

**vāgītŭs, ūs.** *Cōntĭnŭō aūdītæ vōcēs, vāgītŭs ĕt ingēns,* Virg. Æn. 6, 426. EPITH. Tĕnĕr, ăcūtŭs, nōctūrnŭs, flēbĭlĭs, quĕrŭlŭs, lūgubrĭs. PHR. Pŭĕrīlĭs, īnfāntĭlĭs flētŭs, plōrātŭs. V. *Lacrymæ, Fletus, Gemitus.*

**vāgĭo, īs, ĭī, ītūm.** *Vāgĭĕrānt ămbō părĭtĕr, &c.* Ovid. Fast. 2, 405. SYN. Vāgīto, flĕo, plōro, lacrȳmŏr. PHR. Vāgītūs ēdo, ēmītto, trăho, fūndo. VERS. Tĕnĕrīs jām nūnc mūlcēt vāgītĭbŭs aūrās. Cōntĭnŭō aūdīri vōcēs, vāgītŭs ĕt ingēns, Īnfāntūmque ănĭmæ flēntēs. V. *Lacrymor.*

**vāgŏr, āris.** *Vōtūm prō rĕdĭtū sĭmŭlānt, ĕă fāmă văgātŭr,* Virg. Æn. 2, 17. SYN. Ērro, ŏbērro, pālŏr, āris. PHR. Vĭæ incērtŭs, inscĭŭs, nēscĭŭs ăbērro. Lŏcă vāstă pĕrērro. Vāgŭs ērro. Văgābūndŭs, pāssim fĕrŏr, vŏlĭto. Ēxŭl in ōrbĕ ērrābit tōtō. Tērrās lōngĭnquās, *vel* pĕrĕgrīnās ŏbĕo, pĕrăgro, pĕrērro, invīso. V. *Exulo et Aberro.*

**vāgŭs.** *Jām vāgă prōsĭlĭĕt frænīs nātūră rĕmōtīs,* Hor. Sat. 2, 7, 74. SYN. Vāgāns, văgābūndŭs, dispērsŭs.

**vāldē.** *Hōc vāldē vĭtĭūm pĕrīcŭlōsum ēst.* (Phal.) SYN. Mūltūm, *vel* vălĭdē.

**vălē.** *ĕt lōngūm fōrmōsĕ vălē, vălē inquĭt Iōla,* Virg. Ecl. 3, 70.

***vale dicere.*** PHR. Ēxtrēmūm āffāri, āllŏqui. Suprēmūm vălē dīcĕrĕ. VERS. Hæc gĕnĭtŏr dīgrēssū dīctă sūprēmō Fūndēbăt. Sūprēmūmquĕ vălē plēnō sīngūltĭbŭs ōrĕ Vix dīxit. Vix pŏtĭs ēst trīstis dīcĕrĕ lĭnguă, vălē. Vix īllūd pŏtŭi dīcĕrĕ trīstĕ vălē. Ātque in pērpĕtŭūm, frātĕr, ăve ātquĕ vălē. Rōmānæ tūrrēs, ēt vōs vălĕātis ămīci. Quālĭscūnquĕ mĭhi tŭquĕ pŭēllă, vălē. Āccĭpĕ sūprēmō dīctūm mĭhi fōrsĭtăn ōrē, Quōd tĭbi qui mīttit nōn hăbĕt ipsĕ, vălē. Āllŏquŏr ēxtrēmūm mœstōs ăbĭtūrŭs ămīcōs. Vix mĕă sūstĭnŭit dīcĕrĕ lĭnguă, vălē. Sālve ætērnūm mĭhi māxĭmĕ Pāllă Ætērnūmquĕ vălē. V. *Litteras finiendi formulæ.*

**vălĕo.** *Sīve ănĭmīs, sīve ārtĕ vălēs, ŏpĕra ārdŭă pēnnis,* Virg. Æn. 12, 892. SYN. Pōssūm, quĕo: *vel* pōllĕo: *vel* vĭgĕo, sūm sānŭs, incŏlŭmis: *vel* æstĭmŏr.

**vălētūdo, ĭnis.** *Grātĭă, fāmă, vălētūdō cōntingăt ăbūndē,* Hor. Ep. 1, 4, 10. SYN. Sānĭtās, sălūbrĭtās, sălūs; *vel* mōrbŭs.

**vălĭdŭs.** *Nĕū pătrĭæ vălĭdās in vīscĕră vērtĭtĕ vīrēs,* Virg. Æn. 6, 833. SYN. Vălēns, rŏbūstŭs, fīrmŭs, fōrtĭs. V. *Robustus.*

**vāllis, īs.** *Rūră mĭhi ĕt rĭgŭi plăcĕānt in vāllĭbŭs āmnēs,* Virg. Geo. 2, 485. SYN. Cōnvāllis. EPITH. Căvă, cōncăvă, īmă, cūrvă, prōnă, præcēps, ābrūptă, prŏfūndă, rēdūctă, dēprēssă, āltă, ōbscūră, ōccūltă, ŏpācă, sēcrētă, sȳlvōsă, nĕmŏrōsă, frōndōsă, vĭrēns, vĭrĭdis, vĭrĭdāns, dūmōsă, dēnsă, hērbōsă, īrrĭgŭă, frīgĭdă, gĕlĭdă, rĕsŏnāns. PHR. Vāllis īrrĭgŭă lŏcă. Cūrvi ānfrāctūs. Vāllis āngūstæ faūcēs, lătĕbræ. Vāllis ăccōmmŏdă fraūdi, *vel* fūrtis, Pĭcĕis, ĕt ăcūtă dēnsă cūprēssū, ūndĭquĕ sēptă jŭgis. VERS. In vāllĕ rĕdūctă Sēclūsūm nĕmŭs. Vāllĕ sŭb ūmbrōsā lŏcŭs ēst, āspērgĭnĕ mūltā Hūmĭdŭs, ēx āltō dēsĭlĭēntis ăquæ. Săxōsās intēr dēcūrrūnt flūmĭnă vāllēs. Æstĭbŭs in mĕdĭis ūmbrōsam ēxquīrĭtĕ vāllēm.

## *DESCRIPTIO VALLIS.*

Est curvo anfractu vallis accommoda fraudi,
Armorumque dolis, quam densis frondibus atrum
Urget utrimque latus, tenuis quà semita ducit,
Angustæque ferunt fauces, aditusque maligni. *Virg. Æn.* 11, 522.

**vāllo, ās.** *Lĭquĕrĭt, āc nūllīs ĭnŏpēm vāllāvĕrĭt ūndīs,* Flac. 1, 697. SYN. Ŏbvāllo, cingo, āmbĭo, cīrcūmdo, sēpĭo, stīpo. PHR. Vāllō cingo, cŏrōno, mūnĭo. Vāllūm dūco. Dūctō vāllō fīrmo, tūtŏr, tŭĕŏr, prōpūgno. Vālli tūtō āggĕrĕ cingo. Mūris, fōssis, claūdĕrĕ, cingĕrĕ, cīrcūmdărĕ. VERS. Tūrrĭtis incingĕrĕ mœnĭbŭs ūrbēs. Nūlli vāllārūnt ōppĭdă mūri. Nōn si tē fērrĕŭs āggĕr Āmbĭăt. Dēnsō āggĕrĕ fīrmānt Mœnĭa, ĕt ābrūptō cīrcūmdānt ūndĭquĕ vāllō. Ēxtrŭĭte īmmānēs scŏpŭlōs, āttōllĭtĕ tūrrēs, Cingĭtĕ vōs flŭvĭis, vāstās ōppōnĭtĕ sȳlvās. Prōpūgnācŭlă bēllō Tūtă părānt. V. *Munimen.*

**vāllūm.** *ăst lĕgĭo Ænēădūm vāllis ōbsēssă tĕnētŭr,* Virg. Æn. 10, 120. SYN. Prōpūgnācŭlūm, āggĕr, mūnīmĕn. V. *Munimen.*

Digitized by Google

vāllŭs, ī. *Nōn ārcēs, nōn vāllŭs ĕrāt, sōmnūmquĕ pătēbāt*, Tib. 1, 10, 9. SYN. Pālŭs, stipĕs, sŭdĕs. EPITH. Fīrmŭs, ăcūtŭs, rōbŏrĕŭs, dūrŭs. PHR. Ăcūtō rōbŏrĕ vālli. VERS. Ēxcĭdūnt ălĭī vāllōs fūrcāsquĕ bĭcōrnĕs.

vālvæ, ārŭm. *ingĕns vālvārŭm strĕpĭtus*, Hor. Sat. 2, 6, 112. SYN. Fŏrĕs. EPITH. Bĭfŏrĕs, ĕbūrnæ, pătēntēs, ăpērtæ, dĕcōræ. VERS. Ārgēntī bĭfŏrēs rădĭābānt lūmĭnĕ vālvæ. V. *Janua*.

vānēsco. *Cārmĭnĕ læsă Cĕrēs stĕrĭlēs vānēscĭt ĭn hērbās*, Ov. Am. 3, 7, 3. SYN. Ēvānēsco, ăbĕo ĭn aūrās. V. *Evanesco*.

vānĭtās, ātĭs. *Pērsuāsĭōnĭs vānĭtās*. (Iamb. Dim.) Prud. SYN. Ĭnānĭtās, lĕvĭtās, fāllācĭă, mēndācĭŭm, făbŭlă, *vel* sŭpērbĭă, āmbĭtĭo.

## *DESCRIPTIO VANITATIS RERUM HUMANARUM.*
### *Ex Maphæo.*

——Quantos humana negotia motus
Alternasque vices miscent! Quo turbine fertur
Vita hominum! O fragilis damnosa superbia sceptri,
Et mundi lethalis honos! Heu tristia regni
Munera, quæ nunquam placidam permittere pacem,
Nec requiem conferre queant! Heu sortis acerbæ
Et miseræ regale decus, magnoque timori
Suppositos Regum casus, pacique negatos!

vānŭs, ă, ŭm. *ēxpēctātă sĕgēs vānĭs ēlūsĭt ărĭstĭs*, Virg. Geo. 1, 226. SYN. Ĭnānĭs, fūtĭlĭs, lĕvĭs, cădūcŭs, fŭgāx, īrrĭtŭs: fīctŭs, fūcātŭs, sĭmŭlātŭs, mēntītŭs, fālsŭs, făbŭlōsŭs.

văpŏr, ōrĭs. *Quŏquĕ mĭnŭs pōssēnt sīccōs tŏlĕrārĕ văpōrēs*, Lucan. 4, 305. SYN. Hūmŏr, hālĭtŭs, fūmŭs, călŏr. EPITH. Nĕbŭlōsŭs, pĭcĕŭs, nĭgĕr, ōbscūrŭs, cæcŭs, āĕrĭŭs, ūdŭs, hūmĭdŭs, ignĕŭs, æstīvŭs, călĭdŭs, tĕpĭdŭs, tōrrēns, tĕnŭĭs, fērvĭdŭs, tētĕr, spūmĕŭs, ignĭfĕr. PHR. Quī tĕnŭēs vānēscĭt ĭn aūrās. VERS. Vŏlāt văpŏr ātĕr ăd aūrās. Tōrquĕt fūmāntem ĕx ōrĕ văpōrĕm. V. *Fumus*.

văpōro, ās. *Lævŭm dīscēdēns cūrrū fŭgĭēntĕ văpōrĕt*, Hor. Ep. 1, 16, 7. SYN. Fūmĭgo, sŭffĭo, călĕfăcĭo. PHR. Văpōrēs ēxhālo, spīro, ēmītto, ēffūndo, văpōrĕ īmplĕo.

văpōrŭs. *Hōs cūm dēfŭgĕrĕt văpōrŭs ārdŏr*, (Phal.) Prud. Perist. 6, 115. SYN. Văpĭdŭs, văpōrĭfĕrŭs, văpōrōsŭs, fūmĭdŭs.

vāpŭlo, ās. *Nōn ĕgŏ, sēd tĕnŭĭs vāpŭlăt ŭmbră mĕă*, Prop. 2, 12, 20. SYN. Vērbĕrŏr, fĕrĭŏr, pērcŭtĭŏr, cædŏr. PHR. Vērbĕră păti.

vărĭo, ās. *īllĕ ŭbĭ mīscēntēm măcŭlīs vărĭāvĕrĭt ōrtŭm*, Virg. Geo. 1, 441. SYN. Mūto, cōmmūto, distinguo: *vel* dīscrĕpo, dīffĕro: *vel* tĭtŭbo, văcīllo, hæsĭto, nūto, sŭm dŭbĭŭs, ăncĕps, īncōnstāns.

vărĭŭs. *ēt vărĭās ūsŭs mĕdĭtāndo ēxtūndĕrĕt ārtēs*, Virg. G. 1, 133. SYN. Mūltĭplēx, dīvērsŭs, mūltŭs. *vel* āltērnŭs: *vel* dīssĭmĭlĭs, dīspăr: *vel* ămbĭgŭŭs, ăncēps, īncērtŭs, mūtābĭlĭs, instăbĭlĭs, incōnstāns.

1. vās, vădĭs. *īllĕ dătĭs vădĭbŭs quī rūrĕ ēxtrāctŭs ĭn ūrbem ēst*, Hor. Sat. 1, 1, 11. SYN. Spōnsŏr, præs, ōbsĕs.

2. vās, vāsĭs. *Quŏd sī fōrtĕ cănĭs cælātĭs vāsĭbŭs hæsĭt*, C. SYN. Vāscŭlŭm, ūrcĕŭs, hydrĭă, ăquālĭs, pōcŭlŭm, pătĕră, cyăthŭs, ămphŏră, călĭx, crātĕr, crātĕră, scўphŭs: *vel* călăthŭs, cănīstrŭm, cīstă, quālŭs. EPITH. Ǣnĕŭm, ærĕŭm, cōncăvŭm, căvŭm, āmplŭm, căpāx, fūmāns, pūlchrŭm, prĕtĭōsŭm, aūrātŭm, aūrĕŭm, ārgēntĕŭm, ăhēnŭm, būxĕŭm, splēndĭdŭm, nĭtēns, gēmmĕŭm, cælātŭm, fīctĭlĕ, vitrĕŭm, crўstāllĭnŭm, Sămĭŭm, *i. e. è terrâ Samiâ fictum.* ŏdōrŭm, spīrāns. PHR. Aūrō rĭgēns. Signis āspĕrŭm. Mīră, *vel* dōctă ārtĕ lăbōrātŭm, scūlptŭm. Pērfēctŭm ārgēntō. Gēmmĭs cōrūscŭm. Vāscŭlă făctă lŭtō. V. *Pocula*.

vāstĭtās, ātĭs. *Stĕrĭlī prŏfūndī vāstĭtās squāllĕt sŏlī*. (Iamb.) SYN. Īmmēnsĭtās, *vel* sōlĭtūdo, *vel* vāstātĭo, pŏpŭlātĭo, rŭīnă, pērnĭcĭēs, ēxĭtĭŭm.

vāsto, ās. *Tўdīdēs mūltā vāstābăt cædĕ crŭēntŭs*, Virg. Æn. 1, 475. SYN. Pŏpŭlŏr, pŏpŭlo, dēpŏpŭlŏr; ēxpīlo, dīrŭo, ēvērto. PHR. Īncūltŭm, vāstŭm, *vel* dēsērtŭm făcĭo. Vāstŭm dō. Fūndĭtŭs ēvērtĕrĕ, dīsjĭcĕrĕ. VERS. Ēt lătē

vāstānt cūltōribūs āgrōs. Cūnctă lĭcēt fērrō lātē pŏpŭlētūr ĕt ignī. V. *Evertor, et Prædor.*

vāstŭs. *Fŭndĭtŭr ēt vāstōs ŭmbō vŏmĭt aūrĕŭs ignēs,* Virg. Æn. 10, 271. SYN. Immēnsŭs, ingēns, prōcērŭs, immānis: *vel* vāstātŭs, dēsērtŭs.

vātēs, is. *Hĭc ămŏr, hĭc nŏstrī vātĭs Ălēxĭs ĕrāt,* Mart. 6, 68, 6. SYN. Pŏētă. V. *Poëta.* Aūgŭr, ărūspēx. V. *Augur.* Prŏphētă. EPITH. Săcĕr, sānctŭs, dīvīnŭs, fātĭdĭcŭs, prænūncĭŭs, præscĭŭs, præsāgŭs, prōvĭdŭs, săgāx, vērŭs, ăncēps, incērtŭs, ŏbscūrŭs, vānŭs, fāllāx, mēndāx, tĕrrĭfĭcŭs, sĭnĭstĕr, lōngævŭs, vĕnĕrābĭlis. PHR. Fŭtūrī, *vel* ævī vēntūrī dōctŭs, præscĭŭs, præsāgŭs, prænūncĭŭs, haūd ignārŭs, nōn inscĭŭs. Fŭtūră pāndēns. Dĕi, *vel* Dīvūm intērprĕs. Cuī mēns fŭtūrī, *vel* fātōrūm præscĭă, præsāgă. Cuī mēns dīvīnō cōncĭtă mōtū. Cuī fŭtūrī ævī præscĭŭs ārdŏr ĭnēst. V. *Augur, et Prædico, is.*

vātĭcĭnŏr, āris. *Fīgăr, ĕrăt vērăx vātĭcĭnātă sŏrŏr,* Ov. Ep. 16, 278. SYN. Dīvīno, aūgŭrŏr, prædico. V. *Prædico, is.*

1. ūbĕr, ĕris. *Bĭs vĕnĭt ăd mūlctrām, bīnōs ălĭt ūbĕrĕ fœtūs,* Virg. Ecl. 3, 30. SYN. Māmmă: *vel* ūbērtās. V. *Mamma.*

2. ūbĕr, ĕris. Adj. *Dōnăquĕ prōmissis ūbĕrĭōră fĕrām,* Claud. SYN. Fērtĭlis, fœcūndŭs, ăbūndāns.

ūbērtās, ātis. *Nĕc ŏpum ūbērtātĕ Săgŭnthūm,* Sil. 15, 412. SYN. Ūbĕr, *subst.* Fērtĭlĭtās: *vel* ăbūndāntĭă, cōpĭă. VERS. Fērtĭlis ūbĕrĕ cămpŭs.

ŭbi. *Hæc ŭbi dĭctă dĕdĭt, &c.* Virg. *Laūrŭs ŭbi bŏnă, &c.* Tibul.

ŭbĭcūnquĕ. *Clāmāt, iō mātrēs aūdīte ŭbĭcūnquĕ Lătīnæ,* Virg. Æn. 7, 400. *Sērvŏr ŭbĭcūnque ēst, ūnī mĕă gaūdĭă sērvō,* Ov. Met. 7, 736.

ŭbīquĕ.——*Nĕc quĭcquĭd ŭbīque ēst,* Virg. SYN. Pāssim. PHR. Pĕr tōtūm ŏrbēm. Tōtō ŏrbĕ. Quā tērră pātēt.

ŭbĭvīs. *Nōn ŭbĭvīs, cōrāmquĕ quĭbūslĭbĕt, in mĕdĭō qui,* Hor. Sat. 1, 4, 75. SYN Ŭbīquĕ.

ūdŭs. *Nīgră sŭbēst ūdō tāntūm cui lĭnguă pălātō,* Virg. Geo. 3, 388. SYN. Hūmĭdŭs, mădĭdŭs, mădēns, mădĕfāctŭs.

vĕ. Conj. *Sī quĭs in ādvērsūm răpĭāt cāsūsvĕ, Dĕūsvĕ,* Virg. Æn. 9, 211. SYN. Vĕl, aūt, sīvĕ, seū.

vēcōrdĭă, æ. *Sūrgĭmŭs, ĕt prīmŭs, quæ tē vēcōrdĭă, Thēseū,* V. SYN. Stūltĭtĭă: *vel* ignāvĭă.

vēcōrs, ōrdis.—*scrībĕt mălă cārmĭnă vēcōrs,* Hor. S. 2, 5, 74. SYN. Stūltŭs, āmēns: *vel* ignāvŭs, dēsēs.

vēctīgăl, ālis. *Jūngātūr vērbis, ĕgŏ vēctīgālĭă māgnă,* Hor. S. 2, 9, 100. SYN. Trĭbūtūm, pōrtōrĭūm; rĕdĭtŭs, prōvēntŭs. EPITH. Dēbĭtūm, grāndĕ, ānnŭūm, pārvūm, tĕnŭĕ, nŏvūm, inīquūm, injūstūm, mŏlēstūm. PHR. Vēctīgālis pĕcūnĭă, vēctīgālēs rĕdĭtūs.

vēctis, is. *Cēntum æris claūdūnt vēctēs, ætērnăquĕ fērrī Rōbŏră,* Virg. 7, 609. EPITH. Fērrātŭs, fērrĕŭs, ăhēnŭs, dūrŭs, rĭgĭdŭs, rōbūstŭs.

vēctŭs. *ĕt quā vēctŭs Ăbās, ĕt quā grāndævŭs Ăcēstēs,* Virg. Æn. 1, 125. SYN. Invēctŭs, sŭbvēctŭs, lātŭs, dēlātŭs. PHR. Invēctŭs ĕquō. Quādrĭjŭgō vēctŭs cūrrū. Cœlōque invēctŭs ăpērtō Flēctit ĕquōs.

vĕgĕto, ās. *intĕmĕrātă sălūs vĕgĕtāt, vĭrēsquĕ mĭnīstrāt,* Juven. SYN. Recrĕo, cōrrōbŏro.

vĕgĕtŭs. *Mēmbră dĕdĭt vĕgĕtŭs, præscrīptă, &c.* Hor. Sat. 2, 2, 81. SYN. Fīrmŭs, vălĭdŭs, vălēns, rōbūstŭs, fōrtis, sānŭs.

vĕhĕmēns, tis.—*ŏpĕră vĕhĕmēntĕ mĭnīstĕr,* Hor. Ep. 1, 13, 5. SYN. Ācĕr, vălĭdŭs, grăvis: *vel* răpĭdŭs, præcēps, cĭtŭs, incĭtātŭs: *vel* fĕrōx, *vel* immŏdĕrātŭs, ēffrēnis.

vĕhĕmēntĕr. *Illŭd in his rēbŭs vĭtĭūm vĕhĕmēntĕr ĭnēsto,* Lucr. 4, 821. SYN. Ācrĭtĕr, grăvĭtĕr; *vel* ăcērbē, fĕrōcĭtĕr; *vel* immēnsē, vāldē, mūltūm.

vĕhĭcŭlūm. *Făcūndŭs in viā cŏmĕs prō vĕhĭcŭlo ēst,* P. Mim. SYN. Cūrrŭs, plaūstrūm, rhēdă, cārpēntūm. V. *Plaustrum, Currus.*

vĕho, vēxi, vēctūm. *Clāssĕ vĕhō mēcūm, &c.* Virg. Æn. 1, 383. SYN. Vēcto, invĕho, sŭbvĕho, fĕro, dēfĕro, ēffĕro, pōrto, dēpōrto, gĕro, gēsto, dūco, trăho. PHR. Dēfērrĕ cūrrū, ĕquō, nāvi.

vĕl. *illă vĕl intāctæ sĕgĕtis pĕr sūmmă vŏlārĕt,* Virg. Æn. 7, 808. SYN. Aūt, vĕ, *postpositiva particula:* Sīvĕ, seū.

Digitized by Google

vēlāměn, ĭnis. *ēt cīrcūmtēxtūm crŏcĕō vēlāmĕn ăcānthō*, Virg. Æn. 1, 653. SYN. Tĕgmĕn, ămictŭs, tĕgŭmēntūm. V. *Vestis*.

vēlĭfĕr. *Hic ŭbi vēlĭfĕrām naūtæ ādvērtĕrĕ cărīnām*, Ov. Met. 15, 719. PHR. Vēlis instrūctŭs.

vēlĭfĭco. *Naūtă pĕr ūrbānās vēlĭfĭcābăt ăquās*, Prop. 4, 10, 6. SYN. Vēlă dō, făcio. V. *Navigo*.

vēlĭvŏlŭs. *Dēspĭcĭēns mărĕ vēlĭvŏlūm tērrāsquĕ jăcēntēs*, Virg. Æn. 1, 228. VERS. Ēt frĕtă vēlĭvŏlās nōn hăbĭtūră rătēs.

vēllĭco, ās. *Vēllĭcĕt ābsēntēm Dēmētrĭŭs, aŭt quŏd ĭnēptŭs*, Hor. S. 1, 10, 79. SYN. Vēllo: *vel* lăcĕro.

vēllo, vēlli, *et* vūlsi, vūlsūm. *Vēllĭtŭr, huic ātrō lĭquūntŭr sānguĭnĕ gūttæ*, Virg. Æn. 3, 28. SYN. Ăvēllo, rĕvēllo, cōnvēllo, ăbstrăho, ēxtirpo, ēxtrăho, ēruo, aŭfĕro.

vēllŭs, ĕris. *Mōllĕ gĕrit tērgō lūcĭdă vēllŭs ŏvis*, Tibul. 2, 1, 62. V. *Lana*.

Vēllŭs aŭrĕūm. *Vellus aureum Arietis, quem habebat Athamas, Æoli filius Thebarum Rex, Nepheles maritus, ac deinde Inûs. Cùm Ino Phryxum et Hellen, prioris uxoris liberos, malè acciperet; illi aureo ariete conscenso, fugerunt; sed Helle in ponto submersa est, Phryxus verò Colchos pervenit, ubi Arietem Jovi, vel ut alii volunt, Marti immolavit; Vellus autem in Templo suspendit. Illud postea Jason cum cæteris Argonautis, ope Medeæ, abstulit; dracone pervigili, qui custos aderat, veneficiis sopito.* PHR. Vēllŭs Ăthămāntæūm, Æŏlĭūm, Phrȳxæūm, Nĕphĕlæūm. Ææūm, *ab ÆÄ urbe Colchidis.* Aūrātūm, fūlvūm, rŭtĭlūm, dīvĕs, vēllŭs. Aūrĕŭs ărĭēs. Ŏvis aūrĕă. Aūrātă pēllis. Aūrūm Phrȳxæūm, Æŏlĭūm, *&c.* ŏvis, *vel* ărĭēs, fūlvō vēllĕrĕ, *seu* villō aūrātō spēctābĭlis, dīvĕs. Ăthămāntæă fūlgĭdă pēllis ŏvis. Fūlvō vēllĕrĕ dīvĕs ŏvis. Aūrātūm vēllŭs ŏvis.

vēlo, ās. *Pūrpŭrĕō vēlārĕ cŏmās ădŏpērtŭs ămictū*, Virg. Æn. 3, 405. SYN. Ŏbvēlo, tĕgo, ămĭcio, ŏccūlto, ōbdūco, ŏpĕrio. V. *Abscondo*.

vēlōcĭtĕr. *Cūmvĕ rĕnāscēntēm tĕrĕrĕt vēlōcĭtĕr hȳdrām*, Ped. SYN. Cĭto, ōcȳŭs, sŭbĭtō, rĕpēntĕ, quāmprīmūm. V. *Statim*, *Celeriter*.

vēlōx, ōcis. *Vēlōcēs Spărtæ cătŭlōs, ăcrēmquĕ Mŏlōssūm*, Virg. Geo. 3, 405. SYN. Cĕlĕr, vŏlūcĕr, cĭtŭs, pērnix, præpĕs, lĕvis, răpĭdŭs, prŏpĕrŭs, præcēps, prōmptŭs, vŏlāns. PHR. Pĕdĭbŭs cĕlĕr, ĕt pērnīcĭbŭs ālis. Jăcŭlō, săgīttā, ālĭtĕ, vēntō, *vel* fūlmĭnĕ pērnĭcĭŏr. Trĕpĭdōs suētŭs prævērtĕrĕ cērvōs. Qui cūrsĭbŭs aūrās prōvŏcăt. Ŏcȳŏr ĕt jăcŭlo, ĕt vēntōs æquāntĕ săgīttā. VERS. Ēxŭpĕrātquĕ mŏrās, ĕt pōntēs trānsĭlit āltōs. V. *Celer*.

vēlūm, i. *Tēntāmūsquĕ viām, ĕt vēlōrūm pāndĭmŭs ālās*, Virg. Æn. 5, 520. SYN. Tĕgŭmĕn, vēlāmĕn, ămictŭs. V. *Vestis*.

*velum navis.* SYN. Cărbăsă, lintĕă, līnă, sĭnŭs. EPITH. Tūrgĭdūm, tŭmĭdūm, tŭmēns, īnflātūm, naūtĭcūm, hūmĭdūm, lĕvĕ, cĭtūm, pătēns, lāxūm, cūrvūm, sĭnŭōsūm, vŏlĭtāns, fŭgāx, cōncăvūm. PHR. Vēlōrūm sĭnŭs, ālæ. Āntēnnis pēndēntĭă vēlă. Āffixă, ānnēxă mālō. Īncērtis trādĭtă vēntis. Vēlă pāndĕrĕ, ēxpāndĕrĕ, tēndĕrĕ, īntēndĕrĕ, implērĕ, lĕgĕrĕ, cōntrăhĕrĕ. Vēlă făcĕrĕ, *i. e. navigare:* vēntis dărĕ vēlă. Præcĭpĭti cărbăsă tēnsă Nŏtō. VERS. Jūngūnt ēxtrēmō fēlīcĭă lintĕă mālō. Īntĕrĕā clāssēm vēlis āptārĕ jŭbēbăt. Nēptūnŭs vēntis implēvit vēlă sĕcūndis. Sæpĕ tŭmēnt Zĕphȳrō cărbăsă, sæpĕ Nŏtō. Vēlă făcit tămĕn ĕt plēnis sŭbit ōstĭă vēlis. V. *Navigo*.

*vela facio.* SYN. Vēlă dō, vēlĭfĭco, nāvigo. V. *Navigo*.

vĕlŭt. *impŭlit in lătŭs, āc vēnti, vĕlŭt āgmĭnĕ făctō*, Virg. Æn. 1, 86.

vĕlŭtī. *āc vĕlŭtī lēntis Cȳclōpēs fūlmĭnă māssis*, Virg. Geo. 4, 170. SYN. Vĕlŭt, ŭt, sīcŭt, nōn sēcŭs āc, haūd ălĭtĕr.

vēnă, æ. *incălŭit quŏtiēs saūcĭă vēnă mĕrō*, Mart. 4, 66. EPITH. Tūrgĭdă, tŭmĭdă, sălĭēns, trĕpĭdă, trĕmēns, tĕnĕră, sānguĭnĕă, plēnă, tŭmēns, tĕnŭis, ēxĭlis, grăcĭlis, călēns. VERS. Trĕpĭdæquĕ sĭne ūllă Pēllĕ mĭcānt vēnæ. Sălĭūnt tēntātæ pōllĭcĕ vēnæ.

*vena metalli.* V. *Fodina*.

vēnābŭlūm, i. *Rētĭă rāră, plăgæ, lātō vēnābŭlă fērrō*, Virg. 4, 131. SYN. Spīcŭlūm. EPITH. Lātūm, ăcūtūm, vūlnĭfĭcūm, fūlgēns. PHR. Rōbŭr ăcūtō fērrō. Lātō vēnābŭlă fērrō. Lōngō vēnābŭlă rōstrō. V. *Telum*, *Hasta*.

Digitized by Google

**vēnālis**, ĕ. *Plēnă dŏmūs lĭbris vēnālĭbŭs, accĭpe ĕt istŭd*, Juven. 3, 187. SYN. Vēnālĭtĭŭs: ĕxpŏsĭtŭs.

**vēnātĭcŭs.** *Irĕ vĭăm quā mōnstrăt ĕquŭs vēnātĭcŭs, ĕt quō*, H. Ep. 1, 2, 64.

**vēnātio**, ōnis. *Pŭlchĕr ădĕst ŏnăgĕr, mittī vēnātĭō dēbĕt*, Mar. 13, 101. SYN. Vēnātŭs. EPITH. Lætă, grātă, blāndă, jūcūndă, diffĭcĭlĭs, dūră, pĕrīcŭlōsă. PHR. Vēnāndī cūră, stŭdĭūm, lăbŏr. Fĕrārūm indāgo. Diānæ stŭdĭūm, lūdŭs, pălæstră. Săltŭs vēnāntĭbŭs āpti. V. *Venor.*

**vēnātŏr**, ōris. *Ignōtĭs, ĕt ĕquō vēnātŏr Iāpўgĕ fĕrtŭr*, Virg. Æn. 11, 671. SYN. Vēnāns. EPITH. Vĭgil, mātūtīnŭs, sēdŭlŭs, pĕrnōx, pĕrvĭgĭl, pĕrnix, vēlōx, præcēps, cĕlĕr, ăvĭdŭs, săgittĭfĕr, phărĕtrātŭs, sўlvēstrĭs, ĕrrăbūndŭs. PHR. Fĕrārūm sēctātŏr, prædātŏr, ăgĭtātŏr. Vēnātŭi, *vel* Diānæ stŭdiis āddīctŭs, dēdĭtŭs, āssuētŭs, āptŭs, invĭgĭlāns. Diānæ, *vel* nĕmŏrūm cūltŏr, stŭdĭōsŭs. Cædis fĕrīnæ stŭdĭōsŭs, ămāns, ăgĭtāns in săltĭbŭs aprōs. Jăcŭlō insignis, cĕlĕrīquĕ săgittă. Dūmētă văgis lătrātĭbŭs implēns. VERS. Ădvŏlăt ĕt præcēps cūrsū vēnātŏr ănhēlō. Hic nĕmŏrūm stŭdĭōsŭs ĕrăt, cædisquĕ fĕrīnæ. Clārŭs ĕrăt Cĕphălŭs sўlvis, mūltæquĕ pĕr hĕrbām Cōncĭdĕrānt illō pĕrcŭtĭēntĕ fĕræ. Scit bĕnĕ vēnātŏr sўlvis ŭbĭ rētĭă tēndăt; Scit bĕnĕ quā frēndēns vāllĕ mŏrētŭr ăpĕr. V. *Venor.*

**vēndĭco**, ās. *Nĕc vēndĭcābit cēllă sæpĭŭs clausă*, (Scaz.) M. 11, 101, 12. SYN. Ădscrībo, āttrĭbŭo, ărrŏgo, āssūmo: *vel* āssĕro, lībĕro, ĕxĭmo.

**vēndĭto**, ās. *Tōtă crēdĭtŏr ŭrbĕ vēndĭtābĭt.* (Phal.) Fur. SYN. Jăcto, jăctĭto, ōstēnto.

**vēndĭtŭs.** *Cōnjŭgis ŭtĭlĭŏr mērx ĕst, quæ vēndĭtă sæpĕ*, M. 12, 103, 3.

**vēndo**, vēndĭdi. *Vēndĭdĭt hic aurō pātrĭām*, Virg. 6, 621. SYN. Ălĭēno, distrăho, vēnūndo.

**vĕnēfĭcă.** *Bărbără nārrātŭr vēnissĕ vĕnēfĭcă tēcūm*, Ov. Ep. 6, 19. SYN. Măgă, săgă, incāntātrix. EPITH. Impūră, impĭă, scĕlĕrātă, tŭrpis, imprŏbă, dīră, Thēssălă, *à Thessalis mulieribus.* PHR. Thēssălă ănŭs. Thēssălĭcis pŏtēns vĕnēnis. Măgĭci dōctă mĭnistră dŏli. Quæ pōllĕt măgĭcō săgă mĭnistĕrĭō. VERS. Rĕlūctāntēm cūrsū dēdūcĕrĕ lūnām Nītĭtŭr, ĕt tĕnĕbris ābdĕrĕ Sōlis ĕquōs. Quæquĕ lŏcō sўlvās, vīvăquĕ săxă mŏvĕt. Pĕr tŭmŭlōs ĕrrăt pāssis disjēctă căpillis, Cĕrtăquĕ dē tĕpĭdis cōllĭgit ŏssă rŏgis. Dēvŏvĕt ābsēntēs, sĭmŭlăcrăquĕ cērĕă fingit, ĕt mĭsĕrūm tĕnŭēs in jĕcŭr ŭrgĕt ăcūs. Illă măgās ārtēs, Ææăquĕ cārmĭnă nōvit, Inquĕ căpŭt lĭquĭdās ārtĕ rĕcūrvăt ăquās. (V. *lib.* 4 *Æneid. de Magâ quâdam è Massylorum gente.*) Hæc sē cārmĭnĭbŭs prōmĭttĭt sōlvĕrĕ (*scilicet amore*) mēntēs Quās vĕlit, āst ălĭis dūrās immīttĕrĕ cūrās: Sistĕre ăquām flŭvĭis, ĕt vērtĕrĕ sīdĕră rētrō. Nōcturnōsquĕ cĭĕt mānēs, mūgīrĕ vĭdēbis Sŭb pĕdĭbŭs tērram, ĕt dēscēndĕrĕ mōntĭbŭs ōrnōs. V. *Maga.*

**vĕnēfĭcĭum.** *Quōsquĕ vĕnēfĭcĭis ābstŭlit illă sŭis*, Ov. Ep. 6, 19. SYN. Măgĭă, præstĭgĭæ, cārmĕn, incāntātio. EPITH. Măgĭcūm, Thēssălūm, Thēssălĭcūm, Æmŏnĭūm, *à Thessaliâ veneficis infami.* Cōlchĭcūm, Ææūm, Circæūm, Mēdēūm, *à Colchide ubi Æa urbs, et à Circe et Medeâ veneficis:* scĕlĕrātūm, dīrūm, infāndūm, nĕfāndūm, impĭūm, făllāx, dŏlōsūm, vānūm, ĭnānĕ, invălĭdūm, ĕxĭtĭōsūm, Tārtărĕūm, Stўgĭūm. PHR. Vĕnēfĭcĭi ārs impĭă. Măgĭcă, Thēssălă, vĕnēnă, mĕdĭcāmĭnă, tŏxĭcă, pŏcŭlă. Măgĭcæ, fūnēstæ, incāntātæ, vĕnēnātæ hĕrbæ. Ārtēs măgæ, măgĭcæ, Circææ, Thēssălæ, Thēssălĭcæ, Æmŏnĭæ, Cōlchĭcæ, Æææ, Mēdēæ, Măgĭci, dŏli, cāntŭs. Măgĭcūm, Circæūm, cārmĕn Thēssălĭcūm. Vōx Thēssălă. Măgĭcūm mĭnĭstĕrĭūm. Nŏxĭă, vĕnēfĭcă vērbă. Mēdēĭdēs hĕrbæ. Circæi ārs vĕnēfĭcĭi. Măgĭcæ vīrēs, æviquĕ fŭtūri præscĭŭs ārdŏr. Fūnēstārūmquĕ pŏtēstās hĕrbārūm. VERS. Hās hĕrbās ātque hæc Pōntō mĭhĭ lēctă vĕnēnă Ipsĕ dĕdit Mœris, nāscūntŭr plūrĭmă Pōntō: His ĕgŏ sæpĕ lŭpūm fĭĕri, ĕt sē cōndĕrĕ sўlvis Mœrim, sæpe ănĭmās imis ĕxcīrĕ sĕpŭlchris, Ātquĕ sătās ălĭō vīdi trādūcĕrĕ mēssēs. V. *Venefica, Circe, et Transformo, Magia.*

**vĕnēfĭcŭs.** SYN. Măgŭs, incāntātŏr, præstĭgĭātŏr. V. *Magus, et Venefica.*

**vĕnēnātŭs.** *Nĕc vĕnēnātis grăvĭdā săgittis*, (Sapph.) Hor. Od. 1, 22, 3. SYN. Vĕnēnōsŭs, vĕnēnĭfĕr, vĕnēfĭcŭs. PHR. Vĕnēnō, vĕnēni tābĕ, fēllĕ, tābō, sănĭē, sūccō, spūmā, infēctŭs, illĭtŭs, āspērsŭs, imbūtŭs, pērfūsŭs. Vĕnēnō ārmātŭs, mĕtŭēndŭs. Vĕnēnūm, vīrŭs fĕrēns, spārgēns, inspīrāns. Vĕnēnō lūrĭdŭs, vīrēns, tŭmēns, nŏxĭŭs, nŏcēns. Vīpĕrĕō sūccō imbūtŭs, spūmāns. Vīpĕ-

Digitized by Google

rĕō sānguĭnĕ, fēllĕ illĭtŭs, infectŭs. VERS. Aspicis ĕt mitti sūb ădūncō tŏxică fērrō, Ēt tĕlūm caūsās mŏrtis hăbērĕ dŭās.

vĕnēnūm, i. *ālbă nĕc Āssўrĭō fūcātŭr lānă vĕnēnō*, Virg. Geo. 2, 465. SYN. Vīrŭs, tŏxicūm, ăcŏnītă, *ōrum*, tābūm. EPITH. Tābĭfĭcūm, măgĭcūm, Thēssălĭcūm, &c. *Vide suprà* Venefĭcium *in Epith.* Lērnæūm, Gŏrgŏnēūm, *ab Hydrâ Lernæ, et Medusâ Gorgone*, lūrĭdūm, ātrūm, tētrūm, nĭgrūm, vīpĕrĕūm, dīrūm, crāssūm, līvēns, sŏmnĭfĕrūm, sŏpŏrĭfĕrūm, lēthālĕ, lēthĭfĕrūm, fātālĕ, fūnēstūm, ēxĭtĭālĕ, immĕdĭcābĭlĕ, insānābĭlĕ, ācrĕ, præsēns, nŏxĭūm, hŏrrēndūm, vĭŏlēntūm, pēstĭfĕrūm, fūrtīvūm, lătēns, ārcānūm, sērpēns, spūmāns, Tārtărĕūm, Stўgĭūm. PHR. Vĕnēni tābēs, fēl, tābūm, sănĭēs, sūccŭs, spūmă. Vĕnēnăti, vīpĕrĕi, fūnēsti, lēthĭfĕri, lēthālēs sūcci. Vīpĕrĕūs, vīpĕrĭnŭs crŭŏr, sānguis. Sērpēntūm sănĭēs. Nēssi crŭŏr, *à Nesso Centauro*. Cānthărĭdis sūccŭs. Trītis ăcŏnītă cĭcūtis. Fāllāx hērbă vĕnēni. Lēthālēs hērbæ. Vīpĕrĕæ spūmæ. Āvērnālēs ăquæ. Nīgră pŏcŭlă. Pŏcŭlă trīsti grāmĭnĕ mīstă. Pŏcŭlă lēthālī tāxō, ĕt Scўthĭcis mĕdĭcātă, infectă, *vel* vĭtĭātă vĕnēnis. Tābēs fūnēstă vĕnēni. VERS. Ēccĕ sŭbit vīrŭs tăcĭtūm, cārpītquĕ mĕdūllās Īgnis ĕdāx, călĭdāque incēndĭt vīscĕră tābĕ. Nēc mĕă mŏrtĭfĕris infēcit pŏcŭlă sūccis Dēxtĕră, nēc cuiquām cērtă vĕnēnă dĕdĭt. Cŏrpŭs tŭmēt ŏmnĕ vĕnēnō. Īmpĭă sŭb dūlci mēllĕ vĕnēnă lătēnt. Vīpĕră trīstĕ fĕrēns infīxō dēntĕ vĕnēnūm.

vēnĕo, īi. *Cōrrŭptŭs vānis rērŭm quiă vēnĕăt aūrō*, Hor. Sat. 2, 2, 25. SYN. Vēndŏr.

vĕnĕrābĭlis. *illŭd ămīcĭtĭæ sānctum ĕt vĕnĕrābĭlĕ nōmĕn*, Ov. Tr. 1, 7, 15. SYN. Vĕnĕrāndŭs, vĕrēndŭs, rĕvĕrēndŭs, cŏlēndŭs, ădōrāndŭs, aūgūstŭs. PHR. Mājēstātĕ vĕrēndŭs.

vĕnĕrātio. *Tūm quiă quæ vivis vĕnĕrātĭō rēgĭbŭs āntĕ*, M. SYN. Rĕvĕrēntĭă, ŏbsērvāntĭă, cūltŭs, hŏnŏr.

vĕnĕrŏr, āris.—*Vōtisquĕ dĕōs vĕnĕrābĕrĕ sēris*, Virg. Æn. 7, 597. SYN. Hŏnōro, ŏbsērvo, rĕvĕrĕŏr, vĕrĕŏr, ădōro. V. *Honoro, et Adoro.*

Vĕnĕtĭæ, ārūm. EPITH. Māgnæ, illūstrēs, inclўtæ, cĕlebrēs, fōrtēs, pŏtēntēs, indŏmĭtæ, invīctæ. PHR. Ūrbs Vĕnĕtōrūm. Āltæ pūlchērrĭmă Rōmæ Æmŭlă, quæ tērris, quæ dŏmĭnātŭr ăquis. Mĕdĭo in pĕlăgō mōlĭmĭnĕ mūltō Cōnstrūctă.

vĕnĭă, æ. *ōrāntēs vĕnĭam, ĕt tēmplūm clāmōrĕ pĕtēbānt*, Virg. Æn. 1, 523. SYN. Lĭcēntĭă, cōpĭă, pŏtēstās, făcūltās, lībērtās, *vel* indūlgēntĭă, impūnĭtās, cŏndōnātĭo. PHR. Vĕnĭām pĕto, ōro, prĕcŏr: vĕnĭām dō, trĭbŭo, rŏgānti cōncēdo. Nŏxām rĕmitto, cōndōno. VERS. Extrēmam hānc ōrō vĕnĭām, mĭsĕrērĕ sŏrōris. Nāmquĕ dăbūnt pācēm vōtis, irāsquĕ rĕmittēnt. Tū mŏdŏ pōscĕ dĕōs vĕnĭām. V. *Pax, et Parco.*

vĕnĭo, is, vēni, vēntūm. *Mōmēntō cĭtă mōrs vĕnĭt, aūt victōrĭă lætă*, Hor. Sat. 1, 1, 8. SYN. Ādvĕnĭo, ādvēnto, āccēdo, prŏpinquo, dēvĕnĭo, pērvĕnĭo: ădĕo, pĕto: āccĕlĕro, ādvŏlo, āpprŏpĕro, *vel* rĕdĕo, rĕvērtŏr: *vel* insto, immĭnĕo. PHR. Hūc cōncēdĕ, *vel* flēctĕ grădūm. Sēdēm vĕnĭēmŭs in ūnām. V. *Advenio.*

vēnŏr, āris. *Sēd prærēps virtūs ipsă vēnābĭtŭr aūlā*, Grat. PHR. Fĕrās insēctŏr, pērsĕquŏr, sēctŏr, ăgo, ăgĭto, ēxăgĭto, căpto, lātrātū tūrbo, clāmōrĕ prĕmo. Cătŭlis săgācĭbŭs fătīgo. Fĕris insto, insĭdĭās mōlĭŏr: cāssēs, lăquĕōs, plăgās, rētĭă, lĭnă tēndo, pōno. Sўlvās, sāltūs, *vel* nĕmŏră rētĭbŭs, indāgĭnĕ, cănĭbŭs, *vel* insĭdĭis claūdo, cingo, sēpĭo, circūmdo, cŏrōno, fătīgo. Vēnātū ēxērcĕo. Dīānæ stŭdĭă cŏlo, ēxērcĕo. Vēnātū, vēnātĭbŭs invĭgĭlo. Vēnāndo pĕr jŭgă, pĕr sўlvās văgāri. Īnsĭdĭis, cūrsūquĕ fĕrās ăgĭtārĕ. Trĕpĭdōs ăgĭtārĕ in rētĭă cērvōs. Vēnāndi stŭdĭūm cŏlĕrĕ. VERS. Ēt lăquĕis căptārĕ fĕrās, ĕt fāllĕrĕ vīscō. Aūrītōsquĕ sĕqui lĕpŏrēs ĕt fīgĕrĕ dāmās. Vēlōcēs jăcŭlō cērvōs cūrsūquĕ fătīgānt. Sæpĕ cĭtōs ēgi pĕr jŭgă sūmmă cănēs. Sæpĕ vŏlūtābris vūlsōs sўlvēstrĭbŭs āprōs Lātrātū tūrbābis ăgēns, mōntēsquĕ pĕr āltōs Īngēntēm clāmōrĕ prĕmēs ăd rētĭă cērvūm. Pĕr jŭgă, pĕr sўlvās, dūmōsăquĕ sāxă văgātŭr, Hōrtātūrquĕ cănēs. Īpsĕ ĕgŏ vēlōcis quærām vēstīgĭă cērvi, Ēt dĕmām cĕlĕri fērrĕă vīnclă cāni. Vēnātum in sўlvās jŭvĕnīlĭtĕr īrĕ sŏlēbām, Nēc mēcūm fămŭli, nēc ĕqui, nēc nārĭbŭs ăcrēs īrĕ cănēs, nēc lĭnă sĕqui nōdōsă sŏlēbānt, Tūtŭs ĕrām jăcŭlō. Quŏs pōstquām vĕnĕrĕ vĭri, pārs rētĭă tēndūnt; vincŭlă pārs ădĭmūnt cănĭbŭs, pārs prēssă sĕquūntŭr Signă pĕdūm. V. *Venator, et Canis venaticus.*

### DESCRIPTIO VENATIONIS.
**Ex Ovid. 8. Metam.**

Hinc aper excitus medio violentus in hostes
Fertur: ut excussis elisus nubibus ignis.
Sternitur incursu nemus, et propulsa fragorem
Sylva dat: exclamant juvenes, protentaque forti
Tela tenent dextrâ lato vibrantia ferro.
Ille ruit, spargitque canes, ut quisque furenti
Obstat, et obliquo latrantes dissipat ictu.

**vēntĕr**, trĭs. *Læsĕrāt ābjēgnī vēntĕr ăpērtŭs ĕquī*, Prop. 4, 1, 42. SYN. Ālvŭs, ŭtĕrŭs, vīscĕră, īliă. EPITH. Jējūnŭs, īmprŏbŭs, vŏrāx, văcŭŭs, īnānis, fămēlĭcŭs, ăvĭdŭs, căvŭs, căpāx, tūrgēns, tūrgĭdŭs, tŭmēns, tŭmĭdŭs, grăvĭs, fœtŭs: ĕpŭlīs īnflātŭs.

**vēntĭlo**, ăs. *Mēns īn cĕrēbrō vēntĭlātŭr ēbrĭō.* (Iamb.) Pr. SYN. Ēvēntĭlo; *vel* vērso, ăgĭto. PHR. Vēntōs, aūrām cĭĕo, ēxcĭto. Aūră rēfrīgĕro.

**vēntōsŭs.** *Āspĭcĕ, vēntōsī cĕcĭdērūnt mūrmŭrĭs aūræ*, Virg. Ecl. 9, 58. SYN. Vēntō plēnŭs, fœtŭs, grăvĭdŭs, tŭmēns: *vel* lĕvĭs, īnānĭs, vānŭs, fūtĭlĭs, tŭmĭdŭs, tŭmēns, tūrgēns, tūrgĭdŭs, īnflātŭs; *vel* sŭpērbŭs.

**vēntŭs.** *Prōsĕquĭtŭr sūrgēns ā pūppī vēntŭs ĕūntēs*, Virg. Æn. 3, 135. SYN. Aūră, spīrĭtŭs, flāmĕn, flātŭs, flābrŭm; Aūstĕr, Ăquĭlo, Bŏrĕās, Āfrĭcŭs, Eūrŭs, Zĕphўrŭs, Făvōnĭŭs: *vel* tūrbo, prŏcēllă. EPITH. Lēnis, spīrāns, mōllĭs, plăcĭdŭs, lĕvĭs, tĕnŭĭs, sĕcūndŭs, văgŭs, răpĭdŭs, præcēps, fŭrēns, vălĭdŭs, vĭŏlēntŭs, sævŭs, vŏlūcĕr, cĕlĕr, raūcŭs, trūx, sŏnāns, sŏnōrŭs, frĕmēns, fūlmĭnĕŭs, strīdēns, tūrbĭdŭs, glăcĭālĭs, īmmītĭs, īnsānŭs, frīgĭdŭs, nūbĭlŭs, plŭvĭŭs, ūdŭs, mădĭdŭs, gĕlĭdŭs, āspĕr, hўbērnŭs, brūmālĭs, dīscōrs, lūctāns, prŏcēllōsŭs, nĭmbōsŭs, hōrrĭsŏnŭs, fŭrĭbūndŭs, īnĭmīcŭs, ădvērsŭs, īnfēstŭs, Æŏlĭŭs. PHR. Vēntōrŭm flāmĭnă, flābră, flātŭs, ănĭmæ, spīrāmĭnă. Vēntōrŭm vīs, mĭnæ, fŭrĭæ, răbĭēs, bēllă, dīscōrdĭă, strĕpĭtŭs, mūrmŭră. Vēntōsæ aūræ. Vēnti tūrbo. Vălĭdī vīs īncĭtă vēntī. Prŏcēllæ strīdŏr. Vēntŭs īmmānī prŏcēllă strīdēns. Æstŭs mŏvēns. Frĕtă cōncŭtĭēns, ēvērtēns, *vel* ăgĭtāns æquŏră. Fĕră mūrmŭră tōllēns. Æŏlĭō cārcĕrĕ mīssŭs. Lūctāntēs vēntī tēmpēstātēsquĕ sŏnōræ. VERS. Vēntōsī mūrmŭrĭs aūræ Spīrānt. Vēntī frĕmūnt sўlvīs, ēt cæcă vŏlūtānt Mūrmŭră. Frĕtă cīrcūm Fērvēscūnt grăvĭtĕr spīrāntĭbŭs īncĭtă flābrĭs. Cæcō tūrbĭnĕ vēntī Præcĭpĭtānt. Mōntĭbŭs āltīs Aūdītŭr frăgŏr. Vēntīs sūrgēntĭbŭs æquŏră pōntī ăgĭtātă tŭmēscūnt. Nĕmŏrum īncrēbrēscit mūrmŭr. Īntĕr sē vēntī hōrrēndō mūrmŭrĕ lūctāntŭr. Vēntī vōrtĭcĭbŭs răpĭdīs *vel* sævă prŏcēllă Cœlŭm, mărĕ, tērrām cōncŭtĭūnt, ăgĭtānt, tōrquēnt. Pūlvĕrĕām nūbēm, nĭvēs, *vel* ūndās rŏtānt, glŏmĕrānt, īntōrquēnt. Tērrīs pĕlăgōquĕ mĭnāntŭr Ēxĭtĭŭm. Ōbvĭă quæquĕ rŭūnt, stērnūnt, ēvērtūnt. Dūm nūbĭlă vēntŭs ăgēbāt. Glŏmĕrātquĕ fĕrēns īncēndĭă vēntŭs. Lāxō sē cārcĕrĕ prōmūnt Æŏlĭī frātrēs, nūmĕrōque ēt vīrĭbŭs æquī; īn Zĕphўrōs Eūrŭs, Bŏrĕās mōtūrŭs īn Aūstrōs, Frōntĭbŭs ădvērsīs sēse īn cērtāmĭnă pōscūnt. Nām mŏdŏ pūrpŭrĕō vīrēs căpĭt Eūrŭs ăb ōrtū; Nūnc Zĕphўrŭs sērō vēspĕrĕ mīssŭs ădēst; Nūnc gĕlĭdŭs Bŏrĕās sīccā băcchātŭr ăb Ārctō; Nūnc Nŏtŭs ădvērsā prælĭă frōntĕ gĕrĭt. Vēntī vĕlŭt āgmĭnĕ făctō, Quā dătă pōrtă rŭūnt, ēt tērrās tūrbĭnĕ pērflānt. Mūtātī trānsvērsă frĕmūnt, ēt vēspĕre ăb ātrō Cōnsūrgūnt vēntī. Āntĕ vŏlānt sŏnĭtūmquĕ fĕrūnt ăd lĭttŏră vēntī. Sīc ŭbĭ prīmă mŏvēnt pĕlăgō cērtāmĭnă vēntī, Īnclūsām răbĭem, āc spārsūrās āstră prŏcēllās Pārtŭrĭt ūndă frĕtī, fūndōque ēmōtă mĭnācēs Ēxpīrāt pēr sāxă sŏnōs, ātque āctă căvērnīs Tōrquĕt ănhēlāntēm spūmāntī vōrtĭcĕ pōntŭm. Cōntĭnŭō vēntīs sūrgēntĭbŭs, aūt frĕtă pōntī Īncĭpĭūnt ăgĭtātă tŭmēscĕre, ēt ārĭdŭs āltīs Mōntĭbŭs aūdīrī frăgŏr, aūt rĕsŏnāntĭă lōngē Lĭttŏră mīscērī, ēt nĕmŏrum īncrēbrēscĕrĕ mūrmŭr. Ŭt grăvĭs Æŏlĭō cūm vēntŭs prōsĭlĭt āntrō Fērtŭr īn ārvă rŭēns, ēt sylvās stērnĭt ŏpācās. V. *Tempestas, Aquilo, Boreas, Notus, Zephyrus, Eurus, Auster, Aura.*

***ventum sedare.*** PHR. Cōmpēscĕrĕ, plācārĕ vēntōs. *Æquŏră mūlcērĕ.* Mărĭs īrām frāngĕrĕ. VERS. Īnde ŭbĭ prīmă fĭdēs pĕlăgō, plācātăquĕ vēntī Dānt măria, ēt lēnĭs crĕpĭtāns vŏcāt Aūstĕr. Ēxpēctă făcĭlēmque ūndām, vēntōsquĕ fĕrēntēs. V. *Serenitas.*



Digitized by Google

### *DESCRIPTIO VENTORUM.*
#### *ex Virg.* 2. *Æneid.*

Adversi rupto ceu quondam turbine venti
Confligunt, Zephyrusque, Notusque, et lætus Eois
Eurus equis, stridunt sylvæ, sævitque tridenti
Spumeus, atque imo Nereus ciet æquora fundo.

#### *Ex Ovid.* 1. *Trist.*

Inter utrumque fremunt immani murmure venti,
Nescit cui domino pareat unda maris.
Nam modò purpureo vires capit Eurus ab ortu,
Nunc sero Zephyrus vespere missus adest;
Nunc gelidus siccâ Boreas bacchatur ab Arcto,
Nunc Notus adversâ prælia fronte gerit.

Vĕnŭs, ĕris. *Sic Vĕnŭs, āc Vĕnĕris cōntrā sic fīlĭŭs ōrsŭs*, Virg. Æn. 1, 329.
*Amoris Dea, mater Cupidinis; Dea etiam gratiarum, pulchritudinis, et volup-*
*tatis habita est. Hanc è spumâ maris natam fingunt Poëtæ. Colebatur præcipuè*
*in insulâ Cypro, in Bœotiâ, et in Siciliâ.* SYN. Cȳthĕrēă, Cȳthĕrēĭă, Cȳthĕ-
rēĭs, *ab insulâ Cypro, ubi urbs Cythera.* EPITH. Păphĭă, Īdălĭă, Ăcīdălĭă,
Ērȳcīnă, *à Papho urbe, et Idalio nemore in insulâ Cypri: Ab Acidalio fonte*
*Bœotiæ, et ab Eryce monte Siciliæ.* Dĭōnæă, *à matre Dione*, Cȳthĕrēă, Cȳthĕ-
rēĭă, Cyprĭă, ālmă, pŏtēns, pūlchră, fōrmōsă, cāndĭdă, blāndă, lætă, ădūltĕră,
prŏtērvă, lāscīvă, īnfāmĭs, dīră, fœcūndă, lāctĕă, dūlcĭs, tūrpĭs, Vūlcānĭă, *quia*
*Vulcani uxor*, cōmptă, bĕnīgnă, plăcĭdă, dĕcōră, pērnĭcĭōsă, jūcūndă, rīdēns,
fāllāx, incēstă, ingĕnĭōsă, ignĕă, fœdă, pĕtŭlāns, sălāx, vĕnūstă, sŏlūtă, īnsānă,
ignĭpŏtēns. PHR. Dĕă Păphĭă, Īdălĭă. Păphĭă mātĕr, Dĕă, virgo. Æquŏrĕ
nātá. Mātĕr ămōrūm. Ortă mări. Lūxŭrĭæ nūtrix. Nātă frĕtō. Cyprĭă virgo.
Vūlcānĭă cōnjūx. Ăd fraūdēs ingĕnĭōsă. Incēstæ scĕlĕrātă lĭbīdĭnis aūctrix.
Mātĕr Dĭōnæă. V. *Libido.*

vĕnūstās, ātis. *Sēxtă vĕnūstātis, cūlliquĕ, &c.* Prop. V. *Pulchritudo, Lepor,*
*Forma.*

vĕnūstŭs, ă, ūm.—*tūm flōrĕ vĕnūstiŏr ōmni*, Prud. SYN. Pūlchĕr, dĕcōrŭs, fōr-
mōsŭs. V. *Pulcher.*

vepris, is. *Cōrnă vĕprēs, ēt prūnă fĕrūnt, ēt quērcŭs, ēt īlex*, Hor. Ep. 1, 16, 8.
SYN. Rŭbŭs, spīnă. V. *Spina.*

Vēr, is. *Vēr ădĕō frōndi nĕmŏrūm, vēr ūtĭlĕ sȳlvis*, Virg. Geo. 2, 323. EPITH.
Nŏvūm, nāscēns, blāndūm, plăcĭdūm, sūdūm, sĕrēnūm, tĕpĭdūm, bĕnīgnūm,
flōrĭdūm, pūrpŭrĕūm, flōrēns, gĕnĭālĕ, grātūm, jūcūndūm, ămīcūm, vĭrēns,
ămœnūm, ŏdōrūm, fragrāns, rīdēns, lūxŭrĭāns, fœcūndūm, fērtīlĕ, ūtĭlĕ, mădĭ-
dūm, ūdūm, nimbōsūm, imbrĭfĕrūm. PHR. Vērnūm tēmpŭs. Vērni dĭēs,
vērnă tēmpēstās. Tēmpŏră vēris. Nŏvă tēmpŏris ætās. Vēris clēmēntĭă, indūl-
gēntĭă, hŏnōs. Flōrĭfĕr ānnŭs. Pārs ānni mĕlĭŏr. Vēris ămœnă dĭēs, quies.
VERS. Vēr ĕrăt ætērnūm, blāndiquĕ tĕpēntibŭs aūris Mūlcēbānt Zĕphȳri nātōs
sĭnĕ sēmĭnĕ flōrēs. Vērĕ sēmpĕr nĭtĭdissĭmŭs ānnŭs: ārbŏr hăbēt frōndēs,
pābŭlă sēmpĕr hŭmŭs.

*verno tempore.*—SYN. Vērĕ nŏvō. PHR. Cūm mœstam hȳĕmēm Sōl aūrĕŭs ēgit
Sūb tērrās, cœlūmque æstīvā lūcĕ rĕclūsit. Cāndĭdŭs aūrātis ăpĕrīt cūm cōrni-
bŭs ānnūm Taūrŭs, ĕt ădvērsō cēdēns Cănis ōccĭdit āstrō. Vēr flōrĭbŭs ārvă nŏvis
dĕcŏrăt, pingit. Vēr æthĕră, cœlūm mūlcĕt. Vērĕ nŏvō vēstītŭr hūmŭs, vēstītŭr
ĕt ărbōs: Rīdēt ăgĕr, tūnc hērbă rĕcēns ēt rōbŏris ēxpērs Tūrgēt. Ărbōs sē
plūrĭmă cāmpis Indŭit in flōrēm. Trūdit gēmmās, ēt frōndēs, *vel* flōrēs, ēxplĭcăt
ārbōs. Omnis in hērbās tūrgēt hŭmŭs. Pārtŭrit ōmnis ăgĕr, Zĕphȳrīquĕ tĕpēn-
tibŭs aūris Lāxānt ārvă sĭnūs. Vērni rīdēnt dĭēs, cœlūmquĕ sĕrēnā Lūcĕ nĭtĕt.
Cūm lætis dĕcŏrāntŭr flōrĭbŭs ārvă. Cūm tĕnĕrō cēspĭtĕ tērră vĭrĕt. Cūm sē
humus vēstit cēspĭtĕ lætō, Ărbŏr ĕt ūmbrōsās ēxplĭcăt āltă cŏmās. Vērĕ nŏvō cūm
... cŏnnīrĕ vŏlŭcrēs Incĭpĭēnt nīdōsquĕ rĕvērsă lŭtābit hĭrūndo. Cūm priscŭs
hŏnōs hōrtis vĕnit, ēt cūm gārrŭlă līmōsās sēdēs mōlītŭr hĭrūndo. Cūm vŏlŭcrēs

Digitized by Google

Tĕpĭdūm cōncēntĭbŭs āĕră pūlsānt. Blāndĭ cūm nūncĭă vēris hĭrūndo Ădmŏnĕt æquālēs cūm lūcĭbŭs ēssĕ tĕnĕbrās. Cūm ărbŏrĭbŭs rĕdĕūnt dētōnsæ frīgŏrĕ frōndēs: vĭrĭdĭsque in grăvĭdō pălmĭtĕ gēmmă tŭmĕt. Cūm vērĕ tĕpēnti Vītĭs ăgit gēmmās, pigrăquĕ fŭgit hȳēms. V. *Floreo, Flos, Frondeo, Gramen, Herba, Arbor, Serenitas.*

## *DESCRIPTIO VERIS.*

Jam violas puerique legunt, hilaresque puellæ,
  Rustica quas nullo terra serente gerit,
Prataque pubescunt variorum flore colorum,
  Indocilique loquax gutture vernat avis;
Herbaque, quæ latuit Cerealibus obruta sulcis,
  Exerit è tepidâ molle cacumen humo:
Quoque loco est vitis, de palmite gemma movetur:
  Ludit et in pratis, luxuriatque pecus. *Ov. Tr.* 3, 12, 5

**vērāx**, ācis. *Fīgŭr, ĕrŭt vērāx vātĭcĭnātă sŏrŏr,* Ov. Ep. 16, 271. SYN. Vērŭs, sincērŭs.

**vērbĕr**, ĕris. *Prōnĭque in vērbĕră pēndĕnt,* Virg. Æn. 5, 144. SYN. Flăgēllūm, virgă: băcŭlŭs, fūstis. EPITH. Tōrtūm, sævūm, cōntōrtūm, crūdēlĕ, crŭēntūm, crūdūm, intōrtūm, vĭŏlēntūm, tristĕ, nōdōsūm, crĕpĭtāns, ăcērbūm, insānūm, nĕfāndūm, fērrĕūm, sānguĭnĕūm, ārdēns, mĭnāx, mōrtĭfĕrūm. V. *Flagellum.*

**vērbĕro**. *ērĭgit āltērnōs, ĕt sȳdĕră vērbĕrăt ūndă,* Virg. Æn. 3, 423. SYN. Cædo, tūndo, fĕrio, pērcŭtio, dīvērbĕro, pūlso. PHR. Vērbĕră dō, īnflīgo, fĕro. Ictūs ingĕmĭno, instārĕ vērbĕrĕ, insŏnārĕ flăgēllō. Mănū pērcŭtio, pūlso. Pūgnis fœdārĕ. Vērbĕrĕ, flăgēllō, flagrō cædĕrĕ, cāstīgārĕ, quătĕrĕ, ăgĭtārĕ, ēxcĭtārĕ. Tērgă, *vel* lătŭs scindĕrĕ, nŏtārĕ flăgēllō. VERS. Ōră prŏtērvis Īnsĕquĭtŭr mănĭbŭs, gĕnĕrōsăquĕ pĕctŏră pūlsăt. Jāmque ĭtĕrūm tūndēns mōllissĭmă pĕctŏră pălmis. Intōrtō vērbĕrĕ tērgă sĕcăt. Pĕctŏră nūnc fœdānt pūgnis, nūnc ūnguĭbŭs ōră. Nēc mŏră, nēc rĕquiēs; quām mūltā grāndĭnĕ nimbi Cūlmĭnĭbŭs crĕpĭtānt, sic dēnsis ictĭbŭs hērōs Crēbĕr ŭtrāquĕ mănū pūlsăt, vērsātquĕ Dārētă, Nūnc dēxtra ingĕmĭnāns ictūs, nūnc illĕ sĭnistrā. Tērquĕ quătērquĕ mănū pĕctŭs pērcūssă dĕcōrūm. V. *Flagello, Ictus.*

**vērbōsĭtās**, ātis. *Vērbōsĭtātis ipsĕ rūmpātŭr lŏcŭs,* Prud. SYN. Gārrŭlĭtās, lŏquācĭtās.

**vērbōsŭs**. *Cēdūnt vērbōsi gārrŭlă bēllă fŏri,* Ov. Tr. 3, 12, 18. SYN. Lŏquāx, gārrŭlŭs, mūltĭlŏquŭs. V. *Garrulus.*

**vērbūm**, ī. *ūt præcēptōri vērbōrūm rēgŭlă cōnstĕt,* Juv. Sat. 7, 230. SYN. Vōx, dictio, dictūm, vŏcābŭlūm, sŏnŭs, lŏquēlă, sermo. V. *Vox, Loquor, Sermo.*

**vērē**, Adv. *ō vērē Phrȳgiæ, nĕc ĕnim Phrȳgĕs, ītĕ pĕr āltă,* Virg. Æn. 9, 617. PHR. Ōrĕ vērīdĭcō.

**vĕrēcūndŏr**, āris. *Vĕrēcūndāri nēmĭnem ād mēnsām dĕcĕt.* (Iamb.) Pl. SYN. Pŭdĕt mē, ērūbēsco. V. *Erubesco.*

**vĕrēcūndŭs**, ă, ūm. *illă vĕrēcūndis lūx ēst præbēndă pŭēllis,* Ovid. SYN. Pŭdēns, pŭdĭbūndŭs, mŏdēstŭs.

**vĕrĕŏr**, ēris, vĕrĭtŭs.—*ēquĭdēm dē tē nil tālĕ vĕrēbăr,* Virg. Æn. 9, 207. SYN. Tĭmĕo, mĕtŭo, fōrmīdo, hōrrĕo. V. *Timeo, vel* ōbsērvo, cŏlo, hŏnōro, vĕnĕrŏr, rĕvĕrĕŏr. V. *Honoro.*

**Vērgĭliæ**, ārūm. *ēt sĭt ĭnērs tārdis nāvĭtă Vērgĭlĭis,* Pr. 1, 8, 10. V. *Pleiades.*

**vērgo**. *Vērgēbānt nūnc dānt illis sŏlērtĭŭs ipsi,* Lucr. 5, 1008. SYN. Prōpēndĕo, inclino, pēndĕo, inclino, pēndĕo, inclīnŏr, dēclino: tēndo, spēcto.

**vērīdĭcŭs**, ă, ūm. *Seū tŭă vērīdĭcæ dīcūnt rēspōnsă Sŏrōrēs,* Mart. 5, 1, 3. SYN. Vērāx.

**Vērĭtās**, ātis. *Vōx vērĭtātis tēstis ēxtingui nĕquit.* (Iamb.) *Ut dea colebatur ab antiquis, filia Temporis seu Saturni, mater autem Virtutis.* SYN. Vērūm. EPITH. Cāndĭdă, ăpērtă, nūdă, simplēx, sincēră, sānctă, æquă, fĭdēlis, fīdă, cōncōrs. PHR. Nēscĭă fraūdūm. Nēscĭă fāllĕrĕ virtūs. Vēră fĭdēs. Vērāx dictūm. Nōn fŭgĭēns lūcēm. Inscĭă fūci. Incōrrūptă fĭdēs nūdăquĕ vērĭtās. VERS. Fāmă nĕc ā vēri dissĭdĕt illă fĭdē.



Digitized by Google

vĕrĭtŭs. *Sic qui paupĕrĭem vĕrĭtŭs, pŏtĭōrĕ mĕtāllō*, Hor. E. 1, 10, 39. SYN. Vĕrĭtŭs.

vĕrmĭcŭlātŭs.—*ātque ĕmblēmătĕ vĕrmĭcŭlātō*, Lucil.

vĕrmĭs. *Vĕrmĭbŭs, ĕt prīvās in cŏrpŏrĕ pōssĕ vĕnīrĕ*, Lucr. 3, 723. SYN. Vĕrmĭcŭlŭs, lŭmbrĭcŭs. EPITH. Exĭgŭŭs, tĕnŭĭs, ĕxīlĭs, grăcĭlĭs, pārvŭs, lōngŭs, tĕrrēnŭs, tĕrrēstrĭs, fœdŭs, sōrdĭdŭs, infēstŭs. PHR. Fœdō se in pŭlvĕrĕ vŏlvēns.

vērnă, æ. *Vērnāsquĕ prŏcācēs*, Hor. S. 2, 6, 66. SYN. Fămŭlŭs, sērvŭs, mĭnĭstĕr, māncĭpĭŭm. V. *Servus.*

vērō. *ĕgrĕgĭām vērō laŭdem ăc spŏlĭa āmplă rĕfērtĭs*, Virg. Æn. 4, 93. SYN. Sānē; *vel* aŭtĕm.

Vērōnă. *Tāntŭm pārvă sŭō dĕbĕt Vērōnă Cătŭllō, Quāntŭm māgnă sŭō Māntŭă Vĭrgĭlĭō*, Ov. Am. 3, 15, 7. EPITH. Fērtĭlĭs, fĕrāx, āmœnă, cūltă, grātă, pārvă.

vērsātĭlĭs, ĕ. *āt vĭgĭlēs mūndī māgnum ĕt vērsātĭlĕ tēmplŭm*, Luc. 5, 1435. SYN. Vŏlūbĭlĭs.

vērsātŭs. *āltĕră nōn dĕĕrūnt tĕnŭī vērsātă fāvīllā*, Mart. 11, 53, 9. SYN. Gnārŭs, pĕrītŭs, scĭēns, dŏctŭs.

vērsĭcŏlŏr, ōrĭs. *Āstŭr ĕquō fīdēns ĕt vērsĭcŏlōrĭbŭs ārmĭs*, Virg. Æn. 10, 181. SYN. Mūltĭcŏlŏr, dīscŏlŏr, vărĭŭs. PHR. Vărĭō cŏlōrĕ dīstīnctŭs.

vērso, ās. *Seŭ vērsārĕ dŏlōs, seū cērtæ ŏccŭmbĕrĕ mōrtī*, Virg. Æn. 2, 62. SYN. Trăcto, tāngo: *vel* cōnvērto, vŏlvo, flēcto, cōnvŏlvo: *vel* ăgĭto, mŏvĕo, tōrquĕo.

vērsŏr, ārĭs. *Vērsātŭr Ātreŭs, tōtă jam ānte ŏcŭlōs mĕōs*, (Iamb.) S. SYN. Mănĕo, mŏrŏr, hăbĭto, sŭm, hærĕo: *vel* stŭdĕo, incŭmbo, invĭgĭlo, insūdo, ŏpĕrām dō.

vērsŭs, ŭs. *Vērsĭbŭs incōmptĭs lūdūnt, rĭsūquĕ sŏlūtō*, Virg. Geo. 2, 386. SYN. Cārmĕn, mŏdī. EPITH. Cănōrŭs, făcūndŭs. V. *Carmen, et Carmina scribere.*

vērsūtĭă, æ. *Tēntāntĭ intĕrĕā Chrīstŭm vērsūtĭă fāllāx*, Juvenc. V. *Astutia, Fallacia.*

vērsūtŭs. *Nōn Nŏmăs ārcānās tōllāt vērsūtă sălīvās*, Prop. 4, 7, 37. SYN. Văfĕr, căllĭdŭs, āstūtŭs, dŏlōsŭs, mălīgnŭs.

vērtĕx. *Tygrĭdĭs ĕxŭvĭæ pĕr dŏrsum ā vērtĭcĕ pēndēnt*, Virg. Æn. 11, 577. SYN. Căcūmĕn, cūlmĕn, fāstīgĭŭm, ăpĕx. V. *Cacumen, et Vertex.*

vērto, ti, sŭm. *Neū pătrĭæ vălĭdās in vīscĕră vērtĭtĕ vīrēs*, Virg. Æn. 6, 833. SYN. Cōnvērto, flēcto, tōrquĕo, vŏlvo, vērso: *vel* vărĭo, mūto, cōmmūto: *vel* ēvērto: dīrŭo.

vĕrū. *ĕt tĕrĕtī pūgnānt mūcrōnĕ, vĕrūquĕ Săbēllō*, Virg. Æn. 7, 665. EPITH. Lōngŭm, tĕrēs, fērrĕŭm. VERS. Vīscĕra ĕt in vĕrŭbŭs sūdānt vērsātă cŏlūrnĭs. Sūbjĭcĭūnt vĕrŭbŭs prūnās, ĕt vīscĕră tōrrēnt.

vērŭm. Conjunct. *Vērum ĕtĭam invīsōs sī quōs tēntārĭs ămīctŭs*, Virg. Geo. 3, 563. SYN. Sĕd, ăt, ăst.

vērŭs. *Nōn dătŭr, āc vērās aŭdīre ĕt rēddĕrĕ vōcēs*, Vir. Æn. 1, 414. SYN. Gērmānŭs, sincērŭs: *vel* vērāx, ingĕnŭŭs, cāndĭdŭs.

vēsānĭă, æ. *ipsă sĭbī ēst hōstĭs vēsānĭă, sēquĕ fŭrēndo*, Prud. SYN. Insānĭă: *vel* fŭrŏr. V. *Stultitia, Furor.*

vēsānŭs. *Suādĕt ĕnim vēsānă fămēs, &c.* Virg. Æn. 9, 340. SYN. Stūltŭs, *vel* fŭrĭōsŭs.

vēscŏr, ĕrĭs. *ăc pŏtĭŭs fŏlĭīs pārcŭs vēscātŭr ămārĭs*, Hor. Sat. 2, 3, 114. SYN. Pāscŏr, ălŏr, nūtrĭŏr, sūstēntŏr, vīvo. VERS. Victū pāscūntŭr sĭmplĭcĭs hērbæ. Frōndĭbŭs ărbŏrĕĭs ĕt ămāră pāscĭtŭr hērbā. V. *Edo.*

Vĕsĕvŭs, ĭ. *Tālĕm dīvĕs ărāt Căpŭa, ĕt vīcīnă Vĕsĕvō*, Virg. Geo. 2, 224. *Mons juxta Neapolim, agros habens miræ fertilitatis; et planitiem in cacumine sterilem, quæ fumum flammasque interdum evomit.* SYN. Vĕsŭvĭŭs, Vĕsvĭŭs. EPITH. Prærūptŭs, fĕrāx, vĭrĭdĭs, vĭrēns, fērtĭlĭs, ārdēns, flāmmĭvŏmŭs, ignĭvŏmŭs. PHR. Vĕsĕvī jŭgŭm. Vĕsŭvīnŭs ăpĕx, mōns. VERS. Sæpe ērūctăt in āstră făvīllās. Ātrām prōrūmpĭt ăd æthĕră nūbĕm Tūrbĭnĕ fūmāntĕm pĭcĕo, ĕt cāndēntĕ făvīllā.

|| vēspă. EPITH. Strīdŭlă, strīdēns, strĕpēns, strĕpĭtāns. PHR. Invīsă cĭcādĭs.

Vēspĕr. *Mūtātī trānsvērsă frĕmūnt, ĕt vēspĕre ăb ātrō*, Virg. Æn. 5, 10. SYN. Vēspĕră, vēspĕrūgo, Hēspĕrŭs: *vel* vēspĕrtīnŭm tēmpŭs. EPITH. Nōctĭfĕr, ŏccĭdŭŭs, ūmbrĭfĕr, ŏpācŭs, sērŭs, frīgĭdŭs, rōscĭdŭs, ūdŭs, rŭbēns, pĭgĕr. PHR. Sērŭm Vĕnĕrĭs sīdŭs, āstrŭm. Nōctĭs nūncĭŭs, index āstrŭm.

vesperi, vel vespere. SYN. Sērō. PHR. Diē vērgēntĕ, lābēntĕ, prōnō, inclīnātō. Sōlĕ fŭgīēntĕ, ŏccĭdŭō, cădēntĕ. Sōlĕ sŭb ŏccĭdŭō. Crēscēntĭbŭs ūmbrīs. Cūm Phœbŭs, Sōl, Tītān in Hēspĕrĭās ūndās præcĭpĭtăt: prōnŭs mărĕ pĕtĭt: jŭgă dēmĭt ĕquis: rădĭōs æquŏrĕ cōndĭt; sŭb īmūm vērtĭtŭr ōrbēm. Crēscēntēs dŭplĭcăt ūmbrās. Sōl ŏccĭdŭŭs, vel cădēns īmūm pĕtĭt ōrbēm. Vēspĕr sērās nūncĭăt hōrās: sērās ūmbrās vel tĕnebrās prōfĕrt. Vēspĕr nōctēm dĭē vērgēntĕ rĕdūcĭt. Jām nōx jūngĭt ĕquōs. Indūcūnt sēră crĕpūscŭlă nōctēm. Ŏbtēntā dēnsāntŭr nōctĕ tĕnebræ. Nigrō rŭtĭlāns sūrgēbăt ăb ōrtū vēspĕr. Āstrĭfĕrō prōcēdĭt vēspĕr Ŏlympō. Sēra ŏstēndĭt lūmĭnă vēspĕr. Frīgĭdŭs āĕră vēspĕr Tēmpĕrăt. V. *Noctesco, et Crepusculum.*

1. Vēstă, æ. *Cānæ pĕnĕtrālĭă Vēstæ*, Virg. 5, 744. *Saturni et Opis filia, Virginitatis Dea, cui Ignis perpetuus sacer erat, à Vestalibus asservatus.* EPITH. Cāstă, sānctă, pŭdīcă, sacră, vĕnĕrāndă, pŏtēns. VERS. Vēstāmquĕ pŏtēntēm, ætērnūmque ădўtīs ēffĕrt pĕnĕtrālĭbŭs ignēm.

2. Vēstă. *Stăt vi Tērră sŭă, vi stāndō Vēstă vŏcātŭr*, Ov. F. 6, 299. *Terra sic appellata, uxor Cœli, et mater Saturni, ex fabulis.* EPITH. Āntīquă, prīmævă, sĕnēx, vĕtŭs.

Vēstālis. *Pāllăs in hānc quŏnĭām Vēstālis ŏrīgŏ făvīllă*, Pr. *Virgo Deæ Vestæ devota. Si qua virginitatem violâsset, viva sub terram defodiebatur, in sceleris pœnam.* EPITH. Cāstă, pŭdīcă, innūbă, cælēbs, intĕgră, sacră, sānctă, vĕnĕrābĭlis, vĕnĕrāndă, rēlĭgĭōsă, Rōmānă. PHR. Vēstæ sacră, sānctă, dĭcātă, āddĭctă, vel dēvōtă săcērdŏs, virgo, ignis, seu fŏcī ætērnī, vĭgĭlis, pērpĕtŭī cūstōs. Vēstæ vĕnĕrāndă săcērdŏs. Vĭttātă pŭēllă. Quæ cāstæ sērvăt pĕnĕtrālĭă Vēstæ. Cui dătă pērpĕtŭī cūstōdĭă pērvĭgĭl ignis. Pērpĕtŭă sērvāns virgĭnĭtātĕ fŏcōs.

vēstĭbŭlūm, i. *Vēstĭbŭlis ădsūnt vĕtĕrēs lāssīquĕ clĭēntēs*, Juv. 1, 132. SYN. Pōrtĭcŭs, ātrĭūm. EPITH. Mārmŏrĕūm, sŭpērbūm, māgnĭfĭcūm, pictūm, lātūm.

vēstīgĭūm.——*āgnōscō vĕtĕris vēstīgĭă flāmmæ*, Virg. Æn. 4, 23. SYN. Signă pĕdūm: vel signūm, rēlĭquiæ: vel pēs, plāntă, pāssŭs, grădŭs. EPITH. Imprēssūm, signātūm, fīxūm, rĕcēns, mănĭfēstūm. PHR. Pĕdūm imprēssūm indĭcĭūm. Signātæ pĕdūm nōtæ. Signă nŏtæquĕ pĕdūm. Vīæ signă, indĭcĭūm. Vēstīgĭă sĕquī, lĕgĕrĕ, ūrgērĕ, sērvārĕ, ŏbsērvārĕ. VERS. Æquō sĕquĭtŭr vēstīgĭă pāssū. Prēssōquĕ lēgĭt vēstīgĭă grēssū. Inĕrānt vēstīgĭă rīpis. Ātque hōs, nē quă fŏrēnt pĕdĭbŭs vēstīgĭă rēctis, Caūdă in spēlūncām trāctōs, vērsisquĕ vĭārūm Indĭcĭīs răptōs săxo ŏccūltābăt ŏpācō.

vēstigo, ās. *Vēstīgēmŭs ĕt ā pōrtū dīvērsă pĕtāmŭs*, Vir. Æn. 7, 132. SYN. Invēstigo, inquiro, quæro. V. *Quæro.*

vēstio, īvi, ii, ītūm.—*sāndĭx pāscēntēs vēstĭĕt āgnōs*, Virg. Ecl. 4, 45. SYN. Indŭo, ŏpĕrio, tĕgo. PHR. Vēstĕ tĕgo, circūmdo, ămĭcio, ŏpĕrio, vēlo, indūco, ōrno, ēxōrno, dĕcōro, insignio. VERS. Tūnĭcāque indūcĭtŭr ārtŭs. Pictōque hŭmĕrōs indūtŭs ămictū.

vēstis, is. *ĕt Tyrĭæ vēstēs, et dūlcis tībĭă cāntū*, Tib. 1, 7, 47. SYN. Vēstīmēntūm, vēstītŭs, tēgmĕn, ămictŭs, vēlāmĕn, vēlāmēntūm, chlămўs, tūnĭcă, tŏgă, pāllĭūm: *mulierum vestis.* Cārbăsŭs, linūm, pĕplūm. EPITH. Prĕtĭōsă, pūrpŭrĕă, cōccĭnĕă, pictă, lĭnĕă, sērĭcă, māgnĭfĭcă, rēgĭă, vērsĭcŏlŏr, lōngă, flŭēns, ūndāns, nĭtēns, splēndĭdă, dĕcōră, cāndĭdă, nĭvĕă, ālbă, vĭrĭdis, vĭrēns, rŭbĕă, rubră, rŭbēns, lūtĕă, crŏcĕă, cærŭlĕă, nigră, pūllă, ātră, mœstă, lūgubris, fūnĕrĕă, fērālis, lăcĕră, squāllēns, dēmissă, sĭnŭōsă. PHR. Ārtĕ tēxtă, lăbōrātă. Ostrō, vel mūrĭcĕ tinctă, splēndēns. Aūrō rĭgēns, āspĕră, squāllēns, sŭpērbă, insignis, intērtēxtă, illĭtă. Prĕtĭōsō stāmĭnĕ Sērūm tēxtă. Gēmmis ŏnūstă, rădĭāns. Pictis intēxtūm vēstĭbŭs aūrūm. Pictă crŏcō. Ēt fūlgēntī mūrĭcĕ vēstis. Tyrĭō sūbtēgmĭnĕ fūlgēns. Bĕnĕ cōnvĕnĭēns, ĕt sĭnĕ lābĕ tŏgă. Ārtĕ lăbōrātæ vēstēs, ōstrōquĕ sŭpērbæ. VERS. Fērt pictūrātās aūri sūbtēgmĭnĕ vēstēs. Āspĕrăt Indŭs vēlāmēntă lăpis. Pĕdēs vēstis dēflūxĭt ăd īmōs. Hŏrrĭdă villōsā cōrpŏră vēstĕ tĕgūnt.

vēstītŭs, ă, ūm. *ĭtŭr in ætērnō vēstītŏs grāmĭnĕ cāmpōs*, Cl. SYN. Indūtŭs, ămictŭs, tūnĭcātŭs. PHR. Vēstĕ tēctŭs, ōrnātŭs, dĕcōrātŭs, sŭpērbŭs.

Vĕsŭvĭŭs; vel Vĕsvĭŭs. V. *Vesevus.*

vĕtĕrēs, ūm. *In vĕtĕrēs ēstō dūră pŭēllă sĕnēs*, Tib. 1, 8, 50. V. *Majores.*

vĕtērnŭs. *Nĕc tōrpērĕ grăvī pāssŭs sŭă rēgnă vĕtērnō*, V. G. 1, 42. V. *Pigritia.*

vĕtĭtŭs, ă, ūm. *Nītĭtŭr in vĕtĭtūm, dāmni sĕcūră lĭbīdo*, Cl. SYN. Prŏhĭbĭtŭs, vel injūstŭs.



Digitized by Google

vĕto, ās, vĕtŭi, vĕtĭtŭm. *Rēlligiŏ vĕtăit sĕgĕti prætendĕrĕ sēpĕm*, Virg. Geo. 1, 270. SYN. Prŏhĭbĕo, *vel* impĕdio, obsto: obsŭm. VERS. Primăquĕ vĕtănt cŏnsistĕrĕ tĕrrā. Quippĕ vĕtŏr fātis.

vĕtŭlă, æ. *ōmnēs aŭt vĕtŭlās hăbēs ămicās*, (Phal.) Mart. 8, 79, 1. SYN. Ănŭs. EPITH. Frigĭdă, trĕmēns, cŭrvă, sēgnis, mārcĭdă, rūgōsă, mōrbōsă, ægră, lănguĭdă, dēlīrāns, dēfōrmis, sōrdĭdă, mōrōsă, tristis. PHR. Grăvis ănnis. Ănnōsă părēns. Grāndiŏr ævō mātĕr. Sĕniŏ cŏnfēctă. Mēmbris sĕnilĭbŭs tĭtŭbāns. V. *Senex*.

vĕtŭs, ĕris. *Dixĭmŭs ămisit vērŭm vĕtŭs Ālbŭlă nōmĕn*, Vir. Æn. 8, 332. SYN. Vĕtŭstŭs, ăntiquŭs, priscŭs: *vel* sĕnĕx, ănnōsŭs, lōngævŭs.

vĕtŭstās, ātis. *Tūque invĭdĭōsă vĕtŭstās*, Ov. Met. 15, 434. SYN. Ăntiquĭtās, *vel* sĕnēctŭs. EPITH. Lōnginquă, tārdă, ănnōsă, cānă, vĕnĕrāndă, sĕră. PHR. Cūnctă rŏdēns. Mĕmŏrāndă cănēns. Prisci tēmpŏris ætās. VERS. Tāntum ævi lōnginquă vălēt mūtārĕ vĕtŭstās. Nūnc sitŭs infōrmis prĕmit ĕt lōngævă vĕtŭstās. Tĕmpŭs ĕdāx rērŭm, tūque invĭdĭōsă vĕtŭstās, Ŏmniă dēstrŭitis. Tābĭdă cōnsŭmit fērrŭm, lăpĭdēmquĕ vĕtŭstās. Nūllăquĕ rēs mājŭs tēmpŏrĕ rōbŭr hăbĕt.

vēxillŭm. *Vēxillŭm nāvālĕ dărēs*, Claud. SYN. Signŭm, insignĕ, bēlli: *Romanorum*, ăquĭlă. EPITH. Mārtiŭm, Māvŏrtiŭm, bēllĭcŭm, pictŭm, vŏlāns, flŭitāns, vŏlĭtāns, ĕxpānsŭm, ĕxplĭcĭtŭm, ŭndāns, lĕvĕ, mĭnāx, tĕrrĭfĭcŭm. VERS. Ădvĕrsis cōncŭrrĕrĕ signis. Cāstris āvŭlsă mŏvēri Signă jŭbĕt dŭctŏr. Vēxilla ŭndātim mĕdĭās păndŭntŭr in aŭrās. Crispă sŭsŭrrănti flŭitānt vēxillă Nŏtōrŭm Flāminĕ. Ŭndātimquĕ lĕvi flŭitāntiă cărbăsă vēntō Ŏstēntānt Mārtis spĕciēm.

vĕxo, ās. *Sūmmă fŭit, dŭŏ si discōrdiă vēxĕt inērtēs*, Hor. Sat. 1, 7, 15. SYN. Tŏrquĕo, crŭcio, ĕxcrŭcio, discrŭcio, ăngo, ăgito, ĕxăgito, ăffligo, ăfflicto. PHR. Pœnis, crŭciātibŭs ăfficio, prĕmo, ŏpprimo, ĕxănimo: *vel* vāsto, dirŭo, quăsso, pŏpŭlŏr, ĕvĕrto.

viă. *Quŏ tē, Mœri, pĕdēs? ăn quŏ viă dŭcĭt in ŭrbēm?* Virg. Ecl. 9, 1. SYN. Ĭtĕr, căllis, trāmĕs, sēmĭtă: cŏmpĭtă, bĭvĭŭm, trĭvĭŭm, quădrĭvĭŭm. EPITH. Trĭtă, frĕquēns, rēctă, plānă, făcĭlis, lūbrĭcă, dŭbĭă, ămbĭgŭă, fāllāx, ŏccūltă, fūrtīvă, lātă, pătŭlă, pătēns, tūtă, pūblĭcă, spătĭōsă, ăpērtă, rēgĭă, ăngŭstă, ŏbliquă, sălebrōsă, lŭtŭlēntă, cœnōsă, săxōsă, sĭnŭōsă, invĭă. PHR. Strātă viārŭm. Trītŭm spătĭŭm. Sēmĭtă, căllis, ăngŭstă viārŭm. Viæ cŏmpēndĭă. Trĭvĭŭs căllis. VERS. Quă nūlla hŭmānŏ sit viă trĭtă pĕdĕ. Nōn ēst ĕ tērris mōllis ăd āstră viă. Quā făcit ăssĭdŭō trāmĭtĕ vŭlgŭs ĭtĕr. Virĭdēs discērnit sēmĭtă cāmpŏs. Lōngam incŏmĭtātă vĭdētŭr Irĕ viăm. Rūrsŭs pērplēxum ĭtĕr ŏmnĕ rĕvŏlvēns Fāllācis sylvæ. Sĭmŭl vēstīgiă rĕtrŏ ŏbsērvātă lĕgit, dūmisquĕ silēntĭbŭs ērrăt.

viātĭcŭm.—*aŭt sŭbdŭctă viātĭcă plōrăt*, H. E. 1, 54. SYN. Cibŭs: aŭxiliŭm viæ.

viātŏr, ōris. *ōmnis ĕt ăgrĭcŏla ĕt tūtā lătĕt ārcĕ viātŏr*, Virg. Æn. 10, 805. SYN. Pĕrĕgrīnŭs: ădvĕnă. EPITH. Lāssŭs, fēssŭs, dēfēssŭs, fătīgātŭs, sitiēns, prŏpĕrāns, ērrāns, văgābŭndŭs, ignōtŭs, pūlvĕrŭlēntŭs, misĕr. PHR. Qui cārpit ĭtĕr. Fĕrēns tædiă lōngă viæ. Ĕxpŏsitŭs millĕ pĕriclis. VERS. Rivŭs, Dūlcĕ viātōri lāsso in sŭdōrĕ lĕvāmĕn. Incērtŭs quŏd cărpăt ĭtĕr, nūnc hūc, nūnc immĭnĕt illŭc.

vibro. *Spicŭlăque in sylvis tūtă vibrăbăt ămŏr*, Gal. Com. SYN. Quătio, cŏrūsco, tŏrquĕo, intŏrquĕo, cōntŏrquĕo, mitto, jăcŭlŏr, jăcio, cōnjĭcio, *vel* trĕmo, mico. V. *Jaculor, et Luceo.*

vicĕm. SYN. Fŏrtūnăm, sŏrtĕm: *vel* pārtĕm.

vicĕ. *Nil tānti ēst, ĕrgŏ fūngăr vicĕ cōtis, ăcūtŭm*, Hor. A. Poet. 340. SYN. Lŏcŏ, prŏ.

vicēs. *Ităquĕ vicēs ĕquĭtānt ĕt Lūnă tēstĕ mŏvēntŭr*, Juv. 6, 309. SYN. Pārtēs, mūnŭs, ŏfficĭŭm. V. *Vicissim.*

vicēsimŭs. *Dĕpĕrit ĕt nōndŭm vicēsimă vĕnĕrit æstās*, Ov. ad Pison. 492. SYN. Vigēsimŭs.

viciēs. *Nōn plēnŭm mŏdŏ viciēs hăbēbās*, (Phal.) Mart. 1, 100, 1. PHR. Bis dēnis vicĭbŭs.

viciniă. *Quærĕ pĕrēgrīnŭm, viciniă raŭcă rēclāmăt*, Hor. E. 1, 17, 62. SYN. Viciniĭtās: *vel* vicini.

vicinŭs. *Vicinŭmquĕ pĕcŭs grāndiŭs ŭbĕr hăbĕt*, Ovid. SYN. Prŏximŭs, prŏpinquŭs, cōntĭgŭŭs, cōntērminŭs, finitimŭs, prŏpiŏr, ăffinis.

Digitized by Google

**vĭcissim.**—*Quid possit ŭterquĕ vicissim*, Virg. Ecl. 3, 28. SYN. Pĕr vĭcēs, in vĭcēm, ăltērnātĭm, părĭtĕr, mūtŭo, ăltērnā vĭcĕ, ăltērnis vĭcĭbŭs. VERS. Inquĕ vĭcēm spĕcŭlāntŭr ăquās. Ăltērnāsquĕ vĭcēs ēxcŭbăt. Ēxērcētquĕ vĭcēs. Sūccēdūnt, sērvāntquĕ vĭcēs. Ăltērnis dicētis, ămānt ăltērnă Cămœnæ. V. *Alternatim, Certatim.*

**vĭcissitūdo**, ĭnis. *Ter.* SYN. Vĭcēs. VERS. Sūccēdūnt tristĭă lætis. Nūbĕ sŏlēt pūlsā, cāndĭdŭs īrĕ dĭēs. Nōn sēmpĕr tŭmĭdis fērvēnt vēxātă prŏcēllis Æquŏră, nēc gĕlĭdā rĭgĕt hōrrĭdă tērră prŭīnā. Inquĕ vĭcēm pōnūnt vēnti, mărĕ stērnĭtŭr, aūră Mītĭŏr in flōrēm tōrpēntēs ēvŏcăt hērbās.

**vĭctĭmă.** *Victĭmă quæ dēxtrā cĕcĭdit victrīcĕ, vŏcātŭr*, Ov. F. 1, 335. SYN. Hŏstĭă, pĭācŭlŭm. EPITH. Ŏpīmă, pinguis, săcră, pĭă, plācābĭlis, īnfēlix, īnsōns, mystĭcă, sōlēnnis. PHR. Fūnēstūm lībāmĕn. Vŏtīvŭs sānguis. Vŏtīvæ, *vel* săcræ pĕcŭdēs. Vŏtīvæ cædis hŏnŏr, ăltāris hŏnōrēs. Săcris āddĭtă flāmĭnis.

**victimam macto.** PHR. Victĭmām cædo, jŭgŭlo, fĕrio, pērcŭtio, stērno, māctŏ ăd ārās. Săcrūm jŭgŭlis ēmittĕrĕ crŭōrēm. Vŏtīvæ pĕcŭdi cūltrŭs sŭbjĭcĕrĕ. Ārās crŭōrĕ piō tingĕrĕ. Taūrūm, jŭvēncŭm, vĭtŭlŭm sĕcūri fĕrīrĕ, pērcŭtĕrĕ, stērnĕrĕ. Vŏtīvæ pĕcŭdis crŭōrĕ cūltrŭs tingĕrĕ, ārās crŭōrĕ pĕcŭdŭm imbŭĕrĕ, māctātæ sānguĭnĕ vāccæ tingĕrĕ. VERS. ēt cădĕt āntĕ ārās īnfēlix victĭmă taūrŭs. Hŏstĭbŭs ē dŏmĭtis hŏstĭă nōmĕn hăbēns. Cæsis dē mōrĕ jŭvēncis Ēxōrăt pācēm Dīvŭm. Taūrŏs cōnstĭtŭĕ, ēt săcrūm jŭgŭlis dēmittĕ crŭōrēm. Mūltă tĭbi āntĕ ārās nŏstrā cădĕt hŏstĭă dēxtrā. Īllĭŭs ārām Sæpĕ tĕnĕr nŏstris ăb ŏvīlĭbŭs imbŭĕt āgnŭs. V. *Sacrifico.*

**victŏr**, ōris. *Victŏr ĕrăt quămvis æquŭs in hŏstĕ fŭit*, Prop. 3, 12, 21. SYN. Trĭūmphātŏr, trĭūmphāns, ŏvāns. EPITH. Cĕlĕbris, clārŭs, illūstris, fŏrtis, măgnănĭmŭs, sŭpērbŭs. PHR. Dŏmĭtŏr hŏstĭŭm. Sŭpĕrātŏ victŏr ăb hŏstĕ. Spŏlĭis hŏstīlĭbŭs insignis, dĕcōrŭs, ōrnātŭs, sŭpērbŭs. Pālmām victō hŏstĕ rĕfērēns. Hŏstīli prædā, spŏlĭisquĕ pŏtītŭs. Victrīci rĕdĭmītŭs tēmpŏră laūrō. Spŏlĭis insignis ŏpīmis. Mīlĭtĭæ ŏstēntāns fŏrtĭă gēstă sŭæ. Rĕdĭēns fūsō lætŭs ăb hŏstĕ. Vinctŭs Ăpōllĭnĕā victrīcĭă tēmpŏră laūrō. Victrīci dĕcŏrātŭs tēmpŏră laūrō. Mūltō sūblīmis hŏnōrĕ. Frōndĕ trĭūmphāli tēmpŏră cinctă gĕrēns. VERS. Indĕ pĕdūm victŏr mūltā cūm laūdĕ rĕflēxit. Āspĭce ŭt insignis spŏlĭis Mārcēllŭs ŏpīmis ingrĕdĭtŭr, victŏrquĕ vĭrōs sŭpĕrēmĭnĕt ōmnēs. V. *Vinco.*

**Victōrĭă.** *Trōjŭgĕnās, quā prīmă viām victōrĭă pāndĭt*, Virg. Æn. 12, 626. *Dea Ethnicorum, Virginis alatæ habitu, lauro coronata, unâ manu palmam, alterâ olivæ ramum præferens.* SYN. Pālmă, trĭūmphŭs, trŏphæŭm. EPITH. Nōbĭlis, clāră, mĕmŏrāndă, cĕlĕbris, illūstris, sŭpērbă, lætă, sānguĭnĕă, crŭēntă. PHR. Victrix, pālmă, glōrĭă. Mūltō sānguĭnĕ pārtă. Mūltō sūdōrĕ părātă. Victōris hŏnos. Pālmæ hŏnōrēs. Victrīcēs laūri. V. *Triumphus.*

**victŭs**, ă, ŭm. *Victŭs ăbit, lōngēque ignōtis ēxŭlăt ōris*, Vir. Geo. 3, 225. SYN. Dēvictŭs, dēbēllātŭs, sŭpĕrātŭs, dŏmĭtŭs, sŭbāctŭs, strātŭs, fūsŭs. V. *Vinco.*

**victŭs**, ūs. *Tūnc victŭs ăbĭĕrĕ fĕri, tūnc insĭtă pōmŭs*, Tib. 2, 1, 43. SYN. Ălĭmēntŭm, cĭbi.

**vīcŭs.** *ēt tŭă pātrĭcĭŭs cūlmĭnă vīcŭs hăbĕt*, Mart. 7, 72, 2. SYN. Pāgŭs, *vel* vĭă.

**vĭdēlĭcĕt.**—*Sic illă vĭdēlĭcĕt ŏlim*, Man. SYN. Scīlĭcĕt, nĭmīrum, nēmpĕ.

**vĭdĕn'.** *ēdūcit vĭdĕn', ŭt gĕmĭnæ stānt vērtĭcĕ cristæ*, Virg. Æn. 6, 779. SYN. Vĭdēsnĕ, nōnnĕ vĭdēs?

**vĭdĕo**, vīdi, vīsŭm. *ipsă vĭdēbātŭr vēntis rēgīnă vŏcātis*, Virg. Æn. 8, 707. SYN. Āspĭcio, cērno, intŭĕŏr: *vel* sēntio, intēllĭgo, āgnōsco, ădvērto. PHR. Ŏcŭlis pērcĭpio, āccĭpio, haūrio. Ŏcŭlis ŏbsērvārĕ, prōsĕqui. Vīsū lēgĕrĕ. VERS. Nūllă tŭārum aūdītă mihi nĕquĕ vīsă sŏrōrŭm. Sīquā fŏrtĕ fĕrānt ŏcŭlis sēse ŏbvĭă nŏstris Ērrābūndă bŏvis vēstīgĭă. In quāmcūnquĕ dŏmŭs ădvērti lūmĭnă pārtēm, Immēnsæ spēctāntŭr ŏpēs. Tē vĭgĭlāns ŏcŭlis, ănĭmō tē nōctĕ vĭdēbām. Ēt ōmnēm Prōspēctūm lātē pĕlăgō pĕtĭt: Anthĕă sī quă jāctātŭm vēntō vĭdĕăt. Āppārēnt Prĭămi pĕnĕtrālĭă. Dūm pātrĭŏs pŏrtŭs, cūm līttŏră nūnquām Ād vīsŭs rĕdĭtūră sŭŏs tēctūmquĕ căcūmĕn Nūbĭbŭs, ēt dŭbĭŏs cērnit vānēscĕrĕ mōntēs. Dūm pŏtŭi spēctārĕ vĭrūm, spēctārĕ jŭvābăt, Sūmquĕ tŭŏs ŏcŭlŏs ūsquĕ sĕquūtă mĕis: ūt tē nōn pŏtĕrām, pŏtĕrām tŭă vēlă vĭdērĕ: Vēlă dĭū vūltŭs dētĭnŭērĕ mĕŏs, Ēt pŏstquām nĕc tē, nĕc vēlă fŭgācĭă vīdi: Ēt quŏd spēctārēm nĭl, nĭsi pōntŭs, ĕrăt, &c. V. *Aspicio.*

**vĭdŭă.** *Vĭdŭās vēnēntŭr ăvārās*, Hor. Ep. 1, 1, 78. EPITH. Mĭsĕră, sprētă, rĕlictă, cōntēmptă, dēsērtă, mœstă tristis, āfflictă, lūgēns. PHR. Ŏrbă, ŏrbātă,

Digitized by Google

vidŭātă: *vel* spŏliātă vĭrō, cōnjŭgĕ cælebs. VERS. Jăcĕt in vĭdŭō fœmină mœstă tŏrō. Vidŭō fundit sūspīriă lectō. Hæc bĕllō văcŭōs ĕt sævī tūrbĭnĕ Mārtĭs Lūgēbāt thălămōs.

vĭdŭo, ās. *Jāmdūdūm vidŭūm gĕmĭnā vidŭāvĕrăt ūrnā*, Sed. SYN. Orbo: spŏlio.

vĭdŭŭs. *Cōgŏr ădīrĕ lăcūs vidŭōs ā lūmĭnĕ Phœbi*, Vict. SYN. Vidŭātŭs, ŏrbŭs, ŏrbātŭs; spŏliātŭs.

vĭgĕo, ŭi. *Mōbĭlĭtātĕ vĭgĕt, vīrēsque ăcquīrit ĕūndo*, Virg. Æn. 4, 175. SYN. Vĭgēsco, vălĕo; flōrĕo, flōrēsco, vĭrĕo. PHR. Vĭgōrĕ plēnŭs sūm, prævăleo. Vĕgĕtō sūm cōrpŏrĕ. Vīrĭbŭs vălĕo.

vĭgēsĭmŭs. *ŏccĭdĭt ĕt mĭsĕrō stĕtĕrăt vīgēsĭmŭs ānnŭs*, Prop. 3, 11, 15. SYN. Vīcēsĭmŭs.

vĭgĭl, ĭlĭs. *Pōrtārŭm vĭgĭlēs, ĕt cæcō Mārtĕ rĕsĭstŭnt*, Virg. Æn. 2, 335. SYN. Pērvĭgĭl, vĭgĭlāns, insōmnis, insōpītŭs, pērnōx. V. *Vigilo*: *vel* dīlĭgēns, ācĕr, sēdŭlŭs, āttēntŭs.

vĭgĭlāntĭă. *ăt si quōs haūd illă vĭrōs vĭgĭlāntĭă fŭgĭt*, Virg. Geo. 2, 265. SYN. Vĭgĭlēs sēnsŭs: *vel* vĭgĭl cūră, stŭdĭŭm: dīlĭgēntĭă, cūră, sēdŭlĭtās.

vĭgĭlĭă. *Plaut.* SYN. Insōmnĭă: *vel* ēxcŭbĭæ. PHR. Vĭgĭl nōx, vĭgĭlēs hōræ.

vĭgĭlo, ās. *Præcĭpĭtēs vĭgĭlātĕ vĭrī, ĕt cōnsĭstĭtĕ trānstrĭs*, Vir. Æn. 4, 573. SYN. Pērvĭgĭlo, ēvĭgĭlo: *vel* ēxcŭbo, ēxcŭbĭās ăgo: *vel* invĭgĭlo, incŭmbo. PHR. Insōmnēm nōctēm dūco, trādūco, pătĭŏr. Nōctēm vĭgĭlo. Nōctēm vĭgĭl dūco, vĭgĭlēm dūco. Vĭgĭlēs pērdūcĕrĕ nōctēs. Nūllī sōmnō sūccŭmbo. VERS. Pērvĭgĭl ŭsque ŏpĕrī instăt. Quĭd sērōs hȳbērnī ăd lūmĭnĭs ignēs Pērvĭgĭlānt? Vărĭā nōctēm sērmōnĕ trăhēbānt. Cōllūcēnt ignēs, nōctēm cūstōdĭă dūcit Insōmnēm lūdō. Nōctēmquĕ vĭgĭl dūcēbăt in ărmĭs. Strāmĭnĕ dūrō pătĭērĕ sŭb āstrĭs insōmnēs nōctēs. Vĭgĭl sērvăt cūstōdĭă mūrōs. Pōrtām stătĭōnĕ tŭērī. Omnēmque ădĭtūm cūstōdĕ cŏrōnānt.

vĭgintī. *Vīgintī taūrōs, māgnōrum hōrrēntĭă cēntŭm*, Virg. Æn. 1, 638. SYN. Bis dēnī.

vĭgŏr, ōrĭs. *Dēbĭlĭtăt vīrēs ănĭmī mūtătquĕ vĭgōrēm*, Virg. Æn. 9, 611. SYN. Vis, vīrēs, rōbŭr. EPITH. Ignĕŭs, ălăcĕr, ăgĭlĭs, mōbĭlĭs, ănĭmōsŭs, vīvŭs, ignĭfĕr, flagrāns, vīvĭfĭcŭs. VERS. Sĕnēctŭs Dēbĭlĭtăt vīrēs ănĭmī, mūtătquĕ vĭgōrēm.

vīlēsco, ŭi. *Thēsaūrŭs nigrānte ŏcŭlĭs vīlēscĭt hŏnōrĕ*, Prud. SYN. Sōrdēsco, sōrdĕo.

vīlĭs. *Vīlĭŭs ărgēntum ĕst aūrō, vĭrtūtĭbŭs aūrŭm*, Hor. Ep. 1, 1, 52. SYN. Ăbjēctŭs, dēspēctŭs, cōntēmptŭs, nēglēctŭs, hŭmĭlĭs, sōrdĭdŭs.

vīllă. *ĕt jām sūmmă prŏcŭl vīllārŭm cūlmĭnă fūmānt*, Virg. Ecl. 1, 83. SYN. Prædĭŭm, dŏmŭs rūstĭcă. *Ager*, *Hortus*.

vīlli. *Is mĭhĭ cāndŏr ĭnēst, vīllōrŭm grātĭă tāntă ĕst*, Mart. 14, 145. SYN. Pĭlī, sētæ. EPITH. Hōrrēntēs, crispī, crispātī, lōngī, impēxī, ēffūsī. V. *Juba*.

vīllĭcŭs. *ĕt bălnĕă vīllĭcŭs ŏptăs*, Hor. Ep. 1, 14, 15. SYN. Cŏlōnŭs, ăgrĭcŏlă, rūstĭcŭs. V. *Agricola*.

vīllōsŭs. *Fūsŭs ĭn Ossææ vīllōsĭs pēllĭbŭs ūrsæ*, Ovid. Met. 12, 319. SYN. Pĭlōsŭs, sētōsŭs. PHR. Vīllĭs cōmāns, tēctŭs, ŏpērtŭs. Vīllōsŭm sētīs pēctŭs. Tĕrrĭbĭlī sētā impēxŭs, hōrrēns. Cōmāntēs ēxcŭtĭēns cērvīcĕ tŏrŏs, jŭbās.

vīmĕn, ĭnĭs. *ărbŭtĕīs tēxūnt vīrgīs ĕt vīmĭnĕ quērnō*, Virg. Æn. 11, 65. EPITH. Lēntŭm, flēxĭlĕ, tōrtŭm, intōrtŭm, vĭrēns, vĭrĭdĕ, lēvĕ, tĕnŭĕ, frŭtĭcōsŭm, pălūstrĕ, ăcūtŭm. PHR. Vīmĭnĕă vīrgă. Vīmĭnĕī frŭtĭcēs, jūncī. VERS. Dūm tĭbĭ dē vĭrĭdī fiscēllăm vīmĭnĕ tēxo. Claūdēbăt tōrtūm flēxĭlĕ vīmĕn ŏpŭs.

vīmĭnĕŭs. *Vīmĭnĕāsquĕ trăhĭt crātēs, &c.* Virg. Geo. 1, 95. SYN. Ex vīmĭnĕ, *vel* ărbŭtĕŭs.

vinco, vīcī, vīctŭm. *Cōntră ĕgŏ vīvēndō vīcī mĕă fātă, sŭpērstēs*, Virg. Æn. 11, 163. SYN. Dēvinco, dēbēllo, sŭpĕro, sŭbĭgo, dŏmo, ēxpūgno, fŭndo, stērno. PHR. Pālmăm fĕro, rĕfĕro, ŏbtĭnĕo. Vīctōrĭs præmĭă, dĕcŭs, hŏnōrēm rĕfĕro. E cērtāmĭnĕ vīctŏr mūltă cŭm laūdĕ rĕdĕo. Hōstēm ārmĭs, bēllō sŭbĭgo. Ex hōstĕ spŏlĭă, trŏphæă, trĭŭmphŭm rĕfĕro. Hōstīlēs stērnĕrĕ tūrmās. VERS. Rĕdĭt sŭpĕrātō vīctŏr ăb hōstĕ. Pŏpŭlōsquĕ fĕrōcēs Cōntŭndĕt, mōrēsquĕ vĭrīs ĕt mœnĭă pōnĕt. Ărctōās dŏmŭī gēntēs, inĭmīcă sŭbēgī Ărmă mănū. Dŏmŭī tērrās, hŏmĭnēsquĕ rĕvinxī Lēgĭbŭs, ăd Sōlēm vīctrix ŭtrŭmquĕ cŭcūrrī. V. *Victor*, *et Triumpho*.

vincĭo, vinxī, vinctŭm. *Nāmquĕ, ŭbĭ nōn cērtō vincĭtŭr fœdĕrĕ lēctŭs*, Prop. 3, 21,

21. SYN. Dēvincio, rĕvincio, figo, allĭgo, cōllĭgo, rĕlĭgo, rĕdĭmio, stringo, ōbstringo, āstringo, cōnstringo, nĕcto, ādnĕcto, cōnnĕcto. PHR. Vinclis cōĕrcĕo, cŏhĭbĕo, căpio, rĕtĭnĕo, prĕmo, ŏnĕro. Vincŭlă injĭcio, intĕndo. Mănĭbŭs, pĕdĭbŭs *vel* cōllō vincŭlă circūmdo, injĭcio, intĕndo. Cōnnēxis intĕr vincio nōdis. Ārctō nēxū vinclōquĕ tĕnāci āstringo. VERS. Vinctŭs ĕrăm vērsās in mĕă tērgă mănūs. Impĕdĭūnt, *vel* ŏnĕrănt gĕmĭnās vincŭlă fīrmă mănūs. Invādit, vincitquĕ mănūs pōst tērgă cătēnis. Crīnēs nēctūntŭr, rĕlĭgāntŭr, nōdāntŭr in aūrūm. Nōn vincŭlă nāvēs Ūllă tĕnēnt, ūncō nōn āllĭgăt ānchŏră mōrsū. Quăm sĭmŭl ăd dūrās rĕlĭgātăm brāchĭă caūtēs Vīdit. Cēntūm vinctŭs ăhēnis Pōst tērgūm nōdis. Circūmdătă cōllă cătēnis. Vīm dūram, ĕt vincŭlă căptō Tĕndo. Vinclis ŭt cărcĕrĕ frænăt. Cōrrēptūm mănĭbŭs, vinclisquĕ tĕnēbis. Ēccĕ mănūs jŭvĕnem intĕrĕă pōst tērgă rĕvinctūm. Năm tĕnĕrās ărcēbānt vincŭlă pālmās. Dūră cōmpĕdĕ crūră sŏnānt. Pōndĕrĕ lāssă cătēnæ ēst mănŭs. Spēs ĕtiăm vălĭdă sōlātŭr cōmpĕdĕ vinctūm. Ībūnt āntĕ dŭcēs ŏnĕrāti cōllă cătēnis. Pālmās pōst tērgă rĕvinctŭs Ēccĕ trăhēbātŭr. Vinclăquĕ căptivă rēgēs cērvicĕ fĕrēntēs. V. *Nodo.*

vincŭlūm. *Lūmină, nūm tĕnĕrās ărcēbānt vincŭlă pālmās*, Virg. Æn. 2, 406. SYN. Vinclūm, cătēnă, nēxŭs, lĭgāmĕn, lăquĕŭs, mănĭcă, cōmpāgēs, cōmpāgo, nōdŭs, cōmpēs, rĕtĭnācŭlūm, fūnis, rēstis, lōră, *orum*. EPITH. Fīrmūm, ārctūm, inēxtrĭcābĭlĕ, tĕnāx, vălĭdūm, dūrūm, sævūm, intōrtūm, tōrtūm, nēxūm, nōdōsūm, fōrtĕ, strĭdēns, ădămāntēūm, fērrĕūm, fērrātūm, ăhēnūm. PHR. Vinclōrūm ærāti nōdi, nēxŭs, cōmpāgēs, rĕtĭnācŭlă, ōrbēs, vŏlūmĭnă. Implĭcĭti fērrātæ cōmpĕdis ōrbēs. V. *Catena, et Solvo.*

vindēmĭă.——*spūmăt plēnis vindēmĭă lābris*, Virg. Geo. 2, 6. SYN. Ūvæ, ūvārūm mēssis. EPITH. Fĕrāx, spūmāns, fœcūndă, mĭtis. VERS. Prēssīs pĕdĭbŭs dăt ūvă lĭquōrēs. Pĕdĕ sŭb cĕlĕri cāndĭdă mūstă flŭūnt. Ēbrĭă cūm spūmānt cālcātis prælă răcēmis. Raūcō spūmānt fērvēntĭă mūstă sŭsūrrō, Pinguĭăque imprēssis dēspūmānt mūstă răcēmis. Aūtūmnāli rĕdŏlĕt vindēmĭă fœtū. Distēndit văcŭās pinguis vindēmĭă cēllās. Fērtĭlis ĕt prēssō spūmāns vindēmĭă Bācchō. Mădĭdis incūmbūnt prælă răcēmis. Jūcūndōs prīmūm mātūră săpōrēs Exprēssa incūltis ūvă dĕdit pĕdĭbŭs. Sōrdĭbŭs imprēssās cālcābit vīnitŏr ūvās. V. *Vinea, et Autumnus.*

## *DESCRIPTIO VINDEMIÆ.*

*Nemes. Ecl.* 14.

——O Satyri, maturos carpite fructus;
Dixit, et ignotos, pueri, calcate racemos.
Vix hæc audierant, decerpunt vitibus uvas,
Et portant calathis, celeresque illidere plantâ
Concava saxa super properant: vindemia fervet;
Collibus in summis crebro pede rumpitur uva,
Udaque purpureo sparguntur pectora musto.
Tum Satyri, lasciva cohors, sibi pocula quisque
Obvia corripiunt: quod sors dedit, hoc capit usus.
Cantharon hic retinet, cornu bibit alter adunco:
Concavat ille manus, palmasque in pocula vertit;
Pronus at ille lacu bibit, et crepitantibus haurit
Musta labris, alius venalia cymbala mergit:
Atque alius latices pressis resupinus ab uvis
Excipit, ac potat: saliens liquor ore resultat
Spumeus, inque humeros et pectora defluit humor.
Omnia ludus habet, cantusque, chorique licentes.

vindēx, ĭcis. *Sic vŏlŭit dōcti vindĭcis ēssĕ Dĕŭs*, Mart. 9, 44, 14. SYN. Ūltŏr, pūnītŏr, *vel* dĕfēnsŏr, āssērtŏr. EPITH. Ăcĕr, īrātŭs, grăvis, infēnsŭs, jūstŭs, æquŭs.

vindĭco, ās. *Prōmīsit Grăjūmque idĕō bis vindĭcăt ārmis*, Virg. Æn. 4, 228. SYN. Ūlciscŏr, *vel* lībĕro, āssĕro, dĕfēndo, *vel* ārrŏgo. Āttrĭbŭo, āssūmo, vēndĭco. V. *Ulciscor.*

Digitized by Google

**vīndictă.** *Lēgis vindictă sĕvēræ*, Ov. P. 4, 6, 33. SYN. Ūltio, pœnă, sūpplicium. V. *Ultio*. EPITH. Jūstă, ĭnīquă, sævă, crūdēlis, atrōx, dīră, tĕrrĭbĭlis, sĕvēră, tārdă, hŏrrĕndă, fūnēstă.

**vīnĕă.** *Nōn rāstrōs pătiētŭr hŭmŭs, nōn vīnĕă fālcĕm*, Virg. Ecl. 4, 40. SYN. Vīnētūm: vītis, pālmĕs, pāmpĭnŭs. EPITH. Fērtĭlis, fĕrāx, cūltă, ālmă, fœcūndă, lūxŭrĭāns, lætă, pūrpŭrĕă, grăvĭdă, frōndōsă, ūmbrōsă, mōntānă, rŭbĭcūndă, vīnĭfĕră. PHR. Pāmpĭnĕūm, vītĭfĕrūm nĕmŭs, ămĭcti pālmĭtĕ cōlles. Vītĭfĕri cōllis ămœnă prædiă. Gĕnĕrōsæ fērtĭlis ūvæ Vīnĕă. Lārgō pūbēscēns vīnĕă fœtū. Pāmpĭnĕis jŭgis pĭctă ārvă. Vītĭbŭs cōnsĭti cōllēs. Ārvă fēlīcĭă Băcchi. Ūvis, *vel* răcēmis pĭctă, dĭstīnctă. V. *Vitis*.

**vīnētūm.** *Aūt sŭbjēctă tĕrūnt cūrvæ vīnētă cărīnæ*, Ov. Met. 1, 298. PHR. Lŏcă vītĭbŭs cōnsĭtă. EPITH. Lætūm, dŭlcĕ, cūltūm, fœcūndūm, fĕrāx. VERS. Dūlcĭă fūndūm Pinguĭbŭs in cāmpis lātē vīnētă cŏrōnānt. Nĕvĕ tĭbi ăd Sōlĕm vĕrgānt vīnētă cădēntĕm.

**vīnĭtŏr, ōris.**—*mātūræ vīnĭtŏr ūvæ*, V. E. 10, 36. EPITH. Vĭgĭl, mădĭdŭs, cūrvŭs.

**vīnŏlēntŭs.** *Quās vīnŏlēntæ sōmnĭis fīngūnt ănūs.* (Iamb.) SYN. Tēmūlēntŭs, ēbrĭōsŭs, vīnōsŭs. V. *Ebrius*.

**vīnūm.** *Vīnă nŏvūm fūndām cālăthis Ărvīsiă nēctăr*, Virg. Ecl. 5, 71. SYN. Mĕrūm, mūstūm, ūvă, vītis, Băcchŭs, Īacchŭs. Fălērnūm, *à Falerno monte Campaniæ in Italiâ.* EPITH. Dūlcĕ, suāvĕ, lætūm, lĭquēns, gĕnĕrōsūm, grātūm, jūcūndūm, vĭŏlēntūm, fūmāns, spūmāns, călĭdūm, rŭbēns, rŭbĭcūndūm, frāgrāns, ŏdōrātūm, pūrūm, fōrtĕ, vălĭdūm, Măssĭcūm, Fălērnūm, Cæcūbūm, Sūrrēntīnūm, *à Massico et Falerno Campaniæ montibus, à Cæcubo et Surrentino oppidis ejusdem Campaniæ:* Mărēōtĭcūm, *à Mareotide Egypti regione.* Chīūm, Lēsbĭūm, *à Chio et Lesbo insulis.* PHR. Mūnĕră Băcchi. Pōcŭlă Băcchi. Băcchĭcŭs, Lyæŭs, *vel* Lēnæŭs hūmŏr, lătēx, lĭquŏr, săpŏr. Lēnæūm nēctăr. Băcchi Măssĭcŭs hūmŏr. Rĕcrĕāns, *vel* ēxhĭlărāns ănĭmōs, cōrdă. Cūrās pēllēns, sōlvēns. Ărcāni prōdĭtŏr. Lætĭtĭæ dătŏr. Ŏpērtă rĕclūdēns. VERS. Cūră fŭgit, mūltō dĭlŭĭtūrquĕ mĕrō. Mūltō cĕlēbrāt cōnvīvĭă Băcchō. Cūrām dūlci Lyæō sōlvĕrĕ. Vīnum in prælĭă trūdit ĭnērmĕm. Hūc pătĕr ō Lēnæĕ, tŭis hīc ōmnĭă plēnă Mūnĕrĭbŭs, tĭbi pāmpĭnĕō grăvĭdŭs aūtūmnō Flōrĕt ăgĕr. Vīnō fōrmă pĕrit, vīnō cōrrūmpĭtŭr ætās. Dătă tĕmpŏrĕ prōsūnt, ēt dătă nōn āptō tĕmpŏrĕ vīnă nŏcēnt. Nĕc stūpĕānt mūltō cōrdă sĕpūltă mĕrō. Mădĕānt gĕnĕrōsō pōcŭlă Băcchō, Ēt nōbis prōnă fūndĕ Fălērnă mănū. V. *Epulor, et Ebrius*.

**vĭŏlă.** *Pāllēntēs vĭŏlās ēt sūmmă păpāvĕră cārpēns*, Virg. Ecl. 2, 47. EPITH. Pūrpŭrĕæ, pāllēntēs, mōllēs, flōrēntēs, tĕnĕræ, suāvēs, vērnæ, lætæ, ămœnæ, ŏdōrĭfĕræ, ŏdōrātæ, ŏdōræ, frāgrāntēs, hālāntēs, spīrāntēs, fōrmōsæ. PHR. Flōrēntēs vērĕ nŏvō. V. *Flos*.

**vĭŏlārĭă, ōrum.**——*irrĭgŭūmquĕ bĭbānt vĭŏlārĭă fōntĕm*, Vir. Geo. 4, 32. EPITH. Mōllĭă, blāndă, rōscĭdă, grātă, dūlcĭă, suāvĭă. VERS. Pūrpŭrĕūm pingūnt vĭŏlārĭă cāmpūm.

**vĭŏlēntĕr.** *Līttŏre Hētrūscō vĭŏlēntĕr ūndis*, (Sapph.) Hor. Od. 1, 2, 14. SYN. Vi, pĕr vim, īmpĕtū.

**vĭŏlēntĭă.** *ădjĭcĭās, nēc te ūllĭŭs vĭŏlēntĭă vīncăt*, Virg. Æn. 11, 354. SYN. Vis, īmpĕtŭs. EPITH. Răbĭdă, sævă, atrōx, aūdāx, cæcă, ĭnīquă, præcēps, răpĭdă, mĭnāx, fŭrĭōsă, fĕră, hōstīlis. PHR. Vi īrrŭo, īrrūmpo, īmpĕto. Vim făcio. VERS. Fit vĭă vi, rūmpūnt ădĭtūs. Fērtŭr răpĭdo īmpĕtĕ mīlĕs. V. *Impetus, Ira, Invado*.

**vĭŏlēntŭs.** *Priscĕ nēc in lĕpŏrēs tām vĭŏlēntŭs ĕās*, Mart. 12, 14, 2. SYN. Vĕhĕmēns, ăcĕr: *vel* præcēps, tĕmĕrārĭŭs, īmpătĭēns, fĕrōx, īrātŭs.

**vĭŏlo, ās.** *Quīcūnque Īlĭăcōs fērrō vĭŏlāvĭmŭs ăgrōs*, Virg. Æn. 11, 255. SYN. Tĕmĕro, lædo, ŏffēndo, cōntāmĭno, măcŭlo, fœdo: *vel* rūmpo, ăbrūmpo, pērfringo, rēscindo, dissōlvo, rĕvēllo, lăbĕfăcto: *vel* stuprūm īnfĕro, cōnstupro.

**vīpĕră.** *Vīpĕră dēlĭtŭit cælūmque ēxtērrĭtă fūgĭt*, Vir. G. 3, 417. EPITH. Mălă, īnsĭdĭōsă, ātră, mōrtĭfĕră, vĕnēnōsă. V. *Serpens*.

**vīpĕrĕŭs.** *Tēlăquĕ vīpĕrĕō lūrĭdă fēllĕ gĕrăt*, Ov. Tr. 5, 7, 16. SYN. Vīpĕrīnŭs, *tertia long*.

**vĭr, vĭri.** *Hic vĭr, hīc ēst, &c. Præsēntēmquĕ vĭris īntēntānt ōmnĭă mōrtĕm*, Virg. Æn. 1, 95. SYN. Măs, măscŭlŭs, *vel* hŏmo: *vel* cōnjŭx, spōnsŭs, mărĭtŭs. EPITH. Fōrtis, māgnănĭmŭs, gĕnĕrōsŭs, īmpăvĭdŭs, jūstŭs, prūdēns, săgāx, sĕ-

Digitized by Google

lens, præstans, illustris. PHR. Animum gerens virilem. VERS. Firmatâ virum cum jam te fecerit ætas.

vireo. *Fronde virere novâ, quod non suâ seminat arbor,* Virg. Æn. 6, 206. SYN. Viresco, verno, revíresco, floreo, frondesco.

vires, ium. *Sic fatus, validis ingentem viribus hastam,* Virg. Æn. 2, 50. SYN. Robur, virtus, vigor, vis: potentia. EPITH. Validæ, firmæ, ingentes, invictæ, infractæ, indomitæ: alacres, Herculeæ, Giganteæ. PHR. Firmæ juvenili in corpore vires. Vires addit, sufficit, ministrat. VERS. Totis in vulnera viribus itur. Frigent effetæ in corpore vires. Vos o quibus integer ævi Sanguis, ait, solidæque suo stant robore vires. Tum victu revocant vires. Quæ fuerint juvenili in corpore vires. Mars armipotens animum, viresque Latinis Addidit. Agmine concurrunt ducibusque et viribus æquis. V. *Robur, Fortis, et Hortandi Formulæ.*

viretum. *Devenere locos lætos, et amœna vireta,* Virg. Æn. 2, 638. SYN. Viridarium, pratum, hortus. EPITH. Amœnum, formosum, patens, umbrosum, latum, opacum, cultum, floridum, dulce, molle, herbosum. PHR. Amœna vireta Fortunatorum nemorum. V. *Hortus.*

virga. *arbuteis texunt virgis et vimine querno,* Virg. Æn. 11, 65. SYN. Bacillus: *vel* flagellum, verber, *vel* vimen, virgultum, ramusculus. V. *Flagellum, Vimen, Ramus.*

Virgilius. *illo Virgilium me tempore dulcis alebat,* Virg. Geo. 4, 563. *Latinorum Poëtarum Princeps, ab Augusto maxime dilectus: Pollioni etiam ac Mæcenati gratissimus.* SYN. Maro. EPITH. Doctus, ingeniosus, facundus, divinus, æternus. PHR. Andinus vates (*à pago qui Andes dicitur, non procul à Mantuâ urbe.*) Quo cive superbit Mantua. Æneidos summus vates, felix author, *vel* conditor. Romuleus vates. Decus Italiæ. Latialis Homerus. VERS. Musas cantu, Phœbum æquavit honore. A quo ceu fonte perenni, Vatum Pieriis ora rigantur aquis. Felix Andino Mantua Virgilio.

virgineus. *Hæsit, virgineumque alte bibit acta cruorem,* Vir. Æn. 11, 804. SYN. Puellaris.

virginitas, atis. *Cui mea virginitas avibus libata sinistris,* Ov. Ep. 2, 115. SYN. Castitas, pudor, pudicitia. EPITH. Casta, sancta, candida, innuba, integra, illæsa. PHR. Virginei flos pudoris. Virginitatis honos, decus, gloria. V. *Pudicitia, Castitas.*

1. virgo, inis. *Virgineis palmis ipsa canistra tremant,* Prud. SYN. Puella. EPITH. Innupta, innuba, casta, intemerata, inculpata, pura, intacta, illibata, pudica. PHR. Viri, thalami expers. Perpetuâ virginitate fruens, gaudens. Virginitatis amans, studiosa. Jugales thalamos, *vel* concubitus exosa, perosa, fugiens. Castum retinens inviolata decus. Intemerata viro. Virgineo nunquam corpore passa virum. Quæ virginitatis amorem intemerata colit. Laudem quæ castæ virginitatis habet. Quæ sine crimine castos Perpetua servat virginitatis focos. V. *Casta, et Conjugium odisse, Puella.*

2. Virgo. *Signum Cæleste, quod Sol ingreditur mense Augusto. Hanc esse Astræam, alii autem Erigonem, fabulantur.* SYN. Astræa, *vel* Erigone. EPITH. Clara micans. PHR. Virginis astrum, sydus, jubar. Spicea munera gestans.

virgultum. *avia tum resonant avibus virgulta canoris,* Virg. Geo. 2, 328. SYN. Frutex, arbustum. EPITH. Tenerum, sylvestre, sonans, implicitum, avium, corneum, turgescens, vernum, fruticosum. V. *Frutex.*

viridarium. *Quid longinquâ juvant viridaria, quid juvat hortus?* Mart. SYN. Viretum, pratum, hortus. V. *Viretum.*

viridis. *Nunc virides etiam occultant spineta lacertos,* Virg. Ecl. 2, 9. SYN. Virens, viridans, virescens, florens, frondens.

virilis. *Cum sis officiis, Gradive, virilibus aptus,* Ov. Fast. 3, 169. SYN. Masculus, robustus, fortis, Martius, generosus, audax, intrepidus, interritus, constans.

*virilis ætas.* PHR. Firmata, firma, robusta, matura, strenua: *vel* Mavortia ætas. VERS. Ubi jam firmata virum te fecerit ætas. Vos o quibus integer ævi Sanguis, ait, solidæque suo stant robore vires.

viriliter. *Quid? qui pervenit, fecitne viriliter, atqui,* Hor. Ep. 1, 17, 38. SYN. Fortiter, generose, audacter.

Digitized by Google

Virtūs, ūtis. *Virtūtēs hăbēăt sic collĭgĕ; vătis ăvārŭs*, Hor. Ep. 2, 2, 119. *Dea à Romanis habita est, cujus Templum ita junctum erat cum Honoris æde, ut in hanc non nisi per illud pateret aditus.* SYN. Prŏbĭtās, intĕgrĭtās, pĭĕtās, æquĭtās, māgnănĭmĭtās, prūdēntĭă: *vel* vīs, vīrēs, rōbŭr: *vel* ārs, făcŭltās. EPITH. Vīvĭdă, māscŭlă, inclŷtă, mĕmŏrāndă, gĕnĕrōsă, splēndĭdă, illūstris, nōbĭlis, incōncŭssă, impăvĭdă, præstāns, ēxcēllēns, invictă, intērrĭtă, cōnstāns, fīrmă, pĭă, pătĭēns, rāră, ignĕă, vīvāx, pĕrēnnis, laūdātă, cĕlĕbris, ingēns, ămābĭlis, mīrāndă. PHR. Virtūtis hŏnōs, dĕcŭs, splēndŏr, ŏpēs, ŏpŭs. Māgnæ rōbŭr mēntis. Virtūs sēpūlchrī nēscĭă. Fātō mājŏr. Fātōrŭm dŏmĭtrix. Nēscĭă fōrtūnæ cēdĕrĕ, Tēndēns in ārdŭă. Mălis *vel* ădvērsis spēctātă. Cœlō ăccēptă. Dĕō grātissĭmă. VERS. Ipsă sĭbi prĕtĭŭm virtūs. Virtūti immōrtālis hŏnōr. Sōlă bĕātōs ēffĭcit, cœlō insĕrit. Dūrō Nītitŭr ād laūdēm virtūs intērrĭtă clīvō. Vīvit pōst fātă sŭpērstēs. Sōlă pĕrēnnis Ēffŭgit ēxtrēmi tristĭă fātă rŏgi. Paūci quōs æquŭs ămāvit Jūpĭtĕr, aūt ārdēns ēvēxit ăd æthĕră virtūs. Ūnĭcă pōst cĭnĕrēs virtūs vĕnĕrāndă bĕātōs Ēffĭcit. Ōmnĭă nām virtūs impĕrĭōsă dŏmăt. Fāmam ēxtēndĕrĕ factis, Hōc virtūtis ŏpŭs. V. *Pietas, Patientia, Castitas, Modestia, Clementia, Prudentia, Justitia, Generositas, Temperantia, &c.*

virtūtĕ prædĭtŭs. V. *Pius.*

vīrŭs. *Vīrŭs hăbē, nōs hæc nōvĭmŭs ēssĕ nĭhil*, Mart. 13, 2, 8. V. *Venenum.*

vīs. *ŭtrăquĕ vīs ăpĭbūs păritĕr mĕtŭēndă, nĕque illă*, Vir. Geo. 4, 37. SYN. Vĭŏlēntĭă *vel* rōbŭr. V. *suprà, Vires.*

viscĕră, ŭm. *Māgnă tămĕn rēs ēst, ērrāns cŭm viscĕră fĕbris*, Mart. 4, 81, 5. SYN. Intēstīnă, īlĭă, ēxtă, præcŏrdĭă. EPITH. Intĭmă, mōllĭă, pinguĭă, lūbrĭcă, spīrāntĭă, fūmāntĭă, tĕpĭdă, tĕpēntĭă, călĭdă, fērvēntĭă. VERS. Jŭgŭlānt pĕcŭdēs ēt viscĕră vīvis Ērĭpĭūnt. Lōngis singūltĭbŭs īlĭă pūlsăt.

viscŭs, i, *vel* viscŭm, i.——*Nē dīcăm viscŭs ăprūgnŭm*, Luc. SYN. Glūtĕn, glūtĭnŭm. EPITH. Pinguis, tĕnāx, lēntŭs, sĕquāx, strīngēns, vălĭdŭs. PHR. Visci glūtĕn. Virgæ viscō ŏbdūctæ. Călămi viscō illĭti, ŏbdūcti. Viscātæ virgæ. VERS. Illă dŏlis viscōquĕ sŭpēr cōrrēptă sĕquāci. Tūm lăquĕis căptārĕ fĕrās, ēt fāllĕrĕ viscō. Vŏlŭcrēs viscātā fāllĕrĕ virgā.

viscōsŭs. *Cōnscēndūnt rĕdŭcēs mūltās viscōsŭs inēscăt*, Prop. SYN. Glūtĭnōsŭs: *vel* viscātŭs; viscō illĭtŭs, ŏbdūctŭs.

vīso, is, vīsi. *Pēndŭlă quŏd pătrĭæ vīsĕrĕ tēctă lĭbĕt*, Mart. 10, 20, 2. SYN. Cōnvĕnio, ădĕo, invīso, vīsito.

vīsĭbĭlis. *In quā vīsĭbĭlis stăt tĭbi glōrĭă.* (Chor.) Pr. PHR. Ŏcŭlis pērvĭŭs.

vīsŭm. *Tālĭbŭs āttŏnĭtŭs vīsis, ăc vōcĕ dĕōrŭm*, Virg. Æn. 2, 172. V. *Somnium.*

vīsŭs, ă, ŭm. *Dētĕrĭŏr qui vīsŭs, ĕŭm nē prōdĭgĭis ŏbsit*, Virg. Geo. 4, 89. SYN. Āspēctŭs, cōnspēctŭs, ă, ŭm.

vīsŭs, ūs. *Rītĕ sĕcūndārēnt vīsūs ōmēnquĕ lĕvārēnt*, Virg. Æn. 3, 36. SYN. Āspēctŭs. V. *Aspectus.*

vītă. *Vītăquĕ māncĭpĭō nūlli dătŭr ōmnĭbŭs ūsŭs*, Lucr. SYN. Spīrĭtŭs, lūx. EPITH. Fŭgĭēns, răpĭdă, brĕvis, cădūcă, flŭēns, flūxă, āngūstă, ārctă, fāllāx, mĭsĕră, lānguĭdă, infaūstă, infēlix, ærūmnōsă, ānxĭă, sōllĭcĭtă, bĕātă, dĭūtūrnă, lōngă. PHR. Vītæ mūnŭs. Vītālēs aūræ, ānni, dĭēs. Lūcis ūsūră. Vītālĕ lūmĕn. Vītæ tēmpŭs, tēmpŏră, dĭēs, spătĭŭm, cāsŭs, sĕrĭēs, rătio, mŏdŭs. Āngūsti tērmĭnŭs ævi. Vītæ sūmmă brĕvis. Sēmĭnă vītæ. Lūcis dūlcĕ mūnŭs. Plēnă lăbōris vītă. Trīstĭbŭs ānxĭă cūris. Vărĭis ēxpōstă, *vel* ŏbjēctă pĕrīclis. Vărĭis jāctātă prŏcēllis. Lābēns mōrĕ flŭēntis ăquæ. VERS. Dă spătĭŭm vītæ, mūltōs dă, Jūpĭtĕr, ānnōs. Stăt sŭă cuīquĕ dĭēs: brĕve, ēt irrĕpărābĭlĕ, tēmpŭs ōmnĭbŭs ēst vītæ. Ābit ceū fūmŭs in aūrās. Pūlvis ēt ūmbră brĕvis. Ānguīllæ sĭmĭlis vīta ēst, sic lūbrĭcă fērtŭr; Ēt quō sōllĭcĭtē prĕmĭtŭr măgis, ēffŭgit illă Lūbrĭcĭtātĕ sŭă cĭtĭŭs, trānsitquĕ prĕmēntēm. Heū vīta incērtă, lăbōri Dēdĭtă pērpĕtŭō: sēmpērque heū cērtă, nēc ūnquām Sāt mōrtis prævīsă dĭēs!

*DESCRIPTIO FELICIS VITÆ.*
*Ex Mart. Epigram.* 10, 47.

Vitam quæ faciunt beatiorem,
Jucundissime Martialis, hæc sunt;
Res non parta labore, sed relicta;
Lis nunquam, toga rara, mens quieta,

1

Digitized by Google

Vires ingenuæ, salubre corpus,
Prudens simplicitas, pares amici;
Quod sis, esse velis, nihilque malis;
Summum nec metuas diem, nec optes.

**vita æterna.** PHR. Finĕ cărēns, immūnis fātī. Æternūm mănēns vītă pĕr ævūm. V. *Paradisus, et Æternus.*

**vitālis.** *Nām quæcūnquĕ vidĕs vēscī vitālĭbŭs aūrīs*, Lucr. 5, 855. SYN. Vivificŭs.

**vitifĕr,** ĕri. *Hæc dē vitĭfĕrā vēnissĕ pĭcātă Viēnnā*, Mart. 13, 107. Vitĭs fĕrāx. Vitĭbŭs cōnsitŭs.

**vitio,** ās. *Cōrpŏră fœdă jăcēnt, vitiāntŭr ŏdōrĭbŭs aūræ*, Ov. Met. 7, 548. SYN. Cōrrūmpo, viŏlo, dēprāvo.

**vitiōsŭs.** *Nōn vitiōsŭs hŏmo ēs, Zōilĕ, sēd vitiūm*, Mart. 11, 93. SYN. Imprŏbŭs, flāgitiōsŭs, pērdĭtŭs, cōrrūptŭs. PHR. Vitiīs dēdĭtŭs, āddictŭs. V. *Sceleratus, Libidinosus.*

**vitĭs.** *Vitĭs ŭt ārbŏrĭbŭs dĕcŏri ēst, ŭt vitĭbŭs ūvæ*, Virg. Ecl. 5, 32. SYN. Ūvă, vīneă, pălmĕs, pāmpĭnŭs. EPITH. Flēxă, ōblīquă, grăvidă, fĕrāx, rŭbēns, pūrpŭreă, pīctă, lætă, grātă. PHR. Fērtĭlĭs ūvĭs. Răcēmĭs grăvidă, tŭmēns, pīctă, distinctă. Tĕnĕrō dāns pălmĭtĕ frūctūm. Grăvidŏs frūctūs, fœtūs, *vel* lætă mūnĕră præbēns. VERS. Plēnăquĕ pūrpŭrĕō sūbrŭbĕt ūvă mĕrō. Plēnis tŭmĕt ūvă răcēmis. Pāmpĭnĕā dūlcis lătĕt ūvă sŭb ūmbrā. Părēnt lēntæ rĕtĭnācŭlă vitī. Tĕnĕrām pălis ādjūngĕrĕ vītēm. V. *Vinea.*

**vitiŭm.** *Tū vitiīs hŏmĭnūm crūdēliă pābŭlă præbēs*, Prop. 3, 7, 3. SYN. Dēfĕctŭs, lābēs: *vel* crīmĕn, cūlpă, nōxă, scĕlŭs, flāgitiūm. EPITH. Tūrpĕ, infāmĕ, fœdūm, dēfōrmĕ, fŭgiēndūm, dētēstāndūm, ēxecrāndūm, pērniciōsūm, ēxitiālĕ, nĕfāndūm, infāndūm, impiūm. PHR. Vitiī lābēs, măcŭlă. Cōrrūpti, scĕlĕrāti, mōrēs. Mēntis, ănimi tūrpis, fœdă lābēs. V. *Scelus.*

**vito,** ās. *Indicĕ, nām frūstrā vitiūm vitāvĕrĭs illŭd*, Hor. Sat. 2, 2, 84. SYN. Ēvito, dēvito, fŭgio, ēffŭgio, dēclīno, dētrēcto.

**vitrĕŭs.** *Lūctŭs Ăristæi, vitrĕisquĕ sĕdīlĭbŭs ōmnēs*, Virg. Geo. 4, 350. SYN. Ēx vitrō, crȳstăllĭnŭs; *vel metaph.* clārŭs, nĭtĭdŭs, limpĭdŭs, pēllūcĭdŭs.

**vitrūm.** *ō fōns Blāndŭsiæ splēndĭdĭŏr vitrō*, (Alcaic.) Hor. Od. 3, 13, 1. SYN. Crȳstăllĭnŭs. EPITH. Clārūm, nĭtĭdūm, lūcĭdūm, pēllūcĭdūm, splēndēns, splēndĭdūm, mĭcāns, pūrūm, tĕnŭĕ, frăgĭlĕ, pērspĭcŭūm.

**vittă.** *Pērfūsŭs sănĭē vittās ātrōquĕ vĕnēnō*, Virg. Æn. 2, 221. SYN. Tænĭă, fāscĭă, tænă. EPITH. Tōrtă, lānĕă, pēndēns, pēndŭlă, pūrpŭreă, nĭvĕă, ălbēns, mōllĭs, lĭnĕă, crīnālĭs. PHR. Crīnālĭs fāscĭă. Căpĭtĭs tænĭă, rēdĭmĭcŭlūm. Tēmpŏră cingēns. Crīnēs, căpĭllōs āstrĭngēns, cŏērcēns, lĭgāns. VERS. Ōmnĭbŭs hīs nĭvĕā cingūntŭr tēmpŏră vittā. Pūnĭcĕīs ĭbānt ēvincti tēmpŏră tænĭs. Vittă cŏērcēbāt nĕglēctōs ălbă căpĭllōs.

**vitŭlŭs.** *Tūm vitŭlŭs bīmā cūrvāns jām cōrnŭă frōntĕ*, Virg. Geo. 4, 299. V. *Juvencus, Taurus.*

**vitŭlă.** *Cūm făciām vitŭlā prō frūgĭbŭs ipsĕ vĕnīto*, Virg. Ecl. 3, 77. SYN. Jŭvēncă, văccă.

**vitŭpĕro.** *Istŭd vitŭpĕrānt făctūm, &c.* Ter. SYN. Dāmno, cūlpo, imprŏbo, ărgŭo. PHR. Dictĭs ămārĭs, sĕvērĭs vōcĭbŭs căstīgārĕ, cōrrĭpĕrĕ, incrĕpārĕ. Ăcērbĭs vērbĭs ărgŭo, ōbjūrgo. VERS. Cōmmūnĭs cūlpæ cūr rĕŭs ūnŭs ăgŏr? V. *Redarguo.*

**vivāx,** ācis. *Pāllădĭă gaūdēnt sylvă vivācĭs ŏlīvæ*, Virg. Geo. 2, 181. SYN. Vivĭdŭs: lōngævŭs, *vel* immōrtālĭs.

**vivĭdŭs.** *Millĕ fŭgit rĕfŭgitquĕ viīs, ăt vivĭdŭs Ūmbĕr*, Virg. Æn. 12, 753. SYN. Vivāx, vĕgĕtŭs, vălĭdŭs, ănĭmōsŭs, vĭgēns, fōrtĭs, rōbūstŭs.

**vivifico.** *Infūndēndō Dĕūm mōrtāliă vivĭficāntēm*, Prud. Apoth. 166. SYN. Ănimo, vitām dō, *vel* rōbŏro, vīrēs dō.

**vivĭficŭs.** *Cūnctăquĕ vivĭficīs ănimāliă, &c.* Vict. SYN. Vitālĭs, vĕgĕtāns.

**vivo,** xi, ctūm. *Illī mārmŏrĕūm căpŭt ēst, tŭă vīvit ĭmāgo*, Juv. 8, 55. SYN. Spīro, rēspīro. PHR. Vitā, lūcĕ frŭŏr. Vitālēs aūrās cārpo, dūco, trăho. Æthĕrĕā aūrā frŭŏr, vēscŏr. Lūmĕn vitālĕ vĭdĕo. Dīēm, lūcēm āspĭcio. Vitām dūco, ăgo, prōtrăho, prōfĕro. Vitām, ævūm, ætātēm, ānnōs trānsigo. Ætātĭs, ævi, vitæ tēmpŏră, *vel* spătiūm trānsigo, ēxigo, trādūco, pĕrăgo, dēcūrro, cōnsūmo. VERS. Vivēndō vicit sŭă fātă sŭpērstĕs. Dūm spīrĭtŭs hōs rĕgĕt ārtŭs.



Digitized by Google

Mănĕăt dūm vītă sŭpĕrstēs. Dūm pătĭtŭr ætās. Vīxi ĕt quēm dĕdĕrăt cūrsūm fōrtūnă pĕrēgi. Vīvo ĕquĭdĕm, vītāmque ĕxtrēmă pĕr ōmnĭă dūco. Āffictăs vitam in tĕnĕbris lūctūquĕ trăhēbām. Quēm si fātă virūm sērvānt, si vēscĭtŭr aūră Ǽthĕrĕā, nĕc ădhūc crūdēlĭbŭs ōccŭbăt ūmbris. Invīsis cœlēstĭbŭs aūrās Vitālēs cārpis. Mē si cœlĭcŏlæ vŏlŭĭssēnt dūcĕrĕ vītām. Nūnc vīvō, nĕque ădhūc hŏmĭnēs, lūcĕmquĕ rĕlinquo. Trādūcĕrĕ lēnĭtĕr ævūm.

vivo diu. PHR. Lōngæ tēmpŏră vītæ ăgo, pĕrăgo, dūco. Mūltă sæcŭlă, mūltōs ānnōs, lōngām ānnōrūm sĕrĭēm nŭmĕro, vĭdĕo. Nēstŏris ānnōs vīvo. Nēstŏrĕām, Pўlĭām sĕnēctām æquo, ădæquo, sŭpĕro. VERS. Ānnōs pĕrpĕtŭā gĕrit jŭvēntā. Nēstŏris ānnōsi trĭă sæcŭlă vīdit. Mūltōsquĕ pĕr ānnōs Mūltă virūm vōlvēns dūrāndō sæcŭlă vīncit. V. Nēstŏr, Tīthōnŭs et Sibўllă *Cumæa. Nestor autem patriâ* Pylius *erat.*

vīvŭs. *Tēctă jŭvānt ĕt fōns vīvŭs ĕt hĕrbă rŭdis,* Mart. 2, 90, 8. SYN. Vīvēns, ănĭmātŭs, spīrāns, sŭpĕrstēs.

ŭlcĕrōsŭs. *Sævĭĕt circā jĕcŭr ŭlcĕrōsūm,* Sapph. Hor. Od. 1, 25, 15. PHR. Ūlcĕrĭbŭs fœtĭs, rĕfērtŭs, scătēns, tēctŭs, ōbdūctŭs, crŭēntŭs, stillāns.

ūlcīscŏr, ĕris, ūltŭs.—*Gēntēmque ŭlcīscăr ĭnīquām,* Vict. SYN. Vīndĭco: pūnio. PHR. Vīndĭctām, pœnās sūmo, rĕpĕto, rĕpōsco. VERS. Jūstă Dĕōrūm Clīo pērsĕquĭtŭr sōntēs. Pătrisquĕ nĕcēm jūstis ūlciscĭtŭr ārmis. Quīquĕ nĕcēm Crāssi vīndĭcĕt ūltŏr ĕrit. Sūbĭt īră cădēntēm Ūlcīsci pătrĭam, ĕt scĕlĕrātis sūmĕrĕ pœnās. Ūltă virūm, pœnās ĭnĭmīco ā frātrĕ rĕcēpi. Ănĭmūmquĕ ēxplēssĕ jŭvābit Ūltrīcis flāmmæ, ĕt cĭnĕrēs sătĭāssĕ mĕōrūm. V. *Punio.*

ūlcŭs, ĕris. *ŭlcĕris ōs; ălĭtŭr vĭtĭūm vīvītquĕ tĕgēndo,* Virg. Geo. 3, 454. EPITH. Stīllāns, pūtrĕ, pūtrĭdūm, pūtrĕfāctūm, tētrūm, squāllēns, fœdūm, tābĭfĭcūm, hūmĭdūm, sōrdĭdūm, ācrĕ, ūndāns, dīrūm. PHR. Tābō, sănĭĕ plēnūm, flŭēns. V. *Vulnus.*

ūlīgo, ĭnis. *ăt quæ pinguis hŭmŭs, dūlcĭquĕ ūlīgĭnĕ lætă,* Virg. Geo. 2, 184. EPITH. Dūlcis, lætă.

ūlmŭs. *Pāmpĭnĕæ vītēs, ĕt ămīctæ vītĭbŭs ūlmi,* Ov. Met. 10, 100. EPITH. Frōndōsă, āltă, ŏpācă, dēnsă, pătŭlă: prōcēră, ūmbrōsă, ārdŭă, vĭrĭdis, āĕrĭă, fŏrtis, mōntōsă, rāmōsă, vĭrēns, mōllis, pāmpĭnĕă, vītĭcŏmă, tēxtĭlis, dūră, frōndēns. PHR. Vītĭbŭs ārbŏr ămīcă. Rāmōs, ānnōsăquĕ brāchĭă pāndēns. Nēc ĭnhōspĭtă vītĭbŭs ūlmŭs. Ămīctæ vītĭbŭs ūlmi.

ūlnæ, ārūm. *ĕt nĭvĕīs rĕdūcēm cōmplēctĭtŭr ūlnis,* Claud. SYN. Brāchĭă. EPITH. Mōllēs, blāndæ, cŭpĭdæ, ăvĭdæ, tĕnĕræ, căpācēs. VERS. Blāndīsquĕ virūm cōmplēctĭtŭr ūlnis. V. *Amplector.*

ūltĕrĭŏr, ōris. *Tēndēbāntquĕ mănŭs rīpæ ūltĕrĭōris ămōrĕ,* Virg. Æn. 6, 314.

ūltĭmŭs. *ūltĭmŭs Ǽthĭŏpūm lŏcŭs ēst,* Virg. Æn. 4, 481. SYN. Pōstrēmŭs, ēxtrēmŭs, nŏvīssĭmŭs. VERS. Ēxtrēmō sŭb fīnĕ lăbōrūm. Vēntum ăd sŭprēmum ēst. Vēnit sūmmă dĭēs. Ēă nōs sūprēmă mănēbānt, ēxĭtĭis pŏsĭtūră mŏdūm.

|| ūltio, ōnis. SYN. Vīndĭctă, sūpplĭcĭūm. EPITH. Sævă, crūdēlis, ātrōx, sĕvēră, dīră, tērrĭbĭlis, fūnēstă, hōrrēndă, ĭnīquă, impĭă, jūstă, mĕrĭtă. PHR. Ūltrīcēs īræ, cūræ, flāmmæ, pœnæ. V. *Supplicium, et Nemesis.*

ūltŏr, ōris. *Laūsīquĕ dŏlōrūm ūltŏr ĕris mēcūm,* Virg. 10, 864. SYN. Vīndĕx, pūnītŏr. EPITH. Īrātŭs, īnfēnsŭs, grăvis, ācĕr, sĕvērŭs, crūdēlis, ātrōx, æquŭs, jūstŭs, ĭnīquŭs. PHR. Pœnārūm ēxāctŏr, ūltrīcēm prōnŭs ăd īrām. V. *Ulciscor.*

ūltrā. *Quōs ūltrā cĭtrāquĕ nĕquit cōnsīstĕrĕ rēctūm,* Hor. Sat. 1, 1, 107.

ūltrō. *ūltrō cōntēmptŭs rŏgăt, ĕt pĕccāssĕ fătētŭr,* Prop. SYN. Spōntĕ, lĭbēntĕr, vŏlēns, lĭbēns. PHR. Nūllō cōgēntĕ. Nūllis cōgēntĭbŭs. VERS. Īpsĕ vŏlēns, făcĭlīsquĕ sĕquētŭr. Nūllis hŏmĭnūm cōgēntĭbŭs, īpsæ Spōntĕ sŭă vĕnĭūnt. Sūffĭcĭūnt nūllō pōscēntĕ trĭbūtūm. Spōntĕ sŭă, sĭnĕ lēgĕ fĭdēm rēctūmquĕ cŏlēbānt. V. *Sponte.*

ŭlŭlă, æ. *Cērtēnt et cўgnis ŭlŭlæ, sĭt Tītўrŭs Ōrphĕŭs,* Virg. Ecl. 8, 35. SYN. Nŏctŭă. EPITH. Trīstis, nōctūrnă.

ŭlŭlātŭs, ūs. *Implēvĭquĕ săcrām quĕrŭlis ŭlŭlātĭbŭs Īdām,* Ov. Ep. 5, 72. SYN. Clāmŏr, quēstŭs, gĕmĭtŭs. EPITH. Trĕmŭlŭs, mœstŭs, fœmĭnĕŭs, lūgūbris, clāmōsŭs, quĕrŭlŭs, hōrrĭsŏnŭs, āttŏnĭtŭs, flēbĭlis, tērrĭbĭlis, īnsānŭs, Tārtărĕŭs, tērrĭfĭcŭs, ăcūtŭs.

ŭlŭlo, ās. *Sўlvārūm, vīsæquĕ cănēs ŭlŭlārĕ pĕr ūmbrām,* Virg. Æn. 6, 257. SYN. Ēxŭlŭlo, vōcĭfĕrŏr. PHR. Ŭlŭlātū, quĕrēlis, quēstĭbŭs, clāmōrĕ cœlūm,

Digitized by Google

tĕrrās, æthĕră implĕo. Ŭlŭlātūm mitto, ēmitto, fundo, ōrĕ dō, spārgo in aūrās. Ædēs, ūrbēs, aūrās, cœlūm, æthĕră trĕmŭlīs ŭlŭlātĭbŭs complērĕ. Tērrĭfĭcō ŭlŭlātū āĕră rūmpĕrĕ. Ŭlŭlātūs flēbĭlĭs aūrēs implĕt, fĕrĭt. Ŭlŭlātū consŏnăt ōmnĕ nĕmŭs. Urbs immūgĭt, agri frĕmŭūnt. VERS. Pĕr nōctēm rĕsŏnārĕ lŭpīs ŭlŭlāntĭbŭs ūrbēs. Aūdītŭr mœstūs vāstīs ŭlŭlātŭs in āntrīs. Crēbrīs fĕrĭūnt ŭlŭlātĭbŭs aūrēs. V. *Gemo, Clamo, Queror.*

Ŭlyssēs, is, *vel* Ŭlyssĕūs, *triss.* ĕī. *vel* Ŭlyssĕūs, *diss.* I. *Cārmĭnĭbūs Circē sŏcĭōs mūtāvĭt Ŭlyssĭ,* Virg. Ecl. 8, 10. *Laërtis filius, rex Ithacæ et Dulichii, insularum in Græciâ: Dux fortissimus, eloquentiâ et calliditate insignis. Ad bellum Trojanum profectus, Palladium rapuit; occiso Achille, ejus arma obtinuit, de quibus contra ipsum Ajax contenderat. Captâ Trojâ, per decennium varia maris pericula expertus est; quo tempore Polyphemum excæcavit, Circen veneficam adiit, ad infernos descendit, Sirenumque vitavit insidias. Tandem in patriam redux, Penelopen conjugem fidissimam revisit, mendici habitu, clàmque admissus, procos omnes, qui ejus castitatem corrumpere tentaverant, interfecit.* SYN. Ĭthăcŭs, Lāërtĭădēs, Æŏlĭdēs, *à Sisyphu Æoli filio, quem Ulyssis patrem nonnulli faciunt.* EPITH. Căllĭdŭs, āstūtŭs, prūdēns, vāfĕr, fāllāx, dĭsērtŭs, făcūndŭs, săgāx, sōlērs, văgŭs, ērrāns, Grājŭs, Pĕlasgŭs. PHR. Lāërtĭŭs, Dūlĭchĭŭs hērōs, dūx, dūctŏr. Lāërtĭă prōlēs. Lāërtē sātŭs. Hōrtātŏr scĕlĕrūm Æŏlĭdēs. Æmŭlŭs Ājăcĭs.

Ŭmbo, ōnis. *ēt sūmmō clÿpĕī nēquĭcquam ūmbōnĕ pĕpēndĭt,* Virg. Æn. 2, 546. SYN. Clÿpĕŭs, scūtūm. V. *Clypeus.*

Ŭmbră. *Nūnc ĕtĭām pĕcŭdēs ūmbrās ĕt frīgŏră cāptānt,* Virg. Ecl. 2, 8. SYN. Ŭmbrācŭlă, ōrūm, *vel* cālīgo, tĕnebræ. EPITH. Ŏpācă, dēnsă, ōbscūră, nĭgrāns, nĕmŏrālĭs, sÿlvēstrĭs, vĭrĭdĭs, vĭrēns, vĭrĭdāns, hērbōsă, frōndōsă, ārbŏrĕă, flūmĭnĕă, frīgĭdă, gĕlĭdă, mōllĭs, grātă, dūlcĭs, āmœnă, sĭlēns, pāllēns, hōrrēns, cāvă, spīssă, hūmēns, cæcă, ĭnānĭs, nĭgră, grăcĭlĭs, nōctūrnă, trĕmŭlă, nōctĭvăgă, pĭcĕă, sōpŏrĭfĕră, tĕnŭĭs, rĕfŭgă, ātră, pătŭlă, lābĭlĭs, īnfōrmĭs, văgă, vŏlātĭlĭs, tērrĭfĭcă, tĕnebrōsă, trīstĭs, mĭsĕră, sōmnĭfĕră. PHR. Rāmōrūm ūmbræ, lātebræ, frīgŭs, frīgŏră, tĕgmĭnă, ūmbrācŭlă, ūmbrōsæ frōndēs. Frīgŭs ŏpācūm, āmābĭlĕ. VERS. Lūcŭs in ūrbĕ fŭĭt mĕdĭă, lātĭssĭmŭs ūmbră. Nĕmŏrĭsquĕ lĕvī cōnsēdĭt in ūmbră. Tū mŏdŏ pāmpĭnĕā lætŭs spătĭārĕ sŭb ūmbră. V. *Refrigero. Pro Umbris mortuorum.* V. *Manes.*

Ŭmbrācŭlŭm.—*ĕt lēntæ tēxūnt ūmbrācŭlă vītēs,* Virg. Ecl. 9, 42. SYN. Ŭmbră, *vel* ūmbēllă. PHR. Lŏcŭs ūmbrōsŭs, ŏpācŭs, nĕmŏrōsŭs, sÿlvēstrĭs, ārbŏrĭbŭs tēctŭs. Lŏcŭs ūmbrīs ŏpācŭs.

Ŭmbrātĭlĭs.—*Quāntūm vĕrĭs ūmbrātĭlĕ spēctrūm,* M. SYN. Ŭmbrātĭcŭs.

Ŭmbrĭfĕr, ĕrĭ. *in nĕmŭs ūmbrĭfĕrūm, cōnjūx ŭbĭ prīstĭnŭs īllī,* Virg. Æn. 6, 473. SYN. Ŭmbrōsŭs, ŏpācŭs; ūmbrātĭlĭs: ūmbrās præbēns.

Ŭmbro, ās. *Mōntēs ūmbrāntŭr ŏpācī,* Virg. 3, 508. SYN. Ĭnūmbro, ŏbūmbro, ŏpāco, tĕgo. PHR. Ŭmbră tĕgo, ōbtĕgo, ūmbrās indūco, sūffĭcĭo, præbĕo, ēxplĭco, tēxo. Rāmīs tĕgo, ĭnūmbro. Rāmōrūm, fŏlĭōrūm, *vel* frōndĭs ŏbtēntū ĭnūmbro, tĕgo, cōmplēctŏr. VERS. Grāndĭs ŏpācăt ārbŏr ăquās. Lēntæ tēxūnt ūmbrācŭlă vītēs. Hūnc tĕgĭt ōmnĭs Lūcŭs, ĕt ōbscūrīs claūdūnt cōnvāllĭbŭs ūmbræ. Ārbŏr Plūrĭmă Phœbēŏs vĭrĭdī ūmbră sŭbmŏvĕt æstŭs, ignēs, ārdōrēs, cālōrēs. Spārgĭte hŭmūm fŏlĭīs, indūcĭtĕ fōntĭbŭs ūmbrās. Sÿlvă cŏrōnăt ăquās, cingēns lătŭs ōmnĕ, sŭīsquĕ Frōndĭbŭs ŭt vēlō Phœbēŏs sŭbmŏvĕt ignēs. Frīgŏră dānt rāmī. Præbĕt lātās ārbŏr fŏlĭīs spătĭāntĭbŭs ūmbrās. Pālmăquĕ vēstĭbŭlum, aūt ingēns ŏlĕāstĕr ŏbūmbrĕt. V. *Refrigero.*

Ūnā, *adv.* *Tūque ădēs inceptūmque ūnā dēcūrrĕ lăbōrem,* Virg. Geo. 2, 39. SYN. Sĭmŭl, părĭtĕr.

Ūnănĭmĭs. *ŭnănĭmēs hic ōrĕ jŭbĕt flāgrārĕ dŏcēntēs,* Arat. SYN. Cōncŏrs: cōncŏrdi ănĭmō.

Ūncŭs. *Nĕc sĕvērŭs ūncŭs ăbēst,* Hor. C. 1, 39, 20. SYN. Hārpăgo, ūncĭnŭs, hāmŭs. EPITH. Tĕnāx, fĕrrĕŭs, ăcūtŭs, cūrvŭs, trĭdēns. V. *Harpago et Hamus.*

Ūncŭs, ă, ūm. *Tēllŭs, cūm dēntĕ rĕclūdĭtŭr ūncō,* Virg. Geo. 2, 423. SYN. Ădūncŭs, rĕdūncŭs, rĕcūrvŭs, incūrvŭs, inflēxŭs.

Ūndă. *Fēcĕrăt ignĭpŏtēns ūndīs ĕt Iāpÿgĕ fērri,* Vir. Æn. 8, 710. SYN. Ăquă, lÿmphă, lătēx, flūmēn, flŭvĭŭs, rīvŭs, fōns: *vel* flūctŭs, æstŭs. EPITH. Dūlcĭs, săliēns, lĭquĭdă, pūră, lūcĭdă, limpĭdă, quĭētă, vīvă, prŏpĕrāns, cĕlĕrĭs, frīgĭdă, gĕlĭdă, sŏnōră, răpĭdă, irrĭgŭă, cœnōsă, lŭtōsă, sōrdĭdă, līmōsă, dēsēs, pălūstrĭs,



Digitized by Google

fōntānă, tŏrrēns, flŭvĭālĭs, stāgnāns, plŭvĭālĭs, æquŏrĕă, mărīnă, spūmāns, vāgă, tŭmēns, tŭmĭdă. PHR. Flūmĭnĕī lătĭcēs. Spūmōsæ ĭmpĕtŭs ūndæ. Ūndārŭm cūrsŭs, lāpsŭs, mŭrmŭr, sŏnĭtŭs. V. *Fluvius, Fons, Mare, Aqua.*

ŭndātim. *Nūbis rŭēntis, nĭmbŭs, ūndātim nĭgrō.* (Iamb.) PHR. Ūndārŭm mōrĕ.

ūndĕ. *Quī gĕnŭs? ūndĕ dŏmō? Pācĕmne hūc fĕrtĭs, ăn ārmă?* V. Æ. 8, 114.

ūndĕcĭēs. *ūndĕcĭēs ūnā sūrrēxĭt, Zōĭlĕ, cœnā,* Mart. 5, 80, 1.

ūndĕcĭmŭs. *āltĕr ăb ūndĕcĭmō tūm mē jām cēpĕrăt ānnŭs,* Virg. Ecl. 8, 39. PHR. Pōst dĕcĭmūm prĭmŭs, *vel* āltĕr.

ūndēnŭs. *Mūsă pĕr ūndēnōs ēmŏdŭlāndă pĕdēs,* Ovid.

ūndĭquĕ. *āridăque ōră quătĭt, sūdŏr flŭĭt ūndĭquĕ rīvīs,* Vir. Æn. 5, 200. PHR. Ex ŏmnī pārtĕ.

ūndĭsŏnŭs. *Cōgŏr ĕt ūndĭsŏnōs nūnc prĕcĕ ădīrĕ Dĕōs,* Prop. 3, 21, 18. SYN. Flūctĭsŏnŭs.

ūndo, ās. *Virgĕă sūggĕrĭtŭr cōstīs ūndāntĭs ăhēnī,* Virg. Æn. 7, 463. SYN. Flūctŭo, æstŭo, ĭnūndo. VERS. Īma ēxæstŭăt ūndă Vōrtĭcĭbŭs. Mărĕ strīdĕt spūmāntĭbŭs ūndīs. Sĭnŭōsō vōrtĭcĕ vōlvĭtŭr ūndă. V. *Fluctus.*

ūndōsŭs. *Trōjă pĕr ūndōsūm pĕtĕrētŭr clāssĭbŭs æquŏr,* Virg. Æn. 4, 313. SYN. Ūndāns, flūctŭāns, æstŭōsŭs, ūndĭvŏmŭs. PHR. Ūndīs tūrgĭdŭs, tŭmēns, sŏnōrŭs.

ūngo, xi, ctūm. *ūngĕrĕ tēlă mănū, fērrūmque ōptārĕ vĕnēnō,* Virg. Æn. 9, 773. SYN. Īnūngo, pĕrūngo, lĭno, ŏblĭno, tĭngo, ĭmbŭo. PHR. Ūnguēntō spārgo, pĕrfūndo, mădĕfăcio, lĭno, ŏblĭno, ĭmbŭo, ŏdōro. VERS. Ūnguēntĭs ūngĭt frāgrāntĭbŭs ārtūs. Nūdātōsque hŭmĕrōs ŏlĕō pĕrfūsă nĭtēscĭt.

ūnguēntŭm. *ĕt crāssŭm ūnguēntŭm,* Hor. A. P. 375. SYN. Ărōmătă, *vel* mĕdĭcāmēntŭm. EPITH. Frāgrāns, ŏdōrātŭm, ūtĭlĕ. PHR. Bālsămō, nārdō, ămōmō, *seu* myrrhă stīllānt, dĭstīllānt tēmpŏră, *vel* crīnēs. Stīllānt ūnguēntă căpīllīs. Pĕrfūsŭs ŏdōrĕ spīrāntĭs ămōmī. V. *Odor, vel Medicamen.*

ūnguĭs. *ūnguĭbŭs ōră sŏrŏr fœdāns et pēctŏră pūgnīs,* Virg. Æn. 4, 673. SYN. Ūnguĭcŭlŭs. EPITH. Ădūncŭs, cūrvŭs, ĭncūrvŭs, rĕcūrvŭs, tĕnĕr, cāndĭdŭs, nĭtĭdŭs, ăcūtŭs, vūlnĭfĭcŭs, rĭgĭdŭs, rĭgēns, tĕnāx, hōrrĭdŭs, hămātŭs, ŭncŭs. PHR. Lăcĕrāns gĕnās. Ōră sĕcāns. VERS. Īmplĭcŭĭtquĕ pĕdēs ātque ūnguĭbŭs hæsĭt. Cōmprēnsāmquĕ tĕnēt, pĕdĭbŭsque ēvīscĕrăt ūncīs. Ăvĭdōsquĕ tĭmēt quĭbŭs hæsĕrăt ūnguēs. Īngĕmĭt, ĕt crūdīs ūnguĭbŭs ōră sĕcăt.

ūngŭlă.—*pūtrĕm sŏnĭtū quătĭt ūngŭlă cāmpŭm,* Virg. Æn. 8, 596. SYN. Ūnguĭs. EPITH. Cōrnĕă, dūră, sŏlĭdă, fīssă, bĭsŭlcă, hămātă, ădūncă. PHR. Pĕdŭm cōrnū, ăcūmĕn. Pĕdēs ūncī, rĕcūrvī, ădūncī.

ūnĭcŭs. *Pōssĕ, sĕd āppĕllăt pŭĕr ūnĭcŭs, ŭt Pŏlўphēmī,* Juv. 9, 64. SYN. Ūnŭs, sōlŭs.

ūnio, ōnis. *Jūrăt Gēllĭă sĕd pĕr ūnĭōnēs,* (Phal.) Mart. 8, 81, 4. SYN. Mārgărītă, băccă, gēmmă. EPITH. Prĕtĭōsŭs, nĭtēns, cŏrūscŭs, Gāngētĭcŭs. PHR. Gāngĕtĭs gēmmă. Lăpĭs Gāngētĭcŭs. V. *Bacca, Gemma.*

ūnio, is, ivi, ii, itūm. *Tālĭs ĕt ūnītī vōx āgmĭnĭs āĕră cōmplĕt,* Juven. SYN. Jūngo, ădjūngo, cōnjūngo, cōnnēcto, cōllĭgo, āllĭgo, ās, cōpŭlo. PHR. In ūnūm jūngo.

ūnĭtās, ātis. *Cūm crŭēntŭs ūnĭtātĭs ĭnvĭdŭs.* (Iamb. pur.) M.

ūnĭvērsŭs. *Hērmēs glōrĭă Mārtĭs ūnĭvērsī.* (Phal.) Mart. 5, 25, 14. SYN. Tōtŭs, ŏmnĭs, cūnctŭs.

ūnŭs, ūnĭŭs. *ūnŭs ĕrăt tōtō nātūræ vūltŭs ĭn ōrbĕ,* Ov. Met. 1, 6. SYN. Ūnĭcŭs, sōlŭs.

vŏcābŭlŭm. *Quæ nūnc sūnt ĭn hŏnōrĕ vŏcābŭlă, sī vŏlĕt ūsŭs,* Hor. A. Poet. 71. SYN. Nōmĕn, vērbŭm.

vōcālĭs. *Nūnc tē vōcālēs ĭmpēllĕrĕ pōllĭcĕ chōrdās,* Tib. 2, 5, 3. SYN. Sŏnōrŭs, sŏnāns: lŏquāx.

vŏcātŭs. *Quāndō vŏcātŭs ădēst călĭdæ gĕlĭdæquĕ mĭnīstĕr,* Juv. 5, 63. SYN. Āppēllātŭs, āccērsītŭs, āccītŭs.

vōcĭfĕrŏr, āris. *Nām sĭmŭl āc rătĭō sŭă cœpĭt vōcĭfĕrārī,* Lucr. 3, 14. SYN. Clāmo, ēxclāmo, cōnclāmo. PHR. Vōcĕ, vōcĭbŭs aūrās, cœlūm, æthĕră, cāmpōs, dŏmŭm īmplĕo. Vōcĭbŭs ædēs cōmplĕo. VERS. Aūsŭs vōcēs jāctārĕ pĕr ūmbrām, Īmplēvī clāmōrĕ vĭās. V. *Clamo.*

vŏco, ās. *Dīcāmŭs lēgēs, sŏcĭōsque ĭn rēgnă vŏcēmŭs,* Virg. Æn. 11, 322. SYN. Āppēllo, ădvŏco, cōmpēllo, āccērso, āccĭĕo, āccio, vōcĕ vŏco, *vel* ĭnvīto, āddūco:

Digitized by Google

vel appello, nōmino, nūncŭpo. VERS. Māgnisquĕ vŏcānt clāmōribŭs hŏstēm. Ingĕmĭnāns ĭtĕrūmque ĭtĕrūmquĕ vŏcāvi. Intrā tēctă vŏcāri ĭmpĕrāt. Ād sēse in tēctā vŏcāvit. Nōmĭnĕ quēmque vŏcāt. V. *Accerso, Nomino.*

Vŏgĕsŭs. *Cāstrāquĕ quæ Vŏgĕsi cūrvām sŭpĕr ārdŭă rūpēm,* Luc. 1, 397. EPITH. Āltŭs, ārdŭŭs. V. *Mons.*

vŏlātĭlis.—*līquitquĕ vŏlātĭlĕ fērrūm,* Virg. Æn. 4, 71. SYN. Vŏlāns, vŏlucrĭs, *vel* flūxŭs.

vŏlātŭs, ūs. *Si tām præcĭpĭtĕs fŭĕrānt vēntūră vŏlūtū,* Mart. 11, 6, 26. SYN. Cĕlĕr, cĭtŭs, cōncĭtŭs, ĭncĭtŭs, cĭtātŭs, pērnix, răpĭdŭs, sŭbĭtŭs, vēlōx, ăgĭlis, prōpĕrŭs, prŏpĕrāns, præpĕs, ălăcĕr, lĕvis, trĕpĭdŭs, sŭblīmis, cēlsŭs, aŭdāx, vāgŭs, ĕffūsŭs, fūlmĭnĕŭs, strīdēns, fŭgāx, āĕrĭŭs. PHR. Āĕrĭŭs, vŏlŭcĕr cūrsŭs. Cĕlĕr pĕr āĕră lāpsŭs. Cūrsŭs ăvis. Rēmĭgĭūm ālārūm. Sŭblīmĕ, rāptim pĕr ĭnānĕ vŏlātŭs.

vŏlo, ās. *Fīnĭbŭs ārcērĕt; vŏlāt īllĕ pĕr āĕră māgnūm,* Virg. Æn. 1, 305. SYN. Vŏlĭto. PHR. Āĕră, aŭrās, æthĕră, nūbĭlă, *vel* æthĕrĭŏs trāctŭs pēnnis, ālis, rēmĭgĭō ālārūm sĕco, scindo, vērbĕro, trāno, pĕto. Pēnnās, ālās pĕr āĕră, *&c.* mŏvĕo, quătio. Vŏlātū pĕr ĭnānĕ fĕrŏr. Pēnnis sē crēdĕrĕ cœlō. Pĕr, *vel* in āĕră, *&c.* pēnnis āssūrgo, lābŏr, pērlābŏr. Pēnnis ĭn āĕră mē lĭbro, ērĭgo, fĕro, tōllo, āttōllo. Vŏlāns ĭn āltūm fĕrŏr. Ĭtĕr lĭquĭdūm tēnto, tĕnĕo, mōlĭŏr. VERS. Fērtŭr ĭn ārvă vŏlāns, plaūsūmque ĕxtērrĭtă pēnnis Dāt tēcto ingēntēm, mōx āĕrĕ lāpsă quĭētō, Rādĭt ĭtĕr lĭquĭdūm, cĕlĕrēs nĕquĕ cōmmŏvĕt ālās. Præpĕtĭbūs pēnnis aūsŭs sē fērrĕ pĕr aūrās. Īllă lĕvēm fŭgĭēns rāptim sĕcăt āĕră pēnnis. Sēsĕ pĕr ĭnānĭă nūbĭlă lĭbrăt. Sĭmŭl æthĕră vērbĕrăt ālis. Īpsă vŏlāns tĕnŭēs sē sūstŭlit ālēs ĭn aūrās. Trĕpĭdō pĕtĭt ārvă vŏlātū. Āĕrĭōs aūdĕt tēntārĕ vŏlātŭs.

vŏlo, vis, vŏlŭi.—*āltērnōs mūsæ mĕmĭnīssĕ vŏlēbānt,* Virg. Ecl. 7, 9. SYN. Cŭpio, ŏpto, ăvĕo, ārdĕo: *vel* plăcĕt: jŭbĕo, ĭmpĕro. PHR. Fĕrt ănĭmŭs. Ēst ănĭmŭs. Mēns ĕst. Sic fĕrt cōrdĕ vŏlūntās. V. *Placet, Desidero, Voluntas.*

vŏlūbĭlis. *impūbēsquĕ mănŭs mīrātă vŏlūbĭlĕ būxūm,* Virg. Æn. 7, 382. SYN. Vērsātĭlis, lĕvis, mŏbĭlis, mūtābĭlis, īnstābĭlis, incōnstāns.

vŏlūbĭlĭtās, ātis. *Frāctă vŏlūbĭlĭtās căpĭtis, &c.* Ov. Met. 12, 434. SYN. Mŏbĭlĭtās, lĕvĭtās.

vŏlŭcĕr, *et* vŏlucrĭs. *intĕrĕā vŏlŭcĕr mōtis cōntērrĭtă pēnnis,* Pet. Arb. SYN. Vŏlāns, cĕlĕr, vēlōx, cĭtŭs, cōncĭtŭs, ălăcĕr, pērnix. V. *Celer.*

vŏlucrĭs, *subst.* *Hæc lăquĕō vŏlŭcrēs, hæc căpĭăt ărūndĭnĕ piscēs,* Tib. 2, 6, 93. SYN. Ăvis, ālēs. V. *Avis.*

vŏlūmĕn.—*sinŭātque ĭmmēnsă vŏlūmĭnĕ tērgă,* Virg. Æn. 2, 208. SYN. Lĭbĕr, cōdĕx, lĭbēllŭs. V. *Liber, vel* gȳrŭs, spīră, ōrbis, glŏmĕrāmĕn, rŏtātŭs. EPITH. Sĭnŭōsūm, glŏmĕrātūm, flēxūm. *Gyrus.*

vŏlūntās, ātis.—*ădĕro, ĕt tŭă si mĭhi cērtă vŏlūntās,* Vir. Æn. 4, 125. SYN. Ārbĭtrĭūm: *vel* mēns, ănĭmŭs: *vel* ārdŏr, stŭdĭūm: *vel* cŭpīdo: dēsīdĕrĭūm, vōtūm, ŏptātūm, *vel* cōnsĭlĭūm, prŏpŏsĭtūm, sēntēntĭă. EPITH. Ōffĭcĭōsă, prŏpēnsă, lībĕră, prōnă, ămīcă, bŏnēstă. VERS. Sic fĕrt ănĭmŭs. Tŭă si mĭhi cērtă vŏlūntās. Si fĕrt ĭtă cōrdĕ vŏlūntās. Mēns ŏmnĭbŭs ūna ĕst? Mēns ĭmmōtă mănĕt. Nōn ūlli ĕst ănĭmŭs strīctō cōncūrrĕrĕ fērrō. Mīlle hŏmĭnūm spĕcĭēs ĕt rērūm discŏlŏr ūsŭs: Vēllĕ sŭūm cŭique ĕst, nĕc vōtō vīvĭtŭr ūnō. V. *Desiderium, Cupido.*

vŏlvo, vŏlvi, vŏlūtūm. *Vŏlvĭtŭr Ixīŏn, ĕt sē sĕquĭtūrquĕ fŭgĭtquĕ,* Ov. Met. 4, 661. SYN. Vŏlūto, vērto, vērso, mŏvĕo, ăgĭto; cōnvŏlvo, tŏrquĕo, rŏto: ēvŏlvo, pērvŏlvo. PHR. In gȳrūm, ōrbēm tŏrquĕo, vērso, ăgĭto, circŭmăgo. Vŏlvēndo dūcĕrĕ. Mănĭbŭs sūbvŏlvĕrĕ sāxă. Hūc illūc vŏlvēns ŏcŭlŏs.

vŏlūptās, ātis. *Signă vŏlūptātis, nĕc tăcŭīssĕ dŭŏs,* Prop. 2, 29, 36. SYN. Lætĭtĭă, gaŭdĭūm: *vel* lĭbīdo, lūxŭrĭēs, lūxŭs, dēlĭcĭæ, lāscīvĭă. EPITH. Blāndă, fāllāx, nōxĭă, īnfāmis, mĭsĕrāndă, tūrpis; prōdĭgă, scĕlĕrātă, dāmnōsă, dūlcis, lætă, grātă, ămīcă, jūcūndă, suāvis: ĭnānis, īnsĭdĭōsă, dēsĭdĭōsă, ŏbscœnă, mălĕsānă. PHR. Tūrpēs dēlĭcĭæ, illĕcebræ. Mălă mēntis gaŭdĭă. Blāndæ vītæ lēnōcĭnĭūm. Vŏlūptātis fāllācēs blāndĭtĭæ. Vīrtūti ĭnĭmīcă vŏlūptās. Hōstis hŏnēsti. Ēscă mălōrūm. Scĕlĕrūm mātĕr, gĕnĭtrix. Dēsĭdĭæ nūtrix, mātĕr, fīlĭă. Cūrārūm ignāră. Ēnērvāns vīrēs. VERS. Brĕvis ūnă vŏlūptās Mīllĕ părit lūctŭs. Trăhit sŭă quēmquĕ vŏlūptās. Spērnĕ vŏlūptātēm, nŏcĕt ēmptă dŏlōrĕ vŏlūptās. Ănĭmum impēllit fŭrĭbūndă vŏlūptās, ēbrĭĕtās tĭbi fīdă cŏmĕs, tĭbi lūxŭs ĕt ātris Circă tē sēmpĕr vŏlĭtāns īnfāmĭă pēnnis. V. *Gaudium, vel Libido, Luxuries.*



Digitized by Google

### DESCRIPTIO VOLUPTATIS.
*Sil. Ital. lib.* 15, 23.

—— Achæmenium spirabat vertice odorem,
Ambrosias diffusa comas, et veste refulgens,
Ostrum quæ fulvo Tyrium suffuderat auro.
Fronte decor quæsitus acu, lasciváque crebras
Ancipiti motu jaciebant lumina flammas.

völūtābrūm. *Sæpĕ vŏlūtābrīs pūlsōs sȳlvēstrĭbŭs āprōs*, Vir. Geo. 3, 411. EPITH. Fœdūm, tūrpĕ, sōrdēns, sōrdĭdūm.

vŏlūto, ās. *Tālĭă flāmmātō sēcūm Dĕă cōrdĕ vŏlūtāns*, Virg. Æn. 1, 50. V. Agito, *Volvo*.

vŏlūtŭs. *ĕcce aūtēm flāmmīs īntēr tābūlātă vŏlūtŭs*, Virg. Æn. 12, 672. SYN. Vērsātŭs: vŏlūtātŭs.

vōmĕr, ĕris. *Vōmĕrĭs ŏbtūsī dēntēm*, &c. Virg. Geo. 1, 262. EPITH. Uncŭs, fērrĕŭs, prēssŭs, rĕtūsŭs, ŏbtūsŭs, dūrŭs. PHR. Ārātrī dēns. Vōmĕrĭs dūrŭs dēns, fērrūm. Dēns ūncŭs. Tērrām scīndēns. V. *Aratrum*.

vŏmo, ŭi. *Pūrpŭrĕām vŏmĭt īllĕ ănĭmām*, &c. Virg. Æn. 9, 349. SYN. Ēvŏmo, rĕvŏmo, vŏmĭto, ējĭcio, ējēcto, ēgĕro, ērūcto, rējĭcio, rējēcto: rĕmītto, ēffo. VERS. Rējēctāntēmquĕ crŭēntās ōrĕ dăpēs; ĕt frūstă mĕrō glŏmĕrātă vŏmēntēm. Nōn sĕmĕl ēst stŏmăchō naūsĕă fāctă mĕō. Mīstūm spūmīs vŏmĭt īllĕ crŭōrēm. Sănĭem ērūctāns āc frūstă crŭēntō pĕr sōmnūm cōmmīstă mĕrō.

vŏrāgo. *Tūrbĭdŭs hīc cœnō vāstāquĕ vŏrāgĭnĕ gūrgĕs*, Virg. Æn. 6, 296. SYN. Bărathrūm, ăbȳssŭs, gūrgĕs, tēllūrĭs hĭātŭs. EPITH. Īmmānĭs, tētră, ŏbscūră, ŏpācă, călīgāns, cæcă, prŏfūndă, īmă, āltă, īngēns, stŭpēndă, hōrrĭdă, hōrrēndă, hōrrĭbĭlĭs. PHR. Spēcŭs īngēns. Vāstŭs vŏrāgĭnĕ gūrgĕs. Cæcæ vŏrāgĭnĕ faūcēs. Īntōrtō vōrtĭcĕ gūrgĕs. Vāstŭs tēllūrĭs hĭātŭs. VERS. Hōrrēndă vŏrāgo Pēstĭfĕrās ăpĕrĭt faūcēs. V. *Hiatus, Gurges, Charybdis, Barathrum*.

vŏrāx. *Hīnc ūsūră vŏrāx, ăvĭdūmquĕ īn tēmpŏrĕ fœnŭs*, Luc. 1, 181. SYN. Ēdāx, hēllŭo; gŭlōsŭs. V. *Gulosus*.

